31
S F
14

SANCTI

BERNARDINI

SENENSIS,

ORDINIS MINORVM,

ac vrbis Aquilæ patroni,

QVADRAGESIMALE

De Euangelio æterno:

In quo, præter copioſiſſimum de Vſuris earumque Contractibus, Tractatum, præcipuæ ac perneceſſariæ materiæ ad reuocandas à peccato animas diſſeruntur:

A R.[mo] F. PETRO RODVLPHIO

SENOGALLIENSI EPISCOPO

et Comite reſtitutum.

Cum Sermonum Ferialium argumentis, ac duobus Indicibus, tum Sermonum, tum rerum memorabilium.

Tomus Secundus.

[redacted]

VENETIIS APVD IVNTAS,

M D XCI.

ARGVMENTA SERMONVM FERIALIVM DE EVANGELIO ÆTERNO S. BERNARDINI DE SENIS,

In hoc ſecundo Tomo.

IN PROLOGO

Continetur materia totius operis & declaratur, quæ ſint virtutes naturales, cōſuetudinales, & diuinales: Et quid ſit Euangelium æternum & lex æterna; ac quid ſit propriè Chriſti Euāgelium prædicare.

DOMINICA IN QVINQVAG. *in mane.*

Sermo primus.

DE origine charitatis, & quantū Deus dilexit nos, ac quibus modis poſſimus acquirere charitatem & conuerſionem, ſecundum diuerſos hominum ſtatus.

EADEM DOMINICA *infra diem.*

Ser. II.

De mirabilibꝰ laudibus charitatis, vbi latiꝰ declarat̃ epiſtola B. Pauli de Charitate.

FERIA SECVNDA.

Ser. III.

De excellentia diuinĩ amoris, vbi ponuntur 12. admirabiles excellentiæ eius.

FERIA TERTIA.

Ser. IIII.

De inflāmatis affectibus ſancti amoris, & ardentiſſimæ charitatis: vbi flammæ ſeu ardentes affectus ad Deum ſeptem ad ſeipſum, & ſeptem ad proximum gradato ordine conſcribuntur.

FERIA QVARTA *In die Cinerum.*

Ser. V.

De mercantia, & theſauro diuini amoris, & quòd obſeruandæ ſunt 12. leges in emptione ipſius, atq; ꝙ non alijs pecunijs, quàm peccatis, criminibus, & ſceleribus noſtris emi poteſt.

FERIA QVINTA.

Ser. VI.

De fide mortua atq; viua. Et quomodo cū operibus, & ſine operibus bonis viua, & mortua eſſe pôt. Et ꝑ quæ indicia atq; ſigna cognoſci poteſt fides mortua a viua

FERIA SEXTA.

Ser. VII.

De proximorũ dilectione. Et quo amore diligi debeât omnes, & amici & inimici. Atq; in quibus neceſſitatibus ex præcepto vel conſilio proximis noſtris ſubuenire debeamus.

SABBATO POST DOMINICAM *in Quinquageſima.*

Ser. VIII.

De admirãda prouidentia Dei, per quã per Angelos ſanctos regit, gubernat, & tegit humanum genus: vt reſiſtere poſſit inclinationibus cœleſtium planetarum, & ſuggeſtionibus dæmoniorum.

DOMINICA I. QVADRAG. *in mane.*

Ser. IX.

De admirãda virtute, & efficacia verbi Dei: ac de 12. vtilitatib. ſeu fructibus eius.

EADEM DOMINICA *infra diem.*

Ser. X.

De ſanctificatione Sabbati, vbi declaratur, quid ſit Sabbatum, ſeu Dominica dies. Et à quibus homo ceſſare, atq; in quibus occupare ſe debeat in die feſto.

FERIA SECVNDA.

Ser. XI.

De iudicio generali. Et quæ erit occaſio finis mundi: atq; per quę ſigna poterit præuideri. Vbi etiam Euãgeliũ de iudicio declaratur, atq; oſtenditur in quo ſtatu poſt iudicium remanſurus ſit mundus: Et quibus cruciatibus impij damnabuntur.

FERIA TERTIA.

Ser. XII.

Quòd per 12. efficaciſſimas rationes oſtenditur, quare propter temporalem culpam impij æternaliter crucientur.

FERIA QVARTA.

Ser. XIII.

Quàm dignum ſit probabilẽ eſſe fidẽ: & quantæ præſumptionis ac variæ curioſitatis ſit quærere ſigna, & miracula, & portenta vel naturales rationes de fide.

FERIA QVINTA.

Ser. XIIII.

De iudicio temerario, præſumptuoſo, & falſo. Et quibus modis & indicijs poſſit iudicium eſſe verum: atq; de 12. malis, quæ ex iudicio temerario oriuntur.

FERIA SEXTA.

Ser. XV.

De horrendo ſcelere Gomorrhęorum, & de corruptela, & moribus, atq; punitione, obſtinatione, & reprobo ſenſu eorũ.

SABBATO POST PRIMAM *Dominicam Quadrageſimæ.*

Ser. XVI.

De regimine Principum. Et quãta iuſtitia fulgere debeât populorũ rectores. Ac quantæ impietatis ſit ſub pallio pietatis, ſceleſtos, & impios dimittere impunitos.

DOMINICA II. IN QVADRAG. *in mane.*

Ser. XVII.

De honore parentũ: & de ſeptem occaſionibus, quare filij ſint puerſi: atq; de remunerationibus filiorũ bonorũ, nec nõ & de ſeptẽ punitionibus filiorũ malorũ.

EADEM DOMINICA *infra diem.*

Ser. XVIII.

De 12. ſceleribus, propter quæ Deus populos, patrias, regna, atq; regentes iudicat, exterminat, vel flagellat.

FERIA SECVNDA.

Ser. XIX.

De præſentibus ſignis, per quæ cognoſci poteſt, quando propinqua ſint populis flagella, & iudicia Dei.

FERIA TERTIA.

Ser. XX.

De multiplici cauſa, quare populi & dominatores eorum de proximo ſuper eos flagella, & Dei iudicia non cognoſcunt, nec verentur.

FERIA QVARTA.

Ser. XXI.

De ſeptemplici hominum ignorantia naturali, & ſeptemplici criminali: atq; de ſeptemplici magno malo, quod per ignorantiam generatur.

FERIA QVINTA.

Ser. XXII.

De ſupplicijs infernalibus omniũ dam natorũ, & maximè quorũdã ſceleratorũ.

FERIA SEXTA.

Ser. XXIII.

Per manifeſtas rationes oſtenditur, quare extra vnicam, & catholicam fidem nemo ſaluari poteſt, atq; illorum intelligentia declaratur, qui mirantur ꝙ multi ſunt vocati, pauci verò electi.

SABBATO POST SECVNDAM
Domin. cam Quadrageſima.

Ser. XXIIII.

De ſacra religione, ac de altitudine ſtatus & meriti eius: nec nõ de ſignis eorũ, quę recipi vel recipere debẽt ad religionẽ. atq; ſubditur diſputatio per dialogum, in qua efficaciſſime refellãtur 20. argumenta, per quæ religionis ſtatus, a pleriſq; minus intelligentibus impugnatur.

DOMINICA III. IN QVADR.
in mane.

Ser. XXV.

Contra partialitates, diuiſiones & ſectas, quibus qui adhæret corde, ſine ore aut opere, mortaliter peccat.

DOMINICA EADEM,
infra diem.

Ser. XXVI.

Miſtica reuelatio partialitatum cordis, oris & operis, quæ in Chriſtiano populo futura erant, a Ioanne Euangeliſta in Apocalipſi miro modo prænunciata.

FERIA SECVNDA.

Ser. XXVII.

De ſacra cõfeſſione & origine eius, atq; de clauium poteſtate: nec nõ quando eam liceat retardare, vel neceſſe ſit eã reiterare tãdẽ ſubinferũtur 12. admirãdi fruct⁹ illi⁹.

FERIA TERTIA.

Ser. XXVIII.

De correptione fraterna, & quando ad eam quilibet obligatur: atq; de triplici correptione .ſ. fraternali, filiali, & paternali .i. æqualium, maiorum, atq; minorum.

FERIA QVARTA.

Ser. XXIX.

De execranda detractione, & de origine eius: atque de ſeptem nequiſſimis modis illius: nec non & de peccato eorum, qui audiunt detractores.

FERIA QVINTA.

Ser. XXX.

De detractionis cõditione, & permiſſione, atq; de 12. remedijs, quibus hi qui bus detrahitur, vti debent.

FERIA SEXTA.

Ser. XXXI.

De cõuerſione Samaritanæ ac de tripli ci ſtatu amoris, incipiẽtis, proficientis atq; perfecti, ſecundum quẽ tota ſeries illius euangelij miſtice & moraliter declaratur.

SABBATO POST TERTIAM
Dominicam Quadrag.

Ser. XXXII.

Tractatus de contractibus, & vſuris, & primo agitur de origine dominiorũ, & rerum diuiſione, translatione, præſcriptione, vſucapione, donatione, commodato, permutatione, & conſimilibus, vnde omnes contractus originem ſumunt.

DOMI-

DOMINICA IIII. IN QVADR. *in mane.*

Ser. XXXIII.

De mercatoribus, & artificibus in generali. & quomodo ſit licita & illicita mercantia: atq; de triplici ſeptenario abuſionum, quæ in mercationibus & artificijs frequentantur.

EADEM DOMINICA, *infra diem.*

Ser. XXXIIII.

De licita vel illicita temporis venditione, & de termino, ſeu dilatione ſolutionis. Atq; quando licet emere ad vitam redditus prędiales, & prædiales hæreditates, nec non pecuniarios redditus.

FERIA SECVNDA.

Ser. XXXV.

Quanto pretio ęſtimari debeant res venales, atq; conductiua obſequia. Et quanta culpa ſit, res vendere maculatas.

FERIA TERTIA.

Ser. XXXVI.

De voragine vſurarũ, & quomodo deſcribatur vſura, atque in quo contractu committi ſoleat: nec non ſubinferuntur 15. argumenta ad probandum, ꝙ licita ſit vſura, & quomodo refellantur.

FERIA QVARTA.

Ser. XXXVII.

Quid ſit mutuum, & quando homo obligetur mutuum dare gratis. atq; de triplici intentione, quæ contingere poteſt in mutui datione.

FERIA QVINTA.

Ser. XXXVIII.

Quòd lege naturæ, ſcripturæ, & gratiæ prohibeatur vſura: & ꝙ leges imperiales nõ approbent vſuras, quemadmodum quidam putant. atque quòd nulla ratione permitti poſſunt.

FERIA SEXTA.

Ser. XXXIX.

De contractibus vſurarijs, & multiplici modo eorum, atq; de ſecuritatibus mercantiarum: nec non & de multiplici cambiorum varietate.

SABBATHO POST IIII. *Dominicam Quadrageſimę.*

Ser. XL.

De ſoccidis animalium, & multiplici varietate earum.

DOMINICA V. IN QVADR. *hoc eſt, Dominica de Paſſione.*

Ser. XLI.

De Impręſtitis Venetorum, & de Ianuẽſium locis, atq; monte Florentinorum, & conſimilium Ciuitatum: vbi oſtẽditur, ꝙ coacti mutuum dare diſcretum emolumentum inde ſuſcipere poſſunt, ſed quòd tale ius minime emi poteſt.

EADEM DOMINICA *infra diem.*

Ser. XLII.

De intereſſe, & ꝙ in multis caſibus licet accipere vltra ſortem ratione damni emergentis, lucri ceſſantis, & debiti poſtulati.

FERIA SECVNDA.

Ser. XLIII.

Quantum vſura aduerſetur Deo: & quo modo vſurarium idolatrare faciat: ac quã grauis blaſphemia ſit. Et fidei ſuæ vſurarijs fęnerandi libertatem præſtare.

FERIA TERTIA.

Ser. XLIIII.

De 12. iniquitatibus, quibus vſurarij proximis ſuis nocent.

FERIA QVARTA.

Ser. XLV.

De nouem prauitatibus, quibus inficitur, & deprauatur vſurarius per vſuræ prauitatem.

FERIA QVINTA.

Ser. XLVI.

De conuerſione ſanctiſſimę Magdalenę, atq; de 7. inflãmatis amoribus cordis eius, nec non & de 7. gradibus amoris illius, quibus ab Angelis in die ſepties eleuata cęlitus paſcebatur.

FERIA SEXTA.

Ser. XLVII.

De ſimilitudine vanitatis, quæ in vanis mulieribus regnat: & quomodo ad literam & myſtice locuſtis Apocalypſis aſſimilantur. inſuper, quomodo ſeptempliciter aduerſetur his, qui ſunt in cœlo; & ſeptempliciter ipſis mulieribus vanis, ac ſeptempliciter alijs proximis.

SABBATHO POST QVINTAM *Dominicam Quadrag.*

Ser. XLVIII.

De 12. laudibus Virginis: ac de 12. myſticis domicellis, quæ cum glorioſa Virgine morabantur.

DOMINICA OLIVARVM *in mane.*

Ser. XLIX.

De glorioſo nomine Ieſu: & de ſeptẽ dignitatibus eius, ac quomodo radioſo ſoli in 12. fulgurantibus radijs ſimilatur, omni ſtatui ingerens gratiam & virtutem.

EADEM DOMINICA *infra diem.*

Ser. L.

De pace, & concordia inimicorum, ac de libera iniuriarum remiſſione. vbi ad hoc ponuntur duodecim inductiua.

FERIA SECVNDA.

Ser. LI.

De Virgine benedicta & de triplici ſtatu pro feſto Conceptionis, Natiuitatis, & Annunciationis illius, pro qbus ſunt ibi 12. ſplẽdores, quatuor pro quolibet feſto.

FERIA TERTIA.

Ser. LII.

De conſcientia bona, & mala: & ponũtur 12. ornamenta conſcientię bonę, & 12. deformitates conſcientiæ prauæ.

FERIA QVARTA.

Ser. LIII.

De triplici malo ſtatu cõſcientiæ malæ: & quomodo peccatorũ ſigillis excęcatur, & quam periculoſę ſunt extremitates illius: atq; de 7. gratijs, quibus conſcientia cæca illuminatur: quomodo quoque ſynderesis multipliciter conſcientias arguit. Inſuper additur conſcientiæ erroneæ initium, periculum, & ruina: nec non & in fine vitę confuſio magna.

FERIA V. IN COENA DOMINI. *in mane.*

Ser. LIIII.

De dominico Sacramẽto: & quomodo imprimit in anima memoriã Chriſti paſſi. atq; quomodo in eo relucet admirabilis potentia, ſapientia, & clemẽtia eius: ac de multis mirabilibus, & vtilitatibus eius: in fine ponitur notabilis ſequentia de huiuſmodi virtutibus Sacramenti.

IN EADEM SOLENNITATE *infra diem.*

Ser. LV.

De triplici modo ſumendi hoc Sacramentum .ſ. tantum Sacramentaliter, vel tantum ſpiritualiter: aut ſacramentaliter & ſpiritualiter ſimul: ac de multis effectibus, & fructibus eius, correſpondentibus prędictis ſumendi modis.

FERIA

FERIA VI. IN PARASCEVE.

Ser. LVI.

De Sacratiſſima paſſione, vbi oſtenditur per 12. duplicatas rationes, ꝙ incomprȩhenſibilis eſt mentalis paſſio Chriſti: ac per 28. alias rationes oſtenditur, ꝙ nunquam fuit mors tantæ humilitatis, & confuſionis, ſicut mors eius. Additur quoq; de miſterijs Crucis Chriſti in 12. fructibus ligni vitę, & ponuntur duæ ſequentiæ de ſanctiſſima Cruce.

SABBATO SANCTO POST *Dominicam Oliuarum.*

Ser. LVII.

Quomodo quilibet præparare ſe debet ad ſuſceptionem ſanctiſſimi Sacramenti: & quæ ad hoc neceſſaria ſunt, recurre ad lib. de Chriſtiana religione.

FERIA SECVNDA PRO *Dominica Reſurrect.*

Ser. LIX.

Quomodo pro Dei amore in mundo quis efficitur nouus homo, & peregrinus: & de 12. perfectionibus, quæ B. Franciſco, vel alteri Sancto coaptari poſſunt.

FERIA TERTIA POST *Reſurrectionem.*

Ser. LX.

De ſtigmatibus ſacris glorioſi S. Francisci, & quid ſignificant ex parte Chriſti, & ex parte B. Franciſci, atq; ex parte noſtri; ac de 12. miraculis: & de 12. priuilegijs ſacrorum ſtigmatum. Inſuper ꝙ per quatuor Summos Pontifices in nouem bullis eorum approbata, & confirmata fuerunt, additurq; de perfectione euangelica, ad quam B. Franciſcus aſcendit.

FERIA QVARTA POST *Reſurrectionem.*

Ser. LXI.

De generalibus ſitibus, & deſiderijs animarum tam bonis, quam malis: & de matrimonio, & fornicatione ſpirituali: ac de 12. modis idolatrandi: & de ſeptem materiebus ſacramentorum.

FERIA QVINTA POST *Reſurrectionem.*

Ser. LXII.

De 12. gradibus perfecti amoris, quam B. M. Magdalenæ, vel B. Ludouico, aut alteri Sancto poſſunt appropriari.

FERIA SEXTA POST *Reſurrectionem.*

Ser. LXIII.

De ſcala peccatorum, vnde per 12. gradus aſcendere poſſunt in cœlum, qui gradus ſunt 12. bona, ad quæ valent opera bona facta in mortali culpa.

SABBATO IN ALBIS

Ser. LXIIII.

Quòd Purgatorium ſit ſtabilitur multiplici ratione & via; ac triplici principali lege: quæ materia ventilata atq; determinata fuit tempore concilij Florentini in vnione Gręcorũ cum Latinis anno Dñi 1439.

DOMINICA IN OCTAVA *Reſurrectionis.*

Ser. LXV.

De purgandorum pęnalitate, iocunditate atq; neceſſitate: & de vtilitate ſuffragiorum, quæ pro defunctis fiunt.

EADEM DOMINICA *infra diem.*

Ser. LXVI.

De fideli dilectione, & ſtabili perſeuerantia vſq; ad mortem: ac de glorioſa corona, qua in dilectione perſeuerantes a Deo in gloria coronantur.

FINIS.

SERMONVM.

QVI IN HOC TOMO CONTINENTVR, ELENCHVS.

AMoris diuini excellentia. 24
Amoris diuini gradibus qui Magualæ, uel alteri ſancti appropriari poſſunt. 683
Amoris diuini mercantia, & theſauro. 44
Amoris inflammatis affectibus Dei, ſui, & proximi. 31
Animarum ſitibus, & deſiderijs generalibus, & matrimonio, & fornicatione ſpirituali. 675
Bonis duodecim, ſeu gratijs, ad quæ bona opera ualent facta in mortali culpa. 691
Charitatis, ſeu diuini amoris origine. 10
Charitatis laudibus mirabilibus. 15
Confeſſione ſacra, & eius origine, & fructibus. 241
Conſcientia bona, & mala. 521
Conſcientiæ malæ triplici ſtatu, & illuſtratione, & reformatione eiuſdem. 334
Contractibus uſurarijs. 370
Corpore Chriſti, & de mirabilibus eius, quæ contingunt circa hoc ſacramentum. 546
Corporis Chriſti varia ſumptione, quã tam mali, quàm boni aſſumunt. 565
Correptione fraterna. 256
Examinatione rerum uenalium. 334
Fide viua, & mortua. 51
Fidei improbabilitate cõtra præſumptuoſos, & curioſos ſigna quærẽtes. 125
Homine nouo, & peregrino. 654
Honore parentum. 160
Ieſu Chriſti Domini noſtri glorioſo nomine. 483
Ignorantia hominum multiplici. 184
Impreſtitis Venetorum. 390
Intereſſe, & acceptione vltra ſorté. 410
Iudicio temerario præſumptuoſo, & falſo. 132
Iudicio generali. 100
Magdalenæ ſanctiſſimæ ardentiſſimo amore. 447
Mariæ Virginis feſtiuitatibus, & maxime Natiuitatis, Conceptionis, & Aſſumptionis. 511
Mercatoribus, & artificibus in generali. 310
Mulieribus uanis. 460
Mutuo, & quõ, & quando quilibet teneat mutuum dare gratis. 349
Obſeruatione Sabbathi, & celebratione Feſtorum. 80
Pace, & concordia inimicorum. 499
Partialitatibus cordis, oris, & operis.

Detractione odibili, & execrabili. 267
Detractione, & remedijs contra eã. 280
Dilectione proximorum. 60
Dominica Reſurrectionis. 642
Dominiorum origine & rerum tranſlatione. 298
Æternitate infernalium tormentorum. 118
Præparatione ad ſanctiſſimum Sacramentum. 632
Protectione diuina, & quomodo a Deo per Angelos iuſtorum ciuitas, & anima ab aduerſitatibus cuſtodita. 68
Purgatorio. 699
Purgatorij ſtatu, hoc eſt, de purgandorũ pœnalitate, iucunditate, atque neceſſitate. 708
Paſſione ſacratiſſima, & myſterijs Crucis Chriſti. 577
Peccato contra naturam. 139
Perſeuerantia ſtabili. 719
Populi, quare ſuper eos futura Dei iudicia non cognoſcunt, nec uerentur, cauſa multiplex. 178
Regimine Principum, & quorumcunq; regentium. 149
Religione ſacra, & quòd melius eſt bonum facere ex uoto, quàm ex libera uoluntate. 106
Saluatione fidei Catholicæ. 199
Samaritanæ conuerſione. 288
Sceleribus duodecim, propter quæ Deus pœnitentias ſæpe flagellat. 166
Signis, per quæ cognoſci poteſt, quando Dei iudicia ſunt propinqua. 173
Soccidijs animalium. 384
Stigmatibus B. Franciſci. 664
Supplicijs infernalibus omnium damnatorum. 191
Temporis venditione. 321
Verbi Dei magna efficacia, & eiuſdem fructibus. 75
Virginitatis laudibus, & de duodecim domicellis matris Dei. 472
Vſura quantum aduerſetur Deo, & uſurarium idololatrare facit. 422
Vſuræ prohibitione per legem naturæ, ſcriptæ, & gratiæ. 358
Vſuræ iniquitatibus. 431
Vſuræ prauitatibus. 438
Vſurarum uoragine. 340

FINIS.

INDEX RERVM NOTABILIVM,

QVÆ HOC OPERE CONTINENTVR,

ALPHABETICA SERIE DIGESTVS.

AAron quid ſignificet. 496.b
Abnegatio ſuipſius quomodo facienda. 628.c. & ſeq.
Abyſſus iudiciorum Dei quatuor. 183.c.& ſeq.
Abrahæ ſacrificium myſtice explicatum de Chriſto. 601.e
Abſoluendi ordo in confeſſione qui. 250.b
Accidentia non poſſunt eſſe ſine ſubiecto naturaliter. 5.6.g
Accipiter contentatur corde prædæ ſuæ. ſer.1. art.1.c.3
Actio eadem quomodo poſſit eſſe bona, vel mala. 348.f.g
Actionẽ qui habet, rẽ habere uidetur. 407.c
Actionum humanarum circumſtantiæ quæ. 271.b
Actiua, & contemplatiuæ uitæ effectus. 39.g
Actus actiuorum ſunt in patiente diſpoſito. 404.c
Actus morales unde malitiam contrahant. 372.f
Actus magis meritorius qui dicatur. 223.e
Actus omnes eliciti a Spiritu ſancto, ſunt digni uita æterna. 494.f
Adam habuit uirtutes naturales perfectas. 2.c. & e
Adam ob peccatum quibus pœnis punitus fuerit. 516.b
Adam nouit naturas rerum omnium. 488.f
Adoleſcentum uita nihil incertius. 477.e
Adoratio in ſpiritu, & ueritate quomodo intelligenda. 294.d.& ſeq.
Adoratio perfectior quæ ſit. 294.b
Adulatores fugiendi. 154.a
Adulatores ſunt principum hoſtes. 153.b
Affectus cordialis in proximos, ex quibus generetur. 43.b
Agnus paſchalis quo modo manducandus eſſet. 641.a
Alabaſtri natura, & proprietas. 449.g
Alæ quibus uolatur in cœlum, quæ ſint. 3.b
Aluernæ mons fœliciſſimus, in quo S. Franciſcus ſtigmata accepit. 665.b
Amandi ars eſt facilis. 30.a
Amanti Deum omnia cedũt in bonũ. 49.c.d
Amare eſt leue, ſeu facile. 29.e
Amare amantem naturæ eſt, non amantem uero perfectionis eſt Chriſti. 504.f
Amator diuinus Deo adhæret, & nihil timet. 688.g.h
Amor triplex. 288.f
Amor triplex, qui facit operari bona hominem non credentem. 54.b
Amor ſolus nomẽ difficultatis ignorat. 454.b
Amor oculus eſt, & amare uidere eſt. 454.f
Amor, & cupiditas peruertunt humanum iudicium. 401.a
Amor naturalis non eſt ſanctus. 63.a
Amor ciuilis inter quos ſit. ibi.b
Amor diuinus lampadi comparatus. 32.e
Amor diuinus, ſiue charitas, a quo, et ubi uendatur. 47.f
Amor diuinus facile reperiri poteſt. 49 b
Amor diuinus quo tempore emendus, & cur tempus ſit dubium. 50.b.c
Amor diuinus quibus pecunijs ematur. 50.d & ſequen.
Amor diuinus fert, & condonat iniurias. 42 b.c
Amor diuinus quomodo emendus, ſeu acquirendus ſit. 45.d.& ſeq.
Amor diuinus paratus eſt uitam exponere pro proximo. 44.d
Amor diuinus quàm ſit pretioſus. 48. b. & ſequen.
Amor diuinus omnia aurea reddit. ibi.d
Amor feruens quadruplex. 296.b
Amor perfectus contemnit omnia temporalia. 66.g
Amor efficit unum, & idem cum amato. 26. b. c
Amor in proximum qualis eſſe debeat. 61.b
Amor cum cruce, & crux cum amore coniun-

iungendà eſt. 625.b
Amor inſatiabilis eſt,& ſine fine. 28.f
Amor inordinatus triplex. 51.f
Amor leuis eſt,& cur. 29.f.& ſeq.
Amor proprius conſcientiam cæcat. 537.c
Amor triplex conſcientiam cæcat. ibi.c.d
Amor in humilitate ſeruatur, ut ignis in cinere. 48.g
Amor quibus de cauſis Deo impendatur. 28.b
Amor, vide etiam charitas.
Amoris Chriſti in nos fructus quomodo percipiendus. 547.g
Amoris ardentis effectus ſeptem. 37.a.& ſequen.
Amoris diuini fructus qui ſint. 29.b. & ſeq.
Amoris vis quanta ſit. 550.b
Amoris diuini gradus duodecim. 683.h
Amoris incipientis gradus quatuor. 684.b
Amoris diuini quanta ſit uis. 26.b.c
Amoris Dei excellentiæ uariæ. 24.& ſeq.
Amoris diuini, effectus circa proximum, qui,& quot ſint. 40.d.e.& ſeq.
Amoris diuini flammæ, ſeu gradus. 31.b.& ſequen.
Amoris diuini menſura eſt ſine fine. 455.b
Amoris bona eo minus ſatiant, quo magis replent. ibi.c
Amoris diuini lex generalis, quia omnibus eſt expoſitus. 46.a
Amoris diuini uis triplex in ſuo effectu. 668.b
Amoris diuini ſeptem gradus. 456.d
Amoris flammæ ſeptem, quibus Chriſtus animam inflammat. 290.e.& ſeq.
Amoris uis morti comparata. 32.c.d
Amoris uis quanta ſit. 446.a.b
Amoris natura quæ. 61.b
Amoris tres ſtatus. 614.c
Amoris ultimus gradus. 458.f
Amores duo, qui nunquam explentur qui ſint. 422.b.c
Ambitioſorum flagella. 168.g
Analogia quid ſit. 663.a
Angels ſaluati ſunt in nomine Ieſu. 489
Angeli ſunt miniſtri humanæ ſalutis,& in nos inſpirant. 670.a.b
Angeli ſunt hominum cuſtodes. 70.d.e
Angeli ſuo miniſterio refrænant hominum paſſiones. ibi.f.& ſeq.
Angeli multis modis conſeruant iuſtos. 73.e.& ſequen.
Angeli in quibus uijs nos cuſtodiant. 73.e.& ſequen.
Angeli quomodo neſcire dicantur iudicij diē. 105.f
Angeli quomodo potuerint ſaluari per meritum Chriſti. 668.d
Angeli reconciliati Deo per Chriſtū. 606.d.e
Angelorum meritum nititur Chriſti merito. 608.a
Angelorum peccatum quod fuerit. 605.d
Angelorum prælium in cœlo quomodo factum. ibi.f.g
Angelus quæ inſpiret in hominis animam. 71.b
Angelus triplicem timorem homini inſpirat. 72.d
Angelus cur noluerit a Ioanne adorari. 493.c.d
Anima in qualibet parte eſt tota. 552.b
Anima in gratia conſtituta, eſt alter Deus, et poſſidet omnia quæ ſunt Dei. 206.d.e
Anima eſt altare, quia eſt alta res. 48.f
Anima tribus potentijs fertur in Deum. 676.e
Anima beata quibus potentijs uniatur Deo. 676.d.& ſeq.
Anima amore incenſa diuino, confunditur ob ſua peccata. 37.b
Anima cur doleat de peccatis commiſſis. ibidem.d.e
Anima quomodo ſit imago, & ſimilitudo Dei. 26.d
Anima cum charitate,& ſine charitate qualis ſit. ibi.e
Anima ſimilis Deo cur dicatur. 24.b.& ſeq.
Anima quibus rebus nutriatur. 514.b
Anima quomodo ſit paſſibilis. 385.g
Animæ lumen duplex. 280.e
Animæ ſalus non eſt ponenda pro proximi ſalute. 67.g
Animæ in charitate conſtitutæ triplex dignitas. 206.b
Animæ inſita eſt uis amandi. 25.a.b
Animæ rigor cōtra peccata commiſſa. 38.b.c
Animæ nobilitas quanta. 514.e
Animæ proprius locus eſt ſolus Deus, & ita in ſolo Deo conſeruatur. 562.b
Animæ uires quid præſtare debeant Deo. 678.b.& ſeq.
Animæ tres potentiæ corruptæ. 677.e
Animæ potentiæ quibus uirtutibus iuuentur. ibid.d

Animæ in gratia conſtitutæ Deus omnia donat. 206.f
Animæ beatæ dotes tres. 194.f
Anima pro ſalute cautior uia eſt eligẽda. 400.k
Animæ ſalus præferenda eſt ſaluti corporis. 398.a
Animæ purgatorij non æqualiter participant ſuffragia, niſi ratione conſolationis. 716.b. & ſeq.
Animæ cibus qui. 31.e
Aĩæ purgatorij quomodo torqueantur. 712.a. *A quibus torqueantur.* 713.c. *Quæ gaudia ſentiant.* g. & ſeq.
Animabus contemplatiuis quatuor conueniunt. 495.f
Animarum curam negligere eſt periculoſum. 63.f
Animarum ſtatus quadruplex. 622.b
Animal cum cauda, cur immolari deberet. 492.c
Animaduerſio eſt nobis neceſſaria. 200.b
Antichriſtum eſſe natum aſſerere, eſt error. 56.a
Antichriſtus a quo occidetur. 101.c
Apes non mellificant, ubi generatur echo. 214.b
Apologia, ſiue defenſio cõtra detractores qualis eſſe debeat. 284.a. & ſeq.
Apoſtoli cur Chriſtum reliquerint tempore paſſionis. 594.d
Appetitus finis eſt infinitus. 439.g. 445.b
Aqua quam Chriſtus dat bibere, quam efficaciam habeat. 292.f
Aqua quid myſtice ſignificet. 464.a
Aqua uiua quæ dicatur. 291.e
Arbor bona, & mala quæ ſint. 133.a
Aromatarij an diebus peſtis poſſint uendere. 90.b
Artificum uarij abuſus. 315.f. & ſequen. 317. & 319
Aſer quid ſignificet. 564.d
Aſtrologia iudiciaria damnata. 69.g
Aſtrologi cur aliquando uera dicant. ibi.d
Aſtrologorum iudicia uana. ibi.c
Attritio non tollit peccatum, niſi accedente ſacramento. 246.f
Auari Deus eſt nummus. 425.c
Auari cuiuſdam miſerabilis finis. 440.a & 446.d
Auaro nihil eſt ſceleſtius. 423.c
Auarus comparatus aui rapaci, ab aucupe ad prædam emiſſæ. 444.a
Auarus attribuit nũmo Dei potentiam 425.d
Auaritia eſt ancilla mercatorum, et filius, rerum amor. 310.e
Auaritia quorum peccatorum ſit origo. 171.b
Auaritiæ deteſtatio. 87.b.c
Aurum obrizum unde ſic dictum. 657.d
Auſter quid ſit, & quid myſtice ſignificet. 313.g

B

Babylon quid myſtice ſignificet. 71.b
Babylonis Regis tres ciuitates myſtice explicatæ. 531.d. & ſeq.
Baptiſmi ſanctificatio quid in anima operetur. 511.a
Baptiſmus fictè ſuſceptus imprimit characterem. 695.b
Beatæ animæ dotes, ſeu perfectiones duodecim explicatæ. 726.b. & ſeq.
Beati an ſatientur, an ſemper ſitiant. 292.a
Beati quomodo in patria ſatiari dicũtur. 20.b
Beati gaudebunt de damnatorum pœnis. 205.c
Beati non poſſunt per lib. arbitrium ferri in contrarium. 517.a
Beati uidebunt damnatorum ſupplicia. 730.e
Beati odores percipient ex corporibus beatis. ibid.e
Beati quibus modis uidebunt Deum. 727.b
Beatorum gaudium ex ſocietate quantum. 730.b
Beatorum gaudium, & lætitia. ibi.c. & ſeq.
Beatorum ſocij qui. ibi.b. & ſeq.
Beatorum iucunditas quãta ſit futura. 731.e
Beatorum corporum dotes explicatæ. 728.d. & ſequen.
Beatorum gloria duplex. 732.b
Beatorum tres cognitiones. 727.b
Beatitudo cur plenum gaudium dicatur. 498.c
Beatitudo ſumma in hac uita eſt perſecutionum perpeſſio. 675.a
Beatitudo principalius conſiſtit in actu uoluntatis. 727.f
Beatitudinis æternæ gaudia duodecim. 726.f
Beatitudinum octo breuis explicatio. 674.b. & ſequen.
Benignitas quid, & quotuplex. 42.f.g.h
S. Bernardi ſermo cum quodam dæmone, omnino legendus. 489.f.g.
Beſtia, & animal quomodo differant. 192.e

Beſtia

Beſtia,& animal non ſunt idem, & quid myſtice ſignificent. 625.e
Bitumen quid ſit. 147.a
Blaſphemantibus quæ pœna ſit impoſita. 167.g
Blaſphematores corrigendi ſunt a principe. 156.a
Bona opera ſine gratia ad quid ualeant. 693.e.& ſeq.
Bona ſublimiora qui ſine labore adepti ſunt, facile ceciderunt. 624.e
Boni pauci cur. 204.h.& ſeq.
Bonorum tria genera. 61.a
Bonum commune naturali inſtinctu præferendum priuato. 62.h
Bonum commune præferendum eſt proprio. 375.e
Bonus difficile ſuſpicatur malum, & malus bonum. 138.e
Bonitas apparens eſt cauſſa, cur homo non uideat Dei iudicia. 182.d
Bonitas,& confidentia ficta reprehenſa. ibi.& ſequen.
Buccella, quam Chriſtus dedit Iudæ, quid fuerit. 567.b

C

Calceatio quid myſtice ſignificet. 641.e
Calix Dei quid ſit. 194.b
Cambij lucrum turpe eſt propter duo. 383.a
Cambia ſicca quæ ſint. 384.d
Cambia caſualia quæ dicantur. ibi.
Cambia ſicca, ſeu caſualia nõ ſunt licita. ibi.f
Cambia realia quæ ſint. 382.g
Cambia quibus de cauſis poſſint admittere lucrum. ibi.h
Cambiorum tria genera. 381.e
Cambium per literas quale ſit. 383.g
Campſoria ars quomodo inuenta. 381.f
Campſoria ars eſt neceſſaria ibi.h
Cãpſoria ars ob quas cauſſas ſit licita. 382.a
Candelabrum quid myſtice ſignificet. 383.h
Canis rabidi natura. 271.a
Capillus myſtice quid ſignificet. 663.f
Caput, & capilli quid myſtice ſignificent. 657.g
Carnalis homo raro eſt ſani conſilij. 170.d
Caſus aliqui ad cambia pertinentes explicati. 382.c
Caſus varij in quibus iteranda eſt confeſſio. 249.a.& ſeq.
Cauſſa prima operatur ꝓpter ſe tantũ. 125.d
Cauſſa prima plus influit in effectum, quam ſecunda. 556.b
Cauſſa ceſſante ceſſat effectus. 404.a
Cauterium quid. 545.e
Cedar quid ſignificet. 686.a
Cœli e ſtella non influunt in liberum arbitrium. 69.b.c
Cœli quomodo innouabuntur poſt diem iudicij. 114.d
Cœli poſt diem iudicij quieſcent. ibi.
Cœlum unde ſic dictum. 140.h
Cœlum, ad quod raptus fuit Paulus, quodnam ſit. 486.g
Cœlum, ne gratias communicet, clauditur a mala uoluntate. 241.f
Cœlum cur ingredi homines non poſſent ante Chriſti paſſionem. 664.g.h.
Cœleſtia opera ad quid facta ſint. 114.f
Cœleſtialiũ crux,& q̃ ipſi deſiderent. 624.g.
Cellarium Dei quadruplex. 193.a
Cenſus quid ſit. 406.a
Cenſus ſunt liciti. 405.e
Certus nemo eſt, ſe eſſe in charitate. 18.a
Character,& imago beſtiæ quid ſint. 192.e.& ſeq.
Charitas cur remanebit in patria. 22.e
Charitas quos fructus pariat. 29.b.& ſeq.
Charitas nõ minuit opes, nec miſſa iter. 573.f
Charitas feruens quæ ſit. 658.f
Charitas cõmunia proprijs anteponit. 396.d
Charitas diſcordiæ cõtraria eſt. 230.h.et ſeq.
Charitas quibus fornacibus probetur. 49.a.b
Charitas qbus peccatis extinguatur. 166.g
Charitas eſt finis legis. 9.a
Charitas cur regina, & imperatrix aliarum uirtutum dicatur. 26.g
Charitas ipſum omnipotentem quodammodo impotentem facit. 27.g.h.
Charitas Dei omnibus expoſita. 46.a
Charitas eſt inſuperabilis. 27.a
Charitas quomodo emenda, aut acquirenda ſit. 45.a.& ſeq.
Charitas eſt ſuauis,& delectabilis. 25.c.d
Charitas omnia docet. 17.b
Charitas quos timores renuat. 33.a
Charitas eſt ignis ardens. 10.g
Charitas, amor, & dilectio quomodo differant. 24.d
Charitas eſt fons omnis boni. 199.f
Charitas quomodo omnia credat. 20.d
Charitas quibus cum nos uniat. 30.c.d
Charitas eſt uirtus unitiua. ibi.e.& ſeq.
Charitas amitti poteſt. ibi.h

Charitas eſt funiculus triplex, & cur. 31.a
Charitas ſolum per emptionem acquiri poteſt. 46.b
Charitas quibus rebus emi poſſit. 47.d
Charitas eſt regina uirtutum. 11.b
Charitas cur dicatur regina. 16.b
Charitas eſt nobis neceſſaria. ibi.b.c
Charitas deaurato ueſtitu comparata. 21.a
Charitas eſt durabilis. ibi.a b
Charitas, uide etiam Amor.
Charitate omnia fiunt, conſeruantur, & in finem redeunt. 719.d.e
Charitate cum ſunt omnes uirtutes. 26.b
Charitate ſine nulla eſt uita. 25 b
Charitate anima conformatur cum Deo. 26.a.b
Charitatem ſe habere nemo certus eſt. 18.a
Charitatem omnia credere, quomodo intelligendum ſit. 57.g
Charitatem homines quatuor modis habent. 658.g
Charitatis quadruplex uarietas. 658.b
Charitatis proprietates, et effectus explicati. 18.d. & ſeq.
Charitatis quanta ſit neceſsitas. 25.g.b
Charitatis triplex ſtatus. 673.a
Charitatis effectus tres. 231.a.b
Charitatis ſermo inexplicabilis ut ipſe Deus. 229.g
Charitatis origo quæ ſit. 10.e.& f.
Charitatis uirtus eſt homini maxime naturalis. 24.b
Charitatis quanta uis, & potentia. 27.b.c. & ſeq.
Charitatis encomium. 27.b.& ſeq.
Charitatis excellentiæ duodecim. 24.f.et ſeq.
Charitatis natura explicata. 24 d
Charitatis gradus, per quos proficit quot, & qui ſint. 18.d.& ſeq.
Charitatis deſcriptio quædam. 24.b
Chriſti cognitio triplex. 579.d
Chriſti uerba in paſsione prolata, quid contineant. 618.b.& ſeq.
Chriſti morte q̃ cõſũmata fuerint. 662.a.b.
Chriſti poſt reſurrectionẽ apparitiones tres. 647.b.651.a.f
Chriſti patientis uoluntas duo habuit obiecta. 584.g
Chriſti gloria futura ex ſua paſsione augebat eius dolorem. 585.e
Chriſti corpus eſt unũ in oĩbus hoſtijs. 553.e
Chriſti potentia in miraculis faciẽdis. 592.g
Chriſti dolores cur fuerint pœnales. 579.b
Chriſti dolorem non fuiſſe immenſum, quæ rationes probare valeant, & earum ſolutiones. 584.g & ſeq.
Chriſti reſurrectio eſt cauſſa efficiens reſurrectionis noſtræ. 622.b
Chriſti ſapentia quanta fuerit. 590.d & ſeq.
Chriſti mentalis crux quæ, & quomodo formata. 579.g
Chriſti paſsio fuit opprobrioſa, ratione famæ. 593.e
Chriſti doctrina, cor eius cur dicatur. 594.d
Chriſti dolor tantus fuit, quanta eſt magnitudo gloriæ, & pœnarum inferni. 584.b.c
Chriſti crux eſt commune uexillum. 604.b
Chriſti cibus erat facere uoluntatem Dei. 297.d
Chriſti crux quomodo ſumenda, & ferenda ſit. 628.a.et ſeq.
Chriſti miſericordia in danda ſui cognitione. 295.c
Chriſti iugum quid ſit. 623.d
Chriſti paſsionis, ſiue crucis fructus duodecim. 604.c.& ſeq.
Chriſti paſsio deſcripta. 602.g.b
Chriſti paſsio eſt faſciculus myrrhæ. 603.c
Chriſti paſsionis epilogus. ibi.c. & ſeq.
Chriſti paſsio fuit opprobrioſa ratione finis ob ſeptem cauſſas. 601.a.b.& ſeq.
Chriſti mira ſapientia in conuertenda Samaritana. 293.c
Chriſti regna quot, et quæ ſint. 68.e.f
Chriſti corpus ſumitur ſpiritualiter in omni actione meritoria. 570.g.b
Chriſti corpus eſt ſine ſui mutatione ſub hoſtia. 554.d
Chriſti humilitas quanta fuerit in paſsione. 586.e.& ſeq.
Chriſti paſsionis cauſſa quatuor. 586.d
Chriſti ſententia diẽ iudicij in impios qualis. 111.g.b
Chriſti paſsione tria conſiderãda ſunt. 509.d
Chriſti gloria in die iudicij, et qua forma iudicabit. 109.c.d.& ſeq.
Chriſti charitas in nos quanta. 546.d
Chriſti amor erga nos, et q nobis dederit. 12.c
Chriſti paſsi memoria quibus modis acquiratur. 562.b.& ſeq.
Chriſti amor in nos quõ percipiendus. 547.g
Chriſti paſsio opprobrioſa, ratione formæ ob ſeptem cauſſas. 196.a.b.& ſeq.
Chriſti caro nubi comparata. 528.a

Chriſti

Chriſti dolor, ſiue opprobrium quantum fuerit, oſtenditur ex cauſſa materiali, ideſt, ex perſona patientis. 589.c.& ſeq.
Chriſti flagellatio quanta fuerit. 597.a
Chriſti coronatio explicata. ibi.f
Chriſti paſſio quantæ fuerit cõfuſionis. 599.g
Chriſti paſſio fuit opprobrioſiſſima ratione potentiæ ipſius. 591.b. & ſeq.
Chriſti miracula fuerunt ſufficientia ad oſtẽdendam eius diuinitatem. 592.a
Chriſti miracula fuerunt fide digna, & cur. ibi.a. d
Chriſti dolor in paſſione auctus ex cognitione magnitudinis doloris ſuæ Matris. 582.c
Chriſti dolor auctus ex doloribus, & pœnis, quas debebant pati omnes. ibi.d.e
Chriſti dolor fuit magnus ob animæ ſuæ ſponſæ fornicationem. 583.d.e
Chriſti dolor auctus ex qualibet mortali culpa. ibi.g
Chriſti exemplo omnis ignominia ferẽda eſt. 583. e
Chriſti nobilitas corporalis maxima fuit. ibidem.f
Chriſti pulchritudo, & forma quanta fuerit. 590.a.& ſeq.
Chriſti deformitas in paſſione quanta fuerit. ibid.& ſeq.
Chriſti paſſio ob quas cauſſas fuerit opprobrioſa. 586.g.& ſeq.
Chriſti paſsio fuit maxima ex parte eorum, a quibus illata fuit ob ſeptem rationes. 186. g.& ſeq.
Chriſti paſsio ex communi conſenſu illata. 587.e
Chriſti paſsio per ſeptem capita explicata. ibi.b.& ſeq.
Chriſti dolor in paſsione fuit in parte rationali. 580.c
Chriſti dolor in paſsione incomprehenſibilis intellectui creato. 580.e
Chriſti mens ab inſtanti incarnationis, plena doloribus. ibi.e
Chriſti corpus non frangitur, cum hoſtia frãgitur. 552.b
Chriſti dolor cur fuerit incomprehenſibilis, uarijs rationibus demonſtratur. 580.f. & 581.a.b.& ſeq.
Chriſti dolor in paſsione tantus fuit, quantus amor in Deum, & proximum. 581.c.d
Chriſti dolor in paſsione magnus fuit ob ignorantiam humani generis. ibi.f
Chriſto quadruplex honor exhibitus fuit in die palmarum, qui uerſus eſt in ignominiã tempore paſsionis. 595.b. & ſeq.
Chriſto inter cætera, tria fuere cognita, quæ eius poterant dolorem augere. 579.a
Chriſto quibus modis fuerit detractum a Iudæis. 285.e
Chriſtum eſſe filium Dei ex ſcripturis probatur. 602.b
Chriſtus quos amores deſideret in anima. 288.f
Chriſtus oriens dictus. ibid.a
Chriſtus virginitatis eſt filius. 474.g
Chriſtus quibus flammis animam accendat. 290.e.& ſeq.
Chriſtus cur Petro poſt reſurrectionem apparuerit. 651.g
Chriſtus Angelus nuncupatus, & cur. 11.e
Chriſtus in Euchariſtia dat ſe dignis, & indignis. 559.f
Chriſtus quot modis datus ſit nobis. 571.f.g
Chriſtus cur dederit Iudæ proditori ſuum corpus. 567.d
Chriſtus ſe nobis largitus eſt octo modis. 558.b
Chriſtus dũ manducatur, non deficit. 552.c.d
Chriſtus orationes noſtras repræſentat Deo. 13.b.& ſeq.
Chriſtus cur dicatur ueneficus. 147.b
Chriſtus incantator dici poteſt. 148.a
Chriſtus qualiter die iudicij a bonis, & a malis uidebitur. 533.g
Chriſtus peccatores ad conuerſionem uocat. 14.b
Chriſtus quotidie renouat eccleſiam donis ſpiritualibus. ibi.a
Chriſtus quomodo prædicauerit ſuum euangelium. 8.f
Chriſtus quibus modis præparet ſe ad populos flagellandos. 175.b.& ſeq.
Chriſtus noſcit, quando populi ſint flagellandi. 176.b
Chriſtus quomodo tacere, & clamare dicatur. ibi.d
Chriſtus cur tot pati uoluerit pœnas pro noſtra redemptione. 578.b
Chriſtus in ſuis uerbis in cruce prolatis, quatuor admiranda protulit. 618.b. & ſeq.
Chriſtus aliter paſſus eſt, quàm nos patiamur. 585.b
Chriſtus verus Ieſus. 485.d
Chriſtus cur Ieſus vocatus. 484.d

Chriſtus

Chriſtus quanto tempore fuerit in ſepulchro. 646.c
Chriſtus eſt legitimus animarum ſponſus. 466.h
Chriſtianorum ignauia, qui nutriunt Iudæos vſuris. 429.b
Chriſtus quo pacto mortē deſtruxerit. 615.e
Chriſtus ſua paſsione ſeptem peccata mortalia ſuſtulit. 664.e
Chriſtus qua nobis dederit. ibi.
Chriſtus cur ex magnitudine doloris non ſit mortuus. 585.a
Chriſtus exaltatus in cruce, quomodo omnia ad ſe traxerit. 616.f
Chriſtus reſurgens apparuit B. Virgini, & cur de hoc non ſit facta mentio in ſcriptura. 652.f.g.& ſeq.
Chriſtus quomodo ſit nobiſcum uſque ad conſummationem ſæculi. 692.b. & ſeq.
Chriſtus cur derelictus fuerit ab Apoſtolis tempore paſsionis. 594 d
Chriſtus cur redemptor, & reconciliator dicatur. 606.c
Chriſtus qua ſapientia mundum iudicabit. 102.c.d
Chriſtus quomodo dicatur diem iudicij neſcire. 102. d.e
Chriſtus iudicaturus mundum, ſuam iudicabit potentiam. 102
Chriſtus iudicabit mundum rigoroſa iuſtitia. ibi. h
Chriſtus quoties ſanguinem ſuum fuderit. 627.c
Chriſtus per decem horas humiliatus eſt in ſua paſsione. ibi. e
Chriſtus, ſiue Agnus quomodo dicatur occiſus ab origine mundi. 607.b
Chriſtus Angelorum mediator. 605.b
Chriſtus cur crucem ſuam voluerit eſſe altā. 609.e.f
Chriſtus eſt lucerna ardens, & lucens. 609.g
Chriſtus quomodo fuerit deriſus in paſsione. 59·.c
Chriſtus uenit ad recuperandum regnum gratiæ. 583.g
Chriſtus quibus in rebus fecerit miracula. 592.g.& ſeq.
Chriſtus in ſua transfiguratione demonſtrauit omnes dotes corporis beati. 729.e
Chriſtus cur mortuus in medio terræ. 604.g
Chriſtus per paſsionem duo meruit. 631.g
Chriſtus rex opprobriorum. 598.a.b
Chriſtus cur inter latrones crucifixus. 600.b
Chriſtus cur inclinauerit caput in morte. 602.d
Chriſtus in paſsione ab omnibus derelictus, præterquam a ſua Matre. 588.h. & ſeq.
Chriſtus miracula facere cur debuerit. 592. d.e
Chriſtus per crucem quatuor uictorias eſt adeptus. 663.f.g
Chriſtus quibus modis diffamatus fuerit a Iudæis. 591.c. & ſeq.
Chriſtus quomodo ſtultiſsimus uirorum dictus fuerit. 591.f.
Chriſtus, vt immenſo amore amauit Deum, ita immenſo dolore triſtatus eſt ob iniurias factas Deo. 585.f
Chriſtus qua ratione paſſus ſit. ibi. g
Chriſtus quibus modis nos illuminauerit. 289.a & ſeq.
Chriſtus quomodo ſit via, veritas, & vita. ibid. e
Chriſtus eſt fons. ibi.h. & ſeq.
Chriſtus cur in cruce poſitus dixerit, ſitio. 619.g.h
Chriſtus ſeptem expreſsit dolores uerbis in cruce prolatis. 620.c. & ſeq.
Chriſtus verbis in cruce prolatis ſeptem expreſsit vigores. ibi.g
Chriſtus ſua paſsione quantum nobis meruerit. 621.h.& ſeq.
Chriſtus quas vtilitates ex ſua paſsione retulerit, quæ redundant in omnes. 622.a
Cibus bonæ conuerſationis in quibus cōſiſtat. 571.d
Cyniſes myſtice quid ſit. 636.e.f
Circumſpectiones tres ad ſalutem neceſſariæ. 200.b
Cytharedi ſpirituales qui. 690.b
Ciues ob quas cauſſas reſpectu Dei debent inter ſe pacificare. 499.h.& ſeq.
Ciuitas ſpiritualis quæ, & quæ eius porta. 70.c.d
Ciuitatem non poſſe eſſe ſine manifeſto vſurario, qui dicunt, Deum blaſphemant. 426.d
Ciuitates, & regna, ob quæ peccata flagellis afficiantur. 167 c. & ſeq.
Charitatis perfectæ in proximū tres gradus. 16.f.& ſeq.
Ciuitatis ſtatus malus eſt, cum diuitiæ ad paucos deueniunt. 429.f
Ciuitatibus quàm vtile ſit carere vſurarijs. 428.d. & ſeq.

Clamorem tria inducunt. 133.a
Claues eccleſiæ quæ ſint. 244.b.& 245.b
Claues eccleſiæ ſunt poteſtas diſcernendi, & exequendi. 245 g
Clerici quomodo obligentur ad horas canonicas.. 98.a
Clericis non licet exercere mercaturã. 312.g
Coactio tollit voluntarium. 308.b
Cognitio eſt tota delectatio. 570.d
Collyrium quomodo fiat. 252.f
Commiſsio quibus modis fieri poſsit. 310.h
Commiſsionis contractus an ſit licitus. ibi.g
Commodatum quas conditiones requirat. 308.d
Communia iure naturæ omnia ſunt. 299.h
Communio, ſeu euchariſtiæ ſumptio triplex. 642.d
Communio, vide Euchariſtia.
Communitas rerum non expedit Reip. 300.g
Communitates poſſunt cogere ſubditos ad mutuandas pecunias. 391.b
Compati quibus rebus ſoleamus, & cur. 41. c.d
Concordia, & pax in animalibus. 505.g
Concordia Deo maxime placet. 508.d
Concordia in quo conſiſtat. 505.d
Concordia cur inter homines uigere debeat. ibid.e
Concordiam quantum Chriſtus fecerit. ibi.g
Concupiſcentia quorum rerum ſit. 479.a
Conductio, vt ſit iuſta, quæ requirat. 309.g
Conductor, et conducere qui dicatur. 385.e.f
Confeſsio quid ſit. 242.c
Confeſsio eſt curia miſericordiæ Dei. 253.a
Confeſsio tripliciter animã illuminat. 252.f
Confeſsio gratiam augmentat. 256.a.b
Confeſsio peccatorum dat gloriam Deo. ibid.c
Confeſsio ſuſcitat a morte. 253.d
Confeſsio in voto liberat a peccato. ibi.e.f
Confeſsio liberat a dæmone. ibi b
Confeſsio cur requirat examen conſcientiæ. 251. d
Confeſsio non eſt iteranda ob pœnitentiam non factam. 250.a
Confeſsio reddit conſcientiam leuem. 255.a
Confeſsio ex attrito facit contritum. ibi.c
Confeſsio ualet ad ſatisfaciendum pro peccatis. ibi.f.g
Confeſsio generalis an tollat peccata uenialia. 254.d
Confeſsio duplex. ibi.
Confeſsio conciliat nos cum Deo. ibi.f
Confeſsio cui poſsit fieri. 244.c
Confeſsio non eſt differenda. 246.c
Confeſsio an ſtatim facienda poſt peccatum mortale. 246.c
Confeſsio quando ſit ſtatim facienda. ibi c.d
Confeſsio repetenda ob ſacerdotis ignorantiam. 149.d.e
Confeſsio in quibus caſibus iteranda ſit. ibi. a.& ſeq.
Confeſsio triplex. 242.c
Confeſsio ubi figurata fuerit. ibi.d
Confeſsio ſacramentalis, & iudicialis differunt. ibi f
Confeſsio vocalis quando fuerit inſtituta. 243. e
Confeſsio vocalis cur inſtituta tempore gratiæ. 243.e.f
Confeſsio uocalis cur inſtituta. ibid.
Confeſsio eſt de iure diuino. ibi.h
Confeſsio qua auctoritate ſit inſtituta. ibi.b. & 244.c
Confeſsionem non eſſe differendam varijs rationibus probatur. 247.a.& ſeq.
Confeſsionis præceptum vnde colligatur. 243.b.c
Confeſsionis examinatio triplex. 251. b. & ſequen.
Confeſsionis vtilitates duodecim. 252 .d. & ſequen.
Confeſsionis dignitas vnde ſumatur. 242.b
Confeſsionis materia, & forma quæ. ibi.d
Confeſsionis faciendæ ſemel in anno præceptum quomodo ſit intelligendum. 248.b
Confeſsionis præceptum an obliget eum, qui eſt ſine peccato mortali. ibi.e
Confeſsionis figura quædam. 254 g
Confeſsionis iudicium quatuor habet ſuauitates. 253.b
Confeſſarius tenetur pœnitentem inſtruere. 252. b
Confeſſarius in quibus caſibus non poſsit abſoluere. 249.a
Confeſſor quid per abſolutionem dimittat. 244 e f.g
Cõfeſſor an dẽat examinare pœnitẽtẽ. 251. b
Confeſſor quomodo examinare debet pœnitentem. 251. c. & 252.a
Confeſſorum ignorantia damnata. 256 d
Confiteri qui teneatur. 244 d
Confidentia in Deum ex quibus naſcatur. 720. e

Con-

Congratulatio triplex. 41.e
Coniuges in carnali actu quando peccent. 86.c.d
Coniugati diebus feſtis ceſſare debent a concubitu. ibi.b.c
Connubium cur non ſit in cœlo. 476.c
Conſcientia eſt liber clauſus, & ſignatus. 527.d
Conſcientia cauteriata quæ. 545.c
Conſcientia per quos gradus ruat in profundum. 544.a.& ſeq.
Conſciētia eſt ueluti animæ pedagogus. 534.c
Conſciētia mala eſt diaboli theſaurus. 351.h
Conſcientia ſeptem rebus cæcatur. 535.a
Conſcientia quomodocum ſynderesi ſuo aduerſario conſentiat. 541.g h
Conſcientia ſpe, & timore reformatur. ibi.a
Conſcientia mala eſt aula, & habitaculum diaboli. 532.a.c
Conſcientia quid ſit. 522.b.c.d
Conſcientia, & ſynderesis quomodo differāt. ibid.b
Conſcientia unde ſic dicta. ibid.c
Conſcientia lex dicitur. ibi g
Conſcientia bona eſt arca fœderis. 525.g
Conſcientia eſt theſaurus regis, & in agro abſconditus. ibi.h.et ſeq.
Conſcientia bona eſt aula regis, & regnum Dei. 526.e.f. *Habitaculum Spiritus ſancti.* g.h
Conſcientia extenditur ad tria tempora. 542.c.d
Conſcientia duo includit. ibi.d.e
Conſcientia quomodo admittat errorem. ibidem.e.f
Conſcientia erronea quanti ſit criminis, multis rationibus demonſtratur. ibi.g.& ſeq.
Conſcientia falli, & fugi non poteſt. 529.d
Conſcientia mala eſt ager maledictionis. 129.c.& *hortus malitiarum*.g
Conſcientia quadruplex. 530.a
Conſcientia munda quæ. 523 g
Conſcientia templo Salomonis comparata. 524.a.b
Conſciētia mūda eſt titulus religionis. 523.e
Conſcientia munda eſt ager benedictionis. 524.d
Conſcientia munda eſt hortus delitiarum. ibid.f
Conſcientia ſeptem gratiis illuſtratur. 539.e
Conſcientia eſt animæ caput. 530.d
Conſcientia praua gaudium eſt dæmoniorū. ibi.f. *arca fraudis*.h
Conſcientia perplexa. 537.f.& ſeq.
Conſcientia eſt fideliſſimus cuſtos. 531.c
Conſcientia bona gaudium eſt Angelorum. 525.d
Conſcientia eſt Dei habitaculum. 521.e
Conſcientia nimis lata, eſt periculoſior, quàm nimis ſtricta. 539.c
Conſcientia praua eſt templum confuſionis. 528.g.d
Conſcientia erronea non excuſat. 543.d
Conſcientia erronea, an plus liget quàm præceptum Prælati. 543.e
Conſcientiæ uariæ definitiones. 522.b.et ſeq.
Conſcientiæ decor in quibus conſiſtat. 523.c
Conſcientiæ bonæ pulcherrima deſcriptio. ibid.d
Conſcientiæ ornamenta duodecim. ibi.
Conſcientiæ prauæ deſcriptio. 528.d
Conſcientiæ prauæ deformitates duodecim. 528 d.e.& ſeq.
Conſcientiæ puritas quanti facienda. 255.a
Conſcientiæ extrema quomodo reformentur. 541.a b
Conſcientiæ illuſtratio, ſeu quibus rebus illuſtretur, & reformetur. 539 d.& ſeq.
Conſcientiæ malæ pœna quàm ſit fugienda. 530.e
Conſcientiæ liber die iudicij aperiēdus 533.d
Conſcientiæ bonæ quanta fælicitas. 525.b.c.d
Conſcientiæ malæ ſtatus tres. 534.d
Conſcientiæ cæcitas. ibi.g
Conſcientiæ erroneæ peccatū quale ſit. 544.a
Conſcientiæ malæ ſtatus confuſionis. ibi.a
Conſcientiæ dictamen triplex. 537.f
Conſcientiæ dictamen quando liget. ibid. h. & ſequen.
Conſcientiæ extremitas duplex. 538.d.et ſeq.
Conſcientiæ extremitates duæ, quod ſit nimis lata, & nimis ſtricta, ſunt irremiſſibiles, & cæt. 539.a.b.
Conſilia nemo tenetur ex præcepto ſeruare. 222.h
Conſilia data ſunt omnibus a Chriſto. 226.e
Conſilium a quibus capiendum ſit. 228.h
Conſtantini reuerentia erga uiros religioſos. 152.h. & ſeq.
Conſuetudo contra præcepta decalogi non ualet. 88.e
Conſuetudo dilata ſolutionis quomodo introducta ſit. 334.a
Conſuetudo mala crimen non leuat. 233.g

Contractus quid ſit. 308.f
Contractus quotuplex. ibi.
Contractus quo uſurari poſſit. 330.e. & ſeq.
Contractus aſſecurationis, an ſit licitus. 373. d. & ſeq.
Contractus ſoccidarũ explicati. 385.b. et ſeq.
Contractus, in quibus transfertur dominium quot ſint. 308.h
Contractus emptionis, & venditionis, quàm ſit uſurarius. 376.a & ſeq.
Contractus factus ꝑ pretio imminuto non eſt licitus. 313.f
Contractus ſocietatis poteſt eſſe uſurarius. 378.a. & ſeq.
Contractus vnde originem habeant. 308.f
Contractus multi prima fronte videntur uſurarij, et non ſunt. 422.a
Contractus locationis quomodo poſſit eſſe uſurarius. 377.d
Contractus venditionis caſus varij explicati. 376.a. & ſeq.
Contractus commiſſionis an ſit licitus. 380.g
Cõtractus mutui quomodo ſit faciẽdus. 328.c
Contractus cõmodati quõ fieri debeat. ibi. d
Contractus emptionis quo pacto faciendus. ibi.d.e
Contractus eſt illicitus, cum vnus habet potiorem partem quàm alius. 329.a
Contractuum humanorum finis qui ſit. 337.h
Contrahentis doloſa intentio quibus ſignis cognoſci poſſit. 376.b
Contrariorum vnum, ſi inuenitur, debet & alterum inueniri. 124.c
Contritio cordis neceſſaria ad reconciliationem cum Deo. 633.c
Contritio an ſufficiat ſine actuali confeſſione, cum adeſt copia confeſſoris. 247.d
Conuerſatio bona in quibus conſiſtat. 571.d
Conuerſio non eſt differenda. 227.a.b
Conuerſio quorum hominum facilis ſit. 212.f
Cor durum quid ſit, eleganter deſcriptum. 144. & 145.f
Corona gloriæ ex quibus conſtet lapidibus. 726.a. et ſeq.
Corona vitæ, & gloriæ æternæ, quæ, & qualis ſit. 725.e. & ſeq.
Corpora beata qualia ſint futura foris, & intus. 729.b
Corporis beati lux quanta erit. 728.d.e
Corporis beati impaſſibilitas vnde naſcetur. ibid. g
Corporis beati ſubtilitas qualis erit. 729.a.b
Corporis beati agilitas quanta. ibi.d
Corpus unum diuina potentia poteſt eſſe in pluribus locis. 5.4.a
Corpus unum potẽtia diuina poteſt eſſe in alio corpore. ibi.b
Correctio punitiua quæ ſit. 264.e
Correctio fraterna quid ſit. 257.b
Correctio fraterna eſt ſub præcepto. 258.g
Correctio facienda tempore opportuno. ibi.e
Correctio quid ſignificet, & importet. 260.d
Correctio debet ꝓcedere ex charitate. 257.b
Correctio ex parte corrigentis, quæ requirat. ibi.f. g
Correctio diſcretionem requirit. 258.e
Correctio, vt fieri debeat, quæ requirat. ibidem. c.d
Correctio filialis quæ ſit. 262.g
Correctio modum requirit. 261.g
Correctio cur requirat teſtium inductionem. 262. a
Correctio quibus de cauſis omittatur. 259. b. c
Correctio triplex. ibi.f
Correctio fraternalis quæ ſit. ibi.h
Correctio fraternalis quæ requirat. ibid. h. & ſequen.
Correctio paternalis quæ ſit. 563.e
Correctio paternalis triplex. ibi.
Correctio quot modis prætermittatur. 265.a
Correctionem ad faciẽdam quæ nos obliget. ibid. e
Correctionis præceptum an obliget ad inquiſitionem corrigendorum. 258.e
Correctionis finis qui ſit. ibi.d.e
Correctionis præceptum quomodo obliget. 257.c.d
Correctionis fraternæ fructus triplex. 262. d. e
Correctionis modus triplex. 260.b
Correcturus deberet eſſe ſine peccato. 266 a. & ſequen.
Corrigens dupliciter poteſt habere peccatũ. ibid. e
Corrigere homines cur debeant. 358.g
Corrigere ex debito quid ſit. 265.e
Corrigere nolens tripliciter a peccato impeditur. 265.h
Corripere quid ſit. ibi.h. et 257.a
Creaturæ quæ non remanebunt poſt diem iudicij. 114.b.c
Crede, & manducaſti quomodo ſit intelligendum. 571.a. & ſeq.

Cre-

Credendum eſt Deo ex uirtute ſine probationibus. 129.e
Credere ſine ſignis eſt magni luminis perfectio. 128.c.d
Credere nolentes ſine ſignis quibus comparentur. 130 b.& ſeq.
Credere Deo, Deum, & in Deum quomodo differant. 58 b.& ſeq.
Credere improbabile eſt magnæ uirtutis. 127.d.& g
Credere Deo ſine ſignis, eſt honorare Deum. 129.f.g
Credere non uolentis indicium. 127.g
Credere ſine euidentia eſt magni amoris. ibi. h.& ſeq.
Crux Chriſti Dei opera oſtendit. 610 g
Crux arbor magna cur dicatur. 611.e
Crux Chriſti eſt commune gaudium. 607.f
Crux Chriſti eſt uexillum omnium fideliũ. 606.e.f
Crux Chriſti arcus, quo diaboli potentiã confregit. 663.f
Crux Chriſti ſcala ad cœlum, & qui per eã adepti ſimus. 615.g.h
Crux Chriſti quæ beneficia nobis attulerit. ibi.h. & ſeq.
Crux Chriſti eſt clauis Dauid. 616.e
Crux Chriſti quibus uirtutibus ornata. 663. d
Crux Chriſti eſt communis theſaurus, & meritum. 607. a
Crux Chriſti unit cœlum cum terra. 608.h
Crux Chriſti eſt commune exemplum, et ſpeculum. 609.a
Crux Chriſti minuit diaboli poteſtatem. 626. c
Crux Chriſti ualet contra diabolum. ibid. b. d. e. f
Crux Chriſti quæ ſit. 623 a
Crux ſenſualium quæ ſit. ibi.c
Crux Chriſti quibus rebus figurata fuerit. 618.c. d
Crucem Chriſti ſuſcipere uolenti ſeptem ſunt neceſſaria. 628.a
Crucis Chriſti encomium, & adoratio. 578.g h
Crucis figura alio modo myſtice explicata. 630.d.& ſeq.
Crucis Chriſti latitudo eſt charitas. 630. b. Longitudo æternitas. 631.c. Altitudo paradiſus. d. Profunditas, captiuitas infernalis. f
Crucis Chriſti duo ligna quid myſtice ſignificent. 608.e.
Crucis Chriſti beneficia quæ ſint. 625.g.h
Crucis Chriſti uirtus quanta. 632.a
Crucis Chriſti laudes. ibi.b.
Crucis Chriſti figura myſtice explicata. 627. h
Crucis Chriſti deſcriptio quædam. 623.e
Crucis Chriſti fortitudo. 663.c.d
Crucis dignitas poſt Chriſti paſſionem. 611.e.f
Crucis figura perfecta. ibi.g
Crucis ſigni quanta ſit uis. 662.c. et ſeq.
Crucis Chriſti deſcriptio. ibi.h
Crucis Chriſti figura. 617.b.& ſeq.
Crucis figura. 47.g.h
Culpa triplex, ad quam reducitur omnis culpa. 85.d
Cultus exterioris uarij modi. 683.b
Curioſitas damnata. 136.g

D

Damnati cur a Deo creati fuerint. 204.e.f
Damnati an uideant beatorum gloriam. 115.d
Damnati ſunt impœnitentes. 120.e
Damnati tres patiuntur confuſiones. 196.e
Damnati communicant ſibi inuicem cruciatus. 197. b.c.
Damnatorum pœna cur ſit futura æterna. 16.h. & ſeq.
Damnatorum pœna cur debeant eſſe æternæ. 205.c. d
Damnatorum cruciatus uarij. 196.a. et ſeq.
Damnatorum pœna quàm ſit futura acerba. 116.d
Damnatorum pœnæ explicata. 192.d. et ſeq.
Damnatorum afflictiones uariæ. 116.f.d.& ſequen.
Damnatorum pœnæ corporales quatuor. 194. g.& ſeq.
Damnatorum cur maior numerus. 204.f
Damnatorum numerum eſſe maiorem nõ eſt mirandum. 244.b
Damnatorum pœnæ explicatæ. 114. b.& ſequen.
Damnatorum corpora qualia ſint futura. 115.e
Damnatos debere perpetua cruciari, uarijs rationibus probatur. 119.c.& ſeq.

Damnatio triplex. 197.e
Damnationis cauſſa duplex. 204.c
Dãnatur aut ſaluatur nemo, niſi ob ſua opera. 239.f
Damni emergentis cauſſa licet paciſci ad accipiendum aliquid ultra ſortem. 412.e.& ſequen.
Damnum ſuum qui uitat, nulli facit iniuriã. 382.f
Damnum uitantis fauorabilior, quàm lucrũ captantis. 417.c
Danti ex promiſſione magis debemus. 219.b
Dauidis triplex auctio quid myſtice ſignificet. 450.a
Debitum, quo tenentur ſeruire Deo, eſt infinitum. 121.d
Debitum duplex. 223.e
Defectus rei uendendæ tres. 339.d
Dei benedictio quid ſit. 164.c
Dei ſagitta, ſeu pœna ſeptẽ, et quæ ſint. 216.b
Dei cellarium quadruplex. 193.a
Dei iudicia generalia tria. 166.b
Dei cognitio triplex. 486.e
Dei nomen terribile. 487.g
Dei nomen eſt turris fortiſſima. 497.e
Dei quãnta ſit perfectio, & quomodo nominetur. 35.b
Dei largitas erga nos triplex. 558.f
Dei duplex eſt uoluntas. 46.c.d
Dei habitaculum eſt conſcientia. 521.e
Dei læua, & ſiniſtra quid ſint. 39.b
Dei ſunt omnia bona, noſtra ſolum peccata. 50.g
Dei gloria, & laus manifeſtatur in punitione æterna damnatorum. 125.e.f
Dei ſolius eſt hominem cuſtodire. 201.g.h
Dei præeminentiam, & perfectionem qui participent. 43.c d. & ſeq.
Dei uinum quodnam ſit. 193.a & ſeq.
Dei opera qualia ſint. 610.e
Deo tria ſunt, quæ maxime placent. 505.e. & ſeq.
Deo quid reddendum ſit pro ijs, quæ nobis dedit. 12.d.e
Deo ob quas cauſſas ſint agendæ gratiæ. 34. b. & ſeq.
Deo qualiter ſit credendum. 131.f
Deo perpetuo ſeruire cur debeamus. 122.d. & ſequen.
Deo quid offerendũ ſit. 446.d
Deo credere nolle, quàm ſit inconueniens. 132.b.c
Deo patet noſtra conſcientia. 534.b
Deo mouente conſilium capere non expedit. 227.d
Deo uocanti ſtatim obediendum eſt. ibi.f.g
Deum ſolum mundi corde uidere poſſunt. 705.e
Deum præcipere impoſſibile qui ait, eſt Anathema. 426.e
Deus triplici gratia dono animam conuertit. 448.g
Deus quid a nobis requirat, & quid nos facere debeamus. 482.c
Deus plura facere poteſt, quàm intellectus noſter intelligat. 551.f
Deus, ut eſt ipſa miſericordia, eſt etiam ipſa iuſtitia. 704.g
Deus quomodo diligendus ſit. 604.a
Deus requirit a nobis perſeuerantiam. 721.c
Deus cur uoluerit nos ignorare an ei ſimus grati. 527.g
Deus cor ſolum a nobis petit. 12.d
Deus orandus eſt, ut nos doceat. 477.b
Deus a iuſtis abeſt ad meritum, adeſt ad ſolatium. 455.f
Deus eſt uerus dominus omnium rerum, & poteſt transferre dominia. 419.h
Deus amor eſt, quem qui amat, amorem amat. 455.b
Deus quibus modis laudetur. 35.b.c.& ſeq.
Deus tria ſibi reſeruat, & quæ. 500.d
Deus poteſt ſubito animam a peccato purgare. 702.e
Deus quomodo nobiſcum loquatur interius. 226.f
Deus ob quas culpas populos excæcet. 178.g & ſequen.
Deus omnia creauit propter hominem. 81.f.
Deus præſto eſt ſuo auxilio in tentationibus. 68.b
Deus omnia propter ſe fecit. 125.d
Deus in ſcripturis comminatur nobis æternas pœnas. 125.b
Deus in quibus ſibi complaceat. 231.b
Deus quomodo illuſtratione ſuorum donorum excæcet impios. 180.a
Deus quomodo uineam ſuam miſericorditer flagellet. 175.d.e
Deus præparat nos ad gratiam. 45.b
Deus eſt ueluti mercator, ſeu venditor ſui amoris. ibi. a.c.d
Deus quibus modis tẽtetur ab homine. 226.c
Deus ob quas cauſſas ſua iudicia occultet. 183.

183.c. & ſequen.
Deus quando cognoſcatur. ibi.e
Deus quomodo ſe habeat ad nolentes. 210.f
Deus quas gratias ſubtrahat peccatori. 279.b.c
Deus tribus modis permittit peccatorem cadere in ruinam. ibi.e
Deus non conuertit corda in malum. 173.b. & ſequen.
Deus quomodo dicatur inducere ad malum. 179.a. & ſeq.
Deus quomodo dicatur excæcare peccatores. 170.b
Deus quas miſericordias exerceat erga peccatores. 173.f.g. & ſeq.
Deus peccatores ad ſe reuocat. ibi.a.b
Deus impœnitentes grauiter flagellat. ibi.f
Deus quæ bona nobis impertiat. 175.a.b
Dæmon detractionis fuit auctor. 268.d.g
Dæmon quæ mala per cibum operatus fuerit. 549.d
Dæmon mundi princeps, quomodo dicitur eiectus foras. 606.h
Dæmon nunquam tentauit quenquam de vitio contra naturam. 144.e
Dæmones non torquent animas in purgatorio. 713.c.d
Dæmones abominantur peccatum contra naturam. 141.e.f
Dæmonis tres ciuitates, quas ædificauit Rex Babylonis, myſtice explicata. 531.d. et ſeq.
Dæmonis tentatio quid ſit. 269.b
Depoſito pro, an liceat aliquid accipere. 314.c
Deriſio triplex. 596.d
Deſiderium, ſiue eſuries triplex. 676.a
Deſiderium rerum cœleſtium tria requirit. 684.f.g
Deſiderium reſolutionis huius, vide vnde naſcatur. 685.g.h
Deſperatio eſt cauſſa adhæſionis. 209.b. & 210.a
Detractio a tribus hominum gentibus auditur. 277.c
Detractio quibus modis uitari poſſit ne audiatur. ibi.d. & ſeq.
Detractio quid ſit. 267.b
Detractio charitati contraria eſt. ibi.c
Detractio draconi comparata. 268.b
Detractio vtilitatem affert. 286.f
Detractio tollitur teſtificatione. 284.b
Detractio ortum habet a ſuperbia. 270.e
Detractio quam graue peccatum ſit. 276.d.e
Detractio quid ſit. 275.b
Detractionem qui uitare dicantur. 278.d
Detractionem audiens quibus modis peccet. ibi.f. & ſeq.
Detractionem audire quando ſit peccatum mortale. ibi.g
Detractionem contra, quæ ſint remedia. 282.b. & ſeq.
Detractiones ferre eſt magni animi. 287.g
Detractiones ferendæ exemplo Chriſti. 286.a
Detractionibus quomodo quiſ ſe defendere poſſit. 284.a. & ſeq.
Detractionis deteſtatio pulcherrima. 279.f.g.h
Detractionis origo, & proceſſus. 268.c. & ſequen.
Detractionis ſpecies, ſiue modi qui. 272.g.h. & ſequen.
Detractionis uaria remedia contra detractionem. 282.b & ſeq.
Detractor ſcorpioni, & ſerpenti comparatus. 270.b.c
Detractor omnia Dei præcepta offendit. 276.b
Detractor ob quas cauſſas comparetur draconi. 280.d. & ſeq.
Detractores magnum beneficium conferunt. 287.c
Detractores comparantur porcis, & ſcarabeis. 275.d.e
Detractores quibus modis detrahere ſoleant. 276 c. & ſeq.
Detractores ſunt ranis ſimiles. ibi.b
Detractores triplici uia corrumpunt mundũ. 269.c
Detractores cur Deus permittat. 281.b. & ſequen.
Detractores cur diligendi. ibi.f
Detractores quibus comparentur. 274.f
Detractores canibus rabidis cõparati. 270.h
Detractoris lingua cur dicatur lingua tertia. 279.d
Detractoris lingua quid ſit. 272.a
Detractoris lingua tres ſimul vulnerat. ibi.b
Detractoris crudelitas. 271.g
Detractoris figura. 274.d
Detractoribus quomodo ſit reſpondendum. 284.a. & ſeq.
Detractoribus compatiendum eſt. 286.c.d
Detractorum triplex lingua. 269.c
Detractorum duo genera. 282.f
Detrahere an ſit peccatum mortale. 276.c

Detra-

Detrahere quid ſit. 273.a
Deuotio quid ſit. 48.f
Dextera, *& ſiniſtra* Dei *quæ ſint.* 675.b
Dextera *quid myſtice ſignificet.* 622.e
Diaboli *theſaurus eſt mala conſcientia.* 531.b
Diaboli *pulcherrima deſcriptio.* 532.b
Diabolo *quando ſit reſiſtendum.* 225.b
Diabolus *uincitur nomine Ieſu.* 489.g
Diabolus *quantum ſtudeat nobis nocere.* 80.f
Diabolus *inſidiatur nobis ī fine uitæ.* 724.a.b
Diabolus *expugnator eccleſiæ in cœlo, & in terra.* 605.a
Diabolus *non habet maiorem amicum, quàm ignorantiam.* 536.f
Dies *dominicus apud gentiles erat Soli dicatus.* 83.b
Dies *dominicus quomodo, & cur a nobis ſeruetur.* ibi.a.b
Dies *dominicus ad quid inſtitutus.* ibi e
Difficultas, *& facilitas duplex.* 221.d
Difficultas *quæ augeat meritum.* ibi.e
Dilectio *diuina, & humana ſpecie differunt.* 4. g
Dilectio *inimici facit nos* Deo *ſimiles.* 501.d
Dilectionis *ſigna uniuerſalia nemini ſunt neganda.* 63.c.d.e
Dilectionis *præceptum totam legem continet.* 8.b
Dilectionis *ordo qualis.* 62.a.b
Dilectionis *modus triplex.* 719.a
Dilige, *& dic quicquid uoles.* 258.a
Diligere *non vult, qui pro amato pati nō vult.* 625.d
Diſcordia *triplex.* 236.e
Diſcordia *quæ mala pariat.* 506.e. & ſeq.
Diſcordia, *ſeu partialitas quot damna afferat.* 235.d. & ſeq.
Diſcordia *quot mala procreet.* 230.c.d
Diſcordiarum *actores quales ſint.* 237.f
Diſcordias *exercentes quibus, & quæ nocumenta afferant.* 239. e. et ſeq.
Diſcordias *exercentes triplex malorum genus habent in corde.* 238.b
Diſcordias *exercentes leonibus comparati.* ibid. f
Diſcordias *cur* Deus *permittat.* 240.a
Diſcretio *in quibus rebus adhibenda.* 39.g
Diſcretionis *uirtus neceſſaria.* 211.c. & ſeq.
Diſcretionis *triplex effectus.* 39.f
Diſſenſio, *uide diſcordia.*
Diſſidentium *pœna.* 169.b.c
Ditiores, *& pauperiores qui fiant.* 433.e
Diuites *perfecti eſſe poſſunt.* 223.e
Diuites *qua ratione diuitijs fruantur.* 242.h. & ſequen.
Diuitiæ *morales, & ſpirituales quæ.* 180.b
Diuitiarum *contemptus in mundo habet quādam dulcedinem, et beatitudinem.* 684.d
Diuitiarum *honeſta poſſeſſio eſt lilium inter ſpinas.* ibi.
Diuitias *ad paucos peruenire, reip. & ciuitati perniciosum.* 429.g
Diuitijs *quis cor apponere cenſeatur.* 424.g
Diuitum *uita periculoſa.* 67.a.d
Diuini *amoris tres effectus.* 668.b
Diuiſionem *nemo amat naturaliter in ſe.* 232.b
Diuiſionem *omnia naturaliter refugiunt.* ibid. e
Docibiles Dei *omnes eſſe quomodo intelligendum.* 226.b
Doctoribus *diſſentientibus quid eſt faciendum, ut ueritas inueniatur.* 201.d. & ſiq.
Doctoribus *in aliqua re mortali diſſentientibus, an liceat agere ſecundum unam opinionem.* 415.a
Dolor, *& triſtitia poſſunt eſſe de eadem re, diuerſa ratione.* 585.b
Dolor *damnatorum quātus ſit futurus.* 195.b
Dolores *mentis quomodo varientur.* 580.a
Dominici *diei priuilegia duodecim.* 83. d. & ſequen.
Dominij *tranſlatio quomodo iuſte fiat, et quotuplex ſit.* 302.e.f.g
Dominiorum *triplex uarietas.* 299.g
Dominium *qui transferre poſſit.* 402.d
Dominium *priuatum rerum, ob quas cauſſas ſit licitum.* 301.e
Dominium *rerum in ſtatu ſententia fuit commune.* 299. b. & ſeq.
Dominium *rerum commune cur poſt lapſum fuerit reuocatum.* 300.d
Dominium *priuatum rerum cur neceſſariū.* ibidem.
Dominicus *dies cur inſtitutus.* 84.b
Dominus *mutuās a colono, ut agros aret, an committat uſuram.* 357.d
Domus *poteſt parere aliam domum, ſed non pecunia pecuniam.* 348.e
Dona *quæ non manebunt in patria.* 21.d. & ſequen.
Donare *quis non poſſit.* 308.a
Donatio *quas conditiones requirat.* 307.b
Donatio *quæ magis grata cenſeatur.* 227.d.e

Donec,

Donec, quomodo in ſcriptura ſumatur. 706.e
Draconis natura quæ. 280.e
Dubia ſunt in meliorem partem interpretanda. 135.b
Dubium cur, et quot modis aliquid nobis ſit. 133.g
Dubius in fide, infidelis eſt. 202.e
Dubitationes circa fidem, cur Deus euenire permittat. 56.f.g.h

E

Ebrietas ſpiritualis quæ. 36.g.h
Ebrietas ſpiritualis in quo conſiſtat. 457.e
Ebrietatis ſpiritualis effectus. 687.e
Ebrius in omni loco ſtat ſecurus, ſic diuinus amator. 457.g
Eccleſia habet claues regni cœlorum. 245.e
Eccleſia quot claues habeat. ibi.e
Eccleſia in quo modo orandum, & ſtandum ſit. 93.f.& ſeq.
Eccleſia cur non ſtatuerit præceptum de audiendo Verbo Dei. 97.d
Eccleſia Catholica uſuram prohibet. 365.h. & ſequen.
Eccleſia multa tenet traditione Apoſtolica. 244.a
Eccleſia ratione feudi a vaſallo aliquid poteſt accipere. 420.d
Eccleſiæ nomine quid ſignificetur. 262.c
Eccleſiæ ſtatus qualis futurus tempore Antichriſti. 101.f.& ſeq.
Eccleſiæ claues quomodo dicãtur duæ. 245.g
Eccleſiæ poteſtas una. ibi.f.& ſeq.
Egidius ſocius beati Franciſci eleuabatur a terra, ad pronunciandum nomen Ieſu. 497.g
Electio quid ſit. 225.e
Electorum ex numero, quid facere debeat, qui vult eſſe. 205.h
Elementa poſt diem iudicij quomodo interire dicuntur. 113.g.h
Elementorum innouatio poſt diem iudicij. ibi. f. & ſeq.
Eleemoſynæ præmium in alia uita a Virgilio expreſſum. 696.d
Eleemoſynæ conditiones quatuor. 17.e
Elyſij campi cur ſic dicti. 696.d
Eloquentia ſine charitate haberi non poteſt. 16 d.e
Eloquentia tria requirit. ibi.
Ementes impreſtita animo recipiendi aliqd ſunt uſurarij. 501.f.& ſeq.
Ementis vtilitas non poteſt eſſe cauſſa augendi pretij. 338.g.& ſeq.
Emptio redditũum ad uitam eſt licita. 327.c.
Emptionis contractus qui. 308.g
Emphyteoſis contractus qualis ſit. 377.f.g
Emphyteoſis quid ſignifices. ibi.g.
Enigma quid ſit. 23 b.c
Error quomodo uitari poſſit. 202.a
Epiſcopatus officio nihil periculoſius. 312.e
Equi natura. 236.h
Eua quomodo a dæmone ueneno fuerit infecta. 268.g
Euangelij prædicatio in quibus conſiſtat. 9.g
Euangelij prædicatio Deum glorificat. 9.b
Euangelium quid ſignificet. 7.d.e
Euangelica lex ſola eſt perfecta. 7.f
Euangelicæ perfectionis partes tres. 673.d. & ſequen.
Euchariſtia quid ſignificet. 555.c
Euchariſtia eſt cibus deiformis. 560.a
Euchariſtia eſt ſacramentum ſacramentorum. 557.a
Euchariſtia eſt admirabile ſacramentum propter conuerſionem ſubſtantiæ. 550.c
Euchariſtia cur ſit ſacramentum memorabile. 547.d
Euchariſtia, quæ eſt cibus ſpiritualis, quomodo differat ab alijs cibis. 559.e
Euchariſtia tres uirtutes theologicas iuuat. 562.d
Euchariſtia cur cõmunio nuncupetur. 642.g
Euchariſtia requirit præparationem reconciliatiuam. 633.a
Euchariſtia vt ſumatur ſacramentaliter quæ reperiantur. 566.d
Euchariſtia requirit reconciliationem cum proximo. 634.g
Euchariſtia requirit præparationem per deuotam orationem. 638.e
Euchariſtia quomodo tollat peccata mortalia. 574.d.e
Euchariſtia illuminat. 563.g
Euchariſtia roborat. 564.a.b
Euchariſtia delectat. ibi g.
Euchariſtia quomodò ſumenda. ibi h
Euchariſtia quomodo ſit ſumenda. 572.a.& ſequen.
Euchariſtia quomodo ſpiritualiter tantum ſumatur. 569.h.& ſeq.
Euchariſtia eſt ſacramentum delectabile, & cur. 561.d.& ſeq.
Euchariſtia a quibus malis nos liberet. ibi.e.

& ſequen.
Euchariſtia tollit peccata uenialia. 561.g
Euchariſtia eſt panis quotidianus. ibi. h.& ſequen.
Euchariſtia an danda ſit amentibus. 574.g
Euchariſtia an danda dæmoniacis, ſiue energumenis. 575.a.b
Euchariſtia quæ bona ſpiritualia tribuat, & augeat. ibi.f
Euchariſtia cum Chriſto unit tripliciter. 576. e
Euchariſtia ubi fuerit præfigurata. 546.e.f
Euchariſtia tria continet, ut eſt ſacramentum. ibi.d.& ſeq.
Euchariſtia cur Chriſti corpus occulte contineat. 555.g.& ſeq.
Euchariſtia multa continet ſupra naturam. 556.a.b
Euchariſtia demonſtrat admirabilem Dei largitatem. 558.f.& ſeq.
Euchariſtia triplicem ſanitatem nobis affert. 549. d
Euchariſtia quibus rebus comparetur, & figurata fuerit. ibi. & ſeq.
Euchariſtiam qui ſumant, ut ſacramentum tantum. 566.b
Euchariſtiam male ſumentes, qui ſint. 560.c
Euchariſtiam male ſumentes triplex malum incurrunt. 566.f.h
Euchariſtiam male ſumentes Deus ſeuerè punit. 560.c
Euchariſtiam male ſumentium tria genera. 566.f.& ſeq.
Euchariſtiam male ſumentes Iudæ proditori comparantur. 561.b
Euchariſtiam male ſumere quàm graue peccatum ſit. 568.h.& 569.h
Euchariſtiam ſumētium uarij gradus. 570.f
Euchariſtiam cum peccati mortalis ignorantia ſumere dupliciter contingit, & quando ſit peccatum. 535.b.et ſeq.
Euchariſtiam ſpiritualiter manducātes quē fructum capiant. 573.a.& ſeq.
Euchariſtiam ſumentes cum peccato carnali, an magis peccent, quàm qui ſumunt cū peccato ſpirituali. 637.g
Euchariſtiam continere Chriſti corpus argumento efficaciſſimo probatur. 563.a
Euchariſtiam cur quidam raro ſumpſerint. 640.e
Euchariſtiam ſine deuotione ſumentes, an peccent. 639.g.h
Euchariſtiam ſumentis fides qualis eſſe debeat. 636.a
Euchariſtiam indigne ſumentes mortaliter peccant, & cur. 560.b
Euchariſtiam nos Chriſto unire, tribus exemplis explicatur. 576.b.& ſeq.
Euchariſtiæ ſacramentum triplicem requirit præparationem. 634.b.e
Euchariſtiæ ſacramentum quomodo oſtendat Chriſti ſapientiam. 556.g.et ſeq.
Euchariſtiæ ſumptionem an impediat nocturna pollutio. 638.b
Euchariſtiæ ſacramentum triplici modo ſumitur. 565.g
Euchariſtiæ ſumptio quos fructus generet in anima. 563.f.g
Euchariſtiæ ſacramentum auget uirtutes, & quomodo. ibi. d.e
Euchariſtiæ ſacramenti mirabilia quatuor. 552.c.& ſeq.
Euchariſtiæ ſacramenti tres utiles ueritates practicæ. 557.f.g
Euchariſtia quomodo adoranda. 557.g
Euchariſtiæ inſtitutio demonſtrat admirabilem Dei ſapientiam. 554.e.& ſeq.
Euchariſtiæ ſacramentum cur ſit inſtitutum. ibi.g.& ſeq.
Euchariſtiæ ſacramentum demonſtrat admirabilem Dei omnipotentiam. 550.b
Euchariſtiæ inſtitutio. 548 b
Euchariſtiæ forma quæ. ibi.e
Euchariſtiæ tranſubſtantiatio quibuſdam rationibus ſuadetur. 550.e.& ſequen.
Euchariſtiæ ſumptio. 549.a
Euchariſtiæ ſacramentum eſt memorabile, & delectabile. 547.c
Euchariſtiæ mala ſumptio, quæ mala ſecum afferat. 568.b.et ſeq.
Euchariſtiæ ſpiritualis ſumptio quæ requirat. 370.b
Euchariſtiæ ſacramentum quando ſit ſumendum. 642.e.f
Euchariſtiæ præparatio, in agno paſchali myſtice figurata, & explicata. 640. h. & ſeq.
Euchariſtiæ pparatio triplex. 635.h. & ſeq.
Euchariſtiæ ſacramentum indurat corda male ſumentium. 561.b
Euchariſtiæ ſacramentum quale ſit. ibi.c
Euchariſtiæ fructum percipere uolenti tria ſunt neceſſaria. 573.g
Euchariſtiæ bene ſuſcepta fructus multiplices. 574. a. & ſeq.

Euchariſtiæ ſumptio cur tollat peccata venialia. 624.d
Euchariſtiæ ſumptio requirit magnam puritatem. 636.g.& ſeq.
Euchariſtiæ ſumptio requirit beneficioru̅ Dei meditationem. 672.c
Euchariſtiæ ſumptio requirit præparationem diſpoſitiuam. 635.g
Euchariſtiæ uſus frequens melior ne ſit, quã rarus. 640.a
Euchariſtiæ frequentatio qua regula metienda. 640.c.d
Euchariſtiæ ſumptio requirit uocalem confeſſionem. 638.d.e
Excæcatio mirabilis, uidere potius aliena peccata, quàm ſua. 265.g
Exco̅municatio quibus in caſibus incurratur ob uſuræ vitium. 430.e.f.g

F.

F*Acere melius eſt, quàm noſcere.* 84.g.h
Facies Dei quid ſit. 23.d
Facies myſtice conſcientiam ſignificat. 529.a.b
Falx quid myſtice ſignificet. 103.a. & 176.f
Fama vnde ſic dicta. 660.f
Fama bona non modicus theſaurus. 163.d
Fames animæ quid ſit. 28.e
Factus eſt in pulchris, ſequitur ſuperbia formam. 468.g
Fænerari alieno quomodo Iudæis licuerit. 347.c.d
Fœlicitas temporalis qualis. 997.d
Fœlicitas vera non eſt, quæ non eſt perennis. 124.e
Feſti diei obſeruatio cur inſtituta. 81.d et ſeq.
Feſti dies quomodo celebrandi ſint. ibid.c.& ſequen.
Feſti dies vltra dominicum cur inſtituti ſint. 84.b. & ſeq.
Feſti dies Virgini dicati cur ſeruandi. ibi.c
Feſti dies qui celebrandi ſint. ibi.g.h
Feſtis diebus inſiſtendum prædicationi. 94.g
Feſtis diebus quando ex neceſſitate laborare liceat. 92.f
Feſtis diebus quid faciendum ſit. 93.d.et ſeq.
Feſtis diebus orandum eſt. 93.e. & 94.c
Feſtis diebus quæ opera ex neceſſitate fieri poſſint. 88.g
Feſtis diebus vendere carnes an liceat. ibi.h. & ſeq.
Feſtis diebus tabernæ an ſint aperiendæ. 83.b
Feſtis diebus quæ opera exercere liceat, aut non liceat. 90.b. et ſeq.
Feſtis diebus, quorum meminiſſe debemus. 81.d
Feſtis diebus quid facere teneamur. 86.a
Feſtis diebus non licet mercari. 313.f
Feſtis diebus quæ opera non ſint facie̅da. 87.d.& h.& ſeq.
Feſtis diebus mercatum exercere an liceat. 88.a
Feſtis diebus a quibus peccatis abſtinendum ſit. 85.d.& ſeq.
Feſtis diebus laborare pro animæ interitu mira inſania. 86.h
Feſtis diebus a quibus operibus ſit ceſſandu̅. 85.b.& ſeq.
Feſtis diebus Sanctorum, quæ a nobis conſideranda ſint. 95.e
Feſtis diebus quæ vendere non liceat. 89.a.et ſequen.
Feſtis diebus inſiſte̅dum eſt deuotioni. 97.f.g
Ficulnea infructuoſa quid ſignificet. 240.c
Fide de magno cu̅ periculo diſputatur. 131.b
Fides quid ſit. 128.b.& 130.a.& 226.h
Fides triplex. 192.d
Fides eſt armatura, qua pugnamus in bello ſpirituali. 129.c.d
Fides licet non habeat cauſſam, habet tamen præparatoriam diſpoſitionem. 126.g.h
Fides eſt fortiſſima uirtus. 132.b.c.d.e
Fides cur neceſſaria. ibi.e.f
Fides non eget rationibus, & cur eas admittat. 550.d
Fides innatur naturali homine. 4.c.d
Fides humana, & diuina differunt. 4.e
Fides, ut in Deum tendat, quæ requirat. 203.a
Fides uiua, & uera quæ. 51.g
Fides uiua; & mortua quomodo differant. 57.d
Fides repellit ab anima tenebras noxias. ibidem.e
Fides quomodo dicatur mortua. 58.e
Fides non ficta quæ ſit. 31.b
Fides catholica in quo conſiſtat. 492.b
Fides tribus modis dicitur. 59.a
Fides uiua quas uires præſtet in anima. 59.f
Fides unde ſic dicta. ibi.g
Fides ſine operibus eſt ficus illa, cui maledixit Chriſtus. ibi.h
Fides uiua, & mortua comparantur homini viuo, & mortuo. 60.b.& ſeq.
Fides triplex, mortua, ficta, & probata. ibi.e

Fides triplex. 51.e
Fides mortua quæ ſit. ibi.f
Fides comparata ſoli. 58.g.h
Fides viua, & mortua quo pacto differant. ibid.f
Fides comparatur piſci inter fluctus uiuenti. 17. a
Fides uiua quid ſit. ibi.b
Fides diuina eſt una omnium credibilium. 4. f
Fidei quanta ſit vis, atque poteſtas. 185.g
Fidei perfectio in credendo ſine ſignis. 127. c.& ſeq.
Fidei ſinceritas in quo ſita ſit. 131.c.d
Fides lumen quid faciat in anima. 57.e
Fidei deſcriptio quædam. ibi.h
Fidei lumen viuificat intellectum. 58.d
Fidei lumen omnia alia lumina obſcurat. 562. e
Fidei quomodo attribuantur miracula. 17.c
Fideles qui vere dicantur. 32.e
Fidelis homo quando poſſit deſiſtere ab opere bono. 53.d
Fidelis debet credere ſine ſignis. 128. g. & ſequen.
Filij Dei qui ſint, & quomodo eius ſpiritu agantur. 226.f.g
Filij cur parentibus non ſoleant obedire. 160. d.& ſeq.
Filij inobedientes grauem merentur pœnam. 166. d
Filij qui obediunt parentibus, quibus remunerentur bonis. 162.d.& ſeq.
Filijs quàm ſit periculoſa parentum maledictio. 165.b
Filiorum malorum punitiones ſeptem. 164.b. & ſequen.
Filiorum malorum malus finis exemplis demonſtratus. 165.c.d
Filiorum in parentes ſeruitia diuino iudicio permiſſa. 162.b.c
Filius malus eſt ex diabolo. 166.c
Finis appetitur infinitè. 439.g
Florentinus mons explicatus. 390.g
Fornicatio ſpiritualis triplex. 680. f. & ſeq.
S.Franciſci triplex perfectionis ſtatus. 661.f
Franciſci regula qualis fuerit. 666. d. & 675.e
Franciſci charitas quanta fuerit. 666.g
Franciſci ſtigmata quomodo in eius corpore facta ſint. 667.b.& ſeq.
Franciſci ſtigmata approbata. 671.f
Franciſci ſtigmata myſtice explicata. 662.e. & ſequen.
Franciſci ſtigmata ſunt litera ſignata annulo regis. 665.g
Franciſci ſtigmata quæ enuncient ex parte noſtri. 672. d. & ſeq.
Franciſci ſtigmata, tria nobis demonſtrant. ibid. e
Franciſci ſtigmatum dignitas. 669. c. d. & ſequen.
Franciſci ſtigmatum forma qua fuerit. 660. d
Franciſci ſtigmatum miracula duodecim. 669. g
Franciſci miracula nonnulla enumerata. 663. e
Franciſci ſeraphica apparitio myſtice explicata. 668.f
Franciſco cur Chriſtus in forma ſeraphica apparuerit. 662.g
Franciſco quoties Chriſtus apparuerit. 667. d. & ſequen.
Franciſco quando fuerint ſtigmata impreſſa. 668.c.d
Franciſco triplicem ſapientiam Chriſtus cōmunicauit. 663.g
Franciſcum eſſe illum Angelum ſexti ſignaculi, de quo ſcribitur Apoc. 7. reuelatione ſcitum eſt. 662.d
Fraciſcus alter Angelus cur dicatur. 661.g
Franciſcus ſtigmata acceperit. 665.h
Franciſcus vitam ſuā imitationi Chriſti conſecrauit. 661.A
Franciſcus quomodo fuit ſimilis filio Dei. 663.b.c
Franciſcus creaturis inſenſibilibus imperabat. 677.e
Franciſcus dux nouæ militiæ. 671.a
Franciſcus in tota vita ſimillimus Chriſto. 664. h
Franciſcus cum latere aperto per biennium vixit. 670.d
Franciſcus duodecim priuilegia adeptus eſt per receptionem ſtigmatum. ibidem. d. & ſequen.
Franciſcus confirmatus in gratia. ibi.e
Franciſcus poſt ſtigmatum receptionem uſque ad mortem fuit in continuo martyrio. 671. b
Fratris nomine qui intelligantur. 257. b
Fructus in re pignoritia computantur in ſortem. 411.g

Fruitio

Fruitio quid ſit. 727.e
Futura voluntaria non poſſunt prænoſci per conſtellationes. 69.c

G

GEner an poſſit recipere a ſocero fructus dotis. 413.e.f
Gladius ſpiritualis quid ſit. 660.a
Gloria, iudicium, & uindicta ſunt Dei gloria. 500.d
Gloria animę beatę redundat in corpus. 194.f
Gloria æterna cur dicatur gaudium plenum. 498.c
Glorię corona ex quibus lapidibus conſtet. 726.a.& ſeq.
Glorificatur homo cum debito pœna. 702 b
Gradus ſeptem quibus peruenitur ad amorē diuinum. 32.a.& ſeq.
Gratia ſublimior eſt, quàm natura. 605.b
Gratia quibus detur. 496.d
Gratia non datur ſine præparatione. 45.g.h
Gratias quas Deus dat peccatoribus propter bona opera. 693.f.& ſeq.
Gratię ſpirituſſancti proprietates tres. 291.g
Gratię diuinę aquam bibens, quomodo non ſitiat in æternum. ibi.d
Guelforum, & Gebellinorum partes reprehenſę. 230.f.& ſeq.

H

HAbitacula quatuor ſunt ſub terra. 709.f
Hæreditates prædiales, an liceat hæreditarie emere. 329 e
Hæreticorum conuerſio difficilis. 158.a
Hydria quid myſtice ſignificet. 291.e.& 298. d
Hieruſalem qualis ciuitas fuerit. 601.b.c
Hymni in laudem Magdalenę. 459.f
Hypocritę qui uere ſint. 269.g
Homo ignorat quę ſupra ſe, & intra ſe ſunt. 185.c.d
Homo vniuerſaliter omnia ignorat. ibi.f
Homo eſt peregrinus in terra. 654.c
Homo cur microcoſmos dicatur. 68.f
Homo eſt veluti quadrata ciuitas, quę quatuor habet angulos. 70.c
Homo quando cenſeatur iuſtus. 137.a.b
Homo ignorat futura. 185.b
Homo quomodo ſe præparet ad gratiam. 45.g.h
Homo quomodo ſe exercere debeat in bonis operibus. 39.c.& ſeq.
Homo quando ſine lumine fidei iuſte operetur. 56.c.& ſeq.
Homo in quibus rebus poſſit offendi. 18.e
Homo per cibum mortuus eſt, & per cibum ſanatus. 554.g
Homo eſt naturaliter inclinatus ad ſummũ bonum. 124.b
Homo eſt templum Dei. 466.c
Homo non poteſt occidere ſeipſum. 410.a
Homo mouetur ad religionem diuino ſpiritu. 216.h
Homo quando non poſſit ex dolore interire. 585.a
Homo in hoc ſtatu quę ignoret. 184.h.& ſequen.
Homo cur factus a Deo. 578.c
Homines ſinguli quid ſcire teneantur. 287.b
Homines quę æſtimare ſoleant. 16.c
Homines quid conſiderare deberent. 207.e.f
Homines omnes ſua culpa errant. 202.a
Homines cur inter ſe amare debeant. 505.e.& ſequen.
Homines in tribus inimicitijs uiuunt. 502.c
Homines proficientes in quatuor proficere debent. 492.f
Homines relicto Deo in quibus ſperent. 423.g
Homines id colunt, quod prę cæteris diligunt. 424.e
Homines omnes efficiunt unum corpus. 364.b
Homines cur non uideant ſua futura iudicia. 178.f.& ſeq.
Homines ob tranquillitatem Dei futura iudicia non vident. 181.e
Homines diuinis donis uaria abutuntur 180.f.& ſeq.
Homines ante Chriſti paſſionem cur cœlum ingredi non poterant. 664.g
Hominis noui perfectiones duodecim. 654 g
Hominis interfecti vulnera ad præſentiam interfectoris ſanguinem emittant. 610.a
Hominis deſiderium uirtuale in tribus potentijs. 679.g.& ſeq.
Hominis deſiderium criminale in tribus animę potentijs. 670.f.& ſeq.

Hominis deſiderium in ſtatu corrupto, quale. 677.e
Hominis deſiderium, ut eſt natura libera, qd poſſi'. 678.d
Hominis deſiderium naturale incorruptum quod ſit. 676.d. & ſeq.
Hominis noui in vita actiua perfectiones ſeptem. 655.a.& ſeq.
Hominis aduerſarij tres. 489.b
Hominis nobilioris mors eſt ignobilior. 589.c
Hominis ingratitudo, et ignorantia, nõ agnoſcendo Dei beneficia. 182 c
Hominum corda homini ignota. 185 c
Hominum tria genera. 691.b
Hominum male viuentium quanta ſit ſtultitia. 198.b.c
Honeſtas quid ſit. 480.b
Honeſtas eſt virginitatis cuſtos. ibi.a
Honor quid ſit. 43.b
Honore afficiendi qui ſint, & cur. ibid.b.c. & ſequen.
Honores non ſunt deſiderandi. 19.f
Horæ canonicæ qua obligatione recitãdæ ſint. 98. a
Horas canonicas quis recitare debet. ibi. a
Hortatio quædam ad pacem, et concordiam. 505.b.& ſeq.
Humanæ mentis ſtatus triplex. 656.b
Humanorum operum tria genera. 310.c
Humilitatis gradus ſeptem. 38.a

I

IAcobus minor vouerat ſe non manducaturum, donec videret Chriſtum reſuſcitatum. 652.d
Idolum quid ſit. 146.b
Idololatra cenſetur, qui totum ſeruitium ſuũ dicat creaturæ. 425.g
Idololatriæ vitium quot modis committatur. 681.b. & ſeq.
Ieſu nomen eſt ſplendor prædicantium. 493.g
Ieſu nomen eſt adiutorium deficientiũ. 494.h
Ieſu nomen ſemper vſurpandum. ibidem.b.& ſequen.
Ieſu nomen eſt ſolatium patientium. 491.b
Ieſu nomine martyres in tormentis triumphant. 492.b c
Ieſu nomen eſt meritum operantium. 494.e
Ieſu nomen eſt honor credentium. 492.g
Ieſu nomen late laudatum, & explicatum. 483.b.& ſeq.
Ieſu nomen inexplicabile. 484.a
Ieſu nomen et excellentia demonſtrata ex ſex capitibus. 484.f.& ſeq.
Ieſu nomen a Deo impoſitum fuit. ibi.f
Ieſu nomen præfiguratum. ibi.h
Ieſu nomen prophetatum. 485.g
Ieſu nomen a ſybilla prædictum. ibi.h
Ieſu nomen vtile, & dulce. 486.c
Ieſu nomen eſt ſuffragium orantium. 496.f
Ieſu nomen eſt guſtus contemplantium. 497.b
Ieſu nomen eſt gloria triumphantium. 496.b
Ieſu nomen ab omnibus adoratum. 486.e
Ieſu nomen eſt refugium pœnitentium. 487.f
Ieſu nomen dulce refugium. ibi.g
Ieſu nomen præfiguratum fuit per nomen Tetagrammaton. 488.a
Ieſu nomen eſt fidei fundamentum. 492 h
Ieſu nomen eſt dæmonibus terribile. 489.f g
Ieſu nomen valet ad vincendam carnem. ibi. b.& ſeq.
Ieſu nomen valet ad vincendum mundum. 490. c
Ieſu nomen eſt remedium infirmitatum. ibidem.d. e
Ieſu nomen inſcribitur in anima. 488.f
Ieſu nomen ex corde inuocatum, valet ad tollendum peccatum. ibi.g
Ieſu nomen vexillum præliantium. 489.b
Ieſu nomen per effectus deſcriptum. 490.e
Ieſu nomine inuocato multi ſanati ſunt. ibi.b
Ieſu nomine, vt aliquid impetremus, quatuor neceſſaria ſunt. 491.c
Ieſu nomine vincitur diabolus. 489.c
Ieſu nomine omnia facienda ſunt. 488.b
Ieſu nomine nihil dulcius. 495.b.& ſeq.
Ieſu nominis duodecim radij. 486.d.e. & ſeq.
Ieſu nominis encomium. 487.b. & ſeq.
Ieſus quid ſignificet. 484.d
Ieſus eſt nomen proprium, Chriſtus appellatiuum. 486.a
Ieſus tres fuere. 484.b
Ignem corporeum poſſe agere in animam, pluribus demonſtratur. 712.a
Ignis inferni qualis ſit. 194.b
Ignis inferni vrit, ſed non conſumit. 116.e.f
Ignis qui præcedet iudicium vniuerſale, qualis erit. 108.a
Ignis nouem ſpecies. 712.b. & ſeq.
Ignorans quotidie peccat. 460.b
Ignorantia quotuplex. 186.b
Ignorantia triplex. 543.a
Ignorantia ſancta, & diſcreta qua. 186.c

Ignorantia inuincibilis quando excuſet, & quando non. 186.*d*
Ignorantia inuincibilis duplex. *ibi.*
Ignorantia affectata quæ. 188.*b*
Ignorantia affectata damnata. *ibi.c*
Ignorantia veritatis neceſſariæ eſt periculoſiſſima. 46c.*b*
Ignorantia quando ſit peccatum. 57.*f*
Ignorantia generalis, per quam ſcienda neſciuntur. 186.*a*
Ignorantia naturalis quæ. 184.*h*
Ignorantia naturalis non eſt peccatum. ibid.
Ignorãtia perducit ad æternam mortẽ. 191.*d*
Ignorantia eſt beſtia, quæ aſcendit de abyſſo. ibidem.
Ignorantia iuris craſſa an excuſet. 187.*c.* *& ſequen.*
Ignorantia facit hominem brutum, & beſtiam. 190.*g*
Ignorantia excæcat conſcientiam. 536.*f*
Ignorantia diaboli amicus maximus. 536.*f*
Ignorantia generat inſenſibilitatem. 190.*a.* *Captiuitatem.c.Paupertatem.d*
Ignorantia excæcat. 190.*f*
Ignorantia boni, & concupiſcentia mali duæ portæ inferi. 536.*f*
Ignorantia damnata. *ibi.f.g*
Ignorantia eorum, quæ pertinent ad ſuum ſtatum, non excuſat a peccato mortali. ibi.h
Ignorantia ſui damnata. 537.*a*
Ignorantia peruerſa quæ ſit. 188.*g*
Ignorantia facti duplex, & an excuſet. 189. *c.& ſeq.*
Ignorantia antecedens, & concomitans. ibidem.e.f
Ignorantia ſeptem mala generat in anima. ibi.g.h.& ſeq.
Ignorantia ſimplex quæ. 186.*h*
Ignorantia difficilis quæ. 187.*a*
Ignorantia craſſa, & ſupina quæ. *ibi.b*
Innorantia innumerabilium errorum cauſa. 94.*h.* *& ſeq.*
Ignorantia mater, & nutrix omnium uitiorum. 95.*a*
Ignorantia non excuſat a toto. 203.*b*
Ignorantia culpæ mortalis vnde naſcatur. 535. *b*
Ignorantia quæ ſit peccatum. 187.*h*
Ignorantiæ origo fuit peccatum. 184.*h*
Ignorantiæ ſtatus tres. *ibi.f*
Ignorantiæ cauſſæ tres. 185.*a*
Ignorantiæ filiæ duæ. *ibid*
Ignorantiæ vituperatio. 191.*b.*
Ignorantiæ hominis ſeptem. 184.*h.* *& ſeq.*
Ignorantes ſeipſos decipiunt. 190.*f.*
Ignorat homo vniuerſaliter omnia. 185.*f*
Ignoſcendum quomodo ſit. 502.*g*
Illuminationes Chriſti tres. 288 *d*
Imago Dei, & ſimilitudo quomodo ſit in anima. 26.*d*
Imaginatiua uis habet facultatem ad aliquid producendum. 667.*b.c*
Impiorum punitio in die iudicij. 111.*f.et ſeq.*
Impiorum qui iuſtitiam corrumpunt, duodecim genera. 155.*g*
Impreſtita ementes, vt aliquid recipiant, ſunt vſurarij. 40 .*f.* *& ſeq.*
Impreſtita emere licere, multis argumentis probatur, & omnia refelluntur. 403.*e.* *& ſequen.*
Impreſtita non ſunt contractus cenſuales. 405. *g*
Impunitas delinquẽdi eſt beſtia ſeuera. 151.*a*
Incarnatio eſt prima Chriſti illuminatio. 289. *a*
Incenſum myſtice orationem ſignificat. 12.*b*
Infamiam ob quas cauſſas homines contrahant. 470.*g.h*
Inferni ſeptem pœnæ. 117.*b*
Inferni pœnæ explicatæ. 192.*d.* *& ſequen.* *&* 114.*h.* *& ſeq.*
Inferni tenebræ palpabiles. 115.*b*
Inferni timor confert ad vniendam animã cum Deo. 191.*g*
Inferni portæ duæ, ignorantia boni, & concupiſcentia mali. 189.*g*
Infernus cur dicatur lacus. 116.*f*
Ingratitudo bneficiorum Dei quibus flagellis puniatur. 172.*e*
Inimici dilectio facit nos Deo ſimiles. 501.*d.e*
Inimici dilectio eſt ex motu gratiæ, non naturæ. 504.*d*
Inimicis parcendum eſt ob dilectionem proximi. 505.*d*
Inimicis cur parcendum ſit. 499.*h.* *& ſeq.*
Inimicis ignoſcere eſt actus magni animi. 503.*a.b*
Inimicis qui ſe parcere dicunt, et eos nolunt videre reprehenſi. 506.*g*
Inimicis cur benefaciendum ſit etiam extra neceſſitatem. 504.*g*
Inimico quoties parcendum ſit. 501.*a*
Inimico in neceſsitate ſubueniendum eſt. 64.*b*

Inimico

Inimico ſigna dilectionis an negari poſſint. 63.c.d.e.f
Ir.imico quæ ſigna dilectionis ſint oſtendenda. 6;5.b.c
Inimico petenti ueniam nunquam iuſte negatur. ibi.d
Inimicorum dilectio ſupponit amicorum dilectionem. 504.e
Inimicorum dilectio cæteris paribus eſt maior, quàm dilectio amici. ibi d
Inimicorũ dilectio qualis eſſe debeat. 500.a.b
Inimicorum odium eſt illa beſtia, quam Ioãnes vidit, &c. 506.c
Inimicum qui diligit, Deum honorat. 500.d
Inimicum qui odit, ſeipſum necat. ibi b
Inimicus amandus eſt ob quatuor cauſſas ratione ſui. 501.g.et ſeq.
Iniuriam remittere eſt maximum ædificationis exemplum. 508.e
Iniuriarum remiſſio quantam ſecuritatem pariat. 507.f
Iniuriarum remiſſio maxima eſt miſericordia. ibi.f.g
Iniuriarum remiſſio quantum ſit utilis. 502.a.b
Iniuriarũ remiſſio honeſta eſt vindicta. ibi.f
Iniuriarum oblivio eſt animi generoſi. 503.a
Iniurias remittere nolentes tria conſiderare deberent in paſsione Chriſti. 500.d. et ſeq.
Iniurias remittendas eſſe exemplis docetur. 503.b.c.d
Iniurias qui condonat, ſeipſum vincit. 503.e.f
Iniurias non remittentes quibus comparentur. 504.a
Iniuria genus triplex. 502.g
Iniuſtitia peccatum quibus pœnis puniatur. 170.f
Innocẽtiæ ſtatus omnia habebat communia. 299.h
Inſipientia peccatum quibus pœnis puniatur. 170.d
Intellectus eſt obligatus ad uerum credendũ. 202.f
Intellectus humani tres actus, ſeu tria munera. ibi.b.c
Intellectus debet auertere ſe a falſo. ibi.d
Intellectus priuatus, eſt ſicut uiator infirmus. 130.e
Intellectus credendo Deo obedit. 129.a
Intellectus talento negociandum eſt, ut Deũ inueniamus. 203.b
Intellectus eſt magis aptus ad inueniendum Deum, quàm aliquid aliud. ibi.d
Ioannes Baptiſta habuit arburij uſum ante ætatem. 512.d.e.f
Ioſue Chriſti figura. 485.b
Ira quotuplex. 38.g
Ira contra quæ debet accendi. ibi.g.h
Iris eſt ſignum duorum iudiciorum. 540.c
Iſachar quid ſignificet. 136.a
Iulius Cæſar, ſolum iniuriarum fuit obliuioſus. 503.c
Iudas qualem fidem habuerit. 52.b
Iudaici populi ingratitudo contra Chriſtum. 588.d. & ſeq.
Iudæi quibus temporibus tenebantur ire Hieruſalem. 601.f
Iudæi in omni genere bonorum Chriſtianis obeſſe ſtudent. 430 a.& ſeq.
Iudæis nõ fuit licitum dare ad uſuram. 365.d.& ſeq.
Iudæo medico non eſſe utendum Chriſtianis. 430.b
Iudæos vſuris nutrire eſt ſtultiſsimum. 429.b
Iudex quæ ſigna in iudicando poſsit animaduertere. 134.f.& ſeq.
Iudex ſæcularis non debet iudicare hominẽ regularem. 53 b
Iudicanda non ſunt curioſe aliorum facta. 136.g
Iudicantes alios ſui obliuiſcuntur. 139.a
Iudicantium temere vana iudicia enumerata. ibi.b
Iudicare aliena facta eſt Dei auctoritatem vſurpare. 137.f.g
Iudicia Dei ob quas cauſſas nobis oſculentur. 183.e
Iudicij temerarij duodecim mali fructus. 136.d.& ſeq.
Iudicij uniuerſalis locus qui erit. 108.b
Iudicij futuri ſigna. 104.c.d. & ſeq.
Iudicij tempus quibus poteſt eſſe notũ. 105.d
Iudicij tempus an alicui ſit futurum notum. 103.e
Iudicij tempus quibus ſit occultum. ibi.f
Iudicij diem cur Deus uelit eſſe occultum. ibi.f.g
Iudicij generalis tremenda executio. 106.d.& ſequen.
Iudicij die cur omnia, quæ geſta ſunt, manifeſta fient. 533.e.f
Iudicij finalis ſucceſſus impiorum, & iuſtorum. 112.g.& ſeq.
Iudicio uniuerſali q iudicãdi ſint. 110.a.et ſe.

Iudicium

Iudicium triplex. 100.f. & 133.d. & ſeq.
Iudicium temerarium damnatum. 133.b.c
Iudicium ueritatis, quo aliqua mala indicari poſſunt. ibi.e
Iudicium humanum quibus modis peruertatur. 151.a
Iudicium humanum ex quibus ſignis pendeat. 134.f. & ſeq.
Iudicium de humana mente eſt temerarium. ibid. b
Iudi ium ſolius Dei eſt ſecūdum ueritatem, & cur. ibi.c
Iudicium uniuerſale quod, & quot ſigna præcedent. 107.a. & ſeq.
Iudicium temerarium, eſt radix omnis detractionis. 138.f
Iudicium temerarium quando ſit peccatum mortale. 136.b.c
Iudicium qualiter ferendum. 13‹.e
Iuramenti frequentia probibita propter periculum periurÿ. 217 f.g
Iuramentum non eſt per ſe bonum. ibi.g
Iuramentum non fuit omnino probibitum a Chriſto. ibi.d
Iurandum non eſſe omnino quomodo intelligendum. ibi.f
Iure quod habetur, iuſte poſſidetur. 306.g
Iuris ordo ſeruandus in condemnando homine reo. 53.g
Iuris conceſſio triplex. 367.c
Iuris canonici, & ciuilis diſcrimen ratione finis. 306.d.e
Iuris canonici finis. 366.h
Iuris ciuilis finis. 3 7.b
Ius quotuplex. 187.c
Ius naturale eſt omnibus commune. 30..b
Ius naturale habet regulas diuerſas, ſed una non eſt alteri contraria. 304.h. & ſeq.
Ius naturale, & legale habent eandem rectitudinem. ibi.c
Ius legale ſpecificat ius naturale. ibi.d.e
Ius ciuile qua ratione permittat uſuram. 369.g
Ius ciuile qūo permittat uſuram. 368.c.d
Ius ciuile permittendo uſuram non aduerſatur iuri diuino. 368.d
Ius ciuile quæ uitia punire debeat. 367.f
Ius rerum pro futuro tempore poteſt minus emi. 323.b. & ſeq.
Ius unum quomodo poſſit alteri obligare. 306. b
Ius poteſt haberi in aliquam rem, & tamen illud non poteſt in alium transferri. 409.e
Ius in quo conſiſtat. 304.c
Iuſti, & boni cur oppugnari permittantur. 687.b. & ſeq.
Iuſti an ignorent cauſſam, cur ſibi reddatur præmium in die iudicÿ. 111.a.b
Iuſti ignorant an Deo ſint grati. 537.f
Iuſti per fidem æterna uident, & uitant ſupplicia. 198.e.e
Iuſti multis modis ab Angelis conſeruantur. 73.e. & ſeq.
Iuſtorum uita in duobus apparet. 17.e
Iuſtorum remuneratio in die iudicÿ. 110.e
Iuſtum rerum pretium quod cēſeatur. 319.a
Iuſtus ſano homini, & peccator infirmo comparatus. 694.g
Iuſtus inter detractores, eſt lilium inter ſpinas. 287.a
Iuſtitia quid ſit. 144.d. & 157.d. & 304.c
Iuſtitia eſt omnium uirtutum ſemen. 157.f
Iuſtitia quid requirat. 61.b
Iuſtitia remota, regna ſunt latrocinia. 149 e
Iuſtitia Dei æqualis eſt mīa. 123.f.g.h
Iuſtitia, & clementia regna gubernantur. 151. g
Iuſtitiam corrumpentium duodecim genera. 155. g
Iuſtitiæ fundamentum in omnibus contractibus quod ſit. 301.c
Iuſtitiæ euerſores, & peſtilentes homines grauiter puniendi. 156.h. & ſeq.
Iuſtificatio quatuor requirit. 634.b

L

LActucæ agreſtes, quid myſtice ſignificent. 641.b
Laici non debent in eccleſia occupare locum præsbyterorum. 99.d
Laico ob quas cauſſas liceat mercaturam facere. 313.a
Largitatis diuinæ gradus tres. 558.f
Leges cur factæ ſint. 264.f
Legis ſpecies quot. 1
Legis naturæ finis qui. 366.h
Legis Chriſti, & euangelicæ appellationes uariæ. 7.h
Legis euangelicæ regulæ quæ ſint. 6.a
Legis plenitudo in unico præcepto charitatis continetur. 8.h
Legis nomine quid intelligatur. 1
Legiſlator, vt legem iuſtam faciat, duo debet habere. 301.f
Lex quid ſit. 1

Lex æterna unita eſt. 5.b
Lex naturalis quæ contineat. 6.f
Lex Chriſti cur dicatur lex æterna. 7.b.8.b.c
Lex euangelica eſt in anima. 6.c
Lex uera quid ſit. 6.c
Lex magis proprie dicitur, quod eſt in mente, quam quod eſt in uoce, vel in ſcripto. 6.d
Lex euangelica nō euacuauit legem naturalem. 6.f.g
Lex Moyſis non fuit perfecta. 6.g.h
Lex euangelica ſola eſt proprie lex perfecta, & ſalutaris. 6.h
Lex perfecta eſt totum ius diuinum. 7.b
Lex noua quomodo contineatur in veteri. ibi.b.c
Lex noua quomodo ſe habeat ad veterem. 7.c
Lex, & votum non eodem modo ſe habent ad noſtram voluntatem. 220.d
Lex cuius eſſe dicatur. 1
Lex neceſſaria ad ſalutem, & perfectionem unica eſt. 5.e
Lex proprie non eſt ſcriptura, vel id quod auribus percipitur. 5.g.h
Lex proprie ſunt ipſa mandata. 5.h
Liberalitate, ſeu donatione transfertur rei dominium. 307.g
Liberatio a malo pars eſt fœlicitatis. 124.f
Libertate nihil maius. 207.c.d
Libertate nihil charius poſt Deum. ibi g
Liberum arbitrium eſt in nobis ad conſentiendum gratiæ. 291.a
Ligni uitæ fructus duodecim explicati. 604. f. & ſequen.
Limbus vbi ſit. 709.f
Limi natura quæ. 146.b
Locatio, & mutuum quomodo differant. 351.c
Locationis contractus quando ſit uſurarius. 377.d
Locationis contractum non admittit uſurā. 351.c. d
Locator quis dicatur. 385.e
Locator quis dicatur. 377.e
Locuſtarum natura quæ. 463.a
Loquendi circumſtantiæ ſeptem. 686.b
Lucerna ardens quid ſit. 641.f
Lucrum de re ſua licet recipere ſi illa ſit capax lucri. 348.c
Lucrum non generat, niſi quod fructificat. 359. f
Lucrum ceſſans quomodo penſandum. 394. c. & ſequen.
Lucrum turpe quid cenſeatur. 313.e
Lumbos præcingere quid ſit. 641.f
Lumen diuinum quadruplex. 76.a
Luſores corrigendi ſunt a principe. 156.b
Lux ſpiritualis duplex. 127.f
Luxuria malus uermis. 531.f
Luxuriæ deteſtatio. ibi.
Luxuriæ peccatū quibus flagellis puniatur. 169.d. & ſeq.
Luxus quibus pœnis puniatur. 170.a

M

M*agdalena peccatrix quænam fuerit.* 448.d.e
Magdalena in quibus Deum offenderit. ibi.a
Magdalena ob quas cauſſas offenderit Deū. ibi.a.b
Magdalena ſeptem amoris flammis erat incenſa. 453.d. & ſeq.
Magdalenæ triplex ſtatus. 447.e
Magdalenæ ſtatus in peccato qualis fuerit. ibid.g
Magdalenæ ſtatus conuerſionis. 448. f. & ſequen.
Magdalenæ ſtatus ſatisfactionis deſcriptus. 450.e. & ſeq.
Magdalenæ ſatisfactiones ſeptem. ibidem.f. & ſequen.
Magdalenæ conuerſio pulcherrime deſcripta. 439.a. & ſequen.
Magdalenæ amor triplex. 445.e
Magdalenæ amor quantus fuerit. 453 d.e
Magdalenæ amor fuit perſeuerans. ibid. g. & ſeq.
Magdalenæ lamentatio ad Chriſti ſepulchrum. 648. a. & ſeq.
Magdalenæ cibus qui fuerit. 456.d. & ſeq.
Magdalenæ encomium. 458.g
Magnanimitas quid ſit. 540.d
Mali declinatio ſemper uitat pœnam. 698.d
Mala volūtas cœlum claudit, ne gratiæ deſcendant. 241.f
Malum nullum impunitum. 696.f
Malum quibus de cauſis permittatur. 367. b
Manducatio ſpiritualis quæ ſit. 572. c.d.e
Manna quid ſignificet. 555.e
Manna Euchariſtiæ fuit figura. ibi.d.e
Manna quid myſtice ſignificet. 496.a
Maria virgo quomodo optimam partem elegerit. 573.g
Maria virgo nullam habuit pronitatem ad peccandum. 511.a

Maria

Maria virgo votum virginitatis emiſerat. 486.f
Maria virgo duodecim virtutibus virginitatem ornauit. 477.b. et ſeq.
Maria virgo exemplar virginum, & mulierum, cuius virtutes duodecim deberēt incitari. 476.b.& ſeq.
Maria virgo cur filium ſuum iniuſtè patiētem non defenderit. 54.d
Maria virgo omnes ſenſus clauſerat mundo, aperuerat Deo. 513.f
Maria virgo dilecta ſupra omnes. 514.a
Maria virgo figurata in Martha. 519.g
Maria virgo certa fuit de ſua ſalute. 520.a
Maria virgo quibus præſidijs munita fuerit, ne peccaret. 517.e.f
Maria virgo fuit immaculata ꝑpter tria. 513.d
Maria virgo ad quem uſum omnes gratias habuerit. 516.d
Maria virgo noſtra aduocata. 13.e
Maria habuit omnes paſſiones, quæ ſine peccato ſequuntur naturam. 518.d
Maria duplicē unitatem habuit cum Chriſto. ibi.f
Maria fuit caſtellum, in quod intrauit Ieſus. 518.g.h
Maria virgo ſpeculum Chriſtianæ uitæ. 514.b
Maria virgo in conceptione Filij quibus gratijs repleta fuerit. 515.c.& ſequen.
Maria habuit totam gratiam filij. 515.d.e
Maria virgo fuit arca Dei. ibi.h
Maria virgo quantum in conceptione filij meruerit. 516.a b
Maria virgo quanta cognitione fuerit illuminata. 512 a
Maria virgo quando fuerit in ſublimiori gradu contemplationis. ibi.b
Maria ante debitam ætatem habuit uſum liberi arbitrij. ibi.b.c
Mariam virginem non potuiſſe peccare pluribus demonſtratur. 516.b
Mariæ virgini aſſiſtebant Angeli. 517.f
Mariæ virgini, vt eſſet plenariè confirmata, quinque erant neceſſaria. ibi.b
Mariæ virginis miniſterio gratiæ diſpenſantur. 84.c.d
Mariæ virginis tanta eſt perfectio, vt ſoli Deo cognoſcenda, relinquenda ſit. 516.d
Mariæ puritate nulla poteſt eſſe maior ſub Deo. 511.g
Mariæ ſtatus conceptionis quatuor habet ſplendores. 510.g.& ſeq.
Mariæ virginis quanta fuerit charitas. 512.b.& ſeq.
Mariæ virginis ſtatus triplex. 510.e
Mariæ virginis contemplatio qualis, & quāta fuerit. 519.a.b
Mariæ virginis adminiſtratio erga Deum qualis, & quanta. ibi.d.& ſeq.
Mariæ virginis humilitas quāta. 481.d.e.f
Mariæ virginis laudes, & epitheta varia. 520.d.et ſeq.
Mariæ virginis deſcriptio quædam. 513.e.f
Mariæ virginis encomium. 514.f. & 520.c.& ſeq.
Maris mortui proprietates explicatæ. 143.a.b.c
Maritus nō debet diu abeſſe ab uxore. 319.f
Martha quid ſignificet. ibi.g
Matres reprehenſæ in inſtitutione filiarum. 478.a
Matrimonium quid ſit. 319.e
Matrimonium eſt communus in terra, virginitas in cœlo. 476.b
Matrimonium ſaluat corpora, virginitas animam. 474.e
Matrimonium quid myſtice ſignificet. ib.e.f
Meliora, & bona in omni rerum genere pauciora. 204.f.g
Melius ſimpliciter, non eſt melius alicui. 222.a.b
Mendacium occidit animam. 234.b
Mendacium ex ioco quando ſit peccatum mortale. 235.a
Mens uana quibus rebus comparetur. 464.e
Mens humana quaſi fluuius duas habet ripas, quibus continetur. 210.d
Mentis exultatio triplex. 689.e
Menſis unde dictus. 462.b
Menſuræ rerum uenalium debent eſſe diuerſæ. 318.a
Mercator rectus, & bonus quid facere debeat. 3 0 g
Mercatores qui cum utilitate mercaturam faciant. 314
Mercatores qui diu ſine uxore uiuunt damnati. 319.d.e
Mercatores qui inutiles odioſi Deo, & hominibus. 314.b
Mercatores, ſeu artifices mendaces damnati. 315.f.g
Mercatores mendaces quale peccatum com-

committant. 316.a.b
Mercatori quæ ſint neceſſaria. 334.h
Mercatoris iniuſti triplex ſtudium. 310.b
Mercatoris recta inſtitutio, & mercaturæ reformatio. 320.g
Mercatorum tria genera. 314.e
Mercatorum excuſationes in augẽdis pretijs confutatæ. 331.e.f. & ſeq.
Mercatorum abuſus uarij. 315.f. & ſeq. 310. & 319
Mercatura uix fit ſine peccato. 312.d
Mercatura an ſit Chriſtianis ꝓhibita ibi.b.c
Mercatura propter quæ ſit licita laico. 313.a
Mercatura illicita ex circumſtãtia loci. ibi.h
Mercatura multa habet, quæ ſunt pretio digna. 311.d
Mercatura ex quibus circumſtantijs fiat illicita. 312.f
Mercaturam facere propter lucrum eſt peccatum. 313.b
Mercaturam exercere, quibus non liceat. 312.g
Mercaturam exercere diebus feſtis eſt illicitum. 313.f
Mercaturam eſſe licitam, varijs rationibus probatur. 311.a
Mercaturæ, ſiue mercium corruptelæ tres. 315.b. & ſeq.
Mercaturæ vtilitates tres. 311. b. & ſeq.
Mercatum diebus feſtis exercere an liceat. 88.b.c.d
Meſſis maturæ ſigna ſeptem. 104.b
Miles quando peccet, proficiſcendo ad bellũ. 66. c
Minorita non poteſt habere ius in pecuniam. 410. b
Mirrhæ proprietas. 574.f
Miſericordia quando uincat iudicium. 101.a
Miſericordiam inter, & iuſtitiam diuinam magna altercatio in hominis redemptione. 578.b. & ſeq.
Miſericordiam qui negat fauendam, ipſum Chriſtum negat. 352.c
Miſericordiæ opera quæ. 111.e. et 507.c.d.e
Miſericordiæ opera quanta ſint efficacia. 507.c.d
Miſericordiæ opera cur ſola in die iudicij exprimantur. 112.b
Miſeriæ hominis in hac uita quæ ſint. 111.d.e
Miſſa quomodo audienda ſit. 98.h. & ſequen.
Miſſam qui audire dicatur. 563.c
Miſſæ audiendæ præceptum quando, & quomodo obliget. 98.e
Miſſæ auditio quos fructus pariat. 100. b. & ſequen.
Moyſes non uidit eſſentiam Dei in rubo. 558. a
Molendinarij an peccent, diebus feſtis molendo. 91.e
Monopolium quid ſit. 316.h
Mons qui eſt Florentiæ explicatus. 390.g
Montes emere an liceat. 401.f. & ſeq.
Montes emere licere, argumentis demonſtratur, & eadem ſoluuntur. 403.e. & ſequen.
Montibus in qui uoluntarie ponunt pecunias, an ſint uſurarij. 395.c. & ſeq.
Mors a quibus rebus nos ſeparet. 32.c
Mors quomodo dicatur deſtructa a Chriſto. 615.e
Mortis genera tria. 173.a.b
Morituri hominis indicia. 429.g
Mortalis peccati culpa eſt infinita. 119.c
Mortuis quomodo proſint ſuffragia. 715.d. & ſeq.
Mortuis quorum ſuffragia magis proſint, & quomodo proſint. 718.d
Mortuis quæ ſuffragia ſint vtilia. 717.b.c
Mortuis quomodo miſſa ſacrificium proſit. 718.a. b
Mores formantur ex conuictu. 4.a
Mulier an poſſit dimittere virum ob vitium contra naturam. 144.g
Mulier vana agit contra Dei opus. 465.h
Mulier vana deformando ſe, iniuriam facit creatori. 466.b
Mulier vana Leoni comparata. 463.g
Mulier vana facile infamiam contrahit. 470.f. & ſeq.
Mulier vana incendit Dei templa. 466.h
Mulier vana eſt gladius, quo utitur dæmõ ad necandum homines. ibi.g
Mulier uana difficile cuſtoditur. 470.b
Mulier vana per Babylonem deſignata. 470. d
Mulier vana ſponſam Chriſti i. animam ad fornicationem ſeducit. 466.b. & ſeq.
Mulieres vanæ ſcorpionibus comparatæ. 462. d
Mulieres vanæ ſunt inſenſatæ. 464. h. & ſequen.
Mulieres vanæ, faciendo contra leges, grauiter peccant. 468.a
Mulieres vanæ locuſtis comparatæ. 461.a
Mulieres vanæ caudatæ, ut dæmon. 464.e

Mulieres ornantes ſe, damnatæ. 85.e
Mulieres nimium ſe ornantes, reprehenſæ. 52.a.b
Mulieris vanitas quantum multiplices culpam. 467.g
Mulieris cor qua ratione cuſtodiendum ſit. 448.c
Mulierum vanitas damnata. 460.f.g.& ſequen.
Mulierum vanitas quomodo corrigi poſſit. 472.d
Mulierum vanitatem qui ferunt, cum leges non ſeruentur, peccant. 468.a
Mulierum uanitas ſeptem nocumenta illis affert. ibi.b
Mulierum vanarum quidam abuſus damnati 469.c.& ſeq.
Mulierum odium, & ira quanta ſit, exemplo declaratur. 508.g.& ſeq.
Mundi amatores, in terrenis fortes, in cœleſtibus debiles. 425.d
Mundi ſtatus poſt diem iudicij qualis erit. 113.b
Mundi innouatio poſt diem iudicij. ibi.c
Mundus non eſt ab æterno. 81.e
Mundus quàm ſit miſerabilis, quia Deo non credit. 131.g
Mundus in die iudicij purgari debet. 108.b
Munditia ſpiritualis tria requirit. 637.b
Mutationum gradus quinque. 550.f
Mutationum quatuor modi. 551.g
Mutuandi debitum duo includit. 352.d
Mutuans quando ratione æquitatis poſſit aliquid recipere. 420.d.& ſeq.
Mutuans abſtineat a munuſculorum receptione. 346.a.b
Mutuans poteſt recipere aliquid ex charitate. 344.h
Mutuans caſus nonnulli, in quibus ultra ſortẽ poteſt aliquid recipere ratione debiti. 418.b.& ſeq.
Mutuans quando poſſit vltra ſortem aliquid accipere ratione debiti. ibi.b.& ſeq.
Mutuans an aliquid ſperare, & aliquo modo accipere poſſit. 345.e
Mutuans, ſiue locans pecunias ad pompam, poteſt aliquid recipere. 421.d
Mutuans nõ habet libertatem dandi aliquid vſurario. 349.c
Mutuans an peccet recipiendo eandem rẽ in genere. 357.a
Mutuans ſperando aliquid ſecundario, an peccet. 355.f
Mutuantem nihil ſperare debere, quomodo intelligendum ſit. 345.h
Mutuanti caſus nonnulli, in quibus ratione æquitatis licet aliquid accipere ratione æquitatis. 420.d & ſeq.
Mutuantium tria genera. 352.d
Mutuare quibus debeamus. ibi.f.& ſeq.
Mutuare an liceat pro captanda beneuolentia. 355.e
Mutuare nolentium excuſationes ſublatæ. 354.a
Mutuare coactus põt exigere intereſſe. 391.f
Mutuare cum periculo capitalis, an ſit uſura. 270.h & ſeq.
Mutuare cum periculo lucri, an ſit vſura. 371.h
Mutuatæ rei commoditas non poteſt vendi. 343.h
Mutuator gratioſus rarus. 426.h
Mutui contractus qui. 308.g
Mutui cõtractus transfert dominium. 344.c
Mutui gratia non poteſt recipi, niſi gratia. 344.g
Mutui cõtractus ſolus admittit uſurã. 350.f
Mutui præceptum quando obliget. 353.f.& ſequen.
Mutui cauſſa in tribus caſibus vltra ſortem licet aliquid accipere. 412.d.& ſeq.
Mutui cauſſa an liceat vltra ſortem aliquid accipere. 411.h.& ſeq.
Mutui obligatio qua regula inuenienda ſit. 352.e
Mutui ratione caſus, in quibus vltra ſortem licet aliquid accipere. 412.d.& ſeq.
Mutuo accipiens non tenetur aliquid dare ex debito iuſtitiæ, ſed amicitiæ. 345.e
Mutuo, & mutuor quomodo differant. 350.e
Mutuo, commodo, & accommodo quomodo differant. ibi.c
Mutuum unde ſic dictum. 342.d
Mutuum non poteſt uendere, niſi gratiam, & charitatem. 351.e
Mutuum tenens ultra tempus, an teneatur domino reddere totum intereſſe. 417.b
Mutuum eſt actus charitatis. 432.b
Mutuum uiolentum non ſapit uſurã. 392.b
Mutuum quomodo faciendum ſit, & qua intentione. 354.d.e
Mutuum recipiens quãdo mortaliter peccet. 348.h
Mutuum, & commiſsio differunt. 381.b

Mutuum

Mutuum cum uſura ob quas cauſſas multi accipiant. 427.d.& ſeq.
Mutuum triplex. 352.h
Mutuum operis quãdo communicandũ. ibi.
Mutuum oris quando exhibendum. 353.a
Mutuum cordis quando præſtandum. ibi.b
Mutuum dare qui teneantur ex pcepto. ibi.f

N

NAtura nihil facit fruſtra. 3.g.h
Naturarum triplex differẽtia. 553.d
Naturalis uirtutes quæ ſint. 2.b
Neceſſitas duplex. 218.c
Neceſſitas proximi triplex. 64.b.c
Neceſſitas legem non habet. 392.d
Negociationes q̃ uix fiunt ſine peccato. 312.d
Negocium unde ſic dictum. 319.g
Nimis effectus qui. 657.h
Nomen unde dictum ſit. 483.h
Nomen Ieſu, vide Ieſu nomen.
Notarij diebus feſtis ſuam artẽ exercere non poſſunt. 91.h
Noui hominis oculi qui ſint. 658.b.c
Noui hominis efficax prædicatio. 660.a
Noui hominis feruens charitas quæ. 658.d
Noui hominis feruens locutio. 659.b
Noui hominis exemplaris uita. ibi.f
Nuptiarum benedictio ad quid ualeat. 475.a
Nuptiæ benedicendæ ſunt ante carnalem cõiunctionem. 474.h

O

OBedientia triplex. 690.d
Obedientia q̃uo exhibenda ſit. 481.b.c
Oblatio quæ maculam non ingerat. 393.d
Oblatio, quæ tenemur ſeruire Deo, an ſit infinita. 121.b
Oculi ſpirituales qui ſint. 18.d
Oculi duo ſpirituales qui ſint. 198 h
Oculorum triplex genus. 559.g
Oculus, & corpus quid myſtice ſint. 629.a.b
Officium perfectum quodnam dicatur. 673.f
Opera q̃ iudicij die examinabuntur. 112.d.e
Opera bona ſine charitate non ualent ad ſalutem. 17.d. & ſequen.
Opera omnia bona quomodo remunerentur a Chriſto. 692.e.& ſeq.
Opera bona pulſant ad aures diuinæ miſericordiæ. 698.g
Opera bona facta ſine charitate, ſunt aliquo modo remunerabilia in beata uita. 699.d
Opera quæ non poſſint eſſe mala. 310.c
Opera quæ ſint ſemper mala. ibi.d
Opera quæ ſint indifferentia. ibid.
Opus ſeruile triplex. 85.e
Opprobrium quid ſit. 590.g
Orandum quomodo ſit. 94.c.d
Oratio pro inimicis facta quantam uim habeat. 504.b.& ſeq.
Oratio deuota quos effectus perducat in anima. 6, 8.e
Oratio malorum eſt impetratiua. 12.h
Oratio ut ſit efficax ad impetrandum quod petitur, quatuor requirit. 491.e
Oratio ne a Deo exaudiatur, duo ſunt in cauſſa. ibi.d
Oratio quid ſit. 638.f.h.& 639.b
Oratio cur dicatur, aſcenſus. 638.f
Oratio quomodo facienda. 639.g
Orationes noſtræ quando aſcendant ad Deũ. 13.b
Orationes noſtræ ſunt acceptæ ob meritum Chriſti. ibi.g
Orationis conditiones. 12.g.h
Ordo uniuerſi requirit, vt homo habeat aliquem ſtatum æternum. 124.c.d
Ordines ad ſacros non ſunt omnes paſſim ad mittendi. 213.b
Oſanna quid ſignificet. 499.e
Oſculum triplex. 452.e

P

PAx triplex. 691.b
Pax quale bonum ſit. 499.c
Pax cur ſit neceſſaria inter ciues. 499.f
Pacem omnes uolunt, ſed nõ iuſtitiã. 501.a.b
Pacis deſcriptio quædam. 499.c
Pacis ſpiritualis deſcriptio. 458.b
Pacificatio, ſiue conciliatio quomodo facienda. 507.a.b
Paciſci de lucro ultra ſortem ratione damni emergentis caſus nonnulli, quibus demonſtratur licere. 415.g.& ſeq.
Paciſci licet pro damno emergenti de futuro. 415.d
Panis azimus quid myſtice ſignificet. 642.a
Papa non poteſt transferre papatum in aliũ. 409.e
Paradiſus cur ſic dictus. 524.f
Paradiſus terreſtris qualis locus ſit. ibid.h
Paradiſus terreſtris qua ratione concluſus fuerit. 664.f
Parentes quomodo filios regere debeant. 160.g.h
Parentes qui honorant, quæ præmia referãt. 162.f.& ſeq.
Parentibus cur filij obedire non ſoleant. 160.d.&

d.& ſequen.
Parentum honor in quibus conſiſtat. 224.b
Parentũ maledictio eſt filijs periculoſa. 165.h
Parentum negligentia in educandis filijs dãnata. 161.d.e.f
Partialitates damnatæ. 230.b. & ſeq.
Paſſio Chriſti, vide etiam Chriſtus.
Paſsionis Chriſti tria conſideranda ſunt. 617.f
Paſsionis Chriſti menſura fuit immenſus amor. 579.g
Paſsionis Chriſti menſura, vnde ſumẽda ſit. ibid.f
Paſsionis Chriſti cauſſæ quatuor. 586.d
Paſsionis Chriſti efficiens cauſſa fuit humilitas. ibi.f
Paſsionis Chriſti effectus. 615.b
Patres antiqui manducauerunt ſpiritualiter Chriſtum. 572.e
Patres veteres non manducauerunt Chriſti corpus. 571.e
Paterna benedictionis fructus. 163.g
Pati, ſufferre, et ſuſtinere, quomodo differat. 20.g.h
Patientia, & benignitas ſunt clypeus, & gladius. 19.a
Patientia cur nobis neceſſaria. 720.g. et ſeq.
Pauli vis in prædicando quanta. 404.a.b
Pauper melius poteſt exercere affectum pietatis in proximum, quàm diues. 40.b
Pauper Dei, et diues ſæculi, qui nõ ſint. 684.d
Pauperum tria genera. 684.c
Pauperum oppreſsio quantum Deo diſpliceat. 171.a. & ſeq.
Peccans manifeſte duplici culpa eſt reus. 431.h
Peccantes contra naturam ſunt filij diffidentiæ. 148.d
Peccantes contra naturã committunt homicidium. 143.f.g
Peccantes cõtra naturam aſpidi comparati. 146.d.e
Peccantes contra naturam habent triplex impedimentum ad pœnitentiam. 146.g
Peccantium contra naturam myſtica punitio. 142.g. & ſeq.
Peccantium contra naturam reprobationis ſigna. 146.d. & ſeq.
Peccata venialia quibus comparentur. 706.h
Peccata quæ in die iudicij ſyndereſis ſtatuet contra conſcientiam. 545.a. & ſeq.
Peccata ſunt inæqualia. 701.b
Peccata ſunt emendabilia. 702.b
Peccata, quæ charitatem extinguant. 166.g
Peccata quæ damna afferant. 167.b
Peccata obcæcant homines, ne videant futura iudicia. 182.h
Peccata religioſorum quomodo corrigenda. 261.e.f
Peccata manifeſta quomodo ſint corrigẽda. 261.a
Peccati mortalis culpa quomodo ſit infinita. 119.e. & ſeq.
Peccati mortalis quanta ſit grauitas, & magnitudo. ibi.f
Peccati mortalis grauitas notanda. 121.e
Peccati mortalis infinitas vnde ſumi poſsit. ibi.e.f
Peccati mortalis culpa quid ſit. 254.b
Peccati tranſgreſsio triplex. 122.e
Peccati actus quõ ſit infinitus. 120.a. & ſeq.
Peccati contra naturam abominationes tres. 143.f. & ſeq.
Peccati contra naturam qui delectantur, quomodo iuuenes decipiant. 141.h
Peccati contra naturam deteſtatio. ibi.b.c.d. & 144.b.c.d
Peccati contra naturã quæ ſint cauſſæ. 140.f
Peccati contra naturam triplex corruptio. 140.a. & ſeq.
Peccatum contra naturam erubeſcunt dæmones. 141.e.f
Peccatum mortale eſt diaboli ſcutum. 664.c
Peccatum quid ſit. 122.g
Peccatum mortale infinita contumelia afficit Deum. 122.g.h
Peccatum proximi tripliciter variatur. 260.h
Peccatum contra naturam eſt cauſſa, cur Deus peſte, & fame nos affligat. 145.d
Peccatum contra naturam non habet ſimilem in natura. 146.b
Peccatum contra naturam aufert priuatim iudicium rationis. 140
Peccatum contra naturam triplicem perducit horrorem. 139.f
Peccatum contra naturam ſola voce os, & aerem fœdat. 142.a
Peccatum occultum quomodo ſit corrigendum. 261.e.d
Peccator quomodo debeat ſe Deo reconciliare. 633.b
Peccator quibus gratijs a Deo conuertatur. 448.g

Pec-

Peccator oculis clauſis ad infernum ducitur. 198.b
Peccator peccatori fauet. 159.g
Peccator an corrigere poſſit ſine peccato. 266.e. & ſeq.
Peccatores quomodo dicantur excæcari a Deo. 179.b
Peccatores quomodo lumine diuinæ gratiæ excæcentur. 180.a
Peccatores Deus ad ſe reuocat. 14.b
Peccatores q̃uo ad Deum reuocentur. 15.b.c
Peccatores quibus modis a Deo cadere permittantur. 179.e
Peccatoris quanta ſit obſtinatio, nota. 551.e
Peccatoribus quas miſericordias porrigat Deus. 173.f. & ſeq.
Peccatorum tria genera, & eorum varia conuerſio. 14.d. & ſeq.
Peccatorum confeſsione emimus amorem diuinum. 50.g.h
Peccatorum tres conditiones. 700.d
Peccatorum culpæ non ponuntur ſimul cum corporis depoſitione. ibi.g
Peccatorum alia ſeneſcunt, auaritia ſola ſene neſcit. 443.a
Pecunia ſuperabundans cur gratis communicanda ſit. 364.b
Pecunia non poteſt emi, vel vendi. 331.c
Pecunia quomodo fructum pariat. 363.c
Pecunia cur inuenta. 362.c. duplex pecunia. d
Pecunia quæ ſit vituperanda. 362.d.e
Pecunia non eſt cauſſa fructus, vt ſunt agri. 351. g
Pecunia, cur pecuniam parere non poſsit. 348. d
Pecuniam in capſa mortuam tenentes ſunt damnandi. 364.c
Pecunias ponentes in montibus, ſeu praſtitis voluntarie, ſunt vſurarij. 356.e
Pecunias ponere in montibus, ſiue praſtãtys, argumenta varia refelluntur, quibus probatur licere. 397.b. & ſeq.
Pecuniæ vſus non differt ab eius valore. 360. f. & ſeq.
Pœna appoſita mutuo, ſi non reſtituatur certo tempore, an exigi poſsit. 418.c
Pœna triplex. ibid.d
Pœnarũ quatuor genera, ſiue gradus. 711. a
Pœnæ iuſte exiguntur a peccatore poſt reuerſionem in gratiam. 703.d
Pœnitens verè qui cenſeatur. 704.b
Pœnitentia quid ſit. 703.b
Pœnitentia impoſita a ſacerdote, eſt per modum præcepti. 250.f
Pœnitentia impoſita a ſacerdote in confeſsione, an ſit de eſſentia ſacramenti. 250.g
Pœnitentiæ quæ ſint plerunque adiuncta. 703. b
Peregrinus homo deſcriptus, vide Homo nouus.
Perfectio euangelica in quibus conſiſtat. 673. d. & ſeq.
Perfectionis gradus tres. 673.b
Perfectus qui non ſit. 687.b
Permutationis contractus qui. 308.f
Permutationis iniuſtitia vnde oriatur. 309.b
Permutationis contractus, vt ſit iuſtus, quid requiratur. 309.b.c
Perplexitas triplex. 540.g.h
Perplexitas quomodo tollenda. ibi.g.h
Perſeuerantia perducit ad triumphum. 723.b
Perſeuerantia neceſſaria. 656. g. & 657.a b
Perſeuerantia quid ſit, & quæ eius figura. 723.d. & ſeq.
Perſeuerantia an ſit in præcepto. 723.g
Perſeuerantiæ neceſsitas exemplis demonſtrata. 721.e
Perſeuerantiæ deſcriptio. 723.c
Pes quid myſtice ſignificet. 541.c
Philoſophorum vita qualis fuerit. 3.a
Pietatis duo genera. 507.c
Platonis ciuitas, quantum ad rerum communitatem damnata. 300.g
Poderis quid, & vnde ſic dicatur. 656.g
Politica auctoritas eſt victa. 302.b
Pollutio nocturna an impediat ſumptionem euchariſtiæ. 638.b
Portæ ciuitatis ſpiritualis, & ianitor. 70.d
Portæ inferi duæ, quæ ſint. 536.f
Poſſeſſor malæ fidei, eſt veluti latro. 307.c
Poteſtas dimittendi peccata in quibus ſit. 243. b
Præcepta moralia ſunt cordi inſcripta. 6.f
Præcepta Dei quas potentias reſpiciant. 6.d
Præcepta duobus modis ſeruantur. 210.e
Præcepta an prius ſeruanda, quàm conſilia. ibi.e.f
Præcepta Dei non eſſe poſsibilia aſſerere, eſt blaſphemia. 426.e
Præcepta negatiua quomodo obligent. 257.d
Præcepta Dei cur leuia, et facilia ſint. 30.a.b

Præce-

Præceptũ de die feſto ſeruãdo quale ſit. 81.g
Præceptum de die feſto, quomodo ſit ſeruandum. 85.h
Præceptum de die feſto ſeruando quomodo ſit diſpenſabile. 89.h
Præceptum de audiendo uerbo Dei eſt præceptum præceptorum. 96.e
Præceptum confeſſionis obligat, etiam ſi non adſit mortale peccatum. 248.e.f.g
Præceptum de diligendis inimicis quæ contineat. 500.a
Præceptũ melius ne ſit, quàm uotum. 221.g
Precij iuſti notitia unde haberi poſſit. 336.a. *& ſeq.*
Precij iuſti dimidium quomodo ſit intelligendum. 327.g
Precij iuſti varij modi. 331.g.*& ſeq.*
Precium iuſtum quomodo ſtatuendũ. ibi.g.h
Precium exceſſus quando reddat contractũ iniuſtum. 327.g
Precium rei non eſt taxandum ratione vtilitatis ementis. 337.g
Precium minoratum, an ſit iuſtum. 383.e
Precium rerum quotuplex, & quomodo penſandum. 335.d
Precium rerũ augere an liceat. 332.d. *et ſeq.*
Precium rei venditæ debet eſſe proportionatum. 324.b
Prædicandi forma tradita a Diuo Franciſco ſuis. 9.c.d
Prædicandum quid ſit. 9.g
Prædicandum non eſt cõtra Clerum apud populum. 54.a.b.g
Prædicare euangelium quid ſit. 9.f
Prædicator an peccet prædicando cum peccato mortali. 266.g
Prædicator, et Doctor qualis eſſe dẽat. 299.d
Prædicator non debet timere detractores. 483.a *& f*
Prædicatores probati qui. 77.b
Prædicatores quid prædicare debeant. 79.a
Præeminentia duplex. 43.b
Prælati tripliciter tenentur ad ſuum officium faciendum. 263.g
Prælati, & Superiores egent magno auxilio ſubditorum. 262.g
Prælato quando ſit obediendum. 543.e.f
Prælatus eſt frater, & pater. 262.b
Prælatus quibus modis corrigi debeat. 263.a
Prælium vnde dictum ſit. 605.f
Præſcribere quid ſit. 303.b
Præſcriptio quid ſit. ibi.g
Præſcriptio vnde auctoritatem habeat, & cur licita. ibi.b
Præſcriptio cur introducta. ibi.c.d
Præſcriptio non eſt contra ius naturæ. 304.b
Præſcriptio rerum iuſta eſt, & in quibus rebus fiat. 302.b
Præſcriptio iuris canonici, cur ſit diſtincta a ciuili. 305.c
Præſcriptio malæ fidei non concordat iuri naturali. ibi.d
Præſcriptio malæ fidei in iure ciuili quem finem habeat. ibid.e
Præſcriptio malæ fidei quomodo admiſſa ſit. ibid. g
Præſcriptione qui poſſidet, iure poſſidet. 303.g
Præſcriptione peracta, ſi appareat mala fides, an fieri debeat reſtitutio. 306.f
Præſtantiæ, ſiue impræſtita, vide mutuum, mutuare, & mons.
Præſumptio eſt damnationis cauſſa. 15.d
Præuiſio eſt nobis neceſſaria. 200.c
Princeps debet eſſe miſericors. 151.e
Princeps debet fauere religionibus, & religioſis viris. 153.c.d
Princeps debet uidere aliorum peccata, non alienis, ſed ſuis oculis. 154.g.h
Princeps grauiter punire debet uiros peſtilentes. 157.a. *& ſeq.*
Princeps debet honorare ſacra, & diuina. 152.b
Princeps quæ venerari debeat. ibi.
Princeps debet habere curam diuini cultus. ibi.c.d
Princeps debet honorare gradum eccleſiaſticum. ibi.f.g
Principem normam gubernandi a Deo accipere debet. 149.c
Principes, qui ignorare uolunt corrigenda, grauiter damnati. 154.g.h. *& ſeq.*
Principes debent corrigere blaſphematores. 156.a
Principes ad quid Dei locum teneant. 154.f
Principes quos priuatim corrigere debeant. 156.a. *& ſeq.*
Principi neceſſaria eſt iuſtitia. 149.d
Principi virga, & baculus ſunt neceſſaria. 151.g
Principi, & Dominis qui volunt eſſe fideles, quid ſeruare debeant. 154.c
Principi triplex iuſtitia neceſſaria. 149.g. *& ſeq.*

Principi quas virtutes poteſtatem tribuant. 150. a
Principi neceſſaria eſt humilitas. ibi. b
Principibus, quibus omnibus abundant una res deeſt, qui veritatem dicat. 154. b. c
Principis iuſtitia in quibus conſiſtat. 150. b
Principis domeſtici hoſtes, ſunt adulatores. 153. b
Principis deſcriptio. 149. c
Principatus, ſiue dominium duplex. 301. g
Probabilitas fidem excludit. 128. b
Probatio ubi ſit neceſſaria. 225. b
Probatio in religione neceſſaria. 212. c. d
Prophetia includit imperfectionem. 21. g
Proprietatis abrenuntiatio eſt bona. 41. a
Proprius ſenſus cæcat conſcientiam. 536. a
Proprietas magna obcæcat hominum mentes. 182. a
Proximi dilectio duplex. 657. c
Proximi dilectio tria bona operatur. 231. d. & ſequen.
Proximo in quibus neceſſitatibus ſit ſubueniendum. 63. b. & ſeq.
Proximus quomodo diligendus ſit. 234. e
Proximus quomodo diligendus in neceſſitate corporali. 65. f. et ſeq.
Proximus quomodo ſit amandus. 61. b. & ſequen.
Proximus quomodo ſit diligendus. 44. e. f
Proximus quomodo ſit diligendus in neceſſitate temporali. 66. a. & ſeq.
Proximus quibus affectibus amandus. 40. e. & ſeq.
Proximus in neceſſitate ſpirituali, quomodo amandus. 64. d. & ſeq. & 65. d
Puero ad acquirendam ſapientiam tria neceſſaria. 654. a
Puerorum imperfectiones quæ. 22. f. g
Pulchritudo quid ſit. 730 b
Purgatorij pœnæ, & tormenta quæ. 711. a. & ſeq.
Purgatorij pœnæ cedunt in Dei gloriam. 704. f
Purgatorij animæ a quibus torqueãtur. 713. c
Purgatorij animæ quomodo ſuffragijs iuuentur. 715. d. & ſeq.
Purgatorij animæ norunt ſuffragia ſibi oblata. 715. b
Purgatorij animæ quibus gaudijs afficiãtur. 713. g. & ſeq.
Purgatorij ſtatus explicatus. 708. g & ſeq.
Purgatorij ſtatus cognitio quàm ſit utilis. ibi.
Purgatorij ſtatus triplex. 709. b
Purgatorij locus ubi ſit. ibi. d. & ſeq.
Purgatorij duplex cruciatus. 711. c
Purgatorij ignis qualis. ibi. f. g. & ſeq.
Purgatorij ignis quomodo animas puniat, cũ ſit corporeus. 712. a. & ſeq.
Purgatorium triplici lege demonſtratur. 705. d. e
Purgatorium in omni ſtatu fuit. ibi. f
Purgatorium eſſe, varijs rationibus probatur. 700. d. & ſeq.
Purgatorium eſſe, apparitionibus probatur. 707. b
Purgatorium probatur teſtimonio infideliũ. 708. c
Purgatorium qui non adeant. 710. e. f
Purgatorium qui adeant. ibi. g

Q

Q*Væſtio inutilis ſilentio ſoluenda eſt.* 283. f

R

R*Apina quibus flagellis puniatur.* 171. g. & ſeq.
Rarum omne charum, & pretioſum.
Ratio ſumpta, aut munita ex ſcriptura eſt valida. 219. b
Ratio in eligendis, & fugiendis vtitur ſyllogiſmo. 542. a
Ratione damni emergentis licet paciſci de lucro ultra ſortem. 415. f. & ſeq.
Ratione temporis quando liceat, vel non liceat vendere plus, aut emere minus. 325. c. & ſeq.
Rationis pars ſuperior dicitur ſcintilla, & cur. 520. g
Rationales homines quid deſiderent. 623. f
Rationalium hominum crux quæ. ibi.
Reconciliatio cum proximo quomodo facienda. 634. g. h
Redditus prædiales an emere liceat ad vitã. 327. c
Redditus prædiales an hæreditarie emi poſſint. 329. e
Redditus pecuniarios an emere liceat. 330 c
Redimere vexationem licet. 357 b
Regeneratio quotuplex. 134. b
Regna cur transferantur. 151. e
Regnum cœlorum quale futurum poſt diem indi-

iudicij. 117.d.e
Regnum cælorum quodnam ſit. 607.c
Regula quadam viuendi optima. 424.g
Regula pro contractu venditionum, & emptionum. 335.d
Religio vnde ſic dicta. 523.f
Religio non eſt damnanda ob periculum trāſgreſſionis voti. 217.a
Religio non eſt damnanda propter malos religioſos. 215.f.g h
Religionem, & cultum diuinum eſſe nobis inſitum a natura, quibus ſignis demonſtrari poſſit. 679.b. et ſeq.
Religionem an ingredi aliquis velit, ſigna quatuor quibus cognoſcitur. 210.e. et ſeq.
Religionem ingredi volenti non eſt timenda communis fragilitas. 214 f.g
Religionem ingredi volens, aut alium ad hoc inducere, quæ conſiderare debeat. 213.d. & ſeq.
Religionem ingredi volentium quatuor ſigna. 211.g h
Religionem an ingredi debeat is, qui parentes habet pauperes. 223.g h
Religionem omnes admittere non eſt bonum. 225.c
Religionem ingredi volens, quorum conſilia vitare debet. 228.g
Religioni qui non ſint admittendi. 212.b c
Religionis ingreſſus, in quibus requirit conſilium. 228.f
Religionis ingreſſus, an conſilio examinandus ſit. 226.b.c.d
Religionis ingreſſus nulla re humana impediri debet. 227.g. & 228.b
Religionis ingreſſus diſcretionem triplicem requirit. 211.f. et ſeq.
Religionis vtilitates. 153.d.
Religionis beneficia, & vtilitates. 214.d.
Religionis ingreſſum quidam diſſuadent ob quatuor dubia irrationabilia. 214.e. & ſequen.
Religionis ſtatus multis argumentis improbatus, & eorum ſolutio. 216. & ſeq.
Religionis impugnatores quibus comparentur. ibi.c
Religionis ſtatus quas vtilitates afferat. 210.h
Religionis ſtatus magnitudo varijs rationibus demonſtrata. 206.h. & ſeq.
Religionis tria vota totum hominem perficiunt. 629.d.e.f
Religioſi an poſſint accipere aliquid pro pecunijs impræſtitis, ſeu in mōtibus poſiti 399.b.c.d
Religioſi qui ſua religioni fauent, alia detrahendo, reprehenſi. 228.c.d
Religioſi debent præcellere charitate ſæculares. 629.h
Religioſi triplici ſpe præcellere debēt. 630.b
Remuneratione qui ſit dignus. 28.d
Renes cur Deo offerrebantur olim. 436.d
Renunciare omnibus quis perfecte dicatur. 222.e
Rebus in noſtris tria habemus bona. 330.d
Rei vendendæ defectus tres. 339 d
Rem maculatam vendere, an ſit peccatum graue. 339.c.et ſeq.
Rerum diuiſio per quos facta ſit. 302 e
Rerum tranſlatio quomodo iuſte fiat. ibi.e
Rerum poſſeſſio triplex. 300.b
Rerum dominium quot modis priuate transferatur. 307.f
Rerum diuiſio, & appropriatio cur ſit licita. 301.c.d
Rerum, quæ mutuo dantur, tria genera. 342.f
Rerum ualor duplex. 335.d
Res quomodo debeant eſſe oībus cōes. 301.a
Res nobilior ſæpe eſt minus pretioſa. 309.e
Res poſſeſſa ad duplicem finem ordinari poteſt. 361.d
Res omnes communicant ſuam uim hominibus gratis. 435.g
Res non poſſunt pluris vendi, aut emi, quàm valent. 336.a. & ſeq.
Res tantum valet, quantum uendi poteſt, quomodo intelligendum ſit. 334.d
Reſurrectio die iudicij quomodo fiet. 108.d. & ſeq.
Reſurrectio Chriſti cur non fuerit dilata ad diem iudicij. 645.c
Reſurrectio Chriſti qua hora facta. 646.d. & ſequen.
Reſurrectio Chriſti cur non ſtatim facta. 645.b
Reſurrectio Chriſti cur tali tempore facta. 646. c
Reſurrectio Chriſti cur fuerit neceſſaria nobis. 643.d.et ſeq.
Reſurrectio Chriſti cur fuerit neceſſaria comprehenſoribus. 644 b. & ſeq.
Reſurrectio Chriſti fuit neceſſaria ratione damnatorum. ibi. e
Reſurrectionis Chriſti decem contemplationes. 642.b

Reſurrectionis Chriſti tria tempora conſiderari poſſunt. 645.c.& ſeq.
Reſurrectionis Chriſti iucunditas generalis, & aliæ eius apparitiones. 651.b
Reſurrectionis Chriſti quanta fuerit iucunditas. 647 b.& ſeq.
Rex in regno animæ qui ſit. 564 f

S

SAbbathi die, quæ opera eſſent Iudæis interdicta. 87.d
Sabbathi dies non eſt ſeruandus. 84.e.f.
Sabbathi dies cur ſeruandus fuerit a Iudæis. 82.b
Sabbathi dies cur mutatus in diem dominicum. 82.e.& ſeq.
Sabbathi diei obſeruatio qualis, & quid hoc præceptum contineat. 82.f.g.
Sabbathi obſeruatio qualis apud Chriſtianos. 100.d
Sacerdos quomodo dicatur claudere cælum. 245.d
Sacerdos accedens ad communicandum infirmum, duas ferre debet hoſtias. 558.b
Sacerdos ignorans, quia non poteſt diſcere, an excuſetur. 188.d
Sacramenta nos ſanctificant. 511.a
Sacrificium ſine fide non placet Deo. 211.d
Saliua ualet contra uenenum ſerpẽtis. 288.a
Salus non eſt extra eccleſiam. 199.b.& 200.a
Salute de ſua qui fuerint certi. 520.b
Samaritana mulier quid myſtice ſignificet. 290.c
Sancti viri ſua bona non uident. 37.b
Sancti orant pro iis, qui ſunt in purgatorio. 714.d
Sanctorum hominum ſapientia quæ. 198.e
Sanctorum diebus feſtis, quæ a nobis conſideranda ſint. 95.e
Sanctum quid eſſe dicatur. 62.g
Sanctificati qui fuerint in uentre matris. 511.b
Sanctificatio triplex. 510.b
Sapiens nunquam ſine gaudio. 525.f
Sapientia triplex. 462.b
Sapientia huius mundi triplex. 663.b
Sapientiæ claues tres. 654.a
Satisfactio facta in mortali culpa, valet. 694.b
Saturitas ſpiritualis quæ. 36.d.e.& ſeq.
Scholares diebus feſtis ſtudere, et ſcribere poſſunt. 92.a
Scientia neceſſaria ad bene viuendum. 186.a
Scientia ſine charitate non poteſt haberi. 16.b.& ſeq.
Scientia quadruplex. ibid.
Scire quæ omnes homines teneantur. 187.b
Scriptura digito Dei.i. Spiritu ſancto ſcripta. 498.g
Scripturæ mos in loquendo. 106.c
Securationis contractus, an ſit licitus. 373.c.& ſeq.
Securationis varij modi. ibi.d.
Securitatis contractus execrabilis qui ſit. 374.g
Senſus quinque ſpirituales. 464 b
Senſuales homines quæ deſiderent. 623.e
Sybilla nomen Ieſu prædixit. 485.b
Sychar quid ſignificet. 289.b
Signa præcedentia uniuerſale iudicium quot, & quæ. 107.a.& ſeq.
Signorum quatuor genera, unde pendet iudicium. 134.f
Silentij, ſeu taciturnitatis tres gradus. 686.f.
Simonia quid ſit. 271.c
Synai quid ſignificet. 15.e
Synderesis quid ſit. 521.g.b
Synderesis quomodo conſcientiam erroneam arguat. 541.f.
Synderesis conſcientiam arguit. 543.b
Synderesis quæ peccata ſtatuet contra conſcientiam in die iudicij. 545.a.& ſeq.
Synderesis quomodo arguat conſcientiam. 542.a
Syon quid ſignificet. 498.d
Sitire quid ſit. 292.a.b
Sitis, quæ nunquam expletur, duplex. 412.b.
Soccidarum contractus explicati. 385.b.& ſequen.
Soccidarum caſus quidam liciti explicati. ibi.b.& ſeq.
Soccidarum iuſtitia quomodo cognoſcenda. ibid.c
Soccidæ quibus caſibus iuſtæ fieri poſſint. 386.a.& ſeq.
Soccidæ quibus modis poſſint pati damnum. 387.c
Soccidæ, quæ fiunt in ouibus, varijs caſibus explicatæ. 386.& 387
Soccidæ bonum quomodo licitæ fiat, varijs caſibus explicatur. 387.b.& ſeq.

Soccida boum quibus caſibus ſint illicitæ. 388.d.& ſeq.
Societas quid ſit. 378.a
Societas quomodo fiat. ibi.a
Societas tribus modis uariari poteſt. ibi.b
Societas bona utilis. 213.e & ſeq.
Societatis caſus varij explicati. 378.c.& ſequen.
Societatis lucra quomodo diuidenda. 379.e
Sodoma quid ſignificet. 76.d
Sodomæ, & Gomorræ ſigna quæ. 176.b.& ſequen.
Sodomiæ vitium, vide Peccatum contra naturam.
Sol, & Luna ubi erunt poſt diem iudicij. 114.e
Solis adoratio apud gentiles qualis. 83.b
Solutionis terminus triplex. 322.e
Solutionis tempus dare, eſt veluti mutuare. ibid. d
Solutionis tempus dare, quàm ſit laudabile. ibidem.
Somnus quid. 458.c
Sors quid ſit; & quot modis ſumatur. 411.d. e.
Spado quis dicatur. 475.f
Spem ponere in creaturis, eſt deſperare de Deo. 443.f
Spes triplex. 633.g
Spes triplex contra triplicem timorem. 73.a
Spiritualium hominum crux, & quid deſiderent. 624.c
Spiritualium ſecretorum intelligentia, træ requirit. 685.b
Spiritus ſeptem nequiores, qui habitant in anima mala, qui ſint. 530.g.& ſeq.
Spiritusſancti operationes ſeptem. 516.a.& ſequen.
Stabilitas nobis neceſſaria. 722.d
Status triplex, & triplex fructus trium ſtatuum. 476.d.& ſeq.
Statutum concedens ei, qui miſſus eſt in poſſeſſionem, certum fructum pro centenario, an valeat. 419.d
Stulti in hoc mundo æterna tormenta incurrunt. 197.f.g.
Stultus in culpa, ſapiens erit in pœna. 188.a
Suffragia pro mortuis facientium quatuor genera. 718.c.& ſeq.
Suffragia pro mortuis facta, quomodo ſint. 715.d.& ſeq.
Suffragia quæ ſint mortuis utilia. 717.a.b. & ſequen.
Superbia excæcat conſcientiam. 535.g.
Superbia eſt primum uitium, quod eſt increpandum. 167.e
Superbia quorum vitiorum ſit origo. ibi.f
Superbia, & elatio quomodo differant. 468.c
Superbia replet omnibus peccatis. ibi.d
Superbia uitium damnatum. 178.c.d
Superbia filia quæ. 270.f
Superſtitiones nonnullæ enumeratæ, & damnatæ. 168.b.& ſeq.
Superſtitionum varij ritus. 682
Suſpicionum quatuor genera. 135.b

T

Taberna an feſtis diebus ſint aperiēda. 89.b
Tentans Deum quantum peccet. 126.e
Tentare Deum quid ſit. ibi.b
Tentat Deum homo tripliciter. ibi.c
Tentatus varijs anguſtijs, deſperare non debet. 68.b.c
Terra qualis futura poſt diem iudicij. 113.f
Terra quibus rebus commouçatur. 31.f
Theodoſij ſingularis clementia. 303.b.c
Theodoſius pro beneficio habebat, quod ſibi peteretur venia. ibi.b
Timor triplex, qui remouet animam a bono. 52.f
Timor filialis, et caſtus qui. 33.e
Timores varij, & qui ſint. 32.b
Timores tres inducunt nos ad conſcientia deſcenſſionem. 633.e
Timores tres, qui ſunt cauſſa boni operis cum intellectu incredulo. 55.f & ſeq.
Tyrannica coactio qua dicatur. 392.b
Titulus quid ſignificet, & vnde dicatur. 523.f
Tonitruum unde cauſetur. 689.f
Topatius quid, & qualis ſit. 725.f.g
Transferre quilibet rei ſuæ poteſt dominium, niſi a lege prohibeatur. 30.g
Transferre nemo poteſt plus iuris in alium, quàm ipſe habeat. 404.b
Tranſlatio rerum priuata auctoritate quot modis fiat. 307.f

Tranſlatio rerum quomodo iuſte ſiat, et quotuplex. 302.e.f
Tranquillitas longa eſt cauſſa, cur homo non uideat futura Dei iudicia. 181.e
Tranquillitas bona, & mala quæ ſint. 530.a. & ſeq.
Tranſumbſtantiationem fieri poſſe, quibuſdã argumentis ſuadetur. 550.e.& ſeq.
Tribulatio quos effectus producat. 688.a.b.c
Triumphus ſpiritualis quibus rebus acquiratur. 722.c. & ſeq.
Tuba, qua homines conuocabuntur ad iudicium, quæ erit. 108.e

V

VAlor rerum duplex. 335.d
Valor rerũ ex quibus attendatur. 359.e
Valor, vel vſus rerum, quibus modis penſandus. 335.e
Vana mulier omnib. peccatis plena. 468.d.e
Vana mulier facit contra Dei opus. 465.b
Vanæ mulieris deſcriptio. 468.b.& ſeq.
Vanitas mulierum nocet proximis. 471.d
Vanitas mulierum damnata. 460.g. & ſeq.
Vanitas mundi ſcorpioni comparata. 461.e
Vanitas mundi quomodo poſſit vinci. ibi.
Vanitas eſt reprobationis ſignum, ſicuti honeſtas ſaluationis. ibi.h
Vanitas quæ nocumenta ipſis mulieribus afferat. 468.b.& ſeq.
Vanitates mulierum quæ ratione corrigi poſſint. 471.d
Vanitates mundi quæ mala, & quibus inferant. 465.e.& ſeq.
Vanitatis mundi origo quæ. 460.g
Vanitatis mundanæ ſexdecim malignitates. 461.d. & ſeq.
Vanum cor ſeptem iniquitatibus grauatur. 465.g
Vendens ponderibus iniuſtis an peccet. 317.f
Vendens rem viciatam, an peccet. ibi.b.c
Vendentes res maculatas, an peccent mortaliter. 339.d
Vendentes res permiſtas quomodo peccent. ibi.g.& ſeq.
Vendentis doloſa intentio quibus ſignis cognoſcatur. 376.b
Vendere rem pluſquàm valet, an liceat. 335.c.& ſeq.
Vendere rem, & eandem reemere diminuto pretio, an liceat. 333.f.g
Vendere tempus quomodo ſit illicitum. 318.b
Vendere tempus in quibus caſibus liceat. 323.a.b
Vendere plus, aut emere minus quando liceat ratione temporis. 325.c.& ſeq.
Vendi quæ non poſſint. 330.e.
Venditio quid ſit. 402.d.
Venditiones quæ prohibitæ diebus feſtis. 89.a.& ſeq.
Venditioni quæ res ſint ſubiectæ. 402.d.e
Venditor non tenetur manifeſtare vitium manifeſtum. 340.d.
Venenum quid ſignificet. 147.b
Venetorum præſtita. 391.d.e.
Venter ſpiritualis qui ſit. 531.b
Verbi incarnatio Dei in nos amorem declarauit. 11.h
Verbi Dei effectus triplex. 95.e.
Verbi diuini efficacia quanta. 74.f.
Verbi diuini vires quatuor. 79.c.d. & ſeq.
Verbi diuini uis maxima. 79.e
Verbi diuini fructus varij. 75.a. & ſeq.
Verbi diuini ſex eminentiæ, & perfectiones. 76.f.g
Verbo Dei qui non paſcitur, non viuit. 75.e
Verbum Dei audire, quàm ſit neceſſarium. 200.g
Verbum Dei ſeruare quid ſit. 411.a
Verbum Dei obſeruans non videbit mortem. 411.a
Verbum Dei fructificat, & glorificat. 80.b.d
Verbum Dei comparatum cum miſſa ſacrificio. 95.b.
Verbum Dei quanta diligentia ſit audiendum. ibi.
Verbum Dei quando, & quare ſit audiendũ. 96.a. & ſeq.
Verbum Dei an magis audire tenemur, quã miſſam. 96.a.b.& ſeq.
Verbum Dei audire cur non ſit præceptum ab eccleſia. 97.d
Verbum Dei eſt animæ ſpeculum. 76.f
Verbum Dei quatuor lumina tribuit animæ. ibi.a.& ſeq.
Verbum diuinum imbri comparatum. 75.c.d
Verbum diuinum ſoli comparatum. 71.f
Verbum diuinum nos defendit ab inſidijs inimicorum. 79.f
Verbum diuinum a quibus malis nos defendat. ibi.b
Verbum diuinum quomodo mentem illuminet.

minet. 77.c
Verbum diuinum animam decorat. ibi.e
Verbum diuinum quibus modis cor audientium inflammet. 77.h
Verbum diuinum dat vitam. 78.a
Verbum diuinum eſt animæ cibus. ibidem. c. d
Verbum diuinum audire eſt maximum ſignum prædeſtinationis. ibi.e
Verbum diuinum delectationem procreat in anima. ibi.e
Verecundia in confeſſione eſt magna pars ſatisfactionis. 255.g
Veſpaſianus nunquam fuit iniuriarum vendicator. 503.e
Victoria ſpiritualis, eſt perſeuerantiæ effectus. 724.d
Victoria ſpiritualis in quibus conſiſtat. ibidem.e
Videre in ſcriptura interdum valet experiri. 411.b
Vigilantij error qui fuerit. 224.g
Vindicta genus præclarum, quodnam ſit. 502.f.g.h
Viperæ natura quæ. 160.e
Vir animæ qui dicatur. 292.b
Vir habet ius in vxorem, ſed non poteſt illud transferre in alium. 410.c
Viri cor duplici eget cuſtodia. 448.c
Viro bono quatuor ſunt neceſſaria. 500.f
Virgo occulta corrupta, an velari debeat. 473.b
Virgines non debent eſſe otioſæ. 481.g.h
Virgines ſolum animo non debent conſecrari. 473.a
Virgines etiam ſuorum commercium cauere debent. 478.e.f
Virgines cur conſecrentur, & benedicantur. 475.b.c
Virginum gradus tres. 472.e
Virginitas triplex. ibi.g
Virginitas corporalis quæ. ibi.g
Virginitas mentalis ui eripi non poteſt. 473.a
Virginitas eſt matrimonio præferenda. ibidem. d
Virginitas non eſt ſub præcepto. ibi.d
Virginitas quid ſit. ibi.e
Virginitas fructu ſuperat matrimonium. 476.c.d
Virginitas ducit ad viſionem Dei. 472.d
Virginitas duodecim virtutibus ornata. 476.b. & ſeq.
Virginitas ſemper permanſiſſet, ſi peccatum non fuiſſet. 474.e
Virginitas ob duodecim rationes præfertur matrimonio. 473.e. & ſeq.
Virginitas in ſtatu innocentiæ ordinata fuit. ibid.g
Virginitas angelicæ conditioni prælata. 474.a
Virginitatis laudes. 473.e. & ſeq.
Virginitatis fructus centeſimus. 476.g
Virginitatis cuſtos eſt honeſtas. 480.a
Virtus eſt ſcientia fortior. 132.a.b
Virtutes theologicæ ſunt connexæ. 23.h
Virtutes conſuetudinales quando facile acquirantur. 3.h
Virtutes theologicæ in quibus potentijs ſint, et quid efficiant. 24.f
Virtutes quædam eſſentialiter imperfectæ quæ. 22.e
Virtutes naturales quæ. 2.e
Virtutes naturales quomodo dicantur perfectæ, et imperfectæ. 3.d
Virtutes gratuitæ perfectionem tribuunt. 3. d.& 4.b
Virtutes conſuetudinales raro inueniuntur perfectæ. 3.f.g
Virtutes conſuetudinales imperfectæ ſunt. 3.a
Virtutes naturales in nobis ſunt læſæ. 2.c
Virtutes conſuetudinales quæ. 2.d
Virtutes naturales pedibus comparatæ. 2. d.e
Virtutes naturales quomodo inueniuntur, & augeantur. 2.f
Virtutes theologicæ quæ. 2.g
Virtutes diuinales quæ. ibi.
Virtutes theologicæ tres. ibi.h
Virtutes theologicæ alis comparatæ. ibi.
Virtutis vnius vna eſt regula. 5.c.d
Vita propria quando ſit ponenda pro proximo. 65.f.g.h
Vitam ponere pro vita proximi, eſt conſiliũ. 67.h
Vitæ actiuæ ſtatus ſeptem. 655.a
Vitæ ſpeculatiuæ perfectio. 656.b. & ſeq.
Vitæ mixtæ perfectio. ibi.d.e
Viuit qui bene, nunquam eſt triſtis. 525.g
Vitio aliquo infecti, omnes eodem vitio laborare exiſtimant. 138.d.e
Vitiorum de quibus iudicium ferri ſolet, quatuor genera. 138.b.c
Vnitate res conſeruantur, & diuiſione eorum-

rumpuntur. 506.b
Vocabulorum proprius ſignificatus non eſt relinquendus. 398.e
Vocatio triplex. 422.e
Voluntas non dicitur libera, quia poſſit malum. 518.c
Voluntas ſola facit uſurarium de lege diuina, non humana. 356.b
Voluntas in quod uetitum tendat. 220.a
Voti certi certitudo quæ. 219 a
Voti obligatio qualis ſit. 219.g
Voti magnitudo vnde cognoſci poſſit, et quanta ſit. 207.c
Voti religionis magnitudo. 208.d. & ſeq.
Votorum fructus duodecim. 211.b
Votum quid ſit. 225.d
Votum eſt per ſe bonum. 217.g
Votum obedientiæ eſt holocauſtum. 208.e
Votum operi addit maius meritum. 207.b
Votum non inducit neceſſitatem abſolutam. 218. d
Votum qui implet, ſemper dat, et reddit Deo. 219.a.b
Vouens magis ſtabilitur in uia Dei. 209.d
Vouentis largitas quanta ſit. 208. d. & ſeq.
Vouere eſt maioris difficultatis, quàm non vouere. 221.c
Vſucapio in quibus rebus fiat. 302.b
Vſura eſt illaqueatio diaboli. 443.d. & ſeq.
Vſura eſt laqueus innumerabilium animarũ. 438.a
Vſura eſt ſeruitus miſeranda. 440.b
Vſura eſt domeſticum furtum. 434.f
Vſura eſt contagioſus morbus. 437.d
Vſura eſt ciuitatum deſtructio. 436.b. & ſequen
Vſura eſt inquietus carcer. 437.a
Vſura eſt pauperum oppreſſio, & legem charitatis tollit. 364.f.g
Vſura eſt pauperum homicida. 435.f
Vſura eſt doloſa pietas. ibi.c
Vſura eſt impia in propinquos. 436.a
Vſura eſt fons proprij amoris, & amicitiæ corruptela. 433.f
Vſura eſt extinctio charitatis fraternæ. 431.g
Vſura eſt mentis cæcitas. 440.a
Vſura eſt certus modus acquirendi pecunias. 439.e
Vſura quid efficiat in rebus, tum naturalibus, tum artificialibus. 358.b
Vſura quæ mala ſpiritualia afferat. 430.c. & ſequen.
Vſura cordis anguſtiam procreat. 441.b
Vſura aduerſatur toti Sanctiſsimæ Trinitati. 426.a
Vſura facit Deum blaſphemare. 426.d
Vſura mater deceptionum. 434.b
Vſura nouaculæ comparata. ibi.d
Vſura facit hominem idololatrare. 425.c
Vſura liberalitatem, & gratiam vendit. 364.d
Vſura immutat rerum valorem. 359.e
Vſura nullam habet diſpenſationem. 400.a
Vſura non eſt licita pro redemptione captiui. ibidem.
Vſura ſi liceret, & exerceretur, inde orirentur innumera mala. 369.g
Vſura in quibus contractibus eſſe non poſsit. 350.g.h
Vſura in nullo caſu licet, vt occidere interdum licet. 349.e.f
Vſura cur in certis tantum rebus committatur. 343.b
Vſura eſt ſuperabundantia illicita. ibi.e
Vſura in quo contractu committatur. 342.d
Vſura in quibus rebus committatur. 342.e.f
Vſura a quibus exigi poſsit. 347.d. & ſeq.
Vſura quantum, & quot modis ſit nociua proximo. 432.e.f
Vſura quomodo faciat Deum relinquere. 422.b. & ſeq.
Vſura tres generat cæcitates. 423.b
Vſura rem non fructiferam, fructiferam facit. 359.f
Vſura quomodo eſſe poſsit in locatione. 377.d
Vſura contractat rem alienam inuito domino. 363.e
Vſura quomodo excuſetur, uel non excuſetur ob dubium, & periculum. 370.d. & ſeq.
Vſura quomodo committatur. 330.b
Vſura ex diuinis literis defendi non poteſt. 347.a. & ſeq.
Vſura a quo iure permitti non poſsit. 369.c. & ſeq.
Vſura cur Græce dicatur partus. 359.b
Vſura miraculum facit. ibid.
Vſura in nullo caſu eſt permiſſa. 412.a.b
Vſura per ſe eſt in contractu mutui, ſed indirecte, & per accidens etiam in contractu venditionis. 407.b
Vſura non excuſatur ob pericula, & dubia. 408.b
Vſura palliata in quibus contractibus cadere

dere poſſit. 375.b.& ſeq.
Vſura in contractu emptionis, & venditionis, quomodo fieri poſsit. 376.a. & ſeq.
Vſura varijs locis prohibita iure canonico. 366.a
Vſura damnata ab omnibus doctoribus. ibi.d.e
Vſura quomodo eſſe poſsit in contractu ſocietatis. 378.a.& ſeq.
Vſura argumentis uarijs confutatis non defenditur. 343.f.& ſeq.
Vſura quando eſſe poſsit, ubi eſt periculum lucri, & capitalis. 375.b. & ſeq.
Vſura cur non puniatur a iure ciuili. 367.f
Vſura non eſt approbata a iure Imperiali. 366.g
Vſuram eſſe contra legem diuinam. 365.a
Vſuram non eſſe peccatum aſſerere eſt hæreſis. 369.b
Vſuram eſſe prohibitam lege naturæ, varijs rationibus demonſtratur. 558.g. & ſequen.
Vſurarum cauſſa qui excommunicentur. 430.g
Vſuras ab hoſtibus recipere, an liceat. 419.f
Vſuræ deſcriptiones uariæ. 341.c.& ſeq.
Vſuræ per ſuos effectus deſcriptio. 438.h
Vſuræ prauitates nouem. 439.a.et ſeq.
Vſuræ excuſationes, ſeu argumenta, quibus defenditur, confutata. 343.f.& ſeq.
Vſuræ offenſio triplex. 432.b
Vſuræ deſcriptio pulcherrima. ibi.e
Vſuræ iniquitates duodecim. ibi.e.& ſeq.
Vſuræ tres abominabiles impietates. 422.g. & ſequen.
Vſura morbus late diffuſus. 437.d.e
Vſura contractus quadruplex periculum admittere poteſt. 370.g
Vſura uitium ne quis relinquat, quæ efficiat. 558. d
Vſura laqueis qui capiantur. 438 b.c.d
Vſura uitium qualem reddat hominem. 422. d
Vſura lucrum cur dicatur ultra ſortem. 363. b
Vſura intentio tripliciter in contractu eſſe poteſt. 356.b
Vſuræ genus periculoſum quodnã ſit. 455.b
Vſuræ fraus quibus ſignis deprehendatur in contractibus. 324.g
Vſuræ cauſſa qui teneantur reſtituere. 431.b
Vſuræ quorum malorum corporalium ſint cauſa. ibi.c.d.& ſeq.
Vſurarij morte omnes lætantur. 433.h
Vſurarij an ſint ij, qui uoluntarie in mõtibus, & impræſtitis pecunias ponunt. 395.c. & ſeq.
Vſurarij pecunia ſimilis morſui aſpidis. 340.g
Vſurarij ſunt aliquo modo deteriores, quàm raptores, & fures. 434.g
Vſurarij triplex officium miſerabile. 441 a
Vſurarij mors horribilis. 445.h. & ſeq.
Vſurarij condemnatio terribilis. 446.g.h
Vſurarij certa damnatio. 444.c.& ſeq.
Vſurarij opprobria tria. 443.a
Vſurarij anguſtiæ tres. 441.h.& ſeq.
Vſurarij tres cæcitates. 440.e
Vſurarij manifeſti quot mala ciuitatibus afferant. 429.b.& ſeq.
Vſurarij rodunt pauperum oſſa. 437.b
Vſurarij appetitus inextinguibilis. 439.c
Vſurarij ſitis, cur ſatiari non poſsit. ibi.c.d
Vſurarij tres conditiones. 438.g
Vſurarij corrigendi ſunt a principe. 156.d
Vſurario nullus fur improbior. 433.c
Vſurariorum oblationes accipere non licet. 430. d
Vſurariorum pœna eccleſiaſtica. ibi.e.f
Vſurariorum deſcriptio quædam. 435.h
Vſurarios eſſe neceſſarios in ciuitate affirmare, eſt blaſphemia. 426.d.& ſeq.
Vſurarios non eſſe neceſſarios in ciuitate, pluribus demonſtratur. 427.a.& ſeq.
Vſurarios non habere in promptu, eſt ciuitatibus maxime utile. 428.d.& ſeq.
Vſurarium rerum dominium uere uſurarij eſt. 417.e
Vſurarius hydropico, & ſanguiſugæ comparatus. 479.d.e
Vſurarius ſeptem gaudijs fruitur diuitijs. 424 h.& ſeq.
Vſurarius ob quas cauſſas Deum non diligat. ibi.e.& ſeq.
Vſurarius miluo comparatus. 433.g
Vſurarius porco comparatus. 434.a
Vſurarius eſt ſcorpioni ſimilis. 340.h
Vſurarius cani ſuper palea dormienti comparatus. 442.f
Vſurarius ſi Chriſto crederet, ab uſura ceſſaret. 423.f

Vſurarius contractus eſt omnino contra legem naturæ. 348.b
Vſurarius contractus non admittit diſpenſationem. 369.d.e
Vſurarius acquirit lucrum de re non ſua. 560.a
Vſurarius contractus quatuor habet culpas. 370.a
Vſurarius contractus qua regula cognoſcendus ſit. 333.d.e
Vſurarius pater damnatus, quid filio damnato dicet. 436.e
Vſurarius, diabolus nuncupatus a quibuſdam. 437.g
Vſurarius diabolo comparatus. 444.b
Vſurarius cur raro, & difficulter conuertatur. 445.a
Vſurarius comparatus vaſculo, in quo pueri ponunt pecunias. ibi.e
Vſurarius eſt longe peior Iuda, propter obſtinationem. ibi.f
Vſurarius perpetuo currit ad infernum. 437.c
Vſurarius quomodo pecuni s abutatur. 361.c. & ſeq. & 362.b
Vſurarius per antiphraſin, el piatoſo, nominatur. 435.e
Vſus, & vſusfructus quomodo diſtinguantur. 346.f g
Vti malo, aliud eſt bono, aliud male vti bono. 348.b

Z

Zelus quid ſit. 33.e
Zelus quotuplex. 33.f

F I N I S.

[illegible]

S. BERNARDINI

[illegible]

D. BERNARDINI SENENSIS,

ORD. MINORVM.

QVADRAGESIMALE, De Euangelio æterno.

SERMO PROOEMIALIS.

NON enim veni ſoluere legem, ſed adimplere, Matth. 5.c. *In ordine ſapientialium diuinalium ſcientiarum, intelligentiam plenitudinis legis apprimè vtilem, atque neceſſariam eſſe conſiderans: de ea prout deſurſum ſuſcepimus, ſcribere intendimus, & aperire. Hæc ſiquidem lex à Chriſto veraciter adimpleta, veriſſima ratione nihil aliud eſt, quàm honeſtas legibilis, id eſt deſcripta regulis, & præceptis. Iuxta quod dictum videtur, Lex eſt ſcriptum addiſcens honeſtum, prohibensque contrarium. Propriè enim non omne mandatum honeſtatis, lex dicitur, ſiue præceptio, ſiue prohibitio ſit: & tamen vſualiter omne legis ſcriptum, legis nomine nuncupatur. Vt igitur propriè legem diffiniamus: Lex eſt honeſtas integra, ſiue completa legibus, id eſt deſcripta literis, & obſeruantiæ imperatæ. Quapropter licèt Tullius, & Seneca, aliÿſque quàmplures literis deſcripſerint honeſtatem: ſcripta tamen eorum nemo nominat legem: nec lex cuiuſcunque dicitur, niſi vel eius, qui ad populum eam tulit, vel eius, qui ad populum eam imperauit. Vnde & lex Hebræorum, & Dei dicitur, & Moyſi. Lex etiam populi nuncupatur, quòd eiſdem videlicet ſubiectus eſt, & ad quem lata eſt. Proinde legem à ligando nonnulli dictam eſſe voluerunt, pro eo quòd ei ad ſeruandum alligati ſunt hi, quibus data eſt ipſa lex. His igitur ſi ſe habentibus, plenius declaremus plenitudinem legis Chriſti: de qua enim ſuperius ait, ſcilicet. Non veni ſoluere legem, ſed adimplere. Prænotandum eſt, ꝙ tres ſunt legis ſpecies. Primæ dicuntur naturales, ſecundæ conſuetudinales, tertiæ Theologicæ vel diuinales: atque de his virtutibus tria conſideranda ſunt. Conſideremus primò earum conditiones, ſecundò earum perfectionem, tertiò earum conſummationem.*

Gerſon par. 4. I de ſcriptionibus terminorũ multa dicit de lege.

Lex eſt ratio ſumma inſita in natura, q iubet ea, quæ facienda ſunt, phibetq; contraria.

Tres legis ſpecies.

A **Articvlvs Primvs.**

Quæ ſit differentia inter virtutes naturales, conſuetudinales, atque gratuitas, quæ theologicæ nuncupantur.

PRimo conſideremus prædictarũ virtutum conditionem. Quod vt melius pateſiat, de natura ſingularum breuiter aliqua perſtringamus.

De virtutibus naturalibus, quæ ab ipſa B *natura in homine generantur.* *Cap. 1.*

Virtutes naturales, quæ.

PRimæ quidem virtutes naturales denominãtur, quia a natura ipſa ſunt. Quales vtique dici poſſunt naturalis manſuetudo, naturalis magnanimitas, naturalis verecundia, naturalis pietas, & conſimilia: & iſtæ naturaliter hominibus inditę ſunt. Et malitia vel bonitate complexionis impediũtur, vel adiuuantur: & quandoque omnes, & quandoq; aliquæ, quandoque vna ſola ex his, aut im-
C peditur, aut adiuuatur. Et hoc manifeſtũ fit per operationes earum, quæ ſecundum impedimentum, vel adiumentum complexionis, quæ a parte corporis eſt, aut tardiores, aut rariores exeunt: aut frequentiores, aut maiores. Et licèt prædictæ virtutes perfectæ fuerint in Adam ante peccatum, & inditæ ſint in nobis: tamen in nobis multum ſunt lęſę atque depreſſę; & penè omnino conſumptæ, atque ſepultæ immerſione animalitatis, ſiue originalis corruptionis. Verum exercitijs, & conſuetudine congruẽtibus multum eas adiuuari, atque perficere ipſo ſenſu experientiæ manifeſtũ eſt.

Naturales virtutes ĩ Adã fuerũt pfectiores ĩ ſtatũ innocentia.

D *De virtutibus, quæ exercitio, & conſuetudine ab homine acquiruntur.* *Cap. 2.*

Virtutes conſuetudinales, quæ.

SEcundæ verò virtutes conſuetudinales denominãtur: & hæ ex frequentia operationũ acquiruntur, vel ingignũtur. Et cum naturales virtutes, quaſi ſint pedes, ſed pedes læſi multiplicibus occaſionibus: non ſolum malitia complexionis, vt diximus: ſed etiam corruptione, quæ peccato primorum parentum in totum genus humanum transfuſa eſt, & traducta: ideo laudabilium operum exercitio augmentantur E
& roborantur. In Adam enim pedes iſti & ſani & recti omnino fuerunt ante peccatum, & propter hoc per viam morum honeſtatis naturalis, ſcilicet huiuſmodi pedibus rectè abſq; claudicatione poterant ambulare, & abſque offenſione & lapſu peccati, quaſi per planum naturæ: vt quemadmodum greſſibiles erant exterius, hoc eſt ſecundum corpus per viam ſenſibilem: ſic & greſſibiles eſſent interius per viam intelligibilem, quam diximus planum honeſtatis naturalis. Conſuetudinales verò ſicut lignipedes ſunt, & alia ſuppediacula atq; adiumenta: quæ occaſionatis & læſis pedibus ad adiuuandum, ac quoquo modo perficiendum greſſum adhibentur. Non tamen dubitamus naturaliter manſuetos exercitio eorum, quæ manſuetudinis ſunt, in ipſa manſuetudine augeri. Similiter & naturaliter pios exercitio eorum, quæ pietatis, in ipſa pietate naturali etiã augmẽtari. Quod fit, quia ſecundum quoſdam, liberatur potentia, & quaſi detumulatur, & detegitur quaſi ab immerſione: & ita erumpit in opera maiora nullo modo immutata apud ſe: quemadmodum ſi homo ligatus, diruptis atque ſolutis vinculis incipiat ambulare, cũ G
virtus eius greſſibilis in nullo mutata ſit apud ſe, ſed liberata tantum.

Simile. F

De virtutibus theologicis & diuinalibus, inquantum in perfectione ſuperant virtutes naturales, & conſuetudinales. *Cap. 3.*

TErtiæ ſunt virtutes, quæ theologicæ ſeu diuinales denominantur, de quibus Iaco. j. c. ait: Omne datum optimum, & omne donum perfectum, deſurſum eſt, deſcendens a patre luminum. Ex quo patet, ꝙ Iacobus vocat eas dona perfecta & optima, deſcendẽtia a patre luminũ. H
Nos verò vſuali verbo theologicas, atque gratuitas conſueuimus appellare. De quibus. j. Corinth. 13. Fides, ſpes, charitas, tria hæc: maior horum eſt charitas. Hæ ſiquidem ſunt ſicut alæ ſpirituales, diuinæ bonitatis artificio ordinatæ: & quibus dignationis ſuæ beneplacitum ſiunt, appoſitæ atque inſitæ ad volandum, non ſolum in ſublime beatitudinis & glorię ſuę, verumetiã ad viuendum ita ſublimiter ac nobiliter, vt ad hanc vitam, honeſtatis naturalis, ambulatio: hic verò volatus ad illam meritò nomine-

Virtutes theologicæ, q̃ verſantur circa diuinũ obiectũ.

A minetur & comparetur. Vita enim, quę nihil habet perfectionis aut decoris, niſi a parte virtutum conſuetudinalium: nec volatus eſt, nec ambulatio recta, ſed quædam nugatoria mixta ex aliqua parte ambulationis & alterius motus, lignipedib. eius aut alijs huiuſmodi ſuppodiaculis non ſolum non volatur, ſed nec rectè etiam ambulatur. Et talis fuit vita virtuoſorum philoſophorum. Ideo ad cœleſtia regna non peruenerunt: quia virtutes eorum quodammodo humanæ erant, & non diuinæ. Sed de habentibus diuinas virtutes, quibus volatur ad cœlum, Apoc. 14. ſcriptum eſt: Hæc ſapientia ſanctorum, qui cuſtodiunt mandata Dei, & fidem Ieſu: vt in Dei mandatis ala ſiniſtra, & in fide Ieſu ala dextera, quibus volatur in cęlum, myſticè deſignetur.

Vita Philoſophorũ, q virtute ſtiterũt, qualis fuerit.

B

Articvlvs Secvndvs.

Vbi Magis ſpecificè ponitur differentia perfectionis virtutum naturalium, conſuetudinalium, & diuinalium.

C SEcundo conſideremus prę́fatarum virtutum perfectionem. Miro enim modo hæ virtutes in anima connectuntur & perfectiones ſunt virium naturalium animæ noſtræ, ſed ſecundum magis & minus. De perfectionibus igitur quarumlibet earum per ordinem ſubiungamus.

De perfectione naturalium virtutum, ex quo ſunt aliarum virtutum fundamentum initiale. Cap. 1.

PRimo enim dicendum eſt de virtutibus naturalibus & perfectione earum. Naturales enim virtutes perfectiones verę ſunt atq; completæ quo ad naturam: hoc eſt ita, vt

Virtutes naturales quo dicãtur completę.

D natura non habeat quod eis adijciat. Verũtamen in comparatione diuinalium quaſi materiales ſunt: & tanto a nobilitate earũ diſtantes, quanto (vt diximus) pedes ab alis diſtant. Ab his autem naturalibus virtutibus tanquàm a fundamento perfectio initium ſumit. Complemẽtum autem & perfectio eius, decus eſt virtutum gratuitarũ. Et hæ ſunt in fine perfectionis: ſecundum ſpeciem dico, nõ autem ſecundum gradũ: quoniam in hac vita non inuenitur gradiuũ multa diuerſitas. Non enim omnes gratuitæ fides ęquales ſunt: nec omnes, qui huiuſmodi fide credunt: quia alij magis, alij minus atque lucidius: alij & alij minus clarè, & ſecundum hunc modum res ſe habet in alijs virtutibus gratuitis. E

Quòd conſuetudinales virtutes, licèt non ſint de neceſſitate ad honeſtatis legem, tamen ad illam præſtant auxilium magnum. Ca. 2.

SEcundo videndũ eſt de virtutibus conſuetudinalibus. Et hæ ſiquidem de neceſſitate huius perfectionis videlicet honeſtatis, nullatenus ſunt: ſed ſunt quædam adiumenta. tamen nec numero, nec nobilitate aut perfectione vnquàm naturalibus adęquandæ. Paucæ enim numero ſunt propter paucitatem exercitationis autem poris, quibus indigent ad ſui generationẽ. Vix enim inuenitur (ſi tamen inuenitur, quod nõ credimus) adeo ętate grandęuus, adeoque animo ſtrennuus & corpore validus: qui in omni actu honeſto euſque ſe exercuerit, vel eam frequentiam habuerit, vt ex eius exercitio virtutẽ acquiſierit congruentem: & hoc modo omnes virtutes conſuetudinales tantis & tam varijs obtinuerit exercitijs. Si enim eſſent neceſſariæ hæ conſuetudinales virtutes ad honeſtatis perfectionem, impoſſibile eſſet virum perfectæ honeſtatis inueniri in hac vita. Quia (ſicut prædictum eſt) nunq̃ omnes conſuetudinales in anima vna inueniri poſſunt: & hoc eſt propter breuitatem humanæ vitæ, & propter infirmitatem humanæ naturæ. Fruſtra ergo inditus eſſet naturaliter honeſtatis appetitus mentibus humanis, ſi ab eo ſunt naturali impoſſibilitate prohibitę: & ita aliquid eſſet naturaliter fruſtra, quod eſt naturaliter impoſſibile. Natura enim aliqd fruſtra facere etiam in vno indiuiduorum, nedum in tota ſpecie, non permittit omnipotẽtiſſima ſapientia Dei, qua ipſa regitur & adminiſtratur. Præterea ex alijs virtutibus per ſe, hoc eſt naturalibus & gratuitis, manifeſtum eſt perfectè eſſe honeſtatum, qui eas habet. Licet enim non tantum nec numero, nec nobilitate ſeu perfectione cõſuetudinales virtutes naturalibus virtutib. comparentur: tamen experientia multũ per eas homo proficere poteſt, maxime in iuuenili ætate. Nam etiam tenella virgula facilè ad rectitudinem flecti poteſt: tranſplantata aũt tunc altas radices figit. Paruula quoq; F G H

Exempla accimodata.

A auis ex ipſo nido eiecta, magis q̃ alia domeſtica fieri ſolet. Proinde in epiſtola ad fratres de mõte Dei ſcrip. eſt: Ois animus malus prius quàm indureſcat malitia, immolliri poteſt: ſed poſt q̃ inemollierit ſeu indurauerit, deſperandus eſt. Præterea ex conuictu formantur mores. Propheta quoq; ait: Cũ ſancto ſanctus eris, & cum viro innocente innocens eris. Et ad Eph. 4. ad tales conſuetudinales hortatur Apoſtolus dicens: Renouamini ſpiritu mẽtis veſtræ, & induite nouum hominem, qui ſecundum Deum creatus eſt in iuſtitia & ſanctitate veritatis.

B

Quòd in virtutibus theologicis, & diuinalibus conſiſtit conſummatio, & perfectio legis Euangelicæ honeſtatis. Cap. 3.

TErtio aũt loco cõſideremus gratuitas virtutes ſeu theologicas, & diuinales perfectiones, quæ quidẽ ſunt cõplementũ & adimpletio atq; pfectio honeſtatis: ita vt eas habentibus aliȩ non ſunt neceſſariȩ, quantũ ad neceſſitatẽ perfectionis. Verum, ſicut diximus, adiumenta non modica pręſtãt volẽtibus operari. Poſita. n.
C gratuita fide ſiue deſuper infuſa: non eſt neceſſaria alia credulitas aiæ noſtræ, ſiue ad pfectionẽ honeſtatis, ſiue ad decorẽ, quo placetur creatori. Manifeſtè tamen verum eſt: quia qui habet huiuſmodi fidei lumẽ: & habet tamen lumina ſuaſionũ ſiue probationũ cum lumine fidei, ꝙ ex ipſis expeditior erit & ad cogitandã fidẽ, hoc eſt fidei articulos, & ad pdicandos atq; docendos: ſicut ex vno lumine habet quis ad ſufficientiã ad greſſus ſuos regẽdos: tamen ſi alia apponãtur licet minora, ex hoc expeditior fit in gubernatione greſſuũ ſuorũ: ita & hic habens huiuſmodi fidẽ, hoc eſt deſuper infuſam, habet vtiq; lumen, quo regat greſſus intellectus ſui in eis, quȩ pertinẽt ad fundamentũ chriſtianȩ religionis. Si tamen lumina probationũ, quæ prędiximus ſignorũ, vel mi-
D raculorũ addita fuerint huic fidei, erit abſq; dubio adiutus in multo ad regendũ huiuſmodi greſſus. Diligenter tamen aduertẽdũ eſt, ꝙ virtutes naturales & operationes earũ eiſdem nominibus nuncupãtur, quibus cõſuetudinales & diuinales & operationes earum. Proinde multis viſum eſt, ꝙ operationes omnium harũ virtutũ non differunt ſpecie vllo modo, ſed ſm maius & minus. Verbi gratia: Credere ſiue ſit ex virtute de-

Quemodo i virtutib⁹ theologicis, q̃ verſantur circa Deũ obiectum noſtrum beatificũ, cõſiſt Euangelicę legis perfectio.

E ſuper infuſa, hoc eſt gratuita vel theologica; ſiue ex probatione, ſiue ſuaſione, ſiue ex natura, ſeu ex aſſuefactione; vnũ eſt ſpecie: verũtamen verius atq; nobilius credit, qui ex fide gratuita, q̃ qui ex alia fide. Nos autẽ dicimus lumina deſcendẽtia deſuper: immo verius vmbras a rebus creatis dicimus huiuſmodi acquiſitas credulitates: & aliter ſm ſpeciẽ lucere ſpeculũ intellectus ex superirradiatione vel primi luminis vel aliorum luminũ, quæ ſunt ſupra ipſam & ſub primo tanq̃ media: aliter ex aſcenſu luminationũ, quæ reflectuntur a rebus creatis, & per organa ſenſuũ infundunt ſe in ſpeculo intelle-
F ctus. Sicut aliud eſt lumẽ, quod deſcendit a ſole, & ab alijs cœli luminibus, q̃ illud qđ aſcẽdit a multitudine cereorũ vel a facibus multis. Pręterea fides infuſa deſuper vna eſt, non obſtante quacunq; credibilium diuerſitatẽ, ſicut ad Eph. 4. ſcriptum eſt, vnus Deus, vna fides, vnum baptiſma. Et merito quidẽ eſt vna, q̃m ſequitur veritatem luminis, a quo ſuper humanum fluit intellectũ. Fides vero, quæ eſt a rebus ipſis tanquàm vmbra vel imago ipſarum, diuerſa eſt pro diuerſitate credibiliũ: ſequitur enim diſpoſitiones in identitate atque diuerſitate tanquàm cauſatum ipſorum. Eodem modo de
G alijs dicimus. Dilectio enim deſuper infuſa, & dilectio a rebus, impoſſibile eſt ꝙ ſint eiuſdem ſpeciei propter eandem cauſam, qua & fides. Et ad hunc modum ſe habet de alijs. Conſideremus igitur hanc virtutum perfectionem, quæ a naturalibus virtutibus initium ſumens, & cõſuetudinibus creſcens gratuitis conſummatur. Quia igitur ſine hac vltima perfectione, nec volatur in ſublime beatitudinis ſempiternę, nec ſublimiter viuitur, nec Deo acceptabiliter: manifeſtum, quia hæc eſt perfectio omnibus modis neceſſaria atq; ſufficiens ad vitæ decorem, & ad meritum æternæ fœlicitatis: & de qua non licet aliquid detrahi, & cui nihil neceſſe eſt addi.

Qui credit ex fide gratuita nobilius credit, q̃ q ex alia fide.

Fides infuſa vna immo, & fides acquiſita ẽ vn⁹ habitus ſtante & multitudine credibilium.

H

ARTICVLVS TERTIVS.

De vltima conſummatione omnium virtutum, quæ eſt charitas: in qua Euangelium æternum, & lex æterna per Chriſtum eſt perfectiſſimè adimpleta.

TErtio inq̃ cõtemplemur huius legis honeſtatis cõſummationẽ. Ex pcedẽtibus clareſcere põt, ꝙ lex cõtinẽs hone-

A honeſtatis naturalis & gratuitæ perfectionem, eſt lex neceſſariæ & ſalutaris perfectionis. Nunc autem oſtendamus, quomodo ſit neceſſariæ conſummationis, quod vt clarius eluceſcat: tria de ipſo contemplemur. Primo eius vnionem, ſecũdo eius inſcriptionem, tertio eius plenitudinem.

Triplici ratione probatur, quòd lex æterna vnica eſt, & ſola. Cap. 1.

PRimo inquàm cõtemplemur huius legis honeſtatis naturalis &
B gratuitæ vnionem, quia vnica eſt & ſola, & impoſſibile eſt aliã eſſe. Quod poteſt oſtendi triplici ratione. primo ratione deſcriptionis, ſecundo ratione præceptionis, tertio ratione conſecutionis. Primò inquàm ratione deſcriptionis. Eiuſdem ſiquidem honeſtatis impoſſibile eſt diuerſas eſſe deſcriptiones per regulas & mandata. Quia ſi fuerint diuerſę regulę, cum nulla regula honeſtatis aliquid dicatur, niſi virtutem illam eſſe ſeruandam, de qua regula illa eſt. Similiter cum nullo pręcepto cuiuſquã virtutis aliquid dicatur ſeu
C pręcipiatur, niſi fieri opus illius virtutis cuius eſt: manifeſtum eſt, regulas illas & mãdata non eſſe diuerſa, niſi vocetenus, cum res eadem per omnia deſeruit illis. Secũdò ratione præceptionis. Earundem enim virtutum impoſſibile eſt diuerſas eſſe regulas & mandata, cum vnius virtutis non ſit niſi vna regula & vnum mandatum, quo eius operatio præcipitur. Sicut & vnius vitij vna regula, qua dicitur eſſe declinandum; & vna prohibitio, qua eius operatio prohibetur: ſicut patet in decem præceptis, quæ in parte ſunt affirmatiua, & hoc quo ad virtutes: & in parte ſunt negatiua, ſcilicet quo ad vitia & peccata. Tertiò ratio-
D ne conſecutionis: ſicut enim vna virtus conſequitur aliam ad ſuam regulam & præceptum, ſicut patet de ſanctificatione ſabbati & conſimilibus: ſic tota honeſtas ad totam legem. Quod eſt enim vna regula & mandatum ad virtutem ſuam, hoc eſt tota lex ad totam honeſtatem mãdatis & regulis præſcribentis. Quare ſicut vnius virtutis non eſt niſi regula vna ac præceptum: ita vnius honeſtatis non eſt niſi vna lex ex omnibus mandatis & legibus copulata. Si enim poſſent eſſe duæ vel plures, accideret iſta multiplicatio neceſſariò in regulis & mandatis, cum eiſdem reg lis & mandatis impoſſibile ſit le es eſſe diuerſas: impoſſibile eſt, quòd accidat iſta multiplicatio in ipſa lege, ſed tantummodo in mandatis. E

Q. lex æterna ſit vnica pro bat' tripli ci rône.

Vnius virtutis vnicũ eſt præceptũ, q͂d de præcepto eſſentiali intelligi debet, nõ tñ repugnat, ꝙ vnius virtutis ſint plura pcepta & accidens.

Iam igitur ex his certificatum eſt, vnam eſſe & ſolam legem, & aliam impoſſibile eſſe ſalutarem atque perfectam, ſicut vnam & ſolam honeſtatem aggregatam ex omnibus virtutibus naturalibus, ſcilicet & gratuitis, ſine quibus nec rectè viuitur, nec Deo acceptabiliter: & hæc eſt lex continens regulas naturalis honeſtatis, naturaliaque præcepta & prohibitiones, & inſuper regulas gratuitæ honeſtatis, præceptaque & prohibitiones ipſius: vt quemadmodum honeſtas ipſa tota atque perfecta ex naturali & gratuita conſiſtit: ſic lex ſa-
lutaris perfectionis atque perfectæ honeſtatis ex vtriſque regulis & mandatis, hoc eſt prohibitionibus & præceptis perſiſtere comprobatur, vt claruit. F

Quòd lex perfectæ honeſtatis, quæ eſt charitas, in anima eſt ſcripta. Cap. 2.

SEcundo contemplemur huius legis honeſtatis naturalis, & gratuitæ inſcriptionem. Circa quod tria notanda ſunt. Primò ꝙ principaliter eſt ſcripta in intelligentia, ſecundò quòd eſt ſcripta tan-
tum in anima, tertiò quòd principaliter eſt ſcripta in intelligentia. Primò notandum eſt, quòd non eſt ſcripta in libro. Vnde ſicut lex proprie non dicitur liber, idеſt ſcriptura viſibilis: ita nec ſcriptura audibilis, vt ita loquar. Signum autem, & veritas ſiue res, nunquàm vniuocè nomen communicant. Quia igitur tam ſcriptura viſibilis regularum honeſtatis, quàm ipſa lex (vt ita dicamus) audibilis, id eſt verba audibilia huiuſmodi regularum honeſtatis, non dicuntur vel res vel regulæ, niſi ea figura vel tropo, quo nomen ipſius rei vel veritatis, G
ſigno vel imagine eiuſdem imponitur, ſicut imago Petri, Petrus dicitur: & Petrus ſcribi vel legi dicitur, vbi nomen eius ſcribitur vel legitur. Res enim ſunt, quæ tantummodo imperantur aut prohibentur. Solarum enim rerum eſt fieri, vel non fieri: non autem propriè ſermonum vel mandatorum. Qui enim imperat currere, non ipſum verbum imperat, ſed ipſum curſum. Sicut igitur propriè res vel fieri vel omitti dicuntur: ita propriè imperari vel prohiberi. Quare & propriè imperatæ ſunt: figuratè vero ſermones, præcepta. Igitur & mãdata & lex prius & propriè ſunt res, nec res ipſę propriè, ſicut & intelliguntur. Res H

A enim propriè ſunt, quarũ principia & pro-
priè intellectus, & cognitio in legis obſer-
uantia quærendus eſt. Amplius regulę hu-
ius legis, ſ. honeſtatis, quales ſunt, Deum
eſſe honorandum, Deum eſſe timendum,
Deum eſſe honorificè adorandum, & ſimi-
lia: ſiue regulæ iſtæ ſcriptæ ſint exterius, ſi-
ue non: tamen veræ ſunt, & obſeruandæ, &
obligatus eſt homo debito honorãdi Deũ,
debito timendi Deum: ſiue legat hoc foris
ſcriptum, ſiue non: ſiue audiat hoc foris, ſi-
ue non. Et ad hũc modum ſe habet de alijs,
quæ per ſe debita ſunt in hac honeſtatis le-
B ge. Nihilominus verum eſt, ꝙ notitia ma-
ior altitudinis, & potentiæ Dei, debitum
honoris atq; timoris ad Deum, & obliga-
tionem augere meritò comprobatur. Pa-
tet igitur, quòd & hæc lex regulæ honeſta-
tis, i. euangelicæ legis, & debita ſiue obli-
gationes agendi quædam, & declinandi
quædam ſunt, etiam ceſſantibus omni ſer-
mone atque ſcriptura. Et quia præuarica-
tio atque peccatum ſimiliter ſunt: etiam
abſque his ſequitur, ꝙ quædam lex ex ne-
ceſſitate eſt præter hæc. Secundò præno-
randum eſt, quòd hæc lex, ſcilicet tota ho-
neſtas, in quam vita humana & morum, ho
C neſta vero vita & regulata eſt & ordinata
& moderata: non autem eſt ordinata, regu-
lata vel moderata, niſi honeſtate. Quare to-
tum id, quod ordinat, regulat & decorat
humanam vitam, in anima quidem eſt.
Eſt igitur præter ſermones & ſcripturam,
cum illa foris ſint. Cum igitur verè lex ſit,
quæ ordinat, regulat, moderatᷓ, atque deco-
rat humanam vitam: Manifeſtum eſt, verã
hanc honeſtatem & euangelicam legem in
anima eſſe. Quid enim eſt lex vera, niſi ars
quædam, aut ſapientia rectè, honeſteq; vi-
uendi? Omnis autem ars & omnis ſapien-
tia in anima eſt. Quare ſi verè dictum eſt,
D ꝙ lex eſt ars quędam, atque ſapientia rectè
honeſteq; viuendi: verè lex eſt, & vera lex
in anima. His autem rationibus nihil aliud
ad præſens aſtruere volumus, niſi ꝙ meri-
to non minus proprie, immo magis pro-
priè, magiſq; veraciter lex dicitur, quod
eſt in mente, quàm quod eſt in ſcripto vel
in voce. Tertiò pręnotãdum eſt, quòd hæc
lex & regula honeſtatis omnes naturaliter
ſunt apud intellectum, & quædam natura-
liter ſcriptæ ſunt in eo: præcepta verò &
prohibitiones partim fiunt intellectui, &
& partim affectui: & hoc eſt quoniam eo-
dem iure per omnem modum ſubiecti ſunt
imperio creatoris, eo. ē:; p: orſus obediē-

Regulę legis honeſtatis q. et quales.

Lex vera, quæ.

tiæ debito obligati: nihil enim priuilegij E
vel exemptionis, nihil penitus libertatis ha
bet alteruter eorum aduerſus creatorem: &
propter hoc ſicut eadem auctoritate præce
ptum eſt intellectui credere Deo, affectui
diligere vel timere Deum: ſic pari obedien
tiæ debito per omnia tenetur intellectus
credere Deo: & affectus eum diligere, vel
timere.

Quòd lex continens pleniſſimam honeſtatem, eſt Euangelium Chriſti, id eſt Euangelium æternum, quod conſummatur in charitate. C. 3.

F

TErtiò autem contemplemur huius le
gis honeſtatis plenitudinem. Quòd
autem ſit ipſa honeſtas & perfectio
Euangelium Chriſti atque plenitudo legis,
& Euangelium æternum & lex eterna, iam
demonſtratione nõ indiget: ſed ſola enar-
ratione. Naturalem enim honeſtatem ſolã
continent mandata legis moralia: omnia
enim illa innata ſunt, & naturaliter inſcri-
pta humano cordi, Domino atteſtante, qui
per Hiere. 31. ait: Dabo legem meam in vi-
ſceribus eorum, & in cordibus eorum ſcri
bam eam. Quare igitur euangelica perfe-
ctio naturalem non euacuauit, ſed gratuitã
addidit: eam ſeruari voluit, & mandauit.
Euangelica igitur honeſtas vtranque cõti-
net, naturalem, ſ. quæ eſt veteris legis mo-
ralitas: & gratuitam, quæ propriè eſt Euan-
gelicę ſuperadditio & complementũ. Nam
ſicut non eſt honeſtas, ſed pars honeſtatis,
cui deeſt pars maior honeſtatis atq; nobi-
lior: ita nec lex eſt, quæ partem maiorẽ, ac
nobiliorem regularũ ac mãdatorum hone-
ſtatis non continet. Quare manifeſtum eſt,
legẽ Moyſi, non legẽ fuiſſe perfectã, ſed le-
gis partẽ, & illam initialem atq; primariã, H
& gratuitę perfectionis introductoriã, pue
rorum atq; inſipientium elementariam: &
hoc quantum ad moralia ſola dicimus. Mo-
ralia inquàm diximus, quæ ſunt de neceſſi-
tate honeſtatis: de gratuita verò nihil. Cũ
enim populus Hebræorũ vix alphabętum
naturalis honeſtatis capere ſufficeret, fru-
ſtra eidem gratuitæ perfectionis eminẽtia
traderetur, & traditura eſſet. Quare igitur
Euangelium propriè lex eſt ſola, regulas &
mãdata huius ſalutaris integręq; perfectio-
nis continens: Manifeſtũ eſt, ſolum Euange
lium eſſe legẽ integræ honeſtatis, ſolamq;
ſalutarem, ſolamq; perfectam legem, ſicut

Præcepta moralia naturaliter ſunt cordi nr̃o inſerta, vt potè, q̃ ab ipſa natura nõ abhorrent, neq; naturalẽ legẽ euacuãt.

Euangelica honeſtas.

Moralia præcepta ſunt d̃ neceſſitate honeſtatis.

Iaco.

A Iaco.in j.c.ait, Qui autẽ perſpexerit in lege perfectę libertatis. Vetus enim lex inperfecta erat, ſicut oſtendimus. Et Apoſtolus atteſtatus eſt ad Hebr.7.dicens. Nihil ad perfectum adduxit lex. Et lex ſeruitutis erat, ſicut idem teſtatur ad Rom.13.dicens, Non accepiſtis ſpiritum ſeruitutis iterũ in timore. Et in 4.c.ad Gal.iterum ait, Non ſumus ancillæ filij, ſed liberæ: qua libertate Chriſtus nos liberauit. Ex his patet, ꝙ hæc lex vera proprieq́; , & ꝑ ſe lex innateq́; lectionis atq; ligationis, quam non ſolui poſſibile eſt, nec contra eam diſpenſari: eſt integra atq; perfecta aggregatio regularum hone-
B ſtatum ſpecialiũ, iuxta ſpecies virtutũ & numeri earũ. Et hæc lex eſt totũ ius diuinum, hoc eſt diuinæ auctoritate humano generi impoſitũ, & eius inſcriptione quaſi digito ſuo inſcriptũ. Et eſt ius naturale, quia naturaliter ineſt hominibus, & in eis naſcitur, & naturã humanã inſeparabiliter comitatur: & ideo naturæ lex eſt, quia lex ſimpliciter ſemper ad omnes eſt, & Euãgelium vt lex a Dño adimpleta. Ex quo etiam patet, ꝙ doctrina noui teſtamenti probat ſeipſam contineri in veteri teſtamẽto, ſicut rota in medio rotæ. Ezech.j.& ſicut nucleum in teſta,
C & pullum in ouo, & fructum in ſemine vel radice: & ſicut lumen in lucerna lucente in loco caliginoſo. Nam nouum teſtamẽtum ſe habet ad vetus, quemadmodũ ſol ad lucernã. Proinde Eſa.30. ſcriptũ eſt, Erit lux lunæ ſicut lux ſolis, & lux ſolis erit ſeptempliciter ſicut lux ſeptem dierum, in die, qua alligauerit Dñs vulnus populi ſui & ꝑcuſſurã plagę eius ſanauerit, ſ.per paſſionẽ filij ſui. Et iterum 2.Cor.3. Apoſt. ait: Quòd ſi miniſtratio mortis, i.veteris legis, mortẽ &
D damnationem per accidens inducẽtis: fuit in gloria, ita vt non poſſent filij Iſrael intẽdere in faciẽ Moyſi propter gloriam vultus eius, quæ euacuatur, i.quæ tẽporalis, & trãſitoria eſt: quomodo non miniſtratio ſpiritus, i.ſpiritualis gratiæ & charitatis in Chriſti Euangelio datæ erit in gloria?

Quòd eſt verè Euangelium Chriſti.

Euangeliũ dr̃ interdũ ipſa hiſtoria.

VIde tamen, ne in nomine Euangelij cum ignorantibus erres. Euangelium enim interdum dicitur ipſa hiſtoria geſtorum Domini Saluatoris: immo nec hiſtoriæ, ſed pars hiſtoriæ. Non enim ſunt ſcripta, niſi ad modicum geſta eius, ſicut Io.vlt.c.teſtatur dicens: Sunt autem & alia multa, quæ fecit Ieſus. Quæ ſi ſcribantur per ſingula, nec ipſum arbitror mundũ E
capere eos, qui ſcribendi ſunt, libros. Verũ inſuper doctrinam ſuam Euãgelium vocat Paulus. 2. ad Timo. 2. dicens. Memor eſto Dominum Ieſum Chriſtum reſurrexiſſe a mortuis ex ſemine Dauid ſecundum Euangeliũ, in quo laboro vſque ad vincula, quaſi malè operans: ſed verbum Dei non eſt alligatum, &c. De regulis enim honeſtatis, & Euangelicæ perfectionis nihil omiſit, quod non doceret: & penè nihil prætermiſit de illis, quæ non ſcriberet. Quæ enim virtus eſt, vel naturalis, vel gratuita, quam prætermiſerit in epiſtolis ſuis? Ex dictis patet,
quare hæc lex euangelica ſola eſt integra F
perfectæ honeſtatis: ſola ſine diminutione, regulas, & præcepta ſiue mandata omnia continens honeſtatis: & propter hoc ſola eſt lex veri nominis. Quia verò ſola eſt omnium virtutum aggregatio, ſiue tota vera honeſtas, immo ipſa virtus honeſtatis internæ, quæ mentem humanam vellit atque venuſtat: manifeſtum eſt, quia ipſa eſt lex; veritas, & lex veritatis. Lex enim ſignationibus, lex ſermonum eſt & ſcripturarum. Hæc autem eſt, quæ mẽtem humanam ſuaipſa veritate abſq; medio bene ordinat atq; conſtituit, beneq; ordinatam atque conſti- G
tutam efficit, inſtar ciuitatis, quæ iuſtiſſimæ atque ſanctiſſimę legis ſtatutis adminiſtratur & regitur. Hęc etiam eſt lex, cuius obſeruantia exterioris decor eſt, & rectitudo totius vitæ, & conuerſationis humanæ, veruſque decor atque vera rectitudo: quia omne eius contrarium veriſſimè prauitas eſt: & ideo indecens ac repugnans ſpirituali pulchritudini turpitudo.

Quòd Euangelium Chriſti eſt Euangelium æternum, & lex æterna. H

Euangeliũ Chriſti dr̃ æternũ, vel qa eſt æterna veritatis, vel qa docet æterna, non tñ oĩa credẽda docentur ĩ Euãgelio. hoc docet Scotus in 1. diſt 11. quæſt.2.

MErito igitur hæc lex honeſtatis, lex eſt æterna, & Euangelium æternũ, & mandata æterna. Quod eſt facile declarare: Nam per ſingulas eius regulas videbis æternam veritatẽ ipſorum & obligationem ſeu debitum, a quibus neminem vnquàm fuit poſſibile abſolui vel eximi: contra quam nec priuilegium, nec diſpẽſationem vnquàm fuit poſſibile dari. In ſingulis verò regularum videbis veritatem æternam, ſicut euidenter apparet in vnoquoq; iſtorum, videlicet Deum eſſe diligendum, Deum eſſe timendum, Deum eſſe honorãdum, Deum eſſe adorandũ: omnem hominem eſſe diligendum, omni homini eſſe

A conſulendum,&c. Manifeſtum tibi eſt, quia nunquàm poſſibile fuit aliquem exemptũ eſſe a debito,& obligatione alicuius iſtorũ. Nulli enim vnquàm licere potuit non diligere,vel non timere Deum , & ita de vnoquoq; aliorũ. Hæc igitur lex eſt,quæ nõ recipit abrogationem,neq; derogationẽ,neq; exemptionem , neq; diſpenſationem vllo tempore : & propter hoc regulæ eius ſunt veritatis æternæ,& mandata eiuſdem obligationis æternæ . Et hæc eſt intentio noſtra in eo , ꝙ eam vocamus Euangelium æternum,vel mandata æterna . Et de hoc Euangelio æterno,a Chriſto nobis illato, Apoc. 14 ſcriptum eſt. Vidi alterum Angelum volantem per medium cęli , habentẽ Euangelium ęternum ad euangelizãdum ſuper terram, & ſuper omnem gentem & tribum & linguam & populum , dicentem voce magna,Timete Dominum & date illi honorẽ, quia venit hora iudicij eius : & adorate eũ, qui fecit cœlum & terram & mare & fontes aquarum . Hic ſiquidem Angelus Chriſtus eſt,qui eterni patris ſecreta mundo nũciauit: qui ideo per medium cœlum volaſſe dicitur: quia, vt dicitur Baruch 3. In terris viſus eſt,& cum hominibus conuerſatus eſt : cuius apparitio meritò volatui comparatur: nam cum eſſet Deus in cęlis regnãs, homo in terris apparens,hominibus æternum Euangelium prædicauit , ſicut Ioan. 1. ait: Vnigenitus , qui eſt in ſinu patris : ipſe enarrauit, ſ. veritatem & honeſtatem æternam , quam nemo antea cognouit . Ideo ſubditur, Habẽtem Euangelium æternum. Euangeliũ,quod Chriſtus prædicauit,æternum dicitur, quia ęternas veritates atque vtilitates,vt dictum eſt,mundo annũciauit: & quia multa ſecreta æternæ vitæ Chriſtus nobis per illud manifeſtauit : & quia illud recipientes & obſeruãtes, ad ęternam vitã perducit . Ideo dicitur ad Rom. 1. Virtus.n. eſt in ſalutem omni credenti:Iudæo & primum & Græco . Iuſtitia enim Dei in eo reuelatur ex fide in fidem , ſicut ſcriptum eſt. Proinde credentibus æterno Euãgelio ſubinfertur , vt euangelizaret ſedentibus ſuper terram. Quicunque enim æterno Euãgelio non credunt , in mundanis immerſi ſunt.Hi verò,qui obedienter credunt æterno Euãgelio , ſuper terram vtique ſunt terrenis, ſcilicet non immerſi : ſuper quos lumen cœli radiat per diuinæ gratiæ illuſtrationem , ſicut Iob 25. ſcrip.eſt , ſuper quẽ non fulget lumen illius : ad quam quæſtionem reſpondet Apoſtolus 2. Corint. 4. cum ait: Euangelium noſtrum his , qui pereunt opertum eſt , in quibus Deus huius ſeculi excæcauit mentes infidelium , vt non fulgeat illuminatio Euangelij & gloriæ Chriſti . Sed quia multi de varijs gentibus per Euangelium æternum ſaluandi ſunt, meritò ſubinfertur, & ſuper omnem gentem & tribum & linguam & populum . Hoc ſiquidem Euangelium æternum prędixit Dominus prędicandum in vniuerſo mundo,ſicut Matth. 24. ipſe ait : Prædicabitur hoc Euangelium regni in vniuerſo orbe in teſtimonium omnibus gentibus : & tunc veniet conſummatio. Sed aduertendum eſt, quòd ſicut Chriſtus magnus prædicator fuit , ſic Euangelium magna voce promulgauit . Ideo Ioan. ſubdit dicens,magna voce. Magna voce ſiquidem prædicauit non ſolum in eo,quòd de magnis rebus,ideſt,de Euãgelio æterno promulgauit magna : verumetiam quia in omnem terram exiuit ſonus eorum , ſcilicet Apoſtolorum ,& virorum æterni Euangelij prædicatorum: quia ſecũdum Chriſti præceptum,æternum Euangelium prædicabant, & prædicare non ceſſabant. Et ad hoc ſignificandum Chriſtus moriens clamauit voce magna, conſummatum eſt, ſicut habetur Ioan. 19. vt per hoc apertè clareſceret , ꝙ magiſter veritatis & Doctor Euãgelij æterni,per vitam,doctrinam, miracula , & mortem æterno Euangelio perfectum teſtimonium perhibeat. In quo quidem Euangelio ſolum Deum timendum , & honorandum prædicabat . Vnde ſubditur, timete Dominum,& date illi honorem.

Euangeliũ dicitur æternum. B C D E F *Christus Euãgeliũ magna voce promulgauit, & quare.* G

Quòd charitas eſt plenitudo, & conſummatio legis.

EX precentibus patet, ꝙ per Chriſtum Dei nuncium,& magni conſilij angelum,vt dicitur Eſa. 9. erudito populo atq; prouecto , ſuſcipiendæque perfectioni lõgis & magnis multorum ſeculorum eruditionibus præparato , legis plenitudo atq; perfectio appoſita eſt: cum ipſe ſit conſummatio legis ad iuſtitiam,ſicut legitur ad Roma. 4.c.& ad Gal. 5. Apoſtolus ait : Omnis enim lex in vno ſermone impletur, diliges proximum tuũ ſicut teipſum . Ad Rom. 13. iterum ait : Qui diligit proximum , legem impleuit . Et iterum ibidem ait : Plenitudo legis , eſt dilectio . Quod verbum poteſt eſſe thema maximè in præſenti die. Et iterum ait propheta : Omnis conſumma- H

A ſummationis vidi finem, latum mandatum tuum nimis. Mandatum quoque de dilectione, potentia & virtute, omnia alia mandata quodammodo eſt: quoniam ſine eo cuncta inutiliter ſeruantur, ſicut legitur. j. Cor. 13. & in epiſtola hodierna, per totum. Cum ea verò omnia acceptabiliter, meritoriéque, atque remunerabiliter adimplentur. Propter hoc ex eius mandato pendere dicitur tota lex & prophetę, ſicut legitur Matth. 22. Similiter. j. ad Timot. j. Finis præcepti eſt charitas: quoniam propter illam aut acquirendam, aut nutriendam, aut conſeruandam, aut augendam, aut adimplendam,
B aut conſummandam, omnia præcepta ſunt & prohibita, quę in vtraque continentur lege. Hęc igitur erit fundamentalis materia, de qua vobis tractaturi erimus in Quadrageſima occurrenti: hoc eſt de Euangelio æterno, ſeu de charitate.

Congruentia dicendorum in præſenti libro.

ET hæc quidem congruit diuino honori, ſtatui meo, atque animarum ſaluti. Primò enim congruit diuino honori. Nam ſicut ex præcedentibus
C patet, nulla prędicatio aut ſermo tantum glorificat & honorificat immenſam bonitatem Dei, quàm prędicatio Euangelij ęterni. quod & ipſe Dominus prædicauit, & ſanctis Apoſtolis prædicare in præceptum dedit. Proinde mihi vel diſcipulis ſuis ait: Euntes in mundum vniuerſum, prędicate Euangelium, ſcilicet æternum omni creaturę. Illam vtique prædicandi materiã atque formam in ſe ſeruauit, & Apoſtolis dedit, quæ ad maioré patris gloriã æterni redundaret. Secũdò cõgruit ſtatui meo, qui profeſſus ſum regulam minorum fratrũ. Vnde volens glorioſus Franciſcus ſe, & ſuos corde, ore & opere domino Chriſto Ieſu & Apoſtolis eius in fide & moribus eſſe conformes, diuinitus inſpiratus, in regula ſua inquit: Moneo quoque & exhortor eoſ-

Illuſtre documentũ in Regula B. Franciſci de prædicatione diuini verbi.

D dem fratres, vt in prædicatione quam faciunt, ſint examinata & caſta eorum eloquia ad vtilitatem & ædificationem populi. annunciando eis vitia, & virtutes, pęnã & gloriam, cum breuitate ſermonis. id eſt, quòd non veniat in nauſeam & faſtidium verbũ Dei. Et licèt in præſenti opere quoſdam prolixos ſermones conſcripſerim: nõ tamen ea intentione illos poſui, vt omnes integrè in vno ſermone populo proferantur: ſed vtilitas dicendorum me prolixum quandoque fecit. quam tamen prolixitatẽ egoipſe non ſemper ſeruo, ſed abbreuio, dilato, antepono, poſtpono, atque vario ſecundum quòd & tempus, commoditas, & auditorum velitas, hoc expoſcunt, idipſum ſeruandum aliis derelinquens. Nam cõſiderato ordine cuiuſcunque ſermonis præſentis operis, cuilibet non omnino ignaro idipſum ſeruare facillimum erit. Et iterum abundantia diuinorũ beneficiorum abſque omnibus ſitientibus propinatur. Talis ſiquidem prædicandi materia atque forma perſpicaciter intuenti, nihil aliud ſunt & ſonant, quàm Euangelium æternum, quod
F Chriſtus docuit, & Apoſtolis, atque ſuis imitatoribus prædicandum dedit, & beato Franciſco inſpirauit: atque in regula ſua ſuis ſucceſſoribus tradidit prædicandum. In his quidem manifeſtè oſtendit, quòd prędicare Euangelium æternum, ſicut ex dictis patet, non eſt tantum prædicare Euangelia & Epiſtolas, quæ in Miſſali, ſecundum diuerſa tempora ſanctiſſimè ordinantur: ſed & illa & totam Scripturam Sacram tam veteris, quàm noui teſtamenti iudicat Euangelium eſſe æternum: atque de illo id eſſe prædicandum, quod ſecundũ diuerſas gratias a Domino prædicatoribus datas profi-
G ciat ad diuinum honorem & animarum ſalutem. Qui maximè in his quattuor, quæ ſunt vitia & virtutes, pęna & gloria maniſeſtiſſimè comprehenditur. Hunc autem, qui noſtris temporibus ſeruauerunt modũ, experientia teſte, maximum vltra alios prædicantes reportauerunt animarum profectum: licèt multi prædicationis ignari, hoc in principio non intellexerunt: ſed teſte Domino Matt. 7. a fructibus eorum cognoſcetis eos, & cogniti ſunt. Tertiò quoque congruit animarum ſaluti. Cũ enim populi multipliciter ſint vitijs inuoluti, & a virtutibus alieni: nec expaueſcant præparata eis iudicia atque pęnas: nec inardeſcant deſiderio æternorum: nullus excelſior modus, nulla materia præſtantior, nullumque
H remediũ efficacius diuerſis populis in hoc ſeculo, quàm prędicatio ſupradicta. Quã ſiquidem vſi ſunt prædicator prędicatorum Chriſtus, & Apoſtoli, & omnes eorum imitatores diuino lumine illuſtrati: & hunc modum pro populorum ſalute pręcellentiorem & vtiliorem intelligentia & experientia cognouerunt, & zelo ſalutis animarũ toto ſtudio & aĩo ſeruauerũt: & oĩa ſupradicta ad charitatem, de qua in tota pñti quadrageſſima, Deo dãte, tractaturi ſumus.

In quibus ſumma tim conſiſtit prædicatio Euangelij.

Inſuffi-

A *Inſufficientia ipſius ſcriptoris.*

Clare tamen conſpicio ſupra meipſum præſumere, & ſuper modum paruitatis meę: immo (vt mihi ſentire videor) effundere de vacuo: & quod non habeo, diſpenſare. Difficile quidem & indecens eſt loqui de charitate & de amore, qui vim non ſentit amoris: cum non ab exterioribus ad interiora charitatis amor ſuauitatis ſuę ſecreta traſponat, ſed ab interioribus ad exteriora tranſmittatur, ſicut Mat. 12. dominus amor ait bonus homo de theſauro bono cordis ſui ſibi alijſque chari-
B tatem ſitientibus debet miniſtrare. Sed fallor vtique, ſi me talem exiſtimem; aderit tamen legis amor & charitatis adimpletor Dominus Ieſus Chriſtus: qui theſaurum charitatis omnibus illum ſitientibus abundanter effundere cupiens, & omnes adimplere deſiderans, continuè clamat Ioan. 7. Si quis ſitit, veniat ad me, & bibat. Adſunt quoque ſupplices ad amorem ipſa mater amoris amoroſiſſima mater Dei, atque ſeraphicus amor beatiſſimi patris noſtri Franciſci, aliorumque Sanctorum, quorum meritis & interceſſione ad Dei charitatem caleſiunt gelida corpora noſtra.

C

Ordo dicendorum in hebdomada occurrenti.

ET vt totum præſens opus de Euangelio æterno, hoc eſt de charitate: de ſanctorum Doctorum atque magnorum Theologorum ſententijs ſtabile ſuſcipiat fundamentum: de ipſa charitate, ſeu amore antea differendum eſt. Et primo agemus de origine charitatis, id eſt, per quod medium, quod eſt Chriſtus, Dei charitas humanis mentibus infundatur atque donetur. Hodie infra diem de perfectione ipſius charitatis dicturi ſumus: vbi tantum Epiſto-
D la Pauli de charitate per ordinem exponetur. Feria 3. tractabimus de excellentia charitatis & diuini amoris erga Deum, erga ſeipſum, atque erga proximum ſuum. In die autem cinerum loquemur de mercantia amoris, & quomodo charitas emi poteſt: ibi oſtendemus duodecim leges, ſecundũ quas emi debet charitas Dei. Feria 5. poſt cineres declarabimus, quę ſunt differentiæ inter fidem mortuam abſque charitate, atque viuam per charitatem. Feria 6. poſt cineres tractaturi ſumus de proximi & inimicorum dilectione. Sabbato verò poſt cineres oſtendemus, quas & quantas impugnationes & tentationes in præſenti vita animæ a demonibus patiantur, ne charitatem adipiſcantur: & quòd miro modo per ſanctos Angelos reprimuntur & coarctantur, ne per charitatis amiſſionem Dei electis nocere poſſint, vt ſic per legis plenitudinem, hoc eſt per veram charitatem, in præſenti ſęculo Domino famulantes, ad ipſum amoris pleniſſimum fontem Dominum Ieſum Chriſtum peruenire mereamur. Qui cũ Patre & Spũ ſancto cõſummator & plenitudo legis amoris eſt hic per gratiam, & in futuro per gloriam. Amen.

Charitatis origo.

Ordo dicendorum in præſenti opere.

B

E

DOMINICA
In quinquageſima.

In mane de origine charitatis ſeu diuini amoris.

Sermo I.

IGnem veni mittere in terram: & quid volo niſi vt ardeat? 1. Luc. 12. Chriſti nempe, qui amoris & charitatis eſt origo & fons, verba ſunt iſta: officium ſuum, & quare a patre in mundum ſit miſſus exprimit, cum ait, Ignem ſcilicet diuini amoris & charitatis, veni mittere in terram. atque ardens deſiderium ſuum erga nos exprimit cum ſubdit, & quid volo niſi vt ardeat, ſcilicet omnes mentes? Hoc igne inflammati erant atque ardebant illi duo diſcipuli euntes in Emaus, Luc. 24. qui & dicebant: Nonne & cor noſtrum ardens erat in nobis, dum loqueretur in via, & aperiret nobis ſcripturas? Hunc ignem in terram id eſt in corda terrena venit mittere Dominus noſter Ieſus Chriſtus: quia ideo in mundum venit, & carnem noſtram H aſſumpſit, & quotidie gratias ſuas & amorem de corde ſuo in nos infundit: vt inflammet mentes hominum ad ardorem diuini amoris. nec aliud optat, niſi vt omnes diuino amore inebriet, inflammet, accendat, atque comburat. Et hoc myſticè Apocal. 8. demonſtratur, vbi in principio ſcriptum eſt. Et alius Angelus venit & ſtetit ante altare habens thuribulum aureum in manu ſua, & data ſunt ei incenſa multa, vt daret de orationibus ſanctorum omnium ſuper altare aureum, quod eſt ante thronũ Dei. Et aſcendit fumus incenſorum de orationi-

G

1. Ardere faciat.

bus

A bus ſanctorum de manu Angeli corã Deo. Et accepit Angelus thuribulum aureum, & impleuit illud de igne altaris, & miſit in terram: & facta ſunt fulgura, & voces, tonitrua, & terremotus magnus. In quibus verbis triplex myſterium declaratur. Primum cordialis dilectionis. ibi, & Angelus alius venit: ſecundum cordialis orationis, ibi, & data ſunt ei incenſa multa, &c. tertium cordialis conuerſionis, ibi, & facta ſunt fulgura & voces, &c.

Myſteriũ triplex declaratur.

Articvlvs Primvs.

De tribus donis a Deo nobis collatis: ex quibus mens inflammari debet ad Dei dilectionem.

B

PRimum myſterium eſt cordialis dilectionis, quæ ſic Deus dilexit mundum, vt ſcilicet filium ſuum vnigenitum daret. vbi animaduerte Dei dilectionem, quia Deus filium, non ſeruum: ſuum, non alienum: vnigeni-
C tum, non alium: daret, non præſtaret: non vtique ad vitam, ſed ad mortem ignominioſæ crucis pro noſtra redemptione. In qua quidem redonatione. tria nobis cõtulit ad ſalutem. Primò diuinitatẽ, ſecundò ſpiritũ rationalem, tertiò corpus ſuum in carnem,

Quòd Deus ex amore primum donum contulit nobis, ſcilicet ſuam dignitatem. Cap. 1.

PRimo nanque diuinitas Chriſti in throno ſignificatur, quia propter
D ſuam diuinitatem totus Chriſtus in throno ſedem dicitur. Vnde Pſal. & idem ad Heb. ſcriptum eſt, thronus tuus Deus in ſęculum ſęculi. Et Apoc. 4. Fui in ſpiritu, & ecce ſedes poſita eſt in cœlo. Hęc erit manifeſtatiua ſedes, in qua veniet Dominus iudicare viuos & mortuos, bonos & malos. Ideo Matth. 25. ſcriptum eſt. Cũ venerit filius hominis in maieſtate ſua & omnes Angeli eius cum eo: & tunc ſedebit ſuper ſedem maieſtatis ſuæ, qua nũc videtur ante ſedem ſtare per miſericordiã ſuam: vt innuatur quòd Chriſtus; qui ante Deum nunc ſtat orans & ſupplex, tunc in iudicio apparebit omnium operum iuſtiſſimus iudex.

Pſal.

Quod Deus ex amore nobis obtulit ſecundum donum, ſcilicet Chriſti animam benedictam. Cap. 2. E

SEcundò ſpiritus rationalis Chriſti Ieſu, ſeu propter eius ſpiritum rationalem totus Chriſtus Angelus nuncupatur. Vnde Ioa. ait: & alius Angelus venit, qui eſt Chriſtus. Ipſe nanque eſt nuncius æterni patris, cum ipſe patrem nunciauerit mundo, ſicut Io. 1. ait: Vnigenitus, qui eſt in ſinu patris, ipſe nobis enarrauit illum. Eſa. quoque 9. ſcriptum eſt, Et vocabitur nomen eius magni conſilij Angelus. Qui propterea alius dicitur, propter alterius myſteriũ nouę gratiæ datæ. Ipſe nanque venit per incarnationẽ, ſed quotidie venit per internam prædicationem vel aſpirationem. F Stetitque per acerbiſſimę mortis ſupportationem, necnon quotidie ſtat per gratiæ confirmationem.

Filius Dei miſſus ad nos eſt nuncius æterni patris.

Quòd Deus nobis tertium donum dedit, ſcilicet Chriſti innocentiſſimam carnem. Cap. 3. G

TErtiò quoque propter corpus rationali ſpiritu animatum totus Chriſtus altare aureum nuncupatur. Vnde ſubditur, ante altare. Ante altare quidem Angelus dicitur ſtare, eo quòd Chriſtus per rationalem ſpiritum ſeipſo quantum ad carnem præſtantior eſt. Ideo Ioan. 6. Dominus ait: Spiritus eſt, qui viuificat, caro autem non prodeſt quicquam. Amore namque ſalutis noſtræ carnem humanam cum ſpiritu rationali ſola mia tractus pro nobis aſſumpſit. Neque humanitatem noſtram virtuti- H bus ſuis impleſſet & multiplicibus gratijs redundaſſet, niſi eam intus euacuatam pro nobis aſſumpſiſſet. In cuius myſteriũ Exo. 38. Pręceptum erat quòd altare in quo ignis Dei arderet, non ſolidum ſed intus vacuum eſſet.

Recollectio ſeu dictorum recapitulatio.

AMor igitur nobis oſtenſus in incarnatione filij Dei; in qua tria prędicta erant, ſcilicet diuinitas, anima; & corpus Ieſu Chriſti, in corde eius abſconſus eſt: & in thuribulo aureo demonſtratur. Vnde commode ſubinfertur, habens thuribulum aureum in manu ſua. Cum enim thu-

In Incarnatione Verbi Deus nobis amorem oſtendit precipuũ, & quomodo.

A ribulum formam cordis oſtendit, quid conuenientius quàm cor Chriſti demonſtratur? Cumque apertum ſuperius ſit & inferius clauſum; non tantum oſtendit eum in terra viatorem fuiſſe, ſed & compræhenſorem: verum etiã quia clauſum erat terrenis, aptumque diuinis. Thuribuli eius carbones ardentia ſua deſideria erant, & maxime cum pro noſtra ſalute mortem deſiderauit pari. Vnde Luc. 12. baptiſmo habeo baptizari: & quomodo coartor vſque dum perficiatur? Incenſum quidem ardens in thuribulo, feruentiſſima pro nobis erat eius oratio. Vnde ad Heb. 9. Apoſtolis ait, Ieſum introiſſe in
B ipſum cęlum, vt appareat nunc vultui Dei pro nobis. Ecce odoriferum incẽſum. Aureum quidem hoc thuribulum dicitur, non quidem deauratum: quia fulgore ſapientię ſuę non fuit ſanctificatum, ſed Sanctũ vtiq; factum; teſte Angelo, qui Luc. 1. ait: Ideoq; quod naſcetur ex te ſanctũ vocabitur filius Dei. Hoc thuribulum id eſt cor habebat Chriſtus in manu ſua: quia operibus ſuis diuinis caro eius in nullo aduerſabatur. Vnde Eccleſ. 1. Cor. ſapientis in dextera eius. Vide ergo fidelis anima, quàm chare dominus te redemit; quàm magnum theſaurum tibi dedit, quàm immenſum amorem tibi
C porrigit: qui omnia in cordis Chriſti thuribulo exprimuntur. Dedit pro noſtra redemptione diuinitatem & carnem Chriſti; dedit omnibus amorem Chriſti, cuilibet offert corpus ſuum Chriſtus: amplectere, amplectere, amplectere illud anima ſponſa Chriſti, & exultando iubila cum propheta dicens: Quid retribuam Domino pro omnibus, quę retribuit mihi? Vide attentè deuota anima, quid recipias. Vide etiam, quid tuus dilectus ſponſus a te requirat in pretium dans diuinitatem: ſpiritum tuum in commutationem requirit: dans ſpiritũ ſuum; corpus tuum a te depoſcit, dans cor
D pus ſuum, omnia temporalia tua a te requirit. Quod quidem optimum forum pro te & vtiliſſima commutatio eſt, ſi diligenter aduertas. Fac citò dilecta anima hanc commutationem; da ei animam per affectuoſam dilectionem, da etiam corpus per carnis mortificationem, da inſuper illi omnia tua temporalia bona per mundi deſpectionem; quæ omnia perſectè vtique dabis ei; ſi cordis thuribulum ſicut ipſe tibi: ſic tu ipſe ſibi largiflua dilectione dabis, ſicut ipſe Prou. 23. poſtulat dicens: Fili, præbe mihi cor tuum. Sufficit enim accipitri volanti; ſi cor habeat ſuæ prædæ. Sic ſufficit Chriſto

Pia ad deuotã animam cohortatio.

ſolum hominis habere cor: pro quo acquirendo volauit de cœlo in virginis vterum, E
de vtero in præſepio, de præſepio in patibulum, de cruce in ſepulchrum, necnon ad infernum; de inferno in reſurrectionis gloriam, demumque ad dexteram patris. Vide quot volatus fecerit; vt cor hominis poſſideret. Coniuratus dęmoniacus a ſancto quodam viro, quid amplius beneplacitum eſſet Deo: reſpondit noua luna, ſol, & manubrium rotę. Et iterum adiuratus quid hoc erat; ait: Nonne luna noua habet figuram ☾, ☼, quoque figuratur in ſole? R. etiã nõne in rotę manubrio ſignificatur? Tu ego reliqua perſcrutare. Intellexitque vir ſan- F
ctus, quòd erat cor. Hoc eſt primum myſterium cordialis dilectionis, in quo dominus expoſtulat cor noſtrum, ſicut ſuum ipſe nobis donauit.

Nota exemplum.

Articvlvs Secvndvs.

De triplici proceſſu deuotæ orationis ad impetrandum dilectionis donum.

Secundum myſterium eſt cordialis orationis: impetranda eſt gratia diuinę dilectionis dicente domino. Luc. 11. Petite & accipietis, quęrite & inuenietis pulſate & aperietur vobis. Talis nanque oratio G
triplicem debet habere proceſſum. Primo enim debet eſſe a nobis multiplicata, ſecundo a Chriſto præſentata, tertio a Deo acceptata.

Quòd debet populus totus orare ad Deum pro dilectionis gratia acquirenda. *Cap. 1.*

Primò nanque debet eſſe a nobis omnibus multiplicata. Licèt enim oratio ſit ſolum meritoria H
quo ad iuſtos: tamẽ eſt etiam impetratiua quo ad malos. Quapropter & iuſti, & etiam peccatores debent pro hac conuerſionis gratia impetranda Domino Ieſu Chriſto porrigens preces ſuas, vt verificetur, quod ſubinfertur merito. Et data ſunt ei incẽſa multa. Quid autem per incenſum, niſi deuotæ orationes intelliguntur? Vnde Pſalm. Dirigatur oratio mea, ſicut incenſũ in conſpectu tuo. Igitur quilibet veſtrum, vel veſtri filij atque filiæ, cunctuſque populus vniuerſæ ciuitatis ſaltem pro tempore, quo hic pronunciabimus verbum Dei, dicat

Pſal.

A cat quolibet die tres Pater noſter, & tres Aue Maria, adminus: vt dominus dirigat vocem meam in verbo ſuo ad gloriam ſuam & animarum ſalutem. Inſuper vt moueat corda noſtra ad ſuum timorem pariter & amorem: quia teſte Pſal. Niſi Dominus ædificauerit domum, in vanũ laborauerunt, &c. Flectetur enim Dominus ad pias preces, multiplicatiſque interceſſoribus gratiã largietur: ſic adimpleatur quod dictum eſt, & data ſunt ei incenſa multa.

Ibidem.

Quòd per meritum Chriſti orationes populi coram domino Deo præſentantur.

B

Cap. 2.

SEcundò oratio debet eſſe preſentata Deo. Sicut enim incenſum antequàm approximet igni, quaſi mortuum apparet: igneque contactum quaſi ſpirituale fit & in altum aſcendit, ſic meritum orationum noſtrarum quaſi mortuum eſt, nihilq; valet, niſi dilectionis illius igne, quæ Chriſtus pro nobis meruit, in thuribulo cordis eius viuificetur. Tunc nanque orationes noſtræ cum ſpiritu Dei aſcendunt, cum ſuffragante merito Chriſti Deo patri in eius no-
C mine offeruntur. Ideo Eccleſia ſancta, cuius orationis minimè a Deo repelluntur, oẽs ſuas preces in Ieſu Chriſti nomine cõcludit dicens, per Dominum noſtrũ Ieſum Chriſtum filium tuum. Sicut enim ad omnia impetrãda nos docuit, & dominus Ieſus Chriſtus, Ioann. 16. Si quid petieritis patrem in nomine meo, dabit vobis. Et hoc eſt quod ſubiungit Ioann. vt daret de orationibus Sãctorum omnium ſuper altare aureum, quod eſt ante thronum Dei. Non enim ait, vt daret orationes Sanctorum, ſed vt daret de orationibus ſanctorum: eo quòd non om-
D nes orationes Sanctorum repræſentet Chriſtus Deo patri, cum aliquando petant, quod nequaquàm petendum eſt: ſicut patet in Paulo que. 2. Cor. 12. petijt a ſe carnis ſtimulum amoueri. Cui meritò dictum eſt, Sufficit tibi gratia mea, in qua eſt ſalus: cum Chriſtus nequaquam repræſentet patri, niſi orationes quæ pertinent ad ſalutem. Notantur etiam dicit Sanctorum omnium, nõ quia (ſicut ſupra dictum eſt) non ſint impetratiuę orationes malorũ: ſed vt notet quãto ſint præſtãtiores iuſtorũ orationes, quàm peccatorum: ſimulque vt monſtret quantũ preces & merita beatorum apud Chriſtum deſideria noſtra iuuent. Inter hos omnes

Simile.

præcellentior & ad impetrandum efficacior E
eſt glorioſiſſima Virgo Maria, mater Dei. In cuius myſterium 3. Reg. 2. dixit Salomon ad matrem ſuam, id eſt Chriſtus ad Virginem, Pete mater mea: neque enim fas eſt vt auertam faciem meam. Ideo meritò ei imputare poſſemus, ſi nollet eum placare nobis. ſed verè ſperandum eſt in orationibus ſuis, aliorumque Sanctorum omnium, teſte, Bernardo qui ait: Securum habes homo acceſſum ad Deum: ibi habes matrem ante filium, filium ante patrem, mater oſtendit filio pectus & vbera: filius oſtendit patri latus ſuũ & vulnera. nulla ego poterit eſſe repulſa, F
vbi ſunt tot charitatis inſignia. Hoc eſt dare de orationibus Sanctorum omnium ſuper altare aureum, quod eſt ante thronum Dei: quia merito paſſionis Chriſti, quam in corpore ſuo nobis pertulit ſuper lignum, orationes noſtræ acceptabiles fiunt Deo.

B. Virgo aduocata noſtra efficax.

Nota.

Per meritum Chriſti orationes noſtræ fiunt acceptabiles coram Deo.

Cap. 3.

TErtiò oratio noſtra debet eſſe Deo accepta: & hoc eſt, quod Ioan. ſub dit, Et aſcendit fumus incenſorum G
de orationibus Sanctorum de manu Angeli coram Deo. Lachrymoſæ enim orationis deuotio per Chriſti mediationẽ a Deo exaudiri meretur, cum ſolum per meritũ Chriſti ſit acceptabilis Deo patri. Hæc eſt enim Angeli manus gratificantis coram Deo preces noſtras, quia ſine meritis eius nihil valent. Vnde Ioann. 15. Dominus ait, ſine me nihil poteſtatis facere. Ioann. 1. Ioann. 2. dictum eſt: Si quis peccauerit, aduocatũ habemus apud patrem Ieſum Chriſtum iuſtũ, & ipſe eſt propitiatio pro peccatis noſtris: H
non ſolum pro peccatis noſtris, ſed etiã pro peccatis totius mundi.

De oratione & de ſingulari eius efficacia vide quæ habet Gabriel in Canone Miſſæ lec. 62. & inſ.

His tribus orationum noſtrarum proceſſibus iam pretactis, merentur deuoti & ſupplices a Deo optatam gratiam impetrare. Sed ſicut orationes noſtræ (vt dictũ eſt) per merita Chriſti coram Deo gratificantur: ſic & propitiatio Dei patris per magnam dilectionẽ ipſius mediatoris in nos diffunditur vel refunditur. Ideo meritò ſubinfertur, Et accepit Angelus thuribulum in manu, & impleuit illud de igne altaris. Impleuit, quãdo ſuæ paſſionis meritum cum immẽſo ſuæ dilectionis ardore perfecit, ſicut ad Epheſ. 5. dicitur, Chriſtus dilexit Eccleſiam & ſemetip-

Recollectio.

A metipſum tradidit pro ea, vt illam ſanctificaret. Tunc autem illam miſit in terrã, quãdo vt dicitur Act. 2. Factus eſt repẽte ſonus de cęlo tanquam aduenientis ſpiritus vehementis: & repleuit totam domum, vbi erant ſedentes. Porrò quia quotidie Eccleſiam ſuam renouat ſpiritualibus bonis contra noua dęmonum argumenta: ideo nouũ ignem in terram mittit, cum feruorem ardentis deuotionis, & ardorem zelantis dilectionis populis & prędicatoribus tribuit. Vnde ſupra Dominus ait, Ignem veni mittere in terram, &c. Hũc etiam ignem in terram mittit, cum Eccleſiam in nouis corru-
B ptionibus vitiorum ab huius viſitantis dilectionisque participatione non deſtituit, ſicut Matt. vlti. ab eo promiſſum eſt, Ego vobiſcum ſum, per gratiam: omnibus diebus vſque ad conſummationem ſæculi. Quod donum his temporibus largiri dignetur nobis, vt verificetur quod ad Rom. 5. dicitur, Charitas Dei diffuſa eſt in cordibus noſtris per ſpiritum ſanctum, qui datus eſt nobis: qui vere fit fructus cordialis veſtræ orationis, de quo fuit pręſens ſecũdum myſteriũ.

Articvlvs Tertivs.

C *De tribus generibus hominum: qui a mundi dilectione ad Dei amorem conuertuntur.*

ET tertium myſterium eſt cordialis cõuerſionis. Tria ſunt genera peccatorum. Quidã ſunt naturali ſenſu acuti & perſpicaces: Quidam ſunt conſanguinei & dulces, ſed in peccatis fragiles: Quidam verò conditione ſiue culpa duri & pertinaces. Iterum aduertẽdum, quòd verbum Dei iuxta naturam ſolis, ſecundum Aug. 4. de doc. Chri. habet mentes illuminare, de-
D lectare, & flectere. Illuminat rationem, allicit voluntatem, flectitque facultatem. Propterea diſcretus & vtilis prædicator ſæpe vteturrationibus ad intelligentes illuminandũ, auctoritatibus ad cõditionis tractabilioris auditores alliciendum, & reprehenſionibus ad duriores animas flectendum & conterendum. Hinc eſt quòd peccatores tripliciter conuertuntur ad verbum Dei. Quidam per cognitionem culpæ fętentis, quidam per dilectionem diuinæ miſericordię allicientis, quidam verò per timorationem diuinę iuſtitiæ flagellantis. Et de his ſubiungitur per ordinem a Ioanne.

Peccatorũ tria genera, qui ad amorem Chriſti conuertũtur.

E *Quòd quidam conuertuntur ad Dei dilectionem ex intellectu & perſpicaci nobilitate.* *Cap. 1.*

PRimò quidam conuertuntur per cognitionem culpæ fętentis. Cũ enim mens illuminatur per verbũ Dei, & intelligit culpas ſuas: naturaliter, multoque amplius per gratiam horret & fugit eas, ſicut ex natura fortiuſque per gratiam quilibet appetit bonum. Vnde Hiere. 2. Vide, quoniam malum eſt & amarum te dereliquiſſe Dominum Deum. Tales illuminationes fulgura hic a Ioanne merito nuncupantur. Vnde ſubditur, Et facta ſunt fulgura, id eſt diuinæ illuminationes, ſine quibus verbum ſalutis homines non comprehendunt, ſicut Pſalm. teſtatur. Alluxerunt fulgura eius orbi terræ, vidit & commota eſt terra, ideſt homines terreni, q ſicut terra ſunt frigidi, graues, & cęci. quia tales malitias mens illuminata & conſcientia amaricata abhorret. Vnde Hiere. 2. Arguet te malitia tua, & auerſio tua increpabit te, ſcilicet propter fulgura a Deo miſſa. Hæc fulgura irradiant mentem ſeu intellectum, vt homo cognoſcat peccatorum ſuorum multitudinem, magnitudinem, turpitudinem, & ingratitudinem: intelligatque ſe G gratia priuatum, culpę ſubiugatum, animę pulchritudine deformatum, regno glorię priuatum, & ęternis cruciatibus obligatũ.

Per cognitionẽ culpę quidam conuertũtur. ad amorẽ Dei, ſicut primus Adam poſt eius prolapſionẽ cognouit ſe eſſe nudũ.

Quòd quidam conuertuntur ad Dei dilectionem per dulcedinem ſue conditionis. *Cap. 2.*

SEcundi quidem conuertuntur per dilectionem diuinę miſericordiæ allicientis. Vocat Dominus dulciter peccatores, & allicit animas ad ſe reuerti volentes, multiplicibusque blanditijs inuitat eas: & H hic dicuntur voces a vocando dictę. Vnde Pſal. Deus Deorũ Dominus locutus eſt, & vocauit terram. Quam Hiere. 22. attentam facit dicens. Terra, terra, terra audi ſermonẽ Domini: qui dicit Cant. 6. Reuertere, reuertere, vt intueamur te. Clamatque dicens, O anima mea dilecta brachijs in cruce expãſis benigniſſime te expecto, vlciſci diſſimulo, a multis periculis libero: reuertere, cum gaudenter te ſuſcipio, omnem offenſam remitto: gratiã liberaliter tibi dono, & datã multiplico, multiplicatã conſeruabo, cõſeruatãq; in ęternum remunerabo. Ideo, vt dr̃

Pſal.

A Hierem.31. In chatitate perpetua dilexi te, ideo attraxi te miſerans tui. Ergo, vt dicitur Eſa.55. derelinquat impius viam ſuam, & vir iniquus cogitationes ſuas: & reuertatur ad Dominũ,& miſerebitur eius,quoniam multus eſt ad ignoſcendum. Vnde Pſal. Miſericordia Domini plena eſt terra: quia miſerationes eius ſuper omnia opera eius, vt idem ait. Hæ vtique ſunt diuinæ voces, animas ad ſe dulciter reuocantes. Vnde Eſa. 50. Quis ambulauit in tenebris & non eſt lumen ei?ſperet in nomine Dñi.

B

Quòd quidam conuertuntur ad Dei dilectionem per reprehenſiones & comminationes. Cap. 3.

TErtij conuertuntur per timorationem diuinæ iuſtitiæ flagellantis & punientis. Quidam nãque ſunt ſceleribus inuoluti, iniquitatibus obſtinati, & peruerſitatibus indurati, inſenſibiles effecti,& excęcati,ꝙ nec rationibus,nec inſpirationibus illuminantur: nec inſuper perſuaſionibus, nec beneficijs attrahuntur. Quapropter neceſſarium eſt,ꝙ increpationibus, clamoribus, comminationibus, & terroribus conterantur. Hęc autem & conſimilia a Ioanne tonitrua nuncupantur, eo ꝙ tonitrua terrere faciunt, vnde ad ſe redeant peccatores. Eccleſiaſti. 33. ſcriptum eſt. Vox tonitrui tui verberauit terrã, ideſt animas in terrenis affectibus inuolutas. Et 1.Reg.2.additum eſt, Dominum formidabunt aduerſarij eius, & ſuper ipſos in cœlis tonabit. Ecce terror iuſtitiæ Dei. His igitur tribus exhortationibus, quaſi per fulgura,voces,& tonitrua peccatorum animæ conuertantur.Et hic eſt terręmotus,de quo Ioannes ſubdit, Et terræmotus magnus factus eſt. In terræmotu namque terra aſcendit, demumq́; quieſcit. Sic cum animæ conuertuntur,aſcendunt per amorem diuinæ miſericordiæ, & deſcendunt per timorem diuinę iuſtitiæ:nec franguntur puſillanimitate in deſperationem,nec elatione in pręſumptionem. Talis populus dicere poteſt cum Pſal. Saluum me fecit. ſ. prædicatio verbi Dei a puſillanimitate ſpiritus, quæ ducit in deſperationem: & a tẽpeſtate,quæ ducit in præſumptionem. Nam ſicut tempeſtas in mari naues ſubuertit, & impedit,ne ad portum venire poſſint: ſic præſumptio facit animas ſpiritualiter transformari & naufragari. Qui ergo non præſumit, nec

Quomodo clamoribus & increpationibus peccator reducitur ad Deũ.

In terræmotu cõcuſſũ terrã, cum ventus in terclusus concutit latera terræ. Pſal.

Simile.

E deſperat, neceſſatio ſequitur, ꝙ bene ſperat: & hæc eſt poſt terræmotum quies. Vnde Pſal. Terra tremuit.ſ.amãdo miſericordiam, & timendo iuſtitiam: & quieuit per ſpem veram,cũ exurgeret in iudicio Deus, ideſt cum a peccatoribus recognoſcitur Deus iudicare,pęnitẽtibus dando veniam, impęnitentibus vero ſeueram iuſtitiam. Et video iam incipere terræmotũ. Vnde Pſal. Terra mota eſt,etenim cęli diſtillauerunt,ſ. per inſpirantem illuminationem a Deo factam: quia a facie Dei Synai, ideſt a cognitione ſuijpſius. Synai autem interpretatur amphora omnium iniquitatum & tẽtationum,a facie Dei Iſrael, i. a cognitione Dei. Iſrael interpretatur vir videns Deum. O clementiſſime Deus, o ſumma benignitas Saluatoris, o infinita bonitas ſummi Dei. Commouiſti iam quaſi terram, & conturbaſti eam: ſana contritiones eius, quia cõmota eſt,ſicut ait Pſal. Et idem alibi rationem oſtendit dicens: Alluxerunt coruſcationes tuæ orbi terræ, commota eſt & contremuit terra. Et alibi, Commota eſt,ſcilicet per conterentem timorem: & contremuit terra, per confundentem tremorem: fundamenta montium,ſ.ſuperbiæ,luxuriæ, & auaritiæ conturbata ſunt,ſ.per adnihilãtem amorem. Ecce iam vtique terræmotus magnus futurus eſſe prænunciatur, quem in hac Quadrageſima ſentire, & experiri per veram conuerſionem nos faciat fons, & origo veri amoris Dominus noſter Ieſus Chriſtus, qui cum patre, &c.

Pſ.l.

F

Acclamatio fidelis animę.

G

DOMINICA in Quinquageſima infra diem.

Declaratio Epiſtolę Pauli, de laudibus charitatis.

H

Sermo II.

ASTitit *Regina a dextris tuis in veſtitu deaurato, circundata varietate*, Pſal. 44. Beneplacita oris mei faciat ſibi diuina charitas, regina virtutum, domina gratiarum, & imperatrix omnium bonorum. Ipſa illuminet intellectum, inflammet affectum, dirigat ſtylum,& de ſua dulcedine inſpergat eloquium meum: vt aliquid ſaltem balbutiendo fari poſſim de laudibus eius. Libet conſiderare prophetã ad

A ad Deum de ipſa charitate loquentem, & illam mira laude extollētem, cum ait, Aſtitit regina a dextris tuis in veſtitu deaurato, &c. In quibus verbis cum concordia Apoſtoli.j.Cor.13. Cōſidero, ꝙ tria myſteria de charitatis laude denotantur. Primo oſtenditur charitatis neceſſitas, ſecundo charitatis varietas ibi, circundata varietate, tertio charitatis durabilitas, ibi, in veſtitu deaurato.

ARTICVLVS PRIMVS.

B *De charitatis neceſſitate, & quòd eloquentia, ſcientia, & virtuoſa vita abſque charitate in homine eſſe non poſſunt.*

Pſal. PRimum myſterium eſt de charitatis neceſſitate: ideo Pſal. ait, Aſtitit regina, &c. Aſtare enim ſeruientium eſt, ideo dicitur, quòd charitas aſtat Deo, quia promptum reddit hominem ad ſeruitium Dei. Regina etiam dicta eſt charitas, quia eſt vniuerſalis virtus, inquantum eſt forma cæterarum virtutum: & etiam eſt virtus particularis atq; cæterarum virtutum regina: quia cuilibet earum imperat operari, quod ſibi placet. Subditur quoque, a dextris tuis, o Deus, id eſt in potioribus bonis, vel a dextris dicitur ſtare: quia eis, qui in die iudicij reperientur ſtare a dextris, id eſt in charitate, dicetur: Venite benedicti patris mei, poſſidete C regnum paratū vobis a conſtitutione mūdi. Et hæc eſt charitatis neceſſitas. Vnde Apoſtolus in prima parte Epiſtolę hodiernæ ait, Si linguis hominum loquar & Angelorum, &c. Ad horum intelligentiam aduertendū eſt, ꝙ tria ſunt, quæ ſolent maximè æſtimari: & creditur a pleriſque, ꝙ illa habentes quaſi habeant charitatem. Primum eſt facūda eloquentia, ſecundum eſt magna ſciētia, tertium verò eſt ſancta vita. Primum pertinet ad ſermonem, ſecundum D ad cognitionē, tertiū verò ad operationē.

Vide quę habet au ctor de charitate per longū proceſſum in primo Quadrageſimali de Chriſtiana religione in principio.

Tria ſolent paſſim æſtimari ab hominibus.

Quòd eloquentia magna ſine charitate, ad ſalutem non prodeſt. Cap. 1.

PRimum quidem, quod ſolet in magna reputatione haberi, eſt facunda eloquentia: quæ non poteſt ſine charitate haberi. Tria.n. maximè neceſſaria ſunt ad eloquentiam, ſ. ꝙ homo loquatur clarè, breuiter, & ornatè. Clarè, vt auditoris intelligentia dicta capiat: breuiter, vt eius memoria audita retineat: ornatè verò, vt voluntati, quod dictum eſt, placeat. In duobus enim talis eloquentia excitari poteſt loquendo, primo naturaliter, ſecundo ſpiritualiter. Primò naturaliter. vnde Apoſtolus ait, Si linguis hominum loquar, id eſt ſi loquar ſecundū ſenſibilem rationem dicendi de his, quæ ſenſu, & experimento humano percipi poſſunt. Secundo ſpiritualiter, & de hoc dicit, & Angelorum, id eſt ſi loquar de his, quæ non ſenſu humano vel experimento, ſed ſolo intellectu, & fide percipi poſſunt, ſicut loqui allegoricè vel anagogicè. Charitatem autem non habeam, ſ. quæ gratificat animam, & qua poteſt carere etiam homo talibus linguis; factus ſum velut æs ſonans, aut cymbalum tinniens. Poſſunt autem hæc duo duobus reſpōdere prædictis. Nam ſonus æris, qui groſſior eſt linguæ hominis: cymbali verò, qui eſt ſublimior, vel ſubtilior manifeſtè apparet, linguæ angelicæ adaptantur. Apta quippe ſimilitudo horum inſtrumentorum ad ipſam rem, in qua conſideranda ſunt. Nam hæc inſtrumenta, primò ſine impulſu non ſonant: ſecundò aures audientium mulcent: tertiò ſe, dum pulſantur, conſumunt. Sic nanque huiuſmodi eloquentes non per ſe, ſed virtute Spiritus ſancti proferunt ſupple vtilia: ex quo creſcit pulſationis gloria, quæ Deus eſt: atque plurimi ex eis ſuſcipiunt fructū, & tamen exinde dicentis, ſi abſque charitate eſt, ſequitur detrimentum. ſicut tali Lu.19. Dominus ait, De ore tuo te iudico, ſerue nequam.

E *Tria admodum neceſſaria ad eloquentiam*

F

G

Abſque charitate ſcientia magna non prodeſt. Cap. 2.

QVadruplex eſt ſcientia, ſeu notitia rerum. Prima eſt euentuum ſeu caſuum futurorum, ſecunda eſt cognitio myſteriorum, tertia eſt artium liberalium, quarta eſt cognitio diuinorum. Prima eſt cognitio euentuum, ſeu caſuum futurorum. Vnde Apoſtolus ſubdit, & ſi habuero prophetiam, quæ eſt donum cognitionis ſupra facultatem humanam, & hanc habuerunt etiam aliqui mali, ſicut Balaam, Nume.23.& 24.& de Saul. 1. Beg. 13. vbi ſcriptum eſt, ꝙ lictores miſſi a Saul vt caperent Dauid, prophetauerunt. Prophetauit etiam Cayphas, Io.11. Secūda eſt cognitio myſte-

Rerum notitia quadruplex.

H *Prima*

Secunda.

A myſteriorū : vnde addit Apoſtolus , & no-
uerim myſteria omnia, id eſt occulta vete-
ris , & noui teſtamenti , ſicut etiam nouit
Iudas. Diabolus etiam noſcit multa myſte-
ria , ſicut Ezech. vbi dictum eſt ei , Omne
ſecretum non eſt abſconditum a te : vnde
dæmones , ſcilicet ſcientes interpretantur.
Tertia. Tertia eſt cognitio artium liberalium ſiue
theologiæ , atque ſcientia vtriuſque iuris ,
quæ ſunt in poteſtate noſtræ cognitionis:
& de hac ſubdit , omnem ſcientiam . Hanc
habuerunt Phariſæi & Scribæ , quibus Lu.
11. Dominus ait . Vę vobis legiſperitis, qui
tuliſtis clauem ſcientiæ , ipſi non introiſtis:
B & eos qui introibant, prohibuiſtis . In li-
bro quoque confeſ. recitat Auguſti. quòd
cum vitam beati Antonij audiſſet , ait:.
Heu indocti rapiunt cœlum , & nos cum
doctrinis demergimur ad infernum. Nam
ſi ſcientia beatum faceret , ſicut ex præ-
cedentibus patet : dæmones beatiſſimi
eſſent . Ideo Auguſti. admonet dicens ,
Si non potes ſacræ ſcripturæ legere volu-
mina omnia , teneas charitaté : quia in hac
Quarta. habes & quod latet, & quod patet. Quarta
eſt cognitio diuinorum: & de hac ſubditur,
& habuero omnem fidem , id eſt, de omni
re credenda ad neceſſitatem ſalutis : & ita
C perfectam, vt montes transferam ad lite-
ram: vel dæmones ſuperbos, qui per mon-
tes ſignificantur virtute fidei a patientibus
expellam , ſeu transferam graues montes
tentationum . Charitatem autem ſi non
habuero, nihil ſum, id eſt nihil ad meritum
mihi prodeſt, ac ſi nihil eſſet . Quòd autem
ex fide transferantur montes , promiſit
Dominus, Matth. 17. dicens : Si habueri-
tis fidem ſicut granum ſynapis, dicetis mõ-
ti huic, tranſi hinc, & tranſibit : ſed hoc ſi-
D ne charitate fieri poteſt . Solum autem fi-
dei attribuitur miraculorum opus propter
omnipotentiam eius . Miracula etiam ſunt
potentiæ oſtenſiuæ , & quoniam fides ele-
uat animam ſupra poſſe naturæ, merito da-
tur ei poſſe ſupra naturam . Talis igitur ſi-
ne charitate fides transfert montes de me-
rito non condigni ſed congrui, ſi fortè hoc
exigit vtilitas populi .

Non valet ad ſalutem ſine charitate etiam vita iuſta. Cap. 3.

TErtium inſuper , quod maximum
æſtimatur , eſt ſancta vita . In duo-
bus ſolet apparere vita iuſtorum .
Primo in bene facere , ſecundo in mala
pati . Primo inquàm conſiſtit ſanctitas vi- E
tæ in bene facere , in quo ſingulariſſimum *Iuſtorū*
exiſtimatur diſtributio omnium propria- *vita in*
rum facultatum in pauperum cibos , quia *duobus*
charitas ad omnia valet . 1. Timot. 4. quod *apparet.*
tamen etiam ſine charitate fieri poteſt : &
de hoc Apoſtolus ait , Et ſi diſtribuero in
cibos pauperum omnes facultates meas .
In quibus verbis quatuor conditiones per- *Ad elee*
fectæ eleemoſynæ demonſtrantur . Pri- *moſinam*
ma eſt cautela , ſecunda eſt neceſſitas , *quatuor*
tertia eſt largitas ſeu liberalitas , quar- *conditio-*
ta eſt proprietas . Prima inquàm eſt cau- *nes requi*
tela , ſcilicet ex parte dantis : & de hoc *runtur.*
dicit , & ſi diſtribuero . Vnde glo. hæc F
cautela eleemoſynæ denotatur , vt non
vni , ſed multis detur , ſcilicet ad hoc vt
pluribus proſit . Vnde Pſalm. ait , Di-
ſperſit dedit pauperibus : & 2. Corinth. 9.
Qui ſeminat in benedictionibus . id eſt,
dat eleemoſynam multis , qui illum actua-
liter benedicunt : de benedictionibus &
metet : ſcilicet gratiæ charitatis , & re-
gnum æternæ fęlicitatis . Semen enim
non tantum proijcitur in vno loco , quia
marceſceret , & ſic fructum non face-
ret . Secundo requiritur neceſſitas ex
parte eius , cui datur : & de hoc ſubdit, G
In cibos pauperum : glo. id eſt , neceſſaria
pauperum , non diuitum , qui tibi red-
dant . Vnde Lucæ 14. Cum facis conui-
uium , voca pauperes , debiles , claudos,
cæcos , & beatus eris : quia non habent
vnde retribuant tibi . Tertio requiritur
liberalitas ſeu largitas : proinde ſubdit,
omnes facultates . Vnde Tob. 4. Si mul-
tum tibi fuerit , abundanter tribue : ſi
exiguum . illud libenter impartiri ſtude.
Quarto requiritur proprietas , & de hoc
ſubiungit , meas . Vnde Tob. 4. De tua H
ſubſtantia fac eleemoſynam . Et illud Pro-
uerbio. 3. Honora Deum de tua ſubſtan-
tia . Nam grauius malum eſt male ablata ,
quæ certa ſunt , non creditori reddere , ſed
pauperibus diſpenſare , quàm illa impiè
auferre : quia ſic diſtribuendo homo ſpon-
te impotentem ſe reddit ad ſatisfacien-
dum . Vnde dicitur Eccleſiaſti. 34. Qui
offert ſacrificium de ſubſtantia pauperis ,
quaſi qui victimat filium in conſpectu pa-
tris ſui . Secundo conſiſtit excellentia
vitæ in mala pati : & de hoc ſubdit ; Et ſi
tradidero corpus meum. q. d. non tantum
mea, ſed meipſum: detrimentum faciã pro-
pter Deum: ita vt ardeam, ſ. ſicut fecit Bea-
tus Laurentius martyr. ſi charitaté non ha-

A buero, nihil mihi prodeſt. Proinde Lu. 21. de vidua offerente duo minuta ait glo. Non penſat Dominus quantum, ſed ex quanto amore offertur ei boni operis munus: nam licèt nobis videatur, ꝙ munus boni operis illi offeramus ex charitate: tamen hoc nobis incertum eſt: aliter falſa eſſet ſententia ſcripturæ dicentis, Eccleſiaſt. 9. Neſcit homo, an amore vel odio dignus ſit: nec arguit certitudinaliter, ꝙ homo in charitate ſit, etiam ſi traderet igni corpus ſuum, iuxta Apoſtoli ſenſum. Ratio autem huius eſt, quia ſecundũ Bonauen. in 2. diſt. q. 2. quandoq; propter tenebras obcęcationis, ſyn-
B dereſis in animo impeditur, ne ſcilicet remurmuret malum pro eo, ꝙ malum creditur eſſe bonum, & econtra, ſicut in hæreticis patet. Nam morientes pro perfidia, & impietate erroris ſui, ſe mori credunt pro fidei pietate: propter hoc non ſentiunt remorſum in cõſcientia ſua, ſed magis quoddam gaudium aridum & vanum. Sed hoc admirandum vtique eſt, quod idem Bonauen. teſtatur in illuminationibus ſuis: tales nunquàm miracula operentur, eo quòd Deus nollet eſſe teſtis impietatis eorum.

C ARTICVLVS SECVNDVS.

De quindecim gradibus, & profectibus charitatis, qui mira varietate circundant, & ornant diuinam charitatem.

De charitatis varietate.

SEcundum myſterium eſt de charitatis varietate, quia propheta ſubdit, circundata varietate. Quindecim quidẽ ſunt gradatæ varietates, per quas oſtendit Apoſtolus charitatem excellentiorem alijs donis. Alia enim dona abſq; charitate ad meritum proficere non poſſunt, charitas verò
D proficit per ſeipſam: & hoc per quindecim gradus. Proficit enim per arma iuſtitiæ a dextris & a ſiniſtris. Primò proficit in malis, ſecũdo proficit in bonis. Primo quidẽ proficit in malis: & hoc per decem gradus, de quibus primo ponamus quinque.

Per quinque gradus charitas in malis proficere comprobatur. Cap. 1.

Charitas proficit p quinque gradus.

PRimò enim charitas proficit in malis, & hoc primo per quinq; gradus. Primus gradus eſt patientia, ſecũdus benignitas, tertius electio boni alterius, quartus intentio E
recta, quintus humiliatio de bonis. Primus gradus eſt patientia, quia charitas patiens eſt, ſcilicet quantum ad habitum patientiæ in anima: & ideo non deficit in aduerſis. Proinde Iaco. j. ait. Patientia opus perfectum habet. Sicut enim percuſſum aurum dilatatur, ſic in aduerſis preſſa charitas augetur. Hinc propheta ait, In tribulatione dilataſti mihi. Et iterum idem, inquit, Dum ſuperbit impius, ſcilicet perſequendo, incenditur pauper, ſcilicet ardentius diligẽdo. In tribus enim homo poteſt offendi. Primo in cruciatu corporali. Audiſtis, quia dictum eſt, inquit Dominus, Matt. 5. Oculum pro oculo, dentem pro dente. Ego autem dico vobis, non reſiſtere malo: ſed ſi F
quis te percuſſit in dexterã maxillam, præbe ei & alteram. Secundo offenditur homo in re temporali: & de hoc Dominus ſubdit: Et ei, qui vult tecum iudicio contendere, & tunicam tuam tollere: dimitte ei & pallium. Interlinearis. Tunica quidem anima eſt: quam ſi quis perdere voluerit, dimitte ei & pallium, i. corpus ei ad martyriũ præbe. Et iterum illa interlinearis ait: Non ſolum tunicam ſine altercatione, ſed etiam temetipſum præbe ei. Tertio in angaria G
ſpirituali, & de hoc Dominus addit, Et quicunque te angariauerit mille paſſus, vade cum eo, ſ. alia duo millia. Interlinearis, i. tam pedibus, quàm animo ſis paratus mille paſſus, ſecundum glo. hoc eſt iter ſabbati: quaſi dicat, ſi hoc non eſt contra ſabbatum, pectoris angarias ſuſcipe. vel in millenario perfectionem ſpiritualem ſignificat, quæ in impletione huius præcepti clarius demõſtratur: vade, inquit, alia duo millia, i. patienter feras, ſi amplius te ire neceſſe eſt, cum millenarius perfectionis ſit numerus. In tribus ſiquidẽ millenarijs myſticè indicari pôt, ꝙ in tribus perfectio patiẽtiæ cõprobatur, ſ. in corde, ratione, & voluntate, H
quod ſignificatur per alia duo millenaria. Iob j. Erãt ei tria millia camelorum. Camelus vngulam ſcindit: quia diſcretio ad onera voluntariè ſe ſubmittit, & in hoc eſt operatio & volũtas. Secundus gradus eſt benignitas: vnde ſubditur: Et benigna eſt, quia iniurias non rependit. Vnde Greg. ait: Vera patientia eſt, quæ ipſum amat quem portat. Nam tolerare & odiſſe non eſt virtus, ſed velamen virtutis ſeu furoris: ſecundum. n. glo. tangit Apoſtolus his duas præcipuas virtutes, ſcilicet patientiam, & benignitatem, quia hęc ſunt præcipua arma militiæ Chriſti.

Primus gradus.

In tribus homo pôt offendi.

Secũdus gradus.

Vera patientia.

A Chriſti. Nam patientia mala illata a proximis æquanimiter portat, & benignitas bona ſua proximis delectabiliter adminiſtrat: prima eſt ſicut clypeus, ſecunda verò ſicut gladius. Mens quippe Sanctorum munita patiētiæ clypeo, & accincta amoris gladio, ad mala ferenda ſumit fortitudinem, & ad bona rependenda benignitatem. Et ſicut non eſt armatus corporaliter, qui ſumit clypeum, & dimittit gladium, vel e contra: ſic ſpiritualiter nō eſt bene armatus, qui ſimul iſta duo non habet. Charitas igitur benigna eſt, quaſi bene ignita, ſcilicet in releuādo miſerorum aliorum paupertatē: ad hęc B hortatur Apoſtolus ad Ephe. 4. Eſtote inuicem benigni, glo. i. largi de facultatibus veſtris, & hoc maxime vos perſequentibus, ſicut Matth. 5. Dominus ait: Diligite inimicos veſtros, benefacite his qui vos oderūt: & orate pro perſequentibus & calumniantibus vos: vt ſitis filij patris veſtri, qui in cœlis eſt, q ſolē ſuū oriri facit ſuper bonos & malos, & pluit ſuper iuſtos & iniuſtos. Tertius gradus eſt electio boni alterius: & de hoc ſubditur, Charitas non æmulatur. glō. ideſt non inuidet: quia eam aliena fœlicitas non contriſtat, ſed alienum bonum diligit tanquàm ſuum. Hinc Apoſtolus ad Gal. 6. hortatur, dicens. Nō efficiamini inanis gloriæ cupidi, inuicem prouocantes, inuicem inuidentes. Vnde Propheta: particeps ſum ego omnium timentium te, & cuſtodientium mandata tua. Vnde Aug. Tolle inuidiam, & tuum eſt quod habeo. Quartus gradus eſt intentio recta: & de hac ſubdit, Non agit perperam, id eſt peruerſē, ſ. ne bona fiant præſtando impedimentum. Vnde Eccl. 7. Noli facere mala, & non apprehendent te: vel non agit perperam, ideſt rationem operis non deformat, ſed eam dirigit ad finem qui Deus eſt. Hic ſiquidem dexter oculus, qui ſemper dilectum reſpicere habet: quia vbi amor, ibi oculus. Vnde Cantic. 4. Vulneraſti cor meum in vno oculorum tuorū ictu, i. in dilectione: alius eſt oculus cognitionis. Quintus gradus eſt humiliatio de bonis: & de hoc ſubditur, non inflatur. id eſt, de habito bono nō extollitur. Nam ſicut j. Corinth. 8. Apoſtolus ait: ſcientia inflat, charitas ædificat. Et iterum 5. c. contra quoſdam, inquit, & vos inflati eſtis: de talibus inflatis erat ille, contra quem Dominus Apoc. 3. ait: Et dicis, quia diues ſum & locupletatus, & nullius egeo: & neſcis: quia tu es miſer & miſerabilis, pauper, & cœcus. Sed audi talium

Tertius gradus. C

Quartus gradus.

D

Quintus gradus.

condignam pœnam. Dicitur enim Sapien. 4. Diſrumpet illos Deus inflatos ſine voce, & commouebit illos a fundamentis, & vſque ad ſupremum deſolabuntur. E

Per alios quinque gradus etiam in malis charitas proficere poteſt. Cap. 2.

SEcundo charitas proficit etiam in malis per alios quinque gradus. Primus eſt amor ſubiectionis, ſecundus ſtudiū communis boni, tertius manſuetudo, quartus innocentia, quintus dolor de proximi lapſu. Primus gradus eſt amor ſubiectionis: & de hoc ſubditur, non eſt ambitioſa, ſ. de bono habendo: quia præeſſe nō nititur, ſed ſubeſſe. Hoc enim admonet Eccleſ. 7. c. dicens, Noli quærere ab homine ducatum, nec a rege cathedrā honoris. Contra quod agebat Iaſon, de quo dicitur 2. Machab. 4. q ſuper omnes ambiebat ſummum ſacerdotium. Et 5. c. de eodem habetur, & ipſe illamentatus & inſepultus abijcitur a ſepultura: nec peregrina vſus, nec paterno ſepulchro participans. Secundus gradus eſt ſtudium communis boni: & de hoc additur, non quærit quæ ſua ſunt. glo. i. non propriam, ſed multorum quærit commoditatem. Sic Apoſtolus j. Cor. 10. de ſeipſo teſtatur dicēs: Non quærens, quod mihi vtile ſit, ſed quod multis vt ſalui fiant: vel non quærit, quæ ſua ſunt, i. ablata ſibi non repetit: intellige contentioſē. Dicit enim Dominus Lu. 6. Qui aufert, quę tua ſunt, non repetas. Interlinearis. Non domum, non agrum, & generaliter quancunq; pecuniā: vel non quærit, quæ ſua ſunt, ſ. cum ſcandalo aliorum, ſm glo. Tertius gradus eſt māſuetudo: & ideo additur, Non irritatur: & propter iniuriam nō prouocatur ad irā, eo q non habet appetitum vindicandi: immo vituperationem conuertit in refectionem, & plagas in medicinam. Vnde Tre. 3. Dabit percutienti ſe maxillam, ſaturabitur opprobrijs. Item Iob 34. ait. Quis eſt vir, vt eſt Iob, qui ſubſannationem bibit quaſi aquam? Proinde Eccl. 7. hortatur dicēs: Ne ſis velox ad iraſcendum, quia ira in ſinu ſtulti requieſcit. Et Iaco. j. Ira enim viri, iuſtitiam Dei non operatur. Et ad Eph. 4. Sol non occidat ſuper iracundiam veſtram: & hoc ad literam. Vel ſol, ideſt ratio illuminoſa, non occidat ſuper iracundiam veſtram, id eſt ſuper veſtram iraſcibilitatem. Quartus gradus eſt innocentia: & de hoc ſubditur, non cogitat malum, ſcilicet per

Primus gradus. F

Secūdus gradus. G

Tertius gradus. H

Quartus gradus.

A ſtudium mali. Vnde Eſa. j. Auferte malum
cogitationum veſtrarum ab oculis meis.
Vel non cogitat malum: quia eam ſiniſtræ
Quintus gradus. cogitationes non fędant. Quintus gradus
eſt dolor de proximi lapſu: & de hoc di-
citur: Non gaudet ſuper iniquitatem, ſed
potius dolet. Vnde Prouerb. 17. Qui in
ruina alterius lætatur, non erit impunitus.
Et Prouerb. 24. admonet Salomon: Cum
ceciderit inimicus tuus, ne gaudeas: & in
ruina alterius non exultet cor tuum. Vnde
Micheæ 7. Ne læteris inimica mea: quia ce-
cidi: conſurgam. Et ſic patet, ꝙ vt dicitur
B j. Pet. 4. Charitas operit multitudinem
peccatorum.

*Quòd per quinque gradus charitas in bo-
nis profectum facit. Cap. 3.*

Primus gradus eſt gratulatio. TErtio proficit charitas in bonis per
quinque vltimos gradus. Primus eſt
congratulatio, ſecundus ſufferētia,
tertius fides perfecta, quartus eſt expecta-
tio promiſſorum, quintus longanimitas.
Primus eſt congratulatio, ſcilicet de aliorū
profectu: & de hoc inquit, Congaudet au-
tem veritati, id eſt cognitioni operum iu-
ſtitiæ vel verbis veritatis, quia erroribus
C non excęcatur. Hinc & Ioan. 2. de ſe ait,
Gauiſus ſum, quia inueni de filijs tuis am-
Secūdus. bulantes in virtute. Secundus gradus eſt
ſufferentia, ſcilicet aduerſorum, quia eam
perſecutiones non frangunt. Vnde ſubdi-
tur, Omnia ſuffert. Vnde Cant. vlti. aquæ
multæ non potuerunt extinguere charita-
tem. Et ad Rom. 8. Quis nos ſeparabit a
charitate Chriſti: tribulatio, anguſtia, an
perſecutio, an fames, an nuditas, an peri-
culum, an gladius? ſicut ſcriptum eſt, Quia
propter te mortificamur tota die, æſtimati
Tertius. ſumus ſicut oues occiſionis. Tertius gra-
D dus eſt perfecta fides, quia eam perfidia
non indurat: & de hoc addit, omnia cre-
dit, ſcilicet, quæ veritas ſuadet. glo. Non di
cit omnibus: quia non omnibus, ſed Deo,
qui eſt veritas, credit. Exemplum de Abra
ham. Gen. 15. Credidit Abraham Deo, &
reputatum eſt illi ad iuſtitiam. Non inquit,
dicit omnibus credit: quia, vt dicitur Eccl.
19. Qui citò credit, leuis eſt corde. Vnde j.
Ioan. 4. Nolite omni ſpiritui credere. Vel
omnia credit: quia in eo, quem diligimus,
ex efficacia dilectionis confidimus: & fa-
ciliter credere inclinamur, & bona, de illo
Quartus. ſentimus. Quartus gradus eſt expectatio
promiſſorum: quia eam deſperatio non ab-
ſorbet, ſed continuè proficit ſperando pro- E
miſſa ſummæ bonitatis: ideo additur, om-
nia ſperat, ſcilicet quæ Chriſtus promiſit.
Hinc ad Rom. 5. dicitur: Spes autem non
confundit, quia charitas Dei diffuſa eſt in
cordibus noſtris per Spiritum ſanctum, qui
datus eſt nobis. Et iterum Soph. 3. Spera-
bunt in nomine Domini reliquię Iſrael:
non facient iniquitatem, non loquentur
mendacium. Magna quidem ſperabat Iob,
qui 13. dicebat: Etiam ſi occiderit me, in
ipſo ſperabo. Quintus gradus eſt longa- *Quintus.*
nimitas. Nam quia impletio promiſſi ſum-
mæ bonitatis adhuc differtur, ideo chari-
tas proficit longanimiter expectando. Vn- F
de ſubditur, omnia ſuſtinet, id eſt promiſ-
ſa patienter expectat, & per nullam cau-
ſam deſiſtit ab inchoato bono. Proinde
probat Eccleſiaſt. 2. dicens: Coniungere
Deo, & ſuſtine, vt creſcat in nouiſſimo vita
tua. Et iterum ibidem ſubdit: Vę his, qui
perdiderunt ſuſtinentiam: quia perdiderūt
coronam, quam Dominus promittit Apoc.
2. dicens, Eſto fidelis vſque ad mortem, &
dabo tibi coronam vitæ. Sed aduertendum
eſt, quòd differunt hæc tria, ſcilicet pati,
ſufferre, & ſuſtinere. Nam cum in præce-
denti. 1. cap. præſentis articuli loqueretur
Apoſtolus de profectu charitatis in malis, G
inquit, Charitas patiens eſt: cum vero in-
ſinuaret in præſenti Apoſtolus profectum
charitatis in bonis, dixit, omnia ſuffert.
Vltimo vero hic, cum ſermonem facit de
profectu charitatis, quo ad bonum vberri-
mi finis, ſubdit dicens, omnia ſuſtinet.
Hunc ordinem ſufficientius, ſeu conue-
nientius ſeruat. Nam pati, eſt propriè re-
ſpectu mali illatæ pœnæ: ſufferre eſt reſpe-
ctu difficultatis, & miſeriæ iam contractæ,
qua difficiles ſumus atque laborioſi ad ope-
ra virtuoſa: ſuſtinere autem reſpectu ab-
ſentiæ dilati boni. Conuenienter igitur re- H
ſpectu mali illati, inquit, charitas patiens
eſt: reſpectu operum virtuoſorum, quæ la-
borioſa ſunt ait, omnia ſuffert: ſed reſpe-
ctu ſummi boni crediti, & ſperati ſed dila-
ti, inquit, omnia ſuſtinet. Et ſic ex his patet
profectus charitatis per quindecim
gradus, per quos oſtenditur cha-
ritatem eſſe excellentiorem
cęteris bonis & donis:
& ꝙ pro ſe ſuffi-
ciat, vbi cæ-
tera ſi-
ne ipſa ſufficere mi-
nimè poſſunt.

ARTI-

A ARTICVLVS TERTIVS.

De charitatis durabilitate, quia nunquàm habebit finem.

TErtium myſteriũ eſt de charitatis du
rabilitate: q̃ quidẽ in auro inſinua-
tur a propheta, cũ dicitur, in veſtitu
deaurato. In veſtitu, inquit, i. in connexu &
ornatu virtutum, quarũ omniũ forma cha-
ritatis eſt, ſicut patet. j. Timot. j. Finis præ-
cepti eſt charitas, quia omne præceptum re
fertur ad charitatem. Deaurato etiam ad-
dit, quia per aurum charitas deſignatur. Nã
B ſicut aurum inter metalla, ſic charitas inter
omnes virtutes optima eſt. Sed quia aurũ
durabile eſt, ideo charitatis durabilitatem
deſignat. Et de hac durabilitate Apoſt. ſub-
dit, Charitas nunquàm excidit, i. nec in prę
ſenti ſeculo finietur, nec in futuro. Nam li-
cèt quędam eius opera ceſſent, vtpote labo
rioſa: ſicut ſunt opera miſericordiæ: nihi-
lominus interiora opera non ceſſabunt.
Perficietur enim durabilitate charitas. Vn-
de Eſa. 31. Viuit Dominus, cuius ignis in
Sion: & caminus in Hieruſalem. Permanẽ-
te igitur charitate in gloria paradiſi, cætera
dona ceſſabunt. Et hoc monſtrare intendit *Tria oſtẽdit Paulus ĩ ſerie Epiſtolæ.*
Apoſtolus in Epiſtolæ ſerie conſequenti,
vbi tria oſtendit. Primò, ꝙ ibi non perma-
C nebunt dona non neceſſaria: ſecundò pro-
bat hoc per manifeſta exempla: tertiò dicit,
quòd ibi etiam non permanebunt neceſſa-
ria dona.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Quòd dona non neceſſaria ad ſalutem permanente charitate in paradiſo non permanebunt, nec durabunt.

Cap. I.

D PRimò oſtendit Apoſtolus, quòd
in gloria permanente charitate
non permanebunt, nec durabũt
ibi dona ad ſalutem nó neceſſa-
ria: de quibus donis triplicem ponit diffe-
rentiam. Primò ponit prophetiam, ſecun-
dò linguas, tertiò ſcientiam. Primò dicit
prophetias euacuari, & de hoc dicit, ſiue
prophetiæ, euacuabuntur. Prophetiæ enim
ſunt notitiæ futurorum: qua propter in glo
ria, quando omnia præterita erunt, neceſſa
riò euacuabuntur, & licèt prophetia ſit de
præteritis, & præſentibus, ſicut etiam de fu
turis, ſicut prophetauit de his tribus tẽpo-
ribus Moyſes in lib. Gen. tamen prophetia
eſt de præteritis & præſentibus ignotis, & E
in gloria paradiſi omnia nota erunt. ideo
ibidem omnes prophetię euacuabũtur. Se-
cundò dicit linguas ceſſare. Vnde ſubdit, ſi-
ue linguę ceſſabunt. Quid enim aliquid
alieni dicetur, vbi omnes eadem intelligẽt?
ait glo. Vnde Hiere. 31. Non docebit vir vl-
tra proximum ſuum, & vir fratrem ſuũ, di-
cens, cognoſce Deum: omnes enim cogno
ſcent me a minimo vſq; ad maximũ. Ceſ-
ſabunt igitur linguę in regno Dei, ſ. quantũ
ad actũ inſtruendi, quia oẽs ibi eadẽ ſcient:
non tamen quantum ad actum loquendi, ſ.
laudandi: quia erit ibi vocalis laus, ſicut di-
citur ſuper illud Pſal. Omnis ſpiritus laudet
Dñm. Et iterum: Beati qui habitant in do- F
mo tua Dñe: in ſecula ſeculorum laudabũt
te. Tertiò dicit ibi, ſcientiam deſtrui. vnde
ſubdit, Siue ſcientia deſtruetur. Quæ modo
per ſpeculũ eſt: tunc erit per ipſam rem, vt
dicit glo. Scientia. n. acquiſita vel ſcientia,
quæ eſt donum, quantum ad actum, qui eſt
ratiocinari, vel quantum ad diſcurſum, qui
imperfectionem dicunt, vtiq; euacuãda eſt.
Vnde Apoc. vlt. Non egebũt lumine lucer-
næ, qm̃ Dñs Deus illuminabit eos. Et iterũ
in penul. c. ait. Ciuitas non eget ſole, neq;
luna, vt luceãt in ea: quoniam claritas Dei
illuminabit eam, & lucerna eius eſt agnus.
Hęc tria prædicta triplicem imponunt per- G
fectionem, quæ ſtatui gloriæ omnino repu
gnant. Prophetia enim, quia ponit futurã
imperfectionem oſtendit ex diſtantia tem-
porali: lingua ponit imperfectionem cor-
poralis motus: ſcientia vero ponit imper-
fectionẽ diſtantiæ cognitionis per interpo
ſitionẽ medij extranei inter cognitũ, & co
gnoſcentẽ, quia per ſpeculũ eſt: quę tria re-
pugnant ſtatui gloriæ beatorũ. Nã in gloria
eſt præſentialitas æternitatis. In ea eſt quies
immutabilitatis, in ea quoq; eſt immediata
contẽplatio veritatis. Proinde ibi euacuat̃
prophetia, qa adueniẽs ꝓſentialitas euacuat H
futuritionẽ. Ceſſat lingua: quia adueniente
quiete, ceſſat motus. Sciẽtia deſtruitur: quæ
eſt quaſi media ratio, q̃ in præſenti coniũgit
ſcientẽ & ſcitũ per medium extraneũ, quia
immediata coniunctio ſcientis ad ſcitũ au-
fert mediũ, ſicut exẽplo ſolis patere poteſt.
Vel ſi quis videt in ſpeculo ſolẽ, & poſtea *Viſio mediata, & Immediata.*
in ſuo radio, vel in ſua rota: prima eius vi-
ſio eſt mediata, ſecunda vero immediata.
Quia igitur in futura gloria euacuatur fu-
turitio: ceſſat motus, & tollitur intercidens
medium inter intellectum & veritatem ſi-
bi propriã: conueniẽter dr̃, prophetię eua-

A cuabuntur, linguę ceſſabũt, & ſcientia deſtruetur. Prædicta autem dona euacuari, nec in gloria permanere probat Apoſtolus per rationem ſuppoſitam hac propoſitione per ſe nota. In ſtatu perfectionis nõ permanet aliquid imperfectum: igitur cum venerit, quod perfectum eſt, id eſt adueniente gloria, euacuabitur, quod ex parte eſt, ſiue quod imperfectũ eſt: ſed cum dona prædicta ſint ex parte, hoc eſt habeat imperfectionẽ gloriæ repugnantem: relinquitur, ꝙ minimè in gloria permanebunt. Quòd autem dona prędicta ſint ex parte perfecta, oſtendit Apoſtolus ſcribẽs. Ex parte enim
B cognoſcimus: quia imperfectè futura prædicimus. Vnde Iob 37. Nos quippe inuoluimur tenebris. Et iterum Sapien. 9. Cogitationes mortalium timidę, & incertę prouidentiæ noſtræ. Et 4. Reg. 4. Heliſæus Propheta licèt eſſet magnus, ignorauit nihilominus mortem filij mulieris Sunamitidis. Quòd autẽ adueniente gloria nõ remanebunt ibidem dona imperfecta, oſtendit ſubdens: Cum autem venerit, quod perfectum eſt, id eſt futura beatitudo: euacuabitur quod ex parte eſt, id eſt quodlibet imperfectum, ſicut ſunt prophetiæ, linguæ, & ſcientiæ. Non ſic de charitate: quia licèt
C euacuetur eius actus, ſeu actualis eius imperfectio, adueniente perfectionę patriæ: ipſa tamen non euacuabitur, neque ſecundum actum, neque ſecundum habitum. Circa quod aduertendum eſt, quòd ſunt quædam virtutes eſſentialiter imperfectæ, ſicut fides, & ſpes: quæ ſunt de his, quæ nõ videtur. Quis enim credit vel ſperat, quod videtur? Hæ ſiquidem ſecundum eſſentiam euacuantur ibi. Aliæ accidentaliter imperfectę ſunt, ſicut charitati contingit imperfectio, quam habet a fide: vt ſcilicet, ſit de his, quæ videri non poſſunt. Nam de ſubſtãtia dilectionis eſt, ꝙ ſit de viſis: & ſic non eua-
D cuatur ſecundum eſſentiam. Relinquitur igitur ex prædictis, ꝙ prædicta dona non permanebunt iu gloria ſempiterna.

Quòd pluribus exemplis probatur, quòd dona non neceſſaria ad ſalutem durante charitate in gloria paradiſi non permanebunt. Cap. 2.

SEcũdò probat Apoſtolus prædicta dona per manifeſta exempla. Primò exẽplo paruuli, ſecundo exemplo vidẽtis, tertio ſimilitudinem ad rem adaptat. Primò ponit exemplum paruuli: iuxta quod E
exemplum, ſumitur ratio talis. Sicut ſe habet ſtatus imperfectionis pueri ad perfectionem viri: ita ſe habet ſtatus præſentis gratiæ ad ſtatum futuræ gloriæ: ſed ſic eſt, ꝙ adueniente perfectione virili, euacuatur imperfectio puerilis: relinquitur igitur, ꝙ aduenięte perfectione gloriæ, euacuabitur ſtatus præſentis gratiæ. Quapropter cum in prędictis donis gratię imperfectio ſit: relinquitur, quòd in gloria euacuanda ſunt. Exprimit autem puerilem imperfectionẽ, quantum ad tria. Primò quantum ad loquelam, ſecundò quantum ad ſapientiam, tertiò quantum ad cognitionem. Primò quã- F
tum ad loquelam, vt imperfectio loquelæ reſpõdeat imperfectioni doni linguarum: ideo dicit, Cum eſſem paruulus, loquebar vt paruulus, ſ. imperfectè & balbutiendo, ſicut de ſeipſo Hiere. 1. atteſtatur dicens, A, a, a Domine Deus, neſcio loqui: quia puer ego ſum. Secundò quantum ad ſapiẽtiam: vt imperfectio ſapientiæ reſpondeat dono prophetiæ, ait, Sapiebam vt paruulus. Nã paruuli magis ſapiunt friuola, vt poma: ꝙ magna, vt regna. Tertiò quantum ad cognitionem, vt imperfectio cogitatus correſpondeat ſcientiæ. Vnde ſubdit, Cogitabã vt paruulus, ſ. de minimis pręſentibus. G
Proinde Eſa. 32. Stultus fatua loquetur: & ſequitur, Ipſe cogitationes concinnabit ad perdendos mites. Princeps autem, quæ digna ſunt principi, cogitabit. In puero nempe duo ſunt, ſ. imperfectio loquelæ, ſecũdò imperfectio ſcientiæ. Et hoc dupliciter. Primò notitia diuinorum, quæ per ſapientiam deſignatur. Secundò notitia humanorum, quę per cogitatum ſignatur. Imperfectio loquelæ reſpondet dono linguarum, Imperfectio ſapientiæ, diuinorum reſpondet prophetiæ. Imperfectio autem cogitatus, humanorum ſcientiæ reſpondet. Exprimit H
Apoſtolus conſequenter euacuationẽ puerilis imperfectionis adueniente perfectione virili, cum ſubdit, Quando autem factus ſum vir, ſ. perfectæ ętatis: euacuaui, id eſt depoſui omnia, quæ erant paruuli. Vnde 1. Cor. 14. Nolite paruuli eſſe ſenſibus: quia maledictus puer centum annorum, Eſa. vlt. Sic igitur exemplo paruuli probat euacuationem prędictorum. Secundò probat hoc idem exemplo vidẽtis rem per imaginem, ſiue per ſpeculum in enigmate. Ad hoc autem ſumitur ratio talis. Sicut ſe habet viſio rei per ſpeculum & enigma ad viſionem, quę eſt facie ad faciem: ita ſe habet viſio

Puerilis imprimiſ imperfectio.

Exẽplũ.

Dei

A Dei, ſiue cognitio per prędicta dona prophetiæ & ſcientiæ ad viſionem gloriæ. Sed veniente viſione, quæ erit facie ad faciem: euacuabitur viſio, quæ eſt per ſpeculum, & in enigmate. Veniente viſione glorię, euacuabuntur prędicta dona. Et hoc eſt, quod dicit, Videmus nunc. quaſi dicat, Pręſens cognitio Dei, quam per dona prædicta habemus, eſt tanquàm viſio, quæ per ſpeculũ eſt & in enigmate, id eſt per imaginem rei in obſcuritate. Videmus nunc aliquas creaturas, in quibus aliqua Dei ſimilitudo, & hoc ſatis obſcurè: & ideo in enigmate, ideſt per obſcuram allegoriam. Vnde obſcurus

B ſermo & quaſi mirandus, fit enigma: verbi gratia, ſecundum Alexand. de Ales. Patrem progenies occidit matris in aluo? Quam mater genuit generauit filia matrē. Proinde, quia ſub nomine ſpeculi imaginē ſignificat: ita nomine enigmatis ſimilitudinem, quamuis obſcuram. Rectè igitur nomine ſimilitudines nominatæ ſunt, quæ valent ad Deum intelligendum. Diſtinguere etiam poſſumus hoc modo, vt ſpeculũ referamus ad creaturam rationabilem: enigma verò ad creaturam irrationabilem. Ipſa enim creatura rationalis, quæ ad imaginem Dei eſt, & capax Dei ſeu ſapientiæ eius: eſt

C tanquàm ſpeculum quoddam ad videndũ Deum. Creatura verò irrationalis, quæ non eſt ad imaginem Dei, ſed tamen eſt veſtigium quoddam ad cognoſcendum Deum: vt enigma, id eſt allegoria obſcura ſeu ſimilitudo ad repręſentandum Deum. Quia vero imago Dei in nobis eſt ſecundum partem intellectiuam, qua vtimur, vt ſpeculo ad cognoſcendum Deum: ideo dicitur, Videmus nũc per ſpeculum. Quia verò creaturæ irrationales extra nos ſunt, in quibus percipimus aliquod veſtigium diuinitatis: ideo dicitur verius, in enigmate, non per enigma: ſicut dicebatur verius, per ſpecu-

D lum, non in ſpeculo: tunc autem facie ad faciem: quia videbimus eum, ſicuti eſt, vt dicitur 1. Ioan. 3. Facies enim Dei ſua notitia eſt. Videbimus igitur eum facie ad faciem, id eſt cognitione ad cognitionem. Si autem obijciatur, ꝙ Paulus vidit eum facie ad faciem, ſicut ipſe teſtatur. 2. Cor. 12. dicendum eſt, quòd tunc Apoſtolus propriè non erat viator, cum tunc nõ haberet ſenſuum vſum. Vel dici poteſt, ꝙ talis viſio Dei non fuit permanſiua, ſed tranſitoria.

Expoſitio verborum Apoſtoli. Tertiò autem adaptat Apoſtolus ſimilitudinem ad rem, & eſt ſenſus: Sicut puer cognoſcit in parte, & ſicut videns per ſpeculum in enigmate: ita etiam nunc cognitio ex parte, i. obſcurè & imperfectè. B Hinc. 1. Timot. 6. idem ait, Habitat lucem inacceſſibilem. In cuius myſterium Eſa. 6. Cherubin duabus alis velabant faciem ſuam, & duabus velabant pedes ſuos. Tunc autem in gloria, ſcilicet cognoſcam, ſicut & cognitus ſum. Hoc eſt clarè & perfectè, ſicut vir cognoſcit operationem ſui paruuli: & ſicut videns facie ad faciem operatione, ſicut per ſpeculum intuentis. Notanter autē dicit, ſicut & cognitus ſum, ſcilicet a Deo: non quia ſicut dicat æqualitatem cognitionis noſtræ ad diuinam in gloria, ſed ſimilitudinem quandam. F Et ſicut Dominus certitudinaliter, & præſentialiter ſine medio cognoſcit me: ita ſimiliter pręſentialiter, & certitudinaliter cognoſcemus eum. Certitudinaliter autē dico, vt excludatur cognitio paruuli, quæ non eſt certa. Præſentialiter autem dico, vt excludatur cognitio videntis per ſpeculum, quæ eſt per medium remotum. Proinde Io. 3. ait: Scimus quoniam cum apparuerit, ſimiles ei erimus: quoniam videbimus eum, ſicuti eſt. Sic igitur oſtendit Apoſtolus dona, præter neceſſaria ad ſalutem, in gloria ſempiterna euacuari.

G

Quòd dona etiam neceſſaria ad ſalutem permanente charitate ceſſabunt in gloria paradiſi. Cap. 3.

TErtiò autem oſtendit Apoſtolus, ꝙ in gloria nõ permanebunt dona etiã neceſſaria ad ſalutem, præter charitatem. Vnde virtus rationis talis eſt. Hic in præſenti ſtatu gratiæ manent, ſcilicet fides, ſpes, & charitas: ſed in futura gloria nulla, niſi ſola charitas permanebit. Relinquitur igitur, ꝙ maior his eſt charitas. Primam propoſitionem exprimit cum dicit: Nunc autem manēt fides, ſpes, charitas, tria hęc. H Hinc autem tria, quæ idem tangit. 1. Timot. 1. dicens, Finis præcepti eſt charitas de corde puro: quantum ad charitatem: conſcientia bona, quantum ad ſpem: & fide non ficta, quantum ad fidem. Hę quidem virtutes mirabiliter coniunguntur & annectuntur: quia veraciter non poſſumus credere, niſi promiſſa ſperemus: nec promiſſa ſperare poterimus, ſi deficit fides firma: nec aderit fructus ſpei, nec firmitas fidei, niſi adſit perfecta charitas Chriſti, quæ ad fidē adiuuet, & ſpem in expectatione corroborę t & confortet. Sed in futuro regno non

Quõ virtutes theologicę ſũt connexę.

A permanet fides, nec ſpes, ſed ſola charltas perſeuerat. Hæc enim ſupponit Apoſtolus pro euidenti. Nam cum fidei ſit credere, qnod non videt: ſpei expectare, quod non habet: charitatis verò diligere, quod iam habet, cum in futuro iam clarè videatur Deus & certitudinaliter habeatur: relinquitur, quòd non remanebit fides, neque ſpes, ſed tantum charitas perdurabit. Ex quo etiam Apoſtolus ſubdit, Maior autem horum eſt charitas. Glo. Quæ ſcilicet in decedentibus permanebit augmentata, non euacuata. Et quia charitas maior eſt, monet Petrus 1.Pet. 4. illam ante B alias virtutes habere, dicens: Ante omnia autem continuam in vobiſmetipſis mutuam charitatem habentes. Et Coloſſ. 3. vinculum perfectionis denominatur. Nam cæteræ virtutes, quaſi ſunt feſſo vehiculum: quaſi vianti viaticum: quaſi lucerna caligantibus: quaſi arma pugnantibus. Ipſa verò charitas eſt requies feſſo, viatori manſio, lux plena peruenienti, perfecta corona viatori hic per gratiam, in futuro per gloriam: quam nobis largiri dignetur, qui eſt benedictus in ſecula ſeculorum. Amen.

C

FERIA SECVNDA post Dominicam in Quinquageſima.

De excellentia diuini amoris.

Sermo III.

D **F***Ides, ſpes, charitas, tria hæc: maior autem horum eſt charitas.* 1. Corinth. 13. Iam ad conſiderationem excellentiſtiſſimæ charitatis, iuxta præordinata, transferamus ſermonem. Ad dicendorum tamen intelligentiam notandum eſt: quòd ſecundum Doctores, differentia eſt inter hæc tria, charitatem, amorem, & dilectionem. Nam charitas eſt vniuerſalis virtus, inquantum eſt omnium aliarum virtutum forma: & eſt virtus particularis, & imperatrix cunctarum virtutum cuilibet virtuti imperans, quæ ſibi placita ſunt operari. Amor eſt habitus particularis, in quo realiter requieſcit. Dilectio eſt amor proximi, vt dicatur dilectio, quaſi duorum ligatio. Sociat enim amantem E amato in amore, vt ſcilicet mutuo ſe diligant. Vel aliter dicitur, quòd Deum amamus propter ſe, diligimus eum ſuper omnia: ſed charitas vtrunque complectitur. Sed quia de latitudine charitatis eſt ſermo: ideo largè modo loquamur ſecundum conſuetudinem Sanctorum: ſumamus charitatem, amorem, & dilectionem pro eodem in toto præſenti tractatu: & ad præſens de excellentia charitatis fit ſermo, ſicut innuit Apoſtolus in præallegato verbo, dicens: Fides, ſpes, charitas, tria hæc, vt ſupra. Fides, ſcilicet in rationali, quaſi F fundamentum: ſpes in iraſcibili, quaſi incrementum: charitas in concupiſcibili, quaſi complementum: tria hæc, pauca quidem, ſed neceſſaria ad ſalutem: ſed maior horum eſt charitas. Prima, ideſt fides, tanquàm ſplendor ignis: ſecunda, ideſt ſpes, tanquàm flamma ignis: tertia, id eſt charitas, eſt ipſemet ignis. Item duodecim ſunt excellentiæ charitatis, ſeu diuini amoris. Prima dicitur naturalitas, ſecunda delectabilitas, tertia neceſſitas, quarta conformitas. Addantur quoque aliæ quatuor. Prima dicitur formoſitas, ſecunda regalitas, G tertia inſuperabilitas, quarta remunerabilitas. Superaddantur aliæ quatuor: Prima dicitur inſatiabilitas, ſecunda fructuoſitas, tertia leuitas, quarta durabilitas.

Charitas, amor, et dilectio differunt.

Duodecim excellentia amoris.

ARTICVLVS PRIMVS.

In quo oſtenduntur primæ quatuor excellentiæ diuini amoris: prima excellentia eſt, quòd nulla virtus naturalior eſt in mente, quàm amor Dei. Cap. 1.

PRima quidem excellentia diuini H amoris dicitur naturalitas. Nullam aliam quidem virtutem ſonat Spirituſſanctus in corde humano ſic illi connaturalem, ſicut amorem & charitatem. Quod quidem patere poteſt, ſi recta animaduerſione penſemus, quid eſt Deus. Vnde 1. Ioan. 4. Deus, charitas eſt, ſcilicet increata, infinita, & immortalis. Ab hac igitur charitate procedit quidam purus & infinitus actus amoris. Cum igitur Deus creauit animam, ad imaginem & ſimilitudinem ſuam creauit illam, ſcilicet ad imaginem charitatis, & ſimilitudinem, ſcilicet infiniti actus amoris ſui. Cum autem rationalis anima per-

Naturalitas prima excellentia diuini amoris.

uenit

A uenit ad ipſius rationis liberum vſum: habet quidem ex proprio eſſe quandam aptitudinem ad amandum, ſine qua aliquo modo eſſe non poteſt. Neceſſe eſt enim illi diligere aut bonum incommutabile, quod eſt Deus: aut bonum commutabile, quod mundus eſt: ipſa per libertatem arbitrij in medio conſtituta eſt. Hæc autem aptitudo ad diligendum, quæ eſt in anima, eſt imago Dei. Ab hac autem aptitudine quidam prolixus veloxque actus amoris, per quem ſimilitudo infiniti actus diuini amoris clarius demonſtratur. Reſtat igi-

Aptitudo quæ ab alijs dicitur habilitas.

B tur, quòd ita eſt animæ a natura charitas ipſa, quòd nulla virtus ita generalis eſt ſuæ naturæ, ſicut ipſa: quod & ipſa expreſſio naturæ demonſtrat. Quare autem homo naturaliter inclinatur diligere vitam, ſcientiam, delectationem, pacem, fœlicitatem, omneque bonum: niſi quia Deus amor eſt, vera vita, vera ſcientia, declaratio infinita, & pax ſuperans omne bonum, quòd ab eo cuncta bona procedunt?

De ſuauitate & dulcedine diuini amoris. Cap. 2.

Secunda excellentia charitatis.

C Secunda excellentia charitatis, qua ipſa cæteras ſuperat virtutes: eſt ſuauitas ſeu delectabilitas. Nulla enim alia virtus tantam delectationem, & complacentiam in habente experiri facit, ſicut iſta virtus amoris. Non ſolum autem facit nos delectari de Deo in patria, ſed etiam nunc in via: non tantum in ipſo Deo; verumetiam in proximo, & in omnibus alijs creaturis. In patria quidem delectabimur. Vnde Pſalm. Delectationes in dextera tua, vſque in finem, id eſt ſine fine. Et Iob 22. tunc ſuper omnipotẽtem delitijs affluens. In via quis exprimere ſufficit, quot dulcedines, & ſuauitates a ſanis guſtibus ſen-

D tiuntur? in eo eſt enim ſuauiſſimum manna, quod ſecundum diuerſas mentes, diſpoſitiones, & ſtatus diuerſimodè guſtui animæ ſapit: ſicut Pſalm. qui hoc probauerat, hortatur dicens: Delectare in Domino, & ipſe dabit tibi petitiones cordis tui. Ipſe quoque ſermo de amore ſauoris mentes dulcedine replet. Vnde Pſalm. Quàm dulcia faucibus meis eloquia tua ſuper mel ori meo, id eſt, ſuper omnem mundanam delectationem: quia guſtato ſpiritu, deſipit omnis caro. Vnde Cantic. 8 Si dederit homo omnem ſubſtantiam domus ſuæ pro dilectione: quaſi nihil deſpiciet eam. Ideo iubilando ait Bernard. ad Chriſtum: Quem tuus amor inebriat, nouit quid Ieſus ſapiat. fœlix & verè fœlix guſtus, quem ſatiat. In proximo quoque delectabiliſſimus eſt. Vnde Pſalm. Ecce quàm bonum & quàm iucundum habitare, &c. In omnibus etiam creaturis tanto propter Deum delectatio abundantior eſt, quanto mens ardentiori amore inflammatur in eum. Nam omnia, quę ſunt dilecti a diligente amantur: cum in pulchritudine & dulcedine creaturæ videat & guſtet dulcedinem & pulchritudinem creatoris. E

F Vnde Sapien. 13. A magnitudine enim ſpeciei, & creaturæ cognoſcibiliter poterit creator horum videri, ſicut exemplo beati Franciſci in ſua legenda claret.

Quòd nihil magis neceſſarium eſt animæ, quàm amor Dei. Cap. 3.

Abſque charitate nõ cõſiſtit aīæ vita.

Tertia quoque ſuper cæteras virtutes charitatis eminentia eſt neceſſitas: quia abſque ea non conſiſtit animæ vita, nec cæteræ virtutes vita viuunt, teſte

G ipſo amore, qui Ioan. 14. ait: Ego ſum via, veritas, & vita, nec cęteræ virtutes vita viuunt. Vnde ad hunc amorem quærendum & vitam, hortatur propheta dicens, Quærite Dominum, id eſt amorem, & viuet anima veſtra. Quare idem alibi dicit, Vitam id eſt, charitatem, petijt a te, & tribuiſti ei longitudinem in ſeculum ſeculi. Et alibi gaudenter, inquit, Et anima mea illi viuet, id eſt propter amorem viuet. Vnde Eccleſiaſti. de ſe amor ait: In me omnis gratia viæ & veritatis. In me omnis ſpes vitæ, & virtutis. Non ſolum autem ſine ea non eſt vita gratiæ, ſed nec etiam vita gloriæ: immo quod grauius eſt, abſque amore ab homine incurritur

Sine charitate nulla vita cõſiſtit.

H omne malum, ſcilicet æternam damnationem, quæ quidem in ſe includit mala acerbiſſima quantum ad lęſionem: & mirabilia ſaltem nobis, quantum ad multitudinem: & interminabilia, quantum ad durationem.

Quan-

A *Quantum Deo conformat animam diuinus amor. Cap. 4.*

QVarta amoris eminentia eſt conformitas. Nanq; ſupra omnes virtutes animam Deo conſormat: quia vt dictum eſt, Deus charitas eſt, & per charitatem melius, quàm per aliam virtutem tanquàm per Deo conſimiliorem anima conſormiter transformatur in Deũ: cum omne ſimile plus conſimili, quàm cũ minus ſimili conformetur. Cum enim iam Deus dilexit nos, quid reſtat niſi vt nos & diligamus eum? Et ſic fiet anima Deo con-
B formis, iuxta illud, Ego dixi, Dij eſtis, ſ. per conſormitatem: & filij excelſi omnes, quia dilexit prius nos. j. Io. 4. Diligamus Deum, quoniam ipſe prior dilexit nos. Quem ſi dilexerimus, Deus erit in nobis, & nos in Deo. Et Matth. 6. Dominus ait: Vbi theſaurus tuus, ibi & cor tuum. Iterum j. Corint. 6. Qui adhæret Deo, ſpiritus eſt vnus. Et communiter dicitur, Amicus eſt alter ego. Experimentaliter ſentimus in nobis, ꝙ vis præcipuè amoris ardentis totaliter ad hoc nititur, inhiat, & geſtit: & non ſolum fit intimus ipſius amati, ſed etiam fit quodàmodo ipſum amatum. Quare quidem in Dei
C amore in tantum excedit, ꝙ incomparabiliter prædiligitur Deus dilectus, quàm mẽs ipſum amans, ſeipſam diligat, immo ſuijpſius obliuiſcatur, & ſibijpſi quaſi annihilatur præ amore dilecti, ſicut ſaltem in æterna gloria habet eſſe, licèt in vita hac non ſit ad plenum.

ARTICVLVS SECVNDVS.

De quatuor ſecundis excellentijs amoris Dei: & primo de pulchritudine, qua induit animam diuinus amor. Cap. 1.

D

Prima amoris excellentia.

PRima amoris excellentia cunctas ſuperans virtutes, eſt formoſitas. Qui enim Deo per amorẽ conformis eſt, quomodo non in anima tunc ſormoſus erit, cum ſit in eo ſimilitudo Dei? Nam ſecundum Alex. de Al. & Nico. de Lira, imago Dei in anima conſiſtit in naturalibus proprietatibus & potẽtijs eius: ſimilitudo verò in gratuitis: hoc eſt in virtutibus diuina charitate & diuina dilectione. Licèt autem anima cunctas habeat virtutes, ſi charitate priuatur, defor-
mis eſt. Vnde j. Cor. 13. Et ſi diſtribuero in E
cibos pauperum omnes facultates meas: & ſi tradidero corpus meum ita vt ardeam: charitatem autem non habuero, nihil mihi prodeſt. Eſt enim charitas animæ pulchritudo, ſicut ignis pulchritudo carbonis: qui cũ eſt ignitus, ſplẽdidus eſt, pulcherrimus, igniq; ſimillimus eſt. Vnde Pſal. Decorem induiſti amictus lumine, ſicut veſtimento. Loquitur de ſpiritu in Dei amore feruenti. Si autem ipſe carbo extinctus eſt, obſcurã nigredinem habet: ſic etiam anima diuino amore extincta & charitatis igne priuata, tetram nigredinem induit. Vnde Thren. 4. F
Denigrata eſt ſuper carbones facies eorũ. Inſuper Aug. Qualis eſt dilectio hominis, talis eſt homo: ſi terram diligis, terra es: ſi cœlum, cœlum es: ſi autem diligis Deum, non audeo dicere quòd Deus ſis. Sed audi prophetam dicentem: Ego dixi, Dij eſtis, & filij excelſi omnes.

Charitas eſt ſicut ignis.

Quòd rex omnium virtutum eſt amor Dei. Cap. 2.

Amoris ſcda excellentia.

SEcunda excellentia charitatis eſt regalitas ſeu imperioſitas. Vnde ſecundum Richar. Charitas eſt regina virtutum.
Etiã poteſt dici virtutum imperatrix: quia G
ipſa imperat omnibus alijs virtutibus, vt ſupra dictum eſt. Circa quod ſciendum eſt, ꝙ ſicut actus proprius fidei quem elicit, credere eſt, ſic de virtutibus cunctis: quælibet enim virtus vnicum ſolum actum habet, quẽ elicit: ita proprius charitatis actus, quem elicit, eſt diligere Deum & proximũ, nullusque ab ea alius elicitur. Attamen charitas hanc ſupereminentiã habet ſupra omnes alias virtutes, ꝙ quamuis earũ proprios actus non eliciat: (eliciuntur enim ab habitibus proprijs) eos tamen imperat: & ideo
ipſa meritorios reddit: vnde & ſuo modo H
eliciat patientiæ actus, benignitatis, & longanimitatis, prudentiæ, aliarumq; virtutũ: tamen alios imperat & a proprijs habitibus elicere facit. Vnde 1. Cor. 13. Charitas patiens eſt, benigna eſt. Et ibi clarè notat Apoſtolus, quòd cum charitate ſunt ſimul aliæ virtutes & dona. Quod patet: quia per ipſam omnes actus virtuoſi vel eliciuntur, vel ab ipſa virtualiter imperantur. Habent enim cunctæ virtutes annexitatem in charitate. Nam vbi charitas eſt, ibi eſt patiẽtia, & benignitas, & ſic de alijs virtutibus omnibus. Ideo de Charitate, Pſal. ait, Aſtitit regina a dextris tuis, &c. Vnde Saluator ait,

Supereminentia charitatis.

A ait, Matt. 22. In hîs duobus præceptis charitatis tota lex pendet & prophetæ. Et iterum ad Rom. 13. Plenitudo legis eſt dilectio. Et 1. Timo. 1. Finis pcepti eſt charitas.

Quòd inſuperabilis eſt vndique Dei amor. Cap. 3.

Charitatis tertia excellentia.

TErtia etiam charitatis excellentia ſuper cunctas virtutes, eſt inſuperabilitas. O Dei charitas potens vtique & magna virtus, quæ vocas ea quæ nô ſunt tanquàm ea quæ ſunt: quæ inſuperabilis perſeueras ſuper vniuerſa. Sola enim
B charitas eſt, quæ in aduerſis nô deficit, quia patiens eſt: quam iniuria non reprehendit, quia benigna eſt: quam fęlicitas aliena non cruciat, quia non æmulatur: qnam cônſciêtia mala non pungit, quia non agit perperam: quæ honore non extollitur, quia non inflatur: quæ præeſſe non nititur; quia non eſt ambitioſa: quam cupiditas nô coarctat: quia non quærit quæ ſua ſunt: quam iniuria non prouocat; quia non irritatur: quam ſiniſtræ ſuſpitiones non fędant; quia non cogitat malum: quam aliena mala non lætificat; quia non gaudet ſuper iniquitate:
C quam errores non excęcant; quia congaudet veritati: quam perſecutiones non frangunt; quia omnia ſuffert: quam puſillanimitas non confundit; quia omnes ſuſtinet: quam perfidia non indurat, quia omnia credit, & ſi non omnibus credat: quam deſperatio non abſorbet, quia omnia ſperat: quę morte non vincitur; quia fortis eſt vt mors dilectio: immo mortê mori coegit in mortem noſtri amantiſſimi redemptoris. O inſupetabilis charitatis amor, qui inſuperabilem ſuperaſti: & cui omnia ſubiecta ſunt, omnibus quodammodo ſubieciſti: dum victus amore Deus humiliauit ſemetipſum, formam ſerui accipiens: inuentus non ſo-
D lummodo vt homo, ſed opprobrium hominum, & abiectio plebis. Propter autem nimiam charitatem ſuam, qua dilexit nos, continere non potuit in ira ſua miſericordias ſuas, quominus dilectam animam ſuã inimicis pro amicis ſuis, vt mortis terrorê pariter tolleret ab amicis, & vigorem conferret: & ſi contra Deum fortis fuit, quantomagis côtra hominem prævalebit? Hinc ex tunc illa fidelium intrepida conſtantia cordis, qui ſupplicia contemnentes & mortem ſuppeditantes lęti per medias fauces mortis ad patriam reuertuntur: moriêtes exultant, & morti inſultantes dicunt: Vbi

eſt mors ſtimulus tuus? iam non ſtimulus, E
ſed iubilus: dum per medium lacum lętúq; exitum a miſeria iter pandis ad regna. Inſuper vis vehementis amoris ratione non compeſcitur: quia, teſte Apoſtolo, ſupereminens eſt ſcientiæ charitatis. Maieſtate non terretur, quia foras mittit timorem, vt dicit 1. Ioan. 4. Miſerijs non comprimitur: quia, vt dicit Apoſtolus, in infirmitate perficitur. Prorſus virtus charitatis omnipotens eſt, quæ ipſas miſerias facit potêtes, dum conuertit in adiutorium, quæ paratæ ſunt ad nocendû, qua ſuffulti milites Chriſti impauidi certât certi de victoria, medijs periculis incedunt tutiſſimi: nec dæmones,
nec homines metuentes, ſed ſecurus quiſq; F
inter frendentium vndique hoſtium fulgurantes haſtas & volitantia ſpicula cum charitate dormitat: quia ſola potens eſt, vt dicit Apoſtolus, Ignita nequiſſimi tela extinguere. Denique multitudinem peccatorû operit & opprimit, & tentationibus multis morientibus prævalebit. Maioris potentiæ eſt erectum hoſtem deijcere, quàm conantem reprimere. Charitatis aût eſt tentationes non reprimere, ne inſurgant: ſed cum ſurrexerint, ſternere ne procedant. Tantæ nempe fortitudinis eſt charitas, vt ipſam
omnipotentiam, quodammodo impoten- G
tem reddat. Nonne hæc eſt, quæ Exo. 32. in Moyſe diuinæ iuſtitiæ & potentiæ obſtans prævaluit in fortitudine contra Deum? dimitte, inquit, me, vt iraſcatur furor meus ſuper populum iſtum. Audis, dimitte: & Deum profectò teneri non dubites. Nec aliunde, quàm amoris fortitudine. Quæris cuius? Illius vtique ſerui fidelis, qui corde tam puro, tam feruido aiebat ad Dominû. Ne quæſo dicant Ægyptij, callidè eduxit eos de terra Ægypti, vt interficeret in môtibus: nec poſſet introducere in terram, quam promiſerat, pro qua iurauerat pa-
tribus ſuis. Sed cui nanque ceſſit potentia, H
ceſſit iuſtitia: vt charitas de corde feruido non tam rogabat, quàm Deum vrgebat. Sola enim charitas eſt, quæ Deum tenere poteſt. Vis amoris eſt, quæ teneri non ſolum ſe patitur: ſed quando non tenetur, piè côqueritur p Prophetã Ezec. 22. vbi ait: Quęſiui de eis virum, qui interponeret ſæpê, & ſtaret oppoſitus contra me: pro terra, ne diſſiparem eam: & non inueni. O immenſa benignitas Dei, quæ quærit qui ſe ſibi opponat irato: cuius profectò propriû eſt miſereri, & peregrinum vlciſci. Charitas igitur extentam manum Dei ne feriat

Laudes & encomia charitatis.

ſua

A ſua fortitudine continet: ſathanam ſuis pedibus conterit, & ſuper inimicorum capita carbones congerit: potens non ſolum aduerſus carnem & ſanguinem, ſed aduerſus principatus, & poteſtates tenebrarũ harũ, contra ſpiritualia nequitiæ in cęleſtibus: in proſperis fortis, ſed fortior in aduerſis. Solus enim Chriſti amor, qui pure & magnanimiter ridentes, & irridentes fortitudine blanditias ſpernit, & toto corde cõſpernit ſapidiori dulcedine delectatus: cuius reſpectu omnis dulcedo amara eſt, omnis iucunditas mœror eſt, omne pulchrum fœdum, ne etiam ſuaue moleſtum eſt, &c.

B

Quòd ſola ſeruitia, quæ ex amore procedunt, Deo ſunt grata, & remuneratione ſunt digna. Cap. 4.

Amoris quarta excellentia.

QVarta excellentia eſt remunerabilitas. Omne enim obſequium, quod Deo ſummo impenditur: aut impenditur ei ex vero amore, recto & puro, qui eſt gratuitus: aut impenditur ei ex timore reuerentiæ, ſ. vel offenſæ, aut ex timore pœnę, aut ex pudore, aut ex ſpe veniæ vel gratiæ, aut ex ſpe remunerationis. Quòd ſi ex amore: credit igitur eſſe C bonum, qui ei hoc impendit. Nulli enim impẽditur rectus amor & purus ab aliquo, nec credit illum eſſe bonum, & merito bonitatis ſuæ huius amorem eſſe dignũ. Seruitium autem & cultus, quæ intuitu ſolo bonitatis ipſius eidem impenduntur, ſinceriſſimi atque rectiſſimi ſunt: & in eis præcipuus & rectiſſimus eſt amor. Amor inquàm actus: amor enim habitus ſiue virtus non proprie ſeruitium: ſed magis ſeruitus, licet ſpontanea & iucunda, & ideo libera dicenda eſt. Amare enim amorem non dicimus ſeruitium, ex quo quæcunque procedunt ſeruitia, ſola gratuita ſunt, id eſt gra-

Amor ꝓ actu, ꝓ habitu, & ꝓ virtute.

D tis impenſa, & propter ſola illa ſunt dona & munera, quare ſolo merito remuneratione digna. Et quod amplius eſt, in eis ſolum locum habet remuneratio, quoniam remuneratio nanque dicitur muneris, ſeu munerationis. Remuneratio enim eſt reflexa ſeu reciproca in remuneratione ſeu prædonatione remuneratio. Qui enim non gratis, ſed ex neceſſitate quacunque ſeruit ex timore, ſiue ex pudore, ſiue ex ſpe mercedis, ſiue ex pacto, ſiue ex quocunque alio debito: non propriè remuneratione dicendus eſt dignus, ſed magis ei pretium operæ ſuæ elocatæ reddendus eſt.

ARTICVLVS TERTIVS. E

De quatuor excellentijs diuini amoris: & primo quàm inſatiabilis eſt amor Dei. Cap. 1.

Amoris inſatiabilitas, vide de amore et eius ꝓprietatib⁹ B. Augu. 14 de ciui. Dei c. 7. vide D. Thom. 3. ſcrip. diſt. 27. q. 1. articu. 2. Gab. lib. 2. diſt. 1. quęſt. 5.

PRima excellentia amoris eſt inſatiabilitas. Vltra nanque omnes virtutes inſatiabilis eſt amor Dei. Non enim ſatiari poteſt deſiderio, qui nõ niſi deſiderare concupiſcit, ſicut in perſona talis animæ ait, Pſal. Concupiuit anima mea deſiderare iuſtificationes tuas in omni tempore. Fames enim animę deſiderium eſt. Habetur etenim, ꝙ anima Deum amans non ſatiatur amore, quia Deus amor eſt: quem qui amat, amorẽ amat. Amare autem amorem circulus facit, vt nullus debeat eſſe finis, vel menſura amoris. Itaque hęc inſatiabilitas omnia vorat, quia ex copia facit inopiam, dum ex prægustatis delitijs Dei amplius in deſiderijs inardeſcit: quia & ſi dentur ad plenitudinem, nunquàm ad ſatietatem. Vnde Eccl. 24. Qui edunt me, adhuc eſurient. O immenſa charitas & pietas dulcedinis Dei, cũ te amare edere ſit: quomodo te amantem ſic reficis, vt magis eſuriant, cum repleti fuerint: niſi quia tu charitas infinita, ſimul G cibus es & eſuries? Qui te non guſtat, prorſus te eſurire neſcit: ad hoc enim cibas, vt eſurire facias. Vnde Lu. 1. ait Maria, Eſuriẽtes impleuit bonis. Nolo ammodo quęras, quæ ſint bona charitatis, cum illa profectò exiſtimem, de quibus. j. Corinth. 2. Oculus non vidit, abſque te, Deus: nec auris audiuit, nec in cor hominis aſcendit, quæ pręparauit Deus diligentibus ſe. Et idem Eſa. 64. Audis diligẽtibus præparata, vt dilectionis bona non ambigas. In hac enim repoſitę ſunt æternitatis delitię, rationis, ſuauitatis cęleſtis paradiſi. In hac ſunt pax, patientia, H lõganimitas, gaudium cum Spiritu ſancto. In hac deniq; eſt quicquid iucundum mẽti concipi poteſt, & vltra infinitum. Hoc inquàm dulciſſime amor præparaſti diligẽtibus te, ſed abſcondiſti timentibus te, donec iuxta illud. j. Ioã. 4. Charitas foras mittit timorem velantem: vt videre poſſit, quàm magna ſit multitudo dulcedinis tuæ, quæ & ſi repleat, nunquàm tamen ſatiat. Non audeo dicere illos, ſi qui ſunt ſecunda ſtola veſtitos. Obijcis forte illud Pſal. Satiabor cum apparuerit gloria tua, & illud Pſal. Ex adipe frumenti ſatiat te. Sed ſatietatem deſiderij abundantiam ibi notari noueris,

Obiectio.

Pſal.

A noueris, non deſiderij finem. Finis nanque deſiderij, ſatietas eſt. Qui vero ſemper eſuriunt, patet quòd ſatiati non ſunt. Sed vere beata eſuries, quę ſolum eſurit quod habet, & ſolum habet quod eſurit. Ex iam dictis perſuaſum volumus, ꝙ dulcedine diuini amoris in futuro non poterimus ſatiari, nec etiam in præſenti repleri. De hac impoſſibilitate ſemper ſit nobis ſolatium, nullum habere ſolatium. Patientiam quidem mihi & vobis omnibus opto, ſed impatiẽtes nos eſſe in hoc magis exopto.

Quòd fructuoſum eſt diligere Deum. *Cap.* 2.

B

Fructus amoris. Secunda excellentia eſt fructuoſitas. Fructificat enim homini bona temporalia, ſpiritualia & æternalia. Temporalia: *Primo.* vnde Prouer. 3. Honora Deum de tua ſubſtãtia, & de primitijs omnium frugum tuarum: & replebuntur horrea tua ſaturitate, & torcularia tua vino redundabunt. Et 11. c. ait idem. Alij diuidunt propria, & ditiores fiunt. *Secundo.* Secundo fructificat bona ſpiritualia. Nam qui habet charitatem, omnes virtutes habet. Cum enim charitas ſit vltima inter virtutes morales & theologicas, C quæ prius ſunt morales, ſcilicet prudentia, iuſtitia, fortitudo, & temperantia: deinde theologicæ, videlicet fides, ſpes, & charitas. Vnde j. Corint. 13. Maior autem horũ eſt charitas. Sic qui habet charitatem, habet omnes virtutes præcedentes: ſicut qui habet centum, habet decem vel viginti, & non e contra: eodem modo habens charitatem, habet omnes virtutes, quas qui poſſidet, omnia dona ſpiritualia tenet. *Tertio.* Tertio fructificat æternalia dona. Nam quodlibet opus ex charitate factum æterni regni meritorium eſt. O quotiens poſſemus lucrari D ęternum regnũ, ſi dilexerimus fratres. Ideo ad opera charitatis. j. Corinth. 16. hortatur Apoſt. dicẽs, Omnia opera veſtra in charitate fiant. Ius es, quod non minus eſt charitas omnia bona opera ſua facit, ſicut de ſe teſtatur Pſal. dicens, Particeps ego ſum omnium timentium te & cuſtodientium man*Auguſti.* data tua. Vnde Auguſt. Penſent inuidi quãtum bonum eſt charitas, quæ ſine labore noſtro aliena bona facit noſtra. Ex dictis patet, ꝙ qui habet charitatem, habet Deum, & omnia, quæ in ipſo ſunt. O charitas magna, & incõparabilis theſaurus Dei in agro cordis abſcõditus: pro qua emẽda vniuerſa vendenda ſunt, ſicut ait Dñs Matt. 13. O diues charitas, cũ qua omnis diues: ſine qua E nemo diues: quia qui non habet charitatẽ, nihil habet. O argumẽtatoria charitas, multæ filiæ cõgregauerũt diuitias: tu aũt ſupergreſſa es vniuerſas, vt dicit in fine Prouer.

Quòd leuis ars eſt diligere Deum. *Cap.* 3.

Tertia excellẽtia charitatis eſt leuitas. *Leuitas amoris.* Nihil leuius, q̃ diligere. Qui diligit, non laborat: nihil cõſtat vectura mercantiæ amoris, immo amor ſoluit oẽs expẽſas vecturæ cunctarum mercantiarũ atq; laborum. O q̃ leuis amor, qui cuncta leuia F reddit. Miraris quomodo ſit tã leuis mercantia amoris? Conſidera, quis eam portat. Voluntas nẽpe ipſa libera eſt, ipſa diligere pôt, ſola cũ amore ſata eſt, forinſeco adiutorio ab amore nõ eget, abſq; alterius operis adminiculo exerceri poteſt. Si enim ad diligendum diuitijs opus eſſet, iuſtam tũc excuſationem haberent pauperes. Si ſcientia neceſſaria foret, excuſari tunc poſſent ignorantes, a ſeruitijs ſe excuſarent ſimplices, à laboribus imbecilles. Sola enim libera voluntate impleri poteſt mandatũ amoris. Intra nos eſt, quod ad illud ſeruandum G neceſſarium eſt. Vnde præcipit Dominus Deuteron. 6. Diliges Dominum Deum tuũ ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota fortitudine tua. Vnde Lu. 10. additum eſt, & ex tota mente tua: vt cor referatur ad intentionem, mens ad cognitionẽ, anima autem ad affectionem: cum facultas adſit, qua deficiente, ſupplet quidẽ volũtas bona. Vides, quomodo omnia hęc neceſſaria ad amorem intra nos ſunt. Nõ igitur neceſſario eget, vt diligas ſulcare maria, & procelloſas confringere vndas, vel ſepulchrum Dominicũ petas, non linigas tranſH meare oras vel Syna mõtis cacumina ſcandas: non limina Petri quærens Italicas pertranſire patrias: nec montium aſcendere rupes, vt Iacobi extrema perquiras. Intra te voluntas, hanc quæritat amor, hanc vocat Dominus, Cantic. 5. Aperi mihi, ſoror mea, amica mea: eſt enim voluntas amica amoris, quæ per cõſenſum voluntatis aperit ipſi amori: hanc etiam pulſat Apocal. 3. Ego ſto ad oſtium voluntatis, ſcilicet dicit amor, & pulſo, ſcilicet alliciendo, inſpirando, prædicando, arguendo, increpando, caſtigando. Si quis audierit vocem meam, & aperuebit mihi, ſcilicet per conſenſum ianuam voluntatis: intrabo

ad

A ad eum, ſcilicet per gratiam charitatis. His igitur, in quos intrauerat ipſe amor, dicebat amor, Luc. 17. Regnum Dei intra vos eſt. Ecce quàm facilis eſt hæc ars amandi, quæ ſolum in voluntate eſt. Ideo Deutero. 30. Dominus ait: Mandatum hoc, quod tibi præcipio hodie, non ſuper te eſt, neque procul poſitum, neque in cœlo ſitum, ſed inte locus dilectionis. Ecce facilitas implendi, leuitas amandi, poſſibilitas implendi, ſeu obſeruandi: quam excuſationem de non diligendo habere poterimus fratres, Ideo confidenter ad hoc portabile pondus

Facilitas implendi diuina præcepta.

B hortatur Dominus, Matth. 11. dicens: Tollite iugum meum ſuper vos: iugum enim meum ſuaue eſt, & onus meum leue, &c. Onus, quod omnia onera leuia facis, & imples mandata. Vnde ad Rom. 13. Plenitudo legis dilectio. Tu ſola facis ſcandere ad ſuperna, Cant. 1. Recti diligunt te. Trahe me poſt te, curremus in odorem vnguentorum tuorum. Tu portas inferna: potius. n. vere diligens Deum vellet eſſe cum amore in inferno, quàm ſine amore in cœlo, ſecundum Hug. de arra ſponſæ. Vnde Cant. 8. Dura ſicut infernus æmulatio. Ecce igitur, quòd amor ſuper omnia leuis eſt, cum grauiſſima leuia reddit.

C

Quòd inſeparabiliter cum Deo vnit animan diuinus amor. Cap. 4.

Durabilitas eſt quarta excellētia amoris.

QVarta excellentia amoris eſt durabilitas. Adeo nempe eſt amoris glutinum tenax, vt non tantum iungere, quàm dicatur vnire. Tripliciter enim vnit vinculum charitatis, tibi ipſi, proximo, & Deo. Primo enim p amorem vnus efficitur, dum intra ſe recolligitur, reductiſq; affectibus a cunctis locis, quibus tenebantur captiui, ſolum vnum in

D commutabilem amat, nec amplius in diuerſa mutatur. Partitus nempe per amorem in plura, nunquàm ſibi reperitur & idem, ſed ſemper ſibi diſſimilis eſt: quia totiens variari cogitur, quotiens varietatem ſuſcipit illud, quod ab eo amatur: quia enim labenti innititur, neceſſarium eſt, vt cum labente labatur. Vnde j. Ioan. 2. Tranſit mundus, & concupiſcentia eius. Et 1. Corint. 7. Præterit enim figura huius mundi. Sic qui cum mundo per affectum currit, cum mundo in profundum ruit. Proximo enim per charitatem homo vnitur, dum non ſolum ſine querela, quantum in ipſo eſt, omnibus ſtudet affici: ſed etiam omnibus ſucceſſibus coaptari, gaudere cum gaudentibus, & flere cum flentibus, ſecundum Apoſtolum. E
Infirmari cum infirmantibus, & cum ſcandalizatis vri. Vnde Apoc. j. Socius in tribulatione, & regno. De hac vnitate, ait Pſal. Ecce quàm bonum, & quàm iucundũ, &c. *Pſal.*
Vnde Act. 4. Multitudinis credentium erat cor vnum, & anima vna, quando nec voluntatum varietas, nec actionum deformitas, nec marſupiorum proprietas amicos diuidebat: ſed firmiter aſtringebat charitas, & facile cohęrebat vnitas in Spiritu ſancto & in vinculo pacis Dei. Heu, heu, heu: vę, vę, vę mundo a ſcandalis. Vę nobis in inferiori ſeculo dilapſis, in quos fines, immo fęces ſeculorum deuenerunt: totus mũdus nunc verè in maligno poſitus eſt, omnes quærunt quæ ſua ſunt. In hoc nempe miſerabili æuo noſtro totam chriſtianitatẽ tanta diuiſione, tot ſciſſuris, totque fracturis diſperſam conſpicimus: vt vix vnus alteri cernatur conuenire in vnum, niſi fortè aduerſus Chriſtum, eius vbique apparent ſciſſuræ ciuitatis Dauid: intãtumq; inhiãt, vt iam vltimam ruinam omnino minẽtur. Fateor, hic tędet eſſe: exeamus hinc, & ad propoſitum redeamus: non enim de vitijs loqui loco hoc propoſitum eſt. Tertio Deũ homini, & hominem Deo charitas vnit, nõ ſolum illa ineffabili charitate, qua natura noſtra vnitur illi æterno verbo in vnitate perſonæ: ſed etiam illa, de qua ait Apoſtolus j. Corinth. 6. Qui adhæret Deo, vnus ſpiritus eſt. Profectò vnitas hæc charitas eſt, qua homo ſecundum cor Dei totis votis ſupernæ, & æternę voluntati conformis vnitur Deo glutino, quod nõ diſſipatur, & vinculo, quod non diſrumpitur. In his tamen, quæ ſic dico, nemo me exiſtimet cum illis ſentire, immo deſipere, qui charitatem ſemel habitam aſſerunt, vltra perdi nõ poſſe: quare ſi omnis qui habet charitatẽ perſeueranter adhæret, fruſtra diſcipulos ſuos dominus Ioan. 15. monuiſſet, dicens, Manete in dilectione mea: indubitanter oſtẽdens, charitatem ſponte deleri poſſe, non violenter auferri: offertur omni, aufertur nulli: vt nullus niſi ſuo vitio illa careat: eſt tamen charitas vinculum perfectionis, quo membra arctiſſimè ſibi inuicem hærent, & ſuo capiti per omnes iuncturas connectũtur in vnum corpus, in vno participio omnium bonorum, vt fidenter quilibet dicere valeat cum Pſalm. Particeps ego ſum omnium timentium te, & cuſtodientium man data tua. De hoc etenim dictũ putes. Eccl. 4.

Deploratio ſciſſuris Chriſtianos. F

G *Charitas eſt virtus vnitiua, & quo.*

H

Pſal. 118.

Funi-

A Funiculus triplex difficile rumpitur: triplex nanque dicitur: quia vt præfatus ſum, triplíciter ligat. Triplicem ſuniculum deſcribit Apoſtolus 1. Timot. 2. dicens, Finis præcepti eſt charitas de corde puro, & cóſcientia pura & recta, ſeu bona, & fide nõ ficta. Solum purum eſt cor, quod ad crimina mandata perfluere neſcit: nihil fędatur facilius corde mundanis expoſito: hoc ſolum continet charitas, ne fruſtra pateat: tũc verò fędatur, cum in crimina labitur. Conſciẽtiam verò bonam habet ad omnes, qui proximi bonum vt ſuum diligit. Si quo minus, conuincitur non habere illam, quæ
B non quærit quæ ſua ſunt. Fides autem non ficta ea eſt, quæ per dilectioné in bonis operibus exercetur: alioquin non ſolummodo fictam, ſed mortuam Iacobus dicere non videretur, ſeu vereretur. Et verè iſte funiculus difficilè rumpitur, quo Paulus vinctus ad Roma. 8. audenter ait, Quis nos ſeparabit a charitate Chriſti? &c. Validum profectò vinculum eſt, cui nulla violentia præualet, inſeparabiliter continens amantem cum amato, ſed validius erit in patria: quia vt dicitur 1. Corinth. 13. Charitas nũquam excidit. Nam ſi credendo & ſperando diligimus, quod non videmus, nec te-
C nemus: quanto ardentius eum diligemus, quem tunc videbimus, ſicuti eſt? vt dicitur 1. Io. 3. Cum quo nos regnare faciat amoroſus Ieſus Chriſtus, filius Dei: qui cum Patre, & Spiritu ſancto viuit & regnat per infinita ſecula ſeculorum, Amen.

FERIA TERTIA poſt Domin. in Quinquageſima.

De affectibus triplicis inflammati amoris, ſcilicet Dei ſui, & proximi, de quibus verum carniſpriuium celebratur. D

Sermo IIII.

Fides, ſpes, charitas, tria hæc: maior autem horum eſt charitas. ibi ſupra. Vrget iterum charitas de charitate nos loqui, vt quam in præcedenti ſermone tam gratam didicimus: de excellentia charitatis ex eadem diuino munere experiamur hodie vſque ad ſamelicam nauſeam crapulari. Et ad hoc hortatur Apo- E ſtolus in verbo præallegato, dicens: Fides, ſpes, charitas, tria hæc, vt ſupra. Quaſi dicere velit. Fides vtique atque ſpes ad Deũ cognoſcendum, & quærendum illuminant intellectum atque roborant facultatem: ſed maior horum eſt charitas, quæ inflammat & paſcit, immo depaſcit hominis voluntatem, & animam totam ſatiat, inebriat, atq; in Deum transformat. Hęc quidem amoris crapula nuncupatur, cum humanus ſpiritus tuus fiat tanquàm potens crapulatus a vino, ſcilicet diuini amoris. Crapula autem & ſpirituale carniſprinium celebrat mens bona ex triplici vero atq; feruenti amore. Primo amore Dei, ſecundo amore ſui, tertio amore proximi: de quibus amoribus propheta 132. Pſalm. qui in præſenti materia eſt aliud thema, inquit: Ecce quàm bonum, quo ad amorem Dei: & quam iucundum, quo ad amorem ſui: habitare fratres in vnum, quo ad amorem proximi.

Bonamẽs q̃uo celebrat ſpirituale carnis priuiũ.

ARTICVLVS PRIMVS.

De ſeptemplici flamma, ſeu ardenti affectu diuini amoris.

Primus amor feruens & ardens, quo mens humana repletur, eſt G amor Dei. Exercens enim ſe in ſacris meditationibus, & affectionibus ad obtinenda bona gratiarum, & virtutum, atque feruentis, & crapulantis amoris Dei: ſeptem affectibus inflammatis exerceri debet ad Deũ. Primus eſt amor ardentiſſimus, ſecundus eſt timor reuerentiſſimus, tertius eſt zelus conſtantiſſimus, quartus regeneratio magna, quintus laus immenſa, ſextus obedientia promptiſſima, ſeptimus delectatio, ſeu ſecuritas ebria.

De ſeptem gradibus, per quos ad amorem ardentiſſimum mens aſcendit. Ca. 1. H

Primus quidem inflammatus affectus amor ardentiſſimus nuncupatur, ad quem vtique conſequendum hortatur ſponſus dilectam ſponſam, Cant. 8. dicens: Pone me, vt ſignaculum ſuper cor tuum, & vt ſignaculum ſuper brachiũ tuum: quia fortis eſt vt mors dilectio: dura, ſicut infernus æmulatio. Lampades eius, lampades ignis atque flammarũ, aquæ multæ non potuerunt extinguere charitatem. In quibus verbis

Primus inflamatus affectus.

ſeptem

A ſeptem gradus charitatis per ordinem exprimuntur, quibus acquiritur hic ardentiſſimus amor Dei. Primus eſt meditatio, ſecundus imitatio, tertius ſeparatio, quartus æmulatio, quintus inflammatio, ſextus exemplatio, ſeptimus in ſuperatio. Primus quidem gradus perueniendi ad amorem ardentiſſimum Dei, eſt meditatio. Per hũc enim modum inflammabatur ſpiritus propheticus, cum dixit, In meditatione mea exardeſcet ignis. Et initium, per quod ad hoc aſcendit, alibi exprimit, dicens, Meditatio cordis mei in conſpectu tuo ſemper. Et hunc modum exprimit ſpõſus, cum ait, Pone me vt ſignaculum poſitum ſuper cor tuum. Quid per ſignaculum poſitum ſuper cor tuum, niſi meditatio ſponſi, per quam B arctiſſimè & amoroſiſſimè in corde ſponſæ eius meditatio eius memoria radicatur? Vnde ibidem gl. Solemus ſignum aliquod cum digito, vel brachio alligatum circumferre, quo admonemur, ꝙ illius rei memoriam frequentiorem volumus habere. In cuius myſterium Deutero. 6. ſcilicet de Dei præceptis ſcriptum eſt, Ligabis ea quaſi ſignum in manu tua, eruntq; & mouebuntur ante oculos tuos. Secundus gradus eſt imitatio, vt non ſolum dilecta ſponſa in interioribus cordis, ſed etiam in exterioribus verbis, & factis amantiſſimum imitetur C ſponſum. Vnde ſubdit, Et vt ſignaculum ſuper brachium tuum: per quod operamur virtutum opera, vt in eis Chriſti imitatio deſignatur. Quantus autem amoris feruor in hoc creſcat, manifeſtè oſtendit ſeraphica ipſa perfectio, ad quem per hanc Chriſti imitationem mens glorioſi Franciſci perducta eſt. Ideo in eius perſona Apoſtolus ad Gal. vlt. ait. Ego enim ſtigmata Domini Ieſu in corpore meo porto. Tertius gradus eſt ſeparatio, vt ſcilicet mens ab omni quod a ſponſo ſeparet, longetur. Vnde ſubdit, Quia fortis eſt vt mors dilectio. Mors D ſiquidem vno trifurcato ictu animam ſeparat a mundi habitatione, a ſuorum conuerſatione, atque a carnis vnione, ac per hoc ab omni paſſione huius ſeculi nequam. Sic amor Dei ab omnibus, quæ animam ſeparant a dilecto, omnino illam elongat. Quartus gradus eſt æmulatio, quia ſcilicet mẽs, iuxta Apoſtolum. j. Corinth. 13. ſemper æmulatur chariſmata meliora. Vnde ſponſus ait, Dura ſicut infernus æmulatio, ſcilicet eſſe debet. Sicut enim infernus nemini parcit, ſic amor in anima ſponſa Chriſti tanta dilectionis æmulatione obſequitur dilecto

Meditatio eſt primus gradus perueniendi ad amorẽ ardẽtiſſimũ

Secũdus.

Tertius.

Quartus.

ſponſo, vt nulli tempori, conditioni vel loco, perſonæ, infirmitati, ſeu cuiuſcunq; reſiſtentiæ parcat, quin omnia ſuperans innitatur dilecto ſuo. Quintus gradus eſt inflammatio. Ex præcedentibus ſiquidem nixus in Dei amore inflammatur, ideo ſponſus ait, Lampades eius, id eſt corda diuina charitate accenſa: lampades ignis, id eſt plena ſunt feruore dilectionis diuinæ. Lampas enim eſt vas clarum, intus habet oleũ & ignem. Oleum nutrit ignem, qui dicit feruorem. In lampade cor purum, in oleo deuotio, in ignis calore feruor deſiderij denotatur. Hoc igne ardebãt duo diſcipuli pergentes in Emaus: quia Lu. 24. dicebant, Nonne cor noſtrum ardens erat in nobis? Sed quid faciet in patria? Et iterum Pſalm. crapulatus & epulatus & ebriatus de ſe ait, Inflammatum eſt cor meum, & renes mei commutati ſunt: & ego ad nihilum redactus ſum. Sextus gradus ex exemplatio ad proximum propter Deum exhibita & mõſtrata. Vnde ſubditur, atque flammarum. In flammis ſiquidem luminoſi ſplendores ſanctæ & ædificatoriæ conuerſationis conuenientius denotantur, ſicut Matth. 5. Dominus ait, Sic luceat lux veſtra coram hominibus, vt videant veſtra opera bona, &c. Septimus gradus eſt inſuperatio, cum ſcilicet mens nullis aduerſitatibus ſuperatur. Vnde ſubdit, aquæ multæ non potuerunt extinguere charitatem. Per aquas enim tribulationum impetus deſignantur. Vnde Eſa. 8. Pro eo, ꝙ abiecerat populus iſte aquas Siloe, quæ vadunt cum ſilentio. Et ſequitur, Propter hoc ecce adducet Dominus ſuper eos aquas fluminis fortes & multas: regem Aſſyriorum & omnem gloriam eius. Hoc ſiquidem ignita anima, quia omnia ſuffert, domus eſt illa, de qua Matth. 7. quę ędificata eſt ſupra firmam petram, & deſcendit pluuia, & venerunt flumina, & flauerunt vẽti, & irruerunt in domum illam, & non cecidit: fundata enim erat ſupra petram. id eſt, Ieſum Chriſtum.

E

Quintus.

F

Sextus.

Septimus

G

H

De feruenti affectu filialis timoris ad Deum, qui omnes alios timores aſpernantur. Cap. 2.

SEcũdus quidem inflammatus affectus eſt timor reuerentiſſimus. Cum enim ſex dicantur eſſe timores. Primus naturalis, ſecundus humanus, tertius mundanus, quartus ſeruilis, quintus initialis, ſextus

Sex ſunt timores.

ſus

A ctus filialis vel caſtus. quinq; quidem priores renuit mens diuina dilectione ferueſcens, & in ſexto ſolummodo conquieſcit. Primò enim non timet timore naturali, licèt talis timor non ſit bonus vel malus, cū non ſit ſub libertate arbitrij conſtitutus. Et hoc timore ſolū habet timere hō timore ꝓpaſsionis, ſicut fecit Chriſtus. Vñ Mat. 14. cępit Ieſus tædere & pauere & hoc quantum ad propaſſionem, & Ideo dicit, cæpit. Secundò nō timet timore humano, qui potius elegit peccare, quàm pœnas in corpore tolerare. Vnde ad taliter timentem Eſa.

B 5. ait. Quis es tu, vt timeas ab homine mortali. Tertiò non timet timore mundano, qui potius elegit committere diuinam offenſionem, quàm perdere terrenam poſſeſſionem. Vnde Lu. 12. Nolite timere puſillus grex, quia complacuit patri veſtro dare vobis regnum. Quartò non timet timore ſeruili, quo ſcilicet timet pęna inferni, nec amatur diuina iuſtitia Vnde ad Ro. 8. Nō accepiſtis ſpiritum ſeruitutis iterum in timore. Quintò etiam non timet timore initiali, de quo Pſal. Initium ſapientiæ timor Domini, quia licet principaliter amet iuſtitia, tamen ſecundario timet pœnam. ſed

Pſal.

C ſicut. 1. Io. 4. ſcriptum eſt, Perfecta charitas foras mittit timorem ſcilicet initialem, & multa amplius præcedentes. Sextus eſt timor filialis ſeu caſtus. Filialis quidem ad patrem: caſtus verò ad ſponſam. Vnde Iob. 26. Columnę cœli contremiſcunt, & pauēt ad nutum eius. & hoc timore timet aīa feruens. Hic quidem tripliciter variatur, quia triplex eſt huiuſmodi timor Primus eſt ſeparationis, ſecundus offenſionis, tertius reuerentialis. Primus inquam eſt timor ſeparationis, quo ſponſa timet ſeparari a ſponſo. Vnde Eccl. 7. Qui timet Deū nihil negligit. ſ. ne ſeparetur a Deo. Secūdus eſt timor

Timor caſtus qui

D offenſionis, quo filialis amor in minimo timet offendere Deū. Vnde Salomon Pro. 8. Timor Dñi odit malū. ſ. ne offendat patrē. Tertius eſt reuerentialis. Vnde Eccl. 23. Nihil melius quàm timor Dei. His tribus timoribus inflammatur deſideriosus & ſuccenſus in amore affectus, atq; per eos ſentiens q̃ ſuauis eſt Dñs admirans, cum propheta clamat. Quā magna multitudo dulcedinis tuæ domine, quam abſcondiſti timentibus te. ſolus iſte timor in patria manebit. Vnde Pſal. Timor Domini ſanctus permanet in ſæculum ſæculi.

De feruenti affectu duplicis zeli: quo gloria Dei, & ſalus animarum ſollicite procuratur. Cap. 3. E

Tertius autem inflammatus affectus ē zelus conſtantiſſimus. Eſt enim zelus amor excandeſcens atque iraſcēs contra ea, quæ ſunt contraria ſuo amato, vel ſuo amori. Cū enim duplex ſit amor, ſcilicet Dei & ꝓximi, atq; in his duobus mandatis tota lex pendet, ſicut dicitur Matt. 22. Hinc eſt, ꝙ in quolibet inflammato affectu debet eſſe duplex zelus. Primus honoris, & gloriæ Dei, ſecundus ſalutis proximi. Pri- F mus zelus eſt honoris Dei, quo mēs ſancte iraſcitur & excandeſcit, ꝙ Deus non cognoſcitur, non diligitur non timetur, nec debitis officijs, nec ſeruicijs honoratur, exemplo Zelotis Hæliæ quæ. 3. Reg. 19. ait Zelo, Zelatus ſum pro Domino Deo exercituum quia dereliquerunt pactum Domini filij Iſrael ideſt populus Chriſtianus. Secūdus Zelus eſt ſalutis proximi. Vnde Pſ. zelus domus ideſt Eccleſiæ tuæ: comedit me ideſt, per ſollicitudinem attenuauit me. ſicut fecit Paulus, qui ad Cor. 11. de ſe ait. Præter illa, quæ extrinſecus ſunt, inſtantia mea quotidiana, quæ. ſ. nec vna hora remittitur, ſm̄ glo. ſollicitudo oīum Eccleſiarū. Quis infirmatur, & ego non infirmor? quis ſcandalizatur, & ego non vror? Item neceſſarium eſt per iſtum zelum mentem primò dirigere ad ſeipſam, atq; proſpicere, ſi in ſe vel a ſe ſeu ꝑ ſe facta ſin opa Dei honorē & damnun ſeu ſcandalū ꝓximiorū. Quæ cū cæperit a ſeipſa, tūc ex charitate in proximū dirigat. Et ne quis ēt in alios erret, notandū eſt ꝙ tūc zelus eſt diuinus, qñ cū feruore & atētione ſeu excandeſcētia ſuæ iræ eſt in Deū rectus, & ſm̄ Dei inſtinctū & beneplacitū menſuratus ita, ꝙ nō ſerē cōtra aliquē, niſi ꝑ Chriſto, atq; ſm̄ Deū, & ſolū ꝓ quāto ille eſt cōtrarius Deo. Multa tñ apparēt hominibꝰ debitā menſurā excedere, quæ ſunt mēſuratiſſima apud Deū. Econtra multi ſūt zeli mali ſub ſpem boni, Ioan. 12. de Iuda patet, qui pro ſalſo pauperum zelo contra Magdalenam ait, Quare hoc vngentum non venit trecentis denarijs & datum eſt egenis? Sed heu, quia iam venit tempus & nunc eſt, in quo non reperitur proprie, nec aliarum animarum zelum habens, nec de ſalute earum curet, vt verè iam dici poteſt, ꝙ zelus domus Dei comedit oēs zelatores ſuos: qa iam nullus ſupereſt zelans. Oēs enim quæ ſua ſunt quærunt

Zelus qd ſit Vid. Thom. 1. Cor. 14. & 1. 2. 9 28. ar. 4.

Zelus ſalutis proximi. G

A tatē tuā regete poſſum illam. Quintò gratias tibi ago immenſiſſime Dñe, pater miſericordiarũ, & Deus totius cōſolationis: qa dona mihi collata oēs meas gratiarũ actiones in infinitũ excedũt. Adiuua me tu ipſe, vt tibi dignas reddā gratias de omnibus beneficijs, quæ continue mihi facis, feciſti, & facturus es: perfectè recognoſcens humiliter & deuotè ſubijciar tuæ reuerendiſſimæ maieſtati in ſæcula ſæculorum.

De duplici laude, ſcilicet affirmatiua, & negatiua: qua inflammati affectus laudant creatorem. Cap. 5.

B

Quintus verò inflammatus affectus ē laus immenſa. Cũ.n. mens fuerit diuino amore ſuccenſa, tam dulcedine reperit Deum bonũ, vt nunquā velit ceſſare a laude eius. In cuius perſona ait Pſal. Bñdicam Dñm in omni tpe ſemp, &c. in oī tpe. i. tam in aduerſitate, q̃ in pſperitate. nō ſicut quidā, qui laudant Deũ in pſperitate. Vnde Pſ. Confitebitur tibi, cũ bñfeceris ei. Alij ipſum tm̃ laudāt in aduerſitate. Vnde Eſa. 26. Dñe in anguſtia requiſierūt te. In ſup addit, ſemp laus eius in ore meo. i. ſem per aliquid loquar, vel ſentiā, vel cogitabo, qđ referatur ad laudē ſummi Dei. Vñ Caſſio. Quicquid ex charitate, ex ſimplicitate, cæteriſq; virtutibus vel loquimur, vel mente geſtimus viuere: diuinis laudibus applicatur. Ipſius.n. eſt præconiũ, qui donat ore ac corde honeſta meditari. Duplici.n. laude principaliter inflammatus affectus laudat Deũ. Prima ē affirmatiua, ſecũda verò laus eſt negatiua. Prima aũt laude affirmatiua laudatur Deus, cum in eius laudem oīa bona ei appropriantur. & de hac tota ſcriptura referta eſt. & hmōi laude vſi ſunt vt plurimũ oēs iuſti. Nā laudant illũ de iuſtitia & fortitudine. Vnde Pſal. Deus iudex iuſtus, fortis & patiens, & longanimis. Laudant illum de magnitudine. Vnde idē ait, Magnus Dñs, & laudabilis nimis &c. Dicunt etiam illum bonum. Vnde Pſal. Laudate Dominũ, quoniam bonus eſt. Et alibi: Bonus es tu, & in bonitate tua doce me &c. Dicunt eũ ſapientem. Vnde idem, ſapientiæ eius nō erit numerus. Nominant illum amorē vel charitatem 1. Ioan. 4. Deus charitas eſt. Nominant illum pacem. Vnde In pace in idipſum &c. Nominat ſe viam, veritatem, & vitam, Ioan. 14. c. Ego ſum via, veritas, & vita. Nominant illum pulchrum. 1. Petr. 1. In quem deſiderant Angeli proſpicere. Nominant illum miſericordem. Vnde Pſal. Miſerator & miſericors Dominus. Nominant illum lumen, Pſal. In lumine tuo videbimus lumen. Nominant eum ſuauem, Pſal. Guſtate & videte, quoniam ſuauis eſt Dominus. Et cætera multa conſimilia per laudem affirmatiuam Deo appropriantur in gloria nominis ſui. Secunda eſt laus negatiua. Licèt autem laudare modus ſit Deo glorioſus & dignus: eſt tamen ſecundus laudabilis modus, ſcilicet negatiuus: eſt ablatiuus, ſicut faciunt ſculpentes per modum prædictum incomprabiliter dinoſcitur ſuperare. Et per nunc modum in ampliorem laudem Dei illa negant, quæ prius de Deo affirmabantur. Vnde Abbas Vercellenſi ſuper. 3. cap. de myſtica theologia, de vtraque laude ait, quòd affirmatiua fit per deſenſus a ſuperioribus ad extremā: negatiua verò e contra ab inferioribus ad ſupiora ſeu ad principaliora. Quando autem fit deſcenſus a ſuperioribus ad extrema, affirmatio parit dilationem, ſiue verborum multiplicationem. Sic econuerſo aſcenſus ab inferioribus ad principaliora negando generat contractionem. Hoc autem ideo contingit, quia ibi de notioribus ad magis nota deſcendimus: hic verò de cognitis ad incognita negatiuè aſcendimus. Vnde ibi multiplicatio, hic autem ſermonis reſtrictio generatur. At vbi aſcendendo omnia fuerint negata; & negata cuncta fuerint aſcenſa: iam nō eſt niſi vt ſermo ſileat, ſicut a diuina ineffabilitate conuictus. Verbi gratia, cum mens illuminata ardenti corde ad ſublimia Dei contemplanda ſuſtollitur: tanto Dei lumine illuſtratur ad cognoſcendum quid ſit ipſe Deus, & quicquid prius de Deo affirmauerat, nunc negat, tantam intelligit diſtantiam ipſius Dei ab eo, quod dici poteſt de ipſo Deo vel nominari, vel cogitari poteſt ipſe Deus. Nam ſi nominat illum magnum, nomen ei apparet paruum. Si iuſtum, nomen ei videtur iniuſtum. Si fortem, nomen debile penſat. Si bonum, nomen ei videtur malum. Si ſapientiam, æſtimatur ſtultitiam. Si amorem & charitatem, ſonat illi nomen iniquitatis. Si pacem, nomen ei apparet guerræ. Si via veritas & vita dicatur: videtur ei nomen de uium & falſum, atq; mortale. Si pulchrũ apparet ei deforme. Si miſericordem, ſonat ei crudelitatem. Si lumen, nomen videtur ei obſcurũ. Si ſuaue, nomen ei videtur amarum, & ſic de conſimilibus: quia ad lon-

Margin notes: Pſal. — Ibid. — C — *Laude affirmatiua Laudatur Deus, & quomodo* — D — E — *Pſal.* — *Laus negatiua.* — F — *Abbas iſte Vercellenſis, vt dicunt fecit praceptor D. Antonij de Padua.* — G — H

A **Articvlvs Secvndvs.**

De ſeptemplici affectu ardentis amoris ad ſeipſum.

SEcũdus vero principalis amor inflammat hominem ad bene diligendum ſe ipſum. Et hic etiam ſeptemplici feruet affectu. Primus eſt affectus pudoris, ſecundus doloris, tertius horroris, quartus rigoris, quintus iræ implacabilis, ſextus vigoris, ſeptimus eſt affectus diſcretionis.

B *Quòd ex pudoroſo affectu, propter ſua peccata confunditur anima propter tria. Cap. 1.*

Confunditur aĩa ex affectu ꝓpter peccata ſua.

QVicunque vero cõcupiſcit ſemetipſum diligere debet. Primo ſe exercere in affectu pudoris, quo ſcilicet totus de vitijs ſuis atque defectibus confundatur & erubeſcat: & maximè conſiderando circa peccata, tria. Primò magnitudinem, ſecundo multitudinem, tertio turpitudinem. Primo conſideret peccatorum magnitudinem, & corde contrito & humiliato ad Deum clamet cũ C filio prodigo, Lu. 15. Pater, peccaui in cęlũ & coram te, iam non ſum dignus vocari filius tuus: fac me ſicut vnum de mercenarijs tuis. Secũdo ſuorum peccatorum multitudinem conſideret, ac cum Pſal. dicat, Iniquitates meæ ſupergreſſę ſunt caput meum, &c. & cum Manaſſe pœnitente. 2. Paralip. vlt. doleat dicens, Peccaui ſuper numerum arenæ maris: multiplicatæ ſunt iniquitates meæ. Atque cum publicano, Lu. 18. miſericordiam poſcat dicens, Deus propitius eſto mihi peccatori. Tertio conſideret ſuorum peccatorum turpitudinem, D atque ad ſeipſam increpatiuè anima dicat illud propheticum. Filia Babylonis miſera. Et illud Eſa. 23. Sume cytharam & circui ciuitatem, meretrix obliuioni tradita. Et Hierem. 2. Quam vilis facta es nimis iterans vias tuas.

Ex dolore culparum cruciatur anima propter tria. Cap. 2.

Aĩa cruciatur affectu doloris.

SEcundus eſt affectus doloris, vt ſ. anima peccata ſua Dei offenſiua, & ſuipſius maculatiua, acutiſſimo dolore plãgat. Et hoc propter tria, & ex ſuis culpis. Primo meruit gehennam, ſecundo amiſit vitam æternam, tertio incurrit diuinam E offenſam. Primo enim dolere debet, quòd meruit gehennam, cuius tormenta conſiderans, & illa mereri conſpiciens, ac quaſi illa ex vehementi illuminatione pęnitentia cernens, cum Pſalm. dicat, Dolores inferni circundederunt me. Secundo dolebit, quia amiſit vitam æternam, quam mens infinitis delitijs plenam eſſe conſiderans, atq; finem habere non conſpiciens, pro eius amiſſione perpetuo lamentari proponens cum Hierem. 15. dicat, Factus eſt dolor meus perpetuus. Et cum eodem 30. Inſatiabilis dolor meus, ſcilicet propter magnitudinem damni. Tertio dolere debet, quia incurrit F diuinam offenſam, exemplo Dauid, qui ait in Pſal. Fuerunt mihi lacrymæ meæ panes die ac nocte, &c. Talis inquàm anima plorat, quaſi altera Magdalena ad pedes Ieſu, clamans cum propheta, Miſerere mei Deus, &c. quem tanta malignitate offendi. Ploret hæc anima, quia olim amiſit Deum, ſed amplius, ꝙ Deus amiſit eam.

Quòd triplici affectuoſo ſenſu venit anima in ſuijpſius horrorem. Cap. 3.

TErtius eſt affectus horroris, quo ſcilicet homo propter odium ſui ſeipſum ſanctiſſimè horret. De quo G quidem odio & horrore, Ioan. 12. Dominus ait, Qui odit animam ſuam in hoc mundo, in vitam æternam cuſtodit eam. Talis autem horroris affectus originem habet ex ſenſu propriæ nihileitatis: quia verus ſui amor in homine operatur, ꝙ nihil ſe eſſe intelligit a ſeipſo, & nihil boni facere per ſeipſum, atq; in nihilum tendere ꝑ ſeipſum. Vnde Iob 30. Redactus ſum ad nihilum, & abſtulit quaſi ventus, ſ. Spiritusſancti deſiderium meum, i. quod videbatur mihi videre. Vnde Pſal. Inflammatum eſt cor H meum, ſ. ad amorem mei, & renes mei cõmutati ſunt, ſ. ad horrorem mei, ego ad nihilum redactus ſum, & neſciui, ſ. aliquid boni in me eſſe. Vnde Gregor. Solum ſancti bona ſua non vident, quæ alijs videnda præbent. Secundo habet originem ex ſenſu propriæ iniquitatis, cum ſentiat ſe offendiſſe creatorem ſuum, & per conſequens omnes alias creaturas. Vnde Greg. Offenſo creatore, offenditur omnis creatura. Sẽtit etiam infinitam ſuam offenſam ratione infiniti Dei, qui ab eo offenſus eſt. Tertio habet originem ex ſenſu propriæ humilitatis. Vnde Anſelmus in lib. de ſi- *Pſal.*

A militudinibus, ſeptẽ ponit humilitatis gradus. Primus eſt ſe contemptibilem, & peccatorem eſſe cognoſcere, ſecundus ita affectualiter ſentire, tertius homo alijs confiteri, quartus hoc velle credi, quintus velle ita dici, ſextus exultare & lętari vilẽ, & peccatorem dici, ſeptimus eſt quòd amet & gaudeat, ſe velut contemptibiliter conculcari & contemptibiliter tractari. Ad hoc etiam addi poteſt, quòd vt homo efficacius fiat huiuſmodi ſe verbis & factis & geſtibus cordialiter vilipendit. Prædicti autem gradus ſecundum quòd magis deſcendunt, maiorem horrorem in anima indicant.

Humilitatis gradus ſept.

B

Triplici rigore vtitur rigoroſus affectus contra omnes occaſiones diuinarum offenſionum. Cap. 4.

QVartus eſt effectus rigoris, quomodo .ſ. homo ſeueriſſimè & aſperrime corpus ſuum maceret, & macerari appetat, tanquam peccato fędatum: immo tanquam latrinam & ſentinam omnium fęditatum. Triplici namque rigore vtitur hic affectus. Primus eſt contra cogitationes, ſecundus eſt contra locutiones, tertius contra operationes. Primo

Triplex affectus.

C enim rigore vtitur contra cogitationes deuiantes à via Dei, ſiue ſint eleuantes per ſuperbiam, ſiue inficientes per luxuriam, ſiue demergẽtes per auaritiã. Contra huiuſmodi cogitationes homo peruigil & ſenſatus in vigore comprimit primos mot⁹, ne paulatim in animam ad interitum ſerpant, iuxta conſilium prophetæ dicentis. Beatus qui tenebit ſcilicet in rigore mentem, per illicita diſcurrentem, & allidet paruulos ſuos. id eſt, primos motus inſurgentes ad petram, qui eſt Chriſtus Ieſus. Secundo rigore vtitur contra locutiones ſcilicet ne tacenda dicat, & econuerſo. Vnde cum propheta ait: Dixi, cuſtodiam vias meas, vt non delinquam in lingua mea. Poſui ori meo cuſtodiam, cũ conſiſteret peccator aduerſum me. Nouit enim quòd Salomon Prouerb. 21. ait: Qui cuſtodit os ſuum & linguam ſuam, cuſtodit ab anguſtijs animam ſuam. Sed Eccle. 22. conſiderans quàm difficile ſit cuſtodire linguã ait: Quis dabit ori meo cuſtodiam & ſuper labia mea ſignaculum certum, vt nõ cadam in ipſis & lingua mea perdat me? Et propheta intelligens hoc eſſe donum ſingulare diuinitus datum, ait in Pſal. Pone Domine cuſtodiam ori meo, & oſtium circunſtantię. Oſtium circunſtantię

Pſalm.

D

Ibidem.

dicit; non dicit murum; vt per oſtium circunſtantiæ comprehendatur quòd eſt tempus loquendi & tempus tacendi, vt Eccle. 3. Murus autem labijs poneretur, quando quacumque neceſſitate, ſeu vtilitate cogente, homo diſpoſitus eſſet nequaquam loqui. Sed verè, vt dicitur Iacob. 3. ſi quis in verbo non offendit vel loquendo tacendum, vel tacendo loquendum, vere hic eſt perfectus vir. Tertiò talis affectus vtitur rigore cõtra operationes, & maxime ne per illicita vagentur corporei ſenſus, per quos ad animam interitus ingredi ſolet. Vnde Hiere. 9. Aſcendit mors per feneſtras noſtras. Hęc Apoſtolus timens dicit. 1. Cor. 9. Caſtigo corpus meum. ideſt, corporeos ſenſus: & in ſeruitutem redigo, ſcilicet per hunc rigorem: ne forte cum alijs prædicauerim, ipſe reprobus efficiar.

E

F

De triplici ſancta ira per zelum accenſa contra noſtras tres impietates. Cap. 5.

QVintus eſt affectus iræ implacabilis & ſanctæ turbationis. Vnde duplex eſt ira, ſecundum gregis in fine libri quinti moralium. prima eſt, quæ fit per vitium, & talis extinguit oculũ intellectus. Vnde Iob. 5. Virum ſtultum interficit iracundia. Secunda eſt ira, quæ fit per zelum, & hæc illuminat oculum, ſed ad tempus turbat, ſicut collirium, vt tamen limpidiorem reddat. Et hac turbatione turbatus eſt Iob. 17. qui de ſe ait. Caligauit oculus meus ad indignationem aliter ab indignatione oculus meus. Vnde illud, Iraſcimini & nolite peccare. Iraſcimini inquam vobiſmetipſis propter peccata veſtra, & amplius nolite peccare. Contra tria ſiquidem debet accendi ira & indignatio iſta. Primò contra commiſſas offenſiones, ſecundò cõtra malas inclinationes, tertiò contra impias radicationes. Primò debet accendi hęc ira contra commiſſas offenſiones, ideſt cõtra propria peccata. Vnde de viro iuſto taliter iraſcenti ait propheta. Ira ſcilicet iſta ſancta in indignatione eius ſcilicet contra ſuas offenſiones: & vita ſcilicet gratię in voluntate eius, ideſt omnino iraſcitur contra vitia ſua, ne gratiam Dei perdat. Secundò iraſcendum eſt contra malas inclinationes, & dicat illud Eſa. 14. Perdam Babylonis nomen & reliquias, ideſt opera mala & progeniem & germen & omnes impias inclinationes. Tertiò eſt iraſcendum contra impias

G

Duplex ira.

H

Quomodo debet accendi ira.

A pias radicationes. Radices autem cunctarũ offenſionum quatuor ſunt, affectus ſcilicet gaudium, & dolor, ſpes & timor. Qui cum ſpreto Deo terrenis inhęrẽt, cauſa ſunt om nium peccatorum contra quos, cum traſci torijs inclinantur, rationalis ſpiritus iraſci debet, ſecundum quod Prouerb. 16. myſti cè dicitur. Indignatio regis, id eſt regentis ratione nuntij mortis, id eſt quatuor prædi cti affectus cauſa ſunt, quòd rationibilis iraſcitur intellectus & indignatur.

B *De triplici affectuoſo vigore, per quem homo exercitatur in omni opere bono,*
Cap. 6.

SExtus autem eſt affectus vigoris, per quem humanus affectus fit peruigil ac ſtrenuus & virilis ad oẽ opus bonũ. Per talem aũt vigorem tria viriliter & ſtrenue tenẽtur, & vigilanter exercitanť in nobis. Et primò omnes potentiæ, ſecũdò om nes humani ſenſus, tertiò omnes humani, & virtuoſi actus. De primo autem omnes potentiæ animæ ſcilicet intellectus, voluntas, & memoria. Nam per talem vigorem intellectus vigilantur, & ſtrenue in operib° C fidei captiuatur. Vnde 2. Corint. 10. In capti uitatem redigentes omnem intellectum in obſequium Chriſti. Voluntas verò ſtrenuè in dilectione Dei & proximi negociatur, iuxta illud Cantic. 8. Si dederit homo omnem ſubſtantiam domus ſuæ pro dilectione, quaſi nihil deſpiciet eam. Memoria vero ad expectãdum ęterna pręmia motu bo norum operum ſubleuatur. Vnde Eſa. 40. Qui ſperant in domino, mutabunt fortitu dinem, cuius mutationis Sap. 3. aſſignatur ratio cum dicitur, Spes immortalitate plena eſt. Secundò per hunc affectum vigoris D viriliter, ſtrenue peruigiles tenẽtur & exer citantur virtuoſe in nobis omnes humani ſenſus, ſ. tam corporales, q̃ ẽt ſpirituales. Et primo ſenſus corporales, ſicut cernendo oculis pulchritudinem creaturarũ, illã mẽs referat in creatorẽ oium, & ſic de alijs ſen ſibus corporalibus. Secũdò amplius idem fiat de ſpiritualibus ſenſibus, guſtus & viſus in Domino delectetur. Vnde propheta. Guſtate & videte, quoniam ſuauis eſt Domin° &c. auditus ad Dominum eleuetur, exemplo prophetæ dicẽtis. Audiam, quid loqua tur in me Dominus Deus: quoniam loque tur pacem in plebem ſuam. Odoratus cum omnibus viribus ſuis cum ſponſa ad ſponſum dicat; Cant. 1. Trahe me poſt te. Ta- E ctus que ſuauiſſime adhęrens Deo atque vnus ſpiritus factus cum eo, cum propheta decantet, Mihi autem adhęrere Deo bonũ eſt, ponere in Domino Deo ſpem meam. Tertiò per hunc affectum vigoris peruigil, virilis & ſtrenuus fiat homo ad omnes hu manos & virtuoſos actus, iuxta conſilium Eccle. 31. dicentis: In omnibus operibus tuis eſt velox, & omnis infirmitas, ſcilicet tam mentis & corporis, non occurret tibi. Vnde ad Roma. 12. ſollicitudine non pigri, ſpiritu feruentes Domino ſeruientes.

Tripliciter exercitamur in omni opere bono.

F

De triplici affectuoſa diſcretione, per quam regulatur omnis humana vita.
Cap. 7.

SEptimus autem eſt affectus diſcretionis, per quem omnia præcedentia, & quęcunque alia diriguntur & moderantur, vt ſcilicet in omnibus diſcretiſſimè ſeruet homo menſuram per modum interminium: & non ſatis, nihilque in eo ſuperfluum vel defectiuum, nec plus quàm debet, aut minus quàm debet. In tribus debet homo eſſe diſcretus, primo in contem G platione, ſecundò in deuotione, tertio in actione ſeu exercitatione. Primò inquàm erit homo diſcretus in contemplatione. Hac enim diſcretione debemus contempla tioni inſiſtere & vacare: vt licet propter ip ſius contemplationis gratiam quandoque actionem bonam interrumpamus, propter ipſam tamẽ actionem bonam ſeu actiuam vitam mens fundetur in humilitate, & per contemplatiuam accendetur in charitate. Actiua illuminat ad cognitionem ſui, contemplatiua verò ad cognitionem Dei. Prima eſt lęua Dei, ſecunda eſt dextera Dei. H Vnde Canti. 2. ait ſponſa. Leua eius ſub ca pite meo: & dextera illius amplexabiť me. Secundò debet homo eſſe diſcretus in deuotione, vt ſcilicet deuotione qua ad Deum afficimur, non omnino amputemus actionem bonam, qua ſecundum Deum & proximum obligamur. In myſterium aũt duarum præfatarum diſcretionum dicitur Leuiticus. 1. quòd ſiue pulli columbæ, ſiue turtures Deo offerebantur, debebant immolari retorto ad aſcellas capite, & ſic abru pto vulneris loco prohibebatur caput a cor pore ſeparari. Quid enim per pullos colũ bæ niſi diuinæ ac mundæ contemplationis opera, calore diuinæ dilectionis feruentia

De triplici affectu diſcretionis.

In tribus dẽt hõ eẽ diſcretus.

A deſignantur? Hi ſiquidem bini offerri iubentur, quia dilectio Dei, & proximi in contemplatione vera perficitur. Quid per turtures gemitum pro cantu habentes, niſi diuinæ dilectionis opera, quæ deuotam mentem iugiter in gemitum excitant, conuenienter deſignātur? Hęc ſiquidem aſcellas actionum bonarum loco & tempore reſpicere debent, ne ſcilicet abſque fundamēto humilitatis, quod ex virtuoſis actionibus generatur: ſublime contemplationis ruat ædificium. Tunc etiam caput a corpore non diuiditur, cum mens contemplatiua ab omni actionis propoſito minimè

B ſeparatur. Tertio debet homo eſſe diſcretus in miniſtratione ſeu actione, cum ſcilicet opus actiuæ vitæ miniſtratur proximo propter Deum: Cui ſiquidem per diſcretionem, ſic etiam inſeruire debemus, ne diuinæ contemplationis opus totaliter deſeramus. Nam faciliter errat actio, quam non dirigit diuina contemplatio. Debet enim mens humana per deuotam contemplationem a Deo addiſcere, qualiter per bonam actionem propter Deum debeat proximo diſpenſare. In cuius myſterium præceptum eſt non ſolum ſabbata cuſtodi-

Det hō eſſe diſcretus.

C re, verum etiam decimas omnium propter Deum impendere. Sabbatum enim Deo ſanctificat, qui per mentis quietem ad Deū contemplandum vacat: ſed decimas omnium propter Deum impendit, qui in bonis actionibus ſuis, quas proximo facit, gloriam Dei quaſi principalem finem attendit.

Articvlvs Tertivs.

De ſeptemplici affectu ardentis amoris ad proximum ſuum.

D TErtius vero principalis amor inflammat affectum ad Deum diligendum. Deinde proximum, atque alio ſeptiformi affectu feruens ſe exercere ad eum debet. Primus affectus eſt piæ compaſſionis, ſecundus eſt dulcis congratulationis, tertius eſt tranquillæ ſupportationis, quartus eſt benignæ conuerſationis, quintus eſt humilis honorationis, ſextus eſt cordialis vnionis, ſeptimus eſt affectus Chriſtiformis ꝑ omnibus oblationis, & paſſionis.

Affectus ſeptem ardentis amoris.

De triplici affectuoſa compaſſione erga omnes proximi paſſiones Cap. I. E

PRimus inquam eſt affectus piæ cōpaſſionis, quo. ſ. mens ita ſentit aliorum mala & incommoda, ſicut ſua: tribus generibus afflictionum cōpatitur hic affectus. Primo ſpiritualibus, ſecundo corporalibus, tertio tēporalibus. Primo inquàm compatitur affectus piæ compaſſionis ſpiritualibus afflictionibus, exemplo Dauid dicentis, Infirmata eſt in paupertate virtus mea, ſ. per cordialem compaſſionem. Vocat autem paupertatem defectum virtutum, & maximè F charitatis: quia per eas cęleſtis gloria comparatur, cum ſecundum quantitatem dilectionis, meriti quantitas recompenſetur. O quanta cōpaſſione dignus eſt nunc ferè totus mundus, conſiderata in quolibet ſtatu paupertate diuinæ cognitionis, dilectionis, & timoris. Quis non debet per cōpaſſionē cū Apoſtolo infirmari, qui de ſe ait, 2. Cor. 11. Quis infirmaſ, & ego nō infirmor? &c. Ex hac autem compaſſione lachrymatus eſt Ieſus, Lu. 19. qui videns ciuitatem, i. animā peccatricem, fleuit ſuper illam, dicens: Si cognouiſſes & tu, &c. Secundo compatitur hic affectus afflictionibus corporalibus, G exemplo illorum, qui 10. ad Hebr. ab Apoſtolo de compaſſione commendantur, cum ait, vinctis cōpaſſi eſtis. Et j. Cor. 12. Apoſt. ad hoc exemplum inducens de corpore dicit: Si quid patitur vnum membrum, compatiuntur ei omnia membra. Tertio cōpatitur hic affectus afflictionibus temporalibus, & maximè exterminijs & deſtructionibus patriarum, quæ ex guerris & diuiſionibus venire ſolent, exemplo Nehemiæ, qui Nehemiæ. 2. ait. Quare nō mœreat vultus meus, quia ciuitas domus ſepulchrorū patris mei deſerta, & portæ eius combuſtæ H igni? Similiter compatiendum eſt alijs afflictionibus temporalibus particularium perſonarum, exemplo ſanctiſſimi Iob, qui hoc particulari affectu commotus, in 30. c. de ſe ait, Compatiebatur anima mea pauperi. Hunc autem pietatis affectum melius exercere poteſt abrenuncians omni proprietati, q̄ quilibet alius. Hinc Frāciſcus ait. Quanto quis pauperior eſt, tanto liberalior eſſe poteſt, ſi hanc habeat voluntatem. Nam illi voluntas pro facto reputatur reſpectu omnium, quibus compatitur: & ſi haberet, ēt ſubueniret. Sed diues omnibus ſubuenire non poteſt: quia ad hoc nō ſufficit ſubſtātia eius.

Triplici genere afflictionū cōpatitur affectus.

Affectus pietatis.

A eius. Nec quandiu aliquid habet voluntas
eius, poteſt reputari pro facto, quod eſt
contra errantes dicentes, abrenunciationē
omnium proprietatis non poſſe dici virtu-
tis aliquid: quia nihil habere vitioſum eſſe
dicunt, non intelligentes, ꝙ morales me-
dietates vtiq; ſunt in aīa, non in rebus. Hoc
ſentit Bonauent. in ſuis illuminationibus,
viſione j. & Colloſſ. 2. Ad tantam denique
compaſſionē viros perfectos perducit hic
pietatis affectus, vt in omnes miſerias ho-
minium transformati, ita per amorem com
patiãtur eis, ꝙ magis deſiderant eas pati, q̄
cõpati. Oritur autē hic primus piæ cõpaſ-
B ſionis affectus ex cognitione, quam habet
homo de ipſo pijſſimo ac miſericordiſſimo
Deo, dum ſentit ſuper ſe effundi multitudi-
nem miſerationum ſuarum: ne hoc quoque
ſibi intelligit fieri ex neceſſitate ſeu coactè,
ſed voluntariè ad ſuum principium, vbicun
que ſentiat illud, naturaliter inclinatur, ſiue
ſit illud principium ſpirituale, ſicut pater
ſpiritualis: ſiue ſit illud principium corpo-
rale, ſicut patria propria, & Dominium ſuæ
patriæ naturalis. Et talis pietatis affectus,
eſt propriè virtuoſus. Hinc eſt, ꝙ magis in-
clinamur compati, vel ſubuenire homini-
bus, q̄ beſtijs: quia in eis ſentimus vnum
principium commune nobiſcum; non ſo-
C lum primum, ſ. ipſum Deum, ſed etiã pro-
pinquum, ſ. patrem noſtrum Adam quàm
et Deum principium ſentimus in eis, non
poſſumus nō compati eis, quando patiun-
tur præter ordinem inſtitutum de eis a ſuo
principio Deo, vt ſi videam agnum interfi-
ci, vt detur canibus, vel vt edatur a lupo:
ſed cum patiuntur ſecundum ordinem in-
ſtitutum a Deo communiter, non compa-
timur eis, vt ſi agnus occidatur vt comeda-
tur ab homine. Secundum autem pietatem
magis illis hominibus inclinamur, qui no-
bis ab vno principio proximo propinqui
D ſunt, vt fratribus noſtris qui ſunt ab vno
carnali patre, vel ſpirituali, ſicut ſunt fratres
vnius ordinis ſeu religionis: Et ſimiliter de
patre tēporali, vt ſunt de vna ciuitate con-
ciues. Et hic eſt ille pietatis affectus, ſm quē
Sancti quidam compaſſi dicuntur et irra-
tionalibus creaturis, ſicut beatus Frãciſcus
agnis, ouibus, volucribus, immo quoq; in-
ſenſibilibus, atq; vocaſſe huiuſmodi fratres
ſuos: quia ſpeculabatur huiuſmodi creatu-
ras ſecũ ab eodē principio emanaſſe: & ex
hac conſideratione cõpatiebatur, & hono-
rabat eas: vel potius in eis Deum, qui eſt
principium cõmune omnium creaturarũ.

De triplici congratulatione affectuoſa erga E
omnem proximorum felicitatem.
Cap. 2.

SEcundus eſt affectus dulcis congratu-
lationis, quo. ſ. homo de aliorum bono
lætatur, ſicut de ſuo. Quod quidem tri *Cõgratulatio triplex.*
pliciter habet fieri, ſecundum ꝙ triplex cõ-
gratulatio cõſiderari poteſt. Prima eſt cor-
dis, ſecunda eſt operis, tertia eſt oris. Pri- *Prima.*
ma congratulatio eſt cordis, qua. ſ. homo
lętatur de aliorum profectu, ſiue ſpirituali,
ſiue etiam temporali, iuxta quod Apoſt. ad
Rom. 12. nos hortatur, dicens. Gaudete cũ
gaudentibus. Quod quidem experimento F
intelligens beatus Frãciſcus dicere aſſole-
bat, ꝙ qui gratulatur de alterius bonis, ac
ſi eſſent ſua, ſine ſuo periculo vel labore, &
cum maximi meriti augmento delectatur
de illis bonis: quod quidem verè eſt cum
gaudentibus gaudere. Vnde ſi quis lætatur
de imperio, quod obtinet Imperator, tan-
quàm ſi eſſet ſuum, & gaudium atque bene
gubernandi imperium, meritum habet, &
culpam vel laborem ſeu periculum nullum
habet: ſimiliter eſt de Papatu, & ſic de alijs
bonis. Secunda congratulatio eſt oris; vt *Secunda.*
quod feruens affectus amoris interius ſen-
tit loco & tempore, exterius promit, teſte
Domino Matt. 12. Bonus de bono theſau- G
ro cordis ſui profert bona. Quod obſer-
uans Moyſes Num. 11. cum Ioſue ægrè fer-
ret, quòd Eldab, & Medab in populo pro-
phetauerunt, inquit ad eum, Quid igitur
æmularis pro me? Quis mihi tribuat, vt
omnis populus prophetet, & det eis ſpiri-
tum ſuum Deus? Vnde Lu. j. quòd audie-
runt vicini, & cognati Eliſabeth, quia ma-
gnificauit Dominus facere miſericordiam
ſuam cum illa, & congratulabantur ei. Ter-
tia eſt congratulatio operis, quãdo per ope *Tertia.*
ra ſiue ſigna geſtus interior de bono com-
placentia demonſtratur, ſicut Tob. 11. fe- H
cerunt Achior & Nabach conſobrini To-
biæ, qui venerunt gaudentes, & congratu-
lantes ei de omnibus bonis, quæ circa il-
lum oſtenderat Deus, & per ſeptem dies
epulantes cum gaudio magno, gauiſi ſunt.
Ad hoc etiam ponit exemplum Apoſtolus
1. Corinthio. 14. de humano corpore, di-
cens: Si gloriatur vnum membrum,
congaudent ei omnia membra:
ſumus enim nos inuicem
membra, ſicut idem
ait ad Ephe-
ſios 4.

Per

A *Per triplicem ſupportationem, ſeu dimiſſionem affectuoſam, homo cum omnibus pacificè conuerſatur.*

Cap. 3.

TErtius eſt affectus tranquillæ ſupportationis. Difficile enim eſt in conuerſatione humana quædam par ua, vel magna ſcandala non oriri, tum ex ignorantia, tum ex fragilitate, tum etiam ex malitia, quæ in præſenti ſeculo regnant. Ille ergo laudandus, atque magnificandus eſt, qui mores magnanimo, atque tranquil-
B lo corde ſufferre nouit: cū hoc tanti ſit meriti & virtutis, vt in eo omnes leges pendeant, & prophetę, teſte Apoſtolo, qui ad Gal. 6. ait, Alter alterius onera portate, & ſic adimplebitis legem Chriſti. In hoc manifeſte feruere dicitur, vel oſtenditur hic affectus, ſi corde, ore, & opere dimittit & donat hæc tria. Primo graues iniurias, ſecundò magnas infamias, tertio multas ſubſtantias. Primo ſi dimittit graues iniurias, exemplo Chriſti, qui primum quod protulit in cruce verbum, fuit pro ſuis crucifixoribus exorare, dicens Patri: Pater dimitte illis, quia neſciunt quid faciunt, vt patet
C Lu. 23. Vnde ad Ephe. 4. Eſtote inuicem benigni, miſericordes, donantes inuicem, ſicut Deus in cruce. Secundo ſi dimittit etiā magnas infamias, quod etiam Chriſtus in cruce pendens fecit, qui inſanus dictus eſt atque ſtultus, furibūdus, ignarus, hæreticus, potator vini, & vorax, ſeductor populi, blaſphemus, tranſgreſſor legis, atque dæmoniacus, atque multiplici diffamia diffamatus eſt: & tamē vt nos vermiculos ſuos exemplo ſuo doceret, atque affectum noſtrum gelidum inflammaret corde, ore, & opere, omnes prædictas infamias remiſit, & condonauit. Ideo Matth. 6. in oratione
D Dominica hæc nos docuit poſtulare, dicēs, Dimitte nobis debita noſtra, &c. Et Prouerb. 12. Qui negligit damnū propter amicum, iuſtus eſt: quanto ergo perfectius eſt hoc negligere, nec reſtitutionē famæ quærere ab inimico? Tertio quoque manifeſtè patet feruere affectum, ſi dimittit, indulget, & partit multas ſubſtantias. Cū enim omnis perfectionis Doctor Chriſtus, Matt. 19. ſublimem atque perfectiſſimam viam aſcendendi ad cœlum iuuenem quendam doceret, ait illi: Si vis perfectus eſſe, vade, & vende omnia quæ habes, &c. In quo quidem perfectionis cōſilio abdicationem

Cur Chriſtus ī cruce dictus ſit inſanus & furibundus.

omnium rerum ad duo oſtendiſſe videtur. B
Primo ad dilectionem Dei, cum ſubdit, Sequere me. Ad hoc etiam pertinere videtur, qui damnum propter Dei, & proximi feruentem dilectionem perpeti non recuſat. Vnde Apoſtolus ad Hebr. 10. quoſdam de hoc commendans ait, Rapinam bonorum veſtrorum cum gaudio ſuſcepiſtis. De quo Chriſtus exemplum dedit, qui his veſtibus, quibus contectum erat ſanctiſſimum corpus ſuum, crudeli rapina priuatus, nec amplius requiſitus, ſicut de ventre matris exiuit, ita ſecundum Ambro. nudus in cruce pependit. F

In tribus in conuerſatione humana debet affectuoſa benignitas conſeruari.

Cap. 4.

QVartus quoque affectus eſt benignæ conuerſationis. Eſt enim benignitas quidam animi dulcor, concludēs omnem nequitiam, habilitans hominem ad internam lætitiam, & ad beniuolentiam atque in exteriori cōuerſatione reddens hominem affabilem & benignum, & maxime in tribus. Primo in verbis, ſecundo in factis, tertio in geſtibus ſeu modis. Primo inquām talis affectus reddit hominem affabilem, & benignum in verbis, cum ſit benignus in corde, merito ſit benignus in ore. Vnde Matth. 12. Et abundantia cordis os loquitur. Quantæ autem ſit gratiæ, & virtutis talis benignus ſermo, oſtenditur Prouerb. 15. Lingua placabilis lignum vitæ: quæ autem immoderata eſt, conteret ſpiritum. Et Prouerb. 25. Patientia lenietur princeps, & lingua mollis frangit duritiem. Vnde etiam Eccleſ. 6. Lingua eucharis. id eſt, gratioſa in bono homine abundabit. Et Eſa. 50. Dedit mihi Dominus linguam eruditam, vt ſciam eum qui lapſus eſt, ſuſtentare verbo. Secundo reddit talem hominem affabilem, & benignum in factis. Dicuntur autem benigni, quos bonus amoris ignis ad benefaciendum proximis feruere facit. Talis autem benignitas eſt in affectu, quaſi larga rerum beneficentia atque prompta. Vnde ſecundum glo. benignitas eſt largitas rerum, quæ fiunt cum dulcedine animi, quæ bonitas nuncupatur, ſicut 2. Corinth. 9. ait Apoſtolus. Hylarem datorē diligit Deus. Tertio talis affectus reddit hominem affabilem, & benignum in geſtibus & modis, ſcilicet in conuerſatione domeſtica

Benignitas quid, & qd beneuolētia Aut. 4. Pariſ. ſū. tit. 6. G

H

A ſtica & humana ac ſuaui, & dulci. Ad quod hortatur Apoſtolus ad Eph. 4. dicens, Eſtote inuicem benigni, veſtra conuerſatione, & vita.

Propter triplicē participationem Dei quilibet vario ex reſpectu affectuoſe eſt honorandus. Cap. 5.

QVintus affectus eſt humilis honorationis, ut ſcilicet homo omnes reuereatur, omnes ſibi præferat, atq; omnibus tanquā dominis ſuis humili corde
B ſubdat. Et vt hoc efficere poſſit. Notandum eſt quòd ſecundum Alexan. de Ales in 3. honor eſt prçſtatio prçeminentiæ in illo, qui honoratur. Duplex eſt enim prçeminentia honore digna. Prima eſt increata, ſecunda verò eſt creata. Præeminentia increata, conſideratur tripliciter. Primò reſpectu principij, ſecundò reſpectu ſapientiæ, tertiò reſpectu bonitatis: & talis præeminētia in infinitū excedit quālibet præeminētiā cuiuslibet craeaturæ. Inde eſt quòd ei ſoli, & non alteri debetur ſummus honor, qui cultus latriæ nuncupatur. De quo Deut. 6. & Matth. 4. præceptum eſt, Domi
C num deum tuū adorabis, & illi ſoli ſeruies.

Prçeminentia duplex.

Secunda autem præeminentia creata, quæ ex prima per triplicem participationem originē habet. Primo ex participatione principij, ſecundo ex participatione ſapientiæ, tertio ex participatione bonitatis. Prima autem eſt participatio principij. Et ſecundum hæc tria ſunt genera hominū, qui participant principium Dei. Primi ſunt patres corporales, ſecundum ſunt patres ſpirituales, tertij ſunt patres tēporales. Primi ſunt patres corporales, qui diuinum principiū participant ad eſſe naturale filiorum ſuorum: ideo Exo. 20. in quarto præcepto Dominus ait, Honora patrem tuum, & matrē
D tuam, vt ſis longçuus ſuper terram. Et Eccleſiaſt. 7. Honora patrem tuum, & gemitum matris tuæ ne obliuiſcaris. Memento quod niſi per illos nō fuiſſes. Secundi ſunt patres ſpirituales, qui diuinum principium participant ad bene eſſe ſpirituale ſpiritualium filiorum: & huiuſmodi ſunt prælati, & quilibet ſpirituales patres, ideo honore ſunt digni. Vnde j. Timot. 5. Presbyteri duplici honore digni habeantur, ſcilicet temporali ac ſpirituali, maxime qui laborant in labore, & doctrina, ad hoc not. 11. q. 1. c. ſacerdotibus: vbi plura de ſacerdotum honore habentur. Tertii ſunt temporales, qui E
diuinum principium participant ad bene eſſe temporale ſubditorum ſuorum: cuiuſmodi ſunt Reges & omnia dominia mundi, ratione cuius participationis honorandi ſunt quilibet in temporali dominio præſidentes. Vnde j. Pet. 2. Deum timete, Regem honorificate.

Hominū tria genera q̄ participant principiū Dei.

Patres corporales.

Patres ſp̄uales.

Tp̄ales.

Secunda eſt participatio ſapientiæ, quam quidem duo genera hominum participare dicuntur. Primi ſunt viri periti in quacunque honeſta & licita conuerſatione, & facultate: ideo honorandi ſunt viri docti. Vnde Leuit. 19. Honora perſonam ſenis, ſ. ætatis & ſapientia, ſecundū F
glo. quia vt dicitur Eccl. j. Omnis ſapientia a Domino Deo eſt. Etiam participātes Dei ſapientiam ſunt viri antiqui, ideo honore ſunt digni. Vnde Leuit. 19. Coram cano capite conſurge. Tertia eſt participatio bonitatis, ratione cuius quilibet iuſtus honorandus eſt. Et hæc eſt etiam duplex, ſecundum Alexan. de Ales. Prima eſt participatio bonitatis ſecundum actum, ſecunda vero ſecundum potentiam. Secundum primam, cum videmus aliquem iuſtum, illum honorare debemus, nobis illum meliorem exiſtimantes, iuxta illud Philip. 2. In humilitate ſuperiores ſibi inuicem arbitrantes. Secunda vero ſecundum potentiam, G
qua ſcilicet mali effici poſſunt nobis meliores. Vnde j. Pet. 2. Omnes honorate, & ad Rom. 12. Honore inuicem præueniētes. Ex prædictis igitur patet, q̄ quilibet eſt honorandus ſecundum ſuum reſpectum.

Ex tribus inter proximos cordialis, & affectuoſa vnitas generatur, & conſeruatur. Cap. 6.

SExtus eſt affectus cordialis vnionis, vt ſcilicet homo quantum ex ſe eſt, & quātum ſecundum Deum poteſt, cum cęteris hominibus ſe ſentiat vnum, atque eos ſentiat ſemetipſum, & omnium rectū velle pro ſuo reputet, & econtrario. Ex tribus ſiquidem hæc cordialis vnitatis affectus in anima generatur, & conſeruatur. primo ex humilitate, ſecundo ex puritate, tertio ex charitate. Primo inquā generatur ex humilitate. Humilitas enim proximo ſuo ſecundum Deum in omnibus condeſcendit, gratitudinem & honorem impendit, & quodlibet humilitatis obſequium promptiſſimè ſubminiſtrat. Quis etiam erga proximū miſericors eſſe poteſt & pius tam

Affectus cordialis v̄nitatis ex tribus generatur.

Humilitas.

A tam in condonandis iniurijs, quàm ſupportandis eorum miſerijs, & peccatis, niſi qui ſe longè reputet viliorem? Hæc omnia prædicta requiruntur ad cordialis vnionis affectum. Et ad hoc hortatur Apoſtolus ad Roma. 12. Non alta ſapientes, ſed humi-
Puritas. libus conſentientes. Secundo generatur ex puritate, maxime ex illa, de qua Matth. 5. dicitur: Beati mundo corde, quoniam ipſi videbunt Deum. Hi ſunt, qui ſimplici oculo, & puro corde intendentes in Deum inter immunda mundi, mundum habentes aſpectum, proximum in Domino am-
B plectuntur. Vnde Pſalm. Beati immacu-
Charitas. lati in via, &c. Tertio generatur ex charitate. Charitas enim, quæ liquet humana corda cum in cor hominis diuinitus ſic fuerit perinfuſa, illudque inuenit humile ac purum, omnia malorum bona in ſe transformat, & facit ſua. Solum enim liquidum eſt, quod congruit omni formæ: quod optimè congruit amatoris cordi. Vnde Pſalm. Factum eſt cor meum tanquàm cera liqueſcens in medio ventris mei. Et Act. 4. Credentium erat cor vnum, & anima vna. Nam humilitas eos euacuauerat ſenſu proprio. Puritas eos mundauerat mundano conta-
C gio, & charitas per transformationem locauerat in vno amoroſi cordis glutino. Hinc Matth. 18. Vbi ſunt duo vel tres congregati in nomine meo, ibi ſum in medio eorum. Duo ſiquidem vel tres in corde, in nomine Domini congregati ſunt, cum ibi ſunt humilitas & puritas cum dilectione proximi adunatæ: & tunc verè in eius cordis medio regnat Dei amor pariens hûc verum atque perfectum cordialis vnionis affectum.

D *Ex triplici ardenti affectu ad proximum contingit hominem, pro eo in mortem tradere vitam ſuam. Cap. 7.*

SEptimus enim affectus eſt Chriſtiformis pro omnibus oblationis & paſſionis, vt ſcilicet inſtar Chriſti pro omniũ ſalute paratus ſit ponere animam ſuam: atque die noctuque orare, laborare, vt omnes Chriſto inuiſcerentur, & Chriſtus in eis. Primo pro eius vita corporali, ſecundo pro vita eius ſpirituali, tertiò pro eccleſia generali. Primo pro eius vita corporali, & hoc non eſt de neceſſitate præcepti, ſed de perfectione conſilij. Nam iuxta præceptum Domini, Matth. 22. Diliges proximum tuum, ſicut teipſum. Non enim tene- E
tur eum plus diligere quàm ſeipſum: immo ſicut ſeipſum: igitur prius ſeipſum diligere poteſt. Si quis igitur vellet ex proximi charitate plus, quo ad corpus, proximum diligere, quàm ſeipſum, ac potius mallet mori, quàm illum: perfectionis aſſumeret conſilium, non præceptum. Secundò pro eius vita ſpirituali. Et in hoc diſtinguendum eſt, quia aut imminet manifeſtum periculum animæ proximi, quia abneget fidem ſi me non oppono cum manifeſto periculo vitæ, tunc de neceſſitate ſalutis obligor meam corporalem pro proximi ſpirituali ponere vitam. Aut non imminet pe- F
riculum, & tunc proprium corpus morti exponere pro anima proximi perfectionis conſilium eſt, non tamen præceptum. Vnde Ioan. 15. Maiorem dilectionem nemo habet, vt animam ſuam quis ponat pro amicis ſuis. Sed de his latius in 2. & 3. articulo ſeptimi ſermonis agemus. Tertio pro eccleſia generali, ſicut beatus Thomas Cantuarienſis eſt paſſus: æquè enim euangelica libertas optanda eſt, ſicut & fides. Hinc Imperatori Theodoſio ipſe beatus Ambroſius ait: Si rapis, ſi deuoras, ſi acceperis, ſuſtineo: ſi autem extendis manum ad ſan- G
ctuarium Dei, ibi me inuenies ſacerdotem: quæ habentur 23. q. 8. cap. conuenior: vbi multa de his Ambroſius ait. Hic verè celebratur carniſpriuium, id eſt priuatio carnis, & ſpiritualis crapulatio amoroſi vini, quia talis faſtiditus carne corporea atque inebriatus diuina ſuauitate, mortem contemnens, & vitã ſine fine quærens, illam conſequitur cum ſanctis omnibus in gloria perenniter regnaturus, ad quam nos perducat, qui ſine fine viuit & regnat, Amen.

H

FERIA QVARTA in die Cinerum.

De mercantia diuini amoris.

Sermo V.

THeſaurizate vobis theſauros in cœlo. *Matth. 6.* & in Euangelio hodierno. Magna atque deſiderabilia de charitate in præcedentibus dicta ſunt: ſed qua via acquiri poteſt, modo dicemus. Neceſſe igitur eſt omni, qua poſſumus inueſtigare

A ſtigare ſolertia, tam admirandus theſaurus qua via & modo acquiratur penitus. Circa quod aduertendum eſt, ꝙ cum homo peruenerit ad arbitrij libertatem, nulla via, nulloque ſtudio, denique nullo modo alio adipiſci poteſt, niſi per emptionis contractum. Sed quomodo poſſet emi, videndum eſt. Huius mercantiæ ſolus mercator eſt Deus, totuſq; populus fideliter audientium verbum Dei eſt turba, quæ ad nundinas & mercatum diuini amoris currit. Porrò prędicator ſenſalis meritò dici poteſt, qui populum exhortatur ad emendum diuinam dilectionem. Vnde Dominus in verbo prædicto, in perſona prędicatoris, quaſi clamãdo dicit, Theſaurizate vobis theſauros in

Prædicator Euangelic' merito dici pōt ſenſalis.

B cęlo, quod fit per opera charitatis: per illã enim fit homo locuples & diues, ideo emite eam. Sed antequàm ad contractum huiuſmodi emptionis perueniatur, prænotandum eſt, ꝙ duodecim ſunt leges, quæ in hac emptione ſeruandæ ſunt. Prima dicitur lex libertatis, ſecunda generalitatis, tertia proprietatis, quarta ſingularitatis, quinta pretioſitatis, ſexta nouitatis, ſeptima puritatis, octaua vtilitatis, nona copioſitatis, decima facilitatis, vndecima dubietatis, duodecima eſt lex paupertatis. Et primo dicentur primæ quatuor, ſecundo ſecundæ quatuor,

Duodecim leges in emptione ſeruãdæ.

C tertio tertię quatuor. Primæ autem octo leges habentur, Apoc. 3. in ſeptima lege exprimuntur, vbi dicitur: Suadeo tibi emere a me aurum ignitum & probatum, vt locuples fias.

Articvlvs Primvs.

Vbi exprimuntur quatuor primæ leges diuini amoris: In prima lege autem declaratur, quòd omnes etiam impij & iniqui poſſunt emere charitatem. Ca. 1. D

PRima lex dicitur libertatis. Regalis nanque eſt iſte mercator, neminem violentat hanc mercantiam emere, ſed illam ante oculos hominum ponit, nec ſimulatè abſcondit, nec inſuper illam impudenter imponit. Si enim illam malitioſè cęlaret, comprehenderetur carius iuſto pretio velle ſuã vendere mercantiam. Si vero eam quadam importuna procacitate monſtraret, in mercantia ſuſpicio falſitatis argui poſſet. Ideo in quodam medio archanæ prudentiæ ſuæ ſtatuens illam dicit, ſuadeo. Suaſio quidem non coactio, ſed moderata exhortatio dici poteſt. Vult enim mercator Deus voluntatem noſtram in libertate arbitrij permanere, dum hic ſumus in via: quilibet hãc mercantiam poſſet emere, ſicut libet. Hæc autem eſt lex libertatis, Eccleſ. 15. ſcripta eſt, vbi dicitur, ꝙ Deus ab initio conſtituit hominem & reliquit illum in manu conſilij ſui, vt non vi cogendo hanc mercationem emere vel non emere, ſed ſolum ſuadendo demõſtraretur inter miſericordiam ad hoc ſuadentem, & Dei iuſtitiam ad hoc conſenſum requirentem libertas arbitrij permanere. Anima vero conſentiente hanc emere mercantiam, Deus illam paratus eſt vendere ad bonum ſorum, & cum rectitudine boni & veri mercatoris & oſculo pacis. Vnde Pſal. Miſericordia: ecce mercator cum mercantia: & veritas, hic eſt emptor cum lumine veritatis. Iſti nanque cum foro liberi arbitrij, quod eſt mundus, per fidem obuiarunt ſibi, & tunc iuſtitia ementis & pax vendentis per mutuũ conſenſum oſculatæ ſunt. Hæc autem mercantia a mercatore ſemper placida ſuaſione homini offertur. Vnde 1. Pet. 1. Sperate in eam, qui offertur vobis, gratiam: hoc eſt in hanc mercantiam charitatis. Emptor autem huiuſmodi mercantiæ habet ſe ad ipſam emendam diſponere & habilitare. Vnde Prouerb. 16. Hominis eſt animum præparare, quia non datur gratia, niſi ei qui hoc modo ſe ad eam habilitat & diſponit. Sicut enim qui os ad ſumendum cibum negligit aperire, debet talis merito fame mori: ſic qui a ſuadente mercatore amoris hanc mercantiam negligit emere, æterna egeſtate debet merito perire. Ideo ait propheta in perſona Domini, Aperi os tuum, & implebo illud. Tunc enim aperitur, quando mortalis culpæ obſtaculum remouetur. Aduertẽdum eſt tamen, quòd licet homo præparet materialiter voluntatem per habilitationẽ, Deus nihilominus eam præparat affectiuè per informationem, ſcilicet vt bonum velit. Voluntas enim non poteſt bonum velle, niſi ipſa ſit bona: & nõ poteſt eſſe bona, niſi a gratia. Vnde ad Rom. 9. dicitur: Non eſt volentis, neque currentis, ſed ſolius Dei miſerentis, ſ. qui voluntatem per informationem præparat affectiuè. Vnde dicitur 4. Reg. 4. quòd mulier vidua ad conſilium Heliſei multa vaſa accepit mutuo a viciniſ ſuis, atque de modico oleo, quod habebat in lechito porrigentibus filijs ſuis vaſa, illa infundebat oleum, & implebantur vaſa:

Margin (right column): E (beside "non coactio"); F (beside "dere ad bonum ſorum"); *Pſal.* (beside "de Pſal."); G (beside "dam diſponere"); *Pſal.* (beside "bet merito perire"); H (beside "lis culpæ").

A vaſa: ſed deficientibus vaſis, oleum amplius non creuit: vt myſticè innuatur, ꝙ deficiente præparatione, deficit gratia.

Quòd etiam hominibus malignis exponitur venalis charitas Dei. Cap. 2.

Charitas exponitur venalis & malignis hominib. Secunda lex conſideranda in emptione amoris, eſt lex generalitatis. Generaliter enim omnibus proponitur emenda charitas Dei, bonis & malis proponitur, periuris, blaſphemis, detractoribus, partialibus, mendoſis, falſis teſtibus, proditoribus, meretricibus, ebrioſis, ſimoniacis, ſor-
B tilegis, furibus, raptoribus, vſurarijs, luſoribus, ſodomitis, Iudæis, omnibus ſaracenis, hæreticis, cæteriſque omnibus iniquis, & impijs hominibus, etiam quodammodo dæmonibus offertur amor. Vnde ad Rom. 2. Non eſt perſonarum acceptio apud Deû. Et Matth. 5. Solem ſuum facit oriri ſuper bonos & malos, vt non ſit qui aſcondat ſe a calore eius. Ideo ſubdit Ioan. tibi. ſ. peccatori vel iuſto. Sicut enim hic terminus tibi ad quoſcunque bonos, vel malos dirigi poteſt: ſic charitas Dei venalis expoſita eſt omnibus rationalibus, & quodammodo irrationabilibus creaturis. Vis videre ſignû
C huius mercantiæ amoris? Audi Pſal. Suauis
Pſalm. eſt Dominus vniuerſis, & miſerationes eius ſuper omnia opera eius. Eccleſ. quoque 8. Peccator ex eo, ꝙ centies facit malum, & per patientiam ſuſtentatur. Noui ꝙ bene erit his, qui timent. Et iterum 1. Timot. 2. de Domino Apoſtolus ait, Qui vult omnes homines ſaluos fieri. Quod verbum
Damaſc. exponens Damaſc. ait, quòd in Deo eſt duplex voluntas. Non quidem ex parte volentis, ſed voliti, ſ. voluntas antecedês, vel abſoluta: & voluntas conſequens, ſeu conditionata. Voluntas autem abſoluta eſt, quæ reſpicit ordinem naturæ, prout a Deo con-
D dita eſt: & quia a Deo omne bonum eſt volitum, & naturam intellectualem bonû eſt obtinere ſalutem: ideo quantum ex ſe eſt, vult omnes homines ſaluos fieri, quia ad hoc omnes conueniunt in humana natura.
Voluntas abſoluta q antecedens, conſequês conditionata. Voluntas vero conditionata reſpicit ordinem perſonę ex parte liberi arbitrij, in quo incidit in malum: & quia non eſt bonum omnes homines ſaluos fieri, niſi ſub conditionibus iſtis, ſ. vt qui ſe præparet, & ſaluari conſentit, vult Deus ſaluari per ſuæ gratiæ largitatem, nolentem vero & ſuæ gratiæ reſiſtentem Deus non vult ſaluari, quia nec bonum, nec iuſtum eſt. Patet exemplo.

Licet enim ſol omnes homines illuminare E
ſit aptus: tamen qui oculum claudit, vel ſe ab eo auertit, non illuminatur a ſole. Sic Deus quantum in ſe eſt, paratus eſt omnes ſaluare, & tamen homines qui obſtaculum ponût, nequaquàm ſaluat. Patet etiam hoc idem exemplo Regis. Rex enim iuſtus ad conformitatem naturæ, conſpiciens quantû in ſe eſt, vult omnes homines ſui regni ſaluari: attamen propter deformitatẽ culpæ maleficos vult damnari. Similiter eſt in Deo. Neceſſe igitur eſt hominem facere, quod ſuum eſt, ſcilicet ſe diſponere ad ſalutem: quia ex ſe vult Deus omnes ſaluari. *Exemplũ naturale.* *Aliud exemplũ.*
Merito ergo dici poteſt ſtultus, qui dicit, F
volo facere quicquid mihi placet: quia ſi ſaluari debeo, omnino ſaluabor: Si vero damnari, damnabor: & ſic fruſtra datæ eſſent a Deo ſcripturæ ſacræ, & doctrinæ, & omnia ſacramêta cunctaq; ſalutis remedia inania forent. Sicut enim ſtultus eſſet infirmus, qui diceret, volo comedere, & bibere, ꝗd placet: nam ſi ſanari debeo, ſanabor: moriar vero, ſi debeo mori: & ſic omnes medici inutiles eſſent, contra quod Eccleſ. 38. ſcriptum eſt: Honora medicum propter neceſſitatem, etenim creauit illum altiſſimus. *Simile.*
Nonne inſipiens eſſet, qui cum non cogeretur, & proijceret ſe de altiſſima turri, diceret: ſi debeo mortem euadere, non poſſum mori? Accedat inſuper ad hoc exemplum de viatore ad ſiniſtram pergente, cui prædixit ſpeculator, quòd ſi per illam incederet, incideret in latrones. Ex dictis patet, quòd hæc ſecunda lex generalitatis eſt, quia omnibus ſuam mercantiam exponit, quòd quibus hic terminus tibi demonſtratiuè dirigi poteſt. G

Quòd charitas non poteſt aliquo contractu, niſi emptione acquiri. Cap. 3.

Tertia lex conſideranda in emptione H
amoris, eſt lex proprietatis. Non. n. proijcitur hæc mercantia quaſi lardum ad canes. Illam homo furari non poteſt, nec deprędari: non locatur, nec commodatur, nec impignoratur, nec accipitur mutuo: ſed ſolum venditur hæc mercantia, ideò inquit, emere. O Deus, quid facient pauperes, ſaccomanni, & cæteri, qui nô habent vnde emant? Reſponſio, videant ipſi. Sed nunquid neceſſarij ſunt denarij? ſunt omnino. Et ad manum, Da & recipe. Non reciperet mercator a paupercula quadam domum ſuam, aut vineam ſuam, aut paupercu- *Lex proprietatis.*

A perculam ſupellectilem ſuam, cum habere denarios non poſſet, & hác pretioſam mercantiam emere concupiſcat? Reſponſio, non. Heu me infelicem, dicat illa, quia pauper ego ſum. Nunquid his denarijs poſſet ſolui mercator? Quid ſi homo impignoraret campum, vineam vel domum ſuam: nunquid his denarijs poſſet ſolui mercatori? Non. O Deus, quem modum tenebunt qui pecuniam in marſupio non habent? Videant ipſi. Nunquid hanc mercantiam ad credentiam daret mercator, ſi quis etiam propter terminum acceptum ſuperadderet pretium? Ha, ha, ha. Nunquid vſurarium **B** æſtimabimus Deum, qui ſemper in vtraqꝫ pagina condemnat vſuras? Abſit hoc facinus a diuina bonitate. Sed quid ſi quis furaretur denarios pro hac impretiabili mercantia emenda? Reſpondet Apoſtolus ad *(Reſponſio.)* Rom. 2. Non ſunt facienda mala, vt veniát bona: Deus enim præcipit, Non furtum facies. Facere autem contra Dei præceptum, eſt peccatum mortale. Præſupponamus, ꝙ aliqui viri vel mulieres nummos manuales non habent, ſicut neceſſarij videntur eſſe. Quid ſi mulier vana pro hac mercantia daret capillos adulterinos, quos tam charè **C** enutriuit, vel tanto labore quæſiuit: daret etiam ei fucamenta faciei ſuæ, quibus ſe quaſi venerem depingebat: daret inſuper ſublimes trampallos, longas caudas, amplas manicas, conſciſas frapas, grorucas alatas, deaurata calceamenta, lunulas, torques, mitras, olfactoriola, inaures, ſpecula, & ſi quæ huiuſmodi ars vana muliebris habet. Certum ſi hæc ſolutio mercatori placeat, mihi nequaquàm eſt: tamen diligenter ab eo exquiram: compatior nempe mulieribus, quæ totũ quod habebant, in huiuſmodi conſumpſerunt, & tamen charitatem emere concupiſcunt. Habet alter pauper adoleſcens tabularia, taxillos, naibos **D** ſiue charticeas ad ludendum cæteraqꝫ; conſimilia: de intuitu pietatis poſcatis a mercatore, ſi hæc & huiuſmodi ſumeret pro ſolutione amoris, requiram ſtatim, ac vobis reſpondebo: quaſi conijcio, quòd hæc omnia pro ſolutione aſſumeret. ſed tamen hæc lex inuiolabilis eſt, quòd amoris mercantia ematur.

Quòd in toto vniuerſo non venditur amor: niſi in apotheca ſanctiſſimæ crucis. Cap. 4. **E**

QVarta eſt lex ſingularitatis. Tanta eſt enim huius mercantiæ pretioſitas ſingularis, quòd neque in cœlo, neque in toto orbe, neque in toto ſeculo, niſi vna apotheca ſiue ſtatio, & vnus mercator huius mercantiæ reperiri poteſt ab omnibus. *(Lex ſingularitas.)* Nunquid ad illam poſſunt currere omnes gentes? Quid facient, qui in remotis agunt? quomodo ad illam current cæci, claudi, leproſi, aridi, languidi, **F** decrepitæ, vetulæ, incarcerati, grauidæque mulieres, membris priuati, cæteriqꝫ; valetudine deſtituti. O quàm fęlix, qui de prope illam locatus reperietur. Sed vbi eſt hæc apotheca amoris, indica mihi, vt & ego ante omnes præcurrens cunctos, ne impediar, in emptione præueniam. Marſupium portaui plenum de amore amoris. Indica mihi quem diligit anima mea, vbi paſcat, vbi cubat in meridie amor meus. Vis te doceam reperire amoris locum? optas præ itinere obuiare illi? Vade ad figuram crucis, ibidem venditur amor, nullibi alias eſt forum eius. *(Figura crucis.)* Intra hanc apothecam dilecta anima, contemplare magnitudinem, longi- **G** tudinem, latitudinem, altitudinem & profunditatem huius mercantiæ amoris. Deus charitas eſt, in cruce cum Magdalena anima mea amplectere crucem ditare cum ea, quia ditata eſt ibidem illa. Comprehende cum omnibus ſanctis, quę ſit huius apothecæ amoris latitudo, longitudo, ſublimitas, & profundum.

Altitudo eſt infinita.
Longitudo incompleta.
Latitudo interminata,
Profundum ſine profundo.

In hoc amoroſo diluuio diuini amoris immerguntur Sancti, & Chriſti fideles. **H** Vnus ſolus mercator eſt huius mercantiæ in hac ſola apotheca amoris, cerca per l'arte. Vnde ſubditur a Ioanne, a me, ſcilicet qui ſolus ſum mercator amoris, ſua Deo tibi emere. Et merito. Solus enim habet amorem, ſolum de ſuo amore poſſumus dicere illud Ioan. j. De plenitudine eius omnes accepimus, ſcilicet tam Angeli, quàm homines gratiam pro gratia. Hinc eſt, quòd tam feruenter ad ſuam apothecam vocabat amoris, Matth. 11. dicens: Venite ad me omnes qui laboratis & onerati eſtis: & ego reficiam vos, ſ. refectione amoris. Iterum

in

A in nouiſſimo magno die feſtiuitatis dicit Dominus Ioan. 7. Si quis ſitit, veniat ad me & bibat. Si quis ſitit amorem, veniat paſſibus affectionis ad me fontem vitę indeficientis: ad me torrentem voluptatis inebriantis, ad me dulcedinem amoris transformantis. Et merito dilecte amor, quoniam apud te eſt fons vitæ, & ad te currentes inebriabuntur ab vbertate domus tuæ, & torrēte voluptatis tuæ potabis eos, ſicut ait Pſalm. cum inebriatus fuiſſet, Quàm magna multitudo dulcedinis tuæ Domine, quam abſcondiſti timentibus te.

B

Articvlvs Secvndvs.

In quo declarantur aliæ quatuor leges diuini amoris. Cap. 1.

Prima eſt lex pretioſitatis. O q̃ pretioſus eſt amor, qui in conſpectu Domini omnia pretioſa facit? ideo aurum nunc denominatur. Aurum enim omnium theſaurorum pretium eſt. Omnes lapides pretioſi, omnia prędia cunctæ domus, & mercantię & quicquid aliud appretiabile eſt: pretio auri æſtimabitur. Sic cunctæ hominis cogi-
C tationes & affectiones, cuncti ſermones, inſuper omnes operationes amoris pretio menſurantur. Non enim ponderat Dominus opere, ſed affectu, ſicut patet 24. q. 1. c. odi, in fine: vbi dicitur, Dominus non ea, quæ offeruntur, ſed voluntates reſpicit offerentium. Et idem 14. q. 5. c. ſi quid: vbi dicitur, Dominus interrogat cor, non manū. Quanto enim puriori ſeu feruentiori amore quicquàm placitum Deo facimus, tanto gratioſius Deo redditur coram eo. Vnde ore Dominico, Lucæ 21. Laudata eſt vidua paupercula, quæ miſit in gazophilatiū duo minuta ærea: non quia multa & magna fecit, ſed quia ampla charitate dilexit. Nec
D ſolum aurum eſt amor: ſed quod mirabilius eſt, aurea reddit quæcunque contingit: plumbumq; in aurum pretioſum conuertit. Opera nanque licet de genere bonorum ſint: cum autē fiunt ex charitate, quaſi aurea & pretioſa fiunt. Ideo 3. Reg. 6. ſcriptū eſt, quòd nihil erat in templo, quod non auro tegeret: quia bona opera ex charitate facta, quaſi aurea ſunt, quibus anima iuſti exornatur. Vnde ĩ Pſal. Aſtitit regina a dextris tuis in ve. deau.

Quòd ignita per deuotionem debet eſſe in anima charitas Dei. Cap. 2. E

Secunda eſt lex nouitatis. In hac enim lege charitas emi debet, vt ſemper nouiter operetur magna: nouoq; feruore ſemper iterum renouetur, ſicut charitas illius dilectæ animæ, ad quam ait, Pſal. Renouabitur vt aquilæ iuuentus tua. Quæ nouitas a Ioāne myſticè ſubinfertur: cum ait, ignitum. Aurū enim dilectionis tunc ignitum eſt, cum feruore dilectionis plenum eſt. Item magiſtraliter deuotio diffinitur ſic. Deuotio eſt feruor bonæ voluntatis, quem mens cohibere non valens, certis in- F
dicijs manifeſtat. Quæ nanque poſſunt eſſe certiora indicia charitatis, quàm continua renouatio virtuoſi operis? Hic eſt ille ignis, de quo Lu. 12. dicitur: Ignem veni mittere in terram, & quid volo niſi vt ardeat? Ignis enim charitas eſt, q̃ de deuotionis plenitudine tunc in mente ardet, cum continuè in nouitate boni operis feruet. Vnde in huius myſterium dicitur, Leuit. 6. Ignis in altari meo ſemper ardebit, quem nutriet ſacerdos, ſubijciens mane ligna p ſingulos dies. Altare vtique mens humana eſt, quaſi alta res: alta res eſt anima noſtra, quæ ad Dei imaginem & ſimilitudinem eſt formata, vt in Deum aſcendat. Vnde 2. Corinth. 5. Mente excedimus Deo. In hac mente diuinus amor ſemper debet ardere, quem illuminata ratio, qui eſt ſacerdos, tunc nutriendo conſeruat, cum per ſingulos dies luminum diuinorum mane, hoc eſt in ipſo primordio gratiarum ſubijcit ligna, id eſt, renumerat beneficia magna, quæ ſibi a diuina bonitate collata ſunt. In altari vtique cinis erat. Quid enim cinis erat & ignis in altari, niſi charitas in mente humili? Ignis in cinere melius conſeruatur & creſcit: ſic amor in humilitate cuſtoditur & iuueneſcit. Ad hāc charitatis nouitatem horratur, Lu. 17. Cum feceritis omnia quæ præcepta ſunt vobis: dicite, ſerui inutiles ſumus. Ecce quòd Dei amor eſt ignis, qui ſemper mouetur, vt inſatiabiliter ardeat in affectione nouus & in opere recens. Hoc igne ardebat mens glorioſi Franciſci & corpus, qui cum iam ſtigmata Domini in corpore ſuo geſtaret, ſummumque perfectionis culmen iam aſcendiſſet, ad confratres dicere ſolebat, Incipiamus aliquid boni agere, & quando incipiemus pœnitentiam facere? & conſimilia multa.

Deuotio quid ſit, de qua ui de Sco. q. 20. quolibe & D. Tho 2. 2. q 82. art. 3. & 4.

G

H

De

A *De ſeptem fornacibus, quibus probatur in anima verus amor. Cap. 3.*

TErtia eſt lex puritatis. Nihil.n.adulterinæ admixtionis ſecũ patitur verus amor.Ideo ſubdit,probatũ. Aurũ.n. annihilatum nõ niſi ſex poteſt ſuſtinere coctiones,in ſeptima.n.deficit. Sic charitas ficta ſex fornaces patitur,ſed in ſeptima alchimiæ falſitas patet. Primus nanq; fornaceus ignis fit in corde, ſecundus fit in ore, tertius in opere,quartus in inimicorum dilectione, quintus in eorum ſubuentione, ſextus in recta intẽtione,vt.ſ.propter Deũ hic oĩa fiant,ſeptimus in perſeueranti continuatione. Hic ſanctus probatur amor:qm̃ ſi verus nõ eſt,citò euaneſcit. Vnde Matth. 10. Qui aũt perſeuerauerit vſq; in finem, hic ſaluus erit. Tunc enim aurum charitatis probatum eſt, id eſt a Domino approbatum.

Septem fornacib' probat̃ uerus amor in anima.

B

Quòd diligentibus Deum omnia conuertuntur in lucrum. Cap. 4.

QVarta eſt lex vtilitatis. Diues enim cito efficitur,cui oẽs mercantiæ,oẽs venditiones, oẽs emptiones, cęteriq; contractus lucroſi fiunt. Sic non minus diuites fiunt,quibus diligentibus Deũ oĩa cooperantur in bonũ, vt dr̃ ad Rom.8.Cooperantur.n.eis in bonũ proſpera, aduerſa,& mixta, ſiue bona gratiæ, mala culpæ,& mala pęnę. Vnde dicit Ioã.vt locuples fias. Qui.n.aurum Dei amoris habet,vere locuples eſt: quia oĩa quæcunque operatur in cęleſtis theſauri loculos, apud Deũ reponit. Tã pretioſa eſt charitas apud Deũ,ꝙ etiã ipſa peccata,quę de genere peccati eſſent, ſi hoc ſolo intuitu fiunt,ſ.diuini amoris & charitatis: in aĩæ merita conuertit & lucra. Non.n.eſt minor in bono diuina dilectio, q̃ ſit in malo diuina offenſio. Arroganti.n.bona conuertuntur in malũ: quia non ad Dei gloriã, ſed ad ſuã propriã operatur, teſte Dño Matth.6. Si lumen, qđ in te eſt,tenebræ ſunt,ipſæ tenebræ quantę erunt? Si enim in arroganti lumen bonorum operum,quo ipſe & alij per eum illuminari deberent,ſunt tenebrę peccatorũ,i. bonum quod facit,fit ei peccatum: ipſe tenebræ,i.opera,quæ de genere ſuo ſunt peccata,quanta. i. quàm grauia erunt? Ecce ꝙ arrogantia virtutes conuertit in vitia: non minus autem fit a diuina charitate de malo in bonum, ſicut patet Oſeæ 3. vbi fornicatio, & adulterium in meritum, & obedientiæ per diuinam diſpenſantur dilectionem.

C

Quõ diligenti Deũ oĩa cooperant̃ in bonũ ẽt ipſa peccata.

E

ARTICVLVS TERTIVS.

De quatuor vltimis legibus charitatis Dei: & primo de copioſitate diuini amoris. Cap. 1.

PRima autem eſt lex copioſitatis. Multum quidem copioſa eſt hic mercantia amoris. Eſt enim immenſa, quæ habet in ſe infinitatem,incomprehenſibilitatem, & æternitatem. Nonne Deus charitas eſt? Qui ſi conſideretur in ſe,infinitus vtiq; inuenitur. Vnde Pſal. Magnus Dñs & laudabilis nimis, &c.Si conſideretur in comparatione ad intellectum,ſic eſt incomprehenſibilis. Vnde Apoſt. ad Rom. 11. O altitudo diuitiarum ſapientiæ,& ſcientiæ Dei, quàm incomprehẽſibilia ſunt,&c. Ideo dicitur a Pſal. ſedere ſuper Cherubin, i. ſedere ſuper ſcientiæ plenitudinẽ, & ſuper omnem intellectum creatum. Si vero in comparatione ad diuturnitatem penſetur,ſic inuenitur ęternus. Vnde Apoſt. 1. Timot. 1. inquit, Regi ſeculorũ immortali & inuiſibili,ſoli Deo honor & gloria in ſecula ſeculorum amen.Magna enim eſt copia huius mercantiæ.Nemo autem dubitet, quia & ſi multi de ea emant: non tamen deficiet reliquis. Nam & ſi omnes mundi homines illam mercarentur, adhuc infinita eius copia ſuperaret.

F

Pſal.

G

Quòd facile reperiri poteſt diuinus amor. Cap. 2.

SEcunda autem eſt lex facilitatis. Multa diximus de mercantia dilectionis: ſed vbi eſt vt illam inuenire poſſimus? forte in remotis partibus eſt,forte difficile eſt multis adire illam. Et licet multi eam emere concupiſcant: tamen incertitudo loci, itineris longitudo eos ab hoc propoſito deuiaret: tamen dilecti mei non ſic. Deus enim,qui charitas eſt, vbique regnat, vbique eſt, vbique imperat, vbique maieſtas eius, omnia replet, complectitur vniuerſa: faciliter enim hæc mercantia inueniri poteſt. Nullus qui eam emere nolit, excuſabilis eſt. Prope eſt Dominus omnibus inuocantibus eum in veritate, ſicut ait Pſalm. & Dominus Lucæ 17. Amor intra nos eſt.

H

A *Quantum periculum ſit negligentia in dilectione acquirenda. Cap. 3.*

TErtia vero eſt lex dubietatis. Fortè multi concupiſcunt ſcire nundinas, dubitant tempus huiuſmodi pretioſiſſimæ mercantiæ. In voluntate enim mercatoris ſtat nundinarum tempus, Pſal. Mortificat & viuificat, deducit ad inferos, & reducit. Quandiu in libertate arbitrij ſumus, tempus eſt nundinarum: poſt mortem clauditur damnatis apotheca amoris. Dubium eſt igitur tempus emptionis eius. Et merito
B hoc facit ſapientia mercatoris, & prouidétia eius propter multa. Primo vt quilibet ſolerter ſe præparet, & congruo prouideat tempore de mercantia amoris. Secundo vt oēs illum poſſe perdere, vel non acquirere pertimeſcant. Tertio vt reprobi cęcitatem quā merentur incurrāt: quia enim vt illam emere potuerunt, eā aſpernati ſunt: & merito, quando illa indiguerunt, iuſto Dei iuditio priuati ſunt. Prudentes autem quęrūt illam emere, quādo illam poſſunt reperire. Vnde Apocal. 14. Hæc eſt ſapientia Sanctorum, ſ. prouidere in hac vita de charitate. Quam ſapientiam improuide optabat, qui
C Deuteron. 32. dicebat, vtinam ſaperent, ſ. perfectiones & excellentias charitatis: & intelligerent, ſ. leges diuini amoris: ac nouiſſima prouiderent, quando deficient nundinæ diuinæ dilectionis. Vnde 2. Corint. 6. Hortamur vos, ne in vacuum gratiam Dei recipiatis. Ait enim Eſa. 49. Tempore accepto, ſcilicet vitæ exaudiui te, ſcilicet charitatem vendendo, & in die ſalutis adiuui te. Ecce nunc tempus acceptabile, ad amādum, Ecce nunc dies ſalutis, ſcilicet ad diligendum Deum omnipotentem.

Quòd denarij, quibus emitur Dei amor, ſunt peccata & crimina. Cap. 4.

D QVarta autem lex eſt paupertatis. O quid facient pauperes, qui denarios non habent? Et antequàm ad ſolutionem veniamus, præmittēdum eſt, q̃ quilibet preparet denarios ſuos, non alienos, non proximi, non Dei: ſed qui propriè ſunt ſui? Stultū foret, ſi quis emēs *Exēplū.* pānum pro induenda vxore ſua poſt taxatū pretium iamq; inciſa ipſa petia panni, peteret clauē de capſa denariorū vendentis: ſi ipſi vendenti ſic ſoluere vellet emens, miraretur mercator vrbanitateq; quadā emēti diceret: Amice, facile poſſem totā mercantiā hoc pretio venundare. Sic in propoſito, nemo exiſtimet pro hac mercātia Deo ſoluere monetā, quæ ipſiuſmet Dei eſt. De
E proprio ſoluat, qui intendit emere charitatem. Dñi. n. ſunt bona temporalia, corporalia, & ſpiritualia. Temporalia quidem Dei ſunt: Dei. n. ſunt diuitiæ, delitię, denarij, theſauri, lapides prætioſi, p̃dia, domus & oēs mercantiæ, fama virtutum & vniuerſa, quæ terrę ambitu cōtinentur. Vnde Pſal. Dñi eſt terra, & plenitudo eius, &c. Corporalia ēt *Pſal.* Dei ſunt: corpus noſtrum, noſtra iuuentus, pulchritudo, ſanitas, filij, fratres, & cæteri parentes. Spiritualia quoq; Dei ſunt, ſ. gra-
F tiæ, virtutes, dona, ſcientię, magnus ſenſus, grādis intelligentia, memoria tenax, volūtas bona, cunctaq; ſpiritualia bona. Vnde Iac. j. Omne datum optimū, &c. Quid. n. dabimus Deo pro hac pretioſiſſima mercātia? præparate burſas. Ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies ſalutis: extrahite marſupia. Quid inquàm ſoluemus Deo? Quā monetā? Noſtrā. Quos denarios? Vtique noſtros. In quo marſupio ſunt? In corde. Præparate corda veſtra Dño. Quæ nam moneta noſtra eſt ibi? Qui denarij? Peccata, ſcelera, iniquitates, odia, iræ, rixæ, auaritia,
G rapina, periuria, blaſphemiæ, detractiones, mendacia, furta, vſuræ, & cætera mala, & abominabilia, & ſceleſta. Hi ſunt denarij noſtri, hi theſauri, & monetæ. Hæc acceptat Dñs pro pretioſiſſima mercantia amoris, nullumq; aliud pretiū Dñs ſuſcipit, niſi qđ noſtri eſt. Noſtra non ſunt, niſi mala: Dei quidē ſunt omnia bona. In hac. n. emptione cōſidera anima mea, quid damus, quidq; recipimus. Demus Deo humilē confeſſionem, & recognoſcamus, & cōfiteamur oīa mala ex nobis eſſe: omnia vero bona noſtra ex Deo eſſe. Confiteamur ſacerdoti ſcelera noſtra: ipſe nēpe recipit denarios Dei: ſibi ſoluuntur, cum peccata illi confitentur peccatores. Peccata igitur ſunt pretium diuinæ dilectionis. Vnde Pſal. Dixi, confitebor aduerſum me, &c. Ecce pretium, qđ Dño datur. Sed de cōmercio diuinæ dilectionis ſubditur; Et tu remiſiſti impietatē, &c. Non. n. fit in anima peccati remiſſio, ſi in ea nō adſit diuina dilectio. O immenſa benignitas Dei, o pelagus infiniti amoris, o amplitudo diuinæ dilectionis, qua ab errore nos reuocans, & in perpetua charitate nos diligens, ad te tua charitate nos trahis, noſtri miſerās miſerator optime. O longitudo patientiæ Dei, qua ſuſtines ſceleratos, diſſimulans peccata hominum propter pœnitentiam.

In emptioni regni celeſtis conſiderare debet anima qđ dat, et quid accipi.

H

O ſubli-

A O ſublimitas ſapientiæ Dei, quæ omnem ſuperans ſenſum, ſtulta quodammodo facta es: nummos ſcelerum noſtrorum ſuſcipiens, & tuam charitatem nobis concedés. O amor in te trãsformans amores noſtros: hanc veram, & ipſe nos de amore huius ſeculi nequam transfer corda noſtra in veram tui poſſeſſionem: in præſenti per perſeuerantẽ gratiam, & in futuro per conſummatam gloriam. Qui cum patre & filio, &c.

FERIA QVINTA poſt Cineres. B

De fide viua & mortua.

Sermo VI.

VAde, & ſicut credidiſti, fiat tibi. Matth. 8. & in Euangelio hodierno. Sunt nẽpe pleriq; credentes ſe habere veram atq; viuam fidem atque charitatẽ, profitentes ſe credere omnia neceſſaria ad ſalutem: & quandoq; bona plurima operantur, & tamen veram fidem charitate informatam non habent. Alij quoq; C ſunt, qui etiam ſine bonis operibus habere ſe fidem viuam reputant, contra quos Iaco. 2. ait, Fides ſine operibus mortua eſt. Quod verbum ad præſentem materiã poteſt eſſe aliud thema. Ad horum igitur claram intẽtionem, & omnium errorum eliminationem, & ad viuæ, ac mortuæ fidei neceſſariã diſtinctionem, triplicem fidem diſtinguere neceſſe eſt. Prima dicitur luminoſa, ſecũda operoſa, tertia vero gratioſa. Prima eſt ſolum in intellectu, ſecunda in operatione, tertia perficitur ex vtraq;. Prima poteſt eſſe viua atque mortua, ſecunda ſimiliter, tertia vero pro viua communiter accipi ſolet. Et quilibet, qui ſecundum hanc triplicem fidẽ D fidelis, aut infidelis reperietur, a Deo merebitur audire, Vade: & ſicut credidiſti, fiat tibi, ſcilicet in hora mortis.

Fides triplex.

ARTICVLVS PRIMVS.

Quòd fides ſine operibus, viua & mortua eſſe poteſt.

PRima enim fides dicitur luminoſa, quia ſolum conſiſtit in intellectu, nec tamen per opera cõprobatur. Quod quidem ex triplici cauſa contingere poteſt. Primo ex amore E male inflammante, ſecundo ex timore male humiliante, tertio ex ratione benè illuminante. Siue aliter dicendum ſit, & tamẽ idem ſit dicere, ſcilicet ꝙ homo contingere poteſt. Primo ex inordinato amore, ſecundo ex inordinato timore, tertio ex regulata ratione. In duobus autem primis fides ſine operibus mortua eſt, in tertio verò viua efficitur per charitatem.

Quòd fides mortua eſt, ſi ex triplici inordinata dilectione bona opera ceſſant. Cap. 1. F

PRimo igitur fides mortua eſt, qñ eſt ſolum in intellectu, & bona ceſſant: quia credens bona non operatur: & hoc ex amore male inflammãte, hoc eſt ex inordinato amore. Triplex aũt poteſt eſſe talis amor inordinatus. Primus eſt dictus amor auarus, ſecundus eſt amor luxurioſus, tertius vero amor ſuperb⁹. Primus eſt amor auarus: quo qui inficitur, licet intellectualiter credat, a bono tamen opere ceſſat: quia ex cupidine temporalium rerũ implicat ſe in iniuſtis lucris, & in contractibus impijs, in mẽdacijs, peiurijs, in duplicitatibus, in malitijs, & circunuentionibus: in rapinis, in furtis, & in vſuris: mercatur in feſtis & in locis Deo dedicatis, & in ſimilibus multis. Tamen talis interrogatus ſi credat oĩa, quæ tenet eccleſia, credere ſe fatetur: & quo ad intellectũ verũ fatetur: & tamen non tm̃ a bono opere ceſſat, verumetiã in multis impietatibus implicatur. Taliũ nempe fides eſt quoddã credere generale, qđ eccleſia ſancta tenet: qui in multis particularibus errãt, & in huiuſmodi fides mortua eſt. Nã vera fides eſt & viua, quã Dei informat gratia, non tm̃ generaliter, ſed etiã particulariter ad ſalutem H neceſſaria credit, & oĩa cauenda euitat, & operanda implet. Vnde j. Cor. 13. Charitas omnia credit, & ſi nõ omnibus credat. Sed hi quædã credẽda credunt, quædã vero credenda non credunt. Sicut aliter apertum librũ intelligens videt, aliter vero q literas neſcit: licet vtriq; oculos habeãt perſpicaces: quia intelligens vir doctus multa particularia recognoſcit, & literas & dictiones & ſenſus & ſimilia, q̃ imperitus ignorat. Sic tales quodãmodo credunt, & dicunt Deum eſſe & iuſtos remunerantem, & impios punientem: credunt alterũ eſſe ſeculũ, credũt

Amor inordinatus eſt triplex. Vide quę habet D. Thom. 3. ſcrip. ſen. diſt. 27. q. 1. ar. 2. & q. 2. artic. 1.

A malum eſſe peccatū, credunt bonū eſſe virtutes, animā immortalē, & cætera multa: & tñ in his conſimilibus in particulari multipliciter errāt. Quia ſi viuè & verè intelligerent quid eſt Deus, q̄ & quanta ſit gloria paradiſi, quæ & q̄ dura ſunt ſupplicia inferni: ſi intelligerent horribilitatē peccati, ornamenta virtutū, & aīæ dignitatē: potius eligerēt millies mori, q̄ in minimo mortaliter peccare, ſiue offendere creatorē. Cur igitur contra præceptū Dñi, Non furtū facies, tāta cupidine flagrāt, niſi quia non viuaciter, ſed mortuè, & generaliter credunt? Vnde Pſal. Tales oculos ſuos ſtatuerunt declinare in terrā. Talem fidem puto habuiſſe

B cupidiſſimū Iudam, quia ex auaritia vendidit, & prodidit Saluatorem. Non.n.legimus poſt proditionem, Deū nouam ei gratiam contuliſſe: & tamen adhuc priori lumine fidei pmanente, pęnitens fuit corde, cōfitens ore, atque ſatisfaciens opere, licet infructuoſe. Vnde Matth. 27. Penitentia ductus retulit triginta argenteos Principibus Sacerdotū, & ſenioribus populi, dicens: Peccaui tradens ſanguinem iuſtum. Et abiens laqueo ſe ſuſpendit. Et ſic cum tali intellectuali fide, & ſine opere ęternaliter peremptus eſt: cum quo autem multi auari, & in mundialibus implicati vſurarij, fures, raptores, ſce-

C leſti: licet enim in fine vitæ appareant pęnitere, æternaliter crucientur. Secundus vero inordinatus amor impediēs, ne viua ſit fides in intellectu, eſt amor luxurioſus? Nam licet talis homo credat ſub tali generalitate luxuriam mortalem eſſe culpam, tamen ex inordinata dilectione ſectatur luxurias, fornicationes frequentat, adulteria cumulat, inceſtus & ſacrilegia patrat, ſodomias atq; ſpurcitias horrendas frequentare non ceſſat. Quære nunc obſecro ab huiuſmodi ſcelerato, ſi prędicta Deo diſplicere atque damnabilia eſſe credat: fatetur hoc crede-

D re, & ſentire. Attamen quis dubitat, licet etiam verum dicat, q̄ fides huiuſmodi mortua ſit? Tali itaque fide propheta Dauid 2. Reg. 11. ex libidine infidelis excęcatus non ſolum cum Berſabee adulterium perpetrauit: verū & virum ſuum Vriam crudeli nece peremit. Sic etiam ex libidine infatuatus Salomon ſapientiſſimus, ſicut dicitur 3. Reg. 11. idola muta & vana adorauit: licet intellectu, ſm Aug. crederet Deum, ſ. fide mortua, & informi. Tertius vero amor inordinatus, dictus eſt amor ſuperbus. Hic quoq; mirabiliter per impia opera mortuā reddit fidem, licet in intellectu fidei remaneat quoddam lumen. Sectatur ille partia-

E litates, & guerras: ambit dignitates, & magiſtratus: quærit omnibus dominari, extollitur proditionibus, eleuatur ſeditionibus, ad id laborat machinationibus, & cum his omnibus pompis, faſtibus nunquàm ſtatuit finem. Ecce opera tam iniqua, & cū hac fide intellectualiter credit oīa eſſe impia & iniqua, & tñ mortuā eſſe in hoīe tali fidē ipſa opa manifeſtāt, licet ſe oīa credere atteſtaſ.

Fides mortua eſt ſi bona opera ceſſant, ex triplici inordinata timoratione. Ca. 2.

SEcundo quoq; fides pōt eſſe in intelle-

F ctu, ſ. quia homo credit, attamen bona ei opera deſunt: & hoc ex timore humilitatis, hoc eſt ex inordinata timoratione. Vñ Pſal. Illic trepidauerunt timore, vbi nō erat timor. Triplex.n.timor ſolet animā a bonis operib. remouere. Primus eſt timor mundanus, ſecundus eſt timor vanus, tertius eſt timor humanus. Primus timor, qui a bonis operibus ceſſare facit, dicitur timor mundanus, qui potius eligit dimittere cęlū q̄ cęnum: potius eligit amittere æternum regnum, q̄ perdere mundum: potius amittere gratiā, q̄ ſubſtantiam: potius amittere aīam, q̄ propriā famā. Et hoc.n.timore pleriq; periurāt, & peierare tñ non curāt, ne.ſ.

Pſal.

Timor triplex remouet animam a bonis operibus.

G tēporaliter dānentur. Cōtra quos dr̄ Lu. 12. Nolite timere puſillus grex, quia cōplacuit patri veſtro vobis dare regnū, ſ. æternale. q.d. quanto amplius nō permittet vobis deficere ſubſtantiā temporalē. Secūdus vero dr̄ timor vanus, qui licet ēt credēda credat in intellectu: potius tñ eligit perdere gratiā diuinalē, q̄ gratiā ſecularē. Et eiuſmodi ſunt, qui potius parere eligunt pceptis, ac ſtatutis iniquis cōmunicatū & dñorum, q̄ pceptis Dei, & hoc ne amittāt eorū gratiā, officia & fauorē: ideo multa impia patrant, multas iuſtitias negāt, atq; multis bonis ne-

H quiſſimè aduerſant. Contra quos dr̄ Act. 5. obedire oportet Deo magis q̄ hoībus. Inter hos cōputandi ſunt quidā, qui ne diſpliceāt occultā retinent veritatē, maxime cū illam ex debito, vel officio teneātur manifeſtare. Contra quos dr̄ ad Ro. 8. Non accepiſtis ſpiritum ſeruitutis iterū in timore. Item dicit Bernar. Non licet tacere, cui ex officio incumbit peccantes arguere. Connumerandę etiam inter iſtos ſunt quædam fœminæ inſenſatæ & vanæ, quæ tanta formidine timent non placere maritis ſuis, q̄ non verentur per immoderatum ambitū vanitatū orna-

A ornatum, & pompã vltra q̃ deceat chriſtianam religionem animas pretioſo ſanguine Chriſti redẽptas ſcandalizare, & eis perditionis laqueũ p̃parare. Tales.n.ſm Ambr. dum verẽtur maritale iudicium, perdidere ſuú. *Exẽplũ de gallina & vulpe.* Nec.n.aduertunt, ꝙ ſicut vulpes malitia ſua decipit gallinã: ſic diabolus verſutia ſua decipit fęminam vanã. Solet enim vulpes qñ videt gallinã ex timore ſuo in arborem aſceudiſſe, concito greſſu ſtipitẽ arboris ſatagit circumire. Qua territa gallina defixo oculo, & ex alto proſpectans, cerebri vertiginẽ inſperato patitur: ex quo in arbore minime ſe retinere valens, B de arbore cadit, ſtatimq́; illam vulpes parata rapit, atq; comedit & occidit. Sic mulier inſenſata dum timet nõ placere viro ſuo, meretricali ornatu ſe muniens, & verę rationis per ſpiritualem vertiginem iudicium perdens, in os infernalis vulpis peccando mortaliter ruit. Tertius autẽ dicitur timor humanus, qui licet etiam intellectualiter credat: tamẽ *Timor humanꝰ.* ex timore opere contradicit, dum potius eligit mortem ſpiritualẽ, q̃ mortem incurrere corporalẽ. Huiuſmodi ſunt, qui aſtricti iuramento periurant, ſeu falsè alios, & iniuſtè pro ſua liberatione accuſant: aut ne oc- C cidantur, ore & opere fidẽ etiã negant, & nihilominus fidẽ verã in corde tenent. Hoc timore pterritus Petrus licet crederet Chriſtum filium Dei viui: dum mori timuit, fidẽ negauitꝰ. Alij quoq; diſcipuli eãdem fidem in intellectu ſeruantes, plus tamen ſeipſos q̃ Dñm diligentes, ex hoc timore eum dãnabiliter reliquerũt. Reſtat igitur, ꝙ neceſſarium eſt fidẽ opere confirmare. Vñ Greg. Tunc veraciter fideles ſumus, ſi quod verbis promittimus, operibus adimplemus.

Quòd fides eſt viua etiam ſine opere bono, ſi ex triplici rationabili cauſa quis
D *ceſſat ab eo. Cap. 3.*

TErtio etiã poteſt eſſe fides in intellectu abſq; opere bono: & hoc ex ratione bene illuminante. Licet enim homo veraciter credat, tamen quãdoq; nõ exequitur opus bonum, quando.ſ.comprehenditur ſub præcepto affirmatiuo, qđ obligat ſemper, ſed non ad ſemper: & tamen talis fides, abſq; opere eſt iuſta & ſancta. *In triplici ſtatu põt hõ fidelis deſiſtere ab aliquo oꝑe bono.* In triplici quidẽ tempore poteſt homo fidelis & iuſtus deſiſtere ab aliquo opere bono. Primo, quando non eſt neceſſarium: ſecundo, quando non conuenit ad operantis ſtatum: tertio, qñ oĩbus cõpenſatis opus habere non poteſt bonum finẽ. E Primo enim fidelis homo opus bonum relinquere de neceſſitate ſalutis teneatur ſemper eſſe paratus, velle potius mortem ſubire, q̃ fidẽ negare, cum periculum immineret: non tamẽ peccat ſi a ſancto opere ceſſat, cum non imminet periculi caſus. Similiter ẽt homo iuſtus & diues nõ ſemper ſe exercet in eleemoſynis diſpenſandis, in viſitãdis infirmis & incarceratis, nec ſemper frãgit panẽ eſurienti, & potũ exhibet ſitienti, & ſic de alijs præceptis affirmatiuis: & tamen abſq; tali opere eſſe poteſt in homine vera fides: quia talium operũ habet habitum, licèt non habeat actũ. F Secundo quoq; ab opere bono ceſſat homo fidelis & iuſtus, ſ.qñ id nõ conuenit ad ſtatum ſuũ. Verbi gratia, Homo hominẽ ex malignitate occidit, & cũ iuſtitia *Exẽplũ.* poſcat, ꝙ per poteſtatẽ condẽnetur ad mortẽ: tamẽ homicida ille impune vadit: & vñ exul eſſe deberet, libere inhabitat ciuitatẽ. Ecce ꝙ in hoc iuſtitia perit. Nullus tamen abſq; auctoritate hũc, ne pereat iuſtitia, interimere poteſt. Nã licet mereatur mortẽ, non tamen niſi a debito iudice, & debito modo occidi debet. Aliter.n.quicunq;, ad quẽ non pertineret, vel ordinem non ob- G ſeruaret, eſſet criminaliter homicida. Nã & qui iuſtum cõdemnat: & qui iniuſtum ſine iuris ordine condemnat, vterq; mortaliter peccat: quia non ſufficit bonum agere, niſi bene agatur. Vnde Deuter. 16. Iuſte, quod iuſtũ eſt proſequerisꝰ. Dolere igitur debet, qui perire iuſtitiam videt, atq; obligatur ei fauere quantũ poteſt: nõ tamen de alterius officio aliter impedire ſe debet. Nõ.n. licet zelanti religioſo occidere furem, vel homicidã impune peccantẽ pro iuſtitia conſeruanda, cũ ſit officium ſeculare. Vnde 2. ad Timot. 2. Nemo militans Deo, implicat ſe negotiis ſecularibus. Similiter econuerſo H nequaquàm licitum erit iudici vel domino ſeculari religioſum vel clericum delinquentem, ne iuſtitia pereat, iuris ordine prætermiſſo punire, vel condemnare: licet per ſuũ ſuperiorem non corrigatur, aliter non eſſet corrigere malum, ſed addere malis mala. Nam ſi impium eſt, clericum operari ſcelus: iniquũ quoq; eſt per eius ſuperiorẽ non puniri ſcelus. Nec inſuper iniquitate caret per illum, ad quem non pertinet caſtigari ſcelus, prohibente Dño, Deuteron. 23. Nemo mittat falcẽ ſuam in alienã meſſem. Non.n. per hoc iuſtitia defenſatur, ſed iniuſtitia ſuper iniuſtitiã cumulatur. Duobus enim ma-

A lis,ſcilicet erranti, & non corrigenti tertiũ ſuperadiunctum eſt, ſ.iniuſtè corrigi delinquentem. Tertio ab opere bono etiam ceſſat,qui intellectualiter credit,quãdo omnibus cõpenſatis opus habere non poteſt bonum finẽ, licet de ſui natura foret bonum. *Exẽplũ.* Verbi gratia: Veritas in ſe vtiq; bona & ſancta eſt, & tamen ſemper verum dicere,magnum eſt nefas. Vnde Eccl.3.Tempus tacẽdi & tẽpus loquendi .Loquatur aliquis prædicans indiſcretus in populari ſermone cõtra præſentes dominos ſeu prælatos, ſeu ẽt clericos aut religioſos, prædicet veritatem oĩq; auctoritate & ratione ſua dicta confir
B met: nihilominus quia ad eũ ſaltẽ tali modo & in tali caſu non pertinet, ſine fructu ſcandalũ generabit,atq; extrema dementia laborabit. Vnde Hiero. Fruſtra niti & nihil aliud q̃ odium quærere,extremæ dementiç eſt. De his igitur tribus breuibus rationib. quare ſtante in anima fide contingit bonũ ceſſare opus, habemus manifeſtum exemplum ab illa,quæ poſt Chriſtum omnis exẽplaritatis fuit regula & doctrina, ſ.glorioſa Virgo Maria. Inſtat.n.dominicæ paſſionis filij ſui tempus,capitur, ligatur,duris verberibus corpus ſuum ſanctiſſimum laceratur,
C præſente Virgine corã omni populo caput illud Angelis tremebundum ſpinis duriſſimis oſtenditur laceratum: ſibi Dñs ad Caluariç locum baiulat crucem durã,crucifigitur,& clauis affixus in cruce leuatur: & ſicut Ioan.19.ait, ſtabat iuxta crucẽ Ieſu mater eius.Sed cur dilectiſſima mater eius pro defenſione innocentis filij tui non currebas ad arma? Cur ſaltem agnũ illum mitiſſimum,qui tollit peccata mundi,non excuſabas? Cur ſaltẽ toto conamine innocentiã eius & ſanctitatẽ non allegabas: Cur illũ eſſe verum filium Dei nõ aſſerebas? Cur nõ omnibus viribus mortem eius impediebas?
D Nunquid fortè eum filium Dei & Spiritum ſanctum ex te conceptũ non credebas? ſeu aliqualiter dubitabas? Nunquid ſanctitatẽ conuerſationis eius nõ noueras?&ſi noueras,cur illũ non defendebas vel excuſabas? Sed fortè, quia illum minimè diligebas. Reſpõdeat pro re recta ratio Virgo, & mater. *Ratione triplici declaratur.* Triplici etenim ratione ad noſtrũ exẽplum hoc egit ſapientiſſima Virgo, nec opere vel verbo oſtẽdit, quod corde intellectu firmiter fidẽ ſeruabat. Primo, quia nõ erat illud neceſſarium: ſecundo,quia non conueniebat ad ſuũ ſtatum: tertio, quia omnibus cõpenſatis finaliter extitiſſet nociuũ.Primo inquàm quia non erat neceſſarium ſic illum taliter defenſare, immo neceſſariũ erat pro E
noſtra redemptione illum perpeti paſſionẽ. Vnde Lu.24.Oportuit Chriſtum pati,& ſic intrare,ſ.cum oĩum iuſtorum cçtu, in gloriã ſuam. Nouerat igitur ſacra Virgo Maria ſic eſſe prædeſtinatum ſm̃ beneplacitũ çterni patris & Spiritusſancti,cum quibus intelligebat omnino filium concordare,nec ipſa cũ eis in minimo diſcordabat: immo cum eis vltra oẽs creaturas ſe perfectiſſimè conformabat. Secundo vero, quia non conueniebat ad ſtatũ ſuũ:cum.n.data eſſet in mũdi ſpeculũ exẽplare,atq; in exẽplum totius humilitatis:neceſſe ſuit,ꝙ ex ſcripturis reperiretur in defenſionẽ ſui filij nõ aperuiſ F
ſe os ſuum, vt inter alia edoceret alias mulieres,ẽt in cauſa graui eſſe debere taciturnas atq; modeſtas. Tertio autẽ,quia omnibus compẽſatis finaliter fuit nociuum. Nouerat.n.tanquàm mens diuino lumine illũſtrata,quia mentes perſequẽtium Chriſtũ, eius actuum & verborum capaces nõ erãt: & ideo digne ipſi ex pijs ſupplicationibus ſuis potius contra filium ſuum ad crudeliora irritarentur. Nouerat quoque dixiſſe Dominum Matth.7. Nolite ſanctum dare canibus,nec mittatis margaritas veſtras an G
te porcos, cuius conſilio voluit omnino obedire. Ex dictis patet, quòd non eſt prædicandum in populo contra clerum.

ARTICVLVS SECVNDVS.

Quòd fides cum operibus poteſt eſſe viua & mortua.

SEcunda autem principalis fides dicitur operoſa, quia ſolum conſiſtit in opere ſine lumine intellectus: & poteſt etiã mortua eſſe atq; viua.Poteſt enim carere lumine intellectus ex triplici reſpectu.Primo ex amore malè inflammante, ſecundo ex ti H
more malè humiliante, tertio ex diuina ſapientia permittente.

Quòd ex triplici inordinata dilectione in bonis operibus ceſſat fidei lumen. Cap. 1.

PRimo enim põt eſſe fides in opere abſq; lumine interiori ex amore malè inflammãte,i.ex inordinata dilectione. Triplex eſt enim amor, qui bona operari facit hominẽ non credentẽ. Primus eſt amor cupiditatis, & talis *Triplex amor facit hominẽ operari bonũ.*

A talis amor multã operatur apparẽtia bona,
Amor cu-piditatis. licet intrinſecus nihil eredat : & hoc ex cu-
pidine temporaliũ rerũ, ſicut ſolent facere
quidã, qui eleemoſynas large diſpẽſant, vt
diffuſa eorũ bonitatis fama, multi confiden
ter ponant denarios in manibus ſuis, vnde
amplè ditentur. Contra quos dicitur Matt.
6. Cum facis eleemoſynã, noli tuba canere,
&c. ſicut hypocritæ faciunt in ſynagogis, vt
videantur a doctis: in vicis, vt videantur a
turbis, ſ. vt ab hominibus acquirant famam.
Solent ẽt tales oſculari ſuo ore porcino ſan
ctorum facies, atq; eorum cõburere pedes,
B vt affectum deuotionis oſtẽdant: nihilomi-
nus propter nummos, vel ex quadã deuo-
tione inſipienti. Inter hos aũt maximũ gra
dũ tenẽt nonnulli quæſtores, qui mẽdacijs
& fallacijs ſuis decipiũt mulieres ſimplices
mulias, miſſas & alias orationes & bona
illis promittentes, & minimè obſeruantes,
nec obſeruare volentes. Quos autẽ nõ imi-
tarẽtur multi, qui clericatum gerunt, quo-
rum hypocriſis & palliatio pietatis ad pecu
niã cumulandam fęret vſque ad nares Dñi
Sabaoth. Sunt nanq; pleriq;, qui ſibi confi-
tentibus imponunt miſſas, vt data occaſio-
ne apparẽter honeſta ipſi ſint pro ipſis miſ-
ſis pecuniæ receptores: promittunt ſe dice
C re illas, & non obſeruant. Quanquam enim
per ſacrificium altaris animæ liberentur, vt
ponitur 13. q. 2. c. animæ: nihilominus in
fraudẽ præſumitur eſſe factum, ſ. vt accepta
pecunia ꝓ illis miſſis videãtur eos ab one-
re pęnitentiæ releuare, ad hoc habetur. art.
26. q. 7. alligant, gerit ſecum ſpeciem mali.
1. q. 1. emendati: de vi. & ho. cle. cum ab om
Amor carnalitatis. ni. Secundus eſt amor carnalitatis. Hic ẽt
extra quædam apparentia bona habet, cum
intus tamen Dei lumen deficiat & fides ve-
ra: inter quos ſunt pleriq;, qui per baptiſ-
mum vel confirmationis ſacratiſſimum Sa-
D cramentum cõpatres fieri quęrunt, vt ꝑ hoc
ꝓditionis velamen ſecurius & liberius mi-
ſceantur carnaliter, ſanguinẽ Chriſti in re-
mediũ in tali proditione & ſcelere ſtatuẽ-
tes. Cum his quoq; numerandi ſunt iuue-
nes, qui vt conſummarẽt concupiſcentiam
ſuam, ſimplices immo fatuas puellas deci-
piunt, illas per verba de præſenti clandeſti
nè deſponſantes, & cum illis ſub pallio ma
trimonij ſancti turpiter cõmiſcentes, quod
quanti ac q̃ irremediabilis periculi ſit, non
eſt præſentis tẽporis explicare. Propterea
tale matrimoniũ oĩno ab eccleſia prohibe-
tur, extra de clande. deſpon. cum inhibitio.
Trãſeo quoſdã, qui ſub ſpiritualitatis præ-
textu, & ſub reuerẽtia paternali, nihil aliud E
q̃ carnalitatẽ venerantur. Tertius eſt amor
ambitioſus. O quot modernis temporibus,
vt aſſumantur ad dignitates, vel officia con
ſequantur, operantur exterius quæ non cre
dunt interius? quot non reperiuntur, qui vt
aſcendere poſſint, prætendunt pellem oui-
nam & animam gerunt lupinam vel leoni-
nam? Quot etiam quærunt cõſortes iuſto-
rum ac remunerantur in pręſenti cum ſorte
bonorum? Ex hoc enim triplicato amore
omnis hypocriſis generatur & frequentat̃.

Quòd ex triplici inordinato timore, homo operatur bona cum incredulo intellectu. Cap. 2. F

SEcundo contingit in opere eſſe fidem
abſq; lumine intellectus ex timore ma
lè humiliante: hoc eſt ex inordinata ti-
moratione. Triplex eſt aũt timor talis. Pri- *Timor amittendi ſubſtãtiæ.*
mus eſt timor amittẽdi ſubſtantiã, ſecũdus
amittendi famã, tertius amittendi vitã. Pri-
mus etenim timor eſt amittendi ſubſtantiã.
Multi ſunt, qui operãtur bona, ne detrimẽ-
tum ſubſtantiæ tẽporalis patiantur: nõ labo
rant in feſtis, ne condẽnentur in nummis.
Propter hoc idẽ pleriq; a blaſphemijs, a ꝓ- G
hibitis ludis, a vanitatibus & ſuperfluis põ-
pis abſtinent: & tñ hoc nõ faciunt propter
Deũ, ſed ne recipiãt damnũ. Ecce hæc & ſi-
milia opera ſunt ſine lumine verę fidei. Se-
cundus eſt timor amittendi famã. Propter *Timor amittendi famam.*
hunc aũt timorẽ multi viſitant eccleſiã, fre-
quentant miſſas, prædicationibus inſiſtunt:
qñq; etiã confitentur & Dñicum ſuſcipiũt
ſacramentũ. Ecce opera bona, & tñ intrin-
ſecus nihil credunt: ſed iſta agunt, ne dete-
riores alijs reputentur, & perdant famam.
Tertius eſt timor amittẽdi vitã. Multi vtiq;
hæreſibus & erroribus pleni, extra tñ in ap H
parentia iuſti: qui ſi extra oſtẽderent, quod
intus in corde credunt, iuſtè cõburerẽtur.
Internumerãdi ſunt quidã, qui lapſi ſunt in
damnatã hæreſim de ſpiritu libertatis: quæ
doctrina ponitur in libro, qui de anima ſim
plici intitulari ſolet: quo qui vtuntur in illã
hæreſim cõiter prolabuntur: licet tales q̃m
tali peſtifero morbo infecti ſunt, ad excuſa
tiones in peccatis & ad impugnandũ ſpiri-
tũ veritatis dicunt, talẽ librũ & ſtatutũ non
intelligi ab impugnatoribus ſuis, & ſic iudi
cãt & dãnant eccleſiã, quæ talẽ doctrinã in
ſacro concilio condẽnauit, ſicut patet extra
de hæreti. vnico. c. in clemẽ. vbi articuli nu-

A meratur. His quoq; poſſunt ſuperaddi multi alij hæretici & ſciſmatici & Iudæi plures baptizati, inſuper & ſecta Dulcini hæretici: qui in apparentia tenentes honeſtã vitã, intus ſunt erroribus pleni. Addatur etiã iſtis Antichriſtiana ſecta, qua noſtris tẽporibus aſſerentes Antichriſtũ iam eſſe natum, ipſi in ſe errãtes, plurimos deceperunt, & multis erroribus impleuerunt. Et licet ore talia negent, ſi tamen euiſcerarentur, in cordibus eorũ Antichriſtus reperiretur. Cõtra quos Dñs Act. j. ait: Non eſt veſtrum noſſe tẽpora vel momenta, q̃ pater poſuit in ſua poteſtate: non in poteſtate eorum. Oẽs aũt B prædicti, & conſimiles eis catholicis operibus conformantur verbis atq; geſtibus, illud idẽ prætendunt ſimiles pueris, cum ſint in ſcholis, qui aſtante magiſtro, ſunt cõpoſiti, & modeſti ſolummodo timore: ſed illo abſente tumultibus & ſtultitijs pleni ſunt. Sic huiuſmodi dolis pleni hypocritæ & fallaces, extra videntur modeſti & iuſti, intus erroribus imbuti: a quorum conuerſatione ne contaminaremur, cauendum eſſe Dominus Ieſus Chriſtus monſtrauit, cum Matth. 7. ait: Attendite a falſis prophetis, qui veniunt ad vos in veſtimentis ouium: intrin- C ſecus autem ſunt lupi rapaces. A fructibus eorum cognoſcetis eos.

Quòd ex triplici cauſa ſine fidei lumine homo iuſtè & meritoriè operatur. Ca. 3.

TErtio contingit in opere eſſe fidem ſine lumine intellectus ex diuina ſapientia permittente. Sunt nãq; pleriq;, qui licet iuſtiſſimè viuãt, tamen horribiles vexationes patiuntur de fide: de multis articulis fidei moleſtantur, diuerſis fantaſijs & erroribus moleſtãtur, & cruciãtur, q̃bus vr̃ q̃nq; vel quodãmodo aſſentire totaliter vel ſaltẽ de multis articulis fidei du- D bitare: dolent nihilominus cordialiter a talibus moleſtari: corde oĩno talibus contradicũt, pro ſua liberatione ſuppliciter & frequentius Deũ orant: & (quod melius eſt) interim minime ceſſant multiplicare opera bona: ſeruẽtius audiunt verbũ Dei, deuote frequentant miſſas, orationibus ſollicitè inſtãtes, ſæpius ſuſcipiunt Dñicum Sacramẽtum, hylares ad dandũ eleemoſynã, prõpti ſeruire infirmis, viriles in ieiunijs, humiles in quærẽdis cõſilijs, ſolliciti in diſciplinis, cõpuncti in lacrymis, aſſidui in ſcripturis: omniq; conatu inſiſtũt ſupplere per opera bona fidei defectũ, quẽ intelligentia patiũtur.

Sine lumine fidei hõ iuſte, & meritoriè operatur.

E Proinde ſi q̃n Dñs talibus lumen fidei miſericorditer reſtaurare dignetur, lucroſum prẽmiũ ex prædictis bonis operibus iã reportãt. Si autẽ tale fidei lumen Dñs reddere non dignatur, indubitabili fide tenendum eſt eis in cœlis palmã martyrij reſeruatam: quia huiuſmodi vexatio mentis de durioribus, atq; terribilioribus afflictionibus vitæ præſentis eſt. Sũmas igit gratias agere debet Deo, qui in talibus tẽtationibus cõſtitutus ſic impatiẽter patiẽs, in bonis operibus perſeuerat. Fecit.n. quod ſuum eſt, p̃parauit Deo mentẽ ſuam. Hanc luminoſam fidẽ Dñs ex aliquo ſecreto, & ſãcto iudicio F ei voluit diſpenſare: licet dño facere quicquid vult, ſuũ eſt donũ huiuſmodi fides. Vñ ad Epheſ. 2. Gratia.n. ſaluati eſtis, ſ. per fidẽ, & hoc non ex nobis: Dei.n. donũ eſt, nõ ex operibus, ne quis glorietur. Aduertendum eſt tñ, ꝙ tribus ex cauſis ſolet talibus iudiciũ Dei euenire. Primo ex natura, ſecundo ex culpa, tertio ex gratia. Primo quidem ex natura ſolet talis defectus fidei venire, ſ. ex aliquo ſecreto iudicio Dei homo patitur in cerebro paſſionẽ, quã medici appellare ſolent melancoliã: cui poſt orationes ab his pro tali liberatione corã Dño frequẽtatas, atq; poſt naturalia remedia medicorũ, nul- G lum prudentius, atq; efficacius remedium adhiberi põt, q̃ fuga & obliuio prædictarũ cogitationũ, hoc eſt nihil curare de eis, neque cõſcientiã ſibi formare de alijs, niſi fortè & rarò atq; generaliter confiteri, de eis quoq; & ſub ſpetie conſilij rarius loqui: qa aliter nihil aliud eſt, q̃ ardẽti igni adhibere arida ligna, vt extinguatur. Secundo hoc ſolet euenire ex culpa. Q̃nq;.n. homo olim in multis ſcelenbus irretitus, ne relictis vitijs iuſtus ſibi & iam p̃fectus eſſe videatur, atq; in ſeipſo confidens a Dei cõfidentia cũ ſuo diſcrimine elonget: hæc tẽtationibus flagellatur. Ideo ait, Greg. Tẽtari permittit Deus: vt cũ per tentationẽ homo cõcutitur, imbe- H cillitate ſua cognita in Deo fortius ſolidetur. Tertio aũt ſolet euenire ex gratia. Poſt ſublimia quidẽ quibuſdã electis cõmunicata dona, ne elati cadãt ab illis, ſed creſcat in eis, talibus tentationibus ſapientiſſimus Deus hũiliat eos, ſicut de ſe 2. Cor. 12. dicit Apoſt. Ne magnitudo reuelationum extollat me, datus eſt mihi ſtimulus carnis meæ, angelus ſathanæ, qui me colaphizet. Propter quod ter Dñm rogaui, vt diſcederet a me, & dixit mihi. Sufficit tibi gratia mea, nã virtus in infirmitate p̃ficitur. Libẽter ergo gloriabor in infirmitatibus meis, vt

Tribus de cauſſis ſolet iudicium Dei euenire.

A vt in habitet in me virtus Chriſti. Talis vtique fides piſcibus comparari poteſt. Vnde Aug. de verbo Domini Piſcis bonus, pia fides eſt: viuit inter fluctus, non frangitur aut ſolnitur fluctibus: viuit inter tempeſtates huius ſeculi.

Articulus. 3. de fide diuinitus ſuper infuſa & viua, & quid in anima operatur.

TErtia fides dicitur gratioſa vel amoroſa, quæ, ſcilicet vita charitatis viuens ſimul & viuifico radio intellectum illuſtrat, & ſe viuere per opera manifeſtat. B Eſt enim fides viua quidam viuificus radius in humananum intellectum gratis de fonte vitæ deſcendens, ſicut pſal. in perſona taliũ fidelium ait, Signatum eſt ſuper nos lumẽ vultus tui Domine &c. Et iterum in pſa. 15 Illuminans tu Chriſte, nõ alius, mirabiliter a montibus ęternis, ideſt a ſancta Trinitate. Et quodlibet horum verborum poteſt eſſe thema, quando ſolum de hoc ſolo tertio articulo fieret ſermo. Hic enim radius verus in ipſum intellectum, qui eſt caput mentis humanæ, ad tria implendum officia deſcendere comprobatur. Primò ad intellectum illuminandũ, ſecundo ad intellectum viuiC ficandum, tertio ad intellectum roborandũ & vigorandum, ideſt vt ſciat, velit & poſſit operari gratiæ Deo. Variè tamen hic radius in diuerſamentibus talia officia implet, ſecũdum quòd a Domino variè diſpẽſatur, iuxta illud ad Ro. 12. vnicuique, ſcilicet talis radius prædicta tria diſpenſat, ſicut Deus diuiſit menſuram fidei. Et iterum ad Eph. 2. ait, ſaluati eſtis per fidem & hoc non ex vobis: donum Dei eſt, non ex operibus, ne quis glorietur.

Veritatis radius tria facit circa intellectũ.

D *Quòd fides viua omnes noxias tenebras ab anima pellit. Cap. 1.*

PRimun officium talis radij eſt intellectum illuminare. Et licet fides etiam mortua aliquando aliquo modo illuminet intellectum: aliter tamen illuminat fides viua. Differunt etiam ſicut lumen cãdelæ extinctæ a lumine candelæ accenſæ, quod propter ſui paruitatem inſufficiens eſt ad dirigendum hominum greſſus, & ad oſtendendum foueas vel laqueos, & ad diſcernendum, quid formoſum ſeu deforme. Differt etiam ſicut lumen, quod eſt in nocte ab ipſa lucerna, ſeu a luna, vel a ſtellis ab eo lumine, quod eſt in die a radianti ſole. E Cum igitur hic vnus radius in intellectũ deſcendit, tres tenebras maximè de anima pellit. Primo tenebras noxiæ ignorantiæ, ſecundo tenebras noxiæ perfidiæ, tertio tenebras noxiæ cuiuſcunque culpę. Non efficit mortua fides, maximè cum prædicta clare non cernat ſeu videt illa, ſicut videre cõtingit oculis clauſis vel velatis, & interdum etiam melius. Primò repellit ab anima tenebras noxiæ ignorantiæ ſecundum varios hominum ſtatus, & hoc iuxta quod eſt neceſſarium ad ſalutem. Quæ autem ſint illa, declarat Tho. 12. q. 26. di. Omnes communiter obligantur ſcire ea, quę fidei ſunt, & vniuerſalia iuris præcepta: ſinguli autem F ea, quæ ad ſtatũ eorũ vel officium ſpectãt. Nã quicunq; negligit facere vel habere ea, ad quæ obligatꝰ eſt, peccat peccato omiſſionis. Vnde propter negligentiam ignorantia eorum, quæ quis ſcire tenetur, peccatũ eſt, ad hoc facit extra de iniur. & dam. c. ſi culpa. Hæc igitur negligentia ſciendorũ, quæ ad ſalutem neceſſaria ſunt, lumine viuæ fidei illa ſollicitè exqrentis ab aĩa ꝓpulſatur, ſicut propheta ad Dñm ait. In lumine tuo, quod eſt fides, videbimus lumẽ. ſ. vnde tenebrę ignorantiæ expellentur. Vnde Ber. ſuper Cant. fides eſt in meritũ, intellectus in præmiũ. Scd͞o repellit ab aĩa tenebras G noxię perfidiæ & cuiuſcũq; credulitatis piculoſæ, nõ timore pũitionis, ſed lumine veritatis. Vno. n. mõ lux diei, alio mõ patibulũ, atq; alio mõ prætor latrones fugat. Sic nihil ꝓhĩbet fidei lucẽ quæcũq; malę fidei ſunt ab aĩa effuga, non tñ timore pũitiõis, ſed amorẽ dilectiõis. Proinde. j. Cor. 13. Charitas oĩa credit. i. vera & neceſſaria ad ſalutẽ. Nã errores & falſa a lumine fidei viuę, quaſi extra oĩa alia exiſtentia, pro nihilo reputãt atq; deſpiciunt, & tãquã tenebrę quę palpant, hñt horrore, & ecõtra. Vñ Ecc. 11. Dulce lumẽ, ſ. fidei, & delectabile oculis. ſ. intellectꝰ videre ſolẽ. i. ꝑ fidẽ viuã cognoſcere creatorẽ, cuius ſplẽdore quẽadmodum a H ſole tenebræ, ita ab eo in aĩa oẽs effugant errores. Hinc Aug. quantum ad obiectum, & primun motiuum viuam fidem diffiniẽs, ait: Fides eſt illuminatio mentis ad ſũmã veritatẽ. ſ. cognoſcendã & diligẽdam, & in ea oẽm ꝑfidiam abhorrẽdã. ideo omni falſitati ſummè expoſita eſt. Qui igit talis viuę fidei lumine illuſtrat, ꝓ nihilo habet oẽs alias incãtatiões, ſuperſtitiões, obſeruationes & cõſimilia. Et ecõtra q hoc lumie viuo priuatꝰ ẽ, facile labit i quoſcũq; errores & deceptiões. Vñ ꝓpheta ait. Errauerũt i inaquoſo

Fides vera repellit ab anima noxias tenebras.

Fides eſt illuminatio mentis.

in

A in ſolitudine, ideſt in ſęculo præſenti viuo priuati,& vero lumine fidei. Viam ciuitatis habitaculi, quæ eſt fides viua, non inuenerunt,&per conſequens ad habitaculum ciuitatis gloriæ ſempiternæ non peruenerũt.Et iterum inquit: Beatus vir, cuius eſt nomen Dñi ſpes eius.Nomẽ Dñi eſt notitia eius ꝑ fidẽ. Et ſequit̃,Et nõ reſpexit in vanitates, & inſanias falſas.Tertiò repellit ab aĩa fides viua tenebras oĩs noxiæ culpæ, & hoc a corde, ab ore,& ab opere. Qui enim hoc viuo lumine illuſtratur in corde,nõ recipit illecebras, non decipulas dęmonis, nec blanditias mundi. De illecebris carnis dicitur A-
B ctus.15.Fide purificans corda eorum. De diabolo dicitur.j.Pe.5.Aduerſarius videtur diabolus, tanquam leo, &c. De mundo dicitur Eſa. 11.Erit fides cintoriũ renum eius, ſcilicet ne blãditijs mũdi decipiatur. Vnde Prou. 15. Per miſericordiam,& fidem purgantur peccata ſcilicet ſupradicta, licèt in eis per longam conſuetudinem fuerit homo inquinatus. Qui inſuper hoc ſplendore illuminatur, proijcit a ſe cuncta crimina operum, quæ fidei aduerſantur: & maximè
C opera ſuperbiæ,luxuriæ, & auaritiæ. Vnde ad Ro. 14. Quod non eſt ex fide,ſcilicet viua, ſicut non ſunt prædicta tria, peccatum eſt. Sed fides mortua omnia hoc prohibere non poteſt, eo quòd minus videtur poſſe quàm dubitatio. Nam qui dubitaret de aliquo cibo vel potu an venenatus eſſet: ſola enim dubitatio cohiberet, ne ſumeret illũ. At fides mortua homines a prohibitis cohibere non valet, quæ tanquam venenum in ferunt animæ mortem.

D *Quomodo lumen fidei viuę aliter illuminat intellectum quàm lumen fidei mortuę. Et quòd fides viua a fide mortua differt, maxime quia mortua poteſt credere deũ & deo,ſed ſola viua credit in deum. Cap. 2.*

Fidei lumen viuificat. Intellectũ.

SEcundum officium talis radij, eſt intellectum viuificare. Nihil quidem ad ſalutem prædicta illuminatio proficeret intellectui, niſi per eundem radium ei vitæ, gratia donaretur. Quemadmodũ enim ſcientia medicinæ eſt quoddam lumen ad oſtendendum ipſi ægroto, quæ ſint ei ſalubria,& nociua: ſed tamen ipſum non erigit neque ad valitudinem veterem perducit, niſi illum confortet ad proficua appetẽda, quærenda,atque ſumenda, & contraria horrenda declinanda, & fugienda. Sic de fidei lumine cõtingere poteſt, ſi ſolum intellectui credenda oſtenderet, & viuificus maximè eſſet ad illa appetenda quærenda & ſumenda,& contraria horrenda,& diclinanda, & fugenda eſſet. tunc vere ſimilis medicinæ,ꝙ ſcientia mortua eſt. Et merito mortua dici poteſt,cum ſit a mortuis rebus & nõ viuificantibus,& de pellibus mortuorum animalium aliquando accepta. Si enim eſſet ſcientia vera & viua, nõ tantum illuminaret medicum ad cognoſcendum corpori ſuo ſalubria & nociua: verum etiam ipſam ægritudinem in eo ſua viuacitate fugaret. Patet igitur quòd fides informis, tanquam ſcientia medicinæ, verè mortua eſt: formata verò vita animę comprobatur. Dicitur autem ſecundum Alexa.de Ales in.3.quòd nõ habet in ſociam charitatem, quæ eſt forma & eius vita. Proinde iuncta fides cum charitatę, meritò viua nuncupatur. Vnde Apoſtolus ad Rom.j.Iuſtus autem ex fide viuit. Et Abachuc. 2. Iuſtus meus ex fide viuit. Differunt etiam mortua & viua fides, ſicut lumen & tenebræ, quod eſt quandoque in vmbra opaca ab ipſo radio ſolis. Nã ipſum vmbraculum lumen & admixtum eſt tenebris, & frigidum atq; mortuum comprobatur. Sicut arbores in tali vmbra complantatæ manifeſte oſtendunt & virtutes herbę & arbores fructiferæ in loco ſolari ſitæ. Ideo dicitur in glo. Ioan.6. Per fidem Deo copulamur, atque per intellectum viuificamur. In tantum etiam eſt viuificus ſol iſte materialis, quòd in tali ſuo ſplendore oẽs arbores & cuncta terræ virentia reuiuiſcũt in vere, quæ per ſolis longationem quaſi mortua videbantur,& quod mirabilius eſt, in ipſa eclypſatione ſolis, ſecundum quòd magis vel minus eclypſari contingit in terra,ſemper remanet maior vel minor diſpoſitio mala,vt dicunt naturales. & addunt ꝙ ſi per diem vnam ſuper terram non oriretur ſol,omnia mundi viuentia morerentur. Sic quidẽ abſente fidei ſua viuifica forma, ipſa vitæ gratia ab anima ſeperatur. Ad clariorem intelligentiam prædictorum aduertendum eſt, quòd Doctores ponunt differẽtiam inter hos actus ſcilicet credere Deo, credere Deum,& credere in Deum. Vnde ſuper illud ad Rom. 4. credenti in eum qui iuſtificat impium &c. glo. Aug.ait: Attende qđ ait. dicit.n.credenti in eum, non ei. Nam aliud eſt credere ei,& credere eum,& aliud eſt credere in eum. Primum,& ſecundum eſſe poteſt fidei viue, & mortuæ, ſed ſolus

E F G H

Quomodo fides dicitur mortua.

Quomodo fides viua, & mortua differunt.

Qua differentia ſit inter credere Deo, Deũ & in Deum vide Magiſtrũ in 3.

ſolus

A ſolus tertius actus eſt fidei viuæ. Cuius ori ginis rationem ponit Alex. de Ales in 2. di. Quorũ tribus modis dr̃ fides. Primo mõ dr̃ habit⁹ acquiſitus ex rõe vel teſtimonio. ſecũ do modo dicitur gratuitus, & hoc duobus modis. Primò dicitur eleuans intellectum tantum ſuper ſe ad aſſentiendum primæ ve ritati propter ſe. & hoc modo quia ſolum eleuat intellectum, & nõ mouet affectum ꝑ amorem habitus informis denominatur. Alio modo dicitur eleuans intellectum ad affectum aſſentiendum ſummæ veritati, & ad amãdum propter ſe, & hoc eſt fides for mata & viua. Ad propoſitum igitur cum fi des dicatur prædictis tribus modis ſcilicet
B credere Deo, in Deum, & deum. Ex fide pirmo modo ſumpta, quæ ẽ habitus acquiſi tus, elici poteſt motus qui eſt credere Deo, hoc eſt dictis eius adhibere fidem. Ex fide verò ſecundo modo dicta, quæ eſt habitus imperfectus ſiue informis, non ſolum elici tur credere Deo, ſed etiam Deum, prout credendus eſt trinus & vnus creator & re demptor: quod non poteſt elici ab habitu acquiſito. hanc etiam fidem mali habent in ſuper & ipſi dęmones infernales, vt dicitur in. 3. ſententiarum, di. 23. Hinc Iaco. 2. dici tur dęmones credunt & contremiſcunt. Ex fide verò tertio modo dicta, quæ eſt habi-
C tus, acquiſitus, perfectus & formatus, non tm̃ elicit̃ credere Deo, vel credere deũ. ſ. ẽt credere in Deũ. hoc exponit Aug. Credere in Deũ, ideſt credendo Deũ amare, creden do in eum ire, credendo ei adhærere, & credendo eius mẽbris incorporari. Ad hoc autem, ſecundum Bonauen. in centiloquio, ꝙ ut fides perfectè tendat in Deũ, requiri tur adiũctio charitatis, quæ ordinat ad amo rem Dei, & ſic eſt prima differentia: & ad operationem boni, & ſic eſt ſecunda: & ad perpeſſionẽ mali, & ſic eſt tertia. & ad dile ctionem proximi, & ſic eſt quarta. Hæc ille. Et hoc eſt vtique fides viua. Si autem quæ ritur ratio huius diſtinctionis, ſcilicet crede

D. Bon. in Centiloquio.

D re Deo, credere Deum, & credere in Deũ, dicendum eſt ſecundum Alex. vbi ſupra ꝙ iam patet differẽtia. Ex parte eius quod cre ditur, hoc eſt rei creditæ accipitur differen tia hoc modo. Nam Deus credulitate fidei tribus modis accipitur. primo vt veritas, ſe cundo vt poteſtas, tertiò vt bonitas. Secun dum primun modum eſt credere Deo, ſcili cet per comparationem ad veritatem, hoc eſt vera eſſe quæ dicit. Secundo modo cre dere Deũ eſt per comparationem ad pote ſtatem, ſcilicet omnipotentem & creatorẽ, & huiuſmodi articulos conſequentes. Ter-
E tio modo eſt credere in Deum per compa rationem ad bonitatem, in qua ſcilicet ten ditur per amorem. & hoc eſt viua, ſicut di ctum eſt per prædictum radium diuinitus ſuper infuſa. Anſelmus quoque ait, quòd fi des viua eſt credere in id, quod credi debet.

Quas vires in corde ore & opere preſtat homini fides viua aliter quàm fides mortua. Cap. 3.

Tertium officium huius radij eſt intel lectum, & ſpiritum roborare, vt ſci licet lumen & vitam ſuam per ope-
F ra demonſtrare queat. Propterea tres vires tales viuus radius in anima præſtat. Primam in corde, ſecundam in ore, tertiam in ope re. Hoc eſt fidem ſentire in corde, illam fa teri ore, eam quoque confirmare opere. Proinde hæc tria omnia neceſſaria ſunt ad ſalutem. Primo quidem neceſſe eſt, fidem ſeruare atq; habere in corde. Vnde ad Ro. 10. Corde enim creditur ad iuſtitiam, ideſt vt homo iuſtificetur. Secundo eſt neceſſe il lam fateri ore, Ideo ibidem ſubdit Apoſto lis, ore autem confeſſio fit ad ſalutem, quia ſcilicet ſine ipſa cõfeſſione nõ eſt in anima
G ſalus. Tertio neceſſe eſt fidem opere con firmare. Vnde Aug. Fides appellata eſt ab eo quòd fit: due ſyllabæ ſonant, cum dicitur fides, prima ſyllaba eſt a facto, ſecunda a di cto. Interrogo igitur te vtrum credas, di cis, credo. Fac quod dicis, & fides eſt. Fidẽ enim ſine operibus, vt dictum eſt, habere poſſunt demones, ſicut Iacob ſupra atte ſtatus eſt. Vnde ſuper illud a Tytum. 1. confi tentur ſe noſſe Deum, factis autem negãt. Vnde Aug. in glo. Nolite tanquam de fide ſecuri eſſe, adiungite fidei rectæ factum re ctum, vt Chriſtum confiteamini, verbũ ve rum dicendo & factis vera faciendo. nam confiteri verbo & nõ factis, fides talium eſt
H dęmonum. Et iterũ idem ait: Vtinam quo modo dęmones iudicem ſic homines agno ſcerent ſaluatorem. Ecce dęmones viderũt & tremuerunt, homines viderunt, & occi derunt. Fides etenim ſine operibus eſt illa ficus, cui Dominus maledixit, quæ non fe cerat fructũ, & areſacta eſt, Matth. 21. Hinc Matt. 7. Dominus ait. Non omnis qui dicit Mihi, Domine, Domine, ideſt qui credit Deum corde, & eum confitetur ore, intra bit in regnum cœlorum. qua propter cum Dominus exemplum viuæ fidei dare vellet,

Fides vnde.

cœpit

A cœpit facere, & docere, vt dicitur, Act. 1. Et iterum Matt. 5. ait. Qui fecerit & docuerit, hic magnus vocabitur in regno cœlorum. Eſt enim aduertendum, quòd fides viua tanto facilius & feruentius & efficacius operatur, quàto amplius eſt luminoſa & viua, ſicut in martyribus patet. Vnde propheta de anima viuam fidem habente ait: Omnia opera eius in fide. *Pſal.* Inſuper eſt notandũ, quòd licet viua fides tria prædicta ſcilicet corde, ore & opere ſeruet: nihilominus etiam fides mortua, ſi fides meretur dici, eadem operari videtur: & tamen verè mortua eſt. propterea adinſtar veri homnis mortui, ſeu animalis mortui, ſe habet, B qui nec corde, nec ore, nec opere mouere ſe, vel alios poteſt in his, ad quæ ſe mouet, qui verè viuus eſt. Homo enim vius naturaliter cogitat corde, ratiocinando loquitur & efficaciter exequitur opere, quæ mortuus ſeruare non poteſt. Quòd ſi quis dixerit, quòd quandocunq; ex fide mouetur intellectus ad cogitanda quæ leguntur vel audiuntur, & quæcunq; credenda ſunt, inſuper & ore fateri illa, nec tamen infidelia operatur, quòd mortua tũc minime eſſe poteſt. Dicendum quòd licet habens fidem mortuam moueri poſſet omnibus modis ſupradictis, non tamen moueC tur ad ea motu vitali, ſeu viuo, quemadmodum in cadaueribus animalium mortuorũ, etiam decollatorum vel excoriatorum & conſciſſorum in fruſta proſpicitur quidam motus ſicut tremor ĩ ipſa carne eorũ, & palpitatio quædam, immo quandoquidẽ in corde, motus in ore aliqua vox & ſonus, in pedibus aliquis greſſus vel geſtus. non tamen cernuntur in eis perfecti & viui motus, ſicut balatus, ambulatio vel volatus &c. quæ non inueniuntur in mortuo animali. Sic quoque & in mortuo intellectu per fidei extinctionem aliquos conſimiles motus & geſtus reperiri contingit, vt puta in corde cogitatio de credendis: in oD re confeſſio eorum, quę neceſſario ſunt credenda. In opere, vt frequentare eleemoſynam, eccleſias, & orare, & conſimilia, que tamen omnia a fide mortua procedere poſſunt. Vnde Iaco. in fi. 2. c. ait. Sicut corpus ſine ſpiritum mortuum eſt, ita & fides ſine operibus mortua eſt. Sunt enim plerique, ſicut Bernar. ait, in quibus fides eſt ſolum ſidei non contradicere, qui conſuetudine viuendi magis quàm virtute credendi fideles denominantur. In talibus enim credulitas eſt ligata, & quaſi ſomnolenta & torpida, at que vndique impedita: Ideo nec lumen ta E lis fides præſtare poteſt, nec vitam influere, nec motum virium efficere ſufficiens eſt: ideo nec virtuoſa veraciter dici debet, ſecundum opinabile appræhenſio & credibilitas debilis & tenebroſa. Proinde. 2. ad Cor. 13. dicitur. Si eſtis ex fide Chriſti, ipſi vos probate, ideſt approbate, ſcilicet opera virtuoſa. Item ſecundum Bern. in quadam epiſtola tripliciter diſtingui poteſt fides. Prima quidem eſt mortua, ſcda eſt ficta, tertia ẽ ꝓbata. Prima quidẽ ẽ murtua, & hęc eſt illa q̃ non operaẽ ex dilectione, quaſi non habeat animã, ſcilicet ipsã dilectionẽ, qua vegetetur & ad opera moueatur. Secunda eſt F ficta, ſcilicet illa, quæ ſuſcepta vita & charitate moueri inchoat ad bene operandum: ſed non perficit, & moritur tanquam abortiua: eo vtique ſenſu dicimus fictam, quo figuli vaſa vocamus fictilia: non quia non vtilia ſunt quandiu durant: ſed quia fragilia ſunt, diu minimè durant. Talem fidem habent illi, qui vt dicitur Lucæ. 8. ad tempus credunt, & in tempore tentationis recedunt. Tertia eſt fides probata, & hęc eſt quæ perſeuerat in charitate, ſcilicet ſiue ſit ſolum in intellectu, ſicut ex præcedentibus patet: ſiue ſit ſolum in opere, ſiue ſit ſolũ in vtroq;, quod melius eſt. Quã nobis miſericorditer largiri dignetur Chri- G ſtus filius Dei, qui cum patre & ſpirituſancto. &c.

Fides tripharia diſtinguitur mortua, ficta & probata.

FERIA SEXTA
poſt Cineres.

De proximorum dilectione.

Sermo VII.

D*iligite inimicos veſtros; Mat. 5.* & in euang. hodierno. Satis de diuina dilectione ſuperius H dictum eſt: iam eamus ad præceptũ de proximi dilectione, in quo etiã ſolo tota lex domini ſeruatur, teſte Apoſtolo, q ad Ro. 13. ait. Qui diligit proximum, legem impleuit. Quæ quidem lex tota conſiſtit in charitate. Præceptũ quoque de inimicorum dilectione etiam comprehenditur in primo generali præcepto, quod ponitur Lu. 10. & Matt. 22. ſcilicet Dilect. pro, tit. ſi. te. quod poteſt eſſe thema in præſenti materia. De hoc enim amore dicit

De dilectione inimicorum qualiter ſunt diligenda.

Dominus

A dominus in verbo preallegato, Diligite inimicos veſtros. Circa hunc igitur amorem, qui totam Chriſti dilectionem comprehendit, tres principales amores diſtinguamus. primus dicitur amor generalis, ſecundus dicitur amor ſpecialis, tertius dicitur amor cordialis ſeu affectualis.

Articvlvs Primvs.

De generali amore proximi, in quo includuntur boni & mali, inſuper & inimici.

B PRim° dicitur amor generalis, quo quilibet obligatur diligere amicos & inimicos bonos & malos, fideles & infideles, & quoslibet homines ad imaginem Dei factos. Hic amor tres cõditiones habere debet. Primo debet eſſe verus, ſecundo debet eſſe iuſtus, tertio debet eſſe ſanctus. Nam his conditionibus naturaliter quilibet diligit ſeipſum: ſed quilibet obligatur diligere ꝓximum, ſicut ſeipſum, etiam inimicum, ſicut prædictũ eſt.

Amor quo proximus diligitur debet habere tres conditiones.

Quòd quilibet tenetur diligere omnes homines amore vero. Cap. 1.

C PRimo quidem talis generalis amor debet eſſe verus. Eſt enim de natura veræ dilectionis ſeu amoris, ꝗ homo ei velit bonũ, quem amat. Cum enim homo naturaliter diligit ſeipſum, motus ipſius amoris in duo tendit. primo in ſeipſum, cui vult bonum. ſecundo in bonũ, quod ſibiipſi optat. Et quis vtrunq; diligere & amare dicatur: tamẽ vero amore diligit ſeipſum, cui optat illud bonum. Bonum verò, quod homo optat ad ſeipſum, quaſi per accidens diligere cõprobatur, prout ex conſequenti ſub actu amoris cadit. Inconueniens enim eſt ſentire, quod illud verè & vero amore ametur, D cuius deſtructionẽ aliquis concupiſcit. Multa eñ bona ſunt, quæ dum homo in vſum ſuum conuertit, deſtruit & conſumit: ſicut equus cum exponitur pugnæ, panis cum comeditur, vinum cum bibitur, aſinus cũ laboribus fatigatur. Vnde manifeſtè patet, quòd dum homo huiuſmodi & conſimilia in vtilitatem & vſum ſuum vertere concupiſcit, vero amore ſeipſum diligit. Res autẽ illas, quaſi abuſiuè & accidentaliter amat, & non verè. Sic nempe ſi quis naturaliter amat, vt ſibiipſi naturaliter bona concupiſcat, puta virtutẽ, felicitatẽ, ſciam, & quæ ad E ſuſtẽtationẽ naturaliter neceſſaria ſunt, ſeu naturæ corporalis ſicut ſunt domus, veſtes, calceamẽta, panis, vinũ, aqua, oues, boues, & cuncta ſimilia. Et hęc oĩa cũ hõ in vſum ſuũ aſſumit, ſicut ex dictis patet: nõ vero amore diligit illa, ſed ꝓprie diligit in illis vero amore ſeipſum. Præcipit igitur Deus, ꝗ quilibet diligat ꝓximum ſuũ, ſicut ſeipſum, i. amore vero, nõ abuſiuo, & falſo: nõ ſicut amat panis, vinũ, caſeus, equus, & aſin° &c. conſimilia. quæ quidem nõ diligit hõ, ſicut ſeipſum, ſed propter ſeipſum. i. propter ꝓpriam commoditatem & vtilitatẽ. Sicut. n. alias mundi res aſſumere poteſt homo in vſum ſuum, ſic & hoĩes ipſos: quos ſi diligit hõ, quia vtiles ſibi ſunt, aut delectabiles, F manifeſtè apparet ꝙ eos non vero amore diligit ſicut ſeipſum, ſed ſicut equũ, panẽ, & vinũ, & cętera conſimilia. & hęc de pœ. di. 2. proximos. Vbi dr̃, proximos diligim° ſicut nos, ſ. nõ pp aliquas vtilitates noſtras: non propter ſperanda beneficia, non propter affinitates vel conſanguinitates: ſed pp hoc tantum, quia ſunt noſtræ naturæ participes, diligamus. Ex his igitur conſiderent vir & vxor, ſi alter alterum diligat: quia ſi delectationem aut vtilitatem ab ipſo ſe ſperat habere: non implet hoc præceptum in compare ſuo, quia non diligit eum ſicut ſe G ipſum. Idem iudicium eſt de filijs, & ſeruis, de amicis, & quibuſcunq; coniunctis. Quomodo igitur tales hoc vero amore ſuos diligent inimicos? cum quilibet obligatur, ſicut dictum eſt, nullum excludere ab hoc vero amore? Nec charitas abſque hac vera dilectione in anima eſſe poſſit, iuxta illud Apoſtoli. 1 ad Timot. 1. Finis præcepti eſt charitas de corde puro, conſcientia bona, & fide non ficta. Et. 1. Cor. 13. Charitas non quærit quæ ſua ſunt. Et. 1. Cor. 10. in exemplum ſe exhibet, dicens: Non quærens, quod mihi vtile, ſed quod multis, vt ſalui fiant. Væ igitur mundo, quia vt dicitur ad Phi. 1. omnes enim, quæ ſua ſunt quærunt, non quæ Ieſu Chriſti. H

Proxim° quomodo diligẽdus.

De amore iuſto, cum quo quilibet omnes diligere debet homines. Cap. 2.

SEcundo autem talis amor debet eſſe iuſtus. Quilibet enim naturaliter iuſto ordine diligit ſeipſum. Iuſtitia namq; hoc de iure requirit, vt minori bono maius & maiori maximũ præponatur. Tria sũt in nobis

A nobis gradata bona. primun & ſupremun
eſt anima: ſecundum & mediocre eſt corp⁹:
tertium & infimum eſt ſubſtãtia huius mun
di. hunc gradatum amorẽ habet homo ab
ipſa natura, & in quolibet homine eſſe in-
ditum natura ipſa demonſtrat. Quis eſt eñ,
qui naturaliter non malit priuari oculis cor
poris, quàm oculis mentis & rationis: cum
exinde homo fieret amens? In huius myſte
rium dicitur, Matt. 5. Oculum pro oculo,
ideſt oculum mentalem corporali ex ipſa
naturali lege præponet. Quis rurſus ꝓ cor-
porali vita tuenda, vel conſeruanda natura
liter non cuncta terrena poſt ponat? Vnde
B Iob. 2. Pellem pro pelle, ideſt vitam alterius
pro ſua ſeruanda, & cuncta quæ habet ho-
mo, ideſt, omnem ſubſtantiam mundi da-
bit pro anima ſua, ideſt pro ſua vita conſer
uanda. Sunt tamẽ plerique, qui ad ſuperad
dita ipſi naturæ hunc ordinem dilectionis
peruertunt. quia propter corporis dilectio
nem atque ſalutem bonum ſcientiæ renuũt
& virtutis. Rurſuſque ſunt alij, qui propter
conquirenda bona exteriora corpus ſuum
manifeſtiſſimis periculis & laborib⁹ immo
deratis exponunt. In quibus manifeſtè pa-
tet, quòd ad ſemetipſos iuſtus ordo in amo
C re eſſe nequaquam poteſt: immo vt ampli⁹
dicam, iſti ſeipſos odire manifeſtè compro
Psal. bantur. Vnde Pſ. Qui diligit iniquitatem,
odit animan ſuam. Cum igitur dictum eſt,
diliges proximum tuum ſicut teipſum: Hic
iuſtus ordo, quo naturaliter vnuſquiſque
diligit ſe, inſinuatur aperte, vt ſcilicet eo
iuſtitiæ ordine bona proximis optet, quo
in ſe optare naturaliter videt. Primò quidẽ
bona ſpiritualia, ſecundo bona corporalia,
tertio bona tẽporalia. Sed quia in hoc præ
cepto dictum eſt, diliges proximun tuum,
&c. quaſi præponendo & præmittendo te-
ipſum: manifeſtè datur intelligi, quòd in
his tribus gradibus ſemper homo proximo
D ſuo præponere debet ſemetipſum. Vnde ſi
Casus. contingat extremus caſus, quòd vel ſubſtã
tia mea, vel ſubſtãtia tua neceſſariò perire
debeat: permittere poſſum perire tuam, ne
pereat mea. Quod autem permittam peri-
re meam, ne pereat tua: conſiliũ perfectio
nis eſt, non præceptum. Simile per omnia
ſciendum eſt de mea corporali vita & tua.
Aliter tamen de anima dicendum eſt, quia
ſemper de neceſſitate ſalutis eſt ſalutem ani
mę meæ præponere tuæ, ſicut infra patebit
in vi. cap. præſentis ſermonis. His igitur de
claratis penſent carnales parentes, cum fi-
lijs ſuis furtis & vſuris & ſimonijs cumu-
lant bona temporalia in illorum præiudi- E
cium animarum, quomodo ſicut ſeipſos di
ligant illos, quos ſecum odire manifeſtiſſi
mè comprobantur, cum illos ducant ſecũ
in interitum ſempiternum. Vnde Oſeæ. 9.
Effraim, quæ creſcens interpretatur: dedu-
cens ad interfectionem filios ſuos. Cõſide
rent etiam inſenſatę, matres aut coniuges
vel propinq. ſeu amici quomodo filios aut
ſibi coniunctos diligant, ſicut ſeipſos pro
quibus ſanãdis & liberãdis oĩa dęmonũ, &
dęmoniacarũ mulierũ atque virorum incã
tamenta ac ludibria per totam patriam per
ſcrutantur. Penſent etiam diligenter inſen F
ſati patres, quomodo ſicut ſeipſos ſuos dili
gunt filios vel filias, quos pro temporali
gloria, vel conſolatione carnali iungunt il-
los, vel illas vſurarijs vel raptoribus copula
carnali vel maritali. Qui, ſi ſibi tam charos
atque propinquos non diligunt, ſicut natu
raliter debent diligere ſemetipſos, quomo
do hoc iuſto amore diligent inimicos? Ex
his patet, ꝙ ſi quis proximis ſuis tempora
lia bona cõtra ſalutem corporis ſeu animæ
optet, aut corporalia, aut temporalia bona
in detrimentum animæ quærat: non eos di
ligit hoc iuſto amore, ſicut ſeipſum.

De amore ſancto, quo cuncti homines diligendi ſunt. Cap. 3. G

TErtio hic generalis amor debet eſſe
ſanctus. Illud. n. dicitur eſſe ſanctum, *Amor ſanctus debet ſanct.*
quod ad Dei gloriã ordinatur. Ideo
altare ſanctũ dicitur, quia Deo dicatũ eſt,
& ſic de alijs, q̃ diuino myſterio mãcipant.
Cum enim De⁹ ſit fons omnium bonorũ,
ad ipſum diligendum tanquam ad commu
nem bonũ naturaliter quilibet inclinat, quẽ
admodum naturaliter omnia flumina e-
grediũtur a mari, & ad mare reuertuntur.
Intelligimus quidem, quòd quodam natura H
li inſtinctu commune bonum particulari
præfertur: & vnaquæque pars ad bonum
totius naturaliter ordinatur & inclinatur.
Cuius manifeſtiſſimũ ſignum eſt, quòd ho-
mo percuſſioni manum exponit, vt cor &
caput a periculo conſeruentur, cum ex eis
dependeat humani corporis vita. Hoc quo
que naturali inſtinctu quilibet ſemetipſum
ordinat in Deum, ſicut in beatitudinis fon-
tem, ſicut pars in bonum totius naturaliter
ordinatur. Perficitur autem hic charitatis
virtute, quo homo ſeipſum diligit propter
Deum. Præcipit igitur Deus homini ſuum
diligere proximum, ſicut ſeipſum, ideſt ſalu

A tem animæ proximi ſui quærere, & ad Deū illum dirigere, ſicut ſeipſum, ideſt ſicut ipſe ad Deum naturaliter inclinatur, dirigere debet illum. Et hic propriè dicitur amor ſanctus. Vnde 1. Io. 4. Hoc mandatum habemus a Deo, vt qui diligit Deum, diligat & fratrem ſuum. Sunt nempe amores quidā, qui huic conditioni amoris quodammodo ſimilantur: amor naturalis & amor ciuilis. *Amor naturalis.* Amor naturalis eſt inter conſanguineos & fratres ac ſorores, cum ſe diligunt: quia ex eiſdē parentibus geniti ſunt. Sed hic amor non eſt ſanctus, nec ſufficiens ad ſalutem.

B Amor autem ciuilis dicitur eſſe inter illos, qui hac ſola dilectione ſe diligūt, quia ſunt eiuſdem municipes ciuitatis, vel ſub eodē principe, atque quia eiſdem legibus gubernantur. immo ſecundum vnumquodque negocium ſeu officium aliqua conuenientia & amicitia inuenitur, ſicut inter eos q̄ in ſcholis inſimul ſtuduerūt: vel inter eos q̄ fuerunt ſocij in negociando vel militādo fabrili officio aut conſimilibus vijs. Huiuſmodi autem dilectio licet duas præcedētes conditiones huiuſmodi amoris ī ſe comprę hēdere poſſit, ſcilicet quòd ſit verus & quodammodo q̄ ſit iuſtus: ſed nō continet in ſe quòd quilibet eorum ſit ſanctus, cum nō C ordinatur in Deum. Et de talibus infructuoſis amoribus dicitur Mat. 5. in Euangelio hodierno: Si enim diligitis eos, qui vos diligunt, quam mercedem habebitis? Nonne & publicani hoc faciunt? Et ſi ſalutaueritis fratres veſtros tātum, quid amplius facitis? Ex dictis patere poteſt, quòd ſunt quædam generalia charitatis ſigna, ſine quibus nequaquam innoteſcere poteſt actus dilectionis interioris etiam illius, ad quam omnes generaliter obligantur, quia in eorum omnimoda negatione ſignum iræ & mortalis odij omnino demonſtratur. Huiuſmodi autem ſigna videntur eſſe ſalutatio, aut ad aliqua interrogata aliqualis reſponſio, aut D ſe non abſentare ſeu faciem auertere propter præſentiā inimici, & ſimilia. Vnde qui omnino verbum negat inimico, mortalis odij rancorem præoſtendit, niſi hoc ex cā rōnabili fiat, vt pote quia eſt excommunicatus, aut aliquod ſcandalum exinde rationabiliter ac veriſimiliter timetur: & tūc rationem & intentionem ſui facti ad euitā dum malum exemplum, intuentibus propalare debet, ſi poteſt facere, id bono modo, huius ſententię eſt Rich. de me. vil. & plures alij Doctores. Tamen ſecundū Bonauen. in 3. dimittere rancorem inimico, eſt de neceſſitate præcepti: dimittere autem rancorē & ſigna rancoris, eſt de perfectiōe conſilij. E Vnde ad hoc non tenetur homo, niſi in caſu, ſcilicet quando humiliter & veraciter venia poſtulatur. Sed hoc non eſt populo prædicandum, ſed in quibuſdam caſibus & conſilijs circunſpectiſſimè & prudentiſſimè pro aliqua vnitate & neceſſitate aperiendum. Quidam etiam dicunt, q̄ ex iniuria & damno dato alicui ſolent oriri in eo; cui iniuria irrogatur, hæc tria. primò rancor in affectu, ſecundo ſignum rancoris in effectu, tertiò actio contra iniuriātem. *Perpēdes.* Primò autem rancorem in affectu tenetur homo ſtatim remittere, ideſt in corde ſuo nunquam habere. F Secundo tenetur homo ſignum rancoris dimittere veniam veraciter poſtulanti, ideſt iuxta facultatem ſuam emendare parato, ſicut & Dominus dimittit parato ſatisfacere. Tertio verò actionem contra iniuriantem ſiue emendā de iniuria ſibi facta remittere non tenetur, immo poteſt emendam petere de iniuria ſibi facta etiā in iudicio. Ex ſupradictis patet, in quanto periculo viuunt qui negligunt animarum curam a Domino ſibi cōmiſſam, ſicut parentes & ſacerdotes curati, confeſſores, prædicatotes, & prælati, qui ad hoc ſpecialiter a Domino ordinantur: G cum non tantum ipſi, ſed quilibet hac ſanctitate amoris proximū diligere obligatur pro loco, & tempore ipſum inſtruendo, corrigendo, adiuuando, & ad ſalutis portum ſicut ſeipſum perducendo. In quibus omnibus includitur quilibet inimicus. Sed ſi hoc parentes & illi, ad quos cura pertinet animarum, mandatum non implent in ſuis: quomodo hoc obſeruabunt in alienis atq; inimicis? De talibus autem, quid ſit ſentiendum. 1. Timoth. 5. inſinuat Apoſtolus, dicens? Si quis ſuorum & maxime domeſticorum curam non habet, fidem negauit, & H eſt infideli deterior, & de hoc non. de pæ. di. 2. c. proinde.

Articulus 2. in quibus neceſſitatibus ex præcepto tenetur homo cuilibet proximo ſuo ſubuenire.

SEcundus principalis amor, quo quilibet oēs homines diligere obligatur, dicitur ſpecialis & operalis, qui ſolum in neceſſitatib⁹ obligat & coarctat. *Amor ſpecialis.* Duo nempe continuè in affectu naturaliter gerit homo: atq; alia duo cum opus eſt conatur eſſe ctui mancipare atq; executioni mandare.

Duo

A Duo enim prima, quæ in affectu habet homo ſunt, quia naturaliter ſibi deſiderat adeſſe bonum, & abeſſe malum. Duo verò reliqua cum opus eſt, nititur opere adimplere: quia pro poſſe bona ſibi procurat, & cũcta mala toto conatu a ſe elongat. Proinde cum præcipitur, diliges proximũ tuum ſicut teipſum, hic hamor ſpiritualis ſeu operalis & affectualis inſinuatur, vt homo non ſolum affectu optet cuilibet proximo etiã inimico aduenire bonum, & abeſſe malũ: verum etiam, cum neceſſitas id expoſcit, opus per effectum oſtendat. Vnde. 1. Ioan. 3

Duo quæ habet homo in affectu ſuo.

B Fratres, non diligamus, ſcilicet tantum verbo, neq; lingua, ſed opere & veritate, ideſt vera, & recta operatione. Sed quæſo, qui parentibus ſuis, & amicis in ſenectute, & infirmitate ac in alijs neceſſitatibus denegat opera pietatis, quomodo præſtabit illa extraneis ſeu inimicis ſuis? Ex his patet, ꝙ quilibet ex hoc præcepto de neceſſitate tenet in quolibet caſu neceſſitatis iuxta poſſe cuilibet & etiam inimico facto, & opere ſubuenite. Quæcunque ſit neceſſitas illa: aliter, ſicut patet, non diligit proximum ſuum ſicut ſeipſum. Triplex etiam neceſſitas contingere poteſt amicis & inimicis. Prima eſt

Neceſſitas quę amicis & inimicis poteſt contingere.

C neceſſitas ſpiritualis, ſecũda eſt corporalis, tertia eſt temporalis.

Quòd in extremo periculo animæ cuiuslibet proximi, tenetur homo pro ſalute eius ponere corporalem vitam, famam, & mundi ſubſtantiam. Cap. 1.

Prima eſt neceſſitas ſpiritualis, ſcilicet cum proximi anima perit, niſi homo illi ſubueniat auxilio, conſilio, verbo, & facto. Patet. n.

D ſicut ſupra diximus, quòd quilibet diligit ſeipſum naturaliter amore iuſto, idest præponit bona animæ corporalibus bonis, &c. ſicut ſupra. ſic tenetur diligere proximum ſuum ſicut ſeipſum. Ideo eſt notandum, ꝙ in tali extrema neceſſitate ſpirituali quilibet obligatur ponere pro anima ꝓximi ſui primo propriam vitam, ſecundò propriam famam, tertiò propriam ſubſtantiam. Primò tenetur quilibet ponere propriam vitam ꝓ illius ſalute, cum extrema eius neceſſitas incumbit, ſi ſine periculo animæ ſuæ fieri poteſt. Vnde ſecundum Tho. in lib. de perfectione vitę ſpiritualis cap. 16. tenetur plus diligere animam proximi, & pro illius ſalute vitam propriam exponere, ſi etiam ſuus foret inimicus & aduerſarius capitalis: puta ſi quis videret quendam ab infidelibus a fide ſeduci, tenetur ſe mortis periculo exponere, vt a tanto malo liberet eum. Idem videtur dicendum, ſi ſeduceretur ab hęreticis vel ab impijs & iniquis. Sed ponatur caſus ꝙ in multis partibus chriſtianorum currit quotidie, & quotidie experimur, & quotidie oculis apertis intuemur, diuino iudicio corrumpitur aer, ſeu alio ſecreto iudicio quidam infirmatur peſtifero morbo: & quoniam, ſicut Mat. 24. dicitur, abundauit iniquitas multorũ, multorum charitas refrigeſcit: grauatus ille lethali & peſtifero morbo a ſuis conſanguineis & amicis, immo ab omnib⁹ derelinquitur ſicut canis: indiget auxilio corporali, amplius autẽ ſpirituali: conſiderat ſe ab omnibus derelinqui, ſitit, calet, clamat, auxiliũ poſtulat, quilibet ab eo fugit, etiam parentes canibus ſæuiores, proprias carnes & partus abhorrẽt: Ille autem grauat⁹ infirmitate, flagellis mẽtis, diſſuetus Deum diligere & timere, derelictus in extrema neceſſitate, deſperat, impatienter portat, & ſic vitam finiendo animam ſuam damnat, niſi charitatiua ſubuẽtio illum ab ęterna damnatione eripiat. In tali igitur extrema neceſſitate cũ veriſimiliter non tantum de illius corpore, ſed etiam de illius anima quilibet talem hominem derelinquentes, mortaliter peccare videntur, cum talis non diligit proximum ſuum ſicut ſeipſum iuſto amore: quia timẽs contaminari a morbo, ex hoc timore illum derelinquens, corpus proprium præponit ſpiritui proximi ſui contra pręceptum Dei, vt ſupra patuit. Proinde ſi mortaliter peccat illius inimicus ſi tunc derelinquit eum: grauius peccat amicus, ſed grauiſſime peccant propinqui & maximè genitores. In eandem grauiſſimam culpam ruunt, animarum curam gerentes & patres ſpirituales. Sed diceret aliquis: fugio corporis mortem ex infectione ſatis veriſimiliter imminentem, quamquam in illo quaſi appareat manifeſta. Cui dicendum eſt, quòd non videtur quòd hæc cauſa eum liberet a mortali peccato, cum illi immineat extrema neceſſitas, ſibi autem non: ſtatimq; talis ſubuẽtio cadit in negatiuum præceptũ, ſicut dicit Amb. 86. di. c. paſce. vbi dicitur paſce fame morientem. Quiſquis enim paſcendo hominem ſeruare poteris, ſi non paueris, occidiſti. Et in prææallegato caſu ſimul & mors corporalis & ſpiritualis contingere poteſt

Quid debet ponere homo pro neceſſitate ſpirituali.

E F G H

Obiectio.

Solutio.

A re poteſt. Sed detur ꝙ quidã extremam neceſſitatẽ reperiens ex prouiſo, tactuq́; cordis compaſſione, & zelo ſalutis eius, ne deſperat* decedat, ad illum concito greſſu ac feruido currit affectu: eſt tamẽ multis ſceleribus irretitus, publicus eſt vſurarius, fur, latro, patricida, & quibuſcunq; alijs ſceleribus grauibus irretitus: tamen diuino lumine illuſtratus, amore fraternæ ſalutis in caſu tante extremę neceſſitatis ſcienter & volenter ſolũ charitatis amore manifeſto piculo ſe exponit, accedit hylariter ad ægrotum, conſolatur infirmum, ad patientiam exhortat, eius neceſſitatibus inſtat feruenter & fideliter, ſeruit, & omni debita ſolertia inuigi-

Caſus.

B lat circa eum, quærens corporis ſanitatem, ſed magis aīæ ſoſpitatem. dumq; hoc affectuoſo feruore fraternę charitati inſeruit, in inguine quaſi ſpeculo vulneratur, ſubito q́; inualeſcit morbus, tantoq; repentino ac violento impulſu grauatur & alteratur, ꝙ de peccatis ſuis non habet ſpatiũ cogitare, nec aliter conteri, minuſq́; Dño vel alteri confiteri: aliam ſatisfactionem nō agit, ſed in hoc ſtatu decedit. Quid quæſo de anima eius penſandum eſt? quid de illo credẽdũ? quid de ipſo ſperandum? bene, melius, optimè ſperandum puto. Miraris forte, ſi de ſuis ſceleribus pęnitentiam nullam facit:

C aliter contritus non fuit, nec confeſſus, nec reddit aliena. Mirare potius miſericordiam Dei, & huius charitatis exceſſum vtiq; admiratione digniſſimũ, & itellige i hac ſerui da charitate cõtritionẽ, cõfeſſionẽ integrã, & ſatisfactionem pleniſſimè cõprahẽdi, iuxta illud. 1. Io. 3. Et Chriſtus pro nobis aīã ſuam poſuit, & nos debemus pro fratrib* animas ponere. Iuxta etiam Domini ſentẽtiam, qui etiam Ioan. 15. ait: Maiorem dilectionem hac nemo habet, vt animam ſuã quis ponat pro amicis ſuis. Si nemo maiorem, igitur compræhendit in ſe minorẽ, quæ eſt penitentia ſalutaris per veram contritionem, cõfeſſionem, & ſatisfactionem.

Nota, & pondera hæc oīa.

D huius autem peccata non videt, ideo non iudicat Deus. Vnde Petrus in canonica ſua 1. cap. 4. ait, Charitas operit, idest, adnihilat coram oculis Dei multitudinem peccatorũ. Vnde ad Ro. 13. Qui diligit proximum, legem impleuit. Secundò in tali extrema neceſſitate ſpirituali quilibet de neceſſitate tenetur propriam famam ponere pro ſalute animæ proximi ſui. Quod quidem ex ſe manifeſte apparet. Tertiò in tali extrema neceſſitate ſpirituali tenetur ponere propriam ſubſtantiam pro ſalute animæ cuiuſlibet proximi ſui: cum hæc duo incomparabiliter minora ſunt, quàm pro anima proximi ponere vitam ſuam. Et ſi ad illam tenetur, ſicut dictũ eſt, multomagis ad hęc duo neceſſario obligatur: cum hæc duo, ſcilicet ponere famam atq; ſubſtantiam de neceſſitate teneatur homo ponere pro corporali neceſſitate proximi ſui, & etiam inimici ſui. & Saraceni, atque Idæi, ſicut in ſequenti cap. apparebit. E

Quæ obligatur homo facere pro ſubuentione corporalis neceſſitatis proximi ſui. Cap. 2.

F

SEcunda eſt neceſſitas corporalis. Contingit autem ob ſubuentionem corporalis neceſſitatis proximi ponere tria. Primò ponere propriam ſubſtantiam, ſecundo vitam, tertio propriam animam. Primò contingit ponere propriam ſubſtantiam pro extrema neceſſitate corporis proximi. & hoc eſt debitum ex præcepto. Quia ſicut ſupra dictum eſt, ſtatim cadit in præceptum negatiuum: quod eſt, ſi non pauiſti, occidiſti: aliter non diligit proximum ſuum, ſicut ſeipſum, ideſt amore iuſto. Vnde. 1. Ioan. 3. Qui habuerit ſubſtãtiam huius mundi, & viderit fratrem ſuum neceſſitatem habere, & clauſerit viſcera ſua ab eo: quomodo charitas Dei manet in illo? Secundò contingit ponere vitam propriam pro extrema neceſſitate corporali ꝓximi: & hoc quidem non eſt de neceſſitate præcepti, ſed de perfectione conſilij. Si autem aliquis poneret ſe in aliquo manifeſto periculo mortis corporalis propter ſubuentionem neceſſitatis corporalis proximi ſui: non ageret prudenter, nec ſecundum legem naturæ, nec inſuper ſecundum ꝓcepTũ ꝓdictũ, quo præcipit, ꝙ diligamus proximũ nr̃m, ſicut noſipſos: nõ pluſq̃ nos: nec antequàm nos, ſed poſt, & ad exemplũ noſtri. Aliter, ſicut ex præcedentibus patet, iuſtus non eſſet amor: licèt ſi pericula ſunt paria, in extremo perfectionis conſilium ſit, ſuę corporali ſaluti ꝓponere ſalutẽ corporis proximi ſui. Tertiò contingit ponere propriã animã pro extrema neceſſitate corporis ꝓximi ſui, & hoc nedũ ſit in conſiliũ ꝙ fiat, ſed omnino præceptum eſt, ꝙ non fiat: cũ contradicat præceptũ naturale amoris iuſti, quo ab ipſa natura præceptũ ẽ, vt nemo pro ſeipſo pro extrema neceſſitate corporis, animam ſuam damnet: multo

Tria faciunt ad ſubuentionem corporalis neceſſitatis ꝓximi. Primo.

G

Secundò.

H

Tertiò.

A minus pro quoquq; alio proximo ſuo eam ponere debet.

Quę tenetur homo facere pro temporali neceſſitate proximi ſui. Cap. 3.

TErtia eſt neceſſitas temporalis proximi noſtri, pro qua iterum contingit ponere tria, primo ſcilicet propriam ſubſtantiam, ſecundò vitam propriã, tertiò animam propriam. Primò contingit pro extrema neceſſitate tẽporalis proximi, ponere propriam ſubſtantiam tpalem. Et licèt hoc ſit de perfectione conſilij, nõ tñ eſt de neceſſitate præcepti. Vnde ſi contin-

B git aliquem eſſe in mari mercibus proprijs & alienis, & imminente valida tempeſtate pro euaſione corporalis vitæ, qui in mari proijciat proprias merces, ex charitate fraterna alienas præſeruans, pfectionis conſilium habet, & implet, ad quod vtiq; de neceſſitate non tenetur. Secundò contingit pro temporali illius neceſſitate ponere propriam vitam. & hoc quidem eſt mortale peccatum, quia eſt contra legem naturę, quæ iuſtum amorem obſeruare in ſe præcipit cuiq;: & cum hoc agere eſſet mortale pro ſe, multo amplius pro alijs quibuſcunque. Et hoc ſatis aperte patet, quòd qui ex

Vide ſcotum in 4. diſt. 15. per totũ.

C ſola cauſa ſtipendij acquirendi vadit etiam ad iuſta bella non dominorum ſuorum, vel etiam ſui ipſum non cogentis, nec requirẽtis: nec adeſt ibidem alia cauſa motiua, niſi ſolum ſtipendium, quia neſcit aliter quærere victum: tunc enim mortaliter peccat. Tamen ſciendum eſt, ꝙ ſi ſtipendium ſit cauſa, ne qua non iret, & propter quam libentius vadit: nullatenus tamen iret, niſi ſciret ibi eſſe iuſtitiam, ſub qua ſeruiat Deo, & regnum cęlorum cum alijs acquirat: tunc licet. Veruntamen in hoc caſu oportet magnam certitudinem habere, ꝙ illud bellum ſit iuſtum. Non enim ſufficit hic qualiſcunque probabilis coniectura. oportet etiam quòd eius intentio & affectus ferantur non

D ad occiſionem hoſtium ſimpliciter & abſolutè: ſed ad defenſionem iuſtitiæ & partis iuſtæ, & ad repulſionem iniuſtitiæ. Vnde debet velle quòd abſq; occiſione hominum hoc obtinere poſſet, quia neminem occidere velit. Tertiò contingit ponere pro temporali neceſſitate proximi propriam animam. & hoc ſicut ex iam dictis patet, quia pro ſeipſo hoc agere omnino prohibitum eſt: ſic multo magis pro alijs quibuſcunq; hoc agere prohibitum eſt.

ARTICVLVS TERTIVS E

De affectuali amore, quo ſecundum Chriſti conſilium diligendi ſunt etiam inimici.

TErtius principalis amor dicitur cordialis ſeu affectualis. Et ad hunc amorem nemo obligatur, nec affectu nec effectu de neceſſitate præcepti. Sed immenſitas & perfectio diuini amoris hoc operatur in illis, qui Chriſti perfecta conſilia imitantur. Manifeſtè etenim claret, ꝙ quanto aliquid intentiori dilectione ama-

F tur, tanto propter ipſum alia facilius contemnuntur. Ex his ergo, quæ hõ propter proximi dilectionem contenit & tradit ſeu facit: apertius patet, quanta ſit in eo erga proximum perfectio charitatis. Huius perfectæ charitatis triplex eſt gradus, licèt de his aliquid ſupra ſermo. 4. art. 3. & c. 3. & 7. dictum ſit. Contingit autem propter proximum, amicum, & inimicum tradere primò ſubſtantiam temporalem, ſecundò laborem virilem, tertiò vitam corporalem.

Quòd perfectus amor erga proximum faciliter tradit & contennit omnia tẽporalia bona. Cap. 1. G

PRimus gradus huius perfectæ charitatis eſt propter quemcunque proximum contemnere, & dare propriam ſubſtantiam temporalem. Vnde & dominus Mat. 19. ad hęc ſectãda cuidam adoleſcenti conſilium dedit, dicens. Si vis perfectus eſſe, vade & vende omnia quæ habes, & da, &c. Vnde Cant. 8. Si dederit hõ omnem ſubſtantiam domus ſuæ pro dilectione, quaſi nihil deſpiciet eã. Vnde pſal. ait, Diſperſit, dedit pauperibus. Ad idem quoque pertinere videtur, ſi quis

Perfectus amor contemnit omnia tẽporalia.

H propter Deum & proximi dilectionem nõ recuſet damnum pati in exteriorib⁹ bonis. Ideo quoſdam commẽdabat Apoſtolus ad Heb. 10. dicens, Rapinam bonorum veſtrorum cum gaudio ſuſcepiſtis. Vnde Pro. 12 Qui negligit damnũ pp proximũ ſuũ ſeu amicũ, iuſtus eſt. ergo iuſtior eſſe probaſ, qui propter inimicum idem facit. ab hoc dilectionis gradu cum periculo damnationis æternæ deficiunt & deſcendunt, qui de tpalibus bonis quæ habent, & in quibus abundant,

A dant, proximi neceſſitatibus nolunt & negligunt ſubuenire. Contra quos Amb. 47. di. c. ſicut hi. ſic ait. Eſurientium panis eſt, quem tu detines: nudorum indumentum eſt, quod tu recludis: miſerorum redemptio eſt & abſolutio pecunia, quam tu in terrā fodis. Tantorum igitur te ſcias inuadere bona, quantis poſſis præſtare quod velis, ideſt velle præſtare teneris. Hoc ponderent, qui tot & tam pretioſis veſtibus, iocalib⁹, & ſupellectilibus fulciuntur.

Quòd perfectus ad proximum amor omnē laborem pro illo ſuſtinet & aſſumit. Capit. 2.

B

Secundus grad⁹ charitatis.

SEcundus gradus perfectę charitatis eſt propter amorem proximi aſſumere ac ſuſtinere laborem vilem, hoc eſt ſeruire pauperibus & infirmis, pro carceratis & alijs neceſſitatem patientibus laborare, circa eorum veſtes & cibos affectuoſa diligētia inſudare, exercitio prædicationum & confeſſionum pro animarum ſalute cum multis laboribus, ærumnis, & vigilijs laborare. Magnæ quidem perfectionis opus eſt ex charitate corporales labores ſuſtinere pro
C corporibus proximorum, ſed perfectioris charitatis eſt illos ſuſtinere pro illorum animarum ſalute. In idem quoque referri poteſt, ſi quis pro prædictis laboribus & ærūnis, & alijs cauſis propter amorem Dei, & proximi perſecutiones & tribulationes minime ſupportare recuſet, exemplo Pauli. qui 2. Cor. 1. ait, ſiue tribulamur pro veſtra exhortatione & ſalute. Iterum. 2. ad Timo. 2. ait, Laboro vſq; ad vincula, quaſi malè operans: ſed verbum Dei non eſt alligatū. Ideo omnia ſuſtineo propter electos, vt & ipſi ſalutem conſequantur. Ab hoc quidem gradu deficiunt, immo periculoſiſſimè ſe
D elongant, qui de ſuperfluis delitijs ſuis nihil omittere volunt, aut quicquam incommodi ſuſtinere pro proximi amore. Contra quos dicitur Amos. 6. Qui dormitis in lectis eburneis, & laſciuitis in ſtratis veſtris, qui comeditis agnum de grege & vitulos de medio armenti, qui canitis ad vocem pſalterij: ſicut Dauid putauerūt ſe habere vaſa cantici, bibentes in phialis vinum, & optimo vnguēto delibuti, & nihil compatiebantur ſuper contritione Ioſeph. In Ezech. quoque ſcriptum eſt. Non aſcendiſtis ex aduerſo, nec oppoſuiſtis vos murum pro domo Iſrael, vt ſtaretis in prælio in die Domini.

E

Quòd perfectus proximi amor pro ſalute animæ eius ponere facit propriā corporalem vitam. Cap. 3.

Tertius gradus dilectionis.

TErtius quoq; gradus huius dilectionis eſt pro ſalute animæ proximi tradere vitam corporalem. Vltra autē hunc gradum dilectio nequaquam poteſt intendi, teſte Domino Io. 15. Maiorem hac dilectionem nemo habet, vt animam ſuam, ſcilicet quis ponat pro amicis ſuis. & in hoc dilectionis amore perfectio conſumatur. ideo noſter ſummus amator Chriſtus, F vt nobis exemplum daret, pro nobis peccatoribus & aduerſarijs ſuis in cruce mori dignatus eſt. ideo dicitur, ideſt Ioan. 3. In hoc agnouimus charitatem Dei, quoniam ille pro nobis animam ſuam poſuit: & nos debemus pro fratribus animam ponere. Sed aduertendum eſt, quòd duo ad animā pertinere dicuntur. vnum ſecundum quod viuificatur a Deo, aliud ſecundum quod viuificat corpus. Et primò quidem eſt ſecundum quòd anima viuificatur a Deo: & quantum ad hoc animam pro fratribus ponere homo nequaquàm debet; tantum enim quiſque vitam animæ amat, quantum ipſum Dominum amat. Plus enim quiſq; tenetur diligere Deum, quàm proximum. Non debet igitur quiſque, vt proximum ſaluet, animam ſuam damnare: immo pro toto mundo ſaluando non debet homo velle detrimentum animæ ſuæ ſuſtinere. Vnde Dominus, Mat. 16. ait. Quid enim prodeſt homini ſi vniuerſum mundum lucretur, animæ vero ſuæ detrimentum patiatur? Secundò conſideratur anima, ſecundum quòd viuificat corpus, & vt eſt principium humanæ vitæ. ſecundum hoc pro dilectione ponere animam vltra extremitatē neceſſitatis, de qua ſupra dictum eſt, ad perfectionem conſilij pertinent, non præcepti. de hoc 2. Cor. 12. in exemplum ſe ponit Apoſtolus dicens, Ego autem libentiſſimè impendar, & ſuperimpendar ipſe pro animabus veſtris. Vbi glo. dicit. Perfecta charitas eſt, vbi quis libenter paratus ſit etiam pro fratribus mori. Quòd nobis largiri dignetur Chriſt⁹ filius Dei, qui cum patre & ſpirituſancto viuit & regnat in ſæcula ſæculorum. Amen.

Duo ad animā pertinere dicuntur.

G

H

Aīa quotenus viuificat corpus nā cū ſit principiū multarū operationū ī hoīe viuificat & īformat corpus.

A

SABBATO poſt cineres.

De diuina ꝓtectione. Et quomodo a Deo per Angelos iuſtorum ciuitas & anima ab aduerſitatibus cuſtoditur.

Sermo. VIII.

ERat enim ventus cõtrarius illis.
Mar. 6. & in Euangelio hò-
dierno. Multa .n. moleſta atq;
tentationes inſurgunt, ne
perſiſtamus in charitate, ita
vt qñq; in deſperationem fluctuare faciant
B nauim mentis. Solet enim elata ſuperbia,
& humana ignorantia ſępius æſtimare ſuis
aſtutijs, ſuis vigilantijs, ſuis diuitijs atque
potentijs proprias ciuitates & patrias cu-
ſtodire. ecce ventus efferẽs mẽtem. Sed au
diat quid teſtatur pſ. dicẽs, Niſi dñs cuſtodie
rit ciuitatẽ, fruſtra vigilat qui cuſtodit, &c.
Hanc aũt conſeruat Dñs, ſi illũ timẽt regen
tes & habitantes in ea. Tunc .n. ibi aduerſi-
tatib' deſperare non debẽt, licèt ſit ventus
contrarius illis; quia Her. 1. dr̃. Ecce dedi
te in ciuitatẽ munitã, In columnã ferream,
& in murũ æreũ. Et ſequitur, Et bellabunt
aduerſum te, & non præualebunt, quia ego
C tecũ ſum. Iõ quoq; quęlibet aĩa vexationib.
impugna ſperare debet. Vnde Apc. 7. Io. my
ſticè ait. Vidi quattuor Angelos ſtãtes ſup
quattor angulos terræ, tenẽtes quattuor vẽ
tos, ne flarent ſup terrã, neq; ſuper mare,
neq; in vllã arborẽ. In quib' verbis triplex
myſterium reuelatur. Primum eſt angelicæ
ordinationes ibi, Vidi quattuor Angelos
ſtantes ſuper quattor Angulos terræ, ſecun
dum eſt angelicæ refrænationis ibi, tenẽtes
quattor ventos. tertiũ eſt angelicæ conſerua
tionis ibi, ne flarent ſuper terrã, &c. Iſta
quoq; tria myſteria eodẽ ordine ponit pſ.
in. 90. pſ. ad aĩam vel ad eius ciuitatẽ ſimili
ter loquẽs. Angelis ſuis mãdauit de te, ecce
D primũ myſteriũ. vt cuſtodiant te: ecce ſm̃. ĩ
oĩb' vijs tuis: ecce tertiũ. Quod verbũ põt
eſſe aliud thema inp̃ti materia, & maximè
cõuenit diei ſequẽti ĩ prima Dñica q̃drage.

Triplex myſteriũ reuelaui.

ARTICVLVS PRIMVS.

Quòd ad intelligentiam omnium influentiarum ſupernorũ tria pręnotanda ſunt.

PRimum myſterium eſt Angelicę or
dinationis, quia propheta dicit,
Angelis ſuis Deus mandauit &c.
O ciuitas Dei timore ornata. Siue morali- E
ter ad qnamlibet iuſtam animam ſermo
propheticus dirigatur? Ad horum tamen
intelligentiã tria per ordinẽ ſunt notanda.

Quòd tria ſunt regna Domini noſtri Ieſu Chriſti. Cap. 1.

PRimò notandũ, ꝙ ſummi Deĩ &
regis ęterni Ieſu Chriſti tria sũt
generalia Ieſu regna. Primun,
ſcilicet corporale, conſiſtit in
quattuor elemẽtis, ſcilicet terra, aqua, aere,
& igne. Itẽ in orbibus ſiue in cęlis ſeptẽ F
planetarum. ſ. Lunæ, Mercurij, Veneris, So-
lis, Martis, Iouis, & Saturni. Item in tribus
cęlis ſ. ſtellato, chriſtallino, & empyreo. Se-
cundũ regnũ æterni regis eſt ſpirituale, &
conſiſtit in Angelis & aĩabus. Tertium eſt
mixtũ, ſicut patet in homine, qui habet cor
pus, & animã: & ſicut maior mundus, ſ. ma
crocoſmus continet in ſẽ quattuor qualita-
tes primas, ſcilicet calidũ, humidũ, frigidũ
& ſiccum. ſic in homine, id eſt, in micro-
coſmo, quantũ ad corpus, ſunt quattuor cõ
plexiones. ſ. melãcolya, flegma, ſanguis, &
colera. Quantum verò ad aĩam ſunt in eo
quattuor affectiones ſcilicet gaudium, do-
lor, ſpes, & timor. G

Tria regna Ieſu Chriſti.

De duplici conſtellatione, & influentia ſupernorum ſuper naturam humanam. & quòd cõſtellationes aſtrorũ ſup animã nihil poſſunt. Cap. 2.

SEcundò notandũ eſt, ꝙ duo priora re-
gna habent influere ſuper tertium re-
gnum, quod eſt homo. nam ſicut per
influentias coelorum & planetarũ, inferio-
ra elementa, & corpora elemẽtata, & ꝑ con
ſequẽs corpa noſtra regunẽ & gubernãtur H
corpalia corpalib' influẽdo: ſic hũani ſpũs
a Deo ꝑ Angelos ſpũales ſpũalia recipiũt,
ſpũalia ſpũalibus inſpirando: vt & ipſi mi-
niſteri ſint gr̃arũ, quarũ Deus eſt principalis
dator. Et ſicut corpora corruptibilia, inter
quæ ſunt corpa noſtra per repugnantiam
quattuor qualitatũ primarũ prædictarum
corrũperentur ſine corporũ cęleſtiũ influẽ-
tia: ſic & temperamentum humani ſpiritus
in actionib' ſuis per quattor paſſiones, quæ
ſunt lætitia, triſtitia, præſumptio, & timor
corrũperẽt. niſi diuina gratia per myſteria
beatorum

A beatorũ ſpirituum miniſtrata in ordine bonæ actionis conſeruaret. Vnde pſ. Benedicite Domino omnes virtutes eius. Et ſequitur. Miniſtri eius, qui facitis voluntatem eius, ideſt bona inſpirando in hominum voluntates, non mentes. Ex his patere poteſt, quòd ſuper tertium regnum, hoc eſt ſuper homines duplex conſtellatio operaẽ ſecundum ꝙ ipſi conſtant ex corpe & ſpũ. Prima eſt corpalis, ſecunda eſt ſpũalis. Prima eſt corporalis, ſcilicet a ſtellis corporalibus, quæ influunt in corpora inferiora virtutẽ motiuã, vegetatiuã, ſenſitiuã & oĩum generabiliũ productiuã. Et licèt careãt qua-

B litatibus elementaribus: non. n. ſunt calida, frigida, humida vel ſicca: attamẽ iſta inferioribus influunt. Tamen ſuper liberum arbitriũ nequaquàm influere poſſunt, nec virtutẽ hñt hoĩs mutandi voluntatẽ: licèt immutẽt & diſponant complexionẽ hoĩs. Quæ quidem voluntatem non hñt cogete, ſed magis ac minus in diuerſis hoĩbus inclinare. Quare autem cœleſtia corpora in aliquod incorporeum nõ influãt, qa virtuoſi⁹ & nobilius ẽ quolibet corpore, ſicut ẽt Ariſtotiles probat, alioquin non poſſet omniũ corporũ naturas cognoſcere, ſicut nec oculus poſſet omnes colores videre, ſi pupilla eſſet aliquo colore affecta. Impoſſibile

C eſt igitur ꝙ cœleſte corpus imprimat in intellectum humanũ, voluntas etiam in intellectiuam partem eſt, mouetúrq; a bono per intellectum appræhenſo. Ideo pari rõne cęleſtia corpa in eam non poſſunt imprimere. Omnes etiam humani actus principaliter ex humana voluntate procedunt. Non poſſunt igitur per certitudinem futuri hominũ actus prænoſci ꝑ cœleſtiũ corporum inſpectionẽ, nec per conſequens humani rerũ euentus, qui vt plurimum ex actibus humanis dependẽt. Iõ dicitur Hier. 10. A ſignis cęli noli metuere, quę gẽtes timẽt. Quare certitudinaliter tenendũ eſt; graue pctũ fore circa ea, quæ ab hominis volun-

D tate dependẽt, aſtrorũ iudicijs vti. Aduertendum eſt tamen, ꝙ dicunt qñq; vera duplici ex cauſa. Primò ex dæmonũ malitia, ſecũdo ex hominum culpa. Primò quidem ex dæmonum malitia: quia diabolus vt homines in errorem trahat, operibus eorum qui iudicijs aſtrorum intendunt, ſępius ſe immiſcet. Vnde Aug. ſuper 2. li. Gen. ad lrãm ait: Fatendũ eſt, qñ ab iſtis. ſ. mathematicis vera dicuntur, inſtinctu quodam occultiſſimo diaboli fieri, quẽ neſcientes humanæ mentes patiuntur: quod cum ad decipien-

Conſtillatur duplex.

Non pro mathematicis aſtronomis.

Hieremi.

Auguſt.

dos homines fit, ſpirituum immundorum & ſeductorũ opatio eſt. Quia igitur hõ per intellectũ & voluntatẽ imaginationis fantaſmata & ſenſibilis appetit⁹ affectiones & paſſiones reprimere põt, nulla neceſſitate inducitur hõ ad agendũ, ſed q̃dam inclinatio ſola, quam quidam ſapientes moderant do refrænant. Propter quod etiam Ptholomęus in centiloquio ſuo ait, ꝙ ſapiens hõ dominatur aſtris, ideſt inclinationi, quæ ex aſtrorum diſpoſitione relinquitur. Secũdò dicunt quandoq; vera ex hominum culpa, quia in peccatoribus ſtultis, in quibus carnalis vita ſpiritui dominaẽ aſtrorum diſpoſitiones magnũ habẽt effectũ, eo ꝙ rõne nõ vtentes parum ab aĩalibus brutis differunt, H ſicut ſcriptum eſt. Homo cũ in honore eẽt, nõ intellexit: comparat⁹ eſt iumentis, & ſimilis factus eſt illis. Vnde Eccl. 10. Stultorum infinitus eſt numerus, in quibus ratio carni non dominatur, in pluribus hominibus cęleſtiũ corporũ inclinationes ſortiunẽ effectum. pp hoc aũt indeq; aſtrologi ex inſpectione ſtellarum prænunciant vera & ꝓcipuè circa omnes euentus: deficiunt tamen & ſæpius errant, cum de particularibus agunt. & hoc propter rõnem, quę corporalibus non eſt ſubiecta. Vnde Caſſio. ſuper pſal. ait: Vbi ſe in aſtrologiæ partẽ Babylonis infuderint, & vitas mortalium de G curſu ſtellarum putauerint eligendas: tunc abominandi, tunc potius cęci ſunt, cum ſe exiſtimãt præuidere, quæ creator nobis decreuit vtiliter abſcondere. Vnde quidam aſtrologus cum quadam die ante dominũ ſuum plus ſolito eſſet triſtis, a domino interrogatus, vnde hoc eſſet: licèt inuitus, tamen nimijs importunitatibus coactus, reſpondit hoc eſſe: quia ex diligenti inſpectione comperat, ipſum dominum infra inſtantem annum omnino moriturum. Quæ audiens dominus, & ſi diligenter & verè hoc comperiſſet inquireret illeq; ſic diuinæ futurum aſſereret ſecundum aſtrorũ influxum, timore & tremore affectus cæpit grauiter infirmari. Cunq; quidam nobilis H miles audiuit dominũ ſuũ grauiter infirmatum, & illum ſubitò viſitaret, compariſſetq; ꝙ ex relatione aſtrologi & ex imaginatione hæc infirmitas domino euenisset, ad aſtrologũ ait: Eſt ne verũ veraciter, & infallibiliter, te compariſſe, infra annum dominum noſtrum moriturum? illo aſſerente, & iterum confirmante, ei inquit. Et tu quanto tempore ſecũdũ aſtrologiã tuã victurus es? qui reſpõdit ei, 14. annis, quia & hoc ẽt

Eccleſia.

Caſſiodorus.

A certiſſimè comperiſſet. Quod audiens verò miles, ſtatim exépto gladio interemit illum. Cum verò ad aures domini hoc fallax aſtrologi præſagium perueniſſet, iucundo riſu, toto exhylaratus animo, timoroſa ſuſpitione abiecta, ſanus de lecto ſurrexit: & longo poſt hoc tempore vixit. Ex hoc patet ex aſtris fieri particularium iudicium vt plurimun falſum eſſe. Secunda conſtellatio ſeu ſecundus influxus ſuper homines eſt ſpiritualis, quæ quidē a Deo per Angelos in animas miniſtratur. Vnde ad Hab. 1. Omnes ſunt adminiſtratorij ſpiritus in miniſterium miſſi propter eos, qui hæreditatem capiunt ſalutis: quia ſemper nobis inſpirant inducentia ad ſalutem. Ecce quòd conſolatio ſpiritualis, ſcilicet angelorum ſpiritualibus in animabus mirabiliter aliquando operatur.

Ad hebraeos.

B

Quòd per quattuor affectiones ingreſſum habent ad animan omnes tentationes & ad tempus habent acceſſum omnes ſanctę inſpirationes. Cap. 3.

C Tertio quomodo notandū eſt, ꝙ quilibet homo ſimiliter omnis ciuitas eſt quaſi quædam ciuitas quadra, habens quattuor angulos, in quorū quolibet eſt porta vna. Hic angulus dirigitur ad oriétē, alius ad occidentē, alius ad meridiē, reliquus verò ad ſeptentrionē. Hæ portæ ſunt quattuor affectiones, ſ. gaudiū, dolor, ſpes, & timor. Per has ante portas vniuerſę, mūdi tentationes dęmonū atquæ ipſius carnis ad animā intrant per volūtatis conſenſum. omneſque diuinæ inſpirationes per eaſdē tranſeunt ad carnem noſtram a voluntate animæ cœlitus inſpiratæ. Hinc pugna illa terribilis & indefeſſa, qua caro concupiſcit aduerſus ſpiritum, a dæmonibus & mundialibus roborata: & ſpiritus aduerſus carnem diuinitus ab Angelis vſitatus. His quattuor portis ad ingreſſum & egreſſum liberū arbitriū pro portinario datum eſt, ſicut Eccl. 15. dicitur, Deꝰ ab initio cōſtituit hominē, & dimiſit eum in manibus conſilij ſui. Ad huius ciuitatis cuſtodiā & contra tentationes aduerſus animā inſurgentes Angeli inſtituti ſunt. Vnde Io. in Apoc. 7. ait. Vidi quattuor Angelos, ideſt omnes, Angelos ī hominum myſterium datos, qui ideo quattuor eſſe dicuntur ꝑpter miniſteriū gratiæ refrenantis, quod ſuper hominum mentes

Omnis Ciuitas videtur habere quatuor angulos vide Ioannē gerſō. Par mēſem de Ciuitate Chriſti.

D

exercent. hi quidē ſtant ſuper quattuor angulos terræ, ſicut Ioan. ait, quia officium habent refrenandi prædictas malas affectiones, a quibus omnis mala tentatio conſurgit ad præcipitandum homines in peccatū. Primus dicitur Angelus orientis, ſecundus Angelus occidentis, tertius Angelus meridionalis, quartus Angelus ſeptentrionalis. Ecce o felix ciuitas & anima benedicta, ꝙ Deꝰ ſicut ait Pſ. Angelis ſuis mādauit de te. E

ARTICVLVS SECVNDVS.

Quòd miniſterio angelorum omnes noxiæ tentationes per oppoſitas refrenantur inſpirationes. F

Secundū quidē miniſterium eſt angelicę cuſtoditionis ſeu refrenationis, de quo Pſ. ſubdit, vt cuſtodiant te. Cuſtodiunt enim Angeli quattuor bonas affectiones contra quattuor diabolicas paſſiones mentibus inſpirando. Nā Angelus orientalis officiū habet reprimendi gaudiū vanū ꝑ dolorem, ſm Deū: Angelꝰ meridionalis ſagādi dolorē per gaudiū ſm Deū. Angelus autem occidentalis habet officiū reprimendi pręſumptuoſam ſpem per timorem Dei: G Angelus quidem aquilonaris officium habet refrænandi flatum timoris mali per ſanctam ac diuinam ſpem. Vnde Ioan. ſubdit dicēs, tenētes quattuor vētos, i. quattuor ꝑdictas affectiōes diuinā gratiā refrenātes. Sed hanc refrænationem aperti'diſſeramꝰ.

Quòd Angeli refręnant in anima mundana gaudia per dolorem & triſtitiam ſecundum Deum. Cap. 1.

Primus eſt Angelus orientalis: qui quidē a Dño ordinatur ad cuſtodiam primę portę, quæ eſt in angulo orientis. Hæc enim porta dicitur porta mundani gaudij. per hanc autem mundo, & diabolo operante, in animā ingrediuntur omnia peccata gaudij humani & lætitiæ vanę, ſcilicet commeſſationes, ebriętates, luxurię, fornicatiōes, adulteria, ſtupra, ſacrilegia, inceſtus, ſodomiæ, prohibiti ludi, vani cantus, chorec, ſoni laſciui, vanitates iuueniles, nec non & procationes & cętera conſimilia. Hæc omnia tanquam vana gaudia Angelus orientalis refrænat & retinet per dolorē & triſtitiā ſecūdum Deū, ſicut Prou. 14. dicit, Riſus dolore miſcebitur H

Angelus orientalis vide ſupra dictū auctorem aquo multa hauſta ſunt.

A miſcebitur & extrema gaudij luctus occu-
pat. Illuminat enim menté, vt cognoſcant
Pſal. ꝙ gaudia mundi decipiunt, faſtidiunt, & de
ficiunt. Vnde Pſal. Mane ſicut herba trãſeat,
mane floreat & tranſeat: veſpere decidat,
induret, & areſcat. Ex his omnibus reful-
get lumen Dei in tabernaculo mentis. vnde
oritur tremor ad Deum iuſtum, & amor
ad Deum purum. Hic Angelus ſuper cla-
mat in anima mundi cõtemptum, luxuriæ,
ſuperbiæ, auaritiæ deſpectum, & omnium
concupiſcentiarum odium. de quo Angelo
Apoc. 14. dicitur, & alius locutus eſt dicẽs.
Cecidit Babylon ciuitas illa magna, quæ vi
B no fornicationis ſuæ potauit omnes gẽtes.
vbi clamat omnia vana & mundana gaudia
contẽnenda. Primus auaritiam a ſuperbia:
ideo ait, cecidit Babylon, quæ confuſio in-
terpretatᷣ & ſignificat mũdi facultatẽ, qua
mundani cõfunduntur. Vnde Pſal. Oculos
ſuos ſtatuerunt declinare in terram, quos
ad cœlos Deus creauit erectos. hic quidem
cecidit, ſicut idem. j. Ioan. 2. clamat dicens,
Tranſit mundus & omnis concupiſceutia
eius. Bis enim dixit cecidit: quia cadit aua
ri corpus per mortem corporalem, & cadit
eius anima per mortem ęternam, ſicut de
C vtraque morte facta in diuite epulone, Lu.
16. ſcriptum eſt, Mortuus eſt diues: ecce pri
mus caſus. & ſepultus eſt in inferno: ecce ſe
cundus caſus. Secundò clamat Angelus il-
le contẽnendam ſuperbiam in mundana
gloria, de qua ſubdit. Ciuitas illa magna.
Superbia enim magnum ſe homines repu-
tare facit: ſed deus ſuperbis reſiſtit. Iac. 4.
Vnde ad ſuperbum dicitur Hiere. 50. Ecce
ego ad te ſuperbe, dicit Domin⁹ exercituũ:
quia veniet dies tuus, tempus viſitationis
tuæ, & cadet ſuperbus corruet, & non erit
qui ſuſcitet eum. Tertiò clamat contẽnen-
dam carnis cõcupiſcentiam in fętenti luxu-
D ria. Vnde addit ꝙ vino fornicationis ſuæ
potauit omnes gentes. Vinum enim vltra
modũ potatũ inebriat mentẽ & alienat: ſic
aliena potatio ĩ viſibili creatura mẽtẽ a Deo
ſeparat. & hec eſt turpiſſima ſpiritualis for
nicatio, qua anima a vero ſuo, ſcilicet Deo
recedens, creaturæ ſe ſociat per amorem,
vt eam plus quàm creatorem ſuum concu-
piſcat & diligat. Vnde Oſeæ. 4. Fornicati
ſunt: & non ceſſauerunt, quoniam Deum
dereliquerunt. Sed aduertendum eſt, ꝙ vi
nũ huius fornicationis, vinum iræ Dei dici
tur. Deus nempe nemini iraſcitur, niſi a ſe
auerſo, qui, ſcilicet creaturã ꝓ creatore co-
lit. Vnde quia mundi delectabilia decepe-
runt ſtultos, quorum infinitus eſt numerus: E
ideo Babylonem omnes gentes hoc vino
potare dicit. His & cõſimilibus modis An-
gelus orientalis per dolorem ſecũdum De-
um comprimit mundanum gaudium atque
vanum.

*Quòd angeli cęli refrenant omnes contriſtã-
tes tentationes. per gaudia ſpiritua
lia & diuina. Cap. 2.*

SEcundus Angelus tẽtationes refrenãs,
eſt occidentalis. Hic ſi quidem a Deo
conſtituitur in occidentali angulo ciui
tatis ad cuſtodiam portæ, quæ dicitur dolo- F
ris, ſcilicet mundi. Per hanc mundo, & dia
bolo inſtigante in animan ingrediuntur oĩa
triſtabilia & doloroſa, ſcilicet irę rixę, guer
ræ, violentiæ, homicidia, odia, partialita
tes, ſectę, contumelię, impatientię, blaſ-
phemię, detractiones, murmurationes, ſu-
ſurrationes, impię accuſationes, impugna-
tiones agnitę veritatis, conteutiones, ma-
ledictiones, inuidentiæ fraternæ dilectio
nis ſeu gratiæ, ſeminationes diſcordiæ,
proditiones, rebelliones, inobedientiæ
filiorum, & aliorum ſubditorum, atquæ cæ- G
tera conſimilia, quæ omnia triſtant men-
tem per culpam. reprimit Angelus occi-
dentalis per gaudium ſpiritus ſecundum
Deum. Hic Angelus ad gaudia ſpiritualia
ſemper mentem incitat cum Paulo ad
Phil. 4. Gaudete in Domino ſemper; ite-
rum dico gaudete. Incitat etiam ad amo-
rem virtutum vel lætitiam conſcientiæ, &
contemplationem gloriæ Beatorum. De
hoc Angelo Apoc. 10. dicitur, Vidi ange-
lum forté deſceudentẽ de cœlo, amictũ nu
be, & iris in capite eius, & facies ei⁹ erat vt
ſol. Ibi oſtenditur, ꝙ hic Angelus tria in-
ſpirat, quæ in aduerſis faciunt ſpiritualiter H
gaudere. Inſpirat enim primò magnanimi
tatem, ſecundò fidelitatem, tertiò iocun-
ditatem. Primam in voluntate, ſecundam
in intelligentia, & tertiam in ſenſualita-
te. Primò enim inſpirat magnanimitatem
in voluntate. & hoc fortificat contra ad-
uerſa, quæ frangunt: ideo ait, Vidi ange-
lum fortem. ab effectu, quia roborat mẽ *Tria homini inſpirantur ab Angelo.*
tem: ait enim cordi in amaritudinem æſtu
anti illud Tob. 7. Forti animo eſto. hoc ta-
men gaudium deſurſum eſt, ſcilicet a ma-
nu diuinæ benignitatis: ideo ſubdit, Deſcẽ
dentem de cœlo. quia Iac. j. dicitur, Om
ne datum optimum, &c. Secundò inſpi-

A rat fideſitatem in intelligentia: ideo ſubditur, Veſtitum nube. Nubes enim hic deſignat fidei ſtatum: quia in præſenti vita nō videtur facie ad faciem ſol iuſtitiæ Chriſtus, ſed tegitur fidei nube, ſicut ait Dominus Ezech. 32. Solem nube tegam. Illuminat enim Angelus hic de fidei lumine per aduerſa, ac intelligere facit quòd a Deo pro ſalute hominum permittantur. Ideo ſubditur, Et iris in capite eius. Iris in capite eſt fides diuinorum iudiciorum in mente. Tertiò etiam inſpirat iucunditatem in ſenſualitate: gaudium enim cordis redundat in gaudium & exultationem corporis & vultus. Ideo additur, facies eius B erat vt ſol. qui quaſi lętificat totum mundum. ſic lætitia mentis totum exhilarat corpus, ſicut Eccl. 42. myſticè dicitur, Sol illuminans per omnia reſpexit, ideſt, lætitia mentis totum corpus lætificauit. His gaudijs Angelus occidentis per gaudium ſecundum Deum, comprimit dolorem ſecundum mundum.

Quòd cęleſtes angeli refrænaut in anima cuncta præſumptuoſa atque ſtultam mundanorum ſpem, per timorem verbi dei. Cap. 3.

C TErtius quoque Angelus tentationes refrænans, meridionalis eſt. Hic eſt ordinatur a Deo in angulo meridionali ad cuſtodiam portæ ciuitatis, quæ dicitur porta ſpei, ſcilicet præſumptuoſæ & ſtultæ. Per hanc enim ingrediuntur omnes contentus proximorum, auaritia, obliuio Dei, gloria ſęculorum, pompa, præſumptiones, curioſitates, irreuerentia, vana gloria, iactantia, hypocriſis, nouitatū præſumptio, ambitio dignitatum, admonitionum contemptus, peccatorum defenſio, ſeu malo exemplo proximun corrunpere & ſcandalizare, & cætera conſimilia. D quæ omnia in ſpem ſtultam eleuantia Angelus meridionalis per timorem Dei refręnat. Hic Angelus ſemper ad Dei timorem inducit: Vnde Apoc. 14. dicitur: Vidi alterum Angelum volantem per medium cęlum, habentem æuangelium ęternum. & ſequitur, dicens voce magna: Timete Dominum, & date illi honorem, quia venit hora iudicij eius. Triplicem timorem Angelus menti malæ ſperanti inſpirat: Primò timoren conſcientialem, ſecundò timorē reuerentialem, tertiò timorem iudicialem.

Angelus inſpirat hominen triplicem timorem.

Primò enim illi incutit timorem Dei cōſcientialem, dicens clamore valido illud Apoc. 15. Magna, & mirabilia ſunt opera tua, Domine Deus omnipotens. Iuſtæ & veræ ſunt viæ, tuę Dn̄e rex Sanctorum: quis non timebit te Domine: ideo ſubdit, timete igitur Dominun. Vnde Eccl. 15. Qui timet Dominum, faciet bona. Secundò inſpirat timoren reuerentialem, dicens. Et date illi honorem, ſcilicet non vobis per præſumptuoſam ſpem & gloriam mundanorum. Nam dicit Dominus. j. Regum 2. Qui honorificauerit me, glorificabo eum: qui autem contemnunt me, erunt ignobiles. Tertiò menti incutit timorem iudicialem. Ideo ſubdit, Quia venit dies iudicij eius, ſcilicet generalis punitionis, vel particularis punitionis, ſcilicet patriarum propter inflatam ſuperbiam, ſiue ſingularis afflictionis & mortis: quia qui hodie ſtat, ſcilicet viuus: videat ne cadat, cras mortuus, ſcilicet. Vnde Pſal. Iudicia Dei abyſſus multa, quare & ſi ſtatim non flagellat Deus: tamen vt dicitur Iob. 21. In diē perditionis ſeruabitur malus, & ad diē furoris ducetur. Huiuſmodi tremendis iudicijs incutit Angelus hic animæ timorem Dei contra præſumptuoſam ſpem mundi.

Per angelicum myſteriū refrænantur omnes mundani timores: & quæcunque pauidam mētem efficiunt. Cap. 4.

G QVartus enim angelus refręnans tentationes, eſt ſeptentrionalis, qui. ſ. in ſeptentrionali angulo ciuitatis conſtitutus eſt ad cuſtodiam portæ timoris mundani. Per hanc portam ingrediuntur perplexitates, timores diſplicendi, verecundia de opere bono, mendacia, periuria, falſa teſtimonia, deſperationes, puſillanimitates, peſtilentiæ, crudelitatis timor, Dei in cauſa perſecutionis negatio, H tyrannorum minis & pęnis cedere, paupertatis horror: & multa his ſimilia. Hæc omnia ad inanem timorem inducentia per duiiniam ſpem Angelus iſte refręnat, dicens cum pſ. Spera in Deo, & fac bonitatē: & illud Eccl. 2. Reſpicite filij nationes hominū & ſocitote, q̄a nullus ſperauit ī Dn̄o, & cōfuſus ē. Vn̄ illud pſ. Beat° vir, cui° eſt nomen Dn̄i ſpes eius, & nō reſpexit ī vanitates & inſanias falſas. Hic ē Angelus. Vndē Apoc.

Perplexionis ingediuntur ꝑ portam.

A Apoc. 8. dicitur, Et alius Angelus venit,
& ſtetit ante altare habens thuribulum au-
reum in manu ſua: & ſequitur, & imple-
uit illud de igne altaris, & miſit in terram.
Cum enim aquilonaris, & timor mundá-
nus, & tremor inuaſerit hominum mentes
& frigida eorum confixerit corda: merito
Angelus ardentis ſpei in remedium deſti-
natur. Triplicem quidem ſpem in reme-
dium contra hunc timorem offert, atque in
ſpirat iſte Angelus. Prima eſt ſpes paſſionis
Chriſti, & ideo dicit, Et Angelus venit, &
ſtetit ante altare. id eſt, ante Chriſtum glo-
B rificatum in cęlis, qui dicitur altare quaſi al-
ta res. Tam nempe res alta eſt Chriſtus glo
rificatus in cęlis, ꝙ Apoſt. ad Epheſ. j. dicit,
ꝙ conſtitutus eſt ad dexteram Dei patris in
cęleſtibus, ſuper omnem poteſtatem, &
principatum, & virtutem, & dominationē:
& omne nomen, quod nominatur non ſo-
lum in hoc ſeculo, ſed etiam in futuro. Sed
de magno paſſionis eius merito, quod de
ardentiſſima eius dilectione proceſſit, ſub-
infertur: Habens thuribulum aureum in
manu ſua. ideſt, meritum magni eius amo-
ris igne ſuccenſum, quod ideo dicitur au-
C reum, quia ex diuina ſapientia, quæ per au-
rum ſignificatur, ab æterno diſpoſitum eſt
a Deo pro merito ſuo, ꝙ Chriſtus patri re-
conciliaret humanum genus. Vnde Act. 2.
Ieſum diffinito conſilio, & præſcientia Dei
traditū. Hoc thuribulum aquilonaris An-
gelus in manu ſua habet, quia Chriſtus me-
riti ſui gratiam per Angelos ſanctos fideli-
bus ſuis diſpenſat. Secūda dicitur ſpes pro-
uiſionis, id eſt, ꝙ Deus prouideat humanis
rebus merito paſſionis Chriſti. Ideo addi-
tur, & impleuit illud de igne altaris, id eſt
impletum oſtendit igne perfectæ dilectio-
nis ad omnibus noſtris neceſſitatibus ſuc-
currendum, ſcilicet guerris, fame, peſtilen-
D tijs, & ſic de alijs: ita vt quilibet dicere
poſſet illud Hierem. 17. ſpes mea tu in die
afflictionis meæ. Tertia eſt ſpes diſpenſa-
tionis. id eſt, quòd a Deo talis amor ſperās
procedat. Ideo ſubditur, & miſit in terrā,
id eſt in populum, vel in mentem aquilo-
nis tremore, & frigore congelatam: quaſi
dicens, Che te venga el fogo de Dio.
Quid times? De hoc igne, Lu. 12. dicitur,
Ignem veni mittere in terram, vt ſupra,
Ecce quòd per diuinam ſpem ſuccurrit An-
gelus mundano frigori, & timori, & ſic
Angelis ſuis mandauit de te, ſcilicet te-
nens quatuor ventos, quod eſt ſecundum
myſterium.

Contra triplicē timorē, triplex adhibetur ſpes.

ARTICVLVS TERTIVS. E

Quomodo omnem iuſtorum ſtatum Angeli ſancti protegunt, & conſeruant.

TErtium myſterium eſt angelicæ con-
ſeruationis, qa iuſti ab Angelis mul-
tipliciter conſeruantur. Vnde Pſalm.
ſubdit, in omnibus vijs tuis. Tres nempe
ſunt viæ, in quibus Angeli boni cuſtodiūt
viros ſanctos, & iuſtos. Prima eſt via pro-
ſperitatis, ſecunda aduerſitatis, tertia con-
templationis. Quaſi prima ſit incipiētium, F
ſecunda proficiētium, tertia perfectorum.

Tertium myſteriū.

Iuſti ab Angelis in proſperitatibus proteguntur, ne in crimina ruant. Cap. 1.

PRima eſt via proſperitatis. Sunt
nanq; multi, qui proſperātur, &
abundant in mundo: & tamen
propter proſperitatem nequa-
quàm a Deo recedunt, ſed rebus terrenis
ad eius gloriam, Angelico miniſterio auxi-
liante, moderatè vtuntur, & hi per terram
ſignificantur. Ideo ſubditur, ne flarent ſu-
per terram, id eſt ſuper iuſtos, qui ſunt ter- G
ra, cui benedixit Deus. Vnde Gen. j. Germi-
net terra herbam virentem. De quibus fuit
ille ſanctus Ioſeph, de quo dicitur Gen. 39.
Fuit Dominus cum Ioſeph, & erat vir in
cunctis proſperè agens. Vnde Pſal. Intēde,
proſpere procede & regna. Quod quidem,
quomodo & vnde fiat, ſubiungit propter
veritatem, & manſuetudinem, & iuſtitiam.
Hæc enim tria ſunt neceſſaria cuilibet vo-
lenti bene regnare, ſcilicet rectitudo, man-
ſuetudo, & iuſtitia, & talia: de quo ſequi-
tur, Et deducet mirabiliter dextera tua.

Quòd iuſti ab Angelis defenſantur, ne frangantur aduerſitate. H
Cap. 2.

SEcunda via eſt aduerſitatis. Sunt enim
quidam iuſti, qui per aduerſitates hu-
ius mundi purgantur angelico mini-
ſterio, & præſeruantur a ſordibus pecca-
torum. Hi ſignantur per mare, quod
cum amarum ſit, tamen tempeſtatibus
concitatum purgatur. Proijcit ad littus
immunditias ſuas, nutritque mare piſces
magnos, vti grandia Cete. Sic in mari ad-
uerſitatum nutriuntur ſpiritus magni, ſicut
fuerunt Apoſtoli, Martyres, Doctores: &

cuilibet

A cuilibet talium dictum eſt, In mari via tua. Per hanc viam iuſti ad patriam glorioſam deducuntur. In cuius myſterium Dei populus mare rubrum tranſiens ſicco pede in deſerto peruenit, Exo. 14.c.

Quomodo perfecti & contemplatini, vt adhuc proficiant, & non deficiant: ab angelis proteguntur. Ca. 3.

TErtia quidem eſt via contemplatio-
B nis, & ſublimis perfectionis. Tales ſunt quidam iuſti, qui mente a terrenis delectabilibus eleuati, cęleſtibus meditationibus fructificant Deo. Et hi, qui per arbores deſignantur, radices habent in terra: quia neceſſaria eſt eis corpotalis, quia cum Apoſtolo ad Philip. 3. dicere poſſunt, Noſtra conuerſatio in cœlis eſt. Tales enim habent flores nitidæ conſcientiæ ad Deum, frondes exteriores vitæ ad proximum, & fructus bonorum operum ad ſeipſos. De floribus Eccleſiaſt. 24. dicit, Conſcientia bona. Flores mei, fructus honoris & honeſtatis. De frondibus, Matth. 5. Sic luceat lux veſtra corā hominibus, vt videant opera veſtra bona, &c. De fructibus dicitur
C Gen. j. cum dixiſſet, germinet terra herbam virentem, & facientem ſemen, ſubdit: Et lignum pomiferum faciens fructum iuxta genus ſuum, hic per gratiam, & in futuro per gloriam. Quam nobis concedat florida, atque frondoſa & fructifera arbor vitę Dominus noſter Ieſus Chriſtus, qui cum Patre, & Spiritu, &c.

DOMINICA PRIMA in Quadrag. in mane.

D *Ordo dicendorum per totam hebdomadam ſequentem*

N*On in ſolo pane viuit homo, ſed in omni verbo, quod procedit de ore Dei.* Matth. 4. & in Euangelio hodierno. Iam in pelago intrauimus charitatis, ad inueſtiganda alia de ipſa charitate ſtylus percurrat, quatenus ad tam digna, tanque vtilia pro vtilitate populi de theſauris ſuis miſericorditer diſpenſare dignetur in dulcedine ſua pauperi Deus. Iuuate me fuſis precibus apud Deū, ac pulſate, vt mihi porrigat, quod ad veſtram vtilitatem vobis diſpenſare queam. E Non enim ambiguum eſt, quin pulſantibus libenter aperiat, qui nondum pulſantes hortatur, vt pulſent. Ait enim, Lu. 11. Ego dico vobis; pulſate, & aperietur vobis. Omnis enim qui petit accipit, & qui quærit inuenit, & pulſanti aperietur. Ad augmentum igitur charitatis in cordibus noſtris, iſto mane declarabimus quantæ efficaciæ, & virtutis ſit verbum Dei, necnon & quanta faciat charitate feruere. Vbi duodecim virtutes eius per ordinem ſubdemus. Infra diem de ſanctificatione ſabbati tractaturi ſumus; & a quibus ceſſandum eſt diebus feſtiuis, at- F que quibus vacandum, & inſiſtendum eſt diebus illis: ſcientes per prædicta apprimè in populis creſcere, vel deficere charitatem. Feria ſecunda acturi ſumus de tremendo iudicio vniuerſali: & an ſciri poſſit, quo tempore ſit futurum. In quo iudicio maximè clareſcet, quòd ex defectu charitatis, & pietatis impij æternaliter peribunt, & damnabuntur. Feria tertia efficaciſſimis oſtendemus rationibus, quantum conueniens fuit, quemlibet peccatorem pro vna ſola mortali culpa, hoc eſt pro charitatis defectu, in inferno æternaliter cruciari: G licet tamen peccatum ita breui ſpatio ſit patratum. Feria quarta declarabimus, quantam ignominiam inferant Deo aduerſarij charitatis, qui credere nolunt ea quæ fidei ſunt, niſi videant ſigna atque miracula euidentiſſima. Feria quinta dicemus de iudicio temerario, & ad quanta mala aduerſantia charitati deducat temerariè iudicantes. Feria ſexta de crudeli humani generis inimico. id eſt, de horrendo ſcelere Gomorręorum, atque de illorum tremenda punitione. Sabbato pro veræ charitatis tutela de iuſtitia, quæ pertinet ad Dominos, & ad Regentes dicturi ſumus: vbi H oſtendemus, quàm periculoſum, atque quàm damnabile ſit eis ſub ficta ſpecie pietatis, & falſiſſimę charitatis a iuſtitia declinare.

Augmentum charitatis.

A

DOMINICA PRIMA in Quadrageſima in mane.

De magna efficacia, & fructibus verbi Dei.

Sermo IX.

NOn in ſolo pane viuit homo, ſed in omni verbo, quod procedit de ore Dei. iterum Matth. vt ſupra. Admirãda ſunt.n. opera verbi Dei: per ipſum enim vita amoris, & charitatis in anima generatur & nutritur, & incrementum maximum augmentatur. Primo quidem per illud diuina charitas in anima generatur, propheta atteſtante. Miſit verbum ſuum, & ſanauit eos de interitionibus eorum. Et illud j. Pet. j. Renati non ex ſemine corruptibili, ſed incorruptibili per verbum Dei. Secundo per ipſum charitas in anima nutritur, & conſeruatur. Vnde Dominus ait, Ioan. 6. Verba, quæ ego locutus ſum vobis, ſpiritus & vita ſunt, id eſt ſunt ſpiritualis vita. Tertio quoque per ipſum charitas in aĩa augmentatur, ſicut Dominus dicit, Eſa. 55. Quomodo deſcendit imber & nix de cęlo, & illuc vltra non reuertitur, ſed inebriat terram, & infundit eam, & germinare eam facit, & dat ſemen ſerenti, & panem comedenti: ſic erit verbum meum, quod egredietur de ore meo: non redlet ad me vacuum, ſed faciet quæcunque volui, & proſperabitur in his, ad quæ miſi illud. Ex iſtis patet, ꝙ verbũ Dei imbri aſſimilatur propter ſuauitatem. Nam ſicut imber in terrã ſuauiter cadit, ſic etiam verbum Dei ſuauiter illabitur menti noſtræ. Etiam aſſimilatur niui propter ſinceritatem, eo ꝙ nullam habet nigredinem erroris, vel falſitatis. Etiam aquæ terram infundenti: quia ſaltem diſpoſitiuè propter gratiæ infuſionem, germinãte eam facit deſideriorum multiplicatione: dat ſemen ſerenti in verbi Dei annunciatione, dat panẽ comedenti in bonorum operum multiplicatione. Et ſequitur ſic, id eſt tale, & taliter operans erit, & verbum meum, quod egredietur de ore meo, non reuertetur ad me vacuum, id eſt ſine fructu: ſed faciet quęcunque volui, & proſperabitur, vt ſupra, ſcilicet ſi auditores fideliter ſe præparabunt: quia ſecundum prophetam rectum eſt verbum Domini, ſcilicet ab affectu, quia per rectam paradiſi viã dirigit mentem: ſi ſcilicet addatur illud, quod ſequitur, Et omnia opera eius in fide: ergo propter principaliter prædicta verba in propoſito Dominus ait, Non in ſolo pane viuit homo, ſed in omni verbo, vt ſupra. Ex quo ſequitur, ſecundum Rab. quòd qui non veſcitur verbo Dei, ille non viuit: quia ſicut corpus humanum nõ viuit ſine terreno cibo, ita & anima viuere non poteſt ſine verbo diuino. Procedere autem verbum dicitur ab ore Dei, cum voluntatem ſuam per teſtimonia ſcripturarum reuelat. Sed vt generalius, & clarius pateſiat, quanta ſit virtus, & fructus verbi Dei, ipſum Soli poſſumus aſſimilare. Solis nempe natura eſt eis, qui in hoc ſenſibili mundo ſunt, ordinante Deo, corporaliter dare vitam, illam conſeruare, inſuper & augmentare. Sic etiam verbum Dei in anima hæc tria ſpiritualiter operatur. Præterea ſolis natura eſt habere ſplendorem, calorem, & vigorem. Quia ſplendet, habet tenebras effugare. Quia calet, habet terram calefacere, & inflammare. Quia viget, habet cuncta viuentia ad fructum producendum mouere. Nempe eo, quòd ſolares radij congregantur, & detinentur in terra, ideo in ea tanta varia rerum germina generantur, conſeruantur, & augmentantur. Similiter ſolaris virtus, & gratia verbi Dei mundum poſitum in maligno, & animam poſitam in peccato illuminat, inflammat, roborat, & fortificat. Primo illuminat ad effugandum tenebras ignorantiæ, ſecundo inflammat ad expellendum frigus malitiæ: tertio fortificat ad extinguendum opera nequitiæ: vt iuxta tres animæ noſtræ vires, illuminet intellectum, inflammet affectum, & roboret effectum ad opera charitatis. Vnde Eccleſiaſti. 42. Sol illuminans per omnia reſpexit, id eſt omnes animæ potentias viſitauit. Quod verbum poteſt eſſe aliud thema.

Quare autem, & quando homo de neceſſitate tenetur audire prædicationem, dicetur in ſermone ſequenti, artic. 3. cap. 2.

B *Diuini verbi fructus, & efficacia.*

C

D

E

F *Efficacia diuini verbi.*

G

H

ARTI-

A

Articvlvs Primvs.

De quadruplici illuminatione intellectus, quam operatur diuinum verbum.

PRimo enim Dei verbum, quia habet ſplendorem, illuminat intellectum. Quatuor enim lumina oriuntur in intellectu per verbũ Dei, quorum primum dicitur irradiatiuũ, ſecundum demonſtratiuum, tertium declaratiuum, quartum decoratiuum.

Quòd ex diuino verbo mentes irradiantur, & quòd ex defectu verbi diuini proſperabitur Antichriſtus.

B

Cap. 1.

PRimum lumen eſt irradiatiuum, quia verbum Dei irradiat intellectum: ſicut ſol oriens mundum illuminat vniuerſum. Hoc enim lumine mentes obſcuræ, & tenebroſæ ad verum lumen gratiæ reducuntur: deuiantibus oſtenditur via ſalutis, errantibus fit manifeſta ſemita veritatis. Hæc omnia appropinquante tempore Antichriſti ad defectũ verbi Dei de mentibus hominum diſperibunt. Ideo Apocal. 8. dicitur, Et cũ agnus aperuiſſet ſeptimum ſigillum, factum eſt ſilentium in cœlo quaſi media hora. Septimum nanque ſigillum, ſeptimum eſt iudicium Dei in eccleſia dandum. Quid enim cœlum, niſi eccleſiã Chriſti exprimit? cuius equidem multitudo per conuerſionem cœleſtis eſſe deberet. Quid hoc ſilentium, niſi defectio verbi Dei? Nam licet multi appareant prædicare, tamen verbum Dei adulterantes ſeipſos prædicant, non Dominum Ieſum Chriſtum. Sed notanter hoc ſilentiũ media hora fieri dicitur. Inter nanque perfectionem inſtitutionis Chriſti, & ſuæ radioſæ doctrinæ & vitæ, & deformoſitatem auerſionis, & diabolicæ cæcitatis, quæ auertit multitudinem chriſtianorum in flagitia ſuis varijs modis: quaſi medius ſtatus eſt, cũ lumini veritatis ſilentium imponitur: & vox ignorantiæ per facti euidentiam incipit exclamare, ſicut Gen. 18. de Sodomitis & Gomorręanis ſcriptum eſt, Clamor Sodomorum, & Gomorręorũ multiplicatus eſt. Gomorra enim cęcitas eſt. Sodoma pecus ſilens interpretatur. Ex hac nanq; abiſſo ignorantiæ Dei, & malitiæ mundi ſucceſſum accipiet, & proſperabitur Antichriſtus. Vnde Apoc. 11. beſtia, id eſt beſtialis, & crudelis Antichriſtus, aſcendet de abiſſo & proſperabitur: ſucceſſum habebit ex ignorantia mundi, quæ verè abyſſus poterit appellari: quia mundus tunc per defectum verbi Dei ignorantia plenus erit, in cunctis bonis. Vnde Iob 28. abyſſus, id eſt præfata ignorantia, dum non eſt in me, ſcilicet lumen aliud neceſſariæ veritatis.

C D E (margin letters)

Quò mẽs irradiãt lumine diuini verbi. 1.

Quòd ex lumine verbi Dei cognoſcuntur vitia, & virtutes: illa vt relinquantur, iſta vt adimpleantur.

Cap. 2.

F

SEcundum autem lumen eſt demonſtratiuum. Sicut enim per lumen demonſtratur album & nigrum: ſic per lumen diuini verbi demonſtratur opera bona, & mala. Eſt enim verbum Dei quaſi ſpeculũ animæ, in quo relucent vitia & virtutes. Vnde enim hæc cognoſcimus, niſi per verbũ Dei? Maximè enim per illud mundana vitia cognoſcuntur, quæ ſunt luxuria, ſuperbia, & auaritia. Ideo dicitur in Pſalm. Eloquia Domini, eloquia caſta: argentum igne examinatum, terræ probatũ, purgatum ſeptuplum. In quibus verbis, propheta ſex eminentias oſtendit habere diuinum verbum: in quibus demonſtratiua illuminatio declaratur. Habet enim diuinum verbum ab effectu. Primo dignitatem, ſecundo caſtitatem, tertio ſuauitatem, quarto charitatem, quinto ſpiritualitatem, ſexto puritatem. Primo dignitatem, quia ſunt eloquia Domini, non Ariſtotelis, vel alicuius Poetæ, ſed Domini: qui Doctor doctorum eſt demonſtrandæ veritatis. Biſq; dicit eloquia, vt verbum prædicatum, & inſpiratũ oſtendit. Ezech. 2. & Apoc. 5. in huius myſteriũ liber ſcriptus erat intus & foris. Secundo habet caſtitatem, ideo dicitur eloquia caſta: tum quia docent ſpiritualem caſtitatẽ, Iaco. 3. Quæ autem deſurſum eſt ſapientia, primum quidem pudica eſt: quia ad ſpiritualem pudicitiam exhortatur: tum quia faciunt animas caſtas etiam corporali caſtitate. Vnde Hiero. ad Ruſticum, Ama ſcientiam ſcripturarum, & carnis vitia nõ amabis. Et illud Zach. 9. Quid bonum eſt eius, & quid pulchrum eius, niſi frumentũ electum, & vinum germinans virgines? Tertio habet ſuauitatem: vnde addit, argentũ. Eſt enim argentum ſuper omnia metalla dulciſonum: ſic etiam verbum Dei ſuperat

Verbum Dei, dicit ſpeculum animæ.

G H (margin letters)

omnes

A omnes alias melodias. Vnde Pſal. Dulciora ſuper mel, & fauum, ibi glo. eloquia aperta in nouo teſtamento dulcius ſapiunt palato fidei, quàm faucibus carnis mel. Quarto habet charitatem, ideo ſubdit, igne examinatum. Quo enim igne examinatur verbum Dei, niſi igne diuini amoris? Vnde Pſal. Ignitum eloquium tuum vehementer, &c. Quinto habet ſpiritualitatem, quæ deſpicit terrenitatem, & cupiditatem. Vnde ſubdit, probatum terræ, pro a terra, genitiuus pro ablatiuo, more Græcorum. Dicitur autem verbum Dei probatum a terra: quia prædicantes tunc a terra ſunt probati, quando a terrenis ſunt elongati. Vnde Greg. Ignominioſum valde eſt ſub eius ſtatus ſpem, gloriam mūdi, & diuitias quærere, in quo debet alios ad contemptum temporalium prouocare. Sexto habet puritatem. Ideo ſubdit, purgatum ſeptuplū: hoc eſt per ſeptiformem ſpiritum. Vnde Eſa. 11. Requieſcet ſuper eum ſpiritus Domini, ſapientiæ, & intellectus, &c. Per has enim ſeptem præeminentias verbi, oſtenditur ſatis illuminatio demonſtratiua illius.

Pſal.

B

Quòd verbum Dei declarat, illuminat, etiam dat paruulis intelligentiam. Cap. 3.

C

TErtium lumen eſt declaratiuum. Magnum eſt enim lumen verbi Dei generaliter irradiantis, maius, & ſpecialius animæ veritas demonſtrari, & perfectiuus eſt particulariter per verbum Dei in intellectu veritas declarari. Ideo Pſal. Declaratio ſermonum tuorum illuminat, &c. Per lumē enim diuini verbi declaratur particularis differentia non ſolum boni, & ma li: ſed inter bonum, melius, & optimum, & inter malum, peius, & peſſimum. De quo diſcretiuo iudicio dicit Apoſtolus ad Gal. 6. & gladium ſpiritus, quod eſt verbū Dei. Ad Hebr. 4. quoque ait: Viuus eſt enim ſermo Dei, & efficax, & penetrabilior omni gladio ancipiti, & pertingens vſq; ad diuiſionem animę, ac ſpiritus, compagum quoque, ac medullarum, & diſcretor cogitationum, & intentionum cordis: & non eſt vlla creatura inuiſibilis in conſpectu eius. Nec mirum, ſi tanto lumine declaratum eſt, quia Eccleſiaſti. 1. ſcriptum eſt. Fons ſapientiæ verbum Dei in excelſis: & ingreſſus illius mandata æterna.

Pſal.

Quō verbum Dei illuminat mentem.

D

Quòd Dei verbum animam decorat, & decoram reddit. Cap. 4.

E

QVartum decoratiuum lumē dicitur, quia per illud anima decoratur. Quantam nanq; pulchritudinem, quantumq; decorem ex diuino verbo induat intellectus, cum eius radijs fuerit multipliciter illuſtratus, quis exprimere ſufficit? cum abſq; lumine eius ſit tanquàm omni ſplēdore priuatus: illuſtratus vero diuino verbo eſt tanq̄ dies meridiano fulgore irradiatus? Vnde Pſal. Decorem induiſti, amictus lumine, ſicut veſtimēto. Et ad idem Iob. 11. Meridianus fulgor conſurget tibi ad veſperam: & cum te conſumptū putaueris, orieris, vt lucifer. Duplex quidē veſtimentū luminis induit intellectus: vnū luminis acquiſiti. Matutinū vero perfectio luminis ſuperinfuſi ſiue ſcientiæ acquiſitæ, & ſcientiæ infuſę: veſpera quidē dici poteſt perfectio luminis acquiſiti: matutinū vero perfectio luminis ſuperinfuſi. Qui.n.p inſtantiā, & ſtudiū ſiue exercitiū verbi Dei in intellectu illuminatur, huic meridianus fulgor conſurgit ad veſperā. Qui vero didicerit per Chriſti gratiam in hac perfectione humilis perſeuerare, & ſic tanq̄ nihil ſciat ſentire: dignè meretur per diuinā infuſionem illuminari, vt dicatur ei, cū te conſumptum putaueris, orieris, vt ſup. Conſumptū quidem ſe putat homo, cū lumine iam acquiſito reſpectum acquirendi nihil exiſtimat: & hic dignè, vt lucifer oritur, cui per diuinam gratiam infuſum lumen donatur.

Pſal.

F

G

ARTICVLVS SECVNDVS.

Quòd Dei verbum quadrupliciter inflammat audientium corda.

SEcūdo principaliter Dei verbū habet ardorē, qa inflāmat affectū quadrupliciter. Nā informat cordis humani affectum. Primo viuificando, ſecundo cibādo, tertio conſolando, quarto inebriando. H

Quòd Dei verbum viuificat animas mortuas in peccatis. Cap. 1.

PRimo inflammat diuinum verbū animā viuificando. Vnde.n. animæ in mortali peccato defunctæ reſurgent ad vitam gratiæ, niſi ex viuificante calore diuini verbi? Hinc Prouerbio. 13. Lex Dei fons vitæ, vt declinet

A clinet a ruina mortis. Et iterum Pſal. Lex Domini immaculata conuertens, &c. In huius myſterium Lucæ 7. ſuſcitauit Dominus adoleſcentem, dicens: Adoleſcens tibi dico, ſurge. Ioan. quoq; 11. in ſuſcitatione Lazari voce magna clamauit, Lazare veni foras: & ſtatim prodijt, qui erat mortuus: vt oſtendatur, quòd in verbo Dei animam viuificante eſt veritas in voce, charitas in magnitudine, & poteſtas in clamore. Et ſic quaſi tota Trinitas per virtutem verbi illius in triplici potentia animæ in peccato mortuæ, ad ſuſcitationem eius concurrunt. Sed quia anima non ſuſcitatur per verbum, niſi
B per libertatis arbitrium verbo paret aſſenſum: ideo vocat intelligentiam, dicens, Lazare, qui interpretatur adiutus: vocat voluntatem dicens, veni dilecta mea: vocat facultatem dicens, foras. Quibus potentijs ſi vocati Domino anima reſpondet dicens: Ecce Domine, quid me vis facere? ſtatim prodijt ad vitam gratiæ, qui mortuus fuit in interitu culpæ. Ideo dicitur Io. 5. Venit hora, & nunc eſt, quando mortui audient vocem filij Dei: & qui audierint viuent. Atq; huius veritatis rationem oſtēdit Dominus Io. 6. Verba, quæ ego locutus ſum vobis, ſpiritus & vita, id eſt ſpiritualis vita ſunt.
C Nonne Act. 2. ad verbum Petri, in 1. ſermo. poſt aduentum Spiritusſancti tria millia hominum conuerſi ſunt?

Quòd verbum Dei animæ ſaluberrimus cibus eſt. Cap. 2.

Verbum Dei cibus animæ.

SEcundo inflammat diuinum verbum animā cibando. Solet enim non mortuus, ſed viuus homo cibari. Signum mortis inſtantis eſt hominem languidum non ſumere cibum. Vnde Aug. Sicut nullū eſt maius ſignum prædeſtinationis æternæ,
D quàm verba Dei libenter audire: ſic nullū peius ſignum, quàm illa contemnere. Vnde Ioā. 8. Qui ex Deo eſt, verba Dei audit: propterea vos non auditis, quia ex Deo nō eſtis: ſed ex quo ſint manifeſtè ſubdit, vos ex patre diabolo eſtis. Hic ergo panis, qui de cœlo deſcendit, ſi quis manducauerit ex hoc pane, viuet in æternum, dicit Dominus Ioan. 6. rationem quoque aſſignans, Matth. 4. & in Euang. hodierno, inquit, Non in ſolo pane viuit homo, ſed in omni verbo quod procedit de ore Dei.

De delectatione, qua ex verbo Dei anima conſolatur. Cap. 3.

E TErtio inflammat diuinum verbum delectando ex guſtu: nanque ſupradicti cibi delectatio in guſtu ſolet eſſe. Quod experiens Dauid, & in hac dulcedine abſorptus, totus admiratiuè clamabat dicēs, Quàm dulcia faucibus meis eloquia tua, ſuper mel, id eſt ſuper omnia temporalia bona, ori meo. Vnde Cant. 5. ait ſponſa, Anima mea liquefacta eſt, ſ. ex ſuauitate dulcoris: vt dilectus locutus eſt. Vnde Pſal. Factum eſt cor meum ſicut cera liqueſcens, &c. ſcilicet ex auditione verbi Dei. *Pſal.*
F Et alibi, Memor fui Dei, ſcilicet in verbo ſuo audito, & delectatus ſum, & defecit in me ſpiritus meus. Verbum enim Dei hamo ſimile eſt, quia niſi capiatur, non capitur: ſic illud niſi guſtetur, non ſapit. Hac dulcedine inebriabatur Magdalena. Vnde Lu. 10. Maria ſedēs ſecus pedes Domini, audiebat verbum illius. Hac enim dulcedine capti fuerant illi miniſtri Pontificum, & Phariſæorum, qui ab eis interrogati, Ioan. 7. quare non adduxiſtis illum: reſponderunt miniſtri, Nunquàm locutus eſt ſic homo. Nec mirum, quia Eccleſiaſt. 40. ſcriptum eſt: Tibiæ; & pſalterium ſuauem faciunt melodiam: & ſuper vtraq;, lingua ſuauis. id eſt,
G Ieſu Chriſti.

Quòd ex dulcedine verbi Dei, anima ſpiritualiter inebriatur. Cap. 4.

QVarto inflammat animam inebriando. Ex ſuauitate ſumpti cibi, & potus anima inebriatur. Hac nempe flamma inebriatus ardebat ſanctiſſimus Ioſeph, de quo dicitur in Pſal. Eloquium Domini inflāmauit eum: & Lu. vlt. dicebant diſcipuli, in Emaus de Hieruſalem redeūtes, & ignitis eloquijs admirantes: Nonne cor noſtrum ardens erat, dum loqueretur in via, & aperiret nobis ſcripturas? Sed ad hoc, vt caleat in prædicante verbum oris, neceſſe eſt, vt in eo prius caleat verbum cordis: idem erit verbum cordis, & oris. Ideo verbū oris nequaquàm mortuum erit, quod ex viuo corde procedit: nec econtra, atteſtante Domino, Matth. 12. dicente, Bonus homo de bono theſauro cordis ſui profert bona: & malus homo de malo theſauro cordis ſui pfert mala. Optimè enim iſta duo conueniunt, cum lingua radices ſuas habeat fundatas ī corde. Vnde *Pſal.* H

Bern.

A Bern. Ex igneo corde lingua ignea procedat, quæ poſſet legem igneam prædicare: ob quam cauſam in igne Spiritusſanctus apparuit, vt intus dum eſſent corda flammãtia verbis & linguis ardentibus, legẽ igneã omnibus prædicarent. Ideo de Helia, Eccl. 48. ait. Surrexit Helias quaſi ignis: & verbum eius quaſi facula ardebat. Proinde debent prædicatores, tam ex materia, quàm ex efficaci modo dicendi, illa populo nunciare, quæ habeant audientium corda tangere, & mouere, ſicut Eſa. 40. Dominus pręcipit dicens, Loquimini ad cor Hieruſalem, & aduocate eam, ſcilicet ad ſeipſam: quaſi B dormientem, atque torpentem. Expellit enim talis igneus ſermo ſpirituale frigus cor hominis interdum inuadens: & illud quadam Dei violentia ad ſe rapit. Cuius ratio eſt, quia Dei verbo feruidè prædicato verbum increatum aſſiſtit: quod omnia pręd̃icta in auditorum cordibus agit, dicente Domino Matth. 10. Non enim vos eſtis, qui loquimini: ſed ſpiritus, &c. & ille eſt, qui incendit auditorum corda, & vrit. Vnde Pſal. Inflammatum eſt cor meum, & renes mei commutati ſunt. Hoc igne æſtuabat illa deuota mulier, quæ Lu. 11. Domino prædicante dixerat, Beatus venter, qui te portauit, &c.

C

Articvlvs Tertivs.

De quadruplici poteſtate, atque vigore diuini verbi.

TErtio autem, quia verbũ Dei habet vigorem, roborat ad virtutẽ. Quatuor enim ſunt vires, ſeu vigores diuini verbi. Eſt enim primo confractiuum, ſecundo defenſiuum, tertio fructificatiuũ, quarto eſt glorificatiuum.

Quòd verbum Dei ad contritionem perducit hominum dura corda. Cap. 1.

D

PRimo eſt enim cõfractiuum. Sępe enim ad auditum eius mollitur, & cedit illa odioſa duritia cordis, in qua homo non ſentit ſe, nec alium veretur: pietate non flectitur, nec precibus remouetur: exemplis non inducitur, minis non terretur, beneficijs induratur, non eruditur flagellis, frontoſus ad turpia, pronus ad illicita: ſubdi neſcius, niſi cum reſiſtere non poteſt. Et in omnibus his exemplũ ſit tibi Pharao cordis duri. Tanta enim eſt violentia, & virtus E verbi Dei, vt non ſit cor petrinum & durũ, quod ſentiens vires illius, non confringatur & emolleſcat: niſi omnino maligna audiẽdi peruerſitas illius obſtet, ſeu obſiſtat. Vnde Hiere. 23. Verba mea ſunt quaſi ignis ardens, dicit Dominus: & quaſi malleus cõterens petras. In vitis Patrum ait, Ioan. Abbas. Quid durius lapide? quid mollius aqua? & tamen gutta ſæpe cadendo cauat lapidẽ: non vi, ſed ſæpe cadendo. Sic verbum Dei cor durum aperit ad timorem, & ad amorẽ Dei. Vnde Pſal. Ignis a facie eius exarſit, i. ardens a notitia verbi Dei deſcẽdit: carbones, id eſt homines in peccatis excęcati, F ſuccẽſi ſunt ab eo, ſcilicet igne diuini amoris: per quem anima reaſcendit de peccatorum profundo, ad ſtatum ardentiſſimæ charitatis.

Vis maxima diuini verbi.

Quòd diuinum verbum a multiplici aduerſitate defendit. Cap. 2.

SEcundo diuinũ verbum eſt defenſiuũ. Poſtquàm enim diuinum verbum peccatorem conuerterit, & vendicauerit ſibi: tripliciter defenſat eum ab impugnationibus dæmonis, mundi, & carnis. Nam primo ab omnibus impugnationibus dæmonis defenſat. vnde Prouerb. 30. Omnis ſermo Dei ignitus, clypeus eſt omnibus ſperantibus in ſe. In quo clypeo, ſecũdum G Apoſtolum ad Epheſ. 6. extinguuntur omnia tela nequiſſimi hoſtis. Tela enim nequiſſimi diaboli, ſunt omnes modi, quibus nos tentat. vnde Pſal. ait, Scuto circundabit te veritas eius, ſcilicet verbi eius: non timebis a timore nocturno. A ſagitta volãte in die, &c. Ibi enim exprimuntur ſeptẽ modi, id eſt ſeptem tela, quibus dæmones nos impugnant, qui omnes extinguuntur per verbum Dei: de quibus alibi dicendũ eſt. Secundo defenſat eum ab impugnationibus mundi, & a cõquaſſationibus eius & guerris. vnde in Pſal. Si populus meus H audiſſet me, Iſrael ſi in viis meis ambulaſſet, &c. Vnde Greg. Omnis enim, qui recta prædicat, ſi audiatur, iram irritati creatoris ſuper præuaricatorem populum placat. Experientia nanque certa didici, populos tantum a Domino flagellari, quantum rebelles inueniuntur in verbo Dei. Tertio etiam liberat a peſtilentijs, Sapien. 16. ſcriptum eſt. Neque herba, neque malagma ſanauit eos: ſed tuus Domine ſermo, quæ ſanat omnia. Liberat etiam ab alijs infirmitatibus

Quõ diuinũ verbũ defendit nos ab inſidijs, & inſultationibus diaboli.

A tatibus carnis, vnde Pſal. Miſit verbum ſuũ, & ſanauit eos. Ideo propter hæc omnia, Pſal. ait, In verbo tuo ſuperſperaui. Cuius ratio aſſignatur, Sapien. 18. quia omnipotens ſermo tuus Domine, ſcilicet, qui poteſt omnes homines defenſare.

De vario fructu diuini verbi, quod ſecundum diuerſos ſtatus multiplicatur. Cap. 3.

B TErtio verbum Dei eſt fructificatiuũ: vnde Lu. 8. Semen eſt verbum Dei, quod cadit in terrã bonam, facit fructum, vt dicitur Matth. 13. aliud centeſimũ, aliud ſexageſimum, aliud triceſimum. In quolibet enim ſtatu verbum Dei fructificat, cum fideliter audiatur: ſed amplius cũ liberius acceptatur: & ideo numerus centeſimus virginibus competit, ſexageſimus viduis, & triceſimus coniugatis. Vnde ad Coloſ. 1. Apoſt. ſcribens de quolibet horũ trium ſtatuum loqui intendens, ait: Audiſtis in verbo veritatis Euangelij, quod peruenit ad vos, ſicut & in vniuerſo mũdo eſt, fructificat, & creſcit, ſicut in vobis. Et de huiuſmodi fructibus, Prouer. 3. dicitur, pri- C mi & puriſſimi fructus eius. Primi quidem quantum ad gratiam, ſed puriſſimi quantum ad gloriam.

Varios fruct' pducit diuinũ verbum.

Quòd virtute diuini verbi ad ſempiternam gloriam perducuntur. Cap. 4.

QVarto diuinum verbum eſt glorificatiuum. Vnde Io. 8. Dominus ait: Si quis ſermonem meum ſeruauerit, mortem non videbit in æternum. Fit enim quandoque ex ſermone vno mens fortior ipſo Helia, ita vt non ſo- D lum per quadraginta gradus gradiatur in via Domini cum propoſito bono, ſed etiam per quadraginta annos, & amplius in via pœnitentiæ perſeueret, quouſq; perueniat verè ad montem Dei Oreb, id eſt vſq; ad gloriam paradiſi. Ioan: 3. Reg. 10. inquit, ad Salomonem regina Saba: Beati ſerui tui, hi qui ſtant coram te ſemper: & audiunt ſapiẽtiam tuam. Qui enim fideliter audit verbũ Dei, verè audit ſapiẽtiam Salomonis. Ideo dicitur in Pſal. Beatus, quem tu erudieris Domine, & de lege tua docueris eum: quãta igitur fide, deuotione, attentione ſolerti audire verbum Dei neceſſe eſt, poſtquàm ipſum eſt ſol, qui illuminat omnem intellectum lumine irradiatiuo, demõſtratiuo, E declaratiuo, & ornatiuo: affectus inflãmat viuificando, cibando, conſolando, & inebriando: facultatem roborat vigore conſtrictiuo, defenſiuo, fructificatiuo, & glorificatiuo. Ideo dicitur Iaco. j. In manſuetudine ſuſcipite inſitum verbum, quod poteſt ſaluare animas veſtras, ſcilicet in gloria ſempiterna. Bene igitur illis, qui audiunt verbum Dei, & cuſtodiunt illud. Quod nobis concedat, qui ſine fine viuit & regnat, Am.

Pſal.

DOMINICA PRIMA in Quadrageſima infra diem. F

De obſeruantia ſabbati, & celebratione feſtorum.

Sermo X.

DOminum Deum tuum adorabis, & illi ſoli ſeruies. Matth. 4. & in Euangelio hodierno. Tanta nempe eſt nequitia dęmonum, & nocendi cupiditas, quòd quicquid a Deo pro charitate generanda, augmentanda, & conſeruanda inſti- G tutum eſt: totum conantur auertere in opprobrium diuinæ dilectionis, & in detrimentum noſtræ ſalutis. Statuerat nanque Deus ſacra, ſolennitates, & dies feſtos, vt ceſſaremus a vitijs, vacaremus ab operibus mundanis, & inſiſteremus diuinis. Iamque corda noſtra prægustãdo ſuauitates, & præludia æternorum delicata ſabbata celebrarent: ſed inſidiante humani generis inimico, quod ſtatutum fuerat ad Dei gloriã, & noſtram ſaluationem, iam vtique conuerſum eſt ad Dei ignominiam, & noſtrã dãnationem. Proinde Eſa. j. de nobis conqueritur, dicens: Kalendas veſtras, & ſolenni- H tates veſtras odiuit anima mea, facta ſunt mihi moleſta: laboraui ſuſtinens, ſcilicet vſq; ad tempus, quod dicens, cum accepero tempus, ego iuſtitias iudicabo. Iterum Amos 5. c. Odiui, & proieci feſtiuitates veſtras, & non capiam odorem cetuũ veſtrorum. Heu magna confuſio Chriſtianorum. Iudęi tanta diligentia obſeruant ſabbatum literale, & Chriſticolæ inſenſati tanta ſolertia polluunt ſabbatum. Vnde de Chriſtianitate in deriſum data Iudæis, Tren. j. ait Dominus: Viderunt eam hoſtes, & deriſerũt ſabbata eius. Hoc. n. præuiderat, Pſal. 73. dum

Diaboli nocẽdi cupiditas, et ſtudium.

A dum de chriſtianis dixit: Dixerunt in corde ſuo, cognitio eorum ſimul: quieſcere faciamus omnes dies feſtos Dei a terra: quod eſt quaſi deſtruamus diuinum cultũ in mũdo. Ac econtra Dominus, Exo. 20. in 3. præcepto Decalogi ait, Memento, vt diem ſabbati ſanctifices. Quod eſt aliud thema. In quo per ordinem tres ponũtur myſticè admonitiones. Prima eſt recordationis. ibi, Memento. Secunda eſt ceſſationis ibi, vt diem ſabbati. Tertia eſt ſanctificationis ibi, ſanctifices. Primum pertinet ad memoriã, ſecundum ad intelligentiam, tertium ad voluntatem: vt innuat, ꝙ tota anima diebus

Tres cõſiderationes de obſeruantia diei ſabbati.

B feſtiuis debemus vacare Deo. Et hoc idem innuit propoſitum verbum, quod etiam ponitur Deuteron. 6. Dominum Deum tuum adorabis, & illi ſoli ſeruies: quod maximè in diebus feſtiuis obſeruandum eſt: quia ad hoc principaliter Deo dicati ſunt.

Articvlvs Primvs.

De tribus, quæ principaliter conſiderari debent, circa feſtorum celebritatem. Cap. 1.

C Rimò cõſideremus recordationẽ, quia ait, Memento. In nullo quidem aliorum præceptorũ poſuit Dñs hoc verbum, memento. Et licet poſſent de hoc dari plurimæ rationes: vnam pono talem. Præuiderat enim Deus humanæ fragilitatis conditionem, & quantum in alijs diebus totius hebdomadæ mũdanorum ſollicitudines memorias hominũ occuparent, intelligentias excederent, atq; affectiones, & voluntates delectabiliter infiſterẽt: ideo, vt animarum prouideret ruinæ, tutaſq; redderet ante caſum: memẽto,

D ait, vt diem ſabbati ſanctifices. Dicit enim in fronte huius præcepti, memento: quia ſecundum Alex. de Ales in 4. illud ſuũ preceptum vltra literalem ſenſum, qui eſt de ceſſatione ab opere ciuili, habet vlterius triplicem intellectum, ſ. tropologycũ, anagogycum, & allegorycum. Ideo hæc prima admonitio triplicem requirit ſenſum, ſ. vt memoriam habeamus trium diuinorum beneficiorum. Primò creationis, ſecundò redemptionis, tertiò glorificationis: quaſi noſtri principij, noſtri medij, & noſtri finis. Primò vt recolamus beneficij creationis. Nam tropologycè ſeu moraliter, per ſabbatum ſignatur ceſſatio a peccato. Proinde circa creationem tria conſideranda ſunt. Primò, ꝙ Deus vniuerſa creauit: ſecundò,

E ꝙ omnia propter hominem condidit: tertiò, ꝙ hominem ad ſui imaginem formauit. Primo conſiderandum eſt, ꝙ Deus vniuerſa creauit. Ne igitur huius obliuionem incurreremus ait, Memento. Præuiderat enim Deus quoſdam futuros eſſe, qui ponerent mundum eſſe æternum, eo quòd per viam naturæ non poſſent intelligere creationem. Operatio enim naturæ materiam præſupponit: creatio autem, cum ſit operatio Dei, eſt de nihilo aliquid producere per eius potentiam infinitam. Cõtra hũc errorem ait, Ioan. 1. Omnia per ipſum facta ſunt, &c. Ad hunc igitur errorem ab hoc ſe

Quid diebus feſtis cõſiderãdum pro eorũ cultu.

F culo eliminandũ ſanctificari ſabbatum ordinauit. Secundò conſiderandũ eſt, ꝙ Deus omnia propter hominem condidit. Vnde Aug. Deus creauit omnia propter hominẽ, & hominẽ propter ſe. Vnde Sap. 9. Sapiẽtia tua conſtituiſti hominem, vt dominaretur creaturæ tuæ, & diſponat orbem terrarum in æquitate. Vnde Pſal. Oia ſubiecisti ſub pedibus eius, &c. Tertiò cõſiderare oportet, ꝙ Deus hominẽ ad imaginẽ ſuã formauit, ſicut dr̃ Gen. 1. Faciamus hominẽ ad imaginẽ, & ſimilitudinẽ noſtrã. Vnde Eccleſ. 17. Dñs creauit hominẽ de terra, & ſm imaginẽ ſuã fecit illũ. Ideo ne tãti beneficij eſſe-

G mus obliti, ait tropologycè, memento, ſ. ꝙ quieſcas & ceſſes ab offenſione tãti beneficij creatoris. Et quantum ad hoc, ſm Bonauen. in 3. diſt. 37. illud præceptum non eſt tantum morale, ſed etiã quomodo facit ad aliorum mandatorum moralium integram impletionẽ: quia dum homo vacat ſibi, & Deo, melius cognoſcit quid agendum, ſeu faciendum eſt. Propter hoc enim huic mandato ſpecialiter præmittitur, memẽto: quia in eius memoratione cætera memorantur.

H Hæc ille. Ex iſtis patet, ꝙ tranſgreſſio huius præcepti eſt cauſa tranſgreſſionis omnium præceptorum, poſtq̃ in eius obſeruatione, & recordatione omnia alia obſeruantur. Secundo inſtituit Dominus ſabbatũ, vt ſm allegoriam recolamus beneficij noſtræ redemptionis: ideo ait. Memento. Licet enim tot, & tãta beneficia nobis deſuper collata ſunt: tamen propter peccata primorum parentum humanum genus æternæ damnationis obnoxium erat: ideo miſerendo homini Deus carnẽ humanam aſſumpſit, laboreſq; noſtro, atq; erumnas, abſq; peccato pro noſtra redemptione expertus eſt. Et licet Chriſtus ab hora conceptionis ſuæ, vſque ad mortẽ laborauerit ſemper pro no-

Ex trãſgreſſione dei ſo-ſti pendet trãſgreſſio aliorũ pceptorũ.

A ſtra ſaluatione: tamen in vltima ſeptimana plus, quàm in alijs labores pertulit. Nam Dominica Oliuarum, ſeu Palmarum, licet honorificè receptus eſſet: tamen cum per totam diem in prædicatione, atque alijs ſanctis operibus laboraſſet, ieiunus, & feſſus cum ad corporis reſocillationem inuitantem neminem reperiſſet: Bethaniam ad domum Magdalenæ, & Marthæ reuerſus eſt. Feria ſecunda factum eſt conſilium contra eum, feria tertia, quòd moreretur ſancitum eſt. Feria quarta à Iuda proditore extitit venundatus, feria quinta fuit proditus atque captus, feria ſexta in crucis patibulo crudeliſſimè eſt affixus, atque duriſſima morte ſua, de morte noſtra victorioſiſſimè B triumphauit. In ſabbato vero requieuit ab omni opere, quod pro noſtra redemptione patrarat, ſicut propheta in perſona Chriſti pronunciauit, dicens, Caro mea requieſcet in ſpe. Et hoc allegoricè ſignificabat ſabbatum, quod ſanctificari dedit Dominus in præceptum. Vnde Auguſti. lib. 4. ſuper Gen. ad literam ait: Probabiliter dici poteſt, obſeruandum ſabbatum Iudæis fuiſſe præceptum in vmbra futura, quæ ſpiritualem requiem figurabat. Cuius quietis ipſe Dominus Ieſus Chriſtus, qui non niſi quan C do voluit paſſus eſt, in ſepultura ſua myſterium conſummauit. Ipſo quippe die ſabbati requieuit in ſepulchro, & eam totam diem habuit ſanctæ cuiuſdam vacationis.

Cur Dñs inſtituit ſabbatũ.

Tertio autem inſtituit Dominus hoc ſabbatum, vt iuxta anagogycum intellectũ recolamus beneficij glorificationis. Nam ſecundum hunc intellectum, ſabbatum ſignificat animarum quietem in patria. Vnde Auguſti. in lib. de lapſu mundi. Tertium præceptum eſt de ſabbato, quod Iudæi carnaliter celebrat, nos ſpiritualiter obſeruamus, in quo Dominus requieuit. Quod ſic dictum intelligas, vt poſt bona opera ſcias D te quieturum. Vnde Exo. 20. Sex diebus fecit Dominus cęlum: ſignificans, quòd in perfectione ſenarij ſunt nobis opera facienda, vt poſtea requie perfruamur æterna: quæ, ſecundum Bernar. rationi erit plenitudo lucis, voluntati multitudo pacis, memoriæ commutatio æternitatis. Propter enim hunc tertium intellectum, ait Deus. Memento.

Rationes, quare Sabbatum in Dominicum eſt mutatum. Cap. 2. E

SEcundo autem circa primam monitionem conſideremus ſabbati mutationem: quia. ſ. mutatum eſt in diē Dominicum. Iudæi. n. ſentiunt, ꝙ præceptum de ſanctificatione ſabbati ſimpliciter ſit morale. Cuius ratio eſt: quia die illa ab operibus nouis condendis ceſſauit, quare voluit Deus ab operibus ſeruilibus die illa vacare. Sed aduertendũ eſt, ſm catholicam veritatem, ꝙ ſabbatum propter tria mutatum eſt in diem Dominicam. Primo propter declarationem myſteriorum, ſecũdo propter multitudinem priuilegiorum, tertio propter excluſionem errorum.

Triplici rõne ſabbatũ mutatum eſt in diē Dominicam.

Primo propter declarationē myſteriorũ. Circa quod ad- F uertendum eſt, ꝙ in præcepto de ſanctificatione ſabbati tria ſunt. Primũ quoddã ſimpliciter morale, ſecundum quoddã ſimpliciter cerimoniale, tertium quoddã partim morale, & partim cerimoniale. Nam ſm Alex. de Al. in 3. tria ſunt in hoc præcepto. Primo ſanctificatio, ſecundo tēporis aſſignatio, tertio obſeruatio. Primo. n. ſanctificatio eſt ipſa, quę fit ad Deũ vacatio orãdo, colendo, meditando, ſicut ait propheta dicens, Vacate, & videte qm̃ ſuauis eſt Dñs. G Et hoc eſt purè morale. Secundo eſt ibi temporis aſſignatio, i. ſeptimæ diei, & hoc eſt purè cerimoniale. Vnde Damaſ. Sabbatum quidem ſeptima dies vocatur: ſignificat aũt requiē. Hic numerus apud Iudæos honorabilis eſt, Deo iubente honorari ipſum. Et ſequitur: Nõ ſimpliciter hoc iuſſit, ſed propter quaſdã a ſpiritualibus viris cauſas myſticè intellectas. Tertio autem obſeruantia ſabbati partim moralis, & partim cerimonialis eſt: quia ſi conſideretur cauſa inſtitutionis, inuenietur, ꝙ inſtitutum ſit ad ſignificandũ quietem mētis, & animarum pacē.

Obſeruãtia diei Sabbati qño ē partim moralis, partim verò cerimonialis.

Vnde Damaſ. Vacationis gratia, quæ eſt ad Deum, vel ibi paruiſſimã vitæ particulã ei tribuãt; & requieſcant, & ſeruus, & ſubiugale, ſabbati obſeruatio excogitata eſt: par- H uulis, & ſub elementis mundi ſeruis. Et ſequitur. Nos adhuc nõ ſub lege, ſed ſub gratia: non adhuc particulariter ſeruiētes Deo in timore, ſed ei omne tēpus offerre debemus. Vnde manifeſtũ eſt, ꝙ ratione inſtitutionis ſignificandi cerimonialis eſt obſeruatio ſabbati: ratione inſtitutionis operãdi eſt in aliquo genere virtutis moralis. Et ſic patet, ꝙ partim eſt moralis, & partim cerimonialis. Si aũt quæratur, quare ī hoc præ-

Quæſtio.

cepto

A cepto ſic miſcuit præfata tria. Dicendũ, ſm Bonauen. q hoc egit, vt apertius innuatur, q quicquid latet, & quicquid patet, ad charitatẽ reduci debet. Ideo in hoc præcepto hic tria coniunxit: quia omnia alia mãdata in iſto dependent, cũ ſit præceptũ Spiritui ſancto appropriatũ, qui. ſ. eſt amor in diuinis. Nec tamen ex hoc, q Dñicam obſeruamus figuraliter obſeruatur, ſicut ſabbatũ in veteri lege: nã Dñica nõ eſt inſtituta ad ſignificandũ, quod futurum eſt, ſm Alex. de Ales, ſed qđ præteritũ, & præſens eſt: videlicet reſurrectio Dñi, quæ facta eſt octaua die, & iam in gloria eſt reſurgentis, eſt præ-

Solutio.

B ſens in regno cælorũ. Vnde de cõſe. diſt. 3. c. ſabbato, Papa Innocen. ait: Diem Dñicũ ob venerabilẽ reſurrectionem Dñi noſtri Ieſu Chriſti nõ ſolum in paſca celebramus, verumetiã per ſingulas hebdomadas ipſius diei imaginem frequentamus. In Chriſto nempe reſidet exemplar, & cauſalitas reſurrectionis generalis: & iam in ipſo, ſicut in capite glorificata requieſcit humana natura. Vnde Ioan. Damaſ. Celebramus reſurrectionis diem, in qua Dñs Ieſus vitæ princeps & Saluator hos, qui Deũ ſpiritualiter colunt, in promiſſam hæreditatem introducit: ſuppleiam in ſpe præcurſor noſter in-

C trauit: & reſurgens à mortuis apertis ei cæleſtibus portis in dextera patris corporaliter ſedet: vbi & qui ſpiritualem ſeruant legem introibunt. Ex his patet, q dies Dñica non eſt inſtituta ex cauſa præſignante futurum, ſed ex cauſa repræſentante præteritũ. Vnde 75. di. c. q in die Dominica Leo Papa inquit: Dies dominicalis diuinarum diſpẽſationũ myſterijs eſt cõſecrata: vt quicquid à Dño eſt inſigne conſtitutũ, in huius diei dignitate ſit geſtũ: & i hac die mũdus ſumpſit exordiũ: In hac die per reſurrectionem, & mors interitũ, & vita accepit principiũ.

Dominica dies ad quid inſtituta.

D *De duodecim priuilegijs diei Dominicæ.*

I. SEcundò mutatum eſt ſabbatum in Dominicam diem propter multitudinem priuilegiorum vltra alios dies. In duodecim etenim Dominica dies priuilegiata eſt. Primum eſt, quia fuit prima omnium dierum: ſecũdum eſt, quia erit vltimus præſentis vitæ dies: tertium, quia illam nulla præceſſit nox: quartum, quia ſicut infra patebit, nulla ei nox ſequetur: quintum, quia in ea creauit Deus cælum, & terram, ſextũ, quia in ea omnes Angeli creati ſunt, & boni in cælo gratificati, & glorificati fuerunt:

Duodecim priuilegia diei Dñicæ.

E & econtra, & mali Angeli in eodẽ die peccantes de cælis ad inferos expulſi ſunt: ſeptimum, quia ſm Oroſium, in die illa primũ præcepta ſunt data filijs Iſrael. Octauũ, quia in illa die natus eſt Chriſtus. Nam, vt teſtatur magiſter hiſtoriarum, ea die, qua Deus dixit, fiat lux, viſitauit nos oriens ex alto, & Chriſtus natus eſt. In huius myſterium, & figuram datum fuit manna in illo die, ſicut dicit Orig. ſuper Exo. Hoc quidẽ probat per hoc, quod in Exo. 16. c. dictum eſt: Sex diebus colligetis illud, die autem ſexta duplum colligetis. Patet enim diem ſextũ vocari illum, qui ſabbatum præcedebat, qui eſt feria ſexta. Et ex hoc patet, q F manna die Dñica datum fuit. Si enim ſex diebus cõtinuis collectum fuit, ſeptimo autem die ceſſatũ eſt: & per conſequens mãnæ initium à prima die Dñica exordiũ aſſumpſit. Nonum, quia die Dñica Chriſtus deſtructis inferni clauſtris captiuam duxit captiuitatẽ, ac Sanctorum animas de lymbo eripiens triumphaliter à mortuis reſurrexit, cuius reſurrectio noſtræ reſurrectionis exemplar eſt. Decimum, quia in die Dominica erit reſurrectio omniũ mortuorum & reddet Chriſtus vnicuiq; ſm opera ſua. Vndecimum, quia in Dñica Spiritus paraclitus Apoſtolis, & diſcipulis Chriſti oibus G datus eſt. Duodecimum, quia in Dominica die erit initium, & continuatio ſine fine laudum Dei in gloria ſempiterna. Tertio mutatum eſt ſabbatum in Dñicum diẽ propter excluſionem erroris. Taxauerat.n. Deus atque ſtatuerat ſabbatum, vt ſubueniret populo Iudæorum, eo q ſciebat illum ad idolatriã pronum. Et illum diem maximè ordinauit, in quo mũdi creatio, & vnus creator cognoſceretur, & rememoraretur: ideo in hoc ſolo præcepto dicitur, Memẽto. Quaſi dicat: Memento, q vnus eſt Deus, ſub numero ſenario creator vniuerſorum. Eadẽque H ratione ſancta eccleſia ſtatuit diem Dominicum. Nam ſm Gentiles, dies Dominicus primus eſt: quia in exordio illius diei ſol, qui principalis planeta eſt, incipit dominari. Proinde vocant illum diem ſolis, atq; venerabantur ſolem tanquàm Deum, ſm Bonauen. vbi ſupra. Ex hoc quidẽ mos inoleuit, q in ortu ſolis tales idolatræ ſe vertebant ad ſolem, ac venerabantur eum per capitis inclinationem, ac reuerentiam corporalem, ſicut Leo Papa in ſermo. 23. ſcribit, dicens: De talibus inſtitutis etiam generatur illa impietas, vt ſol in inchoatione diurnæ lucis exurgens à quibuſdam inſipienti-

Quare ſabbatum mutatum in die Dominica.

A tioribus adoretur de locis eminẽtioribus :
quod nonnulli etiam chriſtiani adeo ſe re-
ligioſè facere putant, vt priuſquàm ad bea-
ti Petri baſilicam, quæ vni Deo vero, & vi-
uo eſt dedicata, peruenerint : ſuperatis gra-
dibus, quibus ad ſuggeſtionem aeris ſupe-
rioris aſcenditur, conuerſo corpore ad na-
ſcentem ſe ſolem flectant, & curuatis cerui-
cibus in honorem ſe ſplendidi orbis incli-
nent. Quod fieri partim ignorantiæ vitio,
partim paganitatis ſpiritu multum tabeſci-
mus, & dolemus. Quare, & ſiquidem fortè
creatorem potius pulchri luminis, quàm ip
ſum lumen, quod eſt creatura, veneraſitur:
B abſcindẽdum tamen eſt, ꝙ ipſa ſpetie huius
officij, &c. ibi. Merito igitur Dominica dies
inſtituta eſt, vt ille profanus error exclude-
retur, ac debita reuerentia in illa die Deo
exhiberetur.

Quare alia feſta, vltra diem Dominicam addita ſunt. *Cap. 3.*

Quare dies Dominicæ addita ſunt plurima feſta.

TErtiò vero circa primã monitionem,
conſideremus feſtorũ additionem,
ſeu adiunctionẽ. Plurima quidem fe
ſta vltra diem Dominicam, addita ſunt ab
Eccleſia ſancta, & populo chriſtianorum: &
Chriſti, & virginis, & aliorum Sanctorum,
quæ obſeruanda ſunt, tum propter præce-
C ptum eccleſiæ, tum propter rememoratio-
nem beneficiorum, quæ nobis a Deo in ta-
libus diebus collata ſunt: ſicut eſt beneficiũ
Natiuitatis Chriſti, Aſcenſionis, & conſimi
lium feſtiuitatum. In ſolemnitatibus etiam
beatæ Virginis Mariæ feriandum eſt, pro-
pter ſummas perfectiones, quas in ſe ha-
buit, & nobis diuino munere inſpirãte, par
ticipat, & confert. Nam omnium gratiarũ,
quæ humano generi deſcendunt : ſicut ꝙ
Deus generalis eſt dator, & Chriſtus eſt ge
neralis mediator : ſic per glorioſam Virgi-
nem generaliter diſpenſantur. Nam ipſa eſt
collum capitis noſtri, per quod omnia ſpi-
D ritualia dona corpori eius myſtico commu
nicãtur. Ideo Canti. 7. de ipſo dicitur. Col-
lum tuum, ſicut turris ebuinea. Solent qui-
dem beatæ Virginis deuoti propter reue-
rentia eius ſabbatum ieiunare, eo quòd in
ſabbato poſt Domini paſſionem tota fides
de Chriſti myſterijs remanſit in ea : & tale
ieiunium laudabile eſt, ſi propter hoc non
relinquantur ieiunia ab eccleſia ſancta in-
ſtituta. Pleriq; etiam hora nona diei ſabba-
ti, a laboritio, ſeu ſeruili opere ceſſant, a
multis deluſi, quibus antiquitus : & a qui-
E buſdam ad præſens antiquus hoſtis prædo-
minans effecit eos nuncios Antichriſti.
Contra quos dicitur Coloſſ. 2. Nemo vos
ſeducat in cibo, vel potu, vel in parte diei
feſti, aut neomeniæ, aut ſabbatorum, quæ
ſunt vmbra futurorum: corpus autem Chri
ſti, id eſt veritas huius vmbræ eſt Chriſtus.
Et iterum, de conſe. diſt. 3. c. peruenit, Gre-
gor. ait: Peruenit ad me, quoſdam peruerſi
ſpiritus homines praua inter vos aliqua, &
ſanctæ fidei aduerſa ſeminaſſe, ita, vt in die
ſabbati aliquid operare prohiberent. Quos
quid aliud niſi prædicationes Antichriſti
dixerim; qui veniens diem ſabbatum, atq;
F Dominicum ab omni faciet opere cuſtodi-
ri. Quia enim mori ſe, & reſurgere ſimu-
lat, haberi vult in veneratione Dominicum
diem : & quia populum iudaizare compel-
lit, vt exteriorem ritum legis reuocet, &
ſibi Iudæorum perfidiam ſubdat : coli vult
ſabbatum. His autem temporibus noſtris
plerique circa hoc decipiuntur, atque de-
cipiunt per quandam epiſtolam, quam di-
cunt de cœlo ab Angelo oblatam in Hie-
ruſalem ſuper altare beati Petri, cum vera-
citer ab inferis de cancellaria ſit delata,
cum ibi ſint multa falſa, ſtulta, ac menda-
cijs plena : quapropter eſſe non poſſunt
Deo, nec beatæ Virgini grata. Proinde ex-
tra de ferijs. c. licet, in glo. Hoſtiẽ. ait, quòd
G in ſabbato magis, quam in alio die operari
debemus, ne iudaizare videamur, ſicut pa-
tet de præalleg. c. peruenit. Tamen hoc nõ
eſt prædicandum, vbi ſabbata malè cuſto-
diuntur. Ceteras vero ſolennitates Sãcto-
rum, quas ſtatuit ſancta Eccleſia celebran-
das, obſeruare etiam obligamur, eorum cer
tamina recolentes, ac martyria eorum. Ipſi
nanque ſimul cum beata Virgine nobis im
petrant miſericordias Dei. De talibus ha-
betur Apoc. 11. Hi habẽt poteſtatem ſuper
aquas, ſ. gratiarum impetrandarũ a ſummo
Deo. Quæ autem feſta celebranda ſint, pro
maiori parte ponitur de conſe. diſt. 3. c. re-
H quire ibi. vel ſtato dioceſanæ conſuetudi-
ni veſtræ. Etiam celebrandæ ſunt illæ feſti-
uitates, quas ſinguli epiſcopi cum clero in
ſuis epiſcopatibus populo indixerint cele-
brandas. De hoc etiam habetur, extra de fe
riis. c. conqueſtus. Notandum eſt tamen, ꝙ
inter celebrandos dies in prealle. c. expreſ-
ſos, ſunt quidã qui de facto, & communi-
ter, & tantum ad ceſſationem ab operibus
non feſtantur, ſed per contrariã cõſuetudi-
nem abrogati videntur, cum in eis habeat
locum, eo ꝙ non ſint ita de præcepto Dei,

ſicut

A ſicut Dominica dies, & multi cum ea. Illi autem dies, ſunt tres dies Rogationum. Quidam etiam non ſeruant omnes ſeptem dies Dominicæ paſſionis, nec etiam per totam octauam Paſchæ. Sunt & alia feſta per conſuetudinem totius Eccleſiæ introducta, ſicut ſancti Nicolai, ſancti Antonij abbatis, & quædam alia, quæ ſecundum conſuetudinem patriæ celebranda ſunt.

ARTICVLVS SECVNDVS.

A quibus abſtinendum, atque ceſſandum B *eſt omnibus diebus feſtiuis, maxime in die Dominico.*

SEcunda vero myſtica admonitio ceſſationis eſt, quia ſubditur, vt diem ſabbati. Sabbatum enim requies interpretatur eo ꝙ in die feſto debet homo requieſcere non ſolum ab illicitis, verum etiam a multis, quæ licite alijs temporibus exercentur, i. ab omnibus, quæ ſeruilia dici poſſunt, ſicut Exo. 20. in dicto ꝓcepto Dñs ait. Die autem ſeptima ſabbatum Domini Dei tui eſt: non facies in eo omne opus, ſ. ſeruile. Triplex eſt enim ſeruile opus. Primum eſt opus culpæ, ſecundum eſt opus fortunæ, tertium eſt opus naturæ.

Triplex opus ſeruile.

Quòd ab omni mortali culpa in omnibus diebus feſtiuis abſtinendum eſt. *Cap.* I.

PRimum ſeruile opus eſt culpæ, teſte Io. 8. Qui facit peccatum, ſeruus eſt peccati. Triplex eſt. n. culpa, ad quam reducitur omnis ceſſatio mundanorum, ſicut 1. Io. 2. dicitur: Si quis diligit mundum, non eſt charitas patris in eo: quoniam omne quod eſt in mundo, concupiſcentia carnis eſt, & oculorum, & ſuperbia vitæ. Superbia eſt in mente, luxuria in carne, auaritia eſt in ſubſtantia temporali: quæ omnia amplius in feſtis, quàm in ferijs in Dei contumeliam frequentantur, a quibus omnino abſtinendum eſt.

Triplex culpa ad quã reducitur ceſſatio mundanorum.

Contra peccatum ſuperbiæ.

PRimo inquãm abſtinendum eſt a peccato ſuperbiæ. O quot pompis, quot vanitatibus, quot faſtuoſitatibus diebus feſtiuis honoratur corpus, & cõfunditur ſpiritus? Tunc quidem fœlicior eſt, qui

Abſtinendũ ẽ cõtra peccatum ſuperbię.

A exquiſitiori exceſſu bellum ordinat contra Deum: tunc mulieres æmulantur certatione inſano ſtudio altera alteram in vanitatibus ſuperare contendit: tunc pretioſiora veſtimenta, amplioriq; cultu ſurguut in prælium contra Chriſtum. Ecce palàm vaticinium, Eſa. 3. & manifeſta ſuperbiæ ſigna. Nunc geſtant ſtellas, aut lunulas aureas, vel argenteas vario fulgore pendentes, necnõ & perlarum torques cingentes collum: in capite vero crines ornatius, quàm diebus cæteris diſcriminalibus colligantur. Tunc apparent murenulæ argento vermiculatæ, F olfactoria odore fragrantia, atq; inaures, & anuli pretioſi multiplicantur: tunc palliola acus & ſpecula, ſyndones, theriſtra, & vittę cum criſpanti crine, non deſunt. De talibus dicitur Eſa. 3. Eleuatę ſunt filiæ Syon, & ambulauerunt extento collo, & nutibus oculorum ibant, & plaudebant, & ambulabant pedibus ſuis, & compoſito gradu incedebant. Quanta autem faſtuoſa pompa incedant maximè pulchriores, quis valeret exprimere? vt verificetur verbum, quod de talibus dictum eſt, Faſtus ineſt pulchris, ſequiturq; ſuperbia formam.

G

Contra peccatum luxuriæ.

SEcundo abſtinendum eſt a peccato luxuriæ. Nam omnis luxuria in Dominica die, & in alijs præceptis feſtis duplex eſt peccatum. Vnde Alex. de Ales in 3. in expoſitione huius præcepti, ait: Qui fornicatur die Dominico, duobus peccatis peccat. Nam peccatum poteſt dupliciter numerari, ſcilicet vel ratione reatus, vel ratione actus. Verbi gratia: In illo, qui deflorando virginem tali modo eam deflorat, ꝙ interficit eam: talis dupliciter peccat vnico actu, ſcilicet interficiendo, & ſtuprando. Vnde ratione reatus duo ſunt ibi peccata, ſed ratione actus eſt ibi tantum vnum: ſimiliter contingit hic, & in qualibet mortali culpa, quæ de ſui natura etiam extra H feſtiuum diem contingeret eſſe mortalem. Secundum etiam quoſdam, cum hoc pręceptum affirmatiuum ſit, quia dicit, memẽto vt diem ſababti ſanctifices, obligat ſemper, ſed nõ ad ſemper. Tenetur enim homo ex debito die Dominico, vel ſemel in hebdomada, Deo vacare, atq; Deum recognoſcere in aliqua hora, licet non in qualibet: aliter mortaliter peccat. Proinde qui eſt in mortali culpa, & nõ conteritur, denuo mortaliter peccat: quia tranſgreditur præce-

De peccato luxurię.

Peccatũ ratione reatus.

A ptum Dñi; qui præcipit in die ſabbati eſſe vacandum Deo: & maximè cōteri oportet cōgruis horis, vt puta dum dr̃ miſſa, vel veſperę. Tenetur etiam ad propoſitum confitendi, & ſatisfaciendi loco, & tēpore opportunis: quod qui omittit, nouā incurrit culpam tranſgreſſionis præcepti de ſanctificatione ſabbati, atque obduratione in priori culpa, & obligatione primaria: nec quiſquā excuſari poteſt, quin in diebus ſolemnibus miſſam audire teneatur, ſicut infra, circa finem huius ſermonis, dicemus. Proinde ſal-
B tem in eleuatione corporis Chriſti pectus tundimus: in quo vera, & integra pęnitētia denotatur. Nā in percuſſione contritio denotatur, in ſono confeſſio iudicatur: ſed in manu ſatisfactio demonſtratur. Nec ſolum ab illicito concubitu alienarū abſtinere neceſſe eſt, ſed etiā ab vxore propria tali tempore abſtinendum eſt. Vnde 33.q.4.c. quotieſcunq;. Aug. ait: Quotieſcunq; autē dies natalis Domini, aut reliquæ feſtiuitates deuenerint: non ſolum ab infidelium concubinarū cōſortio, ſed etiā a proprijs vxoribus abſtinete. Et iterum in c. ſi cauſa, Ambr. ait: Si cauſa procreandorum filiorum ducitur vxor, non multum tēpus conceſſum vr̃ ad ipſum vſum: quia & dies feſti, & dies pro-
C ceſſionis, & ipſa ratio conceptus, & partus, iuxta legem, ceſſare vſum carnis his debere temporibus demōſtrant. Lex illa Leuit. 12. etiā idem repetit. Proinde Alex. de Ales in 2. ait, ꝙ qui nulla neceſſitate ductus, ſed cauſa ſatiandæ libidinis, tēpore debito orationi, ſicut ſunt feſtiui dies, carnalem copulā inſtanter petit, nō cauſa procreationis prolis: talis mortaliter peccat. Et dicitur tēpore orationis ſolēniter ab Eccleſia inſtituto: aliter autem eſſet, ſi peteret cauſa vitandæ fornicationis in ſe, vel in reliqua perſona.

Caſus notabilis.

D Sed quid de reddente debitum tali tempore? Reſpondet Alex. vt ſupra, ꝙ petens illo tēpore peccat, ſicut prædictū eſt: ſed reddēs pōt non peccare, ſi reddit quod alienū eſt, & cum animi anxietate propter id, quod eſt ibi de morbo concupiſcentiæ. Sed ſm̃ Durandum, qui cauſa ſatiandę libidinis debitum petit, ſemper mortaliter peccat: ſed plus in prædictis diebus. Quàm execrabile ſit talibus diebus vacare laſciuijs, cantibus, & choreis, vbi viſu, auditu, guſtu, tactu mētes aſtantium illaqueantur & contaminantur, quis exprimere poteſt? Non enim delitijs, & epulis carnalibus diem Dominicum deputauit Deꝰ, ſed magis ipſum ſacris exercitationibus, & ſancto ocio cōſecrauit. Benedixit enim Deus diei ſeptimo, & ſanctificauit illum, Gen. 2. E Nō enim expoſuit eū carnalibus delitiarū ſporcitijs polluēdum. Proinde de conſe. diſt. 3. c. irreligioſa, ſacrū concilium ait: Irreligioſa conſuetudo eſt, quā vulgus per Sanctorum ſolēnitates agere conſueuit. Populi, qui debent ad diuina officia attendere, ſaltationibus turpibus inuigilant: cantica non ſolum mala cantātes, ſed & religioſorū officijs perſtrepunt. Hæc enim, vt ab omnibus prouincijs depellantur, ſacerdotum, & iudicū a concilio ſanctæ curæ committitur. Sed væ, & iterū dico væ F his, qui ſunt in cauſa efficaci tantorum malorum p ſuos laſciuos ſonos: quare de omnibus malis, quæ occaſione pulſationis ſuæ aſtantibus euenire cōtigerit, reddent apud iuſtum iudicem rationē: quia ſicut dicitur extra de iniur. & dam. c. ſi culpa. Qui occaſionē damni dat, damnum dediſſe videtur. Quantorum etiā malorum patratores ſunt, qui diebus feſtis decubāt in tabernis: quot ibidē iuramenta atq; periuria, blaſphemiæ, ebrietates, & rixæ, contumeliæ, murmurationes, detractiones, atq; profani ludi, ſicut 1. Cor. 10. dicitur, ſedit populus mādūcare & bibere, & ſurrexerunt ludere. Et ſi opera ſeruilia prohibentur, quanto magis car- G nalia prohibentur? Hoc intelligens Aug. in lib. de decem chordis, ait. Dicitur tibi, vt ſpiritualiter obſerues ſabbatum, non quomodo Iudæi obſeruant: carnali enim ocio vacare volunt ad nugas, atque luxurias ſuas. Melius enim faceret Iudæus, ſi in agro ſuo aliquid vtile ſeminaret, quàm in theatro ſeditioſus exiſteret. Et melius fœminæ eorum in die ſabbati lanam facerent, quàm tota die in neomenijs ſuis impudicè ſaltarent. Hoc autem dicit Auguſti. non quia non ſit ceſſandum in diebus ſolennibus a negotijs actuum exteriorum: ſed quia prædicta laſciuia non tantum in diebus feſtis, H ſed in omni tempore prohibita ſunt. Mira multorum inſania per totam ſeptimanam laborare pro miſero corpore, & in die feſto laborare pro damnatione infelicis animæ. Admiranda dementia non velle potius laborare in ſeruitio Chriſti: ſtupenda veſania per totam hebdomadam laborare in operibus licitis, & diem Dominicum polluere & violare ludis, & voluptatibus, ebrietatibus, & choreis. Sed audiant, quid Dominus ait, Amos 8. Conuertam feſtiuitates veſtras in luctum, & omnia cantica veſtra in planctum.

Con-

A *Contra peccatum auaritiæ.*

De peccato auaritia. TErtio abſtinendum eſt a peccato auaritiæ. Mira quidem, & inconſiderata eſt vſurariorum cupiditas, qui ad nummos tanta cupidine flagrant, vt nulli ſolennitati Dei, aut virginis Mariæ, aut Sanctorum parcant: in die feſto de quolibet cõtractu peccatum ſuum auaritiæ duplicãtes, ſicut ex dictis patet. Sunt quoque pleriq; quos in tantam inſaniam auaritiæ diabolus dementauit, quod quaſi nullum æſtimant lucrum, niſi quod in feſtiuitatibus cumulant: immo ad pauperiem extremam deuenire B ſe credunt, niſi lucrantur diebus feſtis. Sæpe enim videbis hominem iam decrepitũ, iamq; mutantem greſſum, & capite tremulum, diuitijs plenum, cõſanguineis deſolatum, penè in habitaculo ſuo ſolum: & tamẽ in diebus feſtis tantis exercitijs, tot anxietatibus, tot ſollicitudinibus laborare, quaſi videretur ſibi deficere mundus. De tali homine dicitur Eccleſ. 4. Vnus eſt, & ſecundũ non habet, non filium, nõ fratrem, & tamẽ laborare nõ ceſſat: nec tamen ſatiantur oculi eius diuitijs, nec cogitat, dicens, Cui laboro, & fraudo animam meam cunctis bonis? O miſeri & miſerabiles, potius vultis per labores, & anxietates in præſenti vita C inchoare infernum: quàm per corporalem, & mentalem quietẽ iam incipere paradiſum. Potius eligitis portare pondus, quod eſt peccatum in infernum deprimens: quàm onus leue, quod eſt amor in cęlũ erigens. Potius concupiſcitis cum damnatis ſubeſſe diabolo, quàm ſaluatione ſubeſſe Chriſto. Non tantum ab his principalibus culpis in diebus feſtis abſtinendũ eſt, verum etiã a cæteris diuinis offenſis: quæ licet implicitè in plerıſque ſcripturæ locis inſinuantur in multis actibus, qui Iudæis in die ſabbati interdicti erant. Primo videlicet onera portare, ſecũ- D do ignem accendere, tertio vuas calcare, quarto debita repetere, quinto cibos emere, ſexto cibos coquere, ſeptimo plus quàm mille paſſus itinerare, octauo ligna colligere, nono quælibet ſeruilia opera operari.

Quid portare onus in die ſabbati. Moraliter enim primo onera portat, qui diuinis offenſionibus non renunciat. Ideo dicitur Pſalm. 37. Iniquitates meæ ſupergreſſæ ſunt caput meum, & ſicut onus, &c. Secundo ignem accendit, qui iurgia ſeminat, & mala conſilia promit. Vnde Eſa. 50. Ecce vos accendentes ignem accincti in *Exẽpla.* flammis; ſcilicet eſtis. Tertio vuas calcat, qui contra ſpiritualia bona nauſeat. Vnde Prouer. 27. Anima ſaturata calcabit fauũ. E Quarto debita repetere, eſt iniurias malo animo ad memoriam reuocare. Vnde Eccleſiaſti. 10. præcipit Dominus, Omnes iniurias proximi ne memineris, & nihil agas in operibus iniuriæ. Quinto cibos emit, qui oculos ſuos in vanitatibus paſcit. Ideo petit, Pſalm. dicens, Auerte oculos meos, ne videant vanitatem. Sexto cibos coquit, qui ventrem ſuum quaſi Deum per ingluuiam paſcit, prohibente Domino, Lu. 21. Attendite autem vobis, ne grauentur corda veſtra crapula, & ebrietate. Septimo, amplius quàm mille paſſus vadit, qui F pro illicitis operibus hinc inde diſcurrit. Ad talem animam, Hierem. 31. Dominus ait: Reuertere virgo Iſrael, reuertere ad ciuitates tuas iſtas: vſquequo delitijs diſſolueris filia vaga? Octauo ligna colligit, qui mundanis delectationibus animum frangit ſeu flectit, His dicitur illud Pſalm. vt quid *Similia.* diligitis vanitatem, & quæritis mendaciũ? Nono vero ille opera ſeruilia agit, quicunque Deum offendit. Proinde Leuit. 23. Dies ſeptimus, quia ſabbati requies eſt, vocabitur ſanctus: omne opus non facies in eo. Amplius enim abſtrahit animam a di- G uinis quæcunque mortalis culpa, quàm quodcunq; exercitium corporale licitum, & honeſtum.

Quòd ab omni opere fortunæ in diebus feſtiuis abſtinendum eſt, & in quibus caſibus talia opera licita ſint.

Cap. 2.

SEcundo autem dicitur opus ſeruile, & culpabiliter factum ipſum opus fortunæ. Et circa hoc ponantur aliqui caſus, in duobus quaternarijs ſubdiſtincti. Primus quaternarius, & primo quaternario H ponatur tex. j. c. extra de ferijs: vbi ſacrum concilium ait: Omnes dies Dominicos a veſpera in veſperam cum Dei veneratione decreuimus obſeruari, & ob omni opere illicito abſtinere: vt mercatum in eis minimè fiat, neq; placitum: neq; aliquis ad mortem, vel ad pęnam iudicetur: nec ſacramẽta, niſi pro pace, vel alia neceſſitate præſtentur. In hac etenim decretali quatuor ponuntur caſus. Primus eſt de mercato, vel foro. Circa *Caſus et obſeruatione digni.* quem Rodonenſe diſtinguit, dicens: quòd euntes ad talia mercata, aut mercantur ea, quæ neceſſaria ſunt ad feſtum illius diei, ſicut pullos, carnes, vinum, & conſimilia: &

A tunc non peccant, dum tamen propter hoc diuina officia audire non prætermittant. Aut mercantur alia, & tunc aut faciunt ex neceſſitate, aut ex lucri cupiditate, ſicut ſolent facere mercantes, qui propter frequentandas nundinas, & mercata, vix aut nunquàm tali tempore Eccleſiam intrant: & ſic a mortali culpa excuſari non poſſunt. Quidam tamen dicunt, ꝙ mercata, quæ ex quadam neceſſitate fiunt de victualibus, & neceſſarijs ad aliquem vſum vel diem, non credunt eſſe illicita: dum tamen propter hoc non ſe ſubtrahant a diuinis. Quidam etiam probabiliter dicunt, ꝙ tenentes
B forum die Dominico, mortaliter peccant: maxime tempore miſſæ, vel veſperæ, quando Deo vacare deberent: atque excuſari non poſſunt, niſi duplici ratione. Primo ratione diſpenſationis, ſecundo ratione neceſſitatis. Primo autem, ꝙ non liceat ratione diſpẽſationis, clarius per primum c. de ferijs ſuperius allegatum patet. Secundo vero, ꝙ non liceat ratione neceſſitatis, patet: quia neceſſitas non excuſat, niſi in aliquo caſu, vel in perſona, vel in aliquo loco, vel in aliquo tempore. Primo licet in aliquo caſu, vtpote propter periculum pluuiæ: quandoquidem amitteretur bladum in area, vinum
C in vinea. Sed Alex. in 3. oportet, ꝙ ſit maxima neceſſitas ad hoc, ꝙ indulgentia detur in Dominica die, vtpote cum aliàs nõ poſſet differri, vrgente tali neceſſitate homines excuſantur, vt patet extra de ferijs, c. conqueſtus, in fi. Idem quoque dicẽdum eſt de ferijs. Secundo in aliqua perſona, vt ſi aliter non poſſet acquirere victum, & neceſſaria pro neceſſitate, & ſuſtentatione naturæ ſuę, atque ſuorũ: talis etenim excuſatur, quia vt dicitur j. q. j. c. remiſſionem: neceſſitas non habet legem, ſed ipſa facit ſibi legem: & extra de obſerua. ieiu. c. conſilium, & extra de reg. iu. quod non eſt licitum in lege, neceſ-
D ſitas licitum facit. Tertio licet in aliquo loco, de quo patet, extra de ferijs, c. licet, ibi Alex. 3. ait. Indulgemus, vt liceat parochianis veſtris diebus Dominicis, & alijs diebus feſtiuis, prꝗterquàm in maioribus anni ſolẽnitatibus ſi alleca, ſe inclinauerunt eorum captione, ingruente neceſſitate intendere: ita ꝙ poſt factam capturam eccleſijs circumpoſitis, & Chriſti pauperibus congruam faciet portionem. Quarto licet in aliquo tempore, vtputa tempore vindemiæ ſeu meſſis, quando imminet periculum hoſtium, de quo extrà de ferijs. c. cõqueſtus, in fi. Sed hic peſtis, quæ in pleriſq; locis inoleuit, ſ. tenere forum in die Dominico, vel in alio die feſto, in nullo prædictorum caſuum cadit: ergo nullo modo ipſum tenere generaliter, ſicut fit in quibuſdam locis, ſine mortali culpa fieri poteſt. Si quis autem obſtet, ꝙ præceptum impoſitum de ferijs, in c. j. ex conſuetudine abrogatum eſt. Dicendum eſt, ꝙ conſuetudo contra præcepta Decalogi non valet: quia abuſus eſt, & corruptela. Vnde 8. di. c. mala, dicitur: Mala cõſuetudo, non minus q̃ pernicioſa corruptela abijcienda eſt, vel vitanda: quæ niſi citius radicitus euellatur, in priuilegiorum ius ab imperitis aſſumitur: & incipiunt præuaricationes, & variæ præſumptiones celerrimæ non compreſſæ pro legibus venerari, & priuilegiorum more perpetuo celebrari. Nam conſuetudo contra naturale ius ſcriptum nullo modo excuſat, ſicut patet 32. q. 7. c. flagitia: & extra de conſue. circa finem. Secundus autem caſus prohibitus in prędicta prima decretali, extra de fer. eſt in die Dominico placitare. Idem habetur in alijs feſtis præceptis, ſicut patet 15. q. 4. per totum. Et ſecundum glo. in prædicto c. nulla cauſa pertractari debet in Dominico die, niſi hic pietas ſuaderet, vt in vlti. c. de ferijs patet. Suadet autem pietas, ſi cauſa eſt debilium, vel miſerabilium perſonarum: & ſicut ibidẽ patet, in talibus diebus iudiciarius proceſſus non tenet, niſi de conſenſu partium fiat. Tertius caſus ponitur ibi, ſ. ꝙ nullus ad mortem, vel ad pœnam iudicari poteſt: maxime cum nulla cauſa tunc tractari debet, ſecundum glo. ibidem. Quartus caſus eſt, ꝙ ſacramenta, id eſt iuramenta, niſi pro pace, vel alia neceſſitate præſtari non poſſunt. Pro pace enim iurari omni die poteſt, cum ſit pietatis opus, 22. q. 1. omne quod. Licitè poteſt etiam fieri pro alia neceſſitate, ſecũdum glo. puta pro fide, pro obedientia, pro fama, ex de elec. c. ſignificaſti. Vnde verſus.

Instantia ſolutio.

E

Notent Scotorum contẽptores.

G

Pax, & fama, fides, reuerentia, cautio damni.
Defectus veri, ſibi poſcunt magna caueri. H

Secundus quaternarius.

ADdantur alij quatuor caſus. Primo de carnificibus, qui vendunt in feſtiuis diebus carnes crudas. Nam ſine neceſſitate, & vendere & emere prohibitũ eſt: non creduntur tamen peccare mortaliter, ſi carnes in feſto pręparent, vt in die ſequenti vendant, ſi prius commodè non poterant præparare, aut pręparata ſeruare. Sed quid fiet, qñ ſunt tria, vel quatuor feſta immediatè

A mediatè ſubſequentia ſibi? Dicendum, ꝙ tunc prudenti diſcretione vtẽdum eſt, ſemperque deferendum ſolenniori Diei. Verbi gratia: Erit die Sabbati Apoſtoli feſtum, cui Dominica ſubſequetur: ſequenti quoq; ſecunda feria erit adhuc aliud præceptum feſtum: tunc quidem maxime tempore æſtiuali licebit in ſabbato vendere carnes pro ſequenti Dominico die, ac pro ſecunda feria vendere ſuo die. Non ſic puto licere hyemali tempore, eo ꝙ tunc carnes faciliter conſeruantur pro aliquibus diebus abſque corruptione. Secundus caſus eſt de tabernarijs, quorum abuſio non ſine grauiſ-
B ſima culpa eſt, ſcilicet ſummo mane, in quacunq; magna ſolennitate aperire tabernas, nunquã quaſi audiendo miſſas, nec intrãdi ecclesiam, quaſi ſint diaboli parochiani, ad quorũ eccleſias, i. tabernas maiorẽ habẽt cõcurſũ, q̃ habeãt ſacerdotes ad eccleſiã Chriſti. Hi ſiquidem ſunt arcẽdi, ne talibus diebus poſsint aperire tabernas, niſi i hora tertiarum vel circa, cum efficacem præſtent occaſionem, vel ꝙ multi non viſitant eccleſias vt audiant diuina ſicut debent: vel ꝙ poſtquàm biberint & inebriati fuerint in tabernis, vadant ad eccleſiam non ſolum ſine
C merito & fructu, verum etiam cum demerito & animæ detrimento. Cęterum qui occaſionem damni dat, damnum dediſſe videtur. c. ſi culpa. extra de iniurijs. & dam. Ex quibus manifeſtè patet, quòd omnium malorum, quæ maximè eo tempore illi patrant, quos recipiunt in tabernis vel non audiendo miſſam, vel verbum Dei, vel alia perpetrando non vrgente neceſsitate: participes fiunt, & reddituri ſunt apud iuſtum iudicem rationem. Sed quod peius eſt, eo tempore ſicut & alio concurrunt illuc propter poteſtates quidam vel quædam, qui vẽdunt aliqua gulę, & potus incitamẽta, quaſi aut raro, vel nunq̃ eccleſiam viſitantes, quo
D rum malorũ tabernarij in cauſa ſunt. Terti⁹ caſus eſt de hortulanis, qui vendunt herbas & quoſcunq; fructus, atq; de quibus dicendũ credo, ꝙ illos fruct⁹ atq; herbas, qui diebus illis cõiter conſumuntur, vendere & emere licet, p̄dicatione & miſſa & alijs diuinis, ad quæ tenentur, non p̄termiſsis. Nã & panem & decoctas carnes & conſimilia ꝓ occurrentibus diebus vendere & emere licet cũ conditionibus iam præmiſsis: Quartus caſus eſt de vendentibus quaſdã merciunculas, maximè ad mulierum ornamẽtũ & vanitatem, vel ad alliciendũ adoleſcentulos, vel pueros ad gulæ leccacitatẽ, vnde tã ex mulieribus quàm adoleſcentulis & pue- E
ris multa enormia ſubſequuntur, quæ oĩa vendere ſolent cõmuniter in locis ſacris: talia emere aut vendere nequaq̃ licet, tum ꝓpter diem feſtũ: tũ quia ſunt incitamenta luxuriæ, vanitatis, & gulæ: tũ etiã quia cõiter prophanãt ſacra loca. Cæterũ abhorrenda eſt quorundam conſuetudo, quib⁹ vltra p̄dictos non ſatis eſt mercibus ſuis polluere ſacra tempora, ſed ẽt polluũt ſacra templa. Quos ꝑfecto cum inueniſſet Ieſus in templo, quid quæſo egiſſet, poſtq̃ tanta ſeueritate vſus eſt cõtra eos, q̃ emebant & vẽdebãt in eo ea, quæ diuino cultui & ſacrificijs Dei offerebantur. Nã tanto zelo contra tales ac- F
cẽſus ẽ, vt manib⁹ ꝓprijs ad ſe, & ſua extra templum proijciẽda flagellũ ſumpſit, & eos proprijs manibus expulit. Quod cõtra quoſcunq; ſceleſtos alios nunq̃ feciſſe refertur. Proinde. 16. q. 7. c. & hæc. Origenes ait. Eijciens ementes & vendentes de templo, & menſas nummulariorum euertens, & cathedras vendentium columbas: ad correctionẽ populi fecit, vt non mundanis feſtiuitates in nomine Dei celebrent, nec emptionib⁹ & venditionibus vacent in loco non competenti, in quo non debent emere vel vendere: ſed orationibus tantum vacare, atque congregari quaſi in domo orationis. Vnde contra tales terribiliter intonat. cap. decet domum Dei ſanctitudo, extra de immu. G
eccle. lib. 6. Proinde omnes, qui tales ibidem vendere aut emere vident, exemplo Chriſti diuino zelo ſuccenſi, illos redarguere debent: & ſi fas eſt, expellere a ſacris locis, ſi tamen abſque ſcandalo id fieri põt.

Quæſtio.

PRo dictis in præcedenti cap. ac dicendis in c. ſequenti, meritò quæri poteſt, quomodo præceptum de Dominica *Quæſtio.*
die ab homine diſpenſari poteſt, cũ Decalogi ſit morale? Ad quod dicendum, ſe- *Solutio.*
H cundum Alex. de Ales de in 3. ꝙ morale Decalogi duobus modis dicitur. Vno modo, quod eſt de ipſa eſſentia Decalogi, ſecũdum primam intentionem: ſecundum hoc, vacatio ſecundum aliquod temporis indeterminatè eſt morale Decalogi. Alio modo dicitur Decalogi morale, quod eſt ad declarandum Decalogum: & ſecundum hoc, vacatio diuina dicta eſt morale Decalogi tẽpore gr̃æ, ſicut ſeptima tp̃e legis: & iſtud ẽ morale diſciplinę. i. morale exiſtimatiõe diuina in myſteriũ eccleſiæ, & in tali eccleſia

habet

A habet diſpenſationem exigente neceſſitate, ſicut dicit beatus Ber. in lib. de diſpenſatione, & præcepto, ex auctoritate Leonis Papę, vbi neceſſitas non eſt, nullo modo violentur ſanctorum Patrum inſtituta: vbi neceſſitas fuerit, ad vtilitatẽ eccleſiæ, qui poteſtatem habet ea diſpenſet: ex neceſſitate enim fit mutatio legis. Hæc ille.

Quæ opera naturæ in diebus feſtiuis prohibita ſunt. Cap. 3.

TErtiò verò dicitur opus ſeruile, opus naturæ. Et circa hoc quinq; quaternarios caſuum declaremus. Primus B quaternarius eſt de his, qui tenentur dominis vecturas bladorum, atq; eis ſalmas afferunt in diebus feſtis. Tales enim, ſecundũ Guil. non excuſantur a culpa: niſi alia neceſſitas compellat eos. Qui enim aliqua neceſſitate coguntur, excuſari poſſunt. Vnde extra de regul. iuris. c. quod non eſt licitũ in lege, neceſſitas licitum facit. Nam & ſabbatum cuſtodire præceptum eſt: Machabæi tamen ſine culpa pugnant in ſabbato. Hæc ille ibi. Secundus caſus eſt de his, qui cõpelluntur a Dominis ſeu officialibus ciuitatum atq; terrarum in ſolemnitatibus laborare. Tales ſi iuſto metu hoc facere cõpelluntur, ſecundum Guil. excuſabiles ſunt: C vel non tenentur parere, niſi in licitis reb⁹ & honeſtis. Cęterum qui eis laborare præcipiunt, ſi id agunt cogente neceſſitate, vel guerra, vel alia quacunq; iuſta cauſa: tunc quidem excuſabiles præcipiẽtes atque obedientes ſunt. Si autem ſine iuſta cauſa id præcipient, ſed non ſine iuſto metu in obediente id fiat; tota culpa eſt præcipientis & non obedientis: quia vt dicitur. 30. q. 1. c. ad limina. Inculpabile iudicandum eſt, quod neceſſitas intulit. Tertius caſus eſt de vectorib⁹ merciũ, vel perſonarũ, aut alimẽtorũ ad remota loca. Tales. n. ſi ſine graui incõmodo quieſcere pñt ĩ feſto, ꝙ debẽt ſin autem excuſari poſſunt propter neceſſi D tatem per iura allegata, facit ad hoc. 1. q. 7. c. qđ pro remedio. vbi ſic dr̃. Quod pro remedio ac neceſſitate temporis ſtatutum eſt, conſtat primitus non fuiſſe. Quod verò neceſſitas non reperit, ceſſante vtique neceſſitate, debet ceſſare pariter qui vrgebat. Quartus caſus eſt de itinerantibus ſeu curſoribus, ac cunctis conſimilibus. Itinerare enim minimè licèt, niſi homo magna neceſſitate cogatur. Aggrauat enim Guil. ſacerdotum & regularium culpam, qui dominicis diebus quadrigant, vel equitant, E & huiuſmodi operantur ſine vrgente neſſitate: quia malo exemplo eorum cęteri corrumpuntur. Ex quo ſequitur, ꝙ quanto maioris famæ ſunt tales, tanto grauius peccant: quia talis actus eorum magis corrumpit aſpicientium mentes. Sed quid ſi prælatus præcipit ſubdito ſuo, ꝙ in die Dominico ſeu feſto itineretur? Dicendum ꝙ ſi prælatus vrgente neceſſitate, de qua ipſe iudex cogit ſubditum ſuum itinerare: neque ipſe, neque ſubditus peccat. ſi verò abſque neceſſitate: tunc prælatus, & non ſubditus peccare videtur. Si verò prælatus ob ſubditi infeſtationem abſque legitima, & F vrgente neceſſitate, itinerandi ei licentiam præbet: tunc mortaliter peccant prælatus, & ſubditus, poſtquàm nullum eorum neceſſitas cogit, nec legitima cauſa adeſſe videtur. Sicut vtique quidam putant, ꝙ poſſunt licitè in die feſto itinerare, vt poſſint in die ſequenti ieiunium obſeruare, cum ieiunium regloriarum ſit de iure humano, niſi forſitan propter votum, & obſeruatio Dominicæ ſit de iure diuino. Præterea ſicut teſtatur Apoſtolus ad Rom. 3. Non ſunt faciẽda mala, ſcilicet ſicut eſt feſtorum violatio, vt veniant bona, ſcilicet obſeruatio ieiuniorum. Nam obſeruato die feſto, ſi in itinere G ſuperuenit neceſſitas aliquo modo frangendi ieiunium, non eſt transgreſſio profeſſionis ſuæ: cum & beatus Franciſcus in regula ſua dicat apte: tpe verò manifeſtæ neceſſitatis nõ teneãt fratres ieiunio corporali. nec tantum, nec tam malum exemplum eſt ſeculo fragili & ignoranti, tempore neceſſitatis ieiunium frangere, ſicut die feſto, maxime die Dominico itinerare. Licèt nihilominus pro ſuæ & aliorum animę ędificatione atque ſalute, in die etiam Paſcæ iter facere, vt pote pro prædicando, vel audiendo, verbum Dei, pro miſſa dicenda, ſeu audenda, pro pęnitentia ſumenda; & conſimilib⁹ H bonis. Ire tamen ad feſta & ad mundana ſolatia, quæ fieri ſolent in præcipuis feſtis, ſacrilegium puto.

De his q tenentur blada deferre ad Dominos an teneãtur dieb⁹ feſtis.

Caſus notabilis.

Secundus quaternarius.

ADdamus alios quattuor caſus. Primus eſt de aromatarijs, quibus non licet laborare ſeu vendere, niſi vrgente aliqua neceſſitate: vt puta infirmitate, & ſic de alijs, quibus ſine ſcandalo ſubueniri non poſſet. Nec ideo debent tenerẽ apothecas apertas, ſed cum diſcretione, & honeſta-

Aromatarij.

A honeſtate diei feſti, verbo verò Dei ac miſſa non prætermiſsis. Proinde ſolent aromatarij ſtatuere, ac in ſimul conuenire in ciuitatibus magnis, q̄ viciſsitudinariè vnus in contratta neceſsitatibus occurrentibus habeat ſubuenire: attamen aromatarij medicorum in omni tempore neceſsitatibus languentium licitè ſubuenire poſſunt: medici verò & artem medicinæ quolibet die licitè exercere, & inde diſcretum ſalarium acceptare poſſunt: & ſi mereantur quolibet die pauperibus ſubuenire, multo amplius merentur in die feſto. Nam ſicut ſupra patuit,
B ſicut duplicatur reatus in quolibet mortali actu propter diem feſtum, duplex meritũ quodammodo ex quolibet virtutis actu augmentari debet in eo: cum non minus poteſt charitas in bonum apud Deum mereri, quàm iniquitas demereri. Et ſic dicendum credo de omnibus operibus bonis actis in die feſto. Secundus eſt de barbitonſoribus & ſaguinis minutoribus, qui ſecundum Guil. ſi in feſtis artem ſuam exercent propter lucrum & cupiditatem, a culpa minimè excuſantur: ſed ſi faciunt eam propter neceſsitatem eorum, quibus ſeruiunt, & prætium recipiunt, excuſabiles fiunt.
C Porrò illi qui de talibus requirunt ea, non excuſantur, ſi aliter poterant ſibi commodè prouidere: alioquin excuſari poſſunt. Minimè nihilominus excuſantur, qui in hyeme vel in alio tēpore nobiles i ſabbato radũt, vel in alio feſto in nocte vſq; ad matutinũ ſępius laborando: immo quod abominabilius eſt, radunt quoſdam inmane magnarum ſolemnitatum, vt ſic polyti vadant, & viſitent templum Dei, arantes illa atque ſulcantes & reſulcantes laſciuis mentibus, & procacibus oculis, multarũ infælicium mulierum animas vulnerantes, quibus barbitõſores præſtant illorum malorum occaſionē. Tertius autem caſus eſt de ferratoribus e-
D quorum, & aliorum animalium: talibus. n. laborare non licèt, niſi cogente neceſsitate eorum, quibus ſeruiunt, ſi hoc non agant ex animi cupiditate. Quartus caſus eſt de ſutoribus, qui ex ingluuie lucri promittũt, quæ tempore breuitatis ſeruare nõ poſſunt ſine manifeſti præcipuarum ſolemnitatum transgresſione. Vnde pro inciſorum veſtimentorum expeditione, & complemento ſutor cum adiutoribus & famulis ſuis per totam noctem magnarum ſæpe ſolemnitatum laborant, atque totum mane ſępius occupant in induendo nouas veſtes, vel mulieres, & nedum audiunt in talibus diebus prędicationem vel miſsam: ſed ſępe in maioribus ſolemnitatibus non intrant eccleſiam. Idem quoq; iudicium eſt de cerdonibus & caligarijs: quoniam ſutorum participant iura. E

Tertius quaternarius.

ALium quaternarium ſubiungamus. Cuius primus caſus eſt de molendinis ad ventum, ſiue ad aquã. Nam ſi abſq; magna opera hominis exercentur, credit Guil. conſuetudinem regionis obſeruãdam non prohibitam a prælatis. Sed mihi non placet, nec hoc prædicandum eſt. Molendina verò quæ exercentur cum iumentis, quieſcere debent. Nam Exo. 20. iumẽta vacare ſabbato iuſſa ſunt: quia ſecundũ F
Alex. de Ales in 3. irrationabilia ſine ducatu rationabilium hominum laborare non poſſunt: ideo vt perfectè intelligatur inter dicta in ſolennitatibus exercitatio corporalis, vtrumq; interdicitur. Et inde ſumit, q̄ ducentes quadrigas in feſtis ſine diſpenſatione ſacerdotis, peccant vbi ſupra. Secundus caſus eſt de his, qui lauant lanam ꝓpriè ex cupiditate prouidentes, q̄ in die feſto illa extendant ad ſolem, quod quidem nõ licet eis niſi ad hoc arctentur magna neceſsitate. Et idem iudicium erit de trahentibus in intractorijs pannos. Tertius caſus G
eſt de intingentibus lanam, vel pannos, & maximè in tinctoria gualdi. His nempe nõ faciliter regula dari poteſt: ſed propter periculum magni damni in perditione tincturæ gualdi, quæ faciliter euenire poteſt, ſicut patet expertis in illa arte: ſtudere nihilominus debent in die feſto non perdere miſſã & verbum Dei, ſi ſine ſcandalo fieri poteſt, atq; feſta quantum fas eſt, ſine magno incõmodo celebrare. Quartus caſus eſt de mercatoribus, & alijs mechanicis, qui ſæpius eligunt ſolennem diem vel dies, vt puta natalis Domini & conſimilium, vt reuideant rationes ſuas, ſocietatumq; ſuarum, & ibi apponunt totum cor ſuum, omni deuotione & diei ſanctificatione neglecta: quod H
quidem fieri non poteſt ſine mortali culpa.

Quartus quaternarius.

ADdantur alij quattuor caſus. Primꝰ eſt de notarijs, quibus in talibꝰ diebus nõ licet conficere aliqua inſtrumenta aliquorum cõtractuum ſine magna neceſsitate, vel niſi ſuadente aliqua pietate. Secundus caſus eſt de ſcriptoribus, quibus non licet pro pretio ſcribere, aut magna m.

A gnam ſcripturam facere. Scholaribus tamẽ licet, ſecundum Guil. temperatè ſcribere ſuos ſermones & lectiones, & in lectionibus libros colligere, & ſimilia parua, dummò hæc ſine pretio faciant. Tertius caſus eſt de ſcholaribus, qui non ſine magna abuſione & præcepti tranſgreſſione, ſolennes actus & diſputationes ordinant inmane ſolennium dierum neglecta miſſa, omnibuſq; diuinis penitus neglectis, quòd omnino non licet. Quartus caſus eſt de his, q faciunt conſilia, ideſt congregantur in conſilijs ciuitatum atque terrarum, miſſa atq; alijs diuinis omnino neglectis, quod ſine B vrgente magna neceſſitate, atq; pietate omnino non licet.

Quintus caſuum quaternarius addi poteſt.

PRimus caſus eſt de ruſticis, qui conducunt carnes, & ſarcinas bladorum vehunt, & lignorum atq; conſimilium rerum oneribus, ne huiuſmodi occupentur feriatis diebus, ciueſq; ſui aſſerunt hoc a ruſticis diebus talibus poſtulare pro minori incommodo & damno illorum: ſed mentita eſt iniquitas ſibi, eo ꝙ ſibi non illis cõmuniter quærunt talẽ vtilitatem: immo etiam ſi pro eorum commodo hoc agerent, niſi vrgente illorum magna neceſſitate, nõ C licet. Secundus caſus eſt de his, qui conducunt operarios ſuos ad opera ſua in mane diei feſti, vel ſoluunt eis de laboribus ſuis præteritę ſeptimanę, pauperibus operarijs dantes occaſionem, ne ſuis, & ſuæ familiæ neceſſitatibus prouidere poſſint, ſcilicet emendi carnes, & conſimilia, niſi in die feſto. contra quos Leuit. 19. dicitur: Non morabitur opus mercenarij tui apud te vſque mane. Tertius caſus eſt de his, qui ſcienter & voluntarie ſibi ipſius præparãt occaſiones laborandi in die feſto, ſicut verbi gratia, qui ſecant fęnum tali die ꝙ neceſſitas ſæpius eos cogit laborare in die feſto, ſcilicet vel congregando fænum propter D pluuias, vel ex eadem cauſa in recondẽdo in domum & conſimilia: conſideret in talibus ſuam intentionem, quia ſicut dicitur. 24. q. 5. c. ſi quid inueniſti, Deus interrogat cor, non manũ. Debent igitur tales diligenter in vigilijs præuidere, ne ex ſua negligentia, vel cupiditate illud neceſſe ſit agere in prohibito die feſto: vbi verò neceſſitas naturæ cogit, in his & conſimilibus excuſabiles ſunt, ſicut patet ex dictis in c. præceden. & ſtatim aliquid de hoc in præſenti ſubiungemus. cap. Quartus caſus eſt E de facientibus ſerta, & conſimiles vanitates in die feſto. Tales enim, vt ait Vuer. non ſunt excuſabiles a peccato: tum quia ex hoc diei feſti obſeruantia violatur, tum propter periculum talium vanitatum: quia de facili in abuſum vertuntur, cum ſint incitamenta vanitatis, & carnalitatis. Poſſet tamen eſſe exercitium tam modicum atque honeſtũ, ꝙ ſaltem non eſſet iudicandum ſore mortalem culpam.

Quando licet in feſto laborare.

EX præcedentibus percipi poteſt, quòd triplex cauſa excuſat hominem a mor F tali culpa, ſi laborat in die feſto. prima eſt neceſſitas, ſecunda eſt pietas, tertia eſt operis paruitas. Prima eſt neceſſitas, & quomodo neceſſitas excuſat & qualiter, cũ ſit præceptum morale, patet in fine præceden. c. Sed ſi quæratur, quæ ſit illa neceſſitas quæ excuſat. Dicendum ꝙ quadruplex eſt. Prima in aliquo caſu, ſecunda in aliqua perſona, tertia in aliquo loco, quarta in aliquo tempore. De quibus dictum eſt circa principium præceden. c. Pro quanta autem neceſſitate liceat laborare, non eſt regula data, nec danda: ſed prędictis quattuor caſibus conſormare ſe debet homo, & vbi G dubium ſurgit, ſtandum eſt conſilio boni viri: & ſecurius eſt hoc facere cum diſpenſatione illorum, quibus diſpenſatio credita eſt, ſi commodè fieri poteſt. Proinde in die Dominico ſe balneare, niſi propter neceſſitatem prohibitum eſt: vnde de conſ. di. 3. c. peruenit Grego. ait. Si pro luxuria & voluptate quis lauari appetit, hoc fieri nec reliquo die concedimus: ſi autem pro neceſſitate corporis, hoc neque die Dominico prohibemus. Nam perſectis & religioſis ſe balneare licet, ſicut patet 24. q. 3. c. omnis. Secunda cauſa excuſans a culpa, eſt pie H tas. Vnde ſecundum Alex. de Ales vbi ſupra. Si quæratur de operibus, quæ ex ſuo genere ſeruilia ſunt, & ſiunt cauſa pietatis, vt portare lapides ad ædificandas eccleſias, & conſtruere hoſpitalia & domos religioſas, quæ aliàs vis aut nunquam poſſent ędificari, vtrũ licita ſunt Dominica die. Dicendum ꝙ Dominus ait, Sabbatum propter hominem factum eſt, & non homo ꝑpter ſabbatum. Mar. 2. ibi glo. ait. Sabbatũ cuſtodiri præceptum eſt: vt ſi neceſſitas fuerit, non ſit reus qui violauerit illud. Hoc autem intelligitur in his maxime interue-

nieente

Quomodo neceſſitas excuſat a laboribus, & quomodo vrget diebus dominicis.

Quæſtio.

A niente diſpenſatione illorum, quibus diſpenſatio credita eſt, ſicut ſupra dictum erat Hæc ille. Guil. etiam addit, quòd prædicta ſunt licita, ita tamen, quòd huiuſmo di labor non ſit ad vltimam fatigationem, nec propter hoc dimittantur miſſa, & verbum Dei, & alia huiuſmodi diuina: laborare licet in agris pauperum, & ſimilia ꝓ elemoſina pauperum operari, dummodo hæc non fiant in ſolemnitatibus magnis. nec propter hoc a diuinis homines diſtrahantur, nec etiam fiant propter affectioné carnalem, aut ſpe remunerationis mundanę: ſed tantum propter Deum, & quia paupertas illius hoc exigere videatur. Tertia

B verò cauſa a mortali culpa laborantem excuſans eſt operis prauitas, vt puta ſecundum Guil. ſi quis in vinea, vel agro reparet fracturã ſæpis, & conſimilia parua, ita ꝙ labor tam modicus ſit, quòd quietem mentis in Deo turbari non poſſit. Hæc innuntur Exo. 31. ſuper illo verbo, quicunque pol luit ſabbatum: glo. ait ſcilicet turbãdo quietem animæ, morte moriatur. Ex quo ſecundum quoſdam ſatis patere poteſt, quòd ſolus ille labor, qui turbat quietem mentis, & ſpiritus libertatem, in hoc ad mortale imputatur crimen. Quartum tamen talibus diebus hoc modo laborare licitum eſt, ſtan

C dum erit arbitrio periti, & boni viri.

Articvlvs Tertivs

Quibus in diebus feſtiuis inſiſtendum eſt.

TErtia myſtica admonitio facta in hoc præcepto, eſt ſanctificationis, quia ſubditur, Santifices. Sanctificare enim ſabbatum, eſt illum diem ad Dei obſe quium conſecrare. Nam totus Chriſtianus populus maximè tribus inſiſtere debet in diebus feſtis. Primò orationi, ſecundò ꝑ

D dicationi, tertiò deuotioni.

Quomodo in die feſto debet homo tripliciter orationi vacare. Cap. 1.

De oratione vocali.

PRimò enim in die feſto, & maxime in dominica Die inſiſtendũ eſt orationi. Triplici enim oratio ni vacandum eſt in diebus illis. Primò orationi vocali ſecũdò orationi mẽ tali, tertiò orationi generali.

Quòd ad orandum debet populus ad Eccleſiam conuenire. E

PRimò enim inſiſtendum eſt orationi vocali. Nam talibus diebus cõiter ad aliquam orationem obligati ſumus ꝑ præcepium de ſabbato ſanctificando, & ꝑ præceptum de Deo colendo, & honorando. Sine enim oratione non poteſt debitè Deo mens feſtare nec ipſum debitè colere, & adorare, vel debitas eidẽ gr̃as agere. Proinde debet populus cõuenire ad eccleſiã, qui proprie locus or̃onis eſt, teſte Domino Mat. 21. Domus mea, domus or̃onis vocabit̃. Vnde Chriſtus frequentius viſi tabat eccleſiã. Vnde Lu. 19. dr̃, Erat quoti- F die docens in tẽplo. Et iterũ. 2. Para. 7. inq̃t Domin⁹ Salomoni. Elegi locũ iſtũ mihi in domum ſacrificij. Si clauſero cęlum, & pluuia non fluxerit, & mandauero: & præcepe ro locuſtæ, vt deuoret terram: & miſero peſtilentiam in populum meũ: conuerſus aũt populus meus ſuper quos inuocatũ eſt nomẽ meum: deprecatus me fuerit, & exquiſierit faciẽ meã & egerit pniam a vijs ſuis peſſimis, & ego exaudiã de cęlo, & propiti⁹ ero peccatis eorum, & ſanabo terrã eorũ: oculi quoq; mei erunt aperti, & aures meæ erectæ ad or̃onem eius, qui in loco iſto ora uerit. Elegi enim, & ſanctificaui locum iſtũ, vt ſit nomen meũ ibi in ſempiternũ. Debẽt G .n. omnes ibi orare ſine omni ſtrepitu, etiã labiorũ, q̃tum fas eſt, etiam ne vox vicinũ orantem, vel p̃sbyterũ celebrantẽ lędat: Quia deus plus affectu q̃ voce pulſandus ẽ, ſicut patet 15. q. 6. c. j. in fine. Vnde extra de immu. eccle. decet domum Domini. li. 6. dr̃, vt cuius in pace factus eſt locus eius, etiam eius cultus ſit debita veneratione pacificus: ſit itaq; ad eccleſias humilis, & deuotus ingreſſus: ſit in eis deuota cõuerſatio Deo grata, inſpicientibus placida: cõſiderantes non ſolũ inſtruat, ſed et̃ reficiat. Proinde oĩbus neceſſariũ eſt, maximè mulierib⁹ ibidẽ ſilentiũ obſeruare, iuxta p̃ceptũ Apoſtoli. j. Cor. H 14: Mulieres in eccleſia taceant. Et idẽ. 33. q. 5. c. mulierẽ. Amb. ait. Et vt idẽ Apoſtolis. 2. Cor. 11. atteſtatur debet mulier velatum hr̃e caput ꝑpter Angelos. ſ. qui curã aĩarũ gerũt, & or̃onibus aſtant, ſicut ꝑpheta ait. Il lic pricipes cõiũcti pſallẽtib⁹ i medio iuuẽcularũ tympaniſtriarũ. Ibidẽ igit̃ cõgregatus populus Pater noſter, & Aue Maria, & ſimilia, ſub ſilentio dicant, & ſic purgent crimina, quæ in diebus ſeptimanę pręterit ę cõmiſerũt. Vñ Greg. in regiſtro. Die domini co à labore terreno ceſſandum eſt atque omnino

Mulieribus ſilentiũ obſeruandum.

A omnino orationibus inſiſtẽdum, vt ſi quid negligentiæ per ſex dies agitur, per diem reſurrectionis præcibus expietur. Porrò cum per totam præcedentem ſeptimanam memoria repleta fuerit occupationib' mũdanorum: niſi ſaltem die Dominico ipſius Domini recordetur, obliuiſcitur omnium bonorum, Relinquitur Deus, ſemperq́; mũdanis lucris inhyat, & nihil cogitat, niſi trãſitoria mundi. Et de talibus Hiere. 2. c. Dominus conqueritur di. Duo mala fecit populus meus, ſcilicet non ſeruando dies feſtiuos: me dereliquerunt fontem aquæ viuæ. Ecce obliuio Dei. Et foderunt, ſcilicet per mentis occupationes ſibi ciſternas diſſipatas, B idest lucra diſſipantia mentem: quæ cõtinere non valent aquas. quia inſatiabilis ẽ cupiditas auarorum, ſicut Eccl. 5. c. ſcriptũ eſt: Auarus non implebitur pecunia.

In Eccleſia etiam mentaliter homo orare debet.

De oratione mentali.

SEcundò autem talibus diebus inſiſtendum eſt orationi mentali, ne de illis ſint, de quibus Dominus Mat. 15. cap. ait. Populus hic labijs me honorat, cor aũt eorum longe eſt à me. Vnde Iſido. ait: Purgandus eſt enim animus, atque temporaliũ rerum cogitationibus ſegregandus, & pura acies cordis ad Deum verè, & ſimpliciter di C rigatur. Et iterum idem ait. Pura eſt oratio, quam in ſuo tempore ſeculi non interueniunt curæ. Longe eſt autem à Deo animus, qui cogitationibus ſæculi communibus occupatur. Vnde Mat. 6. dicit Dominus: Cũ autem oraueris, intra cubiculum tuũ. &c. Ille enim cubiculũ ſuum intrat, qui omnes humanos ſenſus ad interiora reuocat. Ille quoq; oſtium claudit, qui cordis cogitationes, ne extra vagentur, frænat. Tu autem, qui fructuosè orare deſideras, ſincerã mentem erige ad Deum tuum, & varijs cogitationibus Dei reple animam tuam. Vnde Eccle. 28. ſecũdum enim ligare ſiluę, ſic ignis D exardeſcit, ſic ſecundum diuerſas cogitationes, quæ de Deo verſantur in mente, diuerſæ genarantur affectiones. Nam meditationem diuinæ iuſtitiæ ſequitur affectio timoroſa, meditationem miſericordiæ affectio ſpei, meditationẽ ſapiæ cũcta nude cernẽtis affectio erubeſcãtię, meditationẽ excellẽtię affectio honoris, meditationem bonitatis vel beneficientiæ affectio gratitudinis, vel amoris, meditationem ſuauitatis diuinæ affectio, quæ eſt ſeries ſancta dici poteſt, & ſic ſecundum affectum mentis proſequitur effectus fructus orationis. Hinc Aug. ad probam ait. Dignior ſequitur effectus, quę̃m feruentior pręcedit affectus. E

Cum quanta deuotione populus diuino officio debeat intereſſe.

Orationi diebus feſtis præcipue vacãdum vide Tertulianum.

TErtio verò in diebus feſtis orationi generali, idest attentè ſeu deuotè, & cum omni reuerentia diuinum officiũ audiendum eſt, & maximè in dominica die. Vnde de cõſe. di. 3. c. ieiunium. dicitur. Die autem Dominica nihil aliud eſt agendum, niſi Deo vacandum, nulla operatio in illa ſancta die agatur, niſi tantum hymnis, & pſalmis, & canticis ſpiritualib' dies illa trãſigatur. H Nemo igitur quærere debet audire cantus fractos theatrales & vanos, quia etiam ipſis cantorib' illiciti ſunt. Vnde 92. di. c. cantantes. Hierony. ait. Cantantes, & pſallentes in cordibus veſtris audiant hoc adoleſcentuli, audiant etiam, hi quibus in eccleſia pſallendi eſt officium Deo non voce, ſed corde cantandum eſt. nec in tragediarum modum, & fauces medicamine liniendæ ſunt, vt in eccleſia theatrales moduli audiantur. Hæc ille. Illi verò cantus audiendi ſunt in eccleſia Dei, qui ad deuotionem, & compunctionem excitant mentes: quia ad hoc cantus inuentus eſt, ſicut patet G per Iſido. c. cleros 21. di.

Hieronymus.

Quomodo, & quare in die feſto inſiſtendũ prædicationi, & verbo Dei,

Cap. 2.

SEcundò autem in die feſto inſiſtendum eſt prædicationi, & verbo Dei. Nec enĩ minoris deuotionis, ac perfectionis debet eẽ chriſtianorũ popul', quàm Iudęorũ, de qb' dr̃ Act. 13. Ignorãtes voces ꝓpheta rũque per omne ſabbatũ leguntur. Et ſecundum Cæſarium, quamuis melius ſit facere, quàm noſcere: prius tamen noſcere, quàm facere. Audi ſcripturam dicentem. Maledicetur omnis, qui iuſtitiam ſuper veritatem H non faciet. Et iterum Zelus apprehendet populũ eruditum. Vnde Seneca in prouer. Non eſt leuius omnino neſcire quod liceat, quàm facere aliquid, quod ſcias non licere. Ideo de populo verbo Dei non aſſueto ait propheta. Neſcierunt, ſcilicet bene facere: & non intellexerunt, ſcilicet mala, quæ faciebant. in tenebris ambulant, ſcilicet non diſcernendo bonum à malo. Vnde ex ignorantia innumerabiles in populo multiplicã

Seneca.

tur

A tur errores. Nam ſicut 38. di. c. ignorantia. ſacrum concilium ait. Ignorantia mater eſt omnium errorum. Vnde. j. Cor. 14. Qui ignorat, ignorabitur. Ignorantia enim pcipitat populum in innuerſabilia peccata, & mala, ſcilicet tam pęnę, quàm culpæ. Vnde. Prouerb. 17. Qui euitat diſcere, incidit in mala. Vnde Iſido. Nihil ignorantia turpius, & ignominioſius. Ignorantia eſt mater & nutrix omnium vitiorum: quid ſit dānum culpæ, non ſentit. inſipiens quotidie peccat & ignorat. Ceſſante igitur populo ab auditu verbi Dei, innumerabilia mala multiplicantur in eo, & ſic verificatur illud Oſeæ. 4. Non eſt ſcientia Dei in terra. Maledi-
B ctum & mendacium, homicidium & furtū & adulterium inundauerunt: & ſanguis, ſanguinem tetigit. propter hoc lugebit terra, & omnis, qui habitat in ea.

Iſidorus.

Triplex eſt effectus verbi Dei.

PORro hæc omnia illuminat verbū Dei propter tres virtutes, quas operatur in populo chriſtianorum, licèt de his in præceden. ſermo. plenius dictum eſt. Primò enim illuminat ignorantes, ſecundò inflammat frigeſcentes, tertiò purgat delinquētes. Quid enim eſt, fides, niſi humanæ in-
C telligentiæ lumen? & vnde in hoc lumine illuminantur chriſtiani, niſi per verbū Dei? Ideo dicitur ad Ro. 10. Fides ex auditu, auditus autem ſit per verbum Chriſti. ergo ſi deficeret verbū Dei in mundo, deficeret fides Chriſti & omne lumen neceſſariæ veritatis. Vnde lumē, & fides, & ſtabilitas ſacramētorū, niſi ex verbo Dei? Vnde fętor vitiorum, & inferni horror, niſi à verbo Dei? Vnde amor virtutum, & ſpes ac deſideriū ęternorum, niſi per verbum Dei? Vnde id conſiderans propheta in perſona totius populi Chriſtiani hoc profitetur Domino dicens. Lucerna pedibus meis verbum tuum &c. Secundò inflammat frigeſcentes. Sicut
D enim ignis metallum penetrat, & inde frigus expellens illud ſibi aſſimilat, & ī ſe trāſformat: ſic verbum Dei ignitum cor humanum inuadens illud ſibi aſſimilat, & in ſe transformat: & quadam dei violentia ad ſe rapit, & ab eodem ſpirituale frigus expellit atque duritiem cordis frangit. Vnde Hiere. 23. in perſona Domini ait: Verba mea ſunt quaſi ignis, & quaſi malleus conterens petras. Ad hoc maximè proficiunt exempla Sanctorum in prædicatione oſtenſa. Ideo Bern. in quodam ſermone ait. Tria ſūt, quæ

Verbi diuini effectus triplex.

Ad Romanos.

Bernard.

in feſtiuitatibus Sanctorum maximè conſiderare debemus. Auxilium Sancti, exemplum eius, & confuſſionem noſtram. Auxilium eius: quia potens fuit in terra, potentior eſt in cęlis ante faciem Dei ſui. Si enim cum adhuc viueret miſertus eſt peccatoribus, & orauit pro eis: nunc tanto amplius, quanto verius cognoſcit miſerias noſtras, orat in duplo plus pro nobis patrem. Et illa patria beata charitatem eius nō mutauit, ſed potius augmentauit: ſed ſibi potius induit viſcera miſericordiæ, cum ante fontem miſericordiæ præſens aſſiſtat. Debemus etiam ſecundò attendere exemplū Sancti, ſcilicet vitam eius: quia quàmdiu in terra viſus eſt, & cum omnibus conuerſa- F tus eſt, nec declinauit ad dexteram, neque ad ſiniſtram: ſed viam regiam tenuit, donec venit ad illum, qui dicit. Ego ſum via, veritas, & vita. Item diligentiori intuitu confuſionem noſtram inſpiciemus, quia homo ille nobis ſimilis fuit paſſibilis, ex eodem luto fuit formatus, ex quo & nos. Quid igitur eſt, quod non ſolum difficile, ſed verè impoſſibile credimus: vt faciamus opera, quæ ille fecit, vt ſequamur veſtigia eius. Hæc ille. Talia quidem exemplum Sanctorum multum inflammant, atque mouent audientium mentes: quia plus mouent exempla, quàm verba. Tertiò quoque verbum G Dei purgat delinquentes: quia per verbū Dei cognita veritate, animæ à ſuis ſceleribus conuertuntur. Vnde pſ. Lex domini immaculata conuertens animas, eo quòd Dei verbum eum, quem reperit immaculatum, à culpa præſeruat: & quem inuenit inquinatum, purificat, & immutat. E

Comparatio verbi Dei ad miſſam.

QVod intelligens Aug. j. q. j. c. interrogo, ait ſic: Interrogo vos fratres vel ſorores: dicite mihi, quid vobis plus eſſe videtur corpꝰ Chri- H ſti, an verbum Chriſti? Si verum vultis reſpondere, hoc dicere debetis, quòd non ſit minus verbum Dei, quàm corpus Chriſti. Et ideo quanta ſollecitudine obſeruamus, quando nobis corpus Chriſti miniſtratur, vt nil ex ipſo de manibus noſtris in terram cadat: tanta ſollecitudine obſeruamus, ne verbum Dei quod nobis erogatur, dū aliud aut cogitamus, aut loquimur de puro corde depereat: quia non minus reus erit, qui verbum Dei negligenter audierit, quàm ille, qui corpus Chriſti ſua negligentia in terram

Auguſt.

terram

A terram cadere permiſerit. Hæc ille.

Quando, & quare ex debito neceſſarium ſit audire diuinum verbum.

QVæſtio autem eſſe poteſt, an populus teneatur audire verbum Dei, & prædicationes, ſicut & miſſam, ad quam obligat eccleſia, vt infra dicetur? Videtur dicẽdum, ſaluo meliori iudicio, quòd pro loco, & tempore populus, & maximè indocti non minus obligantur audire diuinum verbum, quàm miſſam, & maximè ꝓpter tria. Primò propter neceſſitatem, ſecundò propter vtilitatem: tertiò propter
B commoditatem. Primò inquàm propter neceſſitatem: nam ad hoc tria videntur inducere, & artare. Primò naturale deſideriũ. Vnde cuilibet inſertum eſt a natura ęternã deſiderare ſalutem, & iuſtitiam ſalutarem. Quod etiam teſtatur pſ. dicens. Concupiuit anima mea deſiderare iuſtificatiões tuas in omni tempore. Sed hoc deſiderium maximè per verbum Dei tanquàm per conuenientiſſimum inſtrumentum effectui mancipatur: quod patet, ſi conſiderentur duodecim fructus diuini verbi, de quibus in præceden. ſermo. dictum fuit, quia eorum finis eſt gloria ſempiterna. Secundò cogit
C ad hoc diuinum præceptũ, quod quidem includitur in tertio præcepto legis, quod ẽ de ſabbati ſanctificatione. Nam, ſicut ſup. in 2. arti. & in j. cap. dictum eſt, homo tenetur de congruo, Dominico die Deum recognoſcere in aliqua hora, aliter mortaliter peccat. Inſuper, qui eſt in mortali culpa, & in die Dominico non dat operam, vt cõteratur, denuò etiam mortaliter peccat: qa tranſgreditur hoc præceptum de ſabbato ſanctificando. Nec alius videtur conueniẽtior modus ad acquirendam contritionem, quàm auditio verbi Dei. Vnde Hiere. 23. Verba mea ſunt quaſi ignis ardens, dixit Do
D minus, vt ſupra. Nam potiſſima cauſa inſtitutionis diei ſabbati eſt, vt parte illa temporis ſolo diuino cultui, hoc eſt diuinis laudibus & orationibus, atque eruditioni populi vacaretur: alioquin ſeruilia opera totum tempus habentia, Dei, & propriæ ſalutis, diuinæq; legis ſcientiam; & memoriã de medio tollerent, & auferrent. Tertiò ad hoc cogit Chriſti exemplum. Nam licèt Chriſtus mitteret Apoſtolos ſuos per orbem terrarum, miſſas celebrare, & fideles communicare: tamen principalius miſit eos euangelium prædicare, per quod innoteſcunt fides catholica, & omnia alia E
eccleſię ſacramenta. Vnde Mat. vlti. Aſcendens in cœlum Apoſtolis ait, Euntes in mũdum vniuerſum &c. Et iterum ap Rom. 10. *Ad Rom.*
Omnis, quicumq; inuocauerit nomen Domini, ſaluus erit: quomodo iam inuocabunt illum, in quem non crediderunt? aut quõ credent ei, quem non audierunt? quõ ergo audient ſine ꝑdicãte: quõ vero prædicabunt, niſi, mittantur? Sequitur igitur, quòd fides eſt ex auditu, auditus per verbũ Chriſti. Proinde præceptum de audiendo pro loco, & tempore verbum Dei, præceptum præceptorum quodammodo dici põt, inquantum omnia præcepta, ad quæ quili- F
bet obligatur, virtute diuini verbi ſeruari poſſunt, ſicut ex deductione apoſtolicį verbi patere poteſt. Præterea præceptum de audiendo verbũ Dei, includitur in præcepto de audiendo miſſam. Nam infra miſſam curati olim prædicabant: & præceptum de audiendo miſſam (ſicut infra patebit) obligabat populum toti intereſſe miſſę, vſq; ad ſacerdotis benedictionem. Ex quo patet, ꝙ eccleſia videtur pro loco, & tpe (niſi obſtet impedimentũ) populũ obligare audire diuinũ verbũ, cũ ꝑdicatur, in miſſa: & ſi tũc nõ ꝑdicaẽ aliàs audiendũ eſt, ſicut rõnes dictæ atq; dicendæ oſtendunt. Secundò obligatur populus nõ minus, quàm miſſas audire pro G
loco, & tempore, verbum Dei, propter vtilitatem, quæ maximè triplex eſt, ſicut ex præcedentibus patet: ideo auctoritas in *Auguſt.*
præallegato. c. Aug. j. q. j. c. interrogo vos fratres, patenter ait, quòd corpus Chriſti non eſt maioris efficaciæ ad ſalutem, quàm verbum Dei. nec fit hæc comparatio, niſi quo ad nos. Non enim minus prodeſt prædicatio, quàm corpus Chriſti: quia per prædicationem mortalia dimittuntur, per corpus autem Chriſti venialia relaxantur, ex quo plus prodeſſe videtur. Et licèt prædicatio corpore Chriſti minor ſit dignitate, eam tamen recipientibus maior eſt efficiẽ- H
di poteſtate: quia, ſicut ex præcedentibus patet, prædicatio eſt, quandoq; cauſa correctionis, & per conſequens remiſſionis. Hæc ille. Hanc quidem vtilitatem diuini verbi intendens eccleſia cum excludat a miſſa, & a diuinis officijs interdictos, ſciſmaticos, excommunicatos, hæreticos infideles, alioſq; ab eccleſia preciſos, a prædicatione tamen, prædictorum non ſeperat quemquàm, ſicut patet de conſ. di. j. c. epiſcopus. Pręterea ſtet populus ſine prædicatione triginta annis, & conſueto modo au-

Tenemur die feſto audire miſſã idque tripli ci ratione

A diat miſſas: alius quoque conſimilis populus abſque celebratione miſſarum ſtet etiã per totidem annos, & ſępe audiat verbum Dei: & licèt vtrunque nociuum ſit, tamen cęteris paribus, experientia teſte, maius incomparabiliter ſentient in fide, & moribus detrimentum abſque audientia verbi Dei, quàm ſine miſſarum celebritate. Nonne quotidie experimur, quis Dei timor, vel amor, quæ cognitio diuinorum, qui eſt peccatorum ſętor, & horror? quæ virtutum cognitio, atque amor? quæ ſacramentorum veneratio, atque frequentatio, vbi defuerit verbum Dei? Sic vtique eſt populus ſine diuino verbo, licet etiam B miſſæ frequententur, ſicut mundus ſine ſole. Arctius inſuper, quàm populus, obligatur audire verbum dei curatus, & quilibet religioſus ignarus, & quicunque huiuſmodi qui ſe ingerunt in confeſſionibus audiendis: quia, cum ſint cæci, conſtituunt ſe cęcorum duces: contra quos Dominus Mat. 15. Cęcus ſi cęco ducatum præſtet, ambo in foueam cadunt. Tertiò in ſuper obligatur populus non minus quàm miſſas, pro loco, & tempore audire verbum Dei propter commoditatem. Occupatus ſiquidem, & immerſus in mundanis: maximè tempo-
C ribus iſtis diuinorum ignorantiam habet: nec habet Doctores, neque Ductores dirigentes per itinera recta conuenientius, quàm per eruditionem diuini verbi. Nam quilibet ex eo pro ſe, & familia ſua diſcere poteſt, quid dimittendum, quidque ſequẽdum ſit, ac operandum: terretur populus comminationibus verbi Dei, illuminatur, delectationibus mulcetur, exhortationibus, proficitque alijs fructibus bonis, ſicut in pręceden. ſermo. dictum eſt, quę communiter in populo non efficit eruditio miſſæ. Ex dictis patet, quòd non minus pro loco, & tempore tenetur populus audire di-
D uinum verbum, quàm audire miſſas.

Quæſtio.

Pulchra quæſtio.

SEd quæri poteſt, cur non præcepit eccleſia audire diuinum verbũ, ſicut miſſas. Ad hoc dicitur quòd non præcepit maximè propter tria. Primò propter obligationem curatorũ, ſecundò propter paucitatem prædicatorum, tertiò propter incommoditatem populorum. Primò propter obligationem curatorum. Nam qui habet animarum curam, tenetur populo ſuo prædicare. 36. di. c. qui eccleſiaſticis, ibi, labia ſacerdotis, & 16. q. 1. c. adijcimus: verſu, Ecce in hoc. E Præterea non fuit neceſſe presbyteris præceptum iterare. Secundò propter paucitatem prædicatorum: quia rari ſunt, rariores, qui prædicent Chriſtum: & multi ſunt, qui celebrant miſſas. Tertiò propter incommoditatem. Nam multi ſunt rurales, & in montibus habitantes, & in alijs locis, quibus difficile extitiſſet ſic audire prædicationes, ſicut miſſas. Non tamẽ excuſantur huiuſmodi pro loco, & tempore addiſcere per aliquam viam, quę ſunt ſecundum ſtatum ſuum eis neceſſaria ad ſalutẽ. Nec excuſantur prelati eorum, qui per prædicationem, vel alio modo talia non do- F cent eos: quia in vtriſque talis ignorantia non excuſat eos, ſicut infra dicetur, ſerm. 23. art. 2. c. 5.

Solutio.

Quibus deuotionibus inſiſtendum eſt diebus feſtiuis, & de miſſę veneratione. Cap. 3.

Deuotioni vacandũ ſeſto.

TErtiò autem in die feſto inſiſtendum eſt deuotioni. Vnde Sap. 11. Corpus quod corrumpitur, aggrauat animã, vt in temporalibus anima totaliter inclinetur, & elongetur à Deo, atque obliuiſcatur Dei creatoris ſui, & ideo inſiſtere debet cordiali deuotioni. Hoc enim quidam fa- G ciunt ſemper, quidam debent facere ſæpe: ideſt, certis temporibus diebus, vel horis: quidam ſaltem diebus feſtis. Primi ſunt perfecti, ſecundi proficientes, tertij ſunt incipientes. Primi quidem ſunt perfecti, ſcilicet qui inſiſtunt cordiali deuotioni ſemper, licèt rari ſunt: & hi ſunt perfectè contemplatiui, de quibus dicit pſal. Prouidebam Dominum in conſpectu meo ſemper. Et iterum. Meditatio cordis mei in conſpectu tuo ſemper. Hi nempe tanto Dei amore, & dulcore interius inardeſcunt, vt interdũ eis omnia oblectamenta terrena in faſtidiũ vertantur. Nam ſicut materialis ignis reb⁹ ſuo feruore aduſtis omnem pulchritudinẽ H auſert, reddens ea deformia, atque nigra: ita feruor internę deuotionis præſentis vitæ dulcorem in quandam inſipiditatem, & nauſeam conuertit. Vnde Bern. ſicut Exo. 7. ſerpens Moyſi ſerpentes magorum vorabat, ita dulcor internæ deuotionis omnem dulcorem vitæ præſentis tollit, & inſipida reddit. Secundò ſunt quidam, ſcilicet proficientes, qui licèt non orent continuè: tamen hoc ſtudent facere ſæpe, ſcilicet in

Duplici genere hominũ, qui diebus feſtis debẽt inſiſtere deuotioni

A ſeptem horis canonicis. Vnde pſal. Septies in die laudem dixi tibi. Ad has horas canonici, ſeu clerici obligantur dupliciter. Primò ex debito iuſtitiæ, & ad hoc tenentur religioſi, qui hoc habent ex regula in mandato. Clericis quoque propter hoc à laicis redditus, & elemoſynæ datæ ſunt, vt ipſi in officio ſuppleant laicorum vices. Secundò ex ſtatuto eccleſiæ. Nam ordinem ſacrum nullus conferre debet, niſi beneficiato, vel ei, qui ad ſuum patrimonium loco eccleſiaſticorum redditutum voluerit ordinari, extra de præben: epiſcopus, & c. cum ſecundum Apoſtolum. Ideo quilibet habens ordinem ſacrum tenetur ad canonicas horas: quia eccleſia ordinando eum, intendit illum ad hoc miniſterium obligare. Ex dictis colligi poteſt, ſecundum Bonauen. in. 4. di. 24. quòd ſecundum ius commune clerici in ſacris ordinibus conſtituti ex officio ad horas canonicas obligantur: infra verò ordines ſacros tenentur beneficiati ex beneficio: in ſacris ordinibus conſtituti, & beneficia ex vtroque tenentur. Et hoc ſecundum ius canonicum, & diuinum. Proinde quilibet talis ſi ex induſtria, vel negligentia ſola omittit aliquam horã, mortaliter peccat, extra de cel. miſ. dolentes, in fine. Tertiò verò ſunt quidam incipientes, qui, licèt qualibet die teneantur

C aliqua hora per orationem, & deuotionẽ ſe conuertere ad Deum ſuum, nihilominꝰ ſpecialius, atque feruentius in die feſto id facere debent. Ideo dicitur Ezech. 46. Hæc dicit Dominus Deus. Porta atrij in ferioris, quæ reſpicit ad orientem, erit clauſa, ſcilicet diebus: in quibus opus eſt, die autem ſabbati aperietur, quia cor populi in die feſto ad diuina aperiendum eſt. Multa nempe virtutum ſemina, ac deſideria ſancta naturaliter hominibus complantata in mente rationali latent: quare quædam ex mentis ariditate deſiccantur, & pereunt, quæ omnia ſaluberimun fructum afferunt,

D ſi lumine diuinæ cognitionis, & gratiæ per feruorem deuotionis fęcundarentur, ſicut exemplo ſolis patere poteſt, qui radijs ſui ſplendoris, atque caloris terram penetrans ſemen in terrã defoſſum mirabiliter viuificat, & fęcundat: ſic etiam per gratiam Dei, & feruorem deuotionis, qua mens quieſcit in Deo virtutum ſemina in mente rationabili quieſcentia vberius fecũdantur. Porrò talis irrigatio, & mentis fæcundatio per deuotam auditionem miſſæ potiſſimè à Domino impetratur. De qua audi[illegible]ne ad præſens tria conſideremus. Primò debitum, ſecundò modum, tertiò fructum. E

Quomodo quilibet obligatur audire miſſam.

PRimò conſideremus debitum. Omnes enim fideles in omni Dominica die, & in qualibet ſacra ſolemnitate tenẽtur ex præcepto audire miſſam à principio vſque ad finem, ſcilicet vſque ad datam benedictionem à ſacerdote in fine miſſę, vt patet de conſe. diſ. j. c. miſſas. & c. ſe. & c. omnes fideles & c. & hoc niſi excuſentur magna neceſſitate, & no. in dict. c. miſſas, ſecundum Tho. Scotus verò in 3. di. 9. in fine. 2. arti. ait. ꝙ ſi aliqua neceſſitas excuſet ab executione huiuſmodi actus, quẽ determinat eccleſia, tunc ſuppleatur in aliquo ęquiualenti neceſſe eſt, vt ſaltẽ diuino cultui ſpecialiter deputato habeatur aliquis in Deum immediate relatum ad reuerentiam eius. Cęterum de conſe. di. j. ca. qui die ſolemni ſacrum concilium ait. Qui die ſolemni prætermiſſo eccleſiæ conuentu ad ſpectacula vadit, excommunicetur. Igitur tunc peccat mortaliter ad illa vadẽs, quia excommunicatio non niſi pro mortali culpa infligi debet. Nec video, quomodo legitimè excuſentur à mortali culpa viduæ, quæ poſt mortem mariti, quaſi deſperatæ per annum non intrant eccleſiam, ad audiendum diuina officia, nec ad verbum Dei. Similiter etiam nec excuſabiles vidẽtur retinentes in domo talibus diebus nubiles puellas, ſeu famulos, & famulas abſq; miſſa. Nec videntur ex conſuetudine poſſe excuſari, cum videatur talis conſuetudo contra ius naturæ, & contra ius ſcripturæ, contra quę conſuetudo iam nõ tenet, ſicut. ſupra 2. arti. & c. 2. dictum eſt.

Q̃o quis libet tenetur audire miſsã indie ſabbati.

H

G

H

De modo audiendi miſſam.

SEcundò conſideremus circa miſſam audiendi modum: dicitur enim de conſ. di. j. c. quando autem ſtamus ad orationem, fratres dilectiſſimi, inuigilare, & incumbere ad preces toto corde debemus, cogitatio hominis carnalis, & ſecularis abſcedat: nequaquàm tunc animus aliud, q̃ id ſolum cogiter, quod præcatur: ideo, & ſacerdos ante orationem, præfatione præmiſſa, parat fratrum mentes dicendo. Surſum

Q̃uo debeꝰ ſtare ad miſſam.

A ſum corda, vt dum reſpondet plebs, Habemus ad Dominũ, admoneatur nihil ſe aliud cogitare debere quàm Dominum. Claudatur contra aduerſarium pectus, & ſoli Deo pateat, nec ad ſe hoſtem Dei tempore orationis venire patiatur. De euangelio quoque in cap. apoſtolica, in ea. di. habetur: Auctoritate apoſtolica mandamus, dum ſacra euangelia in eccleſia leguntur, vt ſacerdotes, & cęteri homines non ſedentes, ſed venerabiliter curui, & in conſpectu euangelij ſtantes dominica verba intentè audiant, & fideliter adorent. Inſuper extra de immu. eccle. cap. decet lib. 6. dicitur: Conuenientes ibidem nomen illud, quod eſt B ſuper omnem nomen, à quo ſub cęlo non eſt datum hominibus, in quo ſaluos fieri credentes oporteat: nomen videlicet Ieſu Chriſti, qui ſaluum facit populum ſuum à peccatis eorum exhibitione reuerentiæ ſpecialis attollant, & quod generaliter ſcribitur, In nomine Ieſu omne genu flectatur cęleſtium, &c. ſinguli ſingulariter in ſeipſis implentes, præcipuè dum aguntur miſſarũ ſacra ſolemnia: glorioſum illud nomen quandocunque recolitur, flectant genua cordis ſui, vel inclinatione teſtentur. Præterea quilibet chriſtianus procuret ad miſſarum ſolemnia aliquid Deo offerre, & ducere ad memoriam, quod Deus per Moyſen dixit, Exod. 23. Non apparebis in cõ C ſpectu meo vacuus. In eleuatione autẽ ſanctiſſimi ſacramenti tundendum eſt pectus propter caſuſas ſupra in 2. arti. dictas. Item omnia aduertant laici, quod dicitur de cõſe. di. 2. cap. ſacerdotum. Nulli laicorum liceat in eo loco, in quo ſacerdos, & reliqui clerici conſiſtunt, quod præsbyterium nuncupatur, quando miſſa celebratur, conſiſtere: vt liberè ac honorificè poſſint ſacra officia celebrari: extra de vi. & ho. cle. ca. j. dicitur, & laici. Secus altare, quando ſacra myſteria celebrantur, ſtare, vel ſedere inter clericos non præſumant laici: ſed D pars illa, quæ cancellis ab altari diuiditur, ſcilicet chorus: ſecundum glo. tantum pſallentibus pateat clericis: ad orandum verò, & communicandum laicis, & fœminis, ſicut mos eſt, pateant Sanctaſanctorum, ſcilicet ſolum ad orandum, & communicandum, ſed alias ſtare non debent, ſecundum glo. Idem quoque cap. peruenit, de conſe. diſt. 2. confirmatur. Si quidem magnum inconueniens eſt ſacerdotum adminiſtrantium in diuinis præſumptuosè occupare locum, ac ſacra miſteria impedire.

Magnum inconueniens.

E Amplius eſt enim gratum Deo ſtare ad miſſam à longe peccatorem cum humili reuerentia, quàm de prope cum arroganti iuſtitia, ſicut patet exemplum Luc. 18. de Publicano, & Phariſęo. Et illud, Qui ſe humiliat exaltabitur. Et econtra in huius myſterium j. Reg. 6. dicitur. Porro Bethaſamitæ metebant triticum, & eleuantes oculos viderunt arcam. Et ſubditur, percuſſit autem Deus de viris Bethſamitibus, eo quòd vidiſſent arcam. Idem de Oza ſcribitur 2. Reg. 6. Nemo etiam cum accipitre, & falcone, aut cane ad eccleſiam venire debet: quia Dominus dicit. Luc. 16. Nemo F poteſt duobus Dominis ſeruire, ſcilicet falconi, & Deo. Idem in quibuſcunque diuinis. Ideo in eccleſia ordinati ſunt oſtiarij, qui ſecundum Iſidorum, oſtijs eccleſiæ, præſint, clauesque eccleſiæ tenentes omnia intus extraque cuſtodiunt atque inter bonos, & malos habentes iudicium fideles recipiunt, infideles reſpuunt, & excommunicatos repellunt. Et in veteri teſtamento etiam ad cuſtodiã templi tales ſunt deputati, ne ingrederetur in illud immundum in omni re, idest aliquid de omnibus immũdis rebus Hoc officio Dominus vſus eſt, Ioan. 2. quando vendentes, & ementes de templo eiecit: & Ioan. 10. de ſe ait dicens. Ego ſum oſtium: vbi myſticè inſi- G nuatur, quòd per oſtium eccleſiæ ad diuina officia nihil manifeſtè inquinatum ingredi debet. Solebant enim tales oſtiarij talia inquinamenta ad eccleſiam venientia prohibere, ne ingrederentur. Quòd ſi contrarium aliquis attentaſſet, facto in oſtio quodam ſigno omnes inchoro tacebant: donec rebellis ille confuſus abiret. Sunt etiam plerique ignari, qui, cum præsbyter celebrat miſſam, cum iam fuerint in taberna inebriati, venientes extra eccleſiam commorantur: de ſuis bobus, & mundanis, nec non, & de turpibus colloquentes: nec intrant eccleſiam, niſi cum eleuatur Dominicum ſacramentum, irreuerentiſſimè illud aſpicientes, capite in toto, vel in parte H te coopertο: genibus rigidis parum aut nihil flexis: & ſic cum ſtrepitu ad videndum corpus Chriſti partim intra, & partim extra eccleſiam currunt: ita ſubito, eo vix viſo, diſcurrunt, quaſi non Chriſtum, ſed diabolum vidiſſent: contra quos dicitur de conſe. di. 1. cap. miſſas, cum ſe cap. & cap. quando & cap. qui die. Proinde legitur in legenda ſancti Ioannis Elemoſynarij, quòd cum poſt ſancti euangelij lectionem

Nota.

Contra inurbanos, & impios quoſque hoĩes

A quidam de populo ſuo extra eccleſiam ſtarent, præfatus Patriarcha ſanctus mox eccleſiam egreſſus, atque foras cum turba ſedit: omnibus autem illis admirantibus dixit: Filij vbi oues, ibi & paſtor. Aut ergo intrate Eccleſiam, & ingrediar ego: aut manete hic, & ego vobiſcū manebo. Ego enim propter vos ad eccleſiam venio. Fecit enim hoc ſemel, vel bis, emendans, & erudiens plebem ſuam.

De fructu audiendi deuotè miſſam.

B *Triplex fruct' audiēdi miſſam.* Tertiò autem conſideremus ex deuota miſſæ auditione fructum, qui eſt triplex. Primus eſt peccatorum remiſſio, ſecundus ab ęterna morte ſaluatio, tertius ſalutis ęternæ participatio. De quibus plenè habetur, cum agitur de hoc ſanctiſſimo ſacramento, ſermo. 55. art. 2. ca. 3. Inſuper per totum articulum illum. Inſuper vltra omnia, quæ ſuperius de feſtis dicta ſunt, audi Dominum dicentem Eſa. 58. Si auerteris à ſabbato pedem tuum facere voluntatem tuam in die ſancto, & vocaberis ſabbatum delicatum, ideſt deo acceptum: delicatum quidem, quia propter opus ſeruile non vult lædi, vel delitijs C ſpiritualibus delicatum, & ſanctum Domini glorioſum, & glorificaueris eum, dum non facis vias tuas, ideſt opera tua mala, & non inuenitur voluntas tua, vt loquaris ſermonem, ideſt ſecundum intellectum nō peccas in ſabbato, nec voluntate, opere, nec ſermone: tunc ſcilicet cum prædicta feceris, delectaberis, ſupra Dominum: quia per ſpiritualem conſolationem cum Domino vnieris. *Origenes.* Epilogando Origines de chriſtianorum ſabbato ait: Relinquentes Iudaicum ſabbatum, qualis debeat eſſe chriſtiano ſabbati obſeruatio, videamus. Die ſabbati nihil de mundanis actibus operari oportet. D Si nihil mundanum geras, ſpiritualibus vaces, ad eccleſias venias, verbo Dei aurem præbeas, cœleſtia cogites, de futura ſpe ſolicitudinem geras. Venturum iudicem præ oculis habeas, non reſpicias ad præſentia, & viſibilia, ſed ad inuiſibilia, & futura. Hæc eſt ſabbati obſeruatio chriſtiano. Quod nobis implere miſericorditer largiatur ſabbati ſanctificator, & cuſtos atque primum conſumatum, Dominus Ieſus Qui cum patre, &c.

FERIA SECVNDA post primam dominicam in Quadrageſima.

De iudicio generali.

Sermo XI.

A *Ibunt hi in ſupplicium æternum, iuſti autem in vitam æternam* Mat. 25. & in Euangelio hodierno. Hodie, dilectiſſimi fratres, maniſeſtè intelligetis quāta ſit virtus charitatis, & pietatis, quanq; ſit vera ſententia Apoſtoli Iacobi in canonica 2. dicentis. F Iudiciū ſine miſericordia. ſ. ſaluante fiet ei, qui non facit miſericordiam. *Triplex iudicij primū retributionis.* Tractaturi igitur de vltimo iudicio generali, triplex iudiciū diſtinguamus. Primū eſt iudicium retributionis, ſm eſt dānationis, tertium eſt diſcuſſionis. Primun eſt iudicium retributionis, & hoc eſt illud ſecundum quod iuxta Dei ſententiā vnuſquiſq;, prout meruit, recepturus eſt: Et ſecundum hoc iudicium omnes generaliter iudicabuntur. Proinde. 2. Cor. 5. dicitur. Omnes. n. nos manifeſtāri oportet ante tribunal Chriſti, vt recipiat vnuſquiſque propria corporis, prout geſſit, ſiue bonū, ſiue malum. G Et ad Ro. 14. Omnes ſtabimus ante tribunal Chriſti. *Secundū damnationis.* Secundum eſt iudiciū damnationis, & hoc iudicio ſoli mali iudicabuntur: vnde Io. 5. Venit hora, in qua omnes qui in monumentis ſunt, audiēt vocē filij Dei, & pcedent qui bona fecerūt ī reſurrectionē vitæ: qui verò mala egerūt, in reſurrectionē iudicij. *Tertiū diſcuſſionis.* Tertiū eſt iudiciū diſcuſionis: in quo merita, & demerita præmia, vel ſupplicia oſtendtur: & hoc iudicio proprie fideles iudicandi ſunt, de quibus in hoc ſęculo potuit dubitari. Et ſm hoc Io. 3 Dominus ait. Qui non credit, iam iudicat' eſt. Et Io. 16. Princeps huius mūdi iam iudicatus eſt. Et j. Timot. 5. quorundā hominū manifeſta ſunt peccata præcedentia ad iudicium, quorundā autē ſubſequentur: H ſimiliter autem, & facta bona manifeſta ſunt. In præſenti igitur Euangelio principaliter de tertio iudicio agitur. Iō angeli, & angelici viri, qui propter exceſſum humilitatis, & charitatis hic minimi nuncupantur, ponuntur quaſi iudices ſtare, ſeu iudicis aſſeſſores. Demones verò, & quilibet infideles, ſunt iam certiſſimè iudicati. Sed quia boni mediocres, vel infimi ſolent per opera miſericordiæ facta maxime pauperibus ſanctis, ſupplendo proprios defectus

A fectus adipſci potiora ſibi Sanctorum merita, iuxta illud Lu. 16. Facite vobis amicos de mamona iniquitatis, vt cum defeceritis, recipiant vos in ęterna tabernacula. Ideo de operibus miſericordiæ hic ſpecialiter mentio fit ad prouocandum ad miſericordiam omnes, & ad oſtendendum, quòd ibi mirabiliter ſuper exaltabit, ac vincet miſericordia iudicium, & iuſtitiæ ſuæ rigoré. Et ad oſtendendum duos ordines electorũ, ſcilicet eorum, qui pro Chriſto omnia dereliquerunt, & eorum qui per opera pietatis ſe illis aſſociarunt, aut per defectum illorũ ſe ab illis ſeperauerunt. Nam de his impijs dicit Dominus. Ibunt in ſupplicium æter-
B num: atque de pijs ſubdit, Iuſti autem in uitam æternam. Circa iudicium enim generale tria ad præſens conſideremus. Primò occaſionem antecedentem, ſecundò executionem conſequentem, tertiò conclusioné ſubſequentem.

Articvlvs Primvs.

Quæ erit occaſio iudicij generalis: & quãdo veriſimiliter eſt futurum.

PRimò conſideremus, inquàm, circa iudicium generale occaſioné
C antecedentem, ideſt quæ erit occaſio iudicij generalis, & finis præſentis ſæculi. Ad cuius euidentiam notandum eſt, ꝙ mortuo antechriſto, qué
Nota. ſecundum Apoſtolum. 2. ad Theſſal. 2. Dominus Ieſus interficiet ſpiritu oris ſui: quia ſecundum Nico. de Ly. de mandato eius fulminabitur per miniſterium Archangeli Michaelis, q et interficiet exercitũ eius ſm Methodium, ab illo tempore vſq; ad finé mũdi, ſecundum quoſdam paruum non debet eſſe tempus ſecundum communé curſum. Nam videntes Iudæi ſe deceptos ab Antichriſto, per Enoch, & Heliam ad Chriſtũ feruide conuertentur, ſecundum eundem
D Nicol. præallegatum ſuper illud Iohel. 3. cum conuertero captiuitatem Iuda, & Hieruſalé. Et ex hoc manifeſtè patet, quòd ab illo tempore vſq; ad finem mundi tantum ſpatium temporis debet interuenire, quòd totus populus Iſrael, atque totus mundus conuertatur ad Chriſtum, ſicut Mat. 24. dicitur. Prædicabitur hoc euangelium regni in vniuerſo orbe, in teſtimonium omnib' gentibus. Quod quidem ſecundum præallegatum Nicol. & glo. in conſummatione ſæculi fiet: quia tunc omnes gentes per prędicationem illam recipient fidem Chriſti. E
Sed ad hoc neceſſe eſt, quòd tempus illud creſcat à mane per congruos gradus, vſque ad meridiem. Deinde per gradus congruos paulatim deſcreſcat ad tantam veſperam, & noctem iniquitatis, quòd vix fides inueniatur in terra: & quòd propter abundantiam iniquitatum, Chriſtus compellatur mundum exterminare, atq; iudicare. Quòd autem ſic gradatim deſcendere debeat ille vltim' eccleſiæ ſtat', tripliciter ꝓbat: primò rõne, ſecundò auctoritate, tertiò ſimilitudine. Primò ratione ſic. Irrationabile enim videtur credere, quòd miſericors deus illã admirandam perfectioné eccleſiæ, quæ erit in cõuerſione Iudęorũ, atq; toti' orbis, mor-
F tuo Antichriſto, nolit durare, niſi per 30. vel 40. dies, aut menſes, ſicut aliqui opinantur: ꝙ tunc ſimul cum tempeſtatibus Antichriſti facta poſtea tam plena conuerſione, & nulla ſubſecuta generali ruina culpæ, deus velit iterum ſubito tempeſtatem, & exterminium mundi, ac iudicium eius inducere, atque ſtatum, quem in ſumma perfectione de nouo formauerat, nihil velit durare, & debitũ curſum, & occaſum habere. Secundò probatur idem auctoritate: nam prout ſtatus eccleſiæ ſumitur in hac vita in fine debet malis peſſimis abũdare: quod patet Lu. 18. vbi dicitur. Veruntamen filius G
hominis veniens, putas inueniet fidem in terra? quaſi dicat, non ſecundum Bedã. nempe ſi venerit ad iudicium in mediatè põt Iudæorum conuerſionem, atque totius orbis, mortuo Antichriſto, magnam fidem reperiet in toto orbe: & iam tunc dies Domini ad iudicium non veniret, tanquàm fur ſicut dicitur Mat. 24. Nam tunc omnes parati eſſent. Tertiò probatur ſimilitudine, quam ponit Dominus Mat. vbi ſupra dicés. Sicut enim erant in diebus feſtis Noe ante diluuium comedentes, & bibentes, nubentes, & nuptui tradentes vſque ad eum diem, in quo introiuit in arcam Noe, & nõ cognouerunt, donec venit diluuium, & tulit omnes: ita erit aduentus filij homi- H
nis. Et Paulo ante inquit: Surgent enim pſeudo Chriſti, & pſeudo prophetæ, & dabunt ſigna magna, & prodigia, ita, vt in errorem inducantur, ſi fieri poteſt, etiam electi Et ſubditur, quòd poſt tribulationem dierum illorum ſol obſcurabitur, & luna non dabit lumen ſuum, & ſtellæ cadent de cœlo, & virtutes cœlorum commouebuntur: & tunc apparebit ſignum filij hominis in cœlo. Ex

Quòd paulatim deſcẽdet vltimus Eccleſia. Vide qua dicit auctor in quadrageſimali de christiana religione.

Simile.

A quo patet, quòd dominus non iudicabit mundum, dum erit in illa magna ſconuerſione, de qua Domin' ait Io. 10. Erit vnum ouile, & vnus paſtor: ſed poſt conuerſionẽ illam gradatim deſcendet mundus ad tantã iniquitatẽ, ſicut prædictum eſt, ꝙ Deus indignabitur contra eũ, & exterminabit mundũ & iudicabit, ſicut patet myſticè Apoc. 14. Et alius Angelus exiuit de templo clamans magna voce ad ſedentem ſuper nuben: Mitte falcem tuam, & mete, quia venit hora vt metatur: quoniam maturauit meſſis terræ. Et miſit ille, qui ſedebat ſuper nuben, falcem ſuam in terram, & meſſuit terram. In quibus ſacratiſſimis verbis quattuor inſi-
B nuantur, quæ ſe habere oſtendet Chriſtus, ſecundum quæ in fine ſeculi mundum iudicaturus eſt. Primun eſt ſapientia luminoſa, ſecundum eſt potentia vigoroſa, tertiũ eſt iuſtitia rigoroſa, quartum eſt executio timoroſa.

Qua ſapientia fulgebit Chriſtus iudex omnium conſtitutus. Cap. 1.

PRimò autem Chriſtus iudicaturus mundun ſe habere oſtẽdet ſapiẽtiam radioſam, cum qua iuxtá tempus ſtatutum à patre ſciat
C iudicare mundum, quia paternæ ſapientiæ conſilium noſcet. Ideo Ioa. ait in Apoc. Et alius Angelus exiuit de templo. Qui enim templum exiuit, interiora templi prius clariſſimè perluſtrauit. Vnde, & templum hoc, quod ſolus Pontifex intrat, paternæ mentis arcanum eſt. Vnde pſal. Dominus in templo ſancto ſuo: ipſe eſt Dominus, & eſt ſacerdos, qui ſingulariter eſt in hoc templo. Ideo Ioan. 14. ad Philippũ dicebat. Non credis quia ego in patre, & pater in me eſt? Et huius ſapientiæ conſilio conſormat omne iudicium ſuum. Tunc enim Angelus magni conſilij Chriſtus de tẽplo exibit, quando per facti euidentiam
D mundo vltimun iudicium nunciabit. Vnde Mar. 13. de die autem illo, & hora, nemo ſcit: neque Angeli Dei in cęlo, neque filius hominis, niſi pater. Quod verbum exponens Hiero. dicit: Cum omnia tempora fecerit Ieſus, hoc eſt verbum Dei. omnia enim per ipſum facta ſunt: in omnibus autem temporibus cum dies iudicij ſit, quæ conſequentia eſſe poteſt eius ignorare partem: cuius totum nouit? Hic quoque dicendum eſt. Qui enim magis ex notitia patris, an filij? Si maius nouit, quomodo ignorare poteſt, quod minus eſt. Nunquid Deus pater cognitionem illius diei filio denegauit, cum dicit, omnia tradita mihi ſunt à patre meo, ergo non omnia, ſi eſt aliquid quod negatur. Hæc ille. Dicitur autem Chriſtus illum neſcire diem, ſecundum Auguſt. quia non facit homines ſcire. Ex dictis patet, quòd Chriſtus manens in templo, ideſt in paterna mente diem iudicij noſcit: tamen illum indignis cœlat. Sed tunc templum egredietur: quod illo die hominibus cœlatum eſt, per facti euidentiam declarabit. E

Iudicij dies quõ dr̃ ignor. Chriſto.

De poteſtate quam habere Chriſtus ſe oſtendet: quando venit iudicare mundum. Cap. 3.

F

SEcundò verò Chriſtus mundum iudicaturus habere ſe oſtendet potentiam vigoroſam, quæ in eius clamore myſticè deſignatur. Propterea ſubditur, clamans voce magna ad ſedentem ſuper nubem, id eſt, ad ſeipſum, hoc eſt ad gloriam ſuam. Ipſe enim per ſedentem ſuper nubem etiã deſignatur: ideſt, ſuper humanitatem ſuã leuem à culpa, ſicut leuis eſt nubes. Tacet ſiquidem Chriſtus, cum ſecreta paterni cõſilij indignis peccatoribus celat: tunc autẽ clamat, cum paterna conſilia ſecundum for- G
man paterni conſilij, & imperij condigno tempore manifeſtat. Aut verius. Hic idem Chriſtus ſecundum aliam, & aliam forma: ad ſeipſum clamat, cum ſecreta Dei iudicia de humanis operibus omnibus manifeſtanda eſſe denunciat. Vnde de talibus occultis iudicijs dicitur Lu. 8. Non eſt occultum, quod non manifeſtetur: nec abſconditum, quod non cognoſcatur, & in palam veniat: & hoc eſt, quod hic dicitur clamabat, ſignificans, quòd quæ occulta dixerat, exponendo manifeſtare volebat. Proinde Eſa. 42. mundo Deus comminatur, cum ait: Semper ſilui, & patiens fui: ſicut parturiens loquar, ſcilicet in fine H
mundi.

De potentia Antichriſti q eſt filius pditionis.

Quibus erit ignotum iudicij tempus: & quibus poterit eſſe notum. Cap. 3.

TErtiò autem oſtendunt ſe Chriſtus habere iuſtitiam rigoroſam, Ideo dicitur, mitte falcem tuam, & mete. Falx enim iudicium agendorum indicat: Vnde Deut. 23. prohibet Dominus dicens, Nemo mittat falcem in meſſem alienam, ideſt

Falx iudicij quid.

A ideſt nemo temerario iudicio iudicet opera aliena. Hanc autem falcem Chriſtus in manu tenet, cum rectæ rationis iudicio vltimum exterminium mundi peccatorum expectando conuerſionem per longanimitatem ſuam patienter ſuſtinet. Sed hanc falcem ſuam tunc quidem Deus in meſſem mittit, cum eodem rectæ rationis iudicio opera hominum iuſtè diſcutiet: quando, ſcilicet tempore iudicij generalis nõ ſolum maligna hominum opera, ſed etiam inutilia, & quæ quandoque videntur hominibus iuſta, præmio æternæ vitæ indigna iudicabit. Vnde per prophetam Dominus dicit. Cum accepero tempus, ego iuſtitias iudicabo. Vnde Gregorius. Omnis
B noſtra iuſtitia ad examen diuinæ iuſtitiæ deducta, iniuſtitia eſt. Er ſordet in diſtrictione iudicis, quod in examinatione fulget operantis. Tunc quidem iudicio æternæ damnationis reperientur dignare cuncta opera, quæ inutilia ſunt: cuiuſmodi terrena eſſe probantur lucra, atque cuncta terrena commoda, quæ propter Deum non fuerint ab hominibus ſumpta. Nullum quidẽ illorũ operũ põt eſſe dignum æterna vita, quod propter Deum non fuerit factum, ſed propter propriam vtilitatem. Vnde & hæc opera meſſis terræ denominantur, de
C qua dicitur: Quia venit hora, ut metatur, quoniam maturauit meſſis terræ. De qua meſſe vel operibus .j. Cor. 3. dicit ibi, comparans terrena opera ligno, fęno, & ſtipulę. vniuſcuiuſque, inquit, opus manifeſtum erit. Dies Domini declarabit, quia in igne reuelabitur: vniuſcuiuſque quale ſit opus ignis, probabit: Et poſt: cuius opus arſerit, detrimentum patietur. Ecce iudicium damnationis inutilium operum, in quibus homo quaſi totam vitam ſuam conſumit. Quid etiam per meſſem terræ maturam, niſi terreni homines, qui propter ſua ſcelera ad diuinum iudicium per Dei iuſtitiam vocantur? Sicut econtra de populis, qui parati ſunt ad ſuſcipiendam
D miſericordiam Dei licèt meſſis dicantur: non tamen meſſis terræ denominantur: Vnde Ioan. 4. Dominus ait diſcipulis ſuis de Samaritano populo: Videte regiones, quia iam albæ ſunt ad meſſem, ideſt ad miſericordiam Dei per conuerſionem ſuſcipiendam diſpoſiti, & præparati. Ex quo patet, quòd matura tio meſſis eſt dies, & hora: quibus iudicandus eſt mundus.

Quæſtio de tempore iudicij. E

Circa dicta poteſt quæri, an ex fide hoc ſit certum: & an teneri debeat tanquàm certum, quòd nullus Angelus, nullus homo purus, etiam Chriſti mater: ſciat tempus huius iudicij, ſeu huius meſſis diem, vel horam? Ad quod dicendum eſt, ſaluo meliori iudicio, quòd tria erunt hominum genera in diebus illis. Primò erunt quidam, quibus tempus illud erit omnino ignotum: ſecundò erunt quidam, quibus quodam generali modo erit aliqualiter notum: tertiò erunt quidã, quibus particulariter poterit eſſe notum. F

Quæſt.
Solutio.

Quòd communitati hominum tempus iudicij erit omnino ignotum.

Primò autem erunt quidam, quibus tempus, & dies iudicij erit omnino ignotum, ſicut ex ſacris patet ſcriptu ris. Et hi erunt communitas hominum, qui bus talis dies debet abſcondi, ſicut dies mortis ex multiplici ratione. Primò vt ſemper timeant, ſecundò, vt ſemper ſe præparent ad illum diem, tanquàm de proximo imminentem: tertiò vt tam in hoc, quàm in pleriſque alijs ignorantes ſe noſcant: quod quidem eſt perutile ad ſuperbiam comprimendam, Quartò, vt arcana diuinorum iudiciorum magis reuereantur, Quinto, quia nõ decet Dei ſecreta indignis & indiſpoſitis reuelari: propter quod etiã plura ab ſcondantur aliquibus alijs, vel idoneis, quia fortè neſcirent hoc cęlare indignis, aut non plenè idoneis: Sextò ad non impendiendum opera, & tempora præſcita, vel præordinata à Deo. Multa enim ve niunt, & ventura ſunt, quorum euentum homines, & demones impedirent; ſi præſcirent ea: ſeptimo ad excæcandum reprobos talium temporum: & ad hoc tale iudicium Dei veniet ſuper eos ſubito, & improuiſe. Octauò, vt in tribulationibus talium temporum fides, ſpes, humilitas, patientia, & longanimitas Sanctorum fortius exerceatur, & præmietur. Et vt tunc ad diſcant, Deum etiam in ſuis incertis immobiliter inerrabiliter ſequi: & non ſuæ prouidentiæ, ſed ſoli diuinæ inniti.

Quibus iudicij dies, eſt ſem per occul t' mediã iudicandi & tps.

G

H

A

Quòd iuſtis erit notum tempus iudicij quadam notitia generali.

SEcundò erunt quidam, quibus quodam generali modo finale iudicium erit notum. Similiter, & multa iudicia, quibus quotidie flagellantur patriæ generaliter ab illuminatis mentibus per ſcripturam ſacram, quando imminere debeant cognoſcuntur: non tamen in particulari de tempore proprio, ſed ſolum in generali. Septem verò ſunt ſigna maturæ meſſis, per quæ à prædictis finale iudicium, atque quotidiana cogno ſci poterunt, & cognoſcuntur in generali, quando futura ſunt. B Primum eſt horribilitas peccatorum multorum, ſecundum multitudo peccantium, tertium impunitas manifeſtorum ſcelerum, quartum animaduerſio in peccatis, quintum affectio ad ſcelera, ſextum ſtudium peccandi, ſeptimun longa perſeuerãtia in omnibus ſupradictis: Et hoc erit maturitas meſſis. Primum ſignum erit, quando in toto orbe terrarum multa, & magna, & horrenda peccata fient. Nec hoc ſufficit: quia ſi hæc à paucis patrarentur, ſufferret patienter Deus. Secũdum ſignum erit, C quando à multitudine hominum demptis paucis, talia enormia crimina perpetrabuntur, nec in ſuper hoc erit ſatis: quia ſi occultè fierent ac inuenti recta iuſtitia punirentur: adhuc patienter ſufferret Deus. Tertium ſignum erit, quando talia facta apertè inuerecundè, atque impunè fient, nec inſuper hoc ſatis erit: quia ſi talia inconſideratè fierent, non adhuc ad iudicandum conturbabitur Deus. Quartum ſignum erit, quando talia fient tota mentis animaduerſione, ſeu intentione: nec vtique ſufficiet hoc: eo quòd ſi ad talia ipſi peccantes non multum applicabunt affectum, adhuc etiam expectabit Deus ad iudicandum. D Quintum ſignum erit, quando talia facta fient tota cordis affectione: nec inſuper ſufficiet hoc, vt Deus iudicet mundum: quia ſi in talibus malis omnino ſtudium totum non adhibebunt, adhuc ad ſeuiendum expectabit Deus. Sextum ſignum erit, quando totum ſtudium malignorum ad talia ſcelera conuertetur: nec inſuper illo ſatis erit: nam ſi aliquo caſu, paruoque tempore hæc talia fierent, non continuè, nec perſeueranter: adhuc aliquid erit, propter quod Deus mundum non condemnabit. E Septimun ſignum, & vltimun imminentis iudicij erit, quando omnia ſupradicta continuè, & perſeueranter in mundo fient: tunc enim erit matura meſſis, propter quod dignus tunc erit mundus generaliter iudicari. Quòd autem per hæc ſeptem ſigna poterunt mentes illuminatæ præagnoſcere modo prædicto generalem iudicij diem propinquantem, maximun nobis præſtat argumentum ſcriptura ſacra ad Rom. 15. Omnia quæcunque ſcripta ſunt, ad noſtram doctrinam ſcripta ſunt, vt per patientiam, & conſolationem ſcripturarum ſpem habeamus. Ex ſcripturis enim ſacris in pleriſque locis habetur, F Deum dediſſe nunquàm aliquod exterminium generale, neque particulare, niſi præceſſerint prædicta ſigna. De exterminio generali patet in diluuio, Gan. 6. vbi dicitur: Videns autem Deus, quòd multa malitia hominum eſſet in terra, ac cuncta cogitatio cordis intenta eſſet ad malum omni tempore, pœnituit eum, quòd hoiem feciſſet in terra. Demumq; ſubditur, q̧ Deus per vniuerſale diluuium mundum exterminauit. In his verbis, ſi diligenter examinentur omnia ſupradicta ſigna per ordinem reperientur. Primò enim in mundo multa, & magna erant peccata, & horrenda G maximè circa luxuriam, etiam circa ſcelus contra naturam: quod oſtendit Methodius hiſtoriographus dicens. Quòd mulieres ſupergreſſæ viris abutebantur, & etiam, quòd exarſerunt homines in adulterium, ſiue in alterutrum coeuntes. Et de hoc ſigno ſupra dicitur. Videns autem Deus, quòd multa malitia. Quod verbum manifeſtè oſtendit tunc abundaſſe horrendam multitudinem, & turpitudinem peccatorum. Secundò, quòd homines communiter talia perpetrabant. Ideo ſubditur, hominum ibi peccantium multitudinem denotat. Tertiò inſuper illa manifeſtè inuerecundè atque impune fiebant: Ideo additur, eſſet in terra, ideſt manifeſta erant, & impunita. H Quartò etiam fiebant tota mentis animaduerſione: ideo dicitur, & cuncta cogitatio ſcilicet non partim, & non diuiſim, ſed in malis integra, & coniuncta. Quintò quoque fiebant tota cordis affectione: ideo ſubditur, cordis. Sextò talia ſcelera toto ſtudio perpetrabantur: ideo dicitur, intenta eſſet ad malum. Septimò, quod omnium peſſimun erat: quia cum ſex præcedentibus continuè, & longo tempore

Maturæ meſſis ſigna ſunt ſeptem.

Signis multis cognoſcitur.

Applicatio ſignorũ ad vniuẽ diſtatũ.

A pore in illis perſeuerarunt: ideo ſubditur, omni tempore. Ex his patet, ꝙ tunc meſſis matura erat: ideo generale diluuium mundum exterminans miſit Dñs. Nec tantũ de vltimo iudicio ſunt hæc ſigna, & fortia argumenta: verumetiam de quolibet regno, & patria, & ciuitate a Domino magnis iudicijs flagellandis, mentibus illuminatis, & perſpicaciter intuentibus ante iudicia patebit præcedere hæc ſigna maturæ meſſis.

Exempli. Quod patet exemplo veteris teſtamenti. Nã cum Dñs Abrahæ promiſit exterminationem gentium, quæ terram, quam ei promiſit, incoluerunt, dicebat Gen. 15. Necdũ B enim impletę ſunt iniquitates Amorręorũ, vſque ad præſens tempus, i. nondum matura eſt meſſis eorum. quaſi dicat: & ſi ſemini tuo hanc terram promitto, tamen ante tempus complementi iniquitatis eorum, & maturæ meſſis illos non exterminabo. Prædicta etiam ſeptem maturæ meſſis ſigna præceſſiſſe iudicium Sodomæ, & Gomorræ, & confinium ciuitatum ſatis patere poteſt, qui ponderat diligenter verba, Gen. 19. quæ de illo iudicio conſcribuntur, & ſic mens illuminata, atque diſcreta ad præcauendum pericula diuinorum iudiciorum in varijs tem- C poribus, atq; patrijs poterit talia ſigna prudenter cõſiderare: & non ad præſumptuoſè prædicendum futura, ſed & ſibi, & alijs præcauenda mala futura.

Quòd tempus vltimi iudicij, & dies eius aliquibus perfectis poterunt eſſe noti.

Tempus iudicij. Tertiò quoque circa tempus iudicij poſſunt eſſe quidam, quibus poterit reuelari tempus iudicij, & dies eius. Nam ex ſcripturis non poſſumus certitudi- D naliter arguere, ꝙ nullus tẽpus iudicij ſciat, aut ſcire debeat: quod etiam inconueniens eſt, ſi non de hoc reuelauerit alicui Angelorum, aut beatorum, & ſpecialiter matri ſuæ. Aliud eſt enim de nobis, aliud de beatis, qui in nullo à Dei voluntate deuiare poſſunt. Inſuper eſt aliud de communitate hominum, aliud de ſingularibus Sanctis, qui vnus ſpiritus ſunt cũ Deo. Nam reprobi licèt neſcierunt horam aduentus diluuij, tamen Noe cum familia id præſciuerunt. Vnde Gen. 7. dicit Dominus: Ingredere tu, & filij tui in arcã: adhuc enim, & poſt dies ſeptem ego pluam ſuper terrã quadraginta diebus & noctibus. Et ante in 6. cap. ait illi Dominus, Erũt dies eius, ſcilicet hominis, E ſiue humanæ generationis centum viginti annorum. Per Noe, & familiam eius perfecti, & electi finalium temporum myſticè deſignantur: per reliquos verò reprobi eorundem temporum denotantur. Sic Abrahę, & Loth hora ſubuerſionis Sodomorum prædicta fuit, Gen. 18. & 19. & tamen Luc. 17. & Matth. 24. videtur, ſeu aſſimilatur occultatio de die iudicij occultationi diei diluuij, & horæ ſubuerſionis Sodomitarum.

Quadruplex obiectio, & reſponſio ad talia obiecta. F

Obiectiones. Sed obijcitur contra nuperrimè dicta. Dicitur enim, Matth. 24. de die autem illa, & hora nemo ſcit, neque Angeli cœlorum, niſi pater ſolus. Ad quod dicendum eſt, quòd ſicut patet ex ſupradictis, ità poſſunt dici Angeli Dei neſcire, ſcilicet ad reuelandum nobis: ſicut & filius Dei Chriſtus. Secundo etiam obijcitur, quia Dominus ait, Matth. 24. Vigilate igitur, quia neſcitis qua hora Dominus venturus ſit. Ad quod dicendum, quòd prædictum Domini verbum non habet locum, niſi reſpectu communitatis hominum, quibus talis occultatio conueniens eſt. Tertiò obijcitur, G quia dicitur Matth. 25. Media nocte clamor factus eſt, ecce ſponſus venit. Vbi Auguſti. ait, Media nocte. id eſt nullo ſciente, aut ſperante. Ad quod dicendum, quòd mirabile eſſet, ſi ſaltem per modicum momentum ante non poſſet Deus reuelare horam illam: ergo reſpectu communitatis dicitur venturus media nocte clamor factus eſt. Vnde j. Theſſal. 5. De temporibus autem fratres, & momentis non indigetis, vt ſcribamus vobis. Ipſi enim diligenter ſcitis: quia dies Domini ſicut fur in nocte, ita veniet, atque diſtinguens inter bonos, & ma- H los ſubdit: Vos autem fratres non eſtis in tenebris, vt dies illa, tãquam fur, vos comprehendat. Omnes enim vos filij lucis eſtis, & filij diei, non ſumus noctis, neque tenebrarum. Quartò obijcitur de verbo, Act. 1. vbi Dominus Apoſtolis ait: Non eſt veſtrum ſcire tempora vel momenta, quæ pater poſuit in ſua poteſtate. Conſtat enim, quòd ſi aliquibus hoc reuelatũ foret, præcipuè Apoſtolis debuit reuelari: per quos fides, & eccleſia fundanda erat, atque docenda. *Solutio.* Ad quod dicendum, ꝙ Chriſtus loquitur ibidem Apoſtolis, vt adhuc carnalibus. Sicut quando ait, Ioan. 16. Multa habeo

A beo vobis dicere, quę non poteſt portare modo. Et ſicut quando Matth. 20. ait Iacobo, & Ioanni, Neſcitis quid petatis. Et addit: Sedere autem ad dexteram meam, vel ſiniſtram non eſt meum dare vobis: inquãtum eſtis ſecundum carnem cognati mei, aut vobis inquantum indiſpoſiti eſtis. Et hoc ibidem Chriſtus innuit, cum dicit: Sed accipietis virtutem ſuperuenięntis Spiritus ſancti in vos, &c. Non igitur videtur, ꝙ ex hoc verbo, Act. Apoſtolorum poſſet ita: certitudinaliter hoc argui, ſicut aliquibus videtur.

B

Secunda quæſtio.

Quæſitũ. CIrca hoc etiam quæri poteſt, quare Chriſtus diſcipulis ſuis ait, Matt. 24. ideoq; & vos eſtote parati: quia qua hora non putatis filius hominis venturus ſit, cum nullus illorum temporum circa horam iudicij viuus reperietur: & ipſe loquitur ad eos, ac ſi iudicium in tempore eorũ deberet fieri? Ad quod tripliciter reſpondetur. Primo ſecundum Aug. ad Eſytium, dicens, ꝙ in perſona eorum loquitur omnibus: quia quodammodo ad omnes pertinet

Solutio. C dies illa. Tunc enim cuiq; veniet dies illa, cum venerit dies mortis illius: vt talis hinc exeat, qualis in illo die videndus eſt. Ille enim dies cum venerit imperatus, quem inuenit imperatum, huius ſuæ vitæ vltimus dies eſt. Vnde Mar. 13. Quod autem vobis dico, omnibus dico, vigilate. Secundo, quia mos eſt ſcripturæ ſacræ loqui de vno, aut vni in perſona alterius. Vnde 1. ad Theſſal. 4. ait Apoſtolus pro his ſanctis, qui circa iudicium reperiri debebant viui, inquit: Quia nos qui viuimus, qui reſidui ſumus, in aduentu Domini non præueniemus eos, qui dormierunt, cum tamen ipſe non deberet tunc inueniri viuus. Tertio, quia a tempore Chriſti inſtabat dies cuiuſdam magni iu-

D dicij, & iſtud in ſe myſticè continens. Illud autem eſt excęcatio, & reprobatio Iudæorũ, ac ſublimatio fidelium ſuorũ. Vnde ex prima ratione, quæ eſt Aug. colligi poteſt, quare de die iudicij ſæpius eſt prædicandũ, ac ſemper cum tremore expectandum.

Quòd tremenda erit executio iudicij generalis. Cap. 4.

Timoroſa executio. QVarto Chriſtus mundum iudicaturus oſtendet ſe habere executionem timoroſam. Vnde Io. ſubdit, Et miſit qui ſedebat ſuper nubem falcem ſuam E

in terram, & meſſuit terram. Nubes autem hęc, ſuper quam ſedebit Angelus Chriſtus: eſt humana caro illius. Vnde Eſa. 19. Ecce Dominus aſcendet ſuper nubem leuem, & ingredietur Ægyptum. Super hanc nubem ſedebit, mundum in tranquillitate iudicaturus: tamen peccatoribus terribilis apparebit. Tunc quidem falcem ſui ſeueri iudicij in terram mittet, quãdo propter impiorum abuſum terram ſic damnabit, vt omnino ſeruitia ſua impijs neget, qui Deo hoc in ſeipſis negant, quæ non ſolum ex beneficio creationis, ſed Chriſti redemptionis merito habent, vel etiam habere poſſunt. F

Vnde Eſa. 24. Ecce Dominus nudabit terram, & diſſipabit eam. Ideo dicit Ioan. & meſſuit terram, ſ. impios ab eis tollendo, ſ. ne liceat amplius viuere, quibus ſemper libet peccare. Homines nęmpe ſuperius meſſis nominati ſunt. Ideo de tali meſſione Eſa. 17. Ablata eſt meſſis in die hæreditatis, & dolebit grauiter. Dies hæreditatis eſt dies retributionis, quo retribuet vnicuique ſecundum opera ſua, cum Deus dabit hæreditatem timentibus nomen ſuum. Sed in hac die auferetur meſſis impio, cum nullus fructus inuenietur in labore ſuo: & ideo

G grauiter dolebit, quia æterna egeſtate, atq; pęnalitate cruciabitur in æternum. Quanta aũt ſit futura acerbitas illius vltimę meſſionis, oſtendit Chryſoſtomus, dicens: Si rex terrenus contra aliquem proceſſurus expeditionem mãdat in populo, dignitates *Simile.* omnes mouentur, exercitus excitantur, tota ciuitas ſeruet: quanto magis Rege cœleſti exurgẽte, iudicare viuos, & mortuos, Angelicæ virtutes mouebuntur, terribiles ministri, terribilem Dominum præcedentes? Proinde Sapien. 5. Armabit creaturam in vltionẽ inimicorum: & pugnabit pro eo orbis terrarum contra inſenſatos. Tanta vtiq;

H erit cunctarum creaturarum pugna contra innumeros peccatores, ꝙ ſicut Mar. 13. dicitur, virtutes cęlorum mouebuntur, id eſt horrebunt præ magnitudine ſignorum; & cladis. Sicut enim homo manens in ſupercilio montis videt aliquam abſorberi ciuitatem hyatu terræ, aut incendio concremari: quodam naturali inſtinctu horret, licet videat periculum ſibi non imminere. Sic Angeli, atque beati videntes contra reprobos pugnare vniuerſum mundum, quodam naturali horrorę commouebuntur. Vnde Pſal. Turbabuntur, qui habitant terminos, a ſignis tuis.

De

A *De quindecim ſignis præcedentibus iudicium.*

Hierony.

Signa q̃n decim p̃cedentia vniuerſale iudiciũ: de q̃bus vide magiſtrũ ſacra Hiſtoria.

QVæ autem ſint ſigna tanti terroris, illa oſtendit Hierony. qui in annalibus Iudæorũ quindecim terribiliſſima ſigna iudicium præcedẽtia ſe dicit inueniſſe: ſed an continuè, ſiue non: aut an immediatè præcedent iudicij diem, ſe reperiſſe non dicit. Quantum autẽ credibilia ſint, ipſa ſcripturarum teſtimonia manifeſtant: quæ cum ipſis ſignis in robur eorum per ordinem ſubiungamus. Prima die eriget ſe mare quindecim cubitis ſupra montes ſtans immobile in ſuo loco.
B Vnde in proſpectu talis altitudinis territi homines fugient a facie maris: vnde Lu. 21. Erit in terris preſſura gentium, ſcilicet propter fugam. Vnde propheta, Altitudo, ſ. maris, manus ſuas leuauit: vt innuatur, quòd ſtãte mari in altitudine prædicta, in ſe terribiliter fluctuabit. Quod oſtenditur, Sapien. 5. Candeſcet illos aqua maris, & flumina corruent duriter. Vnde propheta. In ſpiritu furoris tui congregatæ ſunt aquæ. Et de hominibus ait: Ipſi videntes ſic admirati ſunt, conturbati ſunt, commoti ſunt, tremor apprehendit eos.
C Secunda verò die tantum deſcendet, quòd videri nõ poterit: quod intellige, niſi cum terribili ſtrepitu hoc debere fieri. Vnde Pſalm. Mare vidit, & fugit: Iordanis cõuerſus eſt rettorſum. Et iterum, Dedit abyſſus vocem ſuã, ſcilicet in aquarum deſcenſu. Et viderunt te aquæ Deus, &c. Et Lu. 21. præ confuſione ſonitus maris, & fluctuum areſcentibus hominibus præ timore, &c. Tertia autem die marinæ beluæ ſupra mare dabunt rugitus vſque ad cœlum. Vnde Sapien. 17. Mugientium valida beſtiarum vox, aut reſonans de altiſſimis montibus echo: deficientes
D faciebant, id eſt, faciẽt illos præ timore, & expectatione. Quarta verò die ardebit mare, & aqua. Quod Dominus etiam teſtatur per prophetam dicentem. Ignis ſuccenſus eſt in furore meo, & ardebit vſque ad inferni nouiſſima. Quinta autem die herbę, & arbores dabunt ſudorem ſanguineũ, & rorem. Vnde Eſa. 26. Reuelabit terra ſanguinem ſuum, & non operiet vltra interfectos ſuos. Vnde Dominus ait, Ioelis 2. Dabo prodigia in cœlo ſurſum, & in terra deorſum: ſanguinem, & ignem & vaporẽ fumi. Sexta inſuper die ruent omnia ædificia mundi, quod innuit Ioel. 3. dicẽs, Ægyptus in deſolatione erit, & Idumea in deſertum perditionis: pro eo, ꝙ iniquè egerunt. E
Septima die petræ adinuicem collidentur, teſte Eſa. 24. Concutientur fundamenta terræ, confractione confringetur terra, &c. Octaua die fiet terræmotus generalis: quod & propheta teſtatur, dicens: Terra tremuit & quieuit, cum exurgetet in iudicium Deus. Nona die exibũt homines de cauernis, & ibunt quaſi amentes, præ timore non poterũt mutuo loqui. Ideo Eſa. 33. ait. Contriti ſunt in Syon peccatores, poſſedit tremor hypocritas. Decima die adęquabitur terra: ideo Eſa. 40. ait: Omnis vallis implebitur, & omnis mons, & collis humiliabitur. Vnde Pſal. Montes ſicut cera fluxerunt a facie Domini, a facie Domini F
mota eſt terra. Vndecima die egredientur, atque cõſurgent mortuorum oſſa, & ſupra ſepulchra ſtabunt: vnde Ezech. 37. Factus eſt ſonitus magnus, & ecce commotio, & acceſſerunt oſſa ad oſſa, vnum quodque ad iuncturam ſuam. Duodecima die cadent ſtellæ de cœlo, ſicut Dominus Lu. 21. teſtatur dicens, Erunt ſigna in ſole, & luna, & ſtellis. Et iterum Ioel 3. ait, Sol, & luna obtenebrati ſunt, & ſtellę retraxerunt lumen ſuum. Et iterum in 2. c. ait, Sol conuertetur in tenebras, & luna in ſanguinem antequã G
veniet dies Domini magnus, & horribilis. Etenim omnis, quicunque inuocauerit nomen Domini, ſaluus erit. Et Apoc. 6. Stellę de cęlo ceciderunt ſuper terram, ſicut ficus mittit groſſos ſuos, cũ a vento magno mouetur: & merito hæc omnia fient. Nam ſecundum Chryſoſt. Patrefamilias moriente domus eius turbatur, familia plangit, & nigris veſtibus ſe induit. Sic etiam humano genere, propter quod omnia facta ſunt, circa finem conſtituto, deſtruitur mundus, luminaria cœli lugent, & candore amoto tenebris induentur in fine ſeculi. Tertiadecima die morientur homines tunc viuen- H
tes, vt cum mortuis reſurgant: quia contra hominem totus conturbabitur mundus. Ratio huius eſt, ſecundum Bonauen. quia homine labente cecidit mundus: ideo in iudicio propter ſeueritatem iudicis oſtendendam neceſſe erit omnium corda terreri, & peccatorum maximè qui vniuerſorũ contempſerunt Dominum, vt ſic omnis creatura diuinum accipiat zelum, & cõformetur creatori ſuo. Et quia nihil intenſius, vel velocius, aut horribilius in agendo, & mouendo inter alia elementa, quàm ignis ex omni parte cõcurret: hinc eſt, ꝙ neceſſe erit, quòd ipſius iudicis faciem præcedat

ignis,

A ignis, non ex vna parte tantum, ſed ex omni parte mundi, iuxta illud prophetæ. Ignis ante ipſum præcedet, &c. Terribilis nempe erit ille ignis, quia diuina virtute non tantù ignis, qui permanet in ſphera ſua, ſed & ignis mundi purgatorij, & inferni ad hoc ſimul concurrent præuenientes faciem iudicantis. Ex his quidem quatuor ignibus diuino iudicio fiet vnus, qui omnium prædictorum ignium perficiet officium, eo ꝙ ignis terreſtris, ſecundum Bonauen. purgabit iuſtos, cruciabit malos, incinerabit corpora, & conſumet cuncta terræ naſcentia, & animalia. Ignis vero elemẽtalis B elemẽtata ſubtiliabit, atque ad innouationem diſponet. Ignis purgatorij purgabit electos: illos, quibus neceſſe purgari erit. Sed ignis inferni impios iam incipiet cruciare. Decimaquarta die ardebit cœlum, & terra, id eſt ſuperficies aeris, atque terræ. Porrò quia mundus iſte purgari debet cum homine purgando, & homo in fine temporum indiget expurgari è ſcoria auaritiæ, & malitiæ, ſicut in primo tempore a fęce luxuriæ: indiget etiam purgari velociter, intimè, & perfectè. Hinc eſt, quòd ſicut primus mundus deletus eſt per aquam, quæ eſt frigida, & purgatiua contra ardorem, & fętorem C luxuriæ, qua illud ſeculum inficiebat: ſic finalis mũdus per ignem, qui calidus eſt, & conſumptiuus, finiri debet cõtra torporem charitatis, & frigus malitiæ, & cupiditatis: quæ maximè regnabit in ſeculi ſenectute. Et quia illa ſunt maximè adhærentia: neceſſe eſt, ꝙ purgatio ſit actionis intimæ violentæ, & acceleratæ: quod non continget reperiri in aliquo elemento, quàm in igne. Sed actio huius ignis ſucceſſiua erit, habens initium, medium & finem: ideo tũc elementaris ignis elementa ſubtiliabit, & ad innouationem diſponẽt, ſicut teſtatur D Petrus 2. Pe. 3. dicens: Veniet dies Domini, ſicut fur, in quo cœli magno impetu trãſient: elementa verò calore ſoluentur: terra autem, & quæ in ipſa ſunt opera exurentur. ex hac enim concrematione fiet elemẽtorum ab impuritate, quam habent ex commixtione ad puritatem mutatio, maximè in terra, & aere, & ſic purgatis iuſtis, & cõbuſtis reprobis ceſſabit motus cœli, & planetarum. Decimaquinta die fiet cœlum nouum, & terra noua, atque reſurrectio mortuorum. Nã ſicut j. Theſſal. 4. ait, Apoſtolus: Ipſe Dominus in iuſſu, & in voce Archangeli, & in tuba deſcendet de cœlo. In iuſſu quidem, ſecundum Nico. de Lyra,

Mundus iſte purgari debet à ſcoria auaritiæ.

quia imperans mortuis Dominus dicet, E Surgite mortui, & venite ad iudicium: & voce Archangeli Michaelis, qui eſt Eccleſię Princeps, ſub quo Angeli etiam notantur. Nam ſecundum Richar. quia hæc citatio erit mentalis, atque vocalis, ideo mentaliter ad iudicium vocabuntur à Deo: & vocaliter ꝑ miniſterium Angelorũ, iuxta illud, Matth. 24. Mittet Angelos ſuos, & congregabit electos ſuos à quatuor ventis cęli: quia aduerſus quatuor mundi partes admirãda voce clamabunt. Surgite mortui, venite ad iudicium. Hi verò Angeli mirabiliter intonabunt, tanquàm præcones iudicij. Tuba autem Dei erit ſupradicta vox Chriſti, qui de F ſcendet de cœlo, ſ. in humana forma. Et ſubdit Apoſtolus, Et mortui, qui in Chriſto ſunt, reſurgent primi: deinde nos, qui viuimus, qui relinquimur, ſimul rapiemur cum illis obuiam Chriſto in aera. Iſta quidem prioritas, atque poſterioritas, ſecundũ prædictum Nicol. ad actum reſurgendi minimè referri poteſt, ita quòd aliqui prius, & aliqui poſterius reſurgant, eo quòd omnes in inſtanti reſurgent, ſicut dicitur j. Corinth. 15. Omnes quidem reſurgemus, ſed non omnes immutabimur: & ſubdit, in momento, in ictu oculi in nouiſſima tuba. Nec etiam poteſt hic accipi prioritas di G gnitatis: quia patres veteris teſtamenti in reſurrectione non erunt digniores Apoſtolis, qui erunt iudicis aſſeſſores, ſicut dicit Dominus, Matth. 19. Sedebitis ſuper duodecim ſedes iudicantes duodecim tribus Iſrael. De quibus Apoſt. intendit dicere: deinde nos, qui viuimus, qui relinquimur. Propter quod, ſaluo meliori iudicio, videtur dicendum, quòd prioritas iſta, atq; poſterioritas referenda ſit ad quietem in Chriſto moriendo in eius fide. Et additur, ſimul rapiemur, ſcilicet iam reſuſcitati cum illis in nubibus obuiam Chriſto ad iudicium H venienti in aera.

De loco Iudicij.

DE loco autem, vbi iudicium faciet Dominus ſuper mundũ, Ioel. 3. ſcriptum eſt, quòd Deus dicet, Conſurgant, & aſcendent omnes gentes in valle Ioſaphat, quia ibi ſedebo, vt iudicẽ omnes gentes in circuitu: Sedebit enim Deus in eminẽtiſſimo loco aeris ſuper montẽ Oliueti, vnde in cęlo aſcendit, & omnes Sancti cum illo apparebunt, vnde omnes iudicandi apparebunt in valle Ioſaphat, & circa eam:

Locus vniuerſalis iudicij.

A eam: quia monti Oliueto propinqua eſt, ſ. inter ipſum montem, & Hieruſalem. Apparebit autem Chriſtus, ſecundum Grego. ibi blandus iuſtis, & terribilis impijs. Videbunt enim mali Chriſti humanitatem, vt timeant: non tamen diuinitatem, ne gaudeant. Iuſti verò vtranque illius contemplabuntur naturam, vt ſimul cum anima, & corpore iam glorioſè lætentur.

Articvlvs Secvndvs.

B *De modo, ſecundum quem Dominus exequetur iudicium generale.*

SEcundò principaliter cōſideremus circa iudicium generale executionẽ conſequentem, quæ in Euangelio hodierno patet. Quod quidem breuiter exponamus, eo quòd in Quadrageſimali de Relig. Chriſtiana, latius declaratum ſit. In hoc igitur Euangelio circa executionem futuri iudicij, quatuor inſinuantur. Primum regalis aduentus, ſecundum generalis concurſus, tertium iudicialis proceſſus, quartum finalis ſucceſſus.

C

Cum quanta gloria triumphali, & maieſtate Chriſtus veniet iudicare totum mundum. *Cap.* 1.

Gloria Chriſti iudicantis.

PRimò quidem circa executionem diuini iudicij inſinuantur Chriſti triumphalis, ſeu regalis aduẽtus. Veniet quidem, vt homo, & hoc cum tanta altitudine maieſtatis, & gloriæ, quòd expreſsè in eius corpore non ſolum iuſtis, ſed etiam impijs celſitudo maieſtatis ſuæ mirabiliter refulgebit. Proinde Dominus ait: Cum venerit filius hominis, quia in forma hominis venturus eſt: inquãtum tamen Deus, iudex ordinarius: inquantum homo, iudex delegatus: in maie-

In qua forma iudicaturus eſt Chrs.

D ſtate ſua: eo ꝙ apparebit, vt dictum eſt, in forma hominis. glo. quia primò apparuit in forma paſſibili, & infirma. Vel maieſtas dicitur diuinitatis virtus: vnde Matth. 24. Videbunt filium hominis venientem in nubibus cęli cum virtute, &c. Et ſequitur, & omnes Angeli eius cum eo. Tum propter honorem iudicis, tum propter executionẽ iudicij, eo ꝙ miniſterio Angelorum deducentur electi ad cęlum: ac per alios malos Angelos trahentur reprobi ad infernum. Nihilominus nomine Angelorum, etiam intelliguntur angelici viri, atq; perfecti, qui E cum Chriſto, ideo in maieſtate venire dicuntur: quia & ipſi maieſtatiuè ſuper inferiores, quaſi iudices duodecim ſedibus pręſidebunt, ſicut dictum eſt. Et licèt principales Apoſtoli in illis ſedibus conſeſſuri anthonomaſicè exprimuntur: intelligitur etiã vltra hoc ſuperabundans numerus perfectorum imitatorum Chriſti: tũc ſedebit ſuper ſedem maieſtatis ſuæ: per hanc ſedẽ ſignificatur iudiciaria poteſtas, quæ Chriſto homini data eſt: vnde Apoc. 20. Vidi thronum magnum, & candidum, & ſedentem ſuper eum, à cuius conſpectu fugit cœlum, & terra, & locus non eſt inuentus ab eis. F Per thronum magnum, & candidum ſignificatur regia, & iudiciaria poteſtas, ſeu maieſtas: & gloria diuinitatis Chriſti, vel celſitudo, & candor mũditiæ, & gloriæ humanitatis ſuæ: in qua eius diuinitas ſignificatur ſedere, ſicut in glorioſo throno. Aut ꝑ thronum ſignificatur tota Eccleſia Sanctorum, vel ordinum ſuperiorum luce gloriæ candidata: per quam Deus exercebit ſua iudicia in damnatis. Additur ꝙ à conſpectu ſedentis fugit cœlum, & terra: tum quia omnes habitantes in cœlo, & in terra præ G nimio timore furoris eius, aut præ ſumma reuerentia maieſtatis eius in propriam paruitatem, & nihilitatem reſilient, ac ſi eſſent ſibijpſis annihilati. Ideo ſubditur, ꝙ locus non eſt inuentus ab eis, id eſt ſic facta ſunt, quaſi nihil, ac ſi nuſquàm eſſent: tum quia ſicut lux candelarum, atque ſtellarum diſpareret in aduentu ſolis, ac ſi eſſent annihilata, ſeu obſcurata: ſic ad fulgorem gloriæ Chriſti omnia alia reſpectu eius erũt quaſi nihil. Ideo Pſal. ait: Deus manifeſtè veniet: non ſub nube, ſicut in primo aduentu. Proinde verificabitur, quod Apoc. 6. de reprobis dicitur: quia dicent montibus, & petris, cadite ſuper nos, & abſcondite nos à facie ſedentis ſuper thronum, & ab ira agni. Vñ propheta. Pones eos, vt clibanum ignis in H tempore vultus tui, id eſt ſicut ignis ardet *Pſal.* in clibano interius, ſic vermis conſcientiæ exuret eos. Vnde Oſeæ 7. Omnes adulterantes quaſi clibanus ſuccenſus à coquẽte: adulterantes vtique ſunt, quicunque alij, q̃ Deo ſe per amorẽ inordinatè coniungunt. Coquens erit diabolus, qui malas cogitationes conſcientiæ miniſtrabit: ſicut coquens adminiſtrat ligna, & in tempore vultus tui, id eſt vultuoſitatis tuæ, id eſt ſupercilia commouentis, quod eſt comminantis ſignum.

Quòd

A *Quòd omnes gentes apparebunt coram iudice iuſto, & ab eo iuſti ab impijs ſeparabuntur.* Cap. 2.

SEcundò inſinuatur ad iudicium generalis concurſus. vnde ſubditur: Et congregabuntur ante eum omnes gentes, id eſt omnis ætas, & omnis ſexus, ſecundũ glo. Nullus enim tunc latere poterit à facie iudicantis. Sed per Angelos bonos, iuſti, & per malos impij adducentur: & ſeparabunt eos abinuicem, ſicut paſtor ſegregat oues ab hædis. Licèt enim hic diſtinctio ad literam localiter fiat: fiet nihilominus per di- *De his, q iudicabũtur.*
B uerſam qualitatem gloriæ, atque pœnæ. Separabit, inquàm, eos merito, loco, & vocabulo. Merito inquàm, omnium merita diſcutiendo: loco, varia loca aſſignando: vocabulo, varijs nominibus appellando: hos hædos, illos verò oues. In ouibus denotatur innocentia iuſtorum: tum propter ſimplicitatem, tum propter fęcunditatem, tum propter mititatem, ſicut de ſe dicunt. Propter te mortificamur tota die, æſtimati ſumus ſicut oues occiſionis. In hædis impietas malorum ſignificatur, tum propter fœditatem, tum propter periculoſitatem, tum propter ſterilitatem. Et ſtatues oues à dex-
C tris ſuis, & hædos à ſiniſtris. Per dexteram ſtatus gloriæ ſignificatur, per ſiniſtram ſtatus pœnæ æternę indicatur. Ideo Prouer. 4. Vias, quæ à dextris ſunt, nouit Dominus: peruerſæ ſunt, quæ à ſiniſtris ſunt. De iſta diuiſione ait propheta orando: Domine à paucis de terra, ſ. viuentium, diuidis eos in vita eorum: Ait enim: Domine à paucis, ſ. ouibus, quæ paucæ ſunt reſpectu hædorũ, iuxta illud Iob 34. Conteret multos, & innumerabiles. Vnde propheta: Iudicabit in nationibus, implebit ruinas, ſ. Angelorũ: cõquaſſabit capita in terra multorum, quia multi ſunt vocati, pauci verò electi. Diuide inquit eos meritò, loco, & vocabulo: in vi- *Pſal.*
D ta eorum, ſ. vt ſic viuentes æternaliter crucientur. De hac diuiſione, dicitur Iob 38. Lapidem caliginis, & vmbram mortis diuidet torrens à populo peregrinante. Lapidem vocat impios propter obſtinationem: caliginis, propter obcęcationem: vmbram mortis, propter diaboli ſimilitudinem: populum peregrinantem, vocat Sanctos, qui non habent hic ciuitatem manentem, ſed futuram inquirunt. Ab his diuidet malos torrens, id eſt iudiciaria ſententia, quæ ſequetur. Et rationem huius Pſal. ſubdit, dicens: De abſcõditis tuis adimpletus eſt venter eorum. Abſcondita ſunt crimina, non B
confeſſa, Prouerb. 28. Qui abſcondit ſcelera ſua, non dirigetur: adimpletus eſt venter eorum, id eſt conſcientia eorum. Hiere. 4. ventrem meum doleo. Sic dicere poterunt in die iudicij hi, qui per confeſſionem ſuam non manifeſtant peccata ſua: Lu. 21. væ prægnantibus diebus illis.

De remuneratione iuſtorum, & punitione malorum. Cap. 3.

TErtiò inſinuatur iudicialis proceſſus: in quo duo principaliter demonſtrã tur. Primum eſt remuneratio iuſtorum, ſecundum condemnatio malorum. Primò quidem in remuneratione iuſtorũ exprimuntur duo. Primum eſt collatio præmij: vnde ſubditur, Tunc dicet rex, qui à dextris eius erunt. Supra enim Chriſtus dictus eſt filius hominis, hic verò nominatur rex. Ad cuius quidem apicem pertinet ſubditos regere, leges condere, legis trãſgreſſores punire, obſeruatores præmiare, quod tunc clarè patebit. Tunc quidem non quęret Pilatus, ergo rex es tu? Tunc quoq; nõ dicet Iudæi, non habemus regem, niſi Cæſarem. Et additur: Venite benedicti patris mei, poſſidete paratum vobis regnum à cõſtitutione mundi. In quibus verbis quatuor continentur. Primò inuitat ad hæreditatẽ, dicens: Venit: ſecundò dat benedictionem, cum dicit, benedicti patris mei: tertiò confert poſſeſſionem, dicens, poſſidete: quartò poſſeſſionis confirmationem addens, paratum vobis à conſtitutione mundi. O dulciſſima locutio, & vox omni iucũditate pleniſſima, inuitans ad amplexum totius Trinitatis, & ad quietam, & æternã poſſeſſionem ſuæ gloriæ triumphalis. O quanta iucunditas erit cuilibet videre ſe regem fieri æterni regni, cũ ipſe ſit primogenitus mortuorum, & princeps regum terræ, vt dicitur Apoc. 1. Secundò ſubditur expreſſio meriti, cum Dominus ait: Eſuriui, & dediſtis mihi manducare: ſitiui, & dediſtis mihi bibere: hoſpes fui, & collegiſtis me, & ſic de alijs operibus miſericordiæ. Tunc reſpondebunt ei iuſti, dicentes: Domine, quando vidimus te eſurientem, & pauimus te: ſitientem, & dedimus tibi potum: quando te vidimus hoſpitem, & collegimus te, & ſic de alijs operibus miſericordiæ. Tunc rex dicet illis: Amen dico vobis, quicquid feciſtis vni ex minimis iſtis, ſcilicet de fratribus iſtis, mihi feciſtis. *Duo conſiderãtur in remuneratione iuſtorum.* G H

Prima

A *Prima quæſtio.*

Quæſtio. SEd nunquid iuſti ignorabût prędictorum rationem, vt hoc quærant? Ad hoc quadrupliciter reſponderi poteſt. Primò, ꝙ hæc vera poſſunt quadrupliciter legi, vt ſit ſenſus: ꝙ ſi illud dicerent, eis ſic à Chriſto reſponderetur. *Solutio.* Secundò vt ſignificent potius admirationem eorum ſuper tanta vnitate capitis Chriſti, & membrorũ ſuorum, atque plenam illuminationem ſuper hoc. Tertiò, vt oſtendatur, ꝙ hoc vtiq; quærerent, aut quærere poſſent: niſi p Chriſti doctrinam de hoc illuminati eſſent. Vnde ſecundum Diony. pertractantem illud, B Eſa. 63. Sed quis eſt iſte, qui venit de Edom tinctis veſtibus, &c. Et illud Pſal. Quis eſt iſte rex gloriæ. Per huiuſmodi quæſtiones ſignificatur defectus neſcientiæ naturalis, & ſi non temporalis pręcedens deſiderium ſcientiæ Dei, & hanc ſcientiam recipiendi à Deo: per reſponſiones verò inſinuatur influſio luminis ſupradicti. Quartò, vt per hoc demonſtratiuè oſtenderetur dubia conditio iudicandorum, & fortè aliqui in ipſo exitu mortis, quo vadant ad iudicium in multis conſimilibus, dubitant.

C *Secunda quæſtio.*

SEd qui ſunt illi minimi, de quibus hic loquitur Chriſtus, & quomodo nõ ponuntur inter iudicandos, nec etiam videntur poni inter aſſeſſores? Ad quod dicendum, ꝙ illi minimi ſunt viri in humilitate perfecti, qui ex triplici cauſa in ipſo aduentu iudicis expreſsè non fuerunt nominati. Primò, vt innuatur, ꝙ ſunt quodãmodo idem, quod Chriſtus, ſicut ipſe poſtea dicit: ideo in ipſo Chriſti aduentu ſupponuntur veniſſe. Secundò, vt oſtendatur, ꝙ pro tanto in nomine Angelorum, ſicut D ſupra dictum eſt, comprehenſi ſunt. Tertiò dici poteſt, ꝙ mos eſt ſacræ ſcripturæ plerunque in principio aliqua prætermittere, & tandem, ac ſi præmiſſa fuiſſent, ſic de eis facere mentionem.

Tertia quæſtio.

TErtiò quæri poteſt, quæ ſit cauſa operum miſericordiæ, de quibus hic fit mentio? Dicendum, ꝙ ſunt duę miſeriæ hominis in præſenti: Prima eſt naturalis, ſecunda verò accidentalis. Prima eſt miſeria naturalis; & hæc duplex. Aut corruptione interiori, & ſic eſt eſuries, & ſitis: B ſed eſuries eſt à calore corrumpente ſiccũ: ſitis autem à calore corrumpente humidũ. Aut eſt ex corruptione exteriori, & ſic eſt indigentia veſtimenti, & hoſpitij. Sed veſtimentum eſt contra immutationem propinquam, ſ. aeris corrumpentis continuè: hoſpitium verò contra immutationem diſtantem corrumpentem interpolatæ. Secũda eſt miſeria accidentalis, & hæc etiam dũplex eſt. Aut ex corruptione naturæ, & ſic eſt infirmitas: aut ex illatione violentiæ, & ſic eſt carcer. Non tamen fit hic mentio de ſepultura mortuorum: quia opera miſericordię fiunt proximis, inquantum mortuus F ſunt Chriſti membra, mortuus autem inquantum non eſt, Chriſti membrum eſt: nam Chriſtus ſemper viuens eſt, vt dicitur ad Hebr. 7.

Dua miſeriæ hominis in præſenti.

De punitione malorum.

SEcundò ſubditur condemnatio malorum: quia tunc loquetur ad eos in ira ſua, & in furore ſuo conturbabit eos. Vnde primò ponitur condemnatio, ſecundò ſubditur ratio. Ponitur, inquàm, primò condemnatio: quia tunc dicet his, qui à ſiniſtris eius erunt: Diſcedite à me maledicti in ignem æternum, qui paratus eſt diabolo, & angelis eius. G Vbi quatuor Ieſus implicabit contra malos. Primò repellet eos à ſuo cõſortio, dicens: Diſcedite à me: tollatur impius, ne videat gloriam Dei. Secundò maledicet eos, dicens. maledicti: Tertiò concremabit eos, dicens: in ignem æternum. Quartò alligabit eos, dicens: paratus eſt diabolo, & angelis eius. O verbũ horrendum, ò verbum tremendum, ò verbum pauendum, pertingens vſque ad diuiſionem animæ à fonte omnium bonorum Deo. O verbum compagum, atque medullarum, & omnium interiorum cordis, & H corporis concuſſiuum. O Deus, quis nouit poteſtatem iræ tuæ, & præ timore tuo iram tuam dinumerare? O cõſortium horribile ad imaginandum, horribilius ad videndum, horribiliſſimum ad cohabitandũ. O terribilitas ignis habens calorem æternum. Vnde Eſa. vlt. Ignis eorum non extinguetur. Habens obſcuritatem. Vñ Pſal. Incercidentis flammam ignis, ſ. ſeparando ignis ardorem à claritate. Habens etiam fœtorem. Vnde Pſal. Ignis, ſulphur, ſpiritus procellarum. Habens ardorem. Deuteron. 32. Ignis ſuccenſus eſt in furore meo, & ardc-

Quatuor implicabit Ieſus contra malos.

A ardebit vſque ad inferni nouiſſima. Habens irreuocabilitatem. Pſal. Quæ procedunt de labijs meis, non faciam irrita.

Quarta quæſtio.

Quæſtio. SEd quare non dicit hæc à conſtitutione mundi, ſicut dicit beatis? Dicendũ, ꝙ non hoc dixit, vt manifeſtè pateat, ꝙ aliter ſe habet Deus ad miſerendum, & *Solutio.* aliter ad puniendum. Ad miſerendum ſe habet ex ſuo proprio, & æterno: ad puniendum verò ex noſtro temporali vitio, & peccato. Secundò ſubditur condemnationis B ratio. Vnde exprobratiuè ſubiungit, dicens: Eſuriui enim, & non dediſti mihi manducare: ſitiui, & non dediſti mihi potum: & ſic de alijs operibus miſericordiæ.

Quinta quæſtio.

Quæſtio. QVare non facis hęc mentionem, niſi de operibus miſericordiæ, ac de *Solutio.* pietatis defectu? Dicendum, ꝙ hoc facit maximè propter quatuor. Primùm, vt non ſolum ſpe præmij: ſed etiam propter timorem ſupplicij homines ad opera miſericordiæ prouocentur. C Secundò ad monſtrandum, ꝙ nihil ita prouocat Deum ad rigorem iuſtitiæ, & ad inferendum pœnam, vt ita dicam crudelem: ſicut ipſa impietas, atque defectus pietatis. Nam in eius defectu, quantumcunque ſola cibi negatio videatur impietas, includitur ibi. Tertiò, vt oſtendatur, quòd non ſolum propter mala opera, ſed etiam propter defectum bonorum operum homo damnandus eſt. Vnde Matth. 7. Omnis arbor, quæ non facit fructum bonum: excidetur, & in igné mittetur. Et Matth. 25. Fatuæ virgines ſolũ propter defectum olei condemnabant. Quartò vt ſecundum Gregor. apertè clareſcat, quòd ſi tanta pœna mulctatur, qui ſua D non dediſſe conuincitur: qua pęna feriendus eſt, qui aliena redarguitur abſtuliſſe?

Sexta quæſtio.

Quæſtio. SEd nunquid erit talis diſcrepatio de ſolis operibus miſericordiæ? Et eſt dicē- *Solutio.* dum, ſecundum Richar. ꝙ in iudicio erit diſceptatio mentalis, & vocalis. Prima erit non tantum de omnibus in ſpeciali, ſed etiam in generali: quia dicit Aug. 2. de ciui. Dei, c. 14. Virtute diuina fiet, vt cuiuſcunque opera, ſiue bona, ſiue mala, cuncta in memoriam reuocentur, & mentis intuitu mira celeritate cernantur, vt excuſet, vel accuſet ſcientia conſcientiam, atq; ita ſimul vt omnes, & ſinguli iudicētur. Vnde Matt. 12. De omni verbo ocioſo, quod locuti fuerint, &c. Vtrum autem vocaliter de alijs operibus, ſicut operibus miſericordiæ talis diſceptatio ſit futura, non eſt certum, ſm Richar. Tunc reſpondebunt ei, dicētes: Domine, quando te vidimus eſurientem, & ſitientem, aut hoſpitem, aut nudum, & ſic de alijs, & non miniſtrauimus tibi? Excuſare ſe ſatagunt, quaſi Deum fallere poſſent, qui homines ipſos fallent. Sed notanter aduertendum eſt, ſecundum Orige. quòd ſupra iuſti immorantur in vnoquoq; verbo: iniuſti autem hic nõ ita per ſingula, ſed curſim dicunt: quoniam proprium eſt iuſtorũ benefacta in facie ſibi relata diligenter, & per ſingula refutare cauſa humilitatis: malorum autem hominum eſt culpas ſuas, excuſationis cauſa, aut nullas velle oſtendere, aut leues, & paucas. Tunc reſpondebit illis, dicens: Amen dico vobis, quandiu non feciſtis vni de minoribus his, nec mihi feciſtis. E

Quòd finis generalis iudicij erit damnatio impiorum, & glorificatio iuſtorum. Cap. 4. G

QVartò inſinuatur circa iudiciũ finalis ſucceſſus, qui duplex eſt. Primus eſt impiorum, ſecundus verò eſt iuſtorum. Primus autem impiorum erit pęna ęterna. Nam ſecundum Bonauen. Impij, & ſpiritus maligni cum illo quadruplici igne in baratrum intrudentur, eo quòd ignis ille exequitur ſententiam iudicantis. Vnde ſubditur: Et ibunt hi in ſupplicium æternum: vbi erit damnum irrecuperabile, dolor deſperabilis, pœna interminabilis, confuſio intolerabilis, paupertas inexplebilis, naturæ conſumptio miſerabilis, rebellio inexterna, & externa implicabilis. O infelix peccator, quid acturus es in hora tanti iudicij? quo tremore paueſces in auditu futuri ſupplicij? quo latibulo abſcondes te? Supra erit iudex iratus, ſubtus infernus paratus: iuxta omnes Sanctis ſententiam iudicis approbantes, contra Angeli boni ad tartara propellentes: à dextris peccata accuſantia, à ſiniſtris verò dæmones ad inferos trahentes: interius conſcientia remordens, exterius ignis exurēs. Totus enim ille ignis, qui præceſſerit faciē iudi- *Succeſſus finalis iudicij duplex.* H

A iudicantis, & omnis caliditas eius omnes damnatos conglomerando inuoluet, & trahet ad inferos peccatores: & ſic præcipitãter ruent in ſupplicium ſempiternũ. Tũc.n. ſm Pſal. Dñs in ira ſua conturbabit eos, & deuorabit eos ignis. Secundus aũt ſucceſſus ſequetur iuſtorum: qui. ſ. erit gloria ſempiterna. Vnde ſequitur: Iuſti autem in vitam æternam. Noĩe quidẽ vitę ęternæ dat intelligi gloriã æternalẽ, vt ex ipſo modo loquẽdi maniſeſtè oſtendat, ꝙ illa ſola dicẽda eſt vita, & omne aliud mors, & miſeria ſempiterna: & ꝙ niſi pro quãto ordinatur in illã, pro tãto dicatur aliquid participare de illa.

B

ARTICVLVS TERTIVS.

De ſtatu, in quo remanebit totum vniuerſum poſt iudicium vniuerſale.

Tertiò autẽ conſideremus circa iudiciũ generale cõcluſionẽ ſubſequentem. Nã, conſummato iudicio generali, ſtatim ſubſequetur innouatio mundi: q̃ non cõplebitur, donec in mundo peccator erit, i. quouſq; detrudentur impij ad infernum. Nã ſicut ille maximus ignis elementa purgabit, cũ habeat expulſiuã virtutem extrinſecæ formæ: ſic mundum innouabit, & in pulchriorẽ mutabit, cũ habeat ſubtiliatiuã virtutẽ. Mundum aũt innouari debere, & inducere pulchriorẽ formã oſtenditur triplici ratione. Prima eſt, propter hominis glorificationẽ, ſecũda, propter hoĩs cõformationẽ, tertia propter hoĩs delectationẽ. Primò autẽ propter hoĩs glorificationem. Nã ſicut dignum fuit, ꝙ elementa purgarẽtur, pro eo, ꝙ infecta erãt propter hominũ culpas: ita etiã dignum erat, vt mundus renouetur propter hominis glorificationem. Secũdò propter hominis conformationẽ,

Quid erit in vniuerſo cõſummato generali iudicio.

D hoc eſt, vt totus mũdus, prout poſſibile eſt, glorificato homini cõformetur. Tertiò ꝑꝑ hominis delectationem: quia mundus ideo factus eſt, vt homo in præſenti per ſpeculũ creaturæ cognoſceret creatorem, quẽ nunc in natura ſua videre non poteſt. Ideo in futuro oportet ſpeculum meliorari, vt in purgationẽ, & pulchritudinem creaturarũ amplius reſultet ſpiritus creatoris. Hoc autem non erit ad neceſſitatẽ, eo, ꝙ Deus aliter videri non poſſet, ſicut modo: ſed ad iucunditatẽ, vt. ſ. delectationi viſionis intellectualis addat̃ delectatio viſibilis ſenſus in aſpectu viſibilis mundi. Quartò addi poteſt, ꝙ id fiet, propter creaturarum remunerationem, i. vt creaturæ quodammodo remunerentur pro labore, quo homini ſeruierunt. E Circa hanc enim innouationem quatuor mutationes contemplemur. Primam elementorum, ſecundam planetarum, tertiã damnatorum, quartam beatorum.

De innouatione elementorum, & quòd aliquo modo conformabuntur corporibus glorioſis. Cap 1.

PRimò autem contemplemur mutationẽ elementorum. Primò. n. terra erit ſicut chryſtallus, & planabitur: & licèt hoc per ſcripturam ſacram non habeatur. F Secundò quidẽ aer erit clarior, nec habebit impreſſiones, quas patitur modo: quia non erunt nubes, neq; venti, neq; pluuiæ, neque ros, neque grando, neq; tonitrua, neq; fulgura. Tertiò verò ignis, & aqua erunt puriores, & manebunt etiã non ſolum ſm ſubſtantiã, ſed etiã ſm qualitates ſuas, quas nunc habent quãtum ad habitum, ſed non quantũ ad vſum: quia cum his duobus elementis magis vigeat qualitates actiuè, ſ. frigiditas in aqua, & caliditas in igne: G magis ſunt generationis, & corruptionis principium, & tales effectus illorũ nõ erunt amplius. Et propter hoc interire dicuntur. Vel ideo interire dicuntur ſm aliquos, quia Dñs intercidet in illis, ſm Baſilium ſuper illud Pſal. Vox Dñi intercidẽtis flãmam ignis, ita ꝙ illud eſt calidum, vſtiuum, & frigidũ glaciale inferius tendet. Nã de omnibus elementis ignobile tẽdet deorſum, ſicut groſſum terrenum, & opacum, & tenebroſum, & huiuſmodi ad cruciandum damnatos, vt verificetur illud: Sapien. 5. pugnabit pro eo orbis terrarum cõtra inſenſatos: perſpicuum autẽ in aqua, & lux in igne manebunt, & aſcendent ſurſum ad lætificãdum beatos. Vnde Tob. 13. H Beatus ero, ſi fuerint reliquiæ ſeminis mei ad videndã claritatem Hieruſalem. Ex his patet, ꝙ terminabuntur trãſmutationes elementorum, & generationes animalium, & plantarum, quia eſſe iſtorũ ceſſabunt. Et ꝑꝑ hoc dicuntur interire elementa: nõ quo ad ſubſtantiam, ſed quãtum ad actionẽ, & paſſionem. Secundum enim Rich. in 4. diſt. 28. conueniens eſt, ꝙ cum innouabitur homo, lux etiã in corporibus cęleſtibus adaugeatur: & ex conſequenti, ꝙ elementa abundãtius illuminentur, quàm modo: quia à corporibus recipient maiorem luminis influẽtiam. Verum autem præter illam claritatẽ,

Terra qd erit poſt iudicium vniuerſale.

Pſal.

Quo elementa interibunt.

A quam à corporibus cęleſtibus recipiét, lux eis alia imprimatur, incertum eſt: tamé nullum eſt inconueniens, ſi concedatur, ꝙ fiet & tunc ſicut animæ electorum per lumen gloriæ aliquo modo Angelis cōformātur, manente differentia in eſſentia, & in proprietatibus naturalibus: ſic corpora inferiora per ſuam illuſtrationé aliqualiter eorporibus cœleſtibus conformabuntur, ſalua differentia in eſſentia, & proprietatibus naturalibus. Terra tamen nō illuminabit, niſi in ſuperficie. Si enim in ſuo profundo illuminaretur, impij illud lumen viderent: qua viſione omnino indigni ſunt, vt notum eſt.

B

Quæſtio circa dicta.

Quæſtio. *Solutio.*

SEd nunquid omnia animalia bruta, & vegetabilia deſtruētur? Dicendum ſm Richar. vbi ſupra, ꝙ creaturarum quædam ſunt incorruptibiles ſm ſe totas, ſicut ſunt Angeli boni, & mali, & corpora cęleſtia: quędam ſunt corruptibiles ſm ſe totas, ſicut ſunt mineralia vegetabilia, atq; bruta: quędam verò ſunt corruptibiles ſm partem minus principalé, & incorruptibiles ſecundū partē magis principalé: ſicut homines, qui ſunt incorruptibiles ſm ſpiritum: C quędā ſunt corruptibiles in partibus, & incorruptibiles in toto, nō qm̄ eorum natura tota ex parte ſua corruptibilis eſt: ſed quia propter ordiné mundi non adeſt corrumpens; ꝙ tales creaturæ ſunt elemēta. Statui incorruptibili non conueniunt, quæ ſecundum ſe tota corruptibilia ſunt ex ſua natura, & ſecundum ordinem mundi: & ideo talia non remanebunt, ſicut ſunt mineralia vegetabilia, & bruta. Oēs aūt aliæ creaturæ remanebunt ea, quæ in parte corruptibiles ſunt ſm ſe totas incorruptibiles efficiētur.

D *De innouatione orbium, & planetarum, & quanto ſplendore fulgebunt. Cap. 2.*

Orbes cęleſtes, & ſyderanullā habent permixtionē alioq́ eſſent corruptibilia et ſecundum Philoſophū.

SEcundò cōtemplemur mutationē planetarum. Orbes enim cęleſtes, & ſydera propter impermixtionem nullā habent impuritatem, ſicut habent elementa: ſed tantum habēt motus imperfectionem: ideo innouabuntur, ſed non purgabuntur. Innouatio enim in illis duo de neceſſitate requirit. Primò motus ceſſationem, ſecundò ſplendoris augmentationem. Primò autem quantum ad motus ceſſationem notādum eſt, ꝙ motus oium corporum ſupercęleſtium ceſſabit. Vnde Apoc. 10. Angelus, quem vidi ſtare ſupra mare, & ſupra terrā, E leuauit manum ſuā ad cęlum, & iurauit per viuentem in ſęcula ſęculorum, qui creauit cęlum, & ea, quæ in eo ſunt: & mare, & omnia, quæ in eo ſunt: ꝙ tempus amplius non erit. Confirmatur aūt hoc, quia tunc omnia erunt in diſpoſitione perfecta. Vnde melior eſt diſpoſitio quietis, q̄ motus. Item ſol remanebit in Oriente, & luna in Occidente, vbi primò creata ſunt: & firmamentum ſicut creatum fuit, ſemper erit pleniluniū: ſic.n. ab antiquis Theologis traditum fuit propter optimā vniuerſi diſpoſitioné. Secundò autē, quantū ad ſplendoris augmentationem aduertendū eſt, ꝙ lux ſolis erit ſe- F ptupliciter ſicut lux ſeptē dierū: & lux lunę erit ſicut lux ſolis. Vnde Eſa. 30. c. ait: Erit lux lunæ ſicut lux ſolis, & lux ſolis erit ſeptēpliciter, ſicut lux ſeptē dierū in die, quādo alligauerit Dn̄s vulnus populi ſui, &c. Ratio horum eſt, quia corpora ſuperiora ad vſum hoīs dupliciter facta ſunt. Primò pp neceſſitaté, ſecundò propter delectatioué. Primò propter neceſſitaté, ſ. corporis, videlicet, quo ad ſtatum generationis, & corruptionis: & ceſſante illo, ceſſabit motus. Secundò propter delectationé, ſ. ipſius hominis, vt delectaretur propter Deū in pulchri- G tudine creaturæ, ſicut delectabatur. Pſalm. di. Delectaſti me Dn̄e in factura tua, &c. Inſuper fuerunt creata, vt homo per illa aſcenderet in creatoris ſui cognitioné: ideo lux eorum non ceſſabit, ſed augebitur, ſicut prędictū eſt. Talia quidem cęleſtia corpora adepta quiete, & lumine clariori dicuntur remunerari, vt ſup. patuit: Verūtamen illa, q̄ ſicut diximus, interierunt in homine ſaluabuntur, eo ꝙ homo ſimilitudinem habet cum omni genere creaturæ: & ideo in hoīs innouatione, & glorificatione dici poſſunt oia innouari, & renouari quodammodo.

Ad quid facta ſunt corpora cęleſtia.

H

De tormentis inferni, & varietate acerbitate, & æternitate pœnæ, & poteſt de hoc capitulo fieri ſermo. C. 3.

Quid de dānandis dicēdum.

TErtiò contemplemur mutationem damnatorum. Nempe damnati quoque, & dęmones erunt clauſi in inferno, ſicut in carcere: intantum, ꝙ inde nunquàm egredi poſſunt, licet modo diſcurrere queant per hunc aerem caliginoſum. Vnde Eſa. 34. Claudentur ibi in carcere: quod poteſt eſſe thema. Vnde imperāte Dn̄o, diſcedite à me maledicti in ignē æter-

A ęternum,&c. Eis erit parete neceſſe : & de obedientia executioni ſtatim mãdanda Dominus ſubdit dicens. Ibunt hi in ſuppliciũ, &c. quod poteſt eſſe aliud thema. In cruciatibus carceris inferni, & omnium damnatorum tria erunt. Primò in cruciatibus varietas,ſecũdò acerbitas, tertiò æternitas. Primò erit ibi in cruciatibus varietas : dignum eſt enim, ꝙ ibi nõ remaneat dedecus culpæ ſine decore iuſtitiæ. Triplex.n.erit ibi varietas cruciatus. Prima erit priuatio lucis, ſecunda probatio ignis, tertia afflictio vniuerſalis. Nempe hac pœna multiplici punientur, ſecundum ꝙ multimoda

Triplex varietas cruciat⁹.

B deordinatio eſt in qualibet mortali culpa. In omni enim mortali peccato hæc tria inueniuntur. Primò deordinata auerſio : ſecũdò, deordinata conuerſio, tertiò deordinata voluntas, ſeu affectio. Primò eſt ibi deordinata auerſio, ſ. à ſumma luce, & bonitate, & huic debetur priuatio lucis, i. carentia diuinæ viſionis: de qua Iob 21. Videbũt oculi eius interfectionem ſuam, & de furore omnipotentis bibet. Qui videt mortem, priuatus viſione vitæ eſt. Et Matth. 22. ait: Dñs, Ligatis manibus, & pedibus, &c. Quę quidem tenebræ ita denſæ ſunt, ꝙ nulla luce penetrari poſſunt. Vnde Sapiẽ. 17. Ignis

C quidem nulla vis poterat illis lumen præbere, nec ſiderum lympidę flammæ illuminare poterant illam horrendam noctem. Venerunt enim, vt dicitur Iob 10. ad terrã tenebroſam, & opertam mortis caligine : vbi vmbra mortis, & nullus ordo, ſed ſempiternus horror inhabitat. Et ſm Hierony. magis affligit damnatos videre, ꝙ priuati ſunt gloria, quàm cruciari quacunque alia pęna ſenſitiua. Erit autẽ in inferno aliquid obſcuri luminis, quo. ſ. damnati videre poſſint, vnde doleant, non vnde delectentur. Vnde Pſal. Peccator videbit, & iraſcetur : dentibus ſuis fremet, & tabeſcet. Vident

Pſal.

D tamen reprobi, vſq; ad diem iudicij quãdoq; beatorum gloriã in vniuerſali, & non in particulari. Vidẽt enim omnes in magna gloria, ſed non in quali : ſicut pauperes extra domum cogitant delectationes comedentium, tamen in particulari neſciũt, quid diuites comedant. De huiuſmodi viſione non lætantur, ſed triſtantur : tum propter inuidiam alienæ fęlicitatis: tum propter carentiam propriæ beatitudinis. Poſt iudicium verò ita ad proprias pęnas eorum cõſideratio flectetur, ꝙ de Sanctorum gloria non poterunt cogitare. Sed quia mali reſument corpus deforme, atque paſſibile, & tanta ignominia plenum: ideo anima reſu-

E mens illud ; ſtupebit, quãdo videbit ipſum: ac potius vellet habere tale, quale erat : quãdo dimidium à vermibus commeſtum fuerat. Secundò eſt ibi deordinata conuerſio, ſcilicet ad cõmutabile bonum, & huic debetur afflictiua pœna, ſcilicet probatio ignis, hoc eſt materialis incendij. De quo Iob 20. Deuorabit eum ignis, qui non ſuccenditur : affligetur relictus in tabernaculo ſuo. Et Pſal. de Domino, ait: Pluet ſuper peccatores laqueos ignis, ſulphur, &c. Quamuis autem ille ignis, cum ſit corporeus, naturaliter agere non poſſit in ſpiritum, ipſum calefaciendo: agit tamen in ip-

Mali reſument corpus deforme, & quare.

F ſum, vt inſtrumentum diuinæ iuſtitiæ, ipſum lædendo. Et talis dolor maximus eſt : tum propter potentiam diuinæ maieſtatis ignem illum mouentis, tum propter ſenſibilitatem patientis, tum propter immediationem coniunctionis. Tertiò eſt ibidẽ deordinata voluntas, ſeu affectio, quæ cum libera ſit contra dictamen rectę rationis peccare conſentit, & huic debetur pęna, ſ. afflictio vniuerſalis, quia ex hòc, quodãmodo, vniuerſa mala ortum habent. Vnde Iob 20. Cum ſatiatus fuerit, ſ. delectationibus peccatorum arctabitur, æſtuabit, & omnis dolor irruet in eum. Vnde Pſal. ad Dominũ

Pſal.

G ait, de damnatis : In reliquijs tuis præparabis vultum eorum. Reliquiæ quidẽ Domini ſunt infernus, & terra. Deus enim eſt lux, & reliquiæ lucis tenebræ comprobantur. Ideo Matth. 24. de inutili ſeruo ait, Dominus: Eijcite eum in tenebras exteriores. Et meritò dicuntur exteriores, quia extra lucem Dñi ſunt. In his reliquijs, ſiue ad has reliquias præparabit Dñs vultum eorum, ſ. peccatorum, quando in die iudicij dicet: Diſcedite à me maledicti in ignem æternum: dicit.n. vultum eorum, nec nominat aliquẽ ſenſum determinatè, ſed ſimul omnes

H ſenſus, ad grauius ponderandum, & ad exprimendum ſenſus corporales, & ſpirituales, qui inſimul in inferno cruciabuntur. Primò enim viſus in tenebris erit, iuxta illud, Eſa. 59. Impegimus in meridie, quaſi in tenebris in caliginoſis quaſi mortui. Inſuper horrebunt, quia videbũt faciem diaboli. Vnde Ioel 2. A facie eius, ſcilicet diaboli cruciabuntur populi. Secundò auditus erit in clamore horribili, iuxta illud, quod ſequitur Eſa. 59. Rugiemus quaſi vrſi omnes. Et Sopho. 1. In die illa dicit Dominus, vox clamoris à porta piſcium, & vlulatus à ſecunda. Tertiò odoratus erit in fętore;

A Apoc. 19. Miſſi ſunt in ſtagnum ignis, & ardentis ſulphuris. Quartò guſtus in amaritudine maxima: Hiere. 9. Ego cibabo populum iſtum abſynthio, & potum dabo eis aquam fellis. Quintò tactus erit in ardore. Eſa. 33. Quis habitabit ex vobis cum ardoribus ſempiternis? Quis veſtrum poterit habitare cum igne deuorante? Et licèt omnes prædicti ſenſus corporales, & ſpirituales crucientur, ibidem tamen ratio patietur ſuper omnes ſenſus. Vnde Pſalm. Conuertetur dolor eius in caput eius, id eſt in mentem eius, & in verticem, i. in ratione ipſius iniquitas eius deſcendet, hoc eſt æternus cruciatus pro iniquitate. Meritò enim *Pſal.*
B ratio grauius punietur: quia ſcilicet duplici pena, ſ. igne, & verme. De quibus Eſa. in fine. vermis eorum non morietur, & ignis eorum non extinguetur: caro autem tãtum in igne. Eſt enim quaſi regula generalis, ꝙ maximi maximè punientur. Vnde Sapien. 6. Potentes potenter tormenta patientur. Porrò per verticem ratio deſignatur. Dicitur enim vertex, ſm Caſſio. eo, ꝙ capillos dextra, leuaq; vertet, & notat officium rationis, quod eſt diſcernere, propriè quoq; dicitur: conuertetur dolor eius, &c. quia peccatum ab interiori ad exterius egreditur: quia primo à corde: Matth. 15. de corde exeunt cogitationes malæ, &c. Pœna
C autem econtrario ab exteriori ad interius ingreditur. Sed cum vertex, & ratio ſit in ſummo, videtur ꝙ malè dicat, in verticem ipſius iniquitas eius deſcendet. Dicendum, ꝙ per verticem innuit naturam peccari, eo ꝙ in peccato ratio cadat, & ſe ſenſualitati ſubmittit, cui præeſſe deberet. *Inſtantia ſolutio.*

Pœnarum acerbitas triplex eſt.

D SEcundò autem erit ibi pœnarum acerbitas. Punientur enim pœna acerba, ſecundum ꝙ deordinatio in peccato fuit libidinoſa. Eſa. 27. ait: In menſuram contra menſuram cum abiecta fuerit, iudicabit. Et iterum 28. dicit Dominus: Ponã in pondere iudicium, & iuſtitiam in menſura: delectatio enim libidinoſa puniri debet per iuſtitiam afflictiuam. Prima erit abiectio, ſecunda afflictio, tertia conſumptio. Prima enim triſtitia erit abiectio. Spiritus enim rationalis peccãdo conuertit ſe ad amorem proprium, & ad bonum particulare libidinosè amandum, & ex hoc contempſit diuinum imperium, & diuini amoris dominium. Hinc eſt, ꝙ ad hoc, ꝙ dele- *Punient̃ur dãnati pœna triplici acerba, et q̃uo.*

E ctatio illa improba perfectè puniatur, in qua ſimul eſt delectatio cũ contemptu: neceſſe eſt, ꝙ ad punitionẽ illius contẽptus, & delectationis peccator, ſiue ſit ſpiritus, ſiue homo, præcipitetur in locũ infimum, & abiectũ à ſtatu gloriæ omnino elongatum, ſ. in profundum inferni. Vnde Eſa. 14. Detracta eſt ad inferos ſuperbia tua. Neceſſe eſt etiam, ꝙ ibi exponatur affligẽdus infimæ naturæ, ac per hoc non à ſpirituali patiatur, ſed à corporali, & infima, i. à fæcibus corporum mundanorum, quæ ab elementis in die iudicij, ſicut dictum eſt, in purgatione eorum in infernum cum reprobis deponentur, vt in fæcibus deſignantur: vnde
F propter immunditiam infernus dicitur lacus, vbi ſcilicet omnes ſordes fluunt, quaſi in latrinam. Vnde Pſal. Comminuam eos, vt puluerem, ante faciem venti, vt lutum platearum delebo eos: quod collectum in foueam mittitur. Ideo infernus dicitur lacus diuinæ iræ: Apoc. 14. Vindemiauit Angelus vineam terræ, & miſit in lacum iræ Dei magnum. Per hunc lacum propriè notatur infernus, qui eſt lacus miſeriæ, in quo eſt lutum fæcis peccatorum, ſicut dicit Pſal. Secunda miſeria erit afflictio. Quoniam. n. ſpiritus, qui per naturam præponitur corpori, & in corpus influere habet, & ipſum *Pſal.*
G mouere dignitatẽ naturæ per culpam peruertit, & ſe ſubijcit quodammodo vilitati, & nihilitati peccati. Hinc eſt, ꝙ ſm ordinẽ iuſtitiæ debet ordinari, vt tam peccator, q̃ homo igni corporeo alligetur, nõ vt in illum influat vita, ſed vt diuino decreto ſuſcipiat pœnam: cum enim rei, quam horret per timorem diuinitus immiſſum, & quam ſentit per vim naturalis ſenſus, ſic inſeparabiliter alligatur: neceſſe eſt, ꝙ acriter tormentetur. Vnde de talibus afflictionibus: Deuteron. 32. dicit Dominus: Congregabo
H ſuper eos mala, & ſagittas meas complebo in eis. Sagittæ Domini ſunt ſeptem generales, & naturales pœnæ, quæ primis parẽtibus, propter peccatum, ſunt infixæ, ſcilicet fames, ſitis, frigus, æſtus, infirmitas, laſſitudo, & mors. Has quidem ſagittas intendit Dominus in arcu comminationis: Geneſ. 2. quando ait, Adæ: Quocunque die comederis ex eo, morte morieris. Et ſtatim cum comedit Adam, infixit Dominus has ſagittas in illo, & nobis in eo. Vnde Pſal. de ſe ait: Quoniam ſagittæ tuæ infixæ ſunt mihi. Nec tantum ait fixæ, ſed infixæ: multum enim intimè fixæ fuerunt, quæ etiam nos in ipſo vulnerauerunt. Vnde *Septẽ pœnæ gñales, & naturales, quæ primis parẽtibus ob peccatum ſunt ifixæ.*

Iob

A Iob 6. Verba mea dolore ſunt plena: quia ſagittæ Domini in me ſunt. Vnde Pſal. Arcũ ſuum tetendit, & parauit illum: & in eo parauit vaſa mortis, ſagittas ſuas ardentibus effecit, quæ ſunt ſeptem prædictæ miſeriæ inferni. Arcus etiam nunc tenſus eſt, ſcilicèt comminatio æternæ damnationis. Vaſa mortis ſunt ſeptem dictę miſeriæ inferni, & has Dñs ardẽtibus effecit, cũ igne peccati originalis, & fomitis ſuccendit: Nec tamen in homine pręfatas ſagittas adhuc compleuit, ſed tetendit arcum contra obſtinatos comminando æternam damnationẽ, dicens: Sagittas meas complebo in eis. Has

Pſal.

B ſiquidem ſagittas in inferno complebit: quia ibi eſt fames inſatiabilis, ſecundò ſitis irrefrigerabilis, tertiò frigiditas intolerabilis, quartò æſtus irremediabilis, quintò infirmitas miſerabilis, ſextò laſſitudo inquietabilis, ſeptimò mors interminabilis. Primò eſt ibi fames inſatiabilis. Nam Eſa. 35. dicit Dominus: Serui mei bene comedent, & vos eſurietis. Pſal. Famem patientur, vt canes, qui vlulant, quando fameſcunt: ſic vlulabunt ipſi ex fame: & ipſi erunt, qui nunc dicunt, non poſſum ieiunare, & fingunt. Secundò erit ibi ſitis irrefrigerabilis: Vnde Eſa. vbi ſupra, ſerui mei bibẽt, & vos

C ſitietis. Vnde Lu. 16. Epulo ille diues ardens in lingua, guttam aquæ petijt, quam tamen non habuit. Tertiò erit ibi frigiditas intolerabilis, Iob 24. Ad nimium calorem tranſeunt ab aquis niuium. Quartò erit ibi æſtus irremediabilis: Apoc. 16. æſtuauerunt. id eſt, æſtuabunt homines æſtu magno. Et meritò, quia intus & extra, in corpore, & anima inceſſerũt, ſicut ferrum, & alia metalla ſuccenduntur igne: Ezech. 22. Omnes iſti æs & ſtannum, & ferrũ, & plumbum in medio fornacis. Quintò erit ibidem infirmitas miſerabilis: Eſa. 13. Tor-

D ſiones eos tenebunt, quaſi parturientes. Sextò erit ibidem laſſitudo inquietabilis. Erit enim tanquàm pugil ligatus, qui nec ſe extendere, nec contrahere, nec reuoluere poſſet: Matth. 22. Ligatis manibus, & pedibus proijcite, &c. Et iterum. Matth. 13. Colligite primum zizania, & alligate ea in faſciculos ad comburendum. Septimò erit ibi mors interminabilis. Vnde Apoc. 2. Qui vicerit, non lædetur à morte ſecunda. Mors enim prima ſeparatio eſt animæ à Deo per mortale peccatum: Mors verò ſecunda, eſt receſſus Dei ab anima per æternum ſupplicium. Vnde Pſalmus: Mors peccatorum peſſima. Nam ſecun-

E dum Gregor. 15. moral. Cuius vita mortua fuit in culpa, eius mors ſemper viuit in pœna: cruciatur, & non extinguitur: moritur, & viuit, deficit, & ſubſiſtit, finit ſemper, & fine caret. Hæc autem ſolo auditu ſunt terribilia, quantomagis paſſione. Tertia autem triſtitia erit conſumptio. Quia enim illa peccati deordinatio, & reatus, ſecũdum quam moderatur actio ignis in eodem, eſt vniformis, & nunquàm creſcit, nec decreſcit, nec mutatur: Hinc eſt, ꝙ diuino imperio ordinatè ille ignis ſic agit, quia ſemper vrit, & non conſumit, ſemper affligit, & non interimit: quia non agit ad ſuæ formæ multiplicationem, ſed

Triſtitia.

F ad pacis animæ in corpore perturbationẽ, ſiue ipſius ſpiritus in ſeipſo: vnde non fit noua adeptio, ſed adeptæ pacis perturbatio: vnde ſic in eadem pœna nec acerbitas æternitatem, nec æternitas tollat acerbitatem. Vnde Pſal. Sicut oues in inferno poſiti ſunt, mors depaſcet eos, ſcilicet mors æterna. Sicut enim animalia depaſcunt herbas, quia penitus non eradicant eas, ſed remanent radices: vnde iterum creſcit herba: ſic miſeri in inferno corrodentur à morte, ſed afflicti iterum reſeruabuntur ad pe-

Pſal.

G nas. Conſument etiam eos dæmones. Vnde Deuter. 32. Deuorabunt eos aues morſu amariſſimo. Et iterum propheta in perſona Domini ait, dicens: Dentes beſtiarum immittam in eos cum furore trahentium ſuper terram, atque ſerpentium.

Aeternitas pœnarum erit propter tria.

Quare pœna damnatorũ ſunt æterna.

TErtiò erit ibidem in acerbitate æternitas. Quia enim peccatum, quod quis committit, & de quo nunquàm pœnitet, tria in homine operatur. Primò perpetuò in anima durat, ſecundò à vita

H perpetua ſeparat, tertiò à voluntate procedit, quæ vellet perpetuò delectari. Primò enim peccatum perpetuò in anima durat. Licèt enim delectatio peccati in anima tranſiens, & momentanea fit, deordinatio tamen eius tenet rationem perpetuitatis. Ideo pœna huic reſpondens non debet habere carentiam finis: vt ſicut homo in ſuo perpetuo non appoſuit finem ſuo peccato, ſic Deus in ſuo perpetuo non deſiſtat puniendo. Vnde Apocalip. 14. de damnato dicitur: Cruciabitur igne, & ſulphure in conſpectu Angelorum ſanctorũ, & in cõſpectu Agni: & fumus tor-

A mentorum aſcendet in ſæcula ſæculorum. Et Iudith vlti. Dominus enim omnipotens uindicabit in eis: & in die iudicij viſitabit illos: dabit eis ignem, & vermes in carnes eorum, & vrentur, & viuent, & ſentient vſq; in ſempiternum. Secundò à vita perpetua ſeparat. Vnde, ſicut contra infinitum peccauit, ſic pęnam habeat infinitam. Sed quia infinitã non poteſt habere intenſione, habeat tũc ſaltẽ infinitam duratione.
Pſal. Vnde Eſa. vlt. Ignis eorum nõ extinguetur. Vnde Pſal. Laborabit in æternum, & adhuc viuet in finẽ. Tertiò à voluntate procedit, q̃ vellet perpetuò delectari. Proinde, ſicut vo-
B luntas poſt mortem adhęret malo ſine pœnitentiæ ſuſceptione, ſic Deus ſemper animam affligit ſine ſententię mutatione. Vñ Gregor. exponens illud Iob 10. vbi vmbra mortis, &c. ait: Fit ibi miſeris mors, ſine morte, finis ſine fine, defectus ſine defectione: quia mors ibi ſemper viuit, finis ſemper incipit, defectus deficere neſcit: quia mors perimit, & non extinguit, dolor excruciat, ſed nullatenus pauorem fugat: flamma cõburit, ſed nullatenus tenebras diſcutit: & ita ſupplicia ordinem non habent, quæ nõ
C ſuam per omnia qualitatem tenent. Hæc ille. Hæc eſt pars impij à Deo, Iob 20. Vnde quidam ſapiens in pictura inferni hos duos poſuit verſus.

Hic quę vita mori, qua ſupereſt omni dolori:
Quę lex flere licet, qua cauſa ſuperbia latet.

Item de æternitate pęnarum plenius in ſerm. ſequen. Dicemus. De omnibus ſupradictis tormentis dicit Dominus, Matth. 18. Iratus Dñs eius tradidit eũ tortoribus quoadusq; redderet vniuerſum debitũ. Primò enim hic notatur pęnarũ varietas ibi: Iratus Dñs, eo q̃ Dñs iraſcitur contra omnem mortalẽ culpam. Secundò acerbitas exprimitur ibi, & tradidit eum tortoribus. Tertiò verò æternitas ſubiungitur ibi, quoad-
D uſq; redderet vniuerſum debitum, quod quidem in æternum non fiet. Et poteſt hoc eſſe thema pro Dñica 12. poſt Pentecoſten.

De innouatione regni cælorum.
Cap. 4.

QVartò contemplemur mutationem Beatorũ. Nempe in die iudicij omnes ſancti in decem manſionibus in anima, & corpore collocabuntur. Prima manſio, ſecundum aliquos, erit illorũ Beatorum, qui abſque proprijs meritis ſaluati ſunt, ſed ſolum ex merito Dominicæ paſſionis, ſicut ſunt paruuli baptizati. Demum E
ad reparandum Angelorum ruinã, ad quẽlibet ordinem Angelorum ſinguli aſſumẽtur ſm varios meritorum gradus. Tunc. n. verificabitur, quod Dominus Eſa. 63. ait, Annus retributionis meæ venit. De quo anno ait, Pſal. 64. Benedices coronæ anni *Pſal. 64.*
benignitatis tuæ. Hic verò annus coronam habet, i. interminabilitatẽ gloriæ, & honoris, in coronæ rotunditate ſignificatam. Vñ dicitur Prouer. 27. Corona retribuetur tibi in generatione, & generationem. Huic coronę tunc Dominus benedicet, quando oẽ gaudium, & omnem fęlicitatẽ ſuperaddet F
omnibus glorioſis. Tunc, ſicut ait, Pſalm. Dñs benedicet populo ſuo in pace. Quam *Ibidem.*
nobis concedat initiator, mediator, & conſummator pacis, Dñs Ieſus Chriſtus, qui verè rex pacificus in glorioſo regno triumphans cum patre, & Spiritu ſancto viuit, & regnat in ſæcula ſæculorum. Amen.

FERIA TERTIA
poſt j. Domin. in Quadrag.

De æternitate infernalium tormentorum. G

Sermo XII.

C*Ommota eſt vniuerſa ciuitas dicens: Quis eſt hic*, Matth. 21. & in Euãg. hodierno. Cõturbatarum mentium, atque admirantium verba ſunt iſta. Ex auditu quidem præcedentis ſermonis, multorum carnaliũ viſcera cõturbata ſunt: quia audierunt, q̃ ex defectu tantũ operum miſericordiæ homines æternis ſupplicijs cruciabuntur, apud Deũ impijſſimũ arbitrantes, q̃ creaturã ſuã abſq; ſpe miſericordiæ velit in æternũ tam horribiliter cruciari. Videtur etiã eis quodãmodo eſſe contra H
charitatẽ, & pietatem etiã iniuſtum, q̃ ex omiſſione taliũ operũ pietatis, vel pro vno ſolo actu mortalis culpæ, detur illis æterna pęna, cũ æterni ad nõ æternũ nulla proportio eſſe poteſt, ſicut nec finiti ad infinitum. proinde cõmota eſt vniuerſa ciuitas, ſ. mentis humanæ, ſeu fortè malorũ multorũ talium incredulorũ admiratiuè dicentium: Quis eſt hic, ſ. ita terribilis, ſeuerus, atq; crudelis: qui pro tã breui, atq; leuiſſima culpa, quæ quãdoq; perpetratur, ſolum modo per conſenſum æternos inferat cruciatus? Ad hos errores eliminãdum, licèt in præcedẽti ſer-

A ſermone de hoc aliquid dictum ſit: tamen ad clarioré intelligentiã declarare intendimus hoc eſſe conuenie̋tiſſimũ, & conſonũ rationi triplici ex reſpectu. Primò reſpectu mali, ſecundò reſpectu Dei, tertiò reſpectu vniuerſi. Ex qubus patet palã, ꝙ ſicut propheta in Pſal. 144. inquit: Iuſtus Dñs in omnibus vijs ſuis. Quod verbum poteſt eſſe aliud thema in præſenti ſermone.

Pſal. 144.

ARTICVLVS PRIMVS.

B *Quòd debent damnati æternaliter cruciari quadruplici ratione, reſpectu mali culpæ.*

PRimò quidem reſpectu mali debent impij æternaliter cruciari: & hoc quadruplici ratione. Primò ratione malitiæ, ſecundò ratione impęnitentiæ, tertiò ratione incõuenientiæ, quartò ratione correſpondentiæ.

Quòd mortalis culpa eſt infinitæ malitiæ, propter quatuor. Cap. 1.

Culpa mortalis eſt infinitæ malitię ꝓꝑ quatuor.

C PRimò enim damnati debent ęternaliter cruciari rõne malitiæ, ſ. culpæ, quæ reſpectu Dei, qui offenſus eſt, infinita dici poteſt. Et hoc quadruplici ratione. Primò ratione offenſionis, ſecundò ratione priuationis, tertiò ratione dilatationis, quartò ratione deſtructionis. Primò nãq; mortalis culpa eſt infinitæ malitiæ ratione offenſionis. Quãto enim maior eſt, cõtra quẽ perpetratur culpa: tanto culpa grauior reputatur. Nã dare alapã militi, grauius eſt q̃ dare illã ruſtico: & multo grauius eſt illam dare Principi, ſiue D Regi. Nunc aũt mortalis culpa offendit infinitum Deũ. Sed quantus eſt ſanctitate, & bonitate, & omnimoda nobilitate, & dominationis iuriſdictione, atq; amicitiæ, & gratiæ, atq; magnificentię magnitudine ille, qui offenditur: tanto magis eſt ponderãda eius offenſa. Cum igitur Deus in oĩbus ſupradictis ſit infinitus: ideo offenſa contra ipſum eſt quodãmodo infinita. Ideo & ei aliqualiter infinitè pęna debetur. Pęna aũt intenſiuè infinita non põt eſſe, quia nihil creatum infinitũ ſit eſſe põt. Relinquitur ergo, ꝙ culpæ mortali debetur pęna infinita duratione, & ſi non intenſiuè. Secundò eſt infinitæ malitiæ ratione priuationis. Priuat enim infinito bono, qđ eſt ipſe Deus æternus, E ac æternaliter tenet eũ priuatũ, cũ reddat hominẽ impoſſibilẽ ad ſurgendũ, & ad reddendũ iuſtitiæ debita: ac per hoc cauſaliter, & quantũ ex ſe eſt, in æternum duratura. Tertiò, ratione dilatationis. Dilatat.n. ſe mortalis culpa, priuando hominẽ bono præterito, & præſenti, & ẽt futuro. Præteritũ bonũ eſt infinitũ meritũ humanitatis Chriſti. Præſens ſunt copioſa merita iuſtorũ peregrinantiũ in via. Futurum ſunt infinita præmia, quæ Beati, Angeli, atq; Sancti cõmunicarent homini in patria glorioſa. Quartò, ratione deſtructionis: quãto.n. culpa maius bonũ corrũpit, & quãto plus vniuerſum damnificat: tanto peior eſt. Nec pẽ- F ſanda eſt tantummodo ſm damnum actualiter datum, ſed etiam ſm omnia damna: quæ tantum ex ſe eſt, diſſipat, & ſubuertit totam naturã ſui ſubiecti: & quodãmodo, eſt occiſio Dei, & hoc reſpectu totius temporis poſſibilis, & futuri. Ex quo ſequitur, ꝙ quantum ex ſe culpa mortalis occidẽdo Deum aufert eſſe omnibus creaturis, naturæ humanæ aufert eſſe, & gratiam; naturæ beatæ aufert eſſe, gratiam, & gloriam: humanitati Chriſti aufert eſſe, gratiã, gloriã, & diuinitatem. Ex quo manifeſtè patet, ꝙ neceſſitat, & inclinat ad innumerabilia mala: &, quantũ in ſe eſt, infinita incõmoda cõtingenter, vel neceſſariò præſtat. Quid igitur mirũ, ſi iuſtus Deus propter oĩa ſupradicta G culpã punit per tormẽta per infinita ſæcula duratura? Ex dictis patet, ꝙ nulla impietas eſt culpã tantam, ac talem odire: & ſummã iuſtitiam eius proportionabiliter punitiuã perfectiſſimè zelare, atque ſeruare: quin potius impijſſimum eſſet talem iuſtitiam odire, maximè cum ipſa ſit ipſum ſummũ bonum, & vnus Deus. Præterea, quãuis creatura, inquantum ab eo bene condita ſit, à Deo valde amanda tanquàm ſcilicet ſua, & bona: inquantum eſt tamen ab eo malitioſè auerſa, & ſuæ amicitiæ, ac iuſtitiæ perniurioſè rebellis, eſt ab ipſo non immeritò odienda, atque exterminanda. Præterea H impium nequaquàm eſt, ſi ipſam vt iam talem effectam æternaliter odiat, & affligat: immo potius impium eſſet eius amare malitiam, & fauorem adhibere ipſi.

De permanentia culpæ, ac ſupplicij in damnatis. Cap. 2.

SEcundò debent dãnati æternaliter cruciari ratione impęnitentiæ. Quia enim peccatorem de mortali culpa non pęnitet

A nitet ante mortem, ſed in ea, vſq; ad mortẽ perdurat: quodãmodo in ſuo æterno peccat, ideo in æternum cruciari debet. Nam licèt peccati actus ſit ſecũdum eſſentiã ſuam tranſitorius, & finitus: eius tamen reatus in eo apparet, & remanet infinitus. Qđ multiplici ſimilitudine patet. Primò verò ſimilitudine vulnerationis. Perpetratio.n.culpæ quid eſt, niſi quædam vulneratio ſpiritualis? Quid igitur mirum, ſi ex vulnere breuiſſimi temporis vulnus multæ durationis, aut etiam mors, quę quantum in ſe eſt, perpetuò perſeuerat, damnatis hominibus relinquatur? Secundò ex ſimilitudine caſus. B Perpetratio enim culpæ caſus eſt in profundum: ac per hoc etiam exemplum patet, quia nihil obſiſtit, quin caſus huiuſmodi breuiſſimo tempore fieri poteſt: & nõ multo tempore, vel abſque exitu remanebit in profundo, qui in hũc caſum deueniet. Tertiò ex ſimilitudine furti. Perpetratio enim peccati, ſicut furtum, eſt & quædam ſpiritualis rapina. Vel ſicut aliud ex forinſecis maleficijs. Nec miratur quiſquam, quin mutilatio, ſiue mors, quæ pro illo iuſtè ſecundum leges, infligitur perpetua ſit, cum nõ ſit ſanitas in vita iſta à mutilatione membrorum, C ſicut nec reſurrectio corporis à morte per viam naturæ. Quartò ex ſimilitudine vinculationis, ſeu ligationis ipſius peccantis. Vinculationis enim natura eſt, vt tamdiù ligatum teneat, quandiù vincula ipſa inſoluta remaneãt, & indirupta. Quintò ex ſimilitudine emptionis. Peccati perpetratio, quaſi contractus eſt, & emptio infernalium tormentorum, necnon & venditio, qua pretio breuiſſimæ voluptatis ſeipſum tam anima, quàm corpore vendit peccator inſanus. Cui autem dubium, quin ex emptione, & venditione, quantumcunque breui tempore fiãt, ius perpetuum rei em- D ptæ acquiratur emptori: & quin transferatur res empta perpetua alienatione à venditore? Sextò ex ſimilitudine extinctionis. Peccati enim perpetratio eſt, ſicut extinctio lucernæ. Lucet enim peccator antequàm peccet ſalutari cognitione, & vitali ardore, ſeu viuifica dilectione altiſſimi conditoris. Sed dum ſe in ſpurcitiam mortalis culpæ demergit, à prædicto ſplendore, ac calore ſemetipſum extinguit. Ex his ſimilitudinibus patet non ſolum leuem, ſed intolerabilis ſtultitiæ admirationẽ fore in his, qui nõ credunt. Ideo licèt actus peccati tranſeat: tamen eius habitualis, & radicalis affectus in damnatis æternaliter perſeuerat, & ſuũ appetibile vellet, & vult ſibi naturaliter perdurare. E Per ſe enim manifeſtè patet, ꝙ qui ſemper ad peccatum ſuum impęnitentiam, ſeu continuationem addit: de iure etiã pęnam adiungit, atque iuſtiſſimè quantum datur in vnoquoq; Dei iniuria, in eo tantũ datur pœna. Quia igitur in inferno damnati ſuper crimina ſua impęnitentiam, & continuationẽ addunt: nunquàm pęnitentes, nec vnquàm pęnitere volentes: Quia etiã ſemper durat in eis Dei iniuria, i. peccatũ: ſemper meritò datur eis & pœna, & iure etiã demeritorum ſuorũ propter additionem contumaciæ addi poſſet eis pęna. Durat enim tandiu in vnoquoq; iniuria Dei, i. F peccatum: quamdiu minimè eidem emendatur. Sed nulla quippe emendatio poteſt in eis eſſe, ſicut Pſal. teſtatur, dicens: In inferno autem quis confitebitur tibi? Quaſi diceret: Nullus: Et iterum Eſa. 38. Quia nõ infernus confitebitur tibi, nec mors laudabit te. Non expectabunt, qui deſcendunt in lacum veritatem tuam.

Sim.l'ia. *Exẽplũ.* *Similitudines.*

Quòd Deo inconueniens eſſet damnatos æternaliter non puniri. Cap. 3.

G TErtiò debent dãnati æternaliter cruciati ratione inconuenientiæ. Quid magis inconueniens, quàm ꝙ peccans in Deum, & contra eius iuſtiſſimas leges quantumcunq; in peccato mente obſtinata perſiſteret: nunquàm niſi pęna tranſitoria puniretur? Sequeretur ex hoc, quòd qua ratione tãtum de iuſtitia punitiua ſubtrahitur, quantum reſpectu peccati pœna minor eſt infinita: eadẽ ratione põt, & tota ſubtrahi, ac per conſequens, ꝙ vnuſquiſq; vſq; ad æternũ liberè, & impunè peccaret. Sequeretur etiã ex hoc, ꝙ, poſtq̃ obſtinatò animo pęnã quantumcunq; finitã, & trãſitoriã toleraſſet, ꝙ ex tunc liberè, & impu- H nè peccare poſſet: aut ꝙ Deus cogeretur, aut ꝙ deberet ex neceſſitate, & teneretur gratiam ſibi infundere, per quam à peccato ceſſaret. Quorum quodlibet quantum ſit inconueniens, mens diſcreta, & luminoſa conſideret. Quis.n. tantæ dementiæ eſt, ꝙ dicat Deo neceſſe eſſe ſuam gratiã aliquãdo infundere omni peccatori quantũcunq; horribili, vel quantũcunq; Deo inimicanti? Vnde Eccl. j. dicitur, ꝙ Deus ſm datum ſuũ præbet illam, ſcilicet gratiam. Et Iaco. 4. Deus ſuperbis reſiſtit, humilibus autem dat gratiam. Et Prouerb. 3. Illuſores ipſe deludet, manſuetis autem dabit gratiam.

Quòd

A *Quòd ſicut in infinitum homo obligatur Deo, ſic dum peccat debet ęternaliter cruciari.* *Cap.* 4.

QVartò debēt dānati æternaliter cruciari ratione correſpondentiæ. Obligationes enim, & transgreſſiones ſemper ęqualiter ꝓportionabiles ſunt. Quicunque enim ęqualiter tenetur ad aliquid, ęqualiter peccat non faciendo illud: ſimiliter, & qui triplo, & quadruplo, & ſic in infinitum. Quapropter quæ eſt proportio generaliter obligationis ad obligationem: ea eſt tranſgreſſionis, vel omiſſionis ad tranſgreſſionem, vel omiſſionem. Simi-
B liter etiam proportionabiles ſunt culpæ, & pœnę, ita, vt generaliter quæ eſt proportio culpæ ad culpam, ea ſit pœnę meritæ, & debitæ ad pœnam meritam. Quærimus autē, *Quæſtio.* an obligatio qua quis tenetur obedire Deo atque ſeruire, ſit finita, vel infinita. Quod ſi dixerit quis, quòd ſit finita, deſtruitur hoc euidentiſſima ratione. Non enim eſt finitum, quod intranſibile eſt. Debitum enim tranſit, & tranſitur ſoluendo. Quia igitur debitum, & obligatio, de qua nunc agitur, non eſt ſoluendo, hoc eſt obediendo, & ſeruiendo tranſibilis ex neceſſitate: conſequens eſt, vt finitum eſſe non poſſet.
C Ratio enim finiti tranſibilis eſt, ſicut & ratio infiniti intranſibilis. Quod autem impoſſibile ſit tranſire, vel tranſiri huiuſmodi debitum, inde manifeſtiſſimum eſt: quia ſi tranſiret, vel tranſiretur in aliqua creatura, neceſſariò perficeretur tranſitus eius in aliqua hora, vel in inſtanti: eſſet igitur tunc perfectè tranſitum huiuſmodi debitū, vel obligatio. Nihil igitur reſtaret de illo, vel illa. Eſſet igitur huiuſmodi debitum perfectè ſolutum, quare debitor ab illo eſſet penitus abſolutus. Non igitur eſſet amplius debitor in aliquo creatori, nec in obedientia, nec in ſeruitio aliquo: ex quo contingeret ſecundum hoc aliquam creaturam poſſe liberari omnino à ſeruitute creatoris
D & à debito obediendi, atq; ſeruiendi eidē. Hoc autem eſſe manifeſtè impoſſibile eſt, vt ſit homo, vel Angelus, qui non teneatur obedire, vel ſeruire Deo, & qui eouſq; ſeruierit ei, vt amplius ſeruire illi nō teneatur. Debitum autem, quo vnuſquiſque tenetur Deo, eſſe infinitum hoc manifeſtè patet: ſi intelligas infinitum ſecundum magnitudinem, hoc eſt, ſecundum ſui vniuerſum. Vniuerſitas enim eorum, quæ debētur Deo ab vnoquoque noſtrum, neq; numeratione trāſibilis: quia innumerabilia ſunt, quę debentur Deo ab vnoquoque noſtrum. E Eodem modo infinibilis eſt, & intranſibilis ſolutione, ſiue ſoluendo, ſicut dictum eſt. Verum non propter hoc conſequens eſt, vt ſit infinitum Intentione: Ex his patet, ꝙ qui cunque mortaliter peccat, totam ſummam debitorum Deo in futurum ſeruitiorum quantum in ſe auſert illi. Dum enim Dei gratiam in ſe extinguit, ſi habet: aut ſi magis elongat, ſi non habet: impotentem ꝓculdubio ſe efficit, aut magis impotentem ad reddendum Deo debita ſeruitia facit. Seruitia quippe, quæ Dei gratia grata non efficit: ſeruitia putanda non ſunt. Cum igitur ſeruitia Deo debita ex quocūque tēpore F in antea infinita ſunt ex ſolutione intranſibilia: manifeſtum eſt omnem, qui mortaliter peccat, quantum in ſe eſt, in infinitum Deum damnificare, & infinitam rapinam in ipſum committere. Ex quo ſequitur euidenter, ipſum infinitam pœnam meruiſſe: tum quia Deum debito ſeruitio abſque fine defraudat: tum quia pro vnoquoque eorum, vt diximus, quæ Deo inquantum in ſe eſt, auſert pœnam aliquantam meretur. Quemadmodum igitur cum huiuſmodi damna omnia congregata fuerint, ſummam infinitam conſtituent: ſic & pœnę ꝓ ſingulis huiuſmodi damnis debitæ cum aggregatę in vnum fuerint, pœnam vnam conſtituent infinitam. ſi Quemadmodum *Simile.* G quis in aliqua domo haberet perpetuam ſeruitutem, aut perpetuum cenſum, qui iam irreparabiliter deſtrueret domum: non ſolum vnius anni cenſum, ſed infinitorum annorum cenſus eidem auſert: Sic & qui ſe ipſum irreparabiliter deſtruit, non vnius diei ſeruitium ſolum ſibi auſert, ſed totius futuræ ꝑpetuitatis inenumerabilia infinitaque ſeruitia. Non enim ſola præſentis temporis ſeruitia Deo debentur, ſed etiam futura: quæ tanto præſtantiora ſunt præſentibus, quantum gratiam gloria antecellit. Non enim minus delinquit in Deum qui mortaliter peccat: quia irrecuperabilis eſt H ipſe peccator; quàmuis reparari poſſet à Deo: quemadmodum non minus peccat quis in eum, cuius domum deſtruit, vel exurit: quia ipſe, cuius domus eſt, poteſt eam reparare: nihilominus propter hoc aufert ei, quantum in eo eſt, omnem cenſum tam præſentialiter, quàm in futuro ex ea percipiendū.

Arti-

A **Articvlvs Secvndvs.**

Quòd damnati debent æternaliter cruciari quadruplici ratione reſpectu Dei.

SEcundò debent damnati cruciari ęter-
naliter reſpectu Dei: & hoc quadru-
plici ratione. Primò ratione diuinæ
gratiæ, ſecundò ratione diuinæ contume-
liæ, tertiò ratione diuinæ magnificentiæ,
quartò ratione diuinæ iuſtitiæ.

Debent damnati æternaliter cruciari propter infinitas gratias à Deo receptas.

Cap. 1.

B PRimò quidē debent damnati ęter-
naliter cruciari ratione diuinæ
gratię. Ponamus enim, quòd ali
cui dederit Deus mille marcas
auri tantum, alteri verò dederit milia infi
nita. Manifeſtum eſt enim, quòd obliga-
tio, & debitum gratitudinis, atque ſeruitij
eius, qui recipit donum infinitum, maior
eſt ſecundū intentionē obligatione, & debi
to, quo Deo tenetur ille, qui prænomina
tum finitum donum ſolum recepit: cauſa. n.
obligationis, & debiti cauſam iſtius infi-
nities continet Quia igitur proportionales
C ſunt cauſæ ſimiles, & earum effectus, infi-
nities ſecundum intentionem continet effe
ctum, nec dubitationē habet, quod dixim⁹.
Quoniam igitur obligatio, qua quis tene-
tur Deo rōne ſolius linguæ, vel oculi, in in-
finitū maior eſt, quàm prædicta, quam ma-
nifeſtum eſt eſſe infinitam: non ſolū infini
ta eſt, ſed maior ēt infinita. Multo igiť fortı⁹
obligatio, qua tenetur Deo totius corporis
ratione, & incomparabiliter multo magis
infinita eſt obligatio, qua tenetur ratione
nobiliſſimæ animæ ad imaginem, & ſimili
tudinem Dei formatæ. Cum enim incom-
parabiliter melior, ac præcioſior anima ſit
quàm corpus, & eadem gratuita bonitate
D vtraque data imcomparabiliter maiorem
neceſſe eſt eſſe obligationem vniuſcuiuſq;
ad Deum: qua ratione animæ tenemur idē
quàm ſit obligatio, qua ratione corporis
ipſi obligati ſumus. Amplius, ſi anima hu
mana non deberet durare, ſeu viuere, niſi p
diem vnum; obligata nihilominus Deo eſ
ſet, ſcilicet ratione diurni eſſe, vel vitæ ali-
gatione: & ratione biduanæ vitæ duplo
maiori: & ratione quatriduanæ in quadru
plo maiori, & ſic in infinitum: quare ratio
ne perpetuæ, & infinitæ vitæ, in infinitum
maiori. Manifeſtum eſt igitur omnem hu- E
manam animam Deo obligatam eſſe Deo
ratione exiſtentiæ, & infinitæ vitæ. Sed
manifeſtè ex prædictis patet, quòd æqua-
les ſunt obligatio, & transgreſſio eius;
quare omnis tranſgreſſio iſtius obligatio-
nis, & debiti neceſſario infinita eſt; & iō
pęna eius meritò debet eſſe infinita. Tranſ- *Tranſgreſſio triplex*
greſſio enim huius obligationis maximè
triplex eſt. Prima quidem eſt non ſeruire
Deo, ſiue ei debitum ſeruitium ſub trahe-
re: Secunda eſt debitum ei ſeruitium alteri
impendere: Tertia Deum impugnare. In
ſubtractione ante debiti Deo ſeruitij intel-
ligimus enim gratias non agere de benefi- F
cijs ab eo receptis. Eſt enim pars non mo-
dica diuini ſeruitij actio gratiarum. Præte-
rimus cæteras gratias homini à Deo colla-
tas, de quibus mens diſcreta faciliter pen-
ſare poteſt.

Propter infinitatem contumeliæ Deo illatæ debet peccator ęternaliter cruciari.

Cap. 2.

SEcundò debent damnati æternaliter
cruciari ratione diuinæ contumeliæ,
quam inferret Deo. Nam quanto min⁹
eſt bonum, quod Deo præfertur, ſiue pro- G
pter quod ipſe deſeritur tanto maior ei cō
tumelia irrogatur. Quia igitur omne, quod
eſt, vel eſſe poteſt in infinitum minus eſt
ipſo bono, quicquid ei præfertur, aut
pro quacumque alio deferatur, infinita ei
contumelia irrogatur. In omni autem mor
tali culpa aliquid ei præfertur, & pro illo
deſerit, ſecundum quod Aug. diffiniens
peccatum mortale ait: Peccatum eſt, ſpreto *Peccatū quid.*
incommutabili bono, rebus commutabili-
libus adhærere. Ex quo patet, quòd in om-
ni peccato mortali infinita Deo cōtumelia
irrogatur. Hoc patet ex veris proportioni
bus. Si enim Deo præfertur bonum in du- H
plo, minus quàm ipſe eſt, aliquanta ei iniu
ria irrogatur. Si autem in quadruplo, min⁹
bonum ei præfertur, duplo maior ei iniu-
ria irrogatur, & ita in infinitum. Quia igi-
tur non eſt reperire aliquid, quod non ſit
in infinitum minus bonum: manifeſtū eſt,
quia quicquid ei præferatur, aut pro quocū
que alio deferatur infinita ei contumelia ſi-
ue iniuria irrogatur. Iam igitur declaratū
eſt tibi, quòd omnis mortaliter peccans in-
finitam contumeliam, vel iniuriam Deo ir
rogat. Infinitæ autem iniuriæ, vel contu-
meliæ;

A meliæ: infinita de iure debetur pęna, & hoc intelligitur infinita duratione: & ſic quod intendimus, declaratum patet. Aut infinita acerbitate: & ſic nihilominus habemus propoſitum noſtrum. Cum enim omnis virtus humana ad agendum, & patiendum finita eſſe videatur, nequaquàm videtur ei poſſe infligi infinita acerbitate pœna adhiberi. Qua propter infinitę durationis compenſabitur ex neceſſitate acerbitatis infinitas.

Secundum infinitatem magnificentiæ Dei peccator æternaliter cruciatur. Cap. 3.

B

Qua rõ nem dãnati debent cruciari.

TErtiò debent damnati æternaliter cruciari ratione diuinæ magnificentiæ. Si quis enim peccaret in aliquē ęqualem ſibi: proculdubio aliquantulum peccaret in eum: & ſi idem, vel ſimile peccatum committerer in maiorem magis: & quanto maiorem tanto magis. Verbi gratia. Si in ſacerdotem peccat magis, quàm ſi in ęqualem. Et iterum in archidiaconum grauius, & ſimiliter in archiepiſcopum grauius, quàm in epiſcopum; & ſic de alijs gradibus ſuperioribus. Quare patet, quia C quanto in maiorem peccat, tanto magis peccatur: quare, ſi in infinitum maiorem, in infinitum magis. Quia ergo Deus infinitum maior eſt quocunque alio: ideo in infinitum magis peccatur in Deum, quàm in hominem eodem genere culpę. Verbi gratia: Si occiditur Deus, & occiditur homo, qui non eſt Deus, in infinitum maius peccatum eſt occiſio Dei, quàm hominis. Eodem modo ſi conſpuitur homo, & conſpuatur Deus, vel percutitur homo, & Deus: vel ſi contemnitur Deus, & homo, vel offenditur Deus, & homo: in infinitū maius peccatum eſt offenſa Dei, vel contemptus, quàm offenſa, vel contemptus D hominis, vt patet extra de here. cap. vergentis. Longè grauius eſt ęternam, quàm temporalem lædere maieſtatem. Quia igitur omni mortali culpa offenditur, vel contemnitur Deus, quia eius mandatum, & eius voluntas præteritur: manifeſtum eſt omni peccato mortali in Deū in infinitum peccari, vel ſaltem in infinitum magis, quàm peccaretur in hominem, ſi homo offenderetur, vel contemneretur. Ideo peccans, & contemnes magnificentiam Dei in æternum cruciari meretur.

Quòd ſicuti iuſti debent à Deo ex miſericordia æternaliter præmiari, ita & iniuſti ex iuſtitia æternaliter cruciari. Cap. 4. E

Debent dãnati æternaliter cruciari rõne diuinæ iuſtitiæ.

QVartò debent damnati ęternaliter cruciari ratione diuinæ iuſtitiæ. Cū enim per eundem modum cauſandi iuſtitia Dei cauſa ſit pręmiorum, atque pęnarum: hoc eſt, per ſemetipſum: quod eſt dicere: per hoc quòd iuſtitia eſt: ſi per ſe effectrix eſt perpetuitatis in præmijs: igitur ſimiliter, & in pœnis. Vnde pſal. Iuſtus dominus, & iuſtitias dilexit: ęquitatem vidit vultus eius. Ideo mala merita omnino ſunt noſtra: merita verò bona ferè omnino ſunt Dei, & minimum habent aperte noſtra. Magis enim debentur nobis de iuſtitia malorum meritorum pœnę, quàm præmia bonorum: quia de iuſtitia magis ſumus puniendi pro meritis malis, quàm præmiandi pro bonis. Si igitur ęternaliter præmiandi ſumus pro bonis, multo fortius puniendi pro malis. Pleriq; enim ſolam immēſitatem diuinæ miſericordię conſiderantes, magnitudinem diuinæ iuſtitiæ non attendunt, cum nec minor, nec minus ęterna ſit Dei iuſtitia, quàm eius miſericordia: nec minor, nec minus ęternus debet eſſe ipſius effectus in damnandos, & puniendos, quàm effectus miſericordiæ in ſaluandos, & beatificandos. Amplius: Si virtus, & vitium verè cõtraria ſunt: igitur, & affectus eorum immediati, & per ſe contrarij ſunt: quare remuneratio, quæ debetur vni virtuti veri nominis, ac rationis contraria eſt pœnæ, quæ debetur vitio oppoſito. Non eſt autem contraria pœna temporalis beatitudini ſempiternæ. Et ex hoc patet manifeſtè, quòd ex iuſtitia Dei vnicuique mortali culpæ debetur ſempiterna pœna. Sed quidam erronei, & ignari loquuntur de miſericordia Dei, & iuſtitia Dei, ac ſi altera illarum vellet ius alterius vſurpare, tanquàm miſericordia vellet euacuare iuſtitiam: cum inter eas ſit pax in vltimo tranquillitatis. Sed hi tales aduertant, quod nouit dominus miſereri, ſalua sēper ſua iuſtitia, & illæſa: atque vindicare, ſalua miſericordia, & vtraque ſine iniuria alterius vti. Vnde pſal. Miſericordia, & veritas obuiauerunt ſibi, iuſtitia, & pax oſculatæ ſunt. *Ibidem.*

pſalm.

F

G

H

A ARTICVLVS TERTIVS.

Quòd damnati debent æternaliter cruciari quadruplici ratione reſpectu vniuerſi.

TErtiò debent damnati æternaliter cruciari reſpectu vniuerſi: & hoc quadruplici ratione. Primò ratione inclinabilitatis, ſecundò ratione neceſſitatis, tertiò ratione vtilitatis, quartò ratione iocunditatis.

B *Quòd homo ſicut ad æternum bonum naturaliter inclinatur: ſic peccando, æternaliter cruciatur.* Cap. 1.

PRimò ratione inclinabilitatis. Natura enim rationalis eo ipſo, quod naturaliter eſt ordinata ad ſummum bonum, & ęternum, ita quòd naturaliter appetit illud, tanquàm beatitudinem ſuam, & ſic quòd electiuè nihil poteſt appetere, niſi ad illud, & propter illud, eo ipſo inclinatur ad ęternitatem, quia ſummum bonum eſt ęternum. Ideo etiam opus eſt, quòd in his, in quibus ſibi perversè ſtatuit vltimum finem amando illa, C quaſi ſuum bonum ſummum, & conſummatum bonum, & quaſi in illis ſit ſua beatitudo, quamtum ex ſe eſt, & ex ſua ſtatutione habeat ſe ad illud, tanquàm ad coęternũ. Igitur eius finalis conuerſio, vel auerſio (quàmtum ex ſe eſt) ad ęternum ordinata eſt. Non eſt igitur contra ſui ordinis rationem, quòd in ſua auerſione à lapſu æternaliter cruciatur: eo ipſo etiam quo æternitatis capax eſt, & quo ad finales retributiones eſt per ſua electiua opera ordinata, vel ordinanda. Et vlterius poteſt addi, quòd hoc ordo exigit vniuerſi, ſcilicet, quòd aliquis finalis ſtatus immobiliter ſit ſibi à Deo præfixus, ita, quòd finaliter omnia in D locis, & ſtatib⁹ ſibi debitis immutabiliter, & reuocabiliter collocentur.

Quòd vniuerſitas rerum indicat eſſe æternas pœnas, quibus cruciantur damnati. Cap. 2.

SEcundò debent damnati ęternaliter cruciari ratione neceſſitatis. Cum enim in vniuerſitate rerum inueniatur pura, & vera felicitas, ſicut in tractatu de regno Dei magiſtratum eſt, atq; reperiatur mixta fęlicitas, & non vera. Mixta inquam, ex fęlicitate, & miſeria qualis eſt præſentis vitæ Neceſſe eſt, vt inueniatur etiam pura, vera, & conſummata miſeria. In omni enim genere contrariorum ſi inueniatur alterum, & amborum mediũ neceſſe eſt inueniri naturaliter, & reliquũ. Quare, ſicut eſt ſecundum veritatem in vniuerſo pura, & vera fælicitas, ita neceſſe eſt vt in eo ſit pura, & vera miſeria. Non eſt autem pura, & vera fęlicitas, quæ perennis, & perpetua non eſt: Quoniam impoſſibile eſt puram, & veram eſſe fęlicitatem, ad quã pertingere poteſt defect⁹, & mors: quare neque pura, neque vera miſeria eſt, quam bonum liberationis, ſiue terminationis abſcidit. Eſt enim pars aliqua fęlicitatis liberatio, & immunitas ab ipſis malis. In hoc autem notare debes, quòd ratio, ſeu, probatio iſta validiſſima eſſet, & irrefragabilis: ſi vera, & pura, quam diximus, fęlicitas verum haberet contrarium. Non autem habet verum contrarium. Et hoc eſt, quoniam vera, & pura, redundantiſſimaque bonitas, cuius coniunctio, ſeu fruitio vera, & pura felicitas eſt, nõ habet cõtrariũ. Si. n. haberet cõtrariũ haberet cõpar coęquũ, & coæquale. Iam aũt declarauimus tibi impoſſibilitatem conuenientis iſtius. Quòd verò ex hac radice elici poteſt ad oſtenſionem eius, quod intendimus, quia neceſſe eſt completa eſſe opera Dei in vniuerſo. Ideo neceſſe eſt, vt opera iuſtitiæ eius nec diminutionem habeant, nec defectum. Ideo neceſſe eſt ſicut retributiones, ſeu remunerationes iuſtitiæ Dei perpetuæ ſunt in bene meritis: ſic vindictas, & pœnas eiuſdem iuſtitiæ neceſſe eſt eſſe ſempiternas. Si enim temporales, & ſempiternæ inuenirentur remunerationes iuſtitiæ Dei, & ſolummodo temporales eiuſdem vindictæ, & pœnę: non eſſet completa vniuerſitas operum iuſtitiæ eius, in parte iſta, neque completa vniuerſitas contrarietatis iſtius: videlicet præmiorum, atque pœnarum, cum tantus ſit defectus, & diminutio ex parte pęnarũ. Nec etiã ęqualitas reperiretur in huiuſmodi contrarijs: quia reuera contraria ſunt in ratione, & nominatione, in quibus accepimus ea. Pręmia enim, & pœna, inquantum præmia, & pœnæ, ſimiliter remuneratio, & vindicta in quã tum tales contrariæ ſunt.

De

Damnati ęternaliter cruci-

B *Sed non reperiatur ratio ne neceſſitatis.*

F *Liberatio à malo pars fęlicitatis.*

G

H

A ***De fructu, qui reſultat electis de æternis ſupplicijs damnatorum. Cap. 3.***

Ratione vtilitatis damnati debet ęternaliter cruciari.

TErtiò debent damnati æternaliter cruciari ratione vtilitatis. Nobiliſſimus enim fructus, & vtilitas magna eſt diuinarum ſcripturarum ęternas pœnas comminantium transgreſſoribus ſuæ legis. Ex hoc enim fortius, cautius, & ſollicitius nos choibemus à malis, & Deum, & eius iudicia amplius metuimus, & humilius, ac timoratius reueremur: atque eius præceptis obedientius, & reuerentius, & ſubiectius cohæremus. Sed Deus nihil impium, aut B iniuſtum poteſt alicui comminari: nec falsò, & mendosè poteſt aliquam ſententiam comminatoriam dare: & multo minus poteſt illam falsò præbere ſolemniter in autẽticis ſcripturis. Si igitur vtilimè, & veriſſimè æternas pœnas per ſanctas ſcripturas noui, & veteris teſtamenti comminatus eſt reprobis, & debuit comminari: conſtat, ꝙ totam vtilitatem, & veritatem prædictarũ communationum tollit, qui dicit Deum non debere ęternas pœnas reprobis inferre: quia nihil poteſt bene, & veraciter cõminari, quod non poteſt bene, & veraciter C adimpleri. Nec ſolum hic error prædicta excludit: verum etiam in præfatis comminationibus aſtruit eſſe fallacem duplicem, & mendoſum: & tunc qua ratione, & in iſtis mendoſus, & fallax, eadem ratione dici poteſt, & credi fallax in omnibus ſuis promiſſis, & dictis. Ideo error iſte ſub pallio pietatis ſumman impietatem inducit, atque potius diuini cultus, & totius catholicæ fidei pietatem exterminat, ſub uertit.

De iocunditate, quam habent beati de ſupplicijs damnatorum. Cap. 4.

Rõne iucũditatis.

D QVartò debent damnati ęternaliter cruciari ratione iucunditatis. Omnes enim Philoſofi excellentes in hoc conſentiunt, quòd prima cauſa aliquid non intendit, nec aliquid propter aliud operatur: niſi per ſe tantum, & gratis. Vnde Prob. 16. dicitur. Vniuerſa propter ſeipſum operatus eſt Deus. Quod autem intendere gloriam ſuam, & laudem, quando dicatur non, vt operæ precium, neque emolumentum intentionis, & operationis ſuæ illam intendit, ſed vt decens, atq; decorum, & per ſe debitum. In damnatione autem reproborum tanto magis eſt Dei gloria: quanto maior multitudo, magnitudo E que ipſorum. Similiter, & tanto maior decor iuſtitiæ, quanto magis apparebunt vitia eorum, atque peccata, peccatiſque ſuper addita obduratiſſima, & nunquam emollibilis contumacia. Nec eſſet completa laus, atque gloria Dei, quæ nihil aliud eſt, quàm ſublimis, clara, & lata illius fama: ſi non eſſet ei perpetua laus, & gloria de iuſtitia, quemadmodum de bonitate, & miſericordia. Complebit igitur tandem opera iuſtitiæ ſuæ, ſicut, & miſericordiæ: ideo complebuntur laus, & gloria eius, quam diximus ex vtriſque. Et quemadmodum iuges laudes, & gratiarum actiones continuè reſonabunt eius miſericordiam in ſaluatis: ſic F planctus, eiulatus, & ſuſpiria, rugitus, clamores, & vlulatus reſonabunt Dei iuſtitiã in damnatis. Ideo infernus glorificatorum auribus ineffabili ſuauitate ſuccinet Paradyſo. Neque eſſet iocunda, omnique ex parte perfecta muſicalis ibi concẽtus ſuauitas, ſi diſcantus infernalis à perte iuſtitiæ Dei reſonans cantui de eſſet miſericordię eius. Vnde pſal. dicit, Miſericordiam, & iudicium cantabo tibi. *Pſal.* Neq; completa eſt ex omnibus modis ſolemnitas, quę ſolum cantum habet abſque organo, & diſcantu. Igitur cũ ſanctis cœleſtis regis cantemus Domino glorioſè, quia ęquum, & aſcẽſorem, ideſt impios, & demones proiecit in mare infernalium tormentorum, eo quòd ſit iuſtus Dominus in omnibus vijs ſuis, & ſanctus in omnibus operibus ſuis: qui trinus, & vnus, iuſtus, pius, magnus, & glorioſus, & in omnibus operibus ſuis benedicẽdus, & laudandus per infinita ſæcula, &c.

FERIA QVARTA poſt primam dominicam in Quadrageſima.

De fidei improbabilitate contra præſumptuoſos, & curioſos, quærentes ſigna miracula, & portenta, vel naturalis rationes de fide. H

Sermo. XIII.

M*Agiſter, volumus à te ſignum videre*, Mat. 12. & in Euangelio, hodierno. Curioſorum, & ſuperborũ, & infidelium Scribarum, & Phariſęorum, qui charitate Domini vacui

A cui erant, verba ſunt iſta Cum enim tot, & tanta ſigna faceret Dominus Ieſus in conſpectu eorum, plena ſimul humilitate, pietate, charitate, ac ſalubri vtilitate, ſicut mortuos ſuſcitare, dæmones effugare, cæcos illuminare, & ſimilia: quæ altioris potentiæ erant, quàm aliquod ſignum viſibile de cœlo emittere. Et quid eſt quod petunt aliud ſignum, niſi quia non credunt tot ſigna iam facta, & curioſi ſunt ad experiendum aliqua ſigna noua, & vana? Nec enim videtur, quòd ideo peterent, vt crederent: ſed potius, vt eum tentarent. Vnde Hiero. Signum poſtulant, quaſi quæ viderant ſigna non fuerint. Cupiebant.n.

B vel in morem Heliæ ignem de ſublimi venire. 4. Regis j. vel in ſimilitudinem Samuelis tempore æſtiuo contra natura loci rugire tonitrua, coruſcare fulgura, imbres ruere: quaſi, & illa non poſſent calumniari, & dicere, ex occultis aeris paſsionibus accidiſſe. Nam qui calumniaris ea, quæ oculis vides, & manu tenes, & vtilitate ſenties, quid facturus es de his, quæ de cœlo venirent? Vtique diceres, & magos in Egypto multa ſigna de cœlo feciſſe. Quid eſt tentare Deum? Eſt igitur talia ſigna quærere Deum temerariè, & præſemptuosè tẽtare. Hoc fecit diabolus, Mat. 4. de præcipi

Tentare Deum quid ſit.

C tio tentans Chriſtum, cui Dominus dixit: Non tentabis Dominum Deũ tuum. Quod verbum poteſt eſſe aliud thæma. Tripliciter enim homo tentat Deũ, ſcilicet primò verbis, ſecundò factis expreſsè, tertiò factis interpretatiuè. Primò quidem quis tentat Deum verbis, cum ab eo aliquid petit ea intentione, vt curiosè exploret eius ſcientiam, poteſtatem, vel voluntatem. Secundò autem factis expreſsè tentat, quando per ea, quæ facit, intendit curiosè experimẽtum ſumere de prædictis. Tertiò factis, interpretatiuè homo Deum tentat: qui & ſi hoc non intendat, illud tamen, quod petit, & facit, ad nihil aliud vtile eſt, niſi ad pro

Tentat Deum hõ tripliciter

D bandũ aliquid de prædictis. Sicut, ſi aliquis ęquum currere faciat abſq; aliqua vtilitate: hoc nihil aliud eſſe videtur, quàm experimentum ſumere de æqui velocitate. Quando autem propter aliquã neceſſitatem, vel vtilitatem committit ſe homo in petitionibus, vel operibus ſuis auxilio Dei, hoc nõ eſt Deum tentare, ſed in Deum fideliter ſperare. Quando verò hoc agit abſque neceſſitate: tunc verò interpretatiuè Deum tentat. Ideo ſi quis ex ſola curioſitate petit à Deo aliquod ſignum fieri, ſicut petebant Scribæ, & Phariſæi: talis verè Deum tentat. Quod quidem peccatum primò ſuperbiæ, ſcdò curioſitatis vanæ, tertiò irreuerẽtiæ, quartò amẽtię, quintò diffidentiæ, ſextò improuidentiæ, ſeptimò ſtultitiæ. Primò eſt peccatũ ſuperbiæ, quia ſuperbè, & præſumptuosè ſe ingerit in diuinis, & vltra menſuram ſibi congruam, vel condignam. Secundò eſt peccatum vanæ curioſitatis. Quia hæc vanè, & curiosè miracula quærit. Tertiò eſt peccatum irreuerentiæ. Nempe irreuerentiam in Deum committit. Quidã enim contemptus perſonæ eſt tentare eam. Quartò eſt peccatum amentiæ: quia vult,

E

Peccata quę cõmittunt Phariſæi cu[r]ioſa petitione ſignorum.

F quòd Deus faciat rem vanam ſatisfaciendo ſuæ vanæ petitioni. Quintò eſt peccatum diffidentiæ, & infidelitatis: quia dubitat de eo, ſuper quo Deum tentat. Sextò eſt peccatum improuidentiæ, quia propriam prouidentiam, & diſcretionem temerariè, & legem Dei linquit non quærens in hoc gloriam Dei. Septimò eſt peccatum ſtultitiæ. Conſumatæ quidem ſtultitiæ eſt ſine cauſa periculo ſe exponere. Obiectio. Sed obijcitur de eo, quod Dominus Io. 20. Thomæ ait, quia vidiſti me Thoma, credidiſti: beati, qui non viderunt, & crediderũt. Quod poteſt aliud eſſe thema. Dixit enim Thomas, niſi videro in manus eius fixuram clauorum, & mittam digitum meum in locũ

Obiectio.

G clauorum, & mittan manum meam in latus eius: non credam. Ex his enim ad literam videtur, quòd fides Thomæ, ex viſis erat accepta: quare non videtur gratuita fuiſſe. Ad hoc reſpondet Alex. de Ales in. 3 diſ. quòd hęc coniunctio, quia, nõ tenetur ibidem cauſaliter: ſed adiunctiue. Vnde dũ dicitur, quia vidiſti me Thoma credidiſti: hæc coniunctio, quia, non notat cauſam, vel rationem, ſed notat quandam diſpoſitionem, vel excitationem animi præparatoriam ad credendum. Licet enim fides nõ habeat cauſam, vel rationem (licèt cum talibus probationibus, & ſuaſionibus multum proficiat vita, & vera fides ſicut in prologo huius libri dictum eſt, arti. 2. cap. 3.)

Solutio.

H poteſt tamen habere præparatoriam diſpoſitionem. Hæc ille Multi tamen dubij in fide verè ſimiles his Phariſęis ſunt, Deum præſumptuosè tentantes: ſigna quærunt, & miracula deſiderant: quaſi totus mundus miraculis non fuerit, & ſit plenus. Ad quorum eliminandum errorem de eccellentia improbabilis fidei hodie dicendum eſt. Fides igitur, quam hic cum Dei adiutorio ſtabilire intendimus: veriſsima ratione certiſ-

ſima

A ſimaq; diffinitione eſt virtus, qua ea, quæ ad fundamentum chriſtianę religionis pertinent, abſq; humana probabilitate rectè, firmiterq; credantur De qua tria contemplemur ad præſens: primò eius perfectionem, ſecundò eius obligationem, tertiò eius comparationem.

ARTICVLVS PRIMVS.

De triplici perfectione, quæ conſiſtit in credenda fide ſine miraculis, vel ſignis, rationibus naturalibus, ſiue euidentijs manifeſtis.

B

Primò autem contemplemur huius improbabilis fidei perfectionem. Triplex enim perfectio cōſiſtit in credendo veram fidem abſque euidentijs atque ſignis. Prima eſt, magni vigoris, ſecunda magni amoris, tertia magni ſplendoris.

Quòd credere ſine ſignis, & euidentijs magni vigoris perfectio eſt. Cap. 1.

C Prima eſt perfectio magni vigoris. Sic namque probabile eſt ad intellectum, ſicut lucidum ad viſum, & ſicut ſuaue, & vtile ad affectum: & ſicut calidum, & frigidum ad tactum. Sicut enim eſt in ſuaue, & inutilē ad affectum, & tenebroſum nulloque lumine ſuperaſperſum ad viſum, ſic improbabile ad intellectum. Sicut igitur nō eſt virtuoſum videre lucidum, quod nullo modo pugnat contra viſum, immo omnib⁹ modis pugnat ad ipſum: ſic non eſt virtuoſum credere probabile, vel quod eſt manifeſtè verum. Sicut etiam vigor affectus eſt

Credere abſque ſignis magna perfectio.

D amare, & appetere inſuaue, ſeu moleſtum: ſic affectui amare inutile, ſiue damnoſum. Sicut enim calere contra frigidum, hoc eſt repugnare frigido, virtutis eſt atq; vigoris: ſic amare improbum, & reprobum. Et iuxta hunc modum credere improbabile magnę virtutis erit, & vigoris. Præterea amare, atque deſiderare vtile, & ſuaue, aut magnificum non eſt, niſi de immiſſo, & admiſſo igne calere: & hoc opus propriè eſt naturæ. Non enim eſt minus naturale igni ſpirituali illud, cui appropinquatur, calefacere ſpiritualiter: quàm corporali corporaliter. E Iuxta igitur hunc modum credere probabile, vel manifeſtè verum: nihil aliud eſt credere, quàm videre lucidum, vel illuminari à lucido. Suauitas enim vtilitas, & magnificentia tres ſunt ſpecies ſpiritualis ignis, & tres in humanis mentibus arſiones, ſeu combuſtiones efficiunt, ſcilicet cōcupientiam carnis, oculorum, & ſuperbiam vitæ: vel melius, luxuriam, auaritiam, & ſuperbiam, vt dicitur .j. Ioan. 2. Omne quod eſt in mundo, concupiſcentia carnis eſt, & concupiſcientia oculorum, & ſuperbia vitæ. F His autem tribus ſpeciebus ignis ita ardere, atque exuri innati ſumus, ſicut arida ligna corporali igne, & hoc naturali corruptione, ſeu originali non quidem prima creationis inſtitutione. Sicut igitur tres dictæ diſpoſitiones ignis ſunt ad noſtrum affectum, ſiue ad noſtras motiuas vires tam ſublimes, & nobiles quàm inferiores, & ignobiles inflammandis: Sic probabilitas, & euidentia luces ſunt, & lumina ad noſtrum intellectum, & etiam ad vires noſtras appræhenſiuas tam nobiles, quàm ignobiles, probabilitas tamen tenuis, atque debilis lucis ſpiritualis ſuperaſperſio eſt, propter hoc non ſufficit firmare, ſeu figere mētis appræhenſionem. Euidentia autem veritatis fortis, & pęnetrans luciditas, ſeu luminoſitas eſt, & propter hoc figit, & firmat G certitudine intellectum. Ex his patet, quòd credere impoſſibilia fortitudinis, atque vigoris intellectus noſtri eſt: ſicut amare dānoſa, moleſta, & ignominioſa fortitudinis eſt, atque vigoris noſtri affectus. Vnde Chryſ. ſuper prædictum verbum Mat. volumus à te ſignum videre, a t. Meritò, ſicut ſēper diſcere, vel quærere ſignum, eſt nūquam poſſe proficere: ſic teſtimonium ſēper quærere, ſignum eſt nunquàm velle credere. H

Quòd abſque euidentijs, & ſignis credere eſt perfectio magni amoris. Cap. 2.

Secunda autem perfectio in tali modo credendi, eſt magni amoris. Quemadmodum enim aliud eſt diligere aliquē ex meritis ſuis, ſiue aliud ex ſuauitate, & vtilitate, vel vtile diligenti, aliud ex virtute diligentis: ſic aliud eſt credere ex probabilitate, ſeu euidentia crediti, aliud ex virtute credentis. Sicut enim probitas poſſeſſoris

Diligere, ex meritis

A ſoris ſui dilectionẽ ingerit, & infigit agnoſcentibus, ſiue credentibus eam: & ſicut ſua uitas, & vtilitas ſuauis, & vtilis dilectionẽ, & deſiderium ſui incitat, & inflammat in agnoſcentibus, & credentibus eas: ſic probabilitas, & euidentia veritatis fidem quã dam, ſiue credulitatem probabilium, & manifeſtorum inhęrunt, & imprimunt cognoſcentibus ea. Ac econtra cum quis malum, & dilectione indignum, vel inimicum diligit: hoc indubie non ex meritis eſt dilecti, ſed contra merita eius, & ex virtute diligẽtis. Vnde, cum paupertas, vel moleſtia, aut contumelia, vel mors ipſa diligitur, ſicut fecerunt martyre: ex virtute diligentis
B eſt, non ex ipſis, cum nihil in ſe videantur habere, propter quod ſint diligenda: ſic, cũ improbabilia creduntur, ex virtute credentis eſt, non ex ipſis. Amplius. Sicut improbitas non ſolum amorem non excitat, ſed etiam illum fugat: ſic probabilitas non ſolum fidem non facit, & credulitatem non generat, ſed etiam aufert, & prohibet illam. Ex dictis patet, quòd ſimilis virtus eſt amare improbum, ſiue reprobum, & credere improbabile: nec minoris virtutis eſt credere improbabile, quàm improbum diligere. Vnde Tullius hoc inteligens. 2. Rethoricæ ait, Fides eſt perceptio veritatis
C rerũ cũ aſſertione ſine cauſarũ cognitione.

Quòd perfectio magni luminis eſt credere ſine ſignis. Cap: 3.

TErtia perfectio talis credulitatis eſt magnis ſplendoris, ac luminoſiſſimæ, atque radioſiſſimæ cognitionis. Ea verò quæ ad Chriſtianæ religionis pertinent fundamẽtum, aut ſunt oĩa probabilia, ſiue manifeſtè ve a, aut ſunt ibi quædã im̄probabilia, & non apparentis virtutis: non aũt ſunt oĩa manifeſta vera, quũ nulla erit in fide hæreſis, nulla omnino, contradictio, nulaque diſſentio foret. Manifeſtè enim veris
D nemo vtique contradicit. Quia igitur in eis eſt tanta diſſentio, tantaque hæreſum monſtruoſitas abhorrenda: tot, tantaque ſciſmata in eccleſia Dei: manifeſtum eſt quædam ex eis eſſe veritatis apparẽtis minimę. Credere autem ea, quæ non uidentur eſſe vera, vel quæ non apparent eſſe vera: hoc vt diximus, non eſt, niſi virtutis actus, & niſi ex virtutę, & ſplendido lumine ipſius credentis: cum talia in ſe cauſam credulitatis non habeant, ſicut dictum eſt. Ideo neceſſe eſt ſuperabundanti luminis virtute credi

Credere ſine ſignis eſt magna perfectio, quia nõ omnia ſigna ſunt bona

quædam ex his, quæ pertinent ad fundamentum chriſtianæ religionis, vt radioſa veritas intellectus tenebras improbabilitatis irrumpat, ſeu vincat, & luminoſitate p̄pria ea, quæ illa abdere contendit, lucida, & aperta, hoc eſt credita, reddat. E

ARTICVLVS SECVNDVS.

Quomodo quilibet catholicus abſque ſignis, & manifeſtis euidentijs credere obligatur tripliciter.

SEcundò contemplemur huius improbabilis fidei obligationem, ad quam, ſcilicet omnes generaliter obligantur. Triplex eſt enĩ obligatio fidelitatis, quam quilibet erga Deum obligatur ſeruare. Prima eſt fidelis obedietiæ, ſecunda fidelis militiæ, tertia eſt fidelis reuerentiæ. F

Quòd intellectus humanus abſque probationibus, aut ſignis credere obligatur. Cap. 1.

PRimò enim quilibet obligat Deo exhibere fidelem obedietiam. Manifeſtum eſt enim communitati hominum nõ poſſe ſatisfieri probationibus, vel ſuaſionibus de his, quæ credenda ſunt ad Deum accedentibus, & ſobriè, & iuſtè, & piè in religione chriſtiana viuere volentibus; vel propter defectum probationum, vel ſuaſionum, vel propter breuitatem intellectus ſimplicium, & vulgarium hominum. Neceſſariò ergo credenda erant ea, ſine quorum credulitate nemo ad Deum accedere poteſt. Neceſſe igitur eſt, vt alia via hæc ab hominum cõitate credantur, quàm per probationes, & ſuaſiones. Nihil autem eſt medium, quin credulitas omnis aut ſuaſa ſit, aut virtutis. Neceſſe eſt igitur, vt talia cõmunitas hominũ credat virtute, non humana ſuaſione: nonniſi quis dubitat in ſuaſionibus, & incredulis, qui ſuaſiones, vel probationes credendorum, vel non habent, vel non capiunt ſalutarem credulitatem eſſe imperandam, & contrariam credulitatem ſupplicijs exterminandam. Si igitur iuſta eſt prohibitio eorum impietatis: iuſta eſt igitur, & neceſſariò imperatio credulitatũ, ſiue creditionũ pietatis, hoc eſt veræ religionis. Quare iuſta eſt obedientia, & ex neceſſitate debita in

G H

Credere debet intellectum humanus ea quam ſunt fidei abſque p̄bationib⁹ & ſignis

A in vtriſque. Obediendum eſt igitur ex neceſſitate in credendo. Et obedietiæ debitor eſt intellectus humanus, quantum ad operationem iſtam: maximè cum nullum appareat priuilegium exemptionis ſuæ. Nulla eſt obedietia intellectus i credẽdo, ſi ex ſuaſionibus, aut probationibus credatur: quem admodũ nulla eſt obedietia affectus, cum ex vtilitate, vel ſuauitate ab eo amatur.

Quòd quilibet, tanquam fidelis miles Chriſti fidei aduerſantia expugnare debet. Cap. 2.

B SEcundò autem obligatur quilibet exhibere Deo fidelem militiam. Nempe credere ea, quæ pertinent ad fundamentum Chriſtianæ religionis, bellum vti que habet contra ſe graue, ſcilicet diſputationum, diſſuaſionũ, contraditionum, & etiam improbabilitatum ipſarum. Improbabilitas enim directè contra credulitatem eorum purgat. Omne autem bellum bellica virtute, & fortitudine agendum, & ſuperandum eſt: quia ſine virtute non prouenit victoria belli. Quam neceſſe eſt modis omnibus prouenire, vt mors vtraque decli netur, & vita vtraque, vel acquiratur, vel C acquiſita cum domino conſeruetur. Neceſſaria igitur eſt in bello iſto virtus, quam cõtra dictas quattuor acies, & mente ipſa pugnetur, & triumphaliter expugnentur. Hæc autem indubiè eſt fides: quoniam contra directæ acies illæ pugnant, & ipſa acies ſuas dirigit cõtra illas. Vñ j. Ioan. 5. Hæc eſt victoria, quæ vincit mundum, fides noſtra. Vñ j. Pet. 5. Aduerſarius noſter diabolus rugiens, &c. Et eiuſdem epiſtole. j. cap. Modicum, nunc ſi contriſtari oportet in varijs tentationibus: vt probatio fidei veſtræ multo pretioſior ſit auro, quod per ignem probatur, &c. Ex iam d ictis patet, quòd contra tot iacula periculoſa, atque pernitioſa D humanæ menti neceſſaria eſt armatura, quæ illa excipiat, & retundat: ipſam protegat, atque defendat. Nulla autem eſt ſpiritualis alia armatura, quæ ab his iaculis illam protegat, & contra illam eadem muniat: niſi robuſta, & ſtrennua fides. Quod inde patet, quia omnia illa iacula directè traiciuntur in illam, & immediatè percutiunt eam.

Neceſſaria virtus in bello.

Quilibet de neceſſitate, ſine probationibus, tenetur Deo ſummam reuerentiam exhibere. Cap. 3. E

TErtiò inſuper quilibet obligatur Deo ſummam, ac fidelem reuerẽtiam exhibere, propter quod dicendum, ꝙ aut credendum eſt Deo, abſque ſuaſione aliqua, aut probatione, aut non. Si ſic: ergò credendum eſt ei ex virtute. Quòd enim abſque ſuaſione, & probatione creditur, virtute credentis creditur. Si quis autem dicat, quòd non ei credendum eſt ſine ſuaſione, vel probatione. Contrà. Sicut eñ Deo debetur digna dilectio, & digna honoratio: ſic ei debetur digna credulitas, ſiue F creditio. Non enim eſt digna creditio, quę ei propter ſuaſiones, & probationes impẽditur: quia nec bono, nec magno viro eſt digna. Non igitur eſſet ei credendum, niſi ſicut cuiuis alio: cuilibet enim alteri cũ ſuaſione, & probatione creditur. Si autem dicat, quòd credẽdum eſt ei abſque ſuaſione, & probatione, quoniam ſcitur, vel creditur eſſe, verax atq; veridicus, nec talis hocmõ euaſit: qñ, nec ſine probatione, ſeu ſuaſione hoc eſſe contingit. Habet enim apud ſe ſuaſum, & fixum Deum mentiri nolle, & quicunque dixerit vera eſſe. Per hoc igitur credit Deo, quia credit Deum mentiri nolle: & ita credit ei, ſicut crederetur cuilibet G viro bono, qui vtiq; propter hoc, & per hic crederet, quia crederet, quia crederet eum non mentiri. Patet igitur, ꝙ non credit ei, niſi ſicut alicui bono honeſto viro. Amplius, Hoc ipſum, quòd credit Deum eſſe veracem, & mentiri nolle: aut credit ex veritate fidei, aut ex euidentia veritatis ipſius, aut ex probabilitate, aut ex ſuaſione, ſeu probatione. Si ex euidentia veritatis, vel ex aliquo ſequentium: in nullo igitur honorificat Deum credendo hoc. De quolibet enim alio crederẽ, illud idem, ſi eandẽ cauſam credendi haberet. Credendo hoc igitur de Deo, non honorificat Deum, honorificat quidem in hoc, ꝙ magnum credit H de eo à parte, ſcilicet crediti, non autem à parte credulitatis. Quia igitur vera religio ſitas ſecundum quamlibet ſui partẽ Dei honori intendit: immo eius honor eſt, cum eius credulitas in ſe Dei honor non ſit: licet creditum eius honor ipſius ſit. Manifeſtum eſt igitur, ꝙ huius credulitas, nec vera religio ẽ, nec pars veræ religionis. Eſt autẽ fides ex neceſſitate prima pars veræ religionis, &

Abſque humana perſuaſione quilibet tenet exhibere Deo ſummam reuerẽtiam

A nis, & fundamentum. Fides igitur, quam hic intendimus, virtus eſt, quam diximus ꝓpter hæc omnia, dicit Hugo de San. Vict. ꝙ fides eſt voluntaria certitudo abſentium cõtra opinionem, & infra ſcientiã conſtituta.

ARTICVLVS TERTIVS.

De triplici ſimilitudine, cui aſſimilantur credentes ex euidentijs probationibus, atque ſignis.

B TErtiò contemplemur huius improbabilis fidei comparationem. Nempe non credens ex virtute, ſed ex ſuaſionibus, probationibus, aut ex ſignis poteſt conuenientiſſimè tribus aſſimilari, & comparari. Primò viatori infirmo, ſecundò mercatori incredulo, tertiò bellatori inualido, ſeu feſſo.

Quòd qui non credit ſine probationibus, ſeu euidentijs, vel ſignis: ſimilis eſt viatori infirmo. Cap. 1.

Comparatio. C PRimò enim aſſimilatur viatori infirmo. Intellectus enim humanus, ſiue vis intellectiua noſtra naturaliter infirma eſt in ſeipſa, non ſtans per ſe ipſam: ideo interdum dubietate nutat. Dubitatio enim illius nihil aliud eſt, niſi mutatio eius, quæ nunc in vnam partem contradictionis, nunc in alteram inclinatur. Interdum etiam cadit in tenebris ignorantiæ, & in vacuum ignominiæ: interdum in ipſa falſa, & errores. Fulcitur enim quaſi baculo infirmitas illius, interdum euidentia veritatis, plerunque probationibus, aut ſuaſionibus, quandoq; ſignis. Et cum debilis fuerit ratiocinatio, ſeu leuis, hoc eſt cum fuerit ſuaſio leuis, quaſi ſubtili arundini ei non innititur confiden-D ter: ſed quodam modo ſe retinet timens, ne ad ſuſtentãdum ipſum non ſatis valida ſit, atque fortis. Ideo manifeſtum eſt, quòd ipſe vtitur huiuſmodi fulcimentis, ſeu ſuppodiaculis, quemadmodum baculo debili, aut fragili: cui neque abſque timore, neq; totaliter innititur geſtans ipſum. Tales enim ratiocinationes opinionem faciunt ſolam, quę eſt appræhenſio alterius partis contradictionis cum formidine reliquæ. Euidentia autem veritatis, & probatio demonſtratiua fortiſſima eius ſunt fulcimenta, & tanquam baculi inflexibiles, & infrangibiles E nullaque exparte nutantes. Ex his patet, ꝙ intellectus non quærit huiuſmodi fulcimẽta: niſi ex infirmitate, & indebilitate ſua. Quapropter intellectus priuans eſt ſicut viator infirmus ambulans à concluſione in concluſionem, non valens propria virtute ſuſtinere ſeipſum: ſed adiutorio baculi ſe transferens, & tranſilit ab vno noto, ſeu probato in aliud: baculus autẽ, cuius adminiculo ita ambulat, & tranſilit demonſtratio, ſeu probatio demonſtratiua eſt. Intellectus autem, qui virtute propria credit, nec huiuſmodi fulcimenta requirit, nec indiget illis: magis vtique fortis eſt, magiſque firmus, quia fortior eſt, qui propria virtute, F & firmitate innititur, quã qui alieno adminiculo ſuſtentatur: qua propter magis firmiter credit, quàm ille. Amplius. Magis credit intellectꝰ ea, q̃ credit ꝑ ſeipſum, q̃ ea, q̃ ꝑ aliud, quare intellectꝰ virtute fidei credẽs magis ea, quę credit ex illa, q̃ ea, quæ credit ex ſuaſionibus, vel ex probationibus. Quemadmodum magis amat amatum qui ex virtute propria illud amat, quàm qui ex eo, quod eſt apud amatũ ſimiliter, & rectè amat. Credit enim intellectus ex ſuaſionibus, & probationibus quaſi inclinatus, & G innixus ſuper eas, & quaſi claudicans ambulat ambulatione, qua diximus: quemadmodum, rectè amat ſolus ille, qui ex virtute amat. Amore autem curuo, ſeu flexo amat illectus, & attractus ab amato. Per huiuſmodi autem fidem vtiq; non creditur Deo. Nam neutrorum contrariorum alterius receptibile eſt, ſicut nec calor frigidũ, nec frigidus calidum eſſe poteſt: quare, nec virtus infirma, nec infirmitas virtuoſa. Hæc autem credulitas infirma eſt, quod apparet ex ſuppodiaculis, & ſuffulturis: ideo nec eſt virtus, nec virtuoſa meritò dici poteſt.

Intellectꝰ priuatus eſt ſicut viator infirmus.

Quòd nolens credere abſque euidentijs, & ſignis ſimilis eſt incredulo venditori. Cap. 2. H

SEcundò aſſimiliatur mercatori incredulo. Intellectus enim requirens ea, quæ ſupra diximus, ſicut incredulus venditor eſt: quia emptori aliter non credit, niſi pignus, ſeu cautionem aut ſecuritatem tribuat ei: probatio enim, vel ſuaſio ſicut pignus eſt, & cautio ſecuritatis, ſine qua non credit huius intellectus. Et quemadmodũ venditor

A venditor non aliter dat mercem, niſi ſub
Simile. pignore, & cautione: ſic nec huius intel-
lectus dat credulitatem ſuam, niſi poſtquã
pignus, & cautionem, quam diximus, acce
perit: & ſic de manu talis venditoris non
exeunt merces, niſi prius obtinuerit ſecuri
tatem: ſic nec de eius intellectu credulitas
exit, donec medium probationis quaſi pi-
gnus, ſiue cautionem prius obtinuerit. Pa-
tet enim quia exactio pignoris, ſeu alterius
cautionis non eſt, niſi ex paruitate, ſeu debi
litate credulitatis, aut ex defectu ipſi⁹: quia
manifeſtum eſt intellectum exactorem hu-
iuſmodi pignorum, & ſecuritatum homi-
nis pignoris, & ſecuritatem videlicet pro-
B bationem ſuaſionum, & ſignorum eſſe cre-
dulitate infirmum, aut incredulum, & infi-
Exẽplũ. dum. Quæro namque à te, ſi quis à te mer
canciam quandam faceret, & conuentio-
ne, & prætio facto illam nolles ei ſine pi-
gnore dare, rogo, cui amplius credis, pi-
gnori, aut illi emptori? Clarum verò eſt, ꝙ
pignori, quia illi non per ſe credis: ergo in
hoc plus pignus, quàm ementem honoras.
Sic eſt hæc. Pignora ſunt probationes, ſua-
ſiones, ſeu ſigna. Si igitur Deus tibi aliquid
proponit ad credendum, & iam huius pi-
gnora exigis ab eo: maiorem vtique hono
rem pignoribus exhibes quàm Deo. Quòd
C q̃tum inconueniens ſit, per ſe patet: quia in
domo venditoris magnitudo pignorum, &
multitudo, & ſi ſecuritatem ipſi faciant: ſi
gna ſunt tamen, & teſtimonia credulitatis
eius. Sic pignora, & ſecuritates ſunt proba
tionum, ac perſuaſionum, & ſignorum, li
cèt ſecuritates ſint intellectus, apud quem
ſunt: tamen manifeſtè deſignant eius incre
dulitatem ad ea, de quibus ſunt. Sinceritas
enim fidei noſtræ in hoc ſtat, quòd homo
credat alicui veritati præſentatæ propter
anctoritatem præcipientis, & in hoc illum
glorificat, & honorat: ſed talis, (vt ſic di-
cam) infida, & incredula fides, ſicut iam
dictum eſt, multipliciter comprobata, non
D virtus, ſed vitium eſt, Deo vtique contu-
melioſum: & ideo damnatione, ſupplicioq́;
dignum. Manifeſtum equidem eſt, contu-
meliam fieri cuilibet notæ veritatis, & bo-
nitatis viro, ſi ei abſque pignore fides adhi
bita non fuerit: & ſi cautio ſecuritatis ſup
his, quæ promiſerit ab eodem exacta fuerit.
Quintò igitur fortius contumelia irroga-
tur, & iniuria igne, & gladio vindicanda,
ſi ab eo pignus probationis exigitur, & nõ
aliter dictis, & promiſſionibus eius credit?
Amplius: Non eſt adeo quis periurus, aut
mendax, cui probationibus, aut pignoribus E
idoneis à quolibet nõ credatur. Qui igitur
nõ aliter Deo credere volunt quàm pigne-
ribus idoneis, & probationibus certis: ma
nifeſtũ eſt, quòd Deũ in parte iſta mendaci
bus, & periuris in nullo penitus anteponũt,
& illos ſibi incredulitate parificãt, & in fide
& illum eis adæquant. Hæc eſt aperta con-
tumelia Dei nullatenus toleranda. Hanc. n.
Iudæi & græci Domino irrogabant, ſicut. j.
Cor. j. teſtatur Apoſtolus dicens. Iudæi ſigna
quærunt. ſ. miraculorum: ſed græci ſapiẽtiã
ſ. probationũ: nec hi, nec illi aliter credere
volentes, quaſi duplici ſecuritate indigen-
tes. ſ. pignerum, & fideiuſſorũ propter quod F
patet, ꝙ nec Iudęi nec Græci hmõdi creduli
tate nec credũt, vel nunq̃ crediderunt Deo:
ſed ſignis & ſapientiæ tantũ. Ex iſtis patet,
ꝙ vera fides eſt digna Deo credulitas, qua.
ſ. vt dignum, & iuſtum eſt, ei creditur. ſ. ſine
omni pignere, & cautione. ſ. gratis, & obe
dienter: & non ideo quia verax eſt, aut quia
verum eſt, quod ipſe loquitur, ſicut omni
cuiuis homini crederetur: ſed q̃a iubet, ſeu
præcipit, aut vult. Iubet autem, aut præcipit *Mũdi miſeria quãta ſit experiuntur omnes.*
per legislatorem, vel legis expoſitores: cre-
dit ei ex virtute obediẽtie, & hic virtus obe
diẽtie ipſa fides ẽ, per quã obediẽtię ſuę de
bitum Deo ſoluit intellect⁹ humanus, ſicut G
merito obligatur. Ex his patet quanta infi
delitate plen⁹ ſit hic noſter miſerabilis mũ
dus, q̃ Deo nõ credit, à quo tot pignera tã-
torum miraculorum ſuſcepit: & tot fideiuſ
ſores. ſ. Martyrum atq; luminoſorũ Docto-
rum iam diu recepit. Nempe quilibet mer-
cator nimis incredulus diceretur, qui emen
ti credere nollet, ſi de merce ſibi lucroſa pi
gnus, ac fidei iuſſorem daret, quanto igĩ
magis incredulus ille eſt, qui Chriſto redẽ-
ptori emti ſuo precioſiſſimo ſanguine aĩam
pctõris, ac dãti pignora tot innumerabiliũ mi
raculorum, & fideiuſſore tantorũ Martyrũ
atq; tantorum luminoſorum Doctorum, &
doctrinarum in infidelitate adhuc impiè ꝑ H
ſeuerat? Proinde beatus Maximus in ſer- *B. Maximus.*
mone plurimorum Martyrũ ait. Nouerim⁹
itaq;, quia non ſine magno diſcrimine de
religionis veritate diſputamus: quã tantorũ
Martyrũ ſanguine confirmatã videmus: ma
gni periculi res eſt, ſi poſt prophetarũ ora-
cula: ſi poſt Apoſtolorum teſtimonia, poſt
Martyrũ vulnera, veterem fidẽ quaſi nouel
lã diſcutere præſumas: & tam poſt manife-
ſtos duces in errore permaneas, & poſt mo
rientium ſudores ocioſa diſputatione con-
tendas.

A *Quòd qui non vult credere abſque probatio nibus, & euidentijs, aut ſignis, comparatur inualido bellatori.*

Cap. 3.

Com'ra tio vili- da.

TErtiò aſſimiliatur inualido, ſeu feſſo bellatori. Sicut enim impoſſibile eſt, ꝙ albedo ſit nigra: ſic impoſſibile eſt quòd virtus ſit infirma. Nulla nanque veritas eſt, quantumcumq; ſit euidens, pro qua defendenda qſq; ſe exponeret morti, quod quotidie ſit pro catholica fide. Nam, ſecundum Philoſophum firmius, & virtuoſius
B tenetur virtuoſitas virtute, quàm arte, vel ſcientia. Ideo qui diſputat de caſtitate, firmius veritatem tenet caſtus per virtuté, q̄ luxurioſus ꝑ ſciétiā. Similiter eſt de iuſtitia, & alijs virtutibus. Nam ꝑ ſciam tenet veritas quadam vmbra, velut in ſpé intelligibiliq; fantaſmate accepta, viſa, & cognita ſunt. Per virtuté verò habetur ſenſus illius veritatis, velut quidā ſapor, & odor realiter mouens: & iō virtuoſius, & certius tenentur, quæ virtute obtinentur: & ſic quæ fide, q̄ quæ ſcientia. Amplius. Cum virtus fidei circa difficilima ſit, huiuſmodi autem probationum credulitas non ſolum circa facilima eſt, ſed circa ea, quæ vel impoſſibile,

Virtus fidei circa deſſicillima.

C vel difficile eſt non credere: manifeſtum é talem fidem non eſſe virtuté: impoſſibile é .n. nó credere manifeſtè vera. Difficile aút eſt non credere probabilia, & reſiſtere ſuaſionibus, & conſimilibus. Fides igitur fortiſſima virtus é, qua. ſ. violentia ſit regno cęlorú, dicente Domino Mat. 11. Regnú cęlorú vim patitur, & violéti .i. fideles rapiút illud. Ex his patet, q̄ ſit inualidus bellator intellectus humanus, quærens fulcimenta humana: & quæ ratio vacillationis, quæ eſt in ſcié tia, & firmitatis, quæ eſt in fide. Vnde licèt (ſicut ſupradictum eſt) fides habeat vndique graue bellum: tamen ſicut virtus vera fides ſine iuuamine omnia vincit, iuxta il
D lud Matt. 9. Omnia poſſibilia ſunt credenti, quod non facit ſcientia, atque euidentia, &c. abſque iuuamine rationis, ergo bellator inualidus eſt intellectus humanus rónes ſequens. Hoc patere poteſt myſticè de Dauid, qui j. Regis. 17. ſpretis armis contra Goliam victorioſius pugnauit funda, & lapide in nomine Domini. Et ad Heb. 11. Sancti per fidē vicerunt regna, operati ſunt iuſticiā: quę eſt credere, Deú, credere Deo & credere i Deú. Et ſubdit. Adepti sút ꝓmiſſiones, ideſt gloriam ſempiternam. Patet ét ex dictis, quòd fides iſta firmà eſt neceſſaria, vt intellectus humanus Deo per ipſam E
ſeruiat, ſuæque obedientię debitum ei reddat, vt & contra bella quæ aduerſus ipſum inſurgunt, tanquàm bellator fortis pugnans vincat, atque victoriæ coronam tandem à ſummo rege accipiat. Nam dicitur. 2. Timot. 2. Non coronabitur, niſi qui legitimè certauerit. Propter hoc etiam manifeſtum eſt: quia ſi euidentis veritatis eſſent ea, quæ fide hac credenda ſunt vel probabilia eſſent, vel probationes haberent, vel ſigna, & propter hoc ſolummodo crederentur: ceſſarent intellectus bella, & propter hoc etiam, & victoria, quare, & vi- F
ctoriæ corona. Ceſſarent etiam alia bona, quæ iam tetigimus, quia nulla eſſet religio intellectus, nulla obedientiæ, nulla veneratio Dei, nullum obſequium, nullus diuinus cultus: quare remaneret humanus, intellectus iniuſtus, & iniquus, impius, & peccator. Ex prædictis igitur patet, quātæ perfectionis ſit credere abſque euidentijs atque ſignis, ac quomodo ad talem credulitatem ex debito obligamur, & quibus aliter non credentes meritò ſimiliantur, vt iam decętero nemo fidelis ſit, qui humanas rationes, ſeu euidentias, aut miracula quærat: ſed cum magno vigore, amore G
atque ſplendore obedienter, viriliter, & reuerenter improbabilia verę fidei credat. Quod omnibus nobis miſericorditer largiri dignetur ille, qui eſt teſtis fidelis, & verus Dominus, Ieſus Chriſtus, qui cum patre, & Spirituſancto præmij veræ fidei eſt largitor in gloria ſempiterna, in ſæcula ſæculorum, Amen.

FERIA QVINTA
poſt primam dominicam in Quadrageſima. H

De iudicio temerario præsūptuoſo, & falſo.

Sermo XIIII.

M*Iſerere mei Domine, fili Dauid, filia mea male a dæmonio vexatur*, Mat. 15. & in euang. hodierno Anguſtiantis, atque miſericordiam clamando poſtulantis, verba ſunt illa. Ex doloris anguſtia

A anguſtia clamat in clamore anguſtiam, atque miſeriam manifeſtat: atque contra miſeriam à largitore miſericordiarum tota cordis fiducia miſericordiam ſibi largiri poſtulat dicens, Miſerere mei fili Dauid &c. *Clamorē inducunt tria.* Quænam eſt iſta filia, quæ allegatur à diabolo malè vexata, niſi anima, quando varijs ſuſpitionib9, atq; impijs cogitationib9, nec nõ & iudicijs temerarijs pſũptuoſis, & falſis, ac murmurationibus, & detractionibus cõtra charitatẽ Chriſti moleſtatur: p̃mittitur enim qđ clamauit dicẽs: Miſerere mei, &c. Tria verò clamorem inducunt, neceſſitas, charitas, & pænalitas. Clamat talis anima B propter magnam neceſſitatem. Ideo dicit, Miſere mei Domine. Contra talia iudicia falſa clamat propter accenſam charitatem: ideo ſubditur, fili Dauid. Filius dicitur à filos, quod eſt amor: & Dauid manu fortis interpretatur, quaſi dicat manu forti tuæ dilectionis libera me Domine Ieſu. Clamat propter grauem infirmitatem dicens, Filia mea malè à demonio vexatur: quaſi dicat, filia mea: ecce ſubiectum morbi: malè: ecce quantitas morbi: à demonio: ecce genus morbi: vexatur: ecce qualitas morbi. Quod ad præſens totum intelligitur de anima, quæ multiplicibus temerarijs, & falſis iudicijs in conſcientia, diabolo inſtigante, ve- C xatur. Vnde Mat. 7. Nolite iudicare, & nõ iudicabimini. Sed quia omne peccatum à voluntate originem habet: ideo, vt voluntariè euitemus temerarium iudicium cordis, Dominus Ioan. 7. ait, Nolite iudicare ſecundum faciem. Secundum Auguſti. prohibit iudicium cordis, per quod de alijs malè opiniamur ſiue credimus, vel ſentimus. Ratio. huius eſt ſecundum Apoſtolum. 1. Cor. 13. quia charitas non cogitat malum, nempe de dilectis malè ſentimus, ſicut econtra de non dilectis difficiliter bene. Ideo Auguſti. in gloſa ſuper illud. 1. Cor. 4. Nolite ante tempus iudicare, dicit: Et ſi ſuſpitiones vitare non poſſimus, D iudicia tamen, & diffinitiuas ſententias continere debemus. Quod pſal. obſeruare ſatagebat dicens: Amputa opprobrium meum, quod ſuſpicatus ſum, quia iudicia tua iocunda. Quod verbum poteſt eſſe aliud thema in præſenti materia. Circa materiã autẽ mentalis iudicij aduertendum eſt, quòd triplex iudiciũ diſtingui poteſt.

Primum eſt iudicium veritatis, ſecundum eſt iudicium varietatis, tertiũ eſt iudiciũ iniquitatis, ſeu temeritatis.

Articvlvs Primvs. E

Quòd ſunt quædam opera, quæ poſſunt, & debent iudicari mala, ſed tamen cum timore.

PRimum eſt iudicium veritatis, quo quis manifeſta peccata poteſt leuiſſimè iudicare, ſicut contingit de illis operibus, quæ bono animo fieri non poſſunt: ſicut eſt manifeſta vſura, negare Deum, idolatrare, Deum blaſphemare. *Iudicium veritatis.* Ideo inter tales talia operantes ponuntur Iudęi, & alij infideles, & hæretici manifeſti, de quibus omnibus 1. Timot. 5. Quo- F rundam peccata manifeſta ſunt præcedentia ad iudicium, ideſt digna iudicari particulari iudicio etiam ex debito antequam veniat iudicium generale. Ideo dicitur Ioan. 3 Qui non credit, iam iudicatus eſt, ſcilicet à Deo: ideo ab hominibus iudicari poteſt, & non iudicare eſſe malum, peccatum eſt. Vnde ſecundùm Alexan. de Ales, qui talia agit malus in corde iudicandus eſt. Vnde pſal. Rectè iudicate, filij hominum. Aduertendum eſt, ſicut dicit glo. ſuper verbo Apoſtoli ad Rom. 14. qui non manducantem non ſpernat: dubia ſunt in meliorem partem interpretanda. *Pſal.* Proinde notandum, quòd aliquid ex tribus nobis dubium G eſt. Primò ex ignorantia principij, ſecundò ex ignorantia medij, tertiò ex ignorantia termini ſeu finis.

Quòd de his, quæ poſſunt fieri bona, & mala auditione, ſeu intentione non licet temerè diffinire. Cap. 1.

PRimò eſt nobis aliquid dubium ex ignorantia principij. Nam principium boni, vel mali operis, eſt intentio, vel voluntas. Vnde cum incertum ſit, quo animo, vel qua intentione opus ſit factum: temerarium iu- H dicium præcauere debemus ſecundum Auguſt. lib. contra Manichæos 12. Quandoq; opus eſt malum, & voluntas non eſt mala, ſicut cum aliquis hominem inanimaduertenter occidit. Quandoque inſuper opus eſt bonum, & voluntas eſt mala, ſicut cum quis opus miſericordiæ facit non pro honore Dei, ſed pro honore mundi, vt ab hominibus bonus reputetur, & laudetur, ſicut dicit Haymo ſuper illud verbum ad Ro. 2. Dei iudicium eſt ſecundum veritatem.

A *Quòd non ſunt temerè iudicanda opera, quę poſſunt eſſe bona, & mala.*
Cap. 2.

Ex ignorantia medij prouenit in nobis aliquis error

SEcundò verò eſt nobis aliquid dubium ex ignorantia medij. Sicut enim operum quædam ſunt mala, vt veneficia, ſtupra, & conſimilia, ſecundum Augu. de ſermo. Do. in mon. ita ſunt opera quædam media, & indifferentia, de quibus iudicare non poſſumus, an ſint bona, vel mala: Sicut ſunt dare eleemoſynas, ieiunare, orare, & conſimilia. Nam licèt homo tale opus inceperit bona, vel mala intentione: tamen B in ipſo opere peruerti, & conuerti poteſt de bono in malum, & econtra. Vnde Hier. 17. Prauum eſt cor hominis, ſcilicet quoad effectum, & inſcrutabile, quo ad intellectũ. Quis cognoſcet illud? quaſi dicat, nullus: ideo non poteſt de illo quis, niſi temerè iudiçare.

Quòd propter ignorantiam, finis etiam ſceleſti, quo ad finem, iudicandi non ſunt. Cap. 3.

TErtiò autem eſt aliquid nobis dubiũ ex ignorantia finis, ſecundum Augu. contra Manichęos, lib. 2. C Incertum eſt nobis, qualis futurus ſit, qui nunc, vel malus appareat: ſolus enim ſcit id Deus: & ideo temerarium eſt propter aliquod opus præſens bonum, vel malum de aliquo iudicare. Hoc autem ſolius eſt Dei. Vnde ad Ro. 2. Scimus quoniam iudicinm Dei eſt ſecundum veritatem. Et hoc triplici ratione, ſecũdum Haymo ſuper hoc verbo pręallegato. Primò, quia ipſe ſolus corda nouit: ſecũdò, quia qui ſunt eius nouit: tertiò, quia mercedem iuſtam retribuit. Iudicium enim humanum inficitur, & peruertitur multis modis, ſed iudicium Dei eſt ſecundum veritatem. Ideo ſit ſcelus graue, quantumcunque D velis, non licet de fine cuiuſcunque ſcelerati temere diffinire. Poſſumus igitur iudicare talia prædicta opera ſcelera eſſe impietatis, & quòd moriens in eis damnatur omnino: ſed quòd ſceleſtus in illo ſcelere moriturus ſit abſolutè, & determinatè, temerarium iudicium eſt, ſicut infra patebit.

Articvlvs Secvndvs. E

De triplici varietate ſignorum, ſuſpitionũ, et indiciorũ: per quæ colligi põt quãdo indicium ſit peccatum mortale, vel veniale.

SEcundum eſt iudicium varietatis. In hoc iudicio triplex varietas poteſt conſiderari. Prima eſt ſignorum, ſecunda eſt ſuſpicionnm, tertia eſt indiciorum.

De quadruplici genere ſignorum, ex quo omne iudicium radicale ſuſcipit fundamentum. Cap. 1. F

PRima verò iudicij varietas eſt ſignorum. Quattuor enim ſignorum genera diſtingui poſunt, quaſi iudicialis arboris fundamentales radices. Primum eſt ſignum violentum, ſecundum eſt ſignum probabile, tertium eſi ſignum leue, quartum eſt temerarium: de quibus tangitur extra de purga. cano. ſi quis de gradu, in glo. vltima. Primum eſt ſignum violentum, quãdo omnia ſigna ſunt mali, & nulla boni. Secundũ eſt ſignum probabile, quando plura ſigna ſunt G mali, & pauca boni. Tertiũ ſignum eſt leue, qñ plura ſigna ſunt boni, & pauca mali. Quartũ eſt ſignũ temerariũ, quando nulla ſunt ſigna mali, & omnia ſunt ſigna boni. Adhuc hæc ſigna latius explanemus. Prima ſunt ſigna violenta, ſcilicet quando in homine, vel in opere omnia ſigna ſunt mali, & nulla boni, ſicut per hęc ſigna violenta iudicauit Salomon inter illas meretrices, quarum vna oppreſſerat filium dormiendo. 3. Regũ. 3. item de corpore mortuo viri, qui fuerit ab aliquo interfectus. Nam tali corpore frigefacto, & iam ſanguine congelato, ſi approximauerit interfector, ſanguinem vulnera fluunt nouiter, quan H quæ voce poteſt peremptorem ſuum natura humana accuſat. Et hoc fortè ſacra ſcriptura exprimere intellexit, cum Gen. 4. Abel interfecto à Cayn Dominus ait. Vox ſanguinis fratris tui clamat ad me de terra. Sic etiam, ſi facto furto, à Rectore plures capiuntur, qui omnes bonę famæ alacri vultu, & intrepida voce coram iudice ſuam innocentiam proteſtantur: ſolum vnus malæ famæ inter omnes pallet, tremit, obmuteſcit, deficit, & multa ſigna conſimilia, oſten dit

Quattuor ſignorum genera.

A dit. De hac ſorte ſignorum ſunt effrons procatio in dominico templo arma diſtinguẽtia inter partes, cũ ſtat mulier adultera in domo adulteri, licèt iã ambos pœniteat atq; caſtitatẽ obſeruent, ſed hoc inter eos latet intalibus indicare nõ eſt mortale, ſm Alexan. in 2. Secunda ſigna ſunt probabilia, ſcilicet quando plura ſunt ſigna mali, quàm boni, ſicut, cum iuuenis omnino validus, & ſanus, iamq́ue ætate grandeus ieiunij præcepta non ſeruat. Item cum mulier in domo, vbi illam maritus videt abſque ornamentis, & inculta conuerſatur, ſi extra domnn in publicis locis quaſi altera Venus apparet. In talibus autem determina-

Signa probabilia.

B tè, & pertinaciter iudicando de mortali, ideſt, quòd mala intentione fiat, & aſſerendo, quòd ſit mortale illud, quod iudicat temerarium iudicium, & mortale, ſecundum Alexan de Ales in 2. In his autem regula locum habet, quæ dicit, quòd dubia ſunt in meliorem partem interpretanda. Vnde Hiero. ait: De dubijs non diffinias, ſed ſuſpenſam tene ſententiam. Vnde Senenc. ſapiens ait: Sapiens quicquid accidit, bene interpretando leuat, ideſt alleuiat, non aggrauat, quicquid dubium eſt ex humanitate: inclinat licèt non excuſabiles ſint, qui materiam ſcandali præſtant, ſicut no. 6. q.

Tertia ſigna.

C 1. cap. ex merito. Tertia ſigna ſunt leuia, ſcilicet quando ſunt plura ſigna boni, & pauca mali. Vn Gregorius in regulis: Graue eſt ſatis, & indecens, vt in re dubia certa dicatur ſententia, ſicut cum mulier, & etiam iuuenis attentè, & deuotè verbum Dei frequentãt, licèt aliquas deferant vanitates. Item, cum homo peccator, licèt multis ſceleribus olim fuerit inuolutus, verbũ Dei frequentat, & attentè audit, & deuotè. Item, cum homo claræ famæ, vitæq́ue bonæ in loco, honeſto raro, & tempore non incongruo, cum muliere ſatis infami confabulatur, Exemplo Chriſti Lu. 7. de Magdalena, & Ioan. 4. de Samaritana. Ideo: ait

D Bern. ſuper Cantis. ſermo. 12. Si is, qui in clauſtro eſt eum, qui verſatur in populo interdum minus diſcretè ſeſe agere deprehẽdit. Verbi gratia, in verbo, in ſomno, in riſu, in iudicio non ad iudicandum proſiliat confeſtim: ſed meminerit ſcriptum. Eccle. 42, Melior eſt iniquitas viri, quàm mulier bene faciens. Nam tu, qui in tui cuſtodiam inuigilas, bene facis, ſed qui iuuat multos, melius facit quod ſupplere non poteſt abſque aliqua iniquitate, ideſt abſque quadam inequalitate vitæ, & conuerſationis, memento, quia charitas operit multitudinem peccatorum. Hæc ille. Hi ſunt ſimiles ſimiæ, quæ voluit comedere pomum granatum: ſed quia corticem ſenſit amarum, illud à ſe proiecit. Vnde Iſido. in ſynonymis. Nullum iudices ſuſpitionis arbitrio ante proba, & ſic iudica: non enim qui accuſatur, ſed qui conuincitur reus eſt. Quarta ſigna temeraria dici poſũt, qa ex temeritate temerariè feruntur, & hoc quando omnia iudicia ſunt boni, & nulla mali. Sicut ſi videres hominem contemnere mũdana, caſtitatem, & humilitatem ſectari, ſacramenta eccleſiaſtica frequentare, diuinis parere præceptis, fugere conſortia malorum &c. credas, & dicas huiuſmodi hypocritam, temerarium iudicium eſt, & mortale: Simile eſt, ſi iuuenis, vel pnella formoſa, decora, & florida, opulenta, ſtatuq́ue magnates mundum derelinqnat, vt iudicetur ex puſillanimitate, vel ex alia vili cauſa hoc agere, temerarium iudicium eſt, & mortale. Conſimiles iudices ſolent commendare iuuenem, qui ſequitur ſtipendium, ac diſſolutam vitam. Contra quos no. illud Eſa. 5. Vę vobis, qui dicitis bonum malum, econtra. Vnde quidam ſapiẽs ait Felices eſſent artes, ſi de eis ſoli artifices iudicarent. Tale iudicium, ſecundum Alexand. vbi ſupra grauius eſt cęteris, & mortale. Contra quod glo. 14. ad Roma. ait: faciem boni videntes gaudeamus, cor verò Deo committamus. E F G

Quarta ſigna.

De quadruplici genere ſuſpitionum, quo gradatim alleuiantur.
Cap. 2.

SEcunda varietas eſt ſuſpitionum. Hæc quadruplex eſſe poteſt, quia quattor poſſunt eſſe ſuſpitiones. Prima deliberatiua, ſcilicet per deffinitiuam ſententiam mentis, per quam cor aſſerit, & diffinit hic eſſe, vel non eſſe. Hi ſunt, qui ex ſolis ſuſpitionibus odientes cęteros, & contemnentes, & ſub ſpecie pietatis odium proprium exequuntur. Secunda eſt ſuſpicio grauis, non tamen deliberata. Tertia eſt ſuſpicio mediocris, non grauis, nec deliberata. Quarta eſt ſuſpicio leuis, non mediocris, non grauis, nec deliberata, quæ propriè humana temptatio dicitur. Vnde. j. Cor. 10. Tentatio non vos appræhendat, niſi humana. Secundum enim Tho. cum H

Quattuor ſuſpitiõis.

A q iis ex leuibus indicijs de bonitate alicuius incipit dubitare, eſt veniale, & leue, & pertinet ad tentationem humanam, ſicut dictum eſt. Cum verò ex his leuibus indicijs pro certo alterius malitiam æſtimat: ſi ſit de aliquo graui, mortale eſt, inquantũ non eſt ſine proximi ſui contemptu.

De quadruplici genere viciorum ſecundum quæ proximus uarie iudicatur.

Cap. 3.

Quadruplex vitiorũ genus.

B Tertia eſt varietas vitiorum, & hæc eſt quadruplex eſt, quia quadruplex iudicium fieri contingit. Primum, cum fit iudicium de mortali non aduertendo, quòd ſit mortale. Secundum, cum fit iudicium de mortali credendo, quòd ſit veniale: Quartum, quando fit iudicium de veniali credendo, quòd ſit mortale. Rigor autem, & diſcretio vera, & recta huius præcepti de non iudicando in his tribus conſiſtit, vbi cadit mortale, ſi homo iudicat. Primò, quòd non ſint ibi ſigna violenta, ſicut patuit ſupra, ſecundò, quòd mens deliberet per diffinitionem: tertiò, quòd fiat iudicium de mortali aduertendo,
C quòd ſit mortale. Nam vbi iſta tria concurrunt, temerarium iudicium eſt, & mortale, aliter non. Reliquorum verò grauitas, ſecundum varias combinationes, & circumſtantias penſanda eſt, & diſcretè examinanda. Et in omnibus ſupradictis à iuſto iudice parata eſt pœna, quam meretur varij iudicij culpa, ſicut Matt. 7. In quo iudicio iudicaueris, iudicabimini. Et Luc. 6. Eadem menſura, qua menſi fueritis. &c.

D

Articvlvs Tertivs.

De duodecim fructibus malis, qui oriuntur de iudicio temerario, & iniquo.

Duodecĩ mali fructus ex iudicio temerario.

Tertium eſt iudicium iniquitatis, vel temeritatis. De dubijs autem nedum de bonis malum iudicare, frequenter īducit vitia mala, & multa: & eius frequentatio multum aggrauat illa. Ideo dicere poſſumus, quia duodecim iniqui fructus huius arboris huiuſmodi temerarij iudices conſequũtur: quorum primus dicitur inquiſitio, Secundus vagatio, Tertius præſumptio, Quartus ſuperſtitio. Addantur alij quattuor, quorum Primus eſt Vſurpatio, Secundus præcipitatio, Tertius malignatio, Quartus deſpectio. Addantur, & alij quattuor, quorum primus dicitur excęcatio, ſecundus detractio, tertius punitio, quartus obliuio. Igitur, ſicut dicitur Mat. 7. A fructibus eorum cognoſcetis eos, ſcilicet iudices temerarios, & ſuperbos. E F

De primis quatuor fructibus temerarij iudicij.

Cap. I.

Primus fruct9 Iudicij temerarij.

Primus fructus dicitur inquiſitio, ſcilicet, & inſpectio aliorum factorum. Facit enim tale iudicium curioſum hominem de factis, dictis, & cogitationibus aliorum perquerendis, inueſtigandis, diiudicandis, & condemnandis, quod ad literam G
prohibet Dominus dicens, Luc. 6. Nolite iudicare, ſcilicet homines, ſimiles vobis: & non iudicabimini, ſcilicet à Deo. Nolite condemnare, & non condemnabimini ſcilicet à Deo. Contra hanc curioſam inquiſitionem Bernardus ait: Noli eſſe aliorum factorum curioſus inquiſitor, aut temerarius iudex. Et alibi: Qui ſui negligens, alios curioſè circumſpicit, dum quoſdam ſuſpicit ſuperiores, quoſdam deſpicit inferiores, & in alijs quidem videt quod inuidet, in alijs quod irridet. Inde fit, quòd pro mobilitate oculorum leuigatur animus, nulla vtique ſui cura aggrauatus, mo H
do per ſuperbiam ad alta ſe erigat, modò per inuidiam ad ima ſe demergat: nunc per iracundiam nequiter contabeſcat, nunc per excellentiam pueriliter hilareſcat: in altero nequam, in altero vanus in vtroque ſuperbus exiſtit. Quia quod ſuperari ſe dolet, & quod ſe ſuperare gaudeat, amor propriæ excellentiæ facit. Has autem animi viciſſitudines nunc pauca, & mordacia, nunc multa, & inania, nunc riſu, nunc luctu plena: ſemper verò

A verò irrationabilia verba indicat. Secundus fructus eſt vagatio, ſ. mentalis, & ſenſualis. Ex quibus ſequitur incircũſpectio ſuipſius, & ſuorum actuum: contra quod Eccleſiaſt. 18. Ante iudicium, ſ. proximi, interroga teipſum. Et ad Rom. 14. Beatus, qui non iudicat ſeipſum in eo, quod probat, i. cõtinuè de ſe experitur. Vnde Hugo. Si teipſum nõ vides, nihil bene vides, ſi in tuo iudicio nõ falleris, alieno dirigeris. Quidam vir ſanctus, cum audiſſet quẽdam peccaſſe, amarè fleuit dicens: Iſte hodie, & ego cras. Tertius fructus eſt præſumptio. Qui enim alios B iudicant, ſi ſe longè inferiores, & peiores illis, quos iudicant exiſtimarent, temerariè eos iudicare nõ auderent. In vitis Patrum quidam interrogauit ſenem, & ait: Quid eſt pater, quod Apoſtolus ait ad Tytum 1. Omnia munda mũdis? Ait ſenex. Qui hoc intelligit, videt ſe inferiorem omni creatura. Cui frater: Et quomodo poſſum me minorem iudicare, eo ꝙ vidi hominem homicidium perpetraſſe? Reſpondit: Iſte ſemel homicidium fecit, ego autem omni hora occido animam meam. Hæc enim eſt ſola hominis iuſtitia, vt ſeipſum reprehendat. Tunc enim iuſtus eſt homo, cum mens ſua peccata cõdemnat. Vnde Sen. in Epiſtolis: C Semper quicquid dubium eſt, humilitas inclinat in melius. Quartus fructus eſt ſuperſtitio. Abſque ſuperſtitione eſſe non poteſt quis, quãdo reprehenſibilis in eodem reatu, vel etiam grauiori, aliena peccata iudicat, & condemnat. Quod dici poteſt iudicium reconuentionale, quia poſſet qui profert de eodem, reconueniri. Ideo Apoſt. ait ad Rom. 2. In quo alium iudicas, teipſum condemnas. Eadem enim agis, quæ iudicas. Contra quos Dominus Matth. 7. ait: Quid vides feſtucam in oculo fratris tui, & trabem in oculo tuo non vides? Hoc quidẽ præcipuè contingit, quãdo magnus peccator proximum durè iudicat de aliquo leui. Aut quomodo dicis fratri tuo, ſ. præſumẽs D de iuſtitia tua: frater, ſiue eijciam feſtucam de oculo tuo, & ecce trabs eſt in oculo tuo? Hypocrita, eijce trabem primum de oculo tuo, & tunc videbis eijcere feſtucã de oculo fratris tui. Vnde glo. ſuper prædicto verbo ait: Vix inuenitur aliquis ab hoc vitio alienus, quia vnuſquiſque ſibi fauens aliena facilè deprehendit, & aliena grauius tolerando, quàm ſua ſumit auctoritatem arguendi, ſine exemplo emendationis ſuæ. Vnde Chryſoſt. de compunctione: In alie-

Dictum egregium eſt vitis ſanctorũ patrum.

nis delictis ſeueri, & amariſſimi iudices E reſidemus: noſtras autem trabes oculis infixas proprijs non videmus, quia aliena & minima ſollicitè perſcrutamur. Hi ſimiles ſunt Scribis, & Phariſęis, accuſantibus adulteram coram Chriſto, quibus dicitur Ioan. 8. Qui ſine peccato eſt veſtrum, prius in illam lapidem mittat. Item ſunt ſimiles Phariſæo murmuranti de Magdalena: Lucæ 7. Stultum verò eſt in domo propria habenti mortuum, ad alienum deflendum pergere.

De quatuor ſecundis fructibus iudicij falſi. Cap. 2. F

SVperaddatur alius fructuum quaternarius. Quintus fructus eſt vſurpatio. Proinde glo. 1. Corinth. 4. ait: Iudicis iniuria eſt, ſi ante eius iudiciũ à ſeruo procedat ſententia. Sed notandum eſt, ꝙ talis iudicij vſurpatio tanto grauior eſt, quanto ſummo iudicio iudicandi auctoritas vſurpatur. Ad quem ait Apoſt. ad Rom. 14. Tu quis es, qui iudicas alienum ſeruum? Suo Domino ſtat, aut cadit. Vbi nota, ꝙ tangit tria, ſ. iudicantis nihilitatem dicẽs: Tu quis es, i. cuius auctoritatis es: cũ nihil à te ſis, & vis rapere iudicium à filio Dei, cui dedit pater iudicium facere, quia filius hominis G eſt, vt dicitur Ioan. 5. Secundò iudicantis rapacitatem, vel temeritatem ibi: Qui iudicas alienum ſeruum: Exo. 2. Quis te conſtituit principem ſuper nos? Tertiò iudicantis auctoritatem dicens: Domino ſuo ſtat, aut cadit. j. Cor. 4. Qui autem me iudicat, Dominus eſt. Et ſuperius inquit: neq; meipſum iudico: quaſi dicat: Quãto minus tu, qui interiora cordis mei non noſti? Sextus fructus eſt præcipitatio, quia ſententia præcipitatur ante examinationem, & certam diſcuſſionem ipſius veritatis. Hæc præcipitatio fit, cum quis iudicatur de dubijs, & occultis: ſiue ſint præſentia: vt cum iudicas hominem qui apparet bonus, eſſe malum: Matth. 12. Si autem ſciretis, quid eſt, miſericordiam volo, & nõ ſacrificium: nunquàm H condemnaſſetis innocentes. Siue ſint præterita, vt cum aliquod bonũ iudicatur fuiſſe factum mala intẽtione, quod factum eſt bona intentione. Nam licèt fuerit malus, nunc fortè non eſt. Vnde Iaco. 2. Facti eſtis iudices cogitationum iniquarum. Siue ſint futura: vt cum iudicas aliquem finaliter reprobãdum, ita, ꝙ omnino deſperas de eius finali pęnitentia, & ſalute. j. Cor. 4. Nolite ante

Alij mali fructus temerarij iudicij.

A ante tempus iudicare. Dixit Angelus ad
abbatem Iſaac: Hoc fac, vt quemcunq; non
condemnes vſquequo Deus iudicet illum.
Vnde Act.j. Non eſt veſtrum noſſe tempo-
ra, vel momẽta, quę pater poſuit in ſua po-
teſtate. Temerarijs iudicijs his temporibus
plena ſunt omnia. De quo deſperamus, ſu-
bitò conuertitur, & fit optimus. De quo
multum præſumpſeramus, deficit, & fit ma
lus. Nec timor noſter certus eſt, nec amor.
Quid ſit hodie quiſq; homo, vix nouit ip-
ſe homo. Vnde Bern. ſuper Lu. Duo ſunt,
in quibus temerarium iudicium cauere de
B bemus, cum incertum eſt, quo animo ſit
quid factum: vel cum incertum eſt, quid fu-
turum ſit, qui nunc bonus, vel malus appa-
ret. Septimus fructus eſt malignatio. Vidẽ-
tur enim tales amare malum fraternum:
conſtat enim, ꝙ iudicium, quo indebitè
aſſerunt eos malos ex affectu inclinãte eos
trahit ad ſentiendum malè de eis. Includit
igitur, & nutrit abſconditum venenum, &
odium. Vnde ſecundum Chryſoſt. perfectũ
odiũ, & perfectus amor rerum iudicia non
cognoſcit. Videntur tales quodammodo
ſe impinguare de proximi ruina, culpa, atq;
C infamia. Vnde Aug. in ſermone Domini in
monte. Maximè hi temere iudicant de me-
ritis aliorum, & facile reprehendunt, qui
magis amant, & vituperare, & damnare, q̃
emendare, & corrigere: quod vitium ſu-
perbiæ eſt, vel inuidiæ. Octauus fructus eſt
deſpectio. Facit enim hominem deſpicere
propinquum, licèt iuſtum, ſicut patet Lucę
18. De Phariſæo deſpiciente humilem Pu-
blicanum, qui ait: Gratias tibi ago, &c. Ta-
le igitur iudicium eſt ſignum incompaſſio-
nis, & impietatis, quia cum quodam con-
temptu talis mordet, & corrodit aliorum
vitam: & eoipſo, ꝙ ſic iudicantur, eis irreue
D rentia, & contumelia irrogantur.

De tertijs quatuor fructibus impij, & falſi iudicij. Cap. 3.

Alij fru-ctus ex te-merario iudicio pr-laui.

NOnus fructus eſt excęcatio. Multi.n:
inuidia, & odio, atque omni malitia
pleni, plerunq; neſciunt de alijs, niſi
malũ iudicare, ſeu ſentire temerariè. Aua-
rus non poteſt credere aliquẽ non eſſe aua-
rum: ſic luxurioſus non poteſt intelligere
aliquem eſſe caſtum: ſimiliter de ſuperbo,
& ſic de alijs vitijs, ſicut Sapien. 17. dicitur:
ſemper præſumit ſæua perturbata conſcien
tia. Et vtique prouerbium eſt: Credit latro,
ꝙ omnes ſint fratres eius: Eccl. 10. Stultus E
in via ambulans, cum ſit ipſe inſipiens, om-
nes æſtimat eſſe ſtultos. Et Sen. in lib. de
moribus. Hoc autem habet omnis affectus,
vt in quod ipſe inſanit: in idem putet cæte-
ros inſanire. Cuius ratio eſt: quia ſicut qui
rectum baculum videt in aqua, iudicat il-
lum fractum: & arbores ibi euerſas videt,
propter auerſionem vmbræ, & in ſpeculis
dextera videtur ſiniſtra, &c. Sic impietas
impij peruertit iudiciũ ſuum. Vnde Chry-
ſoſt. ſuper Matth. Sicut difficile aliquem ſu-
ſpicatur malum, qui bonus: ita difficilè ſu-
ſpicatur aliquem bonũ, qui malus eſt. Ocu-
lis etiam ſanguine plenis cœlum, & quæ- F
cunque aliæ res videntur rubeæ. Inſuper
pergentibus in nauibus videntur montes,
cum tamen immobiles perſeuerant: ſic ſę-
pe malitia mẽtis peruertit iudicium ratio-
nis: propterea merito tali aĩæ. 2. ad Rom.
Apoſt. ait: In quo enim alterum iudicas,
teipſum condemnas. Decimus fructus eſt
detractio. Nam tale iudicium temerarium,
radix eſt, & fomẽtum omnis detractionis:
vnde Apoſt. ad Rom. j. ait: Detractores
Deo odibiles. Et meritò, ſecundum Bern.
ſuper Canti. dicentem: Nec mirum ſi ſint G
Deo odibiles, cum illud vitium charitatẽ,
quæ Deus eſt, acrius cæteris impugnare, &
perſequi videatur. Qui enim detrahit pri-
mò ſe prodit vacuum charitate, deinde in-
tẽdit, vt is, cui detrahitur, veniat in odium.
Ferit igitur charitatem in omnibus, qui au-
diunt linguam maledicam: & quantum in
ſe eſt, necat funditus, & extinguit. Hinc Ia-
co. 4. dicitur: Qui detrahit fratri, aut qui iu
dicat fratrem ſuum, detrahit legi, & iudicat
legem. Si autem iudicas legem, non es fa-
ctor legis, ſed iudex. vnus eſt enim legiſla-
tor, & iudex, qui poteſt perdere, & libera-
re. Tu autem quis es, qui iudicas proximũ
tuum? Vndecimus fructus eſt punitio. In
pęnam verò peccati datur temerarij iudici,
quod pronus fiat ad ſubitò iudicandum. Nã H
ſecundum Alex. in 2. ſicut aliqui ducuntur
in conſuetudinem iurandi, & per hoc de
facili peccant, & periurant, contra illud Ec
cleſiaſt. 23. Iurationi non aſſueſcat os tuũ:
multi enim caſus in illa: ita proprio motu
ducuntur in conſuetudinem temere indi-
candi, & ſuſpicandi: & ſic eſt peccatum, &
peccati pœna, ſecundum eundem. Duode-
cimus fructus eſt obliuio, ſ. ſui. Aduerſatur
enim peruigili circumſpectioni ſuijpſius, &
profundæ recollectioni ſui, ad intima cor-
dis

A dis ſui. Nec facilè poſſunt tales ad ſe redire vagi, & diſtracti per alias ædes. Et ideo homo obliuiſcitur ſuijpſius, cum aſſueſcit iudicare alios, nec ſeipſum iudicat: & ideo meritò à Domino iudicatur. Quia ſecundũ Apoſtolum j. Cor. 11. ſi noſmetipſos iudicaremus, non vtique iudicaremur. Cũ quis igitur infectus fuerit duodecim his fructibus in hac temeraria malignitate: iam diues ad tantam inſaniam venit, vt omnia benefacta peruertat in malum: ſicut fecerunt Scribæ, & Phariſæi de bonis operibus Chriſti. Dicunt enim, ſi quis ſtudet, & vacat humilitati, hypocrita eſt: ſi recreationi, gulo-
B ſus eſt: ſi patientiæ, timidus eſt: ſi iuſtitiæ, impatiens eſt: ſi ſimplicitati, fatuus eſt: ſi prudentię, malitioſus eſt: ſi maturitati, fleumaticus eſt: ſi iucunditati, diſſolutus eſt: ſi religioni, ſingularis eſt: ſi ſocietati, ſęcularis eſt: ſi ſilentio, & patientiæ, diſſimulator eſt: ſi aliorum correctioni, præſumptuoſus eſt: ſi inſtat vigilijs, & orationibus, indiſcretus eſt: ſi communi dormitioni, ſomnolentus eſt: ſi prædicationi, & aliorum ſaluti, appetitor laudis eſt: ſi deſiſtit, negligens eſt, & remiſſus eſt: ſi habet gratiam hominum, adulator eſt: ſi adulari renuit, ſuperbus eſt. O Deus, quis poterit euadere ab his labijs
C iniquis, & lingua doloſa, cum & te, Domine Ieſu, Chriſte non legimus euaſiſſe? Sed verè tandem euaſit iudicatus à malis, venturus i veritate iudicare viuos, & mortuos. Cum quo & nos euadere faciat patientia ſua, benignitas ſua, & charitas ſua vincens ſemper in bono malum: vt tãdem, ad dexteram ſuam collocati, euadamus iudicium vltionis, & in æternum perfruamur eius gloria ſempiterna, Amen.

Vide de hoc peſſimo crimine D. Th. 2. 2. quaſi Sodoma, i. muta quia hoc crimẽ occludit os, & ſenſus, quo nullũ crimẽ eſt flagitioſius, nõ poteſt hęc res & magnitudine ſceleris enarrari.

FERIA SEXTA
post j. Domin. in Quadrag.

De peccato contra naturam.

Sermo XV.

S*Vrge, tolle grabatum tuum, & ambula:* Ioan. 5. & in Euangelio hodierno. Fętor horridus, & horror iam in ſola cogitatione repleuit animam meam: & de quo intendo hodie prædicare, pudet etiam nominare: charitatis zelus armatus inſurgit contra hoc ſcelus, & abominabilis fętor eius pudorem mẽtis refellit, tacere non valet amor, loqui non ſinit pudor, arma ſuſcipit amor animarum ſalutem, arma ſuſcipit pudor honeſtatis decorem. Inter hæc conſurgit concertatio magna: charitatis zelus clamare deſiderat, pudicitia verò ſilentium imperat. Male gratis charitatis zelus contra pudicitiam agit, diſſimilare non valet ea, quæ tam terribiliter aduerſantur ſuo amori. Tandem non cõtra pudicitiam, immo amore pudicitiæ excandeſcens charitatis zelus pro diuino amore, & animarum ſalute contra ſodomitas vehementi ardore irrũpens clamat, dicens: Corrupti ſunt, & abominabiles facti ſunt in ſtudijs ſuis: non eſt qui faciat bonum, non eſt vſq; ad vnum, vt patet in Pſal. 13. & poteſt
F eſſe hic aliud thema. In quibus verbis triplicem horrorem exprimit huius criminis ſcelerati. Primus eſt horror corruptionis ibi, corrupti ſunt: ſecundus eſt horror abominationis ibi, & abominabiles facti ſunt: tertius eſt horror reprobationis: vnde ſubditur, in ſtudijs ſuis non eſt, &c. Propter primum, id eſt propter horrorẽ corruptionis, ait Dominus in prædicto, ſurge, ſcilicet à tanta corruptione, tam horrendum peccatum relinquendo. Propter ſecundum, i. propter horrorẽ abominationis dicit, tolle grabatum tuum: id eſt delectationem tanti ſceleris, eam in onus amoroſæ pęnitentiæ
G cõuertendo. Propter tertium, hoc eſt propter horrorem reprobationis, dicit, ambula, ſ. per virtutum itinera, vſq; in finem perſeuerando. Hic ſiquidem huius ſceleris horror triplex plenius in Pſal. 57. propheta indicat, dicens: Alienati ſunt peccatores à vulua: errauerunt ab vtero, locuti ſunt falſa. Furor illis ſecundum ſimilitudinem ſerpentis ſicut aſpidis ſurdæ obturantis aures ſuas, quæ non exaudiet voces incantantiũ, & venefici incantantis ſapienter.

Hoc peſſimũ crimẽ producit triplicem horrorem.

ARTICVLVS PRIMVS.

De triplici corruptela, qua cuncti Gomorreani corrupti ſunt. H

PRimus autem horror eſt corruptionis. Ideo Pſal. ait, corrupti ſunt. Quas autem corruptiones huiuſmodi habeant, ideo ait, vbi ſupra, dicit: Alienati ſunt peccatores à vulua, vt ſup. In quibus verbis triplex eorum corruptio demonſtratur. Prima dicitur rabies, ſiue inſania dicatur, ſecunda dr̃ corruptela, tertia falſitas nominatur.

Quòd

A *Quòd propter cęcitatem mentis Gomorreani in ſcelere ſuo inſanire coguntur.* Cap. 1.

PRima autem corruptio, rabies ſiue inſania dicitur: ideo Pſal. ait: Alienati ſunt peccatores à vulua. Peccatores quidem, per anthonomaſyam, hos Gomorreanos nominat, quia tales omni ſcelere imbuũtur, ſicut infra patebit. Huiuſmodi peccatores exigẽte ignorantia, & cęcitate eorum, à vulua dicuntur alienati: quia ſecundum Apoſtolum ad Rom. 1. tradidit illos Deus, ſ. iuxta per-
B miſſionẽ in paſſiones ignominiæ. Nam fęminæ eorum immutauerunt naturalẽ vſum in eum, qui eſt contra naturã: quod eſt contra naturalis legis inſtinctam ordinationẽ, & determinationem: vt ſcilicet fęminæ fęminas polluerent, quod eſt contra naturam indiuidui, quod quidem per hoc deturpatur: & contra naturam ſpeciei, quæ per hoc deſtruitur. Inſuper cõtra naturam generis, quia nullum aliud animal fęminini generis ſic operatur. Atque de maſculis ſubiungit, dicens: Similiter autem, & maſculi, relicto naturali vſu, fęminæ exarſerunt in deſiderijs ſuis, inuicem maſculi in maſculos turpitudinem operantes. Conſidera verborum
C ſenſum, & tria maximè ſunt ponderanda. Primum eſt, ardor libidinis, qua exarſerũt: ſecundum eſt, genus ſceleris, quia ſubdit, maſculi in maſculos: tertium eſt impletio operis, quia dicit, turpitudinem operantes. Nam licèt omne peccatum ſit animæ turpitudo: tamen hoc anthonomaſticè turpitudo nominatur. Et addit: Et mercedem, quã oportuit erroris ſui in ſemetipſis recipientes: ecce rabies, ſeu inſania manifeſta. De hac inſania Ezech. 23. dicitur in perſona Sodomitarum fornicata eſt olla ſuper me, & inſaniuit in amatores ſuos. Et ſequitur: Propterea tradidi eam in manus amatorũ
D ſuorum, ſuper quorum inſaniuit libidine. Nullum itaque crimen eſt, quod mentem in tantam inſaniam ducat, ſicut hoc ſcelus. Cuius ratio eſt, ſecundum Alexan. de Ales: quia hoc, præ omnibus alijs, aufert iudiciũ rationis, ac ipſius rationis vſum. Proinde Gomorra, cæcitas interpretatur. Hoc verò intelligens Hiero. contra Iouinianum, li. 2. circa finem, contra talem inſaniem carnalem, ſeu carnalium ait: Amor formæ rationis obliuio eſt: & inſaniæ proximus fędum minimèq; conueniens animo ſoſpiti, vicinum turbat, conſilia mutat, altos, & generoſos ſpiritus frangit, à magnis cogitationibus ad infimas trahit: querulos, iracundos, temerarios, durè imperioſos, ſeruiliter blandos omnibus inutiles ipſe nouiſſimè amori facit. Nam, cum ferventi, & inſatiabili cupidine flagrat: ſequitur, non iudicio ducitur, ſed furore. Et licèt de qualibet inſania carnali intelligatur: de hoc tamen ſcelere tãto proprius intelligi poteſt, quãto præ cæteris aufert iudicium rationis. E

Hoc crimẽ ducit hoĩem in multã inſaniam.

Quòd ex triplici cauſa in hoc ſcelere homines corrumpuntur. Cap. 2.

SEcunda corruptio huius ſceleris dicitur corruptela. Ideo Pſal. ſubdit: Errauerunt ab vtero. Quod tripliciter exponi poteſt. Primò quidem errauerunt ab vtero, ſ. filij à progenitoribus ſuis. Nam vel eorum parẽtes eos de hoc ſcelere nõ correxerunt, aut de eo malum exemplum dederunt: ſeu, quod horribile eſt penſare, ad hoc ſcelus directè, vel ſaltem indirectè filios induxerunt. Vnde Hiere. 7. Filij colligunt ligna, & patres ſuccendunt ignem: & mulieres conſpergunt adipem, vt faciant placentas reginæ cœli, & libent dijs alienis, & ad iracundiam me prouocent. Quid eſt enim filios ligna colligere, niſi per mala conſortia, atque ſocietates, vanitates, guloſitates, necnon & per alia ad hoc vitium in- G
centiua occaſiones ruinæ quærere, & frequentare? Quid eſt etiam patres ignem ſuccendere, niſi filios malo exemplo, ſeu alijs modis ad hoc vitium inflammare? Vnde Eſa. 5. Ecce vos parentes accẽdentes ignẽ, ſcilicet huius ſceleris in filijs veſtris accincti in flammis, ſ. eſtis etiam vos. Tunc enim mulieres conſpergunt adipem, cum ipſos filios mares in ſuperfluis delitijs nutriẽtes effeminatos efficiunt: & ſic faciunt placentas, id eſt filios ad talia ſcelera: complacentes reginæ cęli, i. iniquitati Gomorræorũ. Sicut enim cœlum dicitur à cęlando, eo ꝙ H
plura oculis noſtris cęlet: ſic etiam iniquitas iſta ſuper omnia alia ſcelera cęlat malitias ſuas, ne mentalibus oculis agnoſcantur, ſicut in præcedenti c. dictum eſt. Ideo meritò talis iniquitas regina cęli dicitur, eo ꝙ vltra omnes alias impietates cęlat per mentis cęcitatem turpitudinem ſuam. Ad quem autem finem hæc ſcelera perpetrentur à talibus Gomorreis: Hieremias declarat, cum ſubdit, & libent, i. libenter ſacrificent dijs alienis, i. dæmonibus infernorũ. Ex quo patet, ꝙ omnes actus Gomorręani ſacri-

Hac iniquitas dr̃ regina, & quare.

A ſacrificia ſunt dæmoniorum : quibus Go-
morrei tot filios dæmonibus libant , quot
ſaltem filios ex hoc ſcelere perdunt. Vnde
de eis verificatur illud Pſal. immolauerunt
dæmonijs,ſ.per abuſionem naturæ, & non
Deo , quia filios non genuerunt ad honoré
Dei,ſed Dijs , quos ignorabât,quia cęci ex
hoc ſcelere erant,ex quibus omnibus Deus
ad iracundiam prouocatur.Secundo modo
intelligi poteſt,errauerunt ab vtero,i.à pa-
tria ipſa, hoc ſcelere contaminata,ſeu infe-
cta : quæ quidem vterus dici poteſt homi-
num , qui in huiuſmodi moribus in patria
generantur. Vnde de Virgilio,qui Mantuá-
B nus fuit, habetur :

Mantua me genuit.

Vterus igitur illa patria eſt,quæ ex longa
infectione huius ſceleris generat filios hac
labe coinquinatos . Siquidem quædam pa-
triæ hoc ſcelere intantú ſunt infectę,proh,
nefandum ſcelus,vt quodammodo publicè
in aliquibus ciuitatibus horrendum gym-
naſium conſtituerint,& paleſtram in huius
ſceleris abominatione ſe exercentes,ita, vt
optimi effębororum in lupanari Sodomię po
nantur, ſicuti tempore Machabęorum Hie-
roſolymis legitur:Act. 21.Machab.4.Quod
flagitium vtiná, ſecundum leges vltore gla
C dio puniretur.C.de adul.l. cum vir. Quan-
tum autem periculum ſit maximè ephębis
conuerſari in patria infecta hac peſtifera
labe,oſtenditur Gen. 19. in ſodomitis , qui
videntes Angelos iuuenculos nimio deco-
re præcipuos , atque apud Loth ſeceſiſſe cú
cognouiſſent , ad iniuriam eorum pulchri-
tudinis ſunt conuerſi. Vnde,antequàm cu-
bitum irent , viri ciuitatis vallauerunt do-
mum eius à puero,vſque ad ſenem: omnis
populus ſimul vocauerunt Loth,& ei dixe-
runt. Vbi ſunt viri,qui introierút ad te no-
cte? Educ eos huc, vt cognoſcamus eos, &
D cætera ibi poſita . Proinde ad imitationis
exemplum ait Loth ad generos ſuos : Sur-
gite , egredimini de loco iſto , quia delebit
Dominus ciuitatem illam:necnon, & An-
geli Loth cogẽtes ad fugam,dixerunt: Sal-
ua animam tuam, noli reſpicere poſt tergú
tuum,nec ſtes in omni circa regione,ſ.tan-
quam praua vicinitate infecta , quia conta-
gioſus eſt morbus immutans hominis ta-
ctum: ſed in monte ſaluum te fac, ne,& tu
ſimul pereas. Tertiò modo intelligi poteſt,
errauerunt ab vtero,i. à propria impietate:
quæ quidem vterus eſt, & corpus maligni-
tatum omnium peruerſorum , ſicut dicitur
Eſa. 57. Cor impij quaſi mare feruens, qđ
quieſcere non poteſt. Vnde Aug. in lib. de E
eccle.dogma.ait: Non omnes cogitationes
noſtræ à diabolo excitantur , ſed a propria
noſtra malitia ſupplentur. Vnde ait Domi-
nus per prophetam : Dimiſi eos ſecundum
deſideria cordis eorum : ibunt in adinuen-
tionibus ſuis . Peccata verò ſceleris huius *Peccata*
ſunt propriè adinuentiones cordium im- *huius ſce-*
piorum . Nam licèt vitiorum multorú dia- *leris dñr*
bolus inuentor ſit, has tamen tam degene- *adinuen-*
res erubeſcit enormitates, ſicut dicitur ſu- *tiones.*
per illud Ezech. 6. Dabo te in animas odié-
tium te filiarum Paleſtinarum: & ſtupet, &
horret turpitudinem , & abominationem F
eorum, atque admiratur , ꝙ ab hominibus
in talibus abominationibus ſuperetur, ſicut
dicitur Ezech. 16. Erubeſcent in via tua ſce-
lerata ipſi dæmones.Hoc tamen fit,nó pro-
pter deſiderium humanæ innocentiæ , ſed
propter nobilitatem eorum naturæ . Pro-
inde hoc euenit eis , ſicut illi , qui euacuat
cloacam propter maximum lucrum:tamen
ſentit inde fętorem magnú . Ad prædicto-
rum confirmationem facit , ꝙ in pleriſque
ſcripturæ locis ſpiritus ſuperbiæ , ſpiritus
iræ,ac etiam ſpiritus fornicationis, & con-
ſimilium nominari ſolet : nunquàm tamen
ſpiritus ſodomiæ denominatur. G

Quòd multiplici falſitate verborum Gomorræi ſeducunt fragilem iuuentutem. Cap. 3.

TErtia verò corruptio huius ſceleris;
falſitas dici poteſt. Vnde Pſal. ſubdit: *Pſal.*
Locuti ſunt falſa , à fallendo dicta .
Quas autem falſitates huius criminoſi , vt
decipiant ipſi loquantur , Ioá. Euãg. Apoc.
9. myſticè inſinuat,dicens: De ore ipſorum
procedebat ignis, fumus,& ſulphur: & ab
his tribus plagis occiſa eſt tertia pars homi H
num. In quibus verbis oſtendit Ioan.quòd
Gomorreani tripliciter inficiunt de hoc cri
mine maximè phœbos illos audientes. Pri
mò blanditijs,ſecúdò promiſſis, tertiò ver-
bis corruptis. Primò verò decipiunt eos au *Q̃ñ Sodomęi de-*
dientes blãditijs adulatorijs, ſ.ad hoc abo- *cipiunt.*
minabile ſcelus illos igniendo,& incendé-
do: ideo Ioá. ait: De ore ipſorum procede-
bat ignis. Hic ſiquidem ignis eſt ſermo eo-
rum ignitis blanditijs plenus ad cóbuſtio-
nem fragilis iuuentutis. Quem autem effe-
ctum habeat talis eorú ſermo igniius , Iob
31. inſinuat dicens : Nefas eſt , & iniquitas
maxima ignis, vſque ad conſumptioné de-
uorans,

A uorans, & omnia eradicans germina. Ait
enim primò de hoc ſcelere loquens: Neſas
eſt, & iniquitas maxima: neſas, i. crimen
neſandum, nec nominandum eſt. Quod
quidem eſt vetum, niſi nominetur in obiur
gationem eius: nā peſtiferum eſt: quia ſolo
eius ſermone ſędatur os, inficitur aer, &
aures audientium polluuntur, ſicut 32. q. 4.
c. in eo: Hiero. ait: Proinde Sodoma muta
interpretatur, quia nec eſt nominãda, ſicut
diximus. Vnde ad Eph. 5. Omnis immun-
ditia: nec nominetur in vobis. Ratio eſt
quia talis ſermo contaminat audiētes. Sub-
B dit etiam Iob, ꝙ tale ſcelus eſt iniquitas ma-
xima. Et addit, ignis eſt, ſ. talis ſceleris ſer-
mo, vſque ad conſumptionem deuorans, ſ.
caſtitatem, & omnia eradicans germina, ſ.
deſideriorum pudicitiæ ſanctæ. Ideo pro-
pheta ait: Iuuenes eorum comedit ignis, ſ.
talis incendens, & virgines eorum non
ſunt lamentatæ: quod eſt malum vtique ſi-
gnum. Si autem tale ſcelus ardenter, & ho-
neſtè redarguatur: ignis diuini verbi corda
in tali nequitia indurata quandoque cōfrin
git, & ad compunctionem inducit. Vnde
Hiere. 23. verba mea ſunt quaſi ignis ar-
dens, & quaſi malleus cōterens petras. Se-
C cundò quoq; inficiunt, ſeu decipiunt pro-
Secundò inficiunt. miſſis. Nam pollicentur denarios, veſtes,
iocalia, & multa conſimilia, & maiora. Quę
promiſſa licèt quandoque debentur, quod
vtique non fit ſemper, ſed tamen reſpectu
tāti ſcelèris, ſi per illa committitur, fumus,
& vana ſunt. Et hic eſt fumus, qui de ore
talium ſeductorum egredi nominatur. Fu-
mus nempe in altum erigitur, & blauiū co
lorem profert: ſed oculos excæcare ſolet.
Sic verò talium verba in altum erigūt mē-
tem leuem per promiſſiones quandoq; offi
ciorum, honorum, & dignitatum. Horum
quoq; verba blauium colorem. i. amicitiæ,
D ac beneuolentiæ apparentiam habent: ſed
tandem oculos ſimplicium excęcare ſolét,
& perducere ad ruinam. Tertiò inſuper de-
cipiunt, & ruere faciunt, verbis corruptis,
& inhoneſtis, quæ tantæ infectionis ſunt, vt
fragiles mētes in auditu eorum facilè cor-
rumpantur. Talia enim fęda, & inhoneſta
huius ſceleris verba in ſulphure ſignantur,
quod fętet extra ignē: magis verò in igne,
eo, ꝙ talis ſermo abominabilem fętorem
exalat abſque concupiſcētia talis criminis:
multò vero amplius, cū mala voluntas igne
talis ſceleris accenſa eſt. Vn̄ Iob 18. aſper-
gatur in tabernaculo illius ſulphur. Tunc
quidem in tabernaculo talis praui hominis
ſulphur aſpergitur, cum os illius, verbis hu- E
ius ſceleris ad alios corrumpēdum per ex-
perientiam deturpatur. Concludendo Io.
ſubdit: Et ab his tribus plagis occiſa eſt ter
tia pars hominum. Sunt nempe quidam,
qui horum verba nō audiunt, maximè quia
talium conuerſationem fugiunt, & abhor-
rent: ideo non contaminantur ab eis. Sunt
alij, qui licèt quandoque caſu talia audiant,
abhorrent illa, nec verbis illorum corrum-
puntur: tertia verò pars, quæ hac peſte in
interitum vadit, equidem eſt illorum, qui
ex frequenti auditu talium corrumpuntur,
& pereunt: & meritò. Nam, vt dicitur. 1.
Cor. 15. Corrumpunt bonos mores collo- F
quia mala. Qui igitur tribus prædictis mo-
dis corruptiui ſermonis puerum impudicū
facere attētauerit, iniuriarum reus tenetur:
vnde de pœ. diſt. j. c. ſi quis, imperator ait:
Si quis tam maſculum, quàm fœminam, ſi-
ue ingenuos, ſiue libertinos impudicos fa-
cere attentauerit, iniuriarū reus tenebitur:
ſed ſi ſerui pudicitia attētata ſit, iniuriarum
locum habet: attentari pudicitia dicitur,
cum id agitur, vt ex pudico fiat impudi-
cus. Hæc ille. G

De myſtica punitione Gomorreorum.

IVſtius tamen puniti fuerunt à Deo hu-
iuſmodi ſcelerati, quando pluit Domi-
nus ſuper Sodomam, & Gomorrā ſul-
phur, & ignē, ſicut dicitur Gen. 19. Et me-
ritò quidem hac pœna extiterunt puniti, vt
culpæ reſponderet pęna. Nam quia hoc ſce-
lus primò ardet feruore, vel potius furore
concupiſcentiæ: ideo Dominus ſuper eos
pluit ignem, vt ignis ignem ſuperando pu-
niret. Secundò, quia fętet abominabili vili-
tate: ideo fętenti ſulphure puniuntur. Ter-
tiò verò, quia fumeum eſt mentis vmbroſi- H
tate, & cęcitate: ideo ex igne, & ſulphure,
id eſt ex illo igne ſulphureo aſcendit fauil-
la, quaſi fornacis in fumum. Nimirum, ſi-
cut dicit glo. Greg. de pę. diſt. j. c. ſed & cō-
tinuò. Quinque fuerunt ciuitates, quas de- *Quinque*
ſtruxit Dominus iuxta Iordanem, ſcilicet *ciuitates*
Sodoma, Gomorra, Adame, Zebon, Alea- *Pētapolis*
le, quæ eſt Bale. Segor autem ſaluata fuit ad *cōbuſta.*
preces Loth, vt ſaluaretur ibi. Vnde Greg.
ait, gehennalis flamma moras non ſuſtinēs
Sodomorum, præuenit tollere nationem:
& ipſam terram tantæ confuſionis conſciā
cōſumpſit ignis ſulphureus, & ſpiritus pro-
cellarum, & ibi in horribile chaos ſolum
omne redactum eſt. Vnde miro iudicio Dei

factus.

A factus eſt ibi lacus, qui ſecundum Iſidorũ,
13.lib.Ethymol.c.20. Aſſales, & mare mor
tuum denominatur: propter quod nihil gi-
gnit viuum, nihil recipit ex genere viuen-
tium. Nam neq; piſces habet, neque aſſue-
tas aquis, & lætas mergendi vſu patitur
aues: ſed & quęcunque viuentia mergenda
tentaueris, quacunque arte demerſa, ſtatim
reſiliunt: & quamuis vehementer illiſa, cõ-
feſtim excutiuntur: ſed neque ventis moue-
tur, reſiſtẽte turbinibus bitumine, quo aqua
omnis ſtagnatur: neque in nauigationis pa
tiens eſt, quia omnia vita carẽtia in profun-
dum merguntur: neque materiam vllã ſu-
B ſtinet, niſi quę bitumine illuſtratur; lucernã
accenſam ferunt ſupernatare extincto de-
mergi lumine, hoc & mare mortuum dici-
tur, ſiue lacus Aſſales, i. bituminis. Hæc Iſi-
do. Alij addunt, ꝙ ingentes globos niger-
rimi bituminis, ac fętoſiſſimi ad litus aquæ
illæ euomunt, nõ annuatim tamen ſemper,
ſed biennio in bienniũ emittunt illud: dũq;
illud bitumen emittitur, nullis ventis lacus
ille agitari poteſt. Inſuper ex illis aquis ſal
candidiſſimum conficitur: ideo à quibuſdã
mare ſalinarum denominatur, de pę. diſt. 1.
c. ſed & continuò: ait glo. ꝙ illa aqua non
eſt natabilis, neque potabilis, ibi ferrum
C natat, & pluma mergitur. Ibi ſunt pulcher-
rima poma à parte exteriori, interius verò
plena fauillis, & cinere. Ibi Archidiaco. ait:
quòd aqua luxuriæ Gomorreorum non eſt
natabilis, quia illaqueat: non eſt potabilis,
quia non recreat. Vnde Hiero. libido tran-
ſacta ſemper relinquit pęnitudinem, nunq̃
ſatiatur, & extincta ſemper reaccenditur.
Ferrum ibi narat, quia conſtans, & firmus
hoc vitium ſuperat: pluma mergatur, quia
leuis, & fragilis ſuperatur. Poſtea ſunt ibi-
dẽ pulcherrima poma exterius, quia ephę-
borum iuuenũ forma attrahit Gomorreos:
intus verò ſunt plena cinere, & fauilla, i. ar
D dentiſſima vilitate: per fauillam, quæ ſecũ-
dum Iſido. eſt deſerta igne, ſcintilla myſticè
deſignatur: quia tales Gomorrei omnino
aduerſarij ſunt igni diuini amoris. Nimirũ
ſi hoc ſcelus in patria illa tanta ſeueritate
punitum eſt, cum propter idipſum totus
mũdus per diluuium demerſus ſit: Nam, ſi-
cut Methodius hyſtoriographus ait, tũc mu
lieres ſupergteſſæ abutebantur viris, & ho-
mines etiam in alterutrum exarſerunt. Igi-
tur propter horrorem huius ſceleris, & hu-
ius triplicis corruptionis, ſurge ò peccator,
à tam horrendo fętore.

ARTICVLVS SECVNDVS. A

De triplici abominatione ſceleratorum Gomorreorum.

SEcundus horror huius ſceleris eſt abo-
minationis. Vñ propheta ſubdit, abo-
minabiles facti ſunt. Quas autem abo-
minationes tales habeant, propheta in alio
textu ſubiungit: Furor illis ſecundum ſimi-
litudinem ſerpentis, ſicut aſpidis ſurdæ ob-
turantis aures ſuas. Et poteſt eſſe thema in
præſenti articulo. In quibus verbis tres eo-
rum abominationes denotat. Prima eſt fu-
ria, ſecunda eſt malitia: tertia enim duri- F
cies dicitur.

De furia abominabili, qua vexantur hoc ſcelere laborantes. Cap. 1.

PRima autẽ abominatio furia no-
minatur. Ideo propheta ait: Fu- *Furor*
ror illis, ſ. ineſt. Quantus autem *quo ve-*
crudelis furor ſit in talibus Go- *xãtur So*
morreis, ſubdit Aug. dicens: Hoc vitio la- *domæ.*
borantes homicidæ ſunt: & ſi non gladio,
tamen facto: qui dicunt Deo, tu feciſti ma-
ſculum, & fœminam, vt multiplicarentur
homines, ſicut dr̃ Gen. 9. Creſcite, & mul- G
tiplicamini, & replete terram: nos autem
operam damus, vt minuatur, & deficiat ge
nus humanum, fęminis nõ parturientibus.
Ideo hoc ſcelus humana natura horret: quia
quantum poteſt, & quantum in ſe eſt, huma
num genus perimere nititur. Nam ſi om-
nes homines eſſent Gomorrei, quis homo
generaretur? Certè nullus: & ſic periret
humana natura. Proinde huiuſmodi ſcele-
rati Pharaone, & Ægyptijs crudeliores
ſunt, cum illi, ſicut dicitur Exo. 1. interfice-
rent filios tantum maſculos Hebræorum ex
eis fœminis reſeruatis: hi verò occidunt
vtroſque. Nec tantum ſunt homicidæ: ſed H
quod horribilius penſare eſt, filicidæ veriſ-
ſimè dici debent. Vnde de tot filijs coram
Deo habent reddere rationem, quot, ceſ-
ſante hoc ſcelere orirentur. Quod præui-
dens Iob 15. ait: Læditur quaſi vinea in pri-
mo flore botrus eius, i. filius ad naturæ ma-
turitatem venturus. Et iterum propheta
ait: Diſperierunt in Endor, & facti ſunt, vt
ſtercus terræ. Endor enim fons generatio-
nis interpretatur. In hoc verò fonte omnes
filij generandi diſperierunt, cum tale ſce-
lus diuerſimodè perpetratur. Nimirum ta-
les filij in natura non generati contra pa-

rentes

A rentes quotidie per facti euidentiam clamant illud Apoc.6.dicẽtes: Vſquequo Domine ſanctus, & verus non iudicas, & vindicas ſanguinem noſtrum de his, qui habitant in terra? O ſi aperirentur aures ſpirituales plurimorum: de quot innumerabilibus locis, quæ numerare non licet, perciperent, ꝙ multis in patrijs, tẽporibus noſtris clamor Sodomorum, & Gomorreorũ multiplicatus eſt, voce terribili clamantium, ad ignem, ad ignem. Secundum enim Gregor. tantæ inauditæ turpitudines, quaſi admirationes, & dubitationes pariunt in audiente. Vnde Dominus ait: Gen.18. quaſi admi-
B rans, & dubitans ſuper tanto ſcelere: Deſcendam, inquit, & videbo vtrum clamorẽ, qui venit ad me, opere compleuerint. an non eſt ita, vt ſciam. Non ſolum autem in maribus, verumetiam in fœminis, & maximè in ſacro matrimonio cõſtitutis hoc ſcelus eſt abominabile: vnde 32.q.ſi.c.adulterij. Aug. ait: Adulterij malum vincit fornicationem, vincitur autem ab inceſtu: peius eſt enim cum matre, quàm cum aliena concumbere vxore: ſed horum omnium peſſimum eſt, quod contra naturam fit, vt ſi & vir membro mulieris, ad hoc non cõceſſo, vti voluerit. Sequitur: ſed illud, quod con-
C tra naturam eſt, execrabiliter quidem fit in meretrice: ſed execrabilius in vxore. Ex his verbis Augu. patet, ꝙ horribilius eſt abuti contra naturam vxore, quàm adulterari, vel fornicari cum propria matre. Proinde Bonauen. in 4.diſt.38. ad literam ait: Quia ſecundum quoſdam propter hoc peccatũ, ſcilicet contra naturam cum vxore, poteſt mulier dimittere, & fugere virum: ſed de hoc infra dicetur, & 32.q.7.cap.flagitia, ait Aug. Flagitia, quæ ſunt contra naturã, vbique, ac ſemper repudiãda, atque punienda ſunt, qualia Sodomitarum fuerunt: quæ ſi omnes gentes facerent eodẽ criminis reatu lege diuina tenerentur, quæ nõ ſic fecit homines, vt ſe illo vterentur modo. Violatur enim ipſa ſocietas, quæ cum Deo nobis eſſe debet: cum eadem natura, cuius ipſe eſt auctor libidinis peruerſitate polluitur. Propter hoc enim ſcelus, ſecundum eundem Aug. quia erat in humana natura, filius Dei ferè deſijt incarnari. Inſuper Hiero. ſuper illud Eſa.9. habitantibus in regione vmbræ mortis lux orta eſt, eis dicit, ꝙ lux illa omnes illo vitio laborãtes extinxit: ne natura, quam aſſumpſerat, tanta immunditia fœdaretur. Et hæc poteſt eſſe ratio, quare Chriſtus tantum ſcelus non legitur arguiſſe, eo,

Notent Gomorrei q eo venerũt amẽtię, & ſpecies legali. in connubijs hoc nephario crimine maculantur.

ꝙ tam recens memoria illius punitionis in mundo erat, ꝙ homines ab ipſo crimine abſtinebant. Etiam in huius ſignum licèt dæmones de alijs criminibus legantur tẽtaſſe homines, etiam viſibiliter apparẽdo: nullum tamen in vitis Patrum legitur tentaſſe de vitio contra naturam. Proh ſcelus horrendum. Nonne contumeliam infert Chriſto, qui crucem factam ad ſimilitudinem crucis illius, cui Chriſti caro coniuncta fuit, in luto fœdat? Sic nempe Chriſto iniuriatur, qui cõtra naturam humanam in virili ſexu ſibi perſonaliter copulatum per coinquinationem in hoc ſcelere in carne ſua commaculat, quæ ab ipſo per baptiſmũ abluta eſt, & ſanguine ſuo ſanctificata, & tincta. E F

Quòd ex malitia ſerpentina Gomorrei odium mulieres. Cap. 2.

SEcunda abominatio, malitia meritò dicitur, vel dici poteſt. Vnde propheta ait: Secundum ſimilitudinem ſerpentis, ſ. eſt furor ille. Maximè etiam ad literam eſt inimicitia inter ſerpentem, & mulierẽ, dicente Domino, Gen. 3. inimicitias ponã inter te, & mulierem, & ſemen tuum, &
G ſemen illius: ſic vtique ſecundum ſimilitudinem ſerpentis generat ſerpens antiquus odium, & abominationẽ inter Gomorreanos, & mulieres, non tãtum eis delectationem in hoc flagitio immũdus ſpiritus ſubminiſtrat, vt multo maiorem complacentiã ibi ſentiant, qui hoc morbo laborãt: quàm in fœtore libidinis mulieris, ſicut audiui à talibus hoc non erubeſcentibus confiteri. Nunquid propter hoc ſolum poteſt mulier dimittere virum ſuum? Reſpondet glo. 32. q.7.c.omnes. ſuper verbo, ſodomita, dicit: *Quæſtio.* Videtur, ꝙ dimittere poteſt maritum propter ſodomiticum opus. 32.q.7.c.adulterij, ibi enim dicitur, ꝙ illud crimen adulterio maius eſt. Item, quid dices, ſi propriã vxo-
H rem polluit extra clauſtrum pudoris, vel ſeipſum polluit proprijs manibus: nũquid ob hoc dimitti poteſt? videtur, ꝙ ſic: quia nomine mechiæ omnis illicitus cõcubitus, & illicitus membrorum vſus continetur, vt 32.q.4.c.meretrices, & c.ſeq. quod Laudẽſe concedit. Vix credo, ꝙ propter aliquod iſtorum poſſet dimitti. vir, vt 35.q.3.extraordinaria. Hæc glo. Primum tenet Hug. & Ray. in ſumma ſua, rubrica de numero teſtium. Innoc. contra, extra de diuor. c.1. Quid dicam de quibuſdam, proh nefandũ

A ſcelus,qui in fomentum huius ſceleris condiderunt libros diebus noſtris in odium ſacrum coniugium exponentes? ò rectores,ò Domini, ò iuſtitiæ zelatores : quid dormitis, quid ſtatis tota die ocioſi? Quærite hoc ſceleſtos,omnis honeſtatis, & pudicitiæ,ac totius reipublicæ corruptores , ac deſtructores . Nam quos Dei timor à tanto ſcelere non reuocat, ferro neceſſe eſt, vt abſcindantur vulnera , quæ fomentorum non ſenſerint diſciplinam, vt dicitur 82. diſtinc. c.plurimos, in fine. Sed quia nec ferro,nec igne hoc ſcelus in Doctores eorum nunc punitur: timeo, quòd maximè Italicis eueniet, quod aliàs propter hoc ſcelus quibuſ- B dam nationibus contigiſſe probatur. Nam 56.diſt.c. ſi gens Anglorum : ſic ſcribit Bonifacius 4. regi Anglorum. Si gens Anglorum (ſicut per iſtas prouincias diuulgatum eſt, & nobis in Francia, & in Italia improperatur , & ab ipſis paganis in improperiū nobis obijcitur) ſpretis legalibus cōnubijs, adulterando, & luxuriando , & adinſtar ſodomiticæ gentis fœdam vitam duxerit: de tali commixtione meretricum æſtimandum eſt degeneres populos, & ignobiles, & ſurentes libidine fore procreandos: & ad extremum vniuerſam plebem ad deteriora, & ignobiliora vergentem : & nouiſſimè, C nec in bello ſeculari fortem, nec in fide ſtabilem, nec honorabilem hominibus , nec Deo amabilem eſſe venturam, ſicut alijs gentibus Hiſpaniæ, & prouinciæ Burgonidionum populis contigit:quæ ſic à Deo recedentes fornicati ſunt, donec vindex talium criminum vltrices pœnas propter ignorantiam legis Dei,& Saracenos venire permiſerit, & ſæuire. Hæc ille. Quæ omnia timeo, & valde pertimeſco Italicis de proximo euenire . Nec aduertunt italici cæci, & infideles , quòd quotidie , & maximè propter hoc ſcelus flagellantur , quod diuino flamine inſpiratus Imperator teſtatur in D Auth. vt non luxurientur contra naturā:circa fi.col. 6. dicens , quòd propter hoc crimen tempeſtates , & peſtilentiæ inducuntur , & fames, & terræmotus. Hoc etiam recitat Hiero. 32.q.4.c.in eo.

Ad quantam duritiem cordis ex hoc ſcelere perueniunt Gomorrei.

Cap. 3.

Tertia abominatio duritiess dicitur. Ideo propheta, ſubdit : Sicut aſpidis ſurdæ. Gomorreus enim aſpidi ſurdæ aſſimilatur . Nam ſicut aſpis ſurda bonum, vel malum non audit : ſic ille, neque exhortationes promiſſionum, neque comminationes punitionum percipere poteſt. E Vnde Iob 41. de tali homine inquit : Cor eius indurabitur,quaſi lapis,qui ſcilicet,nec vnctione flectitur , nec promiſſione mollitur. Et additur , & ſtringetur quaſi malleatoris incus . Incus enim quanto plus malleo percutitur,tanto amplius induratur: ſic cor hominis Gomorrei cum ad hanc abominabilem duritiem longa conſuetudine perductus eſt, vſque ad foueam inemendabiliter perſeuerat, ſicut Eccleſ. 3. teſtatur dicens: Cor durum malè habebit in nouiſſimo. F Ideo Bern. ad Eugenium, li.j. deſcribēs cor durum ſic ait: *Cor duri quid.* Cor durum eſt, quod nec compunctione ſcinditur,nec pietate mollitur: minis non cedit, flagellis induratur, ingratum eſt ad beneficia, infidum ad cōſilia, ſæuum ad iudicia, inuerecundum ad turpia, impauidum ad pericula, inhumanum ad humana,temerarium ad diuina: præteritorum obliuiſcens, præſentium negligens , futura non prouidens. Ipſum eſt,cui præteritorum præter ſolas iniurias omnino nihil præterit præſentium , nihil non appetit : futurorum nulla,niſi fortè ad vleiſcēdum, proſpectio, G ſeu præparatio eſt. Et, vt in breui cuncta horribilis mali mala complectar, ipſum eſt, quod nec Deum timet, nec homines veretur. Vnde Gen. quoque 32.hoc vitium peſſimum nuncupatur, cum dicitur , ꝙ Ioſeph accuſauit fratres ſuos apud patrem ſuum crimine peſſimo,id eſt hoc ſceleſti vitio, quod cum beſtijs, aut cum alijs exercebant. Ecce quòd peſſimum vitium peſſimos homines efficit,atque in corde duros,vt meritò aſpidi ſurdæ ſimilentur . Igitur propter errorem huius triplicis abominationis , tolle grabatum tuum, ſcilicet vbi tanto tempore in tanto ſcelere iacuiſti. H

Articulus Tertius.

De triplici ligno reprobationis obſtinatorum Gomorreorum.

Error reprobationis. Tertius autem huius ſceleris horror, eſt reprobationis . Ideo propheta ſubdit: In ſtudijs ſuis non eſt qui faciat bonum,non eſt vſque ad vnum. Studia verò Gomorreorum ſunt in adinuentiones in ſcelere illo. Plus enim Dominus abhorret ſtudioſam voluntatem peccandi, quàm ipſum ſcelus. Tunc igitur tales ſtudioſi

A ſunt, cum nouos modos adinueniunt in hoc peccato, Domino permittente, & grauitate huius ſceleris exigente. Vnde de talibus, Dominus ait per prophetam dicens: Dimiſi eos ſecundum deſideria cordis eorum, ibunt in adinuentionibus ſuis. In huius myſterium Ezech. 8. dicitur: Adhuc videbis abominationes maiores. Et ſequitur: Et cum fodiſſem parietem, ecce vniuerſa idola domus Iſrael depicta erant in pariete, & per totum. Per parietem caro deſignatur, quæ ſi perfoderetur apparent huiuſmodi adinuentiones carnis, &
B videret propheta, id eſt ſpiritualis homo idola depicta in pariete. Idola verò ſignificant adinuentiones in peccato contra naturam, quæ quidem propter ſtudioſitatem depicta dicuntur, & propter naturæ contrarietatem idola nominantur. Idolum enim nihil eſt in rerum natura, nec inter naturalia aliquid ſimile habet. Sic talia ſcelera in rebus naturalibus nullum ſimile reperire valent. Si enim homo luxurioſus eſt, reperit etiam animal luxurioſum, ſcilicet aſinum, canem, vel equum: ſi crudelis, leonem: ſi rapax, lupum: & ſic de alijs. Non ſic in ſcelere iſto: ſed ait, quòd talia idola depicta erant per totum, ſcili-
C cet: quia non eſt, qui faciat bonum, non eſt vſque ad vnum. Quod quidem excluſiuè legendum eſt, id eſt, non eſt inter illos ſceleſtos, qui faciat bonum, nec etiam vnus. Ecce horror reprobationis. Quæ autem ſigna reprobationis in perſeuerantia huius ſceleris habeant Gomorreani, propheta ſubdit dicens: Obturantis aures ſuas, quæ non exaudiet vocem incantantium, & venefici incantantis ſapienter. Et poteſt eſſe thema in præſenti articulo. In quibus verbis triplex reprobationis ſignum inſinuatur. Primum eſt pertinacia, ſecundum eſt impœnitentia, tertium eſt diffidentia.

Idolum qui

D

De malitioſa pertinacia obſtinatorum Gomorreorum. Cap. 1.

PRimum, inquàm, reprobationis ſignum Gomorreorum, dicitur pertinacia. Ideo propheta ſubdit, obturantis aures ſuas. Pro quo notandum eſt, quòd aliud eſt naturaliter eſſe ſurdum: & aliud eſt ſponte aures obſerare. Per primum, ſicut in præcedenti c. dictum eſt, durities deſignatur: vnde propheta ait, ſicut aſpidis ſurdæ, ſcilicet ex natura. Per ſecundum verò pertinacia demonſtratur: ideo propheta ait, obturantis aures ſuas, ſcilicet ex pertinacia. E
Tales vtique ſunt Gomorrei, qui ſicut aſpis obturat aures ſuas. Duo verò ſunt, quæ aſpidis aures obturare probantur. Primum eſt terra, ſecundum eſt cauda. Sic duo ſunt, quæ obſurdeſcere faciunt Gomorreos. Primum eſt terra, id eſt carnis adoleſcentium, & ephœborum luxurioſus amor. Secundum eſt cauda, id eſt, vana ſpes pœnitentiæ in extremis. Hæc duo obturant aures Gomorreorum, ne audire velint huius ſceleris reprehenſores. De tali pertinaci ait, Pſalm. dicens: Noluit intelligere, vt bene ageret. Sed audiant tales, F
quod dicitur Prouerbio. 28. Qui declinat aures ſuas, ne audiat legem, oratio eius erit execrabilis, maximè in hora mortis.

Duo obturant aures aſpidu.

De finali impœnitentia Gomorreorum, & de triplici cauſa, quare fiunt impœnitentes. Cap. 2.

SEcundum verò reprobationis ſignum in eis eſt impœnitentia. Ideo propheta ſubdit: Quæ non exaudiet vocem incantantium, id eſt prædicatorum prędicantium contra hoc vitium. Sed ſi prædicator G
hoc vitio infectus eſt, difficilius corruptorem ſuſcipit. Vnde Eccleſiaſti. 12. Quis medebitur incantatori à ſerpente percuſſo? Quare autem talem non pœniteat, oſtendit propheta in perſona huiuſmodi ſcelerati, dicens: Infixus ſum in limo profundi, & non eſt ſubſtantia. In quibus verbis oſtendit triplex impedimentum impœnitentiæ ſuæ. Primum eſt tenacitas, ſecundum eſt obſcuritas, ſiue cæcitas, tertium eſt debilitas. Primum eſt viſcoſum, quia inuiſcat voluntatem: ſecundum eſt tenebroſum, quia obtenebrat cognitionem: tertium eſt ruinoſum, quia debilitat facultatem: ita, vt inſęlix Gomorreanus nolendo velit, cogno- H
ſcendo ignoret, & conando nequeat ad ſtatum veræ pœnitentiæ peruenire. Primum impedimentum tenacitas eſt: ideo ait propheta: Infixus ſum in limo profundi. Nempe in aqua ruens ſæpius inde egredi poteſt eundo, ſeu natando: at non ſic iſte Gomorreanus, qui de ſe ait: Infixus ſum in limo, id eſt in ſcelere hoc, quod ſimile eſt limo. Limus enim ſterilis eſt, fætens, & tenax: ſic etiam hoc ſcelus. Primò eſt ſterile, quia filij qui generarentur diſpereunt: ſic propheta ait: Diſperierunt in Endor, id eſt

Triplex impedimentum pœnitentiæ in talibus.

A id eſt fonte generationis, vt dictum eſt in præcedenti cap. articulo 1. Secundò autem fętens eſt, ſic quoque hoc peccatum hoc terribili fętore olet. Vnde illud Ioel 2. dicitur: Aſcendit fętor eius, & aſcendit putredo eius. Dicit notanter, aſcendit: quia in altis hominibus regnare hoc peccatum ſolet. Tertiò verò eſt tenax. Dicitur enim, quòd qui ſemel in illud peccatum cadit, difficulter reſurgit. Ideo dicitur Gen. 14. quòd vallis ſilueſtris, in qua ſodomitæ commorabantur, habebat bituminis puteos multos. *Bitumen quid.* Bitumen enim tenaciſſimum glutinum eſt. B Vnde de talibus dicitur Eſa. 24. formido fouea, & laqueus ſuper te, qui es habitator terræ. Nam hi, qui per tam obſcęnum affectum commorantur in terra, ſupra modum formidant mortem: & tamen quotidie in foueam huius ſceleris dilabuntur: & ita ab eo illaqueuntur, quòd illud per pęnitentiam non euadunt. Secundum impedimentum dicitur obſcuritas, ſeu cęcitas. Ne quidem quis credat, quòd lumine, vel calore, vel verè luminis, ille limus fruatur, ſubdit, profundi. Quid per hoc profundum ſignatur, niſi conſcientia Gomorreani in profunditate huius ſceleris obcęcata per carentiam luminis radioſi, C amaricata per abſentiam dulcoris gratioſi, & deſperata propter inexperientiam timoris amoroſi? *Pſal.* De cęcitate talium dicit propheta, ſupercecidit ignis, id eſt hoc ignitum ſcelus: & non viderunt ſolem, id eſt, non cognouerunt miſericordiam Dei paratam parcere pęnitenti. De amaricata conſcientia eorum dicitur Iob 38. Nunquid ingreſſus es profundum maris, id eſt nunquàm per dulcedinem tuam viſitare dignatus es conſcientiam amaritudine huius ſceleris cruciatam? De eorum anima deſperata dicitur Prouerb. 18. Impius, ſcilicet talis, cum in profundum peccatorum, ſcilicet talium venit, contemnit, ſcilicet reſurgere à peccatis D tam ſceleratis. Tertium obſtaculum eſt debilitas, ſeu fragilitas. Vnde ſubdit: Et non eſt ſubſtantia, ſcilicet, vt ſubſiſtere, & continere me poſſim: quia ſicut in profundo, & fluido limo quotidie infigor in hoc ſcelus. Proinde de talibus ait, Pſalm. Fiat, id eſt, fiet via illorum tenebræ, & lubricum, & Angelus Domini perſequens eos. Viatorem nempe, cui hæc tria concurrunt, non ruere quaſi impoſſibile eſt, ſcilicet incendere in tenebris noctis per lubricam viam perſequente grauiter, & impellente aduerſario. Hæc ſiquidem ſunt tres pœnæ huius ſceleris inflictæ animæ infęlici: E Primò enim incedunt tales per ignorantiæ tenebroſam noctem: ideo propheta ait: Fiat via illorum tenebræ, ſicut idem alibi inquit. Neſcierunt, neque intellexerunt, qui in tenebris ambulant. Secundò per lubricam gradiuntur viam: ideo ſubdit, & lubricum. De talibus Hieremias Tren. 4. ait, lubricauerunt veſtigia veſtra in itinere platearum veſtrarum. Tertiò etiam à diabolo impelluntur. Vnde ſubditur: Et Angelus Domini perſequens eos. Angelus verò iſte, diabolus eſt, qui Angelus Domini dicitur, quia velit nolit, Domino famulatur. F Vnde Iob 4. ait: Ecce qui ſeruiunt ei, non ſunt ſtabiles. Hic quidem Angelus, Domino permittente, perſequitur Gomorreos, vt impellens, in hoc ſcelus faciat eos ruere. Vnde Eſa. 19. Dominus ait: Concurrere Dominus faciet Ægyptios aduerſus Ægyptios, id eſt Dæmones aduerſus Gomorreanos: vt lubricantes ad inferos trahant eos. Sicut enim paſtor ſolet perſequi oues, & opportunè impellere, vt caulas deducat eas: ſic diabolus ad caulas infernales proſequitur Gomorreos. Vnde in perſona talium Tren. 3. dicitur: Me minauit, & adduxit in tenebras, & non in lucem. Et de his tribus ſimul dicitur Hiere. 23. G Polluti ſunt, & in domo mea: inueni malum eorum, dicit Dominus: ideo via illorum erit quaſi lubricum in tenebris: impellentur, & corruent in ea, id eſt impęnitentes morientur in hoc crimine nefando.

Quomodo, & quando diffidendum ſit de Gomorreorum ſaluatione, Cap. 3.

TErtium ſignum reprobationis eorũ, dicitur diffidentia: ideo propheta ſubdit: Et venefici incantantis ſapiẽter non exaudiet vocem talis Gomorreanis: H veneficus nempe à veneno conficiendo dicitur. Habet enim venenum duplex ſignificatum: vno modo idem eſt, quod virus: alio modo idem eſt, quod tinctura, iuxta illud Virgilianum. *Pſal.*

Fucatur lana veneno.

Veneficus enim Chriſtus eſt, id eſt tinctor, qui veſtes ſuas ſanguine ſuo proprio tinxit, vt dicitur Eſa. 63. Quis eſt iſte, qui venit de Edom tinctis veſtibus de Boſra? Boſra ciuitas eſt, & interpretatur anguſtia, vel tribulatio. Dicitur etiam Chriſtus veneficus

A ab ipſo viru, quia facit de ipſo veneno tyriacam, hoc eſt de ipſo ſcelere cautelam, vt ſit homo de perpetrato ſcelere cautior, & contra ipſum fortior, ac in amore Dei feruentior poſt ruinam: quod maximè in teneriori ætate contingere ſolet, quibus Dominus per Eccleſiaſticum 21. ait: Fili peccaſti, ne adijcias iterum. Talis enim veneficus Chriſtus ſapienter incantat, dum mentes eorum dulciſſimis inſpirationibus allicit, & ad pœnitentiam reducit dicens: Reuertere Sunamitis, reuertere, vt intueamur te: quia auerti faciem meam, ne viderem tantam turpitudinem tuam. Sed reuertere anima mea, quia dulciſſimè te inuito, benigniſſimè te expecto: tantum ſcelus vlciſci diſſimulo, gaudenter te ſuſcipio: reuertentem admitto, offenſam dimitto, gratiam liberaliter dono, eam tibi multiplicando: demumque vitam æternam promitto. Hæc ſunt verba Chriſti venefici ſapienter, vtique incantantis, vt tales de Antris, & Gomorreanis cęcitatibus, & occultis extrahat ad lucem gratiæ irradiantis, nec cadant amplius in hoc ſcelus. Vnde Eſa. 11. Super foramina aſpidis, & cauerna reguli, qui ablactatus fuit manum ſuam mittet: non nocebunt, & non occident in vniuerſo monte meo, quia repleta eſt terra ſcientia Domini, eo, quòd ex auditis grauitatem huius ſceleris cognouerant, ex quo in horrorem ipſius deuenerunt. Sed econtra homines inueterati, & in hoc ſcelere indurati: non exaudient vocem Chriſti venefici incantantis vtique ſapienter. Proinde filij meritò diffidentiæ nuncupantur, ſicut teſtatur Apoſtolus ad Epheſ. 5. dicens: Propter hæc, ſcilicet ſcelera venit ira Dei in filios diffidentiæ, ſcilicet quando ſubuerſæ ſunt Sodoma, & Gomorra. Eodem modo nominantur extra de exceſ. prælat. c. clerici. Nempe actiuè, & paſſiuè diffidentiæ dici

Quo Chriſtus incãtator dici põt.

B

C

D poſſunt. Primò quidem actiuè ſic dicti ſunt, quia tale ſcelus cum in conſuetudine ductum eſt, ita inſęlicem animam rapit, & tanta violentia tenet, & ducit, quòd in deſperationem illam adducit: ita quòd de æterna vita, & de ſua ſalute diffidat. Secundò modo filij diffidentiæ nuncupantur paſſiuè, eo quòd ſecundum glo. in præallegato. c. clerici, de ſalute eorum diffidendum ſit, quia vix, vel difficillimè reuertuntur ad Deum, ſecundum Chryſoſt. Tamen quamuis difficile ſit, reuerti poſſunt ad gratiam Dei. Vnde 32. quæſtio. 2. c. ancillam: Leo Papa ſic ait: Nemo enim deſperandus eſt,

Gomorrei dicũtur filij diffidentiæ.

dum in hoc corpore conſtitutus eſt: quia nonnunquàm, quod diffidentia ætatis differtur, conſilio maturiore perficitur. Hæc eadem verba ponuntur de pœni. diſt. 7. cap. nemo. Quare autem talis ſceleratus ad veram pœnitentiam peruenire non valet, oſtendit propheta, qui in Pſalm. in perſona Gomorrei ad Dominum ait: Concluſiſti me, id eſt permiſiſti me concludi, in manibus inimici. id eſt, in poteſtate huius ſceleris: nec ait clauſiſti, ſed concluſiſti, quia claudere, ſiue claudi eſt ad tempus in peccato tenere, vel teneri: concludi verò eſt impęnitenter in eo morari. De hac concluſione dicitur Tren. 3. Concluſit, ſcilicet hoc peccatum, vias meas lapidibus quadris, ſcilicet ne ab eo per pœnitentiam reſilire, & euadere poſſem. Per lapides enim quadros diuerſi huius ſceleris gradus ſignificantur. Lapis enim quadrus ſex facies habet, ſicut etiam hoc ſcelus. Prima eſt conſenſus rationis, ſecunda eſt operatio ſceleris, tertia conſuetudo eius, quarta gloriatio de hoc peccato, quinta defenſio illius, ſexta deſperatio, ſeu præſumptio de miſericordia Dei, quæ eſt peccatum in Spiritum ſanctum. De turpitudine harum facierum dicitur Naum 2. Facies omnium ſicut nigredo ollæ. Fęlix igitur homo, qui horrens prædictum ſcelus, illius corruptiones fugit, eius abominationes ſentit, ac etiam ipſius reprobationis ſigna humiliter expaueſcit: & quaſi alter Loth, Angelo imperante, atque dicente, ſurge tolle grabatum tuum, & ambula, id eſt fugi de tali patria. Patet proinde, quòd nos iſtorum memoriam horrificam, penſata grauitate illius non tam breuitate perſtrinximus, quàm etiam fugimus, & fugamus, ne maioris inſaniæ occaſionem demus inſipientibus, & laſciuis: ſed tanto illius horrore omnium repleatur memoria, vt etiam illius horreat reminiſci in animo. Quod omnibus fidelibus dignetur largiri hoſtis tãtæ impietatis, & amator mundiſſimæ puritatis, & caſtitatis Dominus noſter Ieſus Chriſtus, qui cum Patre, & Spiritu ſancto viuit, & regnat in ſęcula ſęculorũ, Amen.

E

F

G

H

A

SABBATO poſt j. Domin. in Quadrag.

De regimine Principum, & quorumcunque regentium.

Sermo XVI.

CORripite inquietos. j. Theſſal. 5. & in Epiſtola hodierna. Ad Principes ciuitatū, ac patriarum rectores loquitur Apoſt. *B* cum ait: Corripite inquietos, id eſt homines ſceleſtos, peſtilentes, ac perturbātes polyticam, pacificam, & ciuilem, populi cōuerſationem, & charitatem. Sed, vt ſermo noſter circa regimen populorum vtilior, generalior, & efficacior fiat, oſtendamus quale debeat eſſe regimen cuiuſcunque regentis, ſiue domini corrigentis, ſiue rectoris cuiuſcunque. Quod, vt perfectius fieri poſſit, ad vnum Principem pro omnibus dirigamus ſermonem, aſſumentes propheticum verbum in Pſal. 10. vbi deſcribitur regimen vniuſcuiuſq; iuſti Principis, *C* atq; iuſtè regentis, cū ait: Iuſtus Dominus, & iuſtitiam dilexit, æquitatem vidit vultus eius. Quod poteſt eſſe aliud thema. Cum enim Princeps ſit publica poteſtas Dei in terris, atq; diuinæ maieſtatis imago: ideo ei neceſſe eſt, vt ab eo, qui cuncta ſua diſpēſatione gubernat, atq; ſibi in principatu tradidit poteſtatem, exemplar, & normam ſuſcipiat gubernandi. Nec hoc quidem propenſiori conſilio efficere poteſt, quàm per iuſtitiæ diſciplinā. Quod clarè patet ex triplici ratione. Primò ratione perfectionis, ſecundò ratione diſtributionis, tertiò ratione aſſimilationis. Primò verò ratione pfectionis. Iuſtitia enim generalis eſt virtus in ſe continens cunctas morum virtutes. *D* Vnde Ambro. in Hexa. ait: Vbi eſt prudentia, ibi interdum eſt malitia: vbi fortitudo, ibi iracundia: vbi temperantia, ibi impatientia plerunque inuenitur: vbi autem iuſtitia, ibi & concordia aliarum virtutum: Ideo Princeps dum iuſtitiam diligit, cæteras virtutes amplexatur: ſine quibus nihil aliud eſt eminentia principatus, quàm ſui, atque ſuorum per abrupta periculorum preces curſus. Secundò eſt neceſſaria Principi iuſtitiæ diſciplina, ratione diſtributionis. Nam ſicuti Proſper ait: Iuſtitia eſt quędam animi nobilitas, ſuam cuique tribuens dignitatem, ſuperioribus reuerentiam, *E* paribus concordiam, inferioribus diſciplinam, Deo obedientiam, ſibijpſi ſanctimoniam, inimico patientiam, miſero compaſſionem. Vnde Auguſti. Actus iuſtitiæ eſt ſcire, quicquid debeat reddere, non velle pluſquàm poſſit diſtribuere, omnem animi cogitationem ad ſolum Deum erigere, eumque, tanquàm nihil aliud ſola mentis acie intueri: ſine hac iuſtitia nullus Princeps regnare poteſt. Nam ſicut dicit Auguſt. 4. lib. de ciuita. Dei, cap. 4. Amota iuſtitia, quid ſunt regna, niſi magna latrocinia? Ideo Sapien. j. de iuſtitia Principes hortatur dicens: Diligite iuſtitiam, qui *F* iudicatis terram. Tertiò eſt neceſſaria Principi iuſtitiæ diſciplina ratione aſſimilationis, ſeu conformationis. Deus enim in regimine vniuerſi iuſtè cum potentia, clementia, atque ſapientia cuncta diſponit, & regit: ideo Princeps ex Deo ſuſcipiens principatum iuſto gubernatori Deo toto ſtudio in regimine per iuſtitiam ſatagit conformari, ſicut in verbo præallegato: Pſal. teſtatur dicens: Iuſtus Dominus, &c. In quibus ſanctis verbis triplex iuſtitia Principi in regimine neceſſaria demonſtratur. Prima eſt iuſtitia vigoroſa, de qua dicit: Iuſtus Dominus. Secunda iuſtitia eſt amoroſa, *G* de qua ſubdit, iuſtitiam dilexit. Tertia eſt iuſtitia radioſa. Vnde ſubdit, æquitatem vidit vultus eius. In quibus ſacratiſſimis verbis per iuſtitiam vigoroſam poteſt iuſtè regere, per iuſtitiam amoroſam vult iuſtitiam ſeruare: ſed per iuſtitiam radioſam ſcit omnia cum iuſtitia diſpenſare. Vnde de his tribus Apocal. 11. Ioan. in miniſterio ait: Datus eſt mihi calamus ſimilis virgę, & dictum eſt mihi: Surge, metire templum, & altare, & adorantes in eo: atrium verò, quod eſt foris templum, eijce foras.

Triplex rō adducū ad ſtabiliēdum hoc fundamētū.

Qūo Principi neceſſaria eſt iuſtitia.

H

ARTICVLVS PRIMVS.

In quo oſtenditur, quòd, vt Princeps bene regere poſſit, ſunt ei neceſſaria, quæ reddunt iuſtitiam vigoroſam.

PRimò enim Principi neceſſaria eſt iuſtitia vigoroſa, qua ſcilicet poſſit bene ſibi ſubditos gubernare. Vnde Pſalmus ait: Iuſtus Dominus. In Domino nempe poten-

A tia notatur. Nullus enim Princeps à Deo ordinatur in terris, niſi, vt tanquàm miniſter ſuus vitia comprimat, ſcelera obruat, populos dirigat, & iuſtos mores, atque virtutes inſerat, & exaltet: non ad ſuam gloriam téporalem, ſed ad gloriã Dei. Tres verò ſunt virtutum gradus, qui Principi bene regendi tribuunt poteſtatem. Primus eſt humilitas, ſecundus eſt iuſtitia, tertius eſt miſericordia. Quaſi ſunt tres poteſtatũ gradus. De his tribus Apoc. 11. tangit per ordinem dicens: Datus eſt mihi, &c.

Tres gradus virtutum.

B. *Quòd ex munere Dei per humilitatem acquirat Princeps regendi poteſtatem. Cap. 1.*

PRimus enim ad poteſtatẽ gradus eſt humilitas, quæ ſundamentalis radix eſt totius potentiæ dominandi. Cum enim Apoſtolus ad Rom. 13. ait: Omnis anima poteſtatibus ſublimioribus ſubdita ſit. Non enim eſt poteſtas, niſi à Deo: Ideo Principi neceſſariũ eſt hoc intelligere, hoc credere, hocq; toto corde ſentire, vt ex hoc ſe ſubdere diſcat C imperio Dei, qui nõ pro humanis meritis, ſed pro ſua miſericordia dedit talem homini poteſtatem, atq; ſe indignum tanti muneris arbitretur. Vnde in huius myſterium in perſona Principis hoc implentis Io. ait: Datus eſt mihi calamus. Quod Ioannes, qui ĩ. quo eſt gratia interpretatur, deſignat, niſi Principem ſuperna gratia irradiatum? Cuipropterea calamus datur; vt ſe tanto dono recognoſcat indignum: quod ipſa natura calami notat. Nam vnde à ſe intus magis vacuus eſſe cernitur, inde magis ſpiritu adimpletur: atq; ex his duobus ad menſurandum aptior redditur, vt per eum leuior fiat D metientis manus. Primò enim tale debet eſſe officium dominãdi: vt qui illud habet, ſeipſum vacuum, & inutilem reputet ad tale officium exercendum. Nam ſicut dicit Apoſt. 2. Cor. 3. Non ſumus ſufficientes aliquid cogitare à nobis, quaſi ex nobis, ſed ſufficientia noſtra ex Deo eſt. Quãtoq; erit minor æſtimatio ſui in ſe: tanto ſpiritualis gratia ad regendum in tali anima vberior abundabit. Vnde Iaco. 4. ait: Deus ſuperbis reſiſtit, humilibus autem dat gratiam. Vnde Eccl. 3. Quanto maior es, humilia te in omnibus, & coram Deo inuenies gratiam. Puteus verò cum iuxta fluuium ſit profundus, citò repletur aqua: ſic mens Principis quãtomagis iuxta Deum humiliatur, tanto gratia vberiori repletur. Cum autem talis Dominus fuerit in ſuis oculis vacuus, & Spiritu ſancto plenus: in Domino, non in ſe confidens, iuſſionibus Dei adhęrens: huic non difficile, ſed facile, & leue erit ſuorũ populorum multitudini prouidere, atq; illos dirigere, & gubernare. Et patria, quæ prius erat plena blaſphemijs, homicidijs, parcialitatibus, & odijs, ſacrilegijs, rapinis, furtis, vſuris, ludis, vanitatibus, laſciuijs, & ſic de alijs, fiet quaſi regnum pacis, amoris honeſtatis, & omnium bonorum morum. Et de hoc calamo verificetur illud: Eſa. 35. In cubilibus, in quibus prius habitabant dracones, & viror calami, & iunci orietur. Quid enim ſunt multitudines populorum, ſine dominio iuſto, niſi cubilia infernalium draconum? Cum verò auſter ille ſpiritus veritatis amorẽ iuſtitiæ in corde Principis perflauerit viror calami, .i. boni regiminis pulchritudo in ſubditis eius populis oriẽt: atq; viror iunci, qui à iungẽdo dicitur, meritò ſubſequetur, cum in multitudine ſubditorum morum bonitas quo ad Deum, & cordium vnitas quo ad proximum apparebit. Vnde Apoſt. ad Phil. 2. In tali Dño operatur Deus velle, & perficere pro bona voluntate. Et ſicut veris prædicatoribus: Mat. 10. dicitur: Non enim vos eſtis, qui loquimini: ſed ſpiritus patris veſtri, qui loquitur in vobis. Sic etiam omnia iam dicta non operatur Princeps, ſed ſpiritus Dei Patris operatur in eo. E F G

Officium dñandi.

Quòd ſine rigore iuſtitiæ Princeps benè dominari non poteſt. Cap. 2.

SEcundus gradus ad potentiam dominãdi eſt iuſtitia: Et hoc notatur in virga, quæ corrigit delinquentes. Ideo Ioan. inquit: Similis virgæ, ſ. erat, calamus mihi datus. In duobus conſiſtit maximè iuſtitia Principis, ſ. in iuſtarũ legum ſanctione, & in tranſgreſſorum punitione. Ideo in perſona talis iuſti Principis Zach. 11. dicitur: Aſſumpſi mihi duas virgas: vnam vocaui decus, aliam vocaui funiculum. Decus verò Principis eſt leges iuſtas ſancire. Virgæ quoque funiculum habet, cum trãſgreſſores iuſtarum legum per indiſſolubilem iuſtitiam punit. Hæc enim virga à rectitudine veritatis flecti non debet, nec retro, nec ante: non inſuper à ſiniſtris, neque à dextris. Retro flectitur per timorem, ante H

Zach.

per

A per ſpem: à ſiniſtris per odium, à dextris verò per amorem, ſicut 11.q.3.c. quatuor. Gregor. ait: Quatuor modis humanum iudicium peruertitur: Timore, dum metu poteſtatis alicuius veritatem loqui pertimeſcimus: Cupiditate, dum præmio animum alicuius corrumpimus: Odio, dum contra quemlibet aduerſarium molimur: Amore, dum amico, vel proximo præſtare contendimus. Summopere Principi cauendum eſt, ne ſub clementiæ pallio inertiam induat leuitatis. Nulla in principatu beſtia ſeuior, quàm impunitas delinquendi.

Gregor. *Quatuor modis humanũ iudiciũ peruertitur.*

B Ferro ſecanda ſunt putrida membra, ne cætera corrumpantur. Nihil tantum regimina potentium infirmat, quantum languor iuſtitiæ ſub nomine pietatis. Ac econtra per iuſtitiam omne regimen confirmatur, & ſtabilitur. Vnde dicitur Prouerb. 16. Abominabiles regi, qui agunt impiè, quia in iuſtitia firmabitur ſoliũ eius. Vnde Pſal. Brachia peccatorum conterentur, confirmat autem iuſtos Dominus. Quid enim talis falſa pietas, qua ad preces iniuſtè ſupplicantium impij dimittantur impunes, niſi iuſtitiæ interitus, multiplicatio ſcelerum, violatio pacis, libertas peccandi, & fractio omnium conſtitutionum ſanctarum? Quæ

Pſal.

C quidem Deus ſufferre nequit: & ideo regna transfert, aufert poteſtates, & occulto iudicio dominia mutat, ſicut dicitur Eccle. 10. Regnum à gente in gentem transfertur propter iniuſtitias. Vnde Pſal. ait: Propter iniuſtitias enim ſuas humiliati ſunt, ſcilicet multitudines Dominorum. Si enim talis mollities, atque in eis ſegnities, pietas eſt: quid tãto labore contra tranſgreſſores inſtituuntur leges, multiplicantur codices, & cumulantur Principum ſanctiones? Vna ſumma, & conſummata pietate prouideri poteſt tantæ impiæ pietati. Igne comburãtur omnia iuſta inſtituta legum. Quid pau-

Pſal.

D latim tantum bonum huius piæ crudelitatis operandum eſt: vno pietatis impulſu omnis iuſtitiæ, & veritatis lex impiè deſtruatur: vt hęc ſęua mollities obtineat principatum, & regnet. Ideo Prouerb. 7. dicitur ad iuſtum iudicem: Serua legem meam, quaſi pupillam oculi. Si igitur crimen læſæ maieſtatis incurrit, qui offendit oculum regis: quanto magis, qui offendit oculum legis?

Quanta pietate, ac ſeueritate debet fulgere Princeps, vt bene valeat gubernare ſubditos. Cap. 3. E

TErtius gradus ad potentiã dominandi, miſericordia nuncupatur. Debet enim Princeps rigorem iuſtitiæ per fulcimentum miſericordiæ temperare: vt quantũcunq; foris riguerit per iuſtitiæ ſeueritatem, intus tamẽ ſeruet compaſſionis ſuauitatem. Et licèt virgam teneat manu iuſtæ diſtrictionis, in pectore tñ gerat vbera maternæ compaſſionis. Ideo ſubdit Ioan. Datus eſt mihi calamus ſimilis virgæ. Non F enim ait, datus eſt mihi virga, ſed calamus ſimilis virgæ: in quo cum iuſtitia miſericordia denotatur. Vnde ad talem Principẽ ait, Pſal. Dabo tibi gẽtem in hæreditatem tuã, & poſſeſſionem tuam terminos terræ, & reges eos in virga ferrea. Quid enim in ferro, niſi ſuſtentatio miſericordiæ denotatur? Nam, ſicut Greg. ait: Iuſtitia, vel miſericordia deſtituitur, ſi vna ſine altera teneatur. Mira quidem dulcedine ad Principem afficitur populus, quando ſe conſpicit cum iuſtitia, & clementia gubernari. In cuius perſona ait, Pſal. Virga tua, & baculus tuus, ipſa me conſolata ſunt. Virga enim, ſm Greg. G percutimur, & baculo ſuſtentamur. Sit igitur diſtrictio virgæ, quæ feriatur: ſit & conſolatio baculi, quę ſuſtentat. Sit itaq; amor, ſed non emolliens: ſit rigor, ſed nõ exaſperans. Et iterũ idẽ ait: Sit zelus, ſed non immoderatè ſæuiens: ſit pietas, ſed nõ plus, q̃ expedit parcens: vt dum ſe arte regiminis iuſtitia clementiaq; permiſcet: is, qui præeſt, corda ſubditorum terrẽdo demulceat, & tum ad terroris reuerentiã demulcendo conſtringit. Et ſic reget virga ferrea populos Princeps pius, & iuſtus. Vnde Prouer. 20. Miſericordia, & veritas cuſtodiũt regẽ, & roborabitur clementia thronus eius.

De virga, & baculo Dei.

ARTICVLVS SECVNDVS. H

De triplici officio iuſtitiæ amoroſæ, in quibus ſe exercere tenetur Princeps.

SEcundò eſt neceſſaria Principi iuſtitia amoroſa. Vnde Pſal. Iuſtitiam dilexit. Ad hanc diligendam hortabatur Princeps ſpiritus charitatis, cum Prouer. 15. ait: In abundãti iuſtitia virtus maxima eſt. Ideo dictum eſt Ioſuæ 7. Ioã. 10. Principi, in quo regnat gratia dominandi: ſurge, ſcilicet per amoroſum affectum ad Deum iuſtè gubernans,

A nans, ad gloriam Dei, atque proximi, ideſt, amor Dei reflectatur ad populũ tibi ſubiectum: omnem tibi commiſſum ſtatũ amoroſa iuſtitia gubernando. Tria ſunt officia iuſtitiæ amoroſæ: in quibus occupari iubetur amabilis Princeps. Primum honorare diuina, & ſacra, ſecundum augmentare deuota, tertium reſfrenare iniqua. Et hoc eſt ſecundum Io. metire templum, & altare, & adorantes in eo.

Tria officia iuſtitiæ amoroſæ.

De reuerentia, quam debent exhibere Principes diuinis, & ſacris. Cap. 1.

B Primum quidem officium iuſtitiæ amoroſæ in Principe, eſt honorare diuina, & ſacra: ideo dictum eſt illi: Metire templum. Templum verò à contemplãdo dicitur, & ſignat diuina, & ſacra, quæ vt honorentur, diſcreta contemplatione conſideranda ſunt: & hoc eſt Principem metiri templum. Licèt enim omnia, quæ pertinent ad diuinũ cultum, magna veneratione ſint digna: tamen tria maximè decent Principem venerari. Primò ſanctiſſimum ſacramentum, ſecũdò diuinum verbum, tertiò eccleſiaſticum gradum. Primò, inquàm, decet Principem venerari ſanctiſſimum ſacramentum, audiendo deuotè miſſas, & præmiſſa vera confeſſione ſæpius, & deuotè ſumere corpus C Chriſti. Quanta autem veneratione ſit dignum hoc diuinum ſacrificium, oſtenditur de conſe. diſt. 2. c. nihil, vbi dicitur: Nihil in ſacrificijs maius eſſe poteſt, quàm corpus, & ſanguis Chriſti: nec vlla oblatio hac potior: ſed hic omnes præcellit, quæ pura con ſcientia Domino offerenda eſt, & pura mẽte ſumenda, atque ab hominibus venerãda. Et ſicut potior eſt cæteris, ita potius venerari debet. Vnde j. Reg. 2. Dominus ait: Qui honorificauerit me, honorificabo eum: qui autem cõtemnunt me, erunt ignobiles. Ad hoc idem referri poteſt ſolertia, quam debet habere Princeps, vt in dominio ſuo obD ſeruentur feſta ab eccleſia ordinata: refrenentur pompæ, ex quibus innumerabilia ſequuntur mala, & cõſimilia, quibus populi in vitijs ſubmerguntur peruigili circumſpectione curentur. Nam ſæpe fit iudicio Dei, vt multiplicatis criminibus populorum, Domini cum populis flagellãtur: quia propter peccata populi veniunt aduerſa. Ideo dicitur Sapien. 18. Simili pœna ſeruus cum Domino afflictus eſt. Secundò decet Principem venerari diuinum verbum. Plerunque Domini miſſas audiãt reuerenter, E eccleſias viſitent, officia, & ſuas orationes non prætermittant: ſed, heu, de verbo Dei parum curant. Sed diligenter aduertant, Archidia. in c. interrogo vos fratres, 1. q. 1. quòd, licet prædicatio ſit corpore Chriſti minor dignitate: eam tamen ſumentibus maior eſt efficiendi poteſtate. Nam per prædicationem dimittuntur peccata mortalia, per corpus verò Chriſti venialia relaxantur. Vnde Prouerb. 13. Lex ſapientis fons vitæ, vt declinet à ruina mortis. Vnde Act. 2. ad verbum Petri circiter tria millia hominum ad Deum conuerſi ſunt. Vnde Pſal. F Lex Domini immaculata conuertens animas. Vnde Eccleſiaſti. 32. deuotum Principem hortatur dicens: Audi tacens, & pro reuerentia accedet tibi gratia bona, id eſt remiſſio peccatorum. Tertiò decet Principem venerari eccleſiaſticum gradum. Magna quippe, ac veneranda dignitas eſt ſacerdotis, & eccleſiaſtici gradus. His nempe poteſtas deſuper data eſt animas ſeruare, paſcere, ſoluere, & ligare, & eis regna cœleſtia reſerare: dicente Domino Matth. 18. Amen dico vobis, quæcunque ligaueritis ſuper terrã, &c. Hi poteſtatem habent quotidie à ſummis cœlorum educere Dominũ G Angelorum, dum miſſarum ſolemnia celebrantur. Eccleſiaſtico quoque gradui conceſſa eſt poteſtas miniſtrandi eccleſiaſtica ſacramenta. Et licet plurimi inueniantur diſcoli, & ſceleſti: tum, dum illos ſuſtinet eccleſia Dei, honorandi ſunt propter gradus ſublimitatem, dicente Domino Lu. 10. Qui vos ſpernit, me ſpernit. Vnde Eccle. 7. Honora Deum ex tota anima tua, & honorifica ſacerdotes. Sed vt populi eius melius gubernentur, & etiam habeat occaſionem maiorem venerandi eos: ſemper quantum fas eſt, quærat habere clericos, & prælatos timentes Deum. Sumant Principes exemplum fideliſſimi Conſtantini, qui cum ſacerdotum conſilium in Lateranen. eccleſia cõuocaſſet, nec primum locum auſus obtinere eſt, nec ſe presbyterorum commiſcere H conſeſſibus, ſed ſedem nouiſſimam occupauit. Sententias verò, quas ab eis approbatas audiuit, ita veneratus eſt, ac ſi eas de diuinæ maieſtatis ſenſiſſet emanaſſe iudicio: ſed, & libellos inſcriptionum, quos adinuicem conceptos ſacerdotum crimina continentes Imperatori porrexerunt, ſuſcepit quidem, clauſoſque repoſuit in ſinu ſuo. Cum autem eoſdem ad charitatem, & concordiam reuocaſſet, dixit ſibi tan-

Tria inducũt ad reuerẽtiã Principis.

Illuſtre exemplũ Cõſtãtini pro religioſis.

A tãquam homini, & qui ſacerdotum iudicio ſubiacebat illicitũ eſſe examinare cauſas, q̃ niſi à ſolo Deo poſſunt iudicari. Libelloſq́; quos receperat non inſpectos, incendio dedit patrum veritus crimina, vel conuitia publicare, & Cham filij reprobi maledictionem incurrere, qui patris verenda non texit. Vnde 96. diſt. cap. in ſcripturis etiam ſcriptum eſt: Conſtantinum dixiſſe: verè ſi oculis proprijs vidiſſem ſacerdotẽ Dei, aut aliquẽ eorum, qui monaſtico habitu circum amicti ſunt, peccantẽ, chlamydem meã explicarem, & cooperirẽ eũ, ne ab aliquo videretur. Hac triplici veneratiõe deuot⁹, &
B fidelis Princeps diſcretè metitur templum.

Quanto feruore debet princeps augmentare obſeruantiã regularem. Cap. 2.

Secundũ officiũ iuſtitię. SEcundum officium iuſtitiæ amoroſæ in fideli Principe eſt augmentare deuota: & hoc eſt, ſcd̃m Ioã. metiri altare. Altare ſiquidem, in quo Leuit. 6. præceptũ erat ſemper ardere ignẽ: ſtatum ſignat deuotorum, in quibus ſemper debet feruere ignis diuinæ deuotionis. Hic eſt ignis, de quo Luc. 12. dicitur, Ignẽ veni mittere in
C terram, vt ſupra. Tunc verò Princeps altare mettitur, quando cũ prudenti diſcretione deuotioni diuerſarum perſonarũ, & ſanctarum religionum multipliciter fauet: vel q̃ in patria ſua de nouo regulares conuentus ſeruorum Dei ædificentur: vel q̃ ędificati iam diu in regulari obſeruãtia obſeruẽtur: aut q̃ iam deniq; relaxati ad diſciplinam regulæ confirmentur. Sunt enim tales oculi patriarum verbo, & exemplo. Ex ipſis em̃ praui corriguntur, atque virtuoſi inſerunt mores, orationes, atque ſupplicationes pro Principe, & populo porriguntur ad Deum. impetratur pro illis miſericordia, placatur iuſtitia, amouentur flagella, fida, & lumi-
D noſa dantur conſilia, & ex infernali baratro multipliciter animæ liberantur. In hoc verò mari magno huius ſæculi nequam, in quo reptilia, quorum non eſt numerus, vbi peregrinantium multitudo periclitatur: plurimi in ſtatu religionis, quaſi i portu ſalutis à naufragio reſeruantur. Ibi enim, ſecundũ Bern. amplius, quàm in procelloſo mundo viuit homo purius, cadit rarius, reſurgit velocius incedit cautius, quieſcit ſecurius, irrogatur frequentius, purgatur citius, moritur confidentius: & in fine à domino copioſius præmiatur. Omnium autem prædictorum fructuũ bonorũ fidelis, & deuotus B
Princeps dũ per hunc modũ in via iſta metitur altare, & tantæ deuotini fauorabilis reperitur: efficaciſſima poſt Deum cauſa poteſt dici, ac per hoc cumulatiſsimam multitudinem meritorum conſequitur. Diſcant fideles noſtri Principes exẽplar imitari magnorum deuotorũ virorũ: proſpiciant, ac legãt, quãtas abbatias, & religioſiſſima monaſteria ædificauerint, & feruentiſſimẽ ſouerint, vt fuit fideliſſimus Imperator Carolus magnus: Rex quoq; Francorũ ſanctiſſimus Ludouicus, & famoſiſſimus, Rex Robert⁹, & cęteri nobiles Principes, quos cauſa breuitatis omitto. *Animaduertant principes.*
F

Contra eos, qui dominis, aut principib⁹ adulantur: & quibus ſubditi dominis, & domini ſubditis obligati ſunt. Cap. 3.

TErtium quoq; officium iuſtitiæ amoroſæ in Principe virtuoſo, eſt refręnare iniqua: & hoc eſt, ſecundum Io. metiri adorantes in templo. Quid per templum, niſi eccleſia ſancta ſignificatur? Vnde congregationi fidelium ait Apoſtolus. j. Corum 3. Templum Dei ſanctum eſt, q̃d eſtis vos. Sunt enim plerique, quibus ſolum nomen chriſtianitatis ſufficiens eſt: totam fidem in labijs ſuis potant. Vnde Mat. 15. Populus hic labijs me honorat: cor autem eorum longè eſt à me. Et hi ſunt, qui adorant in templo, ſcilicet ſolo ore, corde tamen, & opere gentiliter viuunt. Tales fideles Princeps metiri debet, atque per eum ſunt à malis operibus refrenandi. Sed ad præſens cæteris omiſſis ad eos, qui principibus quotidie aſtãt, dirigamus ſermonẽ: cum ſi bene Principis familia, & domeſtici dirigantur, faciliter totus bene regitur principatus: nihilque principi pernicioſus eſſe poteſt, quàm domeſticus inimicus: huiuſmodi ſunt adulatores, & veritatis occultatores. Solent enim Principibus magis domeſtici frequentius adulari, virtutem conuertentes in vitium, & e contra: ab his iuxta illud pſal. laudator peccator in deſiderijs animæ ſuæ, & iniquus benedicitur. Super quo Auguſt. Linguæ adulantium alligant animas in peccatis, nec ſolitaria ſerpit adulatio nequam: comites ſecum plerunque habet ambitionem, fraudem, odium, ſimulationem, inuidiam proditionem, & notam mendacij: ſequelam *Quod adulatio multũ ob eſt principibus.* G H

A quelam ſeruitutis, & excæcationem proxi-
mi: atque to tius exterminium honeſtatis.
Hi ſunt ſyrenæ i delubris voluptatis, vt dici
tur Eſa. 13. Audiat igitur princeps conſiliũ
Salomonis, Prou. j. Fili mi, ſi te lactauerint
peccatores, ne acquieſces eis: quia, vt dici
tur, Prouerb 27. Meliora ſunt vlnera diligẽ
tis, quàm fraudulenta oſcula odientis, &
5. q. 5. cap. non omnis. Melius eſt cum ſe-
ueritate diligere, quàm cum lenitate deci-
pere. Hoc oleum abhorrebat rex ſanctiſsi-
mus Dauid cum dicebat: Oleum autem pec
catoris non impinguet caput meum. Simili
labe corrumpuntur multi principes mũdi,
B vt de genere dominantium reperiantur ra-
ri, qui propter inſuetudinem audire ſuſti-
neant veritatem. Cum quidam felix Domi
nus in circulo magnatorum glorianter e-
numeraret diuitias, delitias, filios, vxorem,
familiam, principatum, pulchritudinem,
ſanitatem, nobilitatem, famulos, equos,
arma, famam, palatia, atquæ cuncta ſola-
tia, & totius ſuæ felicitatis abſque defectu:
gloriam, & magnificentiam ſingularem:
inter alia interrogans circumſtantes ait.
Quid eſt, quod mihi deficiat inter multos
Principes mundi? Cui ex aduerſo, quidam
ſapiens ait Domine, nihil tibi deficit, niſi
qui tibi denũciet veritatem adductus quidẽ
C ſententia Senecæ dicentis. Vis ſcire, quid
omnia habentibus deſit? Qui dicat verita-
tem. Pro his omnibus notent Principes:
atque amici, & conſiliarij ſui, quod 22.q.
5.cap. de forma: dictum eſt, quòd, qui Do-
mino ſuo fidelitatem ſeruare tenetur, iſta
ſex in memoria ſemper habere debet: inco
lumen, tutum, honeſtum, facile, vtile,
poſſibile. Incolumen, ſcilicet ne ſit in dam-
num domino ſuo de corpore ſuo tutum, ne
ſit ei in damnum de ſecreto ſuo, vel de mu-
nitionibus, per quas tutus eſſe poteſt. Ho
neſtum, ne ſit ei in damnum de iuſtitia ſua,
vel de alijs cauſis, quæ ad honeſtatem eius
D pertinere videntur. Vtile, ne ſit ei in dam-
num de ſuis poſſeſſionibus. Facile, vel poſ
ſibile, ne id bonum, quod dominus ſuus fa
cere leuiter poterat, faciat ei difficile: nec
etiam id, quod poſsibile erat, reddat ei im
poſsibile: vt fidelis hæc documenta teneat
iuſtum eſt. Sed quia non ſufficit abſtinere
à malo, niſi faciat quod bonum eſt: reſtat,
vt in eiſdem ſex ſupradictis conſilium, &
auxilium domino fidelis præſtet, ſi beneſi-
cus videri vult, & ſaluus de fidelitate eſſe,
quam iurauit domino ſuo, in his omnibus
fidelem ſe reddere debet: quod ſi non ſe-

Adulatores ſũt Syrenæ i delubris.

Notet. & perpendant principes.

cerit: meritò cenſebit malefidei, ſicut ille, E
qui in eorum præuaricatione, vel faciendo,
vel conſentiendo depræhenſus fuerit per-
fidus, & periurus. Et de alijs quibuſcumq;
ſubditis ad Eph. 6. ait, Serui obedite domi
nis carnalibus cum timore, & tremore in
ſimplicitate cordis veſtri, ſicut Chriſto:
non ad oculum ſeruientes, quaſi hominib'
placentes, ſed vt ſerui Chriſti facientes vo-
luntatem Dei ex animo, cum bona volun-
tate ſeruientes, ſicut domino, & non hom-
nibus. Ex quibus omnibus intelligant Pri
cipes ſe locum Dei tenere in terris, non ad
ſe extollendum, ſed ad ſe conſiderandum,
& ad dirigendum ſuos ſubditos in gloriã F
eius, qui conſtituit eos loco ſui Principes
ſuper terram.

ARTICVLVS TERTIVS.

Quanti periculi ſunt apud Principes ignorantia, & negligentia in regendo: & de tribus generibus impiorum, qui aduerſantur iuſtitię Dei.

TErtiò eſt neceſſaria Principi iuſtitia
radioſa, qua, ſcilicet ſciat perſpica-
citer intelligere, qualiter valeat be
ne ſibi ſubditos gubernare. Et de hac iuſti
tia pſal. ſubdit. Æquitatem vidit vultus
eius. Vltus nempe, qui à volendo dicitur,
tunc in Principe æquitatem videt, cum ſuæ
ta illius facultatem mens eius in amoroſo
zelo inuigilat ſuper populum ſuum, vt vi-
deat quæ in ſuo dominio iuſtè, ſiue iniuſtè
fiunt. Plurimi namque in hoc ſæculo do-
minantes, vel, vt quietius fruantur mundo,
vel, ut excuſabiles videantur populo, ſeu
aliter operantes peccata alienis oculis vi-
dent, atque ſcienter neſciunt: iniuſtitias, &
nequitias, quæ in eorum dominio perpe-
trantur, non notantes. Quanti criminis ſit H
huiuſmodi ignorare his, quibus incumbit
populos gubernare? O ignorantia affecta-
ta, quot iniuſtitiarum, iniquitatum, atquæ
iniuriarum in mundi dominijs es mater &
nutrix? Quot reddis ſcelera impunita, quot
fideliſſimos dominos reddiſcordialiſſimos
inimicos? Hanc ignorantiam admirans Ec
cle. 4. ait: Vidi calunnias, quæ ſub ſole ge-
runtur, & lachrymas innocentium, & con-
ſolatorem neminem, nec poſſe reſiſtere vio
lentiæ eorum cunctorũ auxilio deſtitutos:
& laudaui magis mortuos quàm viuentes,
Harum

Iuſtitia neceſſaria volentibus principari.

A Harum autem iniquitatum voluntaria, & affectata ignorantia Principis cauſa eſt, dicente pſal. Noluit intelligere, vt bene ageret. Non enim ait, non intellexit: ſed noluit intelligere. Quod quidem nihil aliud eſt, quàm quodammodo ſecretè his omnibus iniquitatibus conſentire. Vnde. 86. di. cap. facietis, dicitur: Facientis proculdubio culpam habet, qui quod poteſt corrigere, negligit emendare: & negligere, cum poſſis deturbare peruerſos, nihil aliud eſt, quàm fauere. Vnde Sap. 6. Principes admonentur, cum dicitur: Diligite lumen ſapientiæ omnes, qui præeſtis populis. Ex his vtiquę
B ſępe fit, vt multiplicatis ſceleribus, iniuſtitijs, iniquitatibus, & alijs innumeris malis irritata, & perturbata iuſtitia Dei, ſicut Princeps ſcienter ignorare voluit corrigenda: ſic ſapienter Dei iuſtitia velit illum neſcire futura ſuper eum extermina, & flagella, ſicut dicitur Eccl. 10. Regnum de gente, in gentẽ transfertur pp iniuſtitias iniurias & contumelias, & diuerſos dolos. Inter quos dolos ignorantia Principis concupita, & affectata ſuper omnes alios obtinet principatum: immo, quod magis timendum eſt, quilibet in quocunque officio, vel dominio conſtitutus, omnia illa de neceſſitate
C tenetur ſcire, & etiam iuxta poſſe abſque negligẽtia exeutioni mandare, quæ ad ſuũ officium pertinere noſcuntur: aliter ad ſatisfaciendum læſis remanet obligatus, ſicut patet extra de iniuris: & dam. cap. ſi culpa. Ratio autem huius eſt, ſicut ibidem patet, quia talis ignorantia, vel negligentia in talibus ſunt quædam cauſę efficaces omninm damnorum, quæ ex his eorum ſubditis ſubſequuntur. Ideo dicitur in eodem cap. Qui occaſionem damni dat, damnum dediſſe videtur. Sed ne in hęc pericula ruat prouidus Princeps attendat, quid ſpiritus veritatis per ſuum Euangeliſtam præcipiat, cum in
D Apoc. ſubdit: Atrium verò, quod eſt foris templum, eijce foras. Templum vtique Salomonis minoris mẽſuræ erat, quàm atriũ, cum eſſet. 60. & 30 cubitorum in latitudine, vt dicitur. 3. Reg. 6. atrium verò centũ cubitorum erat tam in longitudine, quàm in latitudine, vt dicitur Exo. 27. Et Ezech. 40. Quid igitur per atrium, niſi multitudo peccantium ſignatur, quæ, reſpectu iuſtorũ, qui Dei ſunt templum, incorporabiliter maiori numero in quolibet principatu reperitur? Hoc nempe atrium foris templum eſſe dicitur: quia ſceleratorum multitudo tam aliena eſt à contemplatione, ſeu cognitione diuina, vt nec diuino amore incaleſcãt, E
nec diuino tremore contremiſcant, nec aliquo modo habeant Deum præ oculis eorũ. Hi ſunt, de quibus Zach. 7. dicitur: Auerterunt ſcapulas recedentes, & aures ſuas aggrauauerunt, ne audirent: poſuerunt cor ſuum, vt adamantem, ne audirẽt legẽ. Quia igiť Princeps miniſter iuſtitiæ Dei eſt: ideo tales ſceleratos homines, qui à ſe eijciunt Deum per iuſtam punitionem oſtendere debet eiectos eſſe à iuſtitia Dei. Et hoc eſt atrium, quod eſt foris templum Principẽ eijcere foras. Aduertere tamen debet diſcretus Princeps, quòd tria ſunt genera iniquorum aduerſantium iuſtitiæ Dei, qui, qua F
ſi atrium permanens foris templum eijci debent per prudentiam eius. Primi ſunt iuſtitiæ corruptores, ſecundi iniuſtitiæ operatores, tertij ſunt iuſtitię ſubuerſores.

De 12. generibus impiorum, quæ corrumpunt iuſtitiam dominandi. Cap. 1.

PRimum itaque impiorum genus, qui aduerſantur iuſtitiæ domino norum ſunt iuſtitiæ corruptores. Hi ſunt, qui non tantum ſibi, ſed & populo principatus reuerentiam, Principis animæ, & corpori, & ſtatui aduerſantur Eccleſię: nec tantum ponũt Principem in odium Dei, verum etiam in odium amatorum ſuorum, & totius populi ſui. Huiuſmodi ſunt ambitioſus in domino, adulator in palatio, partialis in populo, accuſator in thalamo, falſus iudex in conſiſtorio, detractor in occulto, paſſionatus in conſilio, auarus in officio, iniurians clero, concuſſor in territorio, inuidioſus in conſortio, atque inhabilis beneficio, & officio: à quibus omnibus debet dominus ſe cuſtodire, quia illud eſt atrium, quod eſt foris templum eijcere foras.

Duodec genera impiorũ corrũpũt iuſtitiam.

G

Quòd à principibus, corrigẽdi ſunt blaſphemi, vſurarij, luſores, & quicunq; alij ſcelerati. Cap. 2. H

SEcundum autem impiorum genus ſunt in iuſtitię operatores. Et licèt talium multitudo ſit magna, qui rãtum atriũ, quod eſt foris templum, per diſcretũ Principem puniendi ſunt: tamen cauſa breuitatis ſpecialius differamus de tribus. Primi ſunt blaſphematores nequiſſimi, & maledici maledicti. Hi verò inter oẽs ſceleſtos obtinent.

Blaſphemi.

A tinent principatum. Vnde glo. ſuper illud Eſa. 18. ad populum terribilem inquit: Omne peccatum, blaſphemiæ comparatum, leuius eſt. Ideo ſecundum leges imperiales vltimo ſupplicio mortis blaſphemus plectendus eſt, vt patet in Aut. vt non luxu. contra natu. circa medium coll. 6. Ideo, quilibet Princeps omnium blaſphemiarũ, quæ fiunt ſub eorum dominio, propter negligẽtiam puniendi, ſeu corrigendi indubiè participes fiunt, ſicut ex præcedentibus patet. Horrendum verò putaretur, Principem in terra ſuâ idolatriam ſuſtinere: & tamen horribilius eſt blaſphemos tranſire impunes, cum idolatria debitum cultum aufert Deo,
B blaſphemia verò debitum honorem aufert à ſummo Deo, & contumeliam infert. O quot denarios lucrari poſſent mundi Principes, & officiales eorum condemnando blaſphemos: quamtúque ſpiritualis meriti foret, qui hoc faceret zelo Dei? Non enim minus poteſt operari iuſtitia in bono opere, quàm operetur nequitia in opere malo. Nam ſi tanti demeriti eſt iniquis operibus non obuiare, ſicut dictum eſt: quanti igitur meriti erit talia nequitiæ opera impedire? Secundi ſceleſti homines ſunt luſores. *Luſores.* Quid enim eſt ludus, niſi fomes iniquitatis, & cupiditatis, domeſtica predatio, vſu-
C raria labes, mendaciorum, atque nugarum ſedula mater, fons diuinæ negationis, crudelis blaſphemiæ pater, corruptio populorum, ſcandalum proximorum pernicax, inobedientiæ filius, amiſſio temporis, diſcordiarum, & homicidiorum multorum origo, immane deſperationis baratrum, idolorum cultus, inerta ſegnicies, ocij nutrimentum, diffamationis titulus, atque multarum ſtultitiarum ludibrium ſingulare? Quæ omnia eſſe vera nõ tantum ſententia Sanctorum clamat, verum etiam experientia manifeſtat. Dominorum igitur omnino officium eſt cauſam tantorum malorum excidere, ludos prohibere, ludentes punire,
D baraterices exterminare, taxillos, ac cęterorum inſtrumenta ludorum, & illa tenentes condemnare cum omnium prædictorum ſcelerum, & malorum apud iuſtiſſimum Deum habeant reddere rationem, ſi noluerint, vel negligentes fuerint, cum potuerint obuiare. Vnde extra de homici. cap. 3. ſicut dignum eſt, dicitur: Non caret ſcrupulo conceſſionis occultæ, qui manifeſto facinori deſinit obuiare. Tertij quoq; ſce- *Vſurarij.* leſtes, & pernicioſi ſunt vſurarij, tanquàm domeſtici latrones. Sed dimiſſis quæ tangunt vſurarium atque Deum: quid enim
E aliud, quo ad proximum eſt vſura, niſi eradicatio charitatis, fons proprij amoris, omnis veræ amicitiæ corruptela, mater deceptionum, legale latrocinium, doloſa pietas, pauperum homicida, impia in propinquos, proditioſa in proximos: inquietus cancer contagioſus morbus, damnoſa vtilitas populorum, demum infernalis laqueus animarum multarum? ſicut de hoc latius patet infra in ſermone. 44. Et licèt multi ex vſurario manifeſto illaqueentur, & periclitẽtur: mundi tamen Principes Domini, & Rectores neſcio qua inſenſibili cupiditate mutuãdi ad vſuram, dum directè, vel indirectè
F perhibent libertatem, maiorẽ excõmunicationem incurrunt, ſicut manifeſtè patet in clemen. de vſu. cap. ex graui: & omnem illam vſuram ſatisfacere obligãtur, quam eorum licẽtia, vel fauore vſurarij lucrati ſunt, ſi per recipientes vſuras non fuerit ſatisfactum. In qua ſententia Sco. & omnes Doctores concordant. Ex quo patet pernitioſius eſſe ſcelera approbare, quàm ſcelera perpetrare. Quod intelligens eccleſia ſancta vſurariũ excommunicat excommunicatione minori: eum verò, qui ei perhibet
G libertatem, excommunicat excommunicatione maiori. Et quod mirabilior inſania eſt, ſi vſurarius ſatisfacere obligatur, recipit vnde ſatisfacere (ſi pęnitet) poſſit: ſed ſi per Principis libertatem à fænerators acquiratur vſura, ſicut dictum eſt, Princeps remanet obligatus: & de ſuis ſatisfacere debet niſi vſurarium ſatisfacere cogat. Sunt verò multi alij ſcelerati gladio, & igne omnino exterminandi: ſicut ſunt hæretici pertinaces, puerorum concubitores, impij malefici, & diuini, ſacrilegi, homicidæ, & cõſimiles omnes.

H *Quam impium ſit non punire, vel defenſare peſtiferos viros: ac ſeptem rationibus demonſtratur quare puniri debent. Cap. 3.*

TErtium verò hominum genus, quaſi atrium eijciendum foras, ſunt iuſtitiæ ſubuerſores. Hi ſunt, qui ſub ſpetie pietatis veritatem iuſtitiæ perſequuntur, nocuos, & obſtinatos à pœnis debitis liberantes, ſeu liberare curantes: ideo eodem ſupplicio, quo & malefactores, merẽtur à Deo plecti. Vnde. 3. Regum. 20. ſcriptum eſt, ꝙ ſanctus Dei propheta ad Achab inquit,

A inquit. Quia dimiſiſti virum, ſcilicet Benadab regem Syriȩ dignum morte, anima tua erit pro anima eius, & populus tuus pro populo eius. Quā autem ſit impium, & crudele liberare, vel defenſare homines peſtilentes, & obſtinatos, & ſanctiſſimum ſit zelo iuſtitiæ illos condigna pœna punire, probari poteſt multiplici ratione auctoritatibus, & exemplis. Primò, ne multiplicentur iniquitates: ſecundò, ne deſtruatur mundi pacificus ſtatus, & virtuoſa vita. tertiò, quod tales peſtilentes diaboli zizania nuncupatur: quartò, ne cæteri corrumpantur ex eorum peſtifera vita: quintò, vt cæteri contremiſcant: ſextò, vt ſaluetur B anima peccatoris: ſeptimò, vt domini cōformentur iuſtiſſimo Domino Deo. *Prima rō* Prima ratio eſt, quia tales homines ſceleſti puniri debent, ne multiplicentur iniquitates. Si enim ſcelera tranſeunt impunita, & impietatibus laxentur fræna: quis ſaluabitur in hoc ſæculo nequam? Sunt enim plerique, qui ſemper prædicant pietatem, & tamen operāt iniquitatē: dū vel facto, vel verbo diſciplinæ iuſtitiæ contradicunt. Sed quærimus ab his impijs, an erudiendi ſunt paruuli, & corrigendi, ſaltem quantiſcunque leuibus flagellis, qui ſi ad tantam inſaniam C deuenerint, quòd dicant non: reſtat igitur, vt dimittantur omnibus vitijs, & inſanijs, ac per hoc minus curentur, quàm canes, & aſini, & equi: & minus etiam curandi ſunt: cum diſciplina huiuſmodi adhibenda ſit animalibus, & non filiis, & melioratio per diſciplinam alijs animalibus quærenda ſit, filij verò pœnitus negligendi; & in omnē deteriorationem, & peſſimationem abire dimittendi contra ſcripturam Prouerb. 29. Puer, qui dimittitur voluntati ſuæ, cōfundet matrem ſuam. Sic vtique homines ſcelerati, & obſtinati rēpublicam matrem eorum confundunt, dum multiplicantur in *Secūda rō* ea iniquitates, ſceleribus impunitis. Secunda ratio eſt, ne deſtruatur pacificus mundi D ſtatus, atque virtuoſa vita, cum tota iniuſtitia cumulatur. Eſt enim iuſtitia virtus cōmunis, cum per eam homo ordinatur ad Deum, ad ſeipſum, & ad proximum ſuum. Vnde Raba. de natura rerum ait, Iuſtitia eſt habitus animi vnicuiq; tribuens propriam dignitatem. In hac diuinitatis cultus, in hac humanitatis vita, in hac æquitas totius vitæ conſeruatur. Igitur cum, deſtructa iuſtitia, nulla in republica virtus, nulla denique pax ſubſiſtere poſſet: manifeſte patet, quod qui verbo, vel opere iuſtitiæ aduerſatur; ſubmerſionem cunctarum virtutum, & pacis procurare contendit. E Amplius. Cum homines animalia ſint, non ideo, quia animalia ſunt extra diſciplinam eſſe debēt: quoniam ex hac cauſa nulli animalium eſſet impendenda diſciplina. Sed nunquid, quia rationales ſunt, diſciplina ab eis abijcienda eſt? Abſit. Nunquid ideo erunt negligendi, & viliores, quantum ad hoc, cæteris animalibus reputandi, quia ratione vtūtur? Quis tantæ inſaniæ eſt, qui hoc affirmet? Ex his patet, quòd, quia homines ſūt incōparabiliter nobiliores cęteris aīalibus, ac pſtātiores, & pcioſiores, & proniores, & F magis nociui fiunt ex mala cōſuetudine vitiorum, magiſque perturbant ciuilem pacē, quàm alia animalia: ideo maiori diſciplinæ cuſtodia ſunt cuſtodiendi, ſeu curandi, & per iuſtitiam refrenandi. Tertia ratio eſt, *Tertia rō* quia tales homines peſtilentes diaboli zizania nuncupantur: ideo eradicari neceſſe eſt. Iuſtitia enim omnium virtutum dicitur ſemen. Vnde Prouerb. 11. Seminanti iuſtitiam merces fidelis. Et hoc eſt ſemen, quod Dominus ſeminat in mundo, quaſi in agro ſuo. Vnde Mat. 13. Simile eſt regnum cœlorum homini, qui ſeminat bonum ſemen in agro ſuo: cum autem dormirent homines, venit inimicus eius noctæ, & ſuper ſeminauit zizania in medio tritici, ideſt viros G peſtiferos in medio iuſtorum. Et ſequitur: quòd dixerūt ſerui Domino ſuo: Domine, nonne bonum ſemē ſeminaſti in agro tuo? vnde ergo habet zizania, ideſt homines peſtilentes. Et ait. Inimicus homo, ideſt diabolus hoc fecit. Dicitur autem diabolus homo à primo homine ab eo deuicto. Sed audaci inſania obijcere ſolent huiuſmodi falſi miſericordes, ꝙ ſerui patrisfamilias dixerunt Vis eamus, & colligamus ea? Et ait Non: ne forte colligentes eradicetis cum eis triticum: ſinite vtraq; creſcere vſque ad meſſem. Quibus reſpondemus, quia manifeſtum eſt illud non reſpondiſſe, ſeu præcepiſſe, niſi, vt ſolummodo tritico parceretur. *Reſpōſio ad o. iſta.* H Nullo enim modo parcere voluit zizanijs in detrimentum tritici: ideo vbi non poteſt parci eis ſine tritici nocumento, nequaquam voluit parci eis. Vbi igitur impij, & obſtinati in conſumptionem, vel diminutionem populi Dei creſcunt, nullatenus creſcere ſinendi ſunt, ſed omnino eradicandi: & hoc per corporalem mortem, quando alias eradicari non poſſunt. Quia, ſi quis dixerit, quòd hi, qui modo zizania ſunt, poſſunt triticum fieri, & ad viam veritatis con-

A uerti: verum vtique dicit: ſed quando conuertantur in triticum huiuſmodi conrumaces, & pertinaces, vtique non eſt certum. Quod autem per illos illi, qui triticũ ſunt, zizania fianr, hoc euidenter pater: ſimplices autem, & ineruditos aſtutia ſua incredibili falſitate ſubuertunt. Inſuper pauca zizania multum tritici ſegetem facilè ſuffocat, & ſubuertit. Difficilem enim admodum, atque raram videmus obſtinatorum hæreticorum conuerſionem, facillimam autem, & crebram fidelium ſubuerſionem. Quàm bonum conuerſionis huius erroneum, & paruum eſt, & rarum, atque difficile, & eouſque ineertum, vt nihil, proprer

Conuerſio hæreticorum rara, atque difficilis.

B quod meritò ſperare poſſit, appareat, malũ verò, quod inceſſanrer irrogant, magnũ vtique eſt, ſicut incendium, ſeu peſtis, facilè, arque crebrum, & inſuper euidens, atq; certiſſimum. Quis igitur non videat, quia vita adeo peſtilens, atque pernicioſa paucorum tota feſtinarione de medio, ſicut incendium, rollenda ſir: nedum vana ſpe paucis parcitur, per eos irreparabilis multitudo perdarur? hoc eſt enim, ac ſi diceretur, quòd paucis lupis in medio gregis exiſtentibus, gregemq́ue inceſſanter lacerantibus, ac deuorantibus parcarur: quia forte Deus facier illos oues, vel agnos. Etiam

C idem quoque eſt, ac ſi diceretur, dimittẽdas eſſe paucas faces ardentes in medio ſiluæ lignorum germinantium, ipſam ſiluam inceſſanrer exurenres: quia fortè Deus faciat illas arbores fructuoſas. Eriam idem eſt, ac ſi diceretur, paucos leproſos dimittẽdos eſſe in medio ſanorum, aſſiduo contagio ipſos corrumpentes, & inficienres, quia fortè Deus ſanabit illos. Non enim attendunt, quòd facilius ſæuiat lupina rabies in gregis conſumptionem, quàm manſuetudo ouina tranſeat in lupi conditionem, & incendium à facibus ad arbores facilius diffiliat, quàm fertilitas, arque viror ab arbo-

D ribus ad faces. Sic lepræ contagium facilius à leproſis deriuarur ad ſanos, quàm ab ipſis ſanitas ad leproſos. Ideo dicitur. 6. q. j. cap. ex meriro. Dereriores ſunr, qui viram, moreſque bonorum corrumpunt, his, qui ſubſtantias aliorum, prędiaque diripiunt. Quarta ratio, & dependes ex iam dicta eſt, ne cæteri corrumpantur ex eorum peſtifera vita. Si beſtiæ malæ, videlicet, vrſi, leones, lupi, & ſerpenres, arque dracones ferro, & igne exterminandæ ſunt pro ſalute corporum humanorũ, quæ deuorant, & occidunt: quã tomagis beſtiæ ſpirituales pro animarũ ſalute, quas ſeducendo, & ſubuertendo ſpiritualiter deuorãt, interimunt ſeparãtes eos à Deo, qui vita eſt omnium animarum, omni bello, & gladio exterminandæ ſunt.

E Blaſphemus incorrigibilis, aut inemendabilis Sodomita ſic ſunt inrepublica, vt morbidæ oues in grege, & ſicut menbrum cancroſum incurabiliter, iugiterque ſerpẽs in humano corpore. Igitur idem eſt faciendum de eo pro reipublicæ vtilirate, quod faciendum eſt de huiuſmodi oue, vel menbro pro ſalute gregis, atq; humani corporis. Nonne nocius humor, qui corpus humanũ corrũpit, per amarã medicinam eripitur, ſeu eijcitur, & purgatur. Sic ab impijs

F populis purgari debet, ne pereat mulritudo. vnde. 23. q. 4. cap. eſt, iniuſta, air Amb. Innocentem tradir exitio, qui liberat multorum exitia cogitantẽ. Er in fi. cap. air, cũ vni indulget indigno, ad plapſionis conragium prouocat vniuerſos: facilitas enim veniæ incenriuum tribuit delinquendi. Hæc ille. Sed conrra hoc videt, quod ponitur. 23. q. 5. cap. de occidendis, & cap. j. vbi petit eccleſia reos non occidi. Ad quod reſpondet glo. Amb. ibi ſupra loquit de incorigibilibus, ſicut in. 23. q. 5. cap. prodeſt. Et de talibus incorrigibilib. maximè inrellige in præſenri ſermone loqui. Proinde Exo. 22. pręcipiendo Dominus ait, Maleficos non pa-

G tieris viuere. Quinta ratio eſt, vt cęteri contremiſcanr, ſi eriam ſint corrupti, vel non corrupri. Exemplum enim violentæ, & maniſeſtæ mortis cæteros terret, qui ad ſimilia ſcelera inclinantur. Videmus, ſecundũ Auguſt. ferociſſimas beſtias propter pœnas, & verbera conſtat à maximis delectationibus recedere. Inrer mulros canes, percuſſo vno, atque lamẽtãte, reliq fugere ſolẽt: ſic etiam vno peccatore punito, cæreri expaueſcunt. Sexra rario eſt, vt ſaluetur anima, peccatoris, dum habet pęnirudinis rẽpus: quia fortè obſtinarus inrerirer alias, vel in mortali culpa ſubitanea morte periret. Cum. n.

ratio.

Sexta ra.

H dubium non eſt, quòd morti corporali hominum occurrendum ſir etiam eis inuitis, & quòd extrahendi ſunt de aqua, & igne, ea violentia, quam requirunt pericula iſta: & etiã, ne in ea ſe præcipitenr, & alirer cadant omni ſtudio auertendi. Si enim morti corporali brutorum tanro opere cõſulendum eſt, ſi ranta ſolertia de pureis, aut foueis, aut alijs periculis exrrahuntur, vt occurarur eorum corporali neci: quãto fortius iſta facienda ſunt, vt occurratur morti hominũ corporali, incomparabilirer magis ſpirituali. Inter

A li. Inter hos maximè puniendi ſunt, qui ob ſtinatorum iuſtitiã faciendam eſſe denegãt, tanquàm iuſtitię peſſimi ſubuerſores tãquã impedientes iuſtitiam fieri. Ex quo cuncta ſcelera impediuntur, & corriguntur, quos tandem eadem iuſtitia, quam impiè perſecuti ſũt futuro in ſęculo ſęuiſſimè pſequet. *Septima ratio.* Septima ratio eſt, vt Principes, ac Rectores conformentur iuſtiſſimo Domino Deo, cuius vicem in terris gerunt. Cum enim peccator in vltimo fine cum culpa mortali reperitur à Deo inflexibili iuſtitia condemnatur, ſicut per prophetam comminatur dominus dicens, Cum accepero tempus ego iuſtitias iudicabo. Terribile quidem verbũ, B quòd Deus non tantum iudicabit peccata, ſed etiam iuſtitias, ideſt bona opera ſubtili diſcuſſione examinabit. Et iterum ait. Deus iudex iuſtus, fortis, & patiens, nunquid iraſcetur per ſingulos dies? Iuſtus verò eſt, qui prece, vel munere non corrumpi poteſt. Vnde Prouer. 6 zelus, & furor viri non parcet in die vindictæ, neque acquieſcet cuiuſcunq; precibus, nec ſuſcipiet pro redemptione dona plurima. Fortis, cuius ſententiæ nullus poterit contraire, Iob. 9. Deus, cuius iræ nemo reſiſtere poteſt. Patiens quoque eſt: quia non ex ignorantia, C ſed ex miſericordia, & patientiæ expectat vſque ad horam mortis. Ideo Eccle. 5. peccatorem admonet dicens: Ne dixeris, peccaui: & quid accidit mihi triſte, quaſi dicat, Non contemnis patientiam Dei, nec illum reputes ignorare peccata tua. Et additur, altiſſimus enim eſt patiens redditor. Has igitur tres Dei virtutes Principes imitentur, nulli, vt diximus, ſcelerato parcendo, cum Deo volente peruenerit ad eorum manus. Nam fructus diuinus eſt iuſtitiam recè ſeri, vt dicitur. 35. q. 9. cap. vltimo. Periculoſa igitur res eſt, & iuſtitiæ inimica, pro impunitate ſcelerum quorumcunque aſſen D tire precibus. Simile conſimilia non abhorret: coruo nunquam exrrahit oculum coruus: capto porco, dum clamat, cęteri porci id ſentientes clamãdo in eius auxilium currunt. Captu, in ſcelere obſtinato Sodomita ſeu alio criminoſo, in eius tutelam ſub palſio pietatis ſolent conſimiles pietatis fundere preces, impendere dona, interponere amicos, & ad ſubuerſionem iuſtitiæ rotam concutere parentelam, ſed dominus circũſpectus poterit cognoſcere in hoc ſceleratos, cum impunitati ſcelerum fauent. Et à vera iuſtitia minimè poterit flecti propter iuſtitiam vigoroſam, quia iuſtus Dominus minimè valet flecti propter iuſtitiam amo- E roſam, quia iuſtitiã dilexit: neſciet etiam flecti propter iuſtitiã radioſam, quia ęquitatem vidit vultus eius. Quę omnia miſericordia ſummi Dei omnibus Principibus, & Gubernatoribus mundi largiri dignetur Chriſtus Ieſus, qui cum patre, &c.

DOMINICA SECVNDA in Quadrageſima.

De mane ordo eorum, quæ in occurrenti ſeptimana dicenda ſunt. F

HIc eſt filius meus, dilectus, in quo mihi bene complacui, Mat. 17. & in euangelio hodierno. Dilatamini dilectiſſimi fratres, dilatamini in charitate. Nam facilè quidem eſt omnia adimplere mandata Dei, cum cor peruenerit ad latitudinem charitatis, teſte propheta dicente. Viam mandatorum tuorum cucurri, cum dilataſti cor meum. Quod quidem, vt melius ad impleatur in vobis, iſto mane dicemus de illo mandato dilectionis, quod G adimplere tenentur filij ad parentes. Ad cuius obſeruationem obligant, & inducunt vniuerſæ leges. Hodie autem infra diem tractabimus de 12. ſceleribus, quæ in mundo charitatem extinguunt, propter quæ ſuper populos ſceleratos effunduntur ſeuera, & dura Dei iudicia. Feria 2. declarabimus ſigna, per quæ ſapientes prouidere poterunt, & cognoſcere, quando propter talia ſcelera diuina iudicia futura ſint: hoc eſt propinquitatem eorum. Feria 3. palam faciemus. 12. manifeſtiſſimas rationes propter quas impij, & populi ſcelerati, & aduerſarij charitatis habentes de proximo, & H ante oculos talia diuina iudicia præparata: illa non conſiderant, non intelligunt, neque cognoſcunt Feria. 4. tractaturi ſumus de multiplici ignorãtia mũdi: & quę ſit culpabilis, & quæ non: & quot mala ex ignorantia generentur. Feria 5. manifeſtabimus aſperitatem tormentorum infernaliũ, quæ ſtulti, & improuidi peccatores experientur. Feria 6. ſatisfaciemus admirationi quorundam, qui mirantur quare multi ſunt vocati, & etiam pauci ſunt electi, & qui finaliter ſaluandi ſunt. Sabbato apertis rationibus oſtendemus, quanto cæteris paribus

A paribus melius ſit facere aliquid bonum ex voto, q̃ ex propria voluntate, ſeu libertate.

DOMINICA SECVNDA. in Quadrageſima.

De honore parentum.

Sermo XVII.

H*ic eſt Filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui.* Iterum, vt ſupra. Magna virtus, reuerentia paternalis: Tam magna quidem, vt eam perfe-
B ctè vellet implere in ſemetipſo filius Dei Chriſtus. Tam digna, & neceſſaria, vt omnia admiranda, quæ Chriſtus inter homines operabatur, ad paternam gloriam referebat: tanque grata, vt quemlibet huius mãdati obſeruatorem dicat Dominus Ieſus filium ſuum, cuius dignatur per regenarationis gratiam ſe facere patrem, myſticè de tali filio dicens: Hic eſt Filius meus dilectus, vt ſupra. Licèt enim de hoc præcepto tractauerimus in quadrageſimah de Chriſtiana religione: nihilominus iterum de eodem ſcribere non piget: tum propter eius excellentem vtilitatem: tum quia vltra il-
C la, quæ ibi ſcripta ſunt, plura non minus vtilia hic ſuperaddere procuraui. Proinde tria de hoc præcepto contemplemur. Primò peruerſorum filiorum occaſionem, ſecundò bonorum filiorum remunerationẽ, tertiò malorum filiorum punitionem.

Articvlvs Primvs.

Septẽ, occaſiones q̃b⁹ filij redduntur inobedientes parentibus.

De ſeptem occaſionibus, ex quibus filij fiũt parentibus inobedientes.

PRima contemplatio eſt de peruerſorum filiorũ occaſione. Septem verò poſſunt aſſignari cauſæ, quare fi-
D lij parentibus ſunt impij, & rebelles. Prima eſt filiorum malitia, ſecunda filiorum auaritia, tertia eſt filiorum ſuperbia, quarta eſt filiorum luxuria, quinta parentum negligentia, ſexta diuina iuſtitia, ſeptima cõdigna vindicta.

Quòd propria malitia filiorum ſępe efficit eos parentibus inobedientes. Cap. 1.

PRima cauſa filiorum malorum, & parentibus inobedientium eſt filiorum malitia. In tantũ eſt humana natura corrupta peccatis, ꝙ oẽs degenerãt ab inſtituta natura: nec tã E
tum obliuiſcuntur corporalis, ſed ẽt ipſi⁹ patris æterni. Nam 2. q. 7. cap. non poteſt, dr: Non põt erga homines eſſe fidelis, qui Deo extiterit infidelis. Contra quos ad Ro. 1. dr. Plenos iniquitate. Et ſequitur, parentibus *Similet.*
non obedientes. Sunt.n. tales conſimiles viperis, de quibus naturales Phi. dicunt, ꝙ generatio filiorum interemptio eſt parentum. Nam maſculus cum genuerit filium, citò moritur: mater autem parere non põt, niſi, ſciſſo ventre, cũ ſui morte filios perducat in lucem. Sic etiam multi filij nequã, q̃ ita crudeliter parentes tractãt, ꝙ ſæpe tam ex dolore, quàm ex cęteris impietatibus filiorum parentibus breuiatur vita. Ad quod F
Io. Batiſta. Lu. 3. terribiliter intonat dicens: Genimina viperarum, quis oſtendit vobis fugere à ventura ira?

Quòd auaritia ſępe efficit filios erga parentes irreuerentes. Cap. 2.

SEcunda cauſa malorum filiorum eſt eorum auaritia. Inter deteriora iuuentutis ſigna futuræ indolis nequam auaritia æſtimatur: quia quaſi contra naturam eſt, & profundę malignitatis indiciũ mõſtrat. Hinc eſt enim, quòd creſcente ętate, & vir- G
tute non obſiſtente, auaritia creſcit: totũq; virus nequitiæ à filijs effunditur in parẽtes. *Auaritia maxime contra naturã facere videt.*
Si in manibus taliũ venerit ſubſtãtia dom⁹, vę miſeris, & miſerabilibus genitoribus ſuis, quibus filij denegant neceſſaria vitæ, continuè optant mortem, continuèque cruciatu moleſtant, eos diſplicẽtijs malignis, verbis iniurioſis, iniurijs contumelioſis, & modis opprobrioſis. Vnde talium filiorum parentibus cõſulit Ecc. 33. dicens. Filio nõ des poteſtatem ſuper te in vita tua: & ne dederis alijs poſſeſſionem tuam, ne fortè te pęniteat, & depreceris pro illis, dum adhuc ſuperes, & aſpiras. Et ſequitur: Melius eſt enim, vt filij tui te rogent, quàm te reſpicere in manus filiorum tuorum. Nam, ſi H
aliter feceris, vt teſtatur Eſa. 49. adhuc dicent in auribus tuis filij ſterilitatis tuæ. Anguſtus eſt mihi locus, ſcilicet, quia habeo filios, & vxorem: & fac mihi ſpatium, vt habitem, ſcilicet ſine te. De his patet exemplum in Abſolon Dauid filio, qui, vt dicit 2. Reg. 15. expulit de regno patrem, impiè que ad mortem perſecutus eſt eum propter auaritiam ſuam.

Quòd

A *Quòd quandoq; ſuperbia filiorum parentibus efficit eos rebelles. Cap. 3.*

Superbia filiorū nequam.

TErtia cauſa filiorum nequam, eſt eorum ſuperbia. Qui, nondum apertis oculis, imprudentes, & inexperti parentes ſapientes, & canos deſpicere nō verentur. In quorum genitorum perſona gementium, & dolentium dicitur Eſa. j. Filios enutriui, & exaltaui: ipſi autem ſpreuerunt me. De filio prodigo Lucæ 15. exemplum paret: qui ſpreta ſapientia patris, ſūptaque ſubſtantiæ parte, patrē reliquit, diſ-
B ſipauit ſubſtantiam, vixit luxurioſè: demū que pœnitens miſer, & miſerabilis ad patris canos capillos lachrymabiliter reuerſus eſt.

Sępius laſciuia, & carnalis vita facit filios parentibus inobedientes. Cap. 4.

Vnde inobedientia filiorū erga parentes.

QVarta cauſa eſt luxuria eorundem. Satis nempe manifeſtum iudicium eſt, ꝙ filii, & filię philocapti ſūt, à ſapientibus iudicatur inobediętia ad parentes. Cuius ratio eſt, quia amor
C fœdus alicubi applicatus, à parentibus ſegregat filiorum corda. Inde ſæpe euenit, ꝙ iuuenis accepta vxore ſi inordinatè diligit eam, moleſtè fert ſuorum parentum onus: quotidieq́ue inter nurum, & ſocrum oriūtur rixæ, augmentantur diſcordiæ, & multiplicantur iniuriæ. Nuruſq́ue, quia ei maritus fauet, audaciori conatu inſęlicem ſocrum perſequitur vſque ad mortem. Licèt autem Gene. 2. Adam dixerit, quāmobrē, ideſt propter vxorem, relinquet homo patrem ſuum, & matrem ſuam: nec tamen ait, per ſequetur patrem ſuum, & matrem ſuam: Licèt quandoque in cauſa ſit ſocrus,
D quibus ad Gal. 6. dicitur: Alter alterius onera portate, & ſic adimplebitis legem Chriſti.

Quòd ſæpè mala cura parētum facit filios indiſciplinatos. Cap. 5.

Mala cura parentum facit filios indiſciplinatos.

QVinta cauſa, eſt paterna negligentia. Quia aliqui non curant docere, inſtruere, vel corrigere filios ſuos delinquentes: dimittunt eos voluntati ſuæ, ſicut Prouerb. 29: dicitur. Sicut puer, qui dimittitur voluntati ſuæ confundet matrem ſuam: qa ex tali impia libertate pueri inordinatos ſequūtur impetus voluptatis. exinde tales fiunt latrones, luſores, glutones, ebrioſi, blaſphemi, periuri, mendaces, Sodomitæ, percuſſores parentum, contemptores, & ſæpe correctores, & cruciatores. Pſa. atteſtanre, qui ait. Filij merces, ſcilicet ſūt parentibus, hoc eſt tales ſunt, quales merētur. Rationemq; ſubdens dixit: quia, ſcilicet ſunt fructus ventris, ideſt non ſolum ſunt ſpirituales parentes, ſed carnales. Et iterū idem ait. Alienati ſunt peccatores, ſcilicet filij à vulua, errauerūt ab vtero, ideſt alieni ſunt à Deo: & errātes in malis moribus facti ſunt parenrum culpa. Et quod demen- F
tius eſt, cum adoleſcentuli trāſiret. 14. vel. 16. annum, cum laſciuia incipit feruentius ebullire, tunc parentes dimittunt eis habenas proprię voluntatis: tuncq́ue durius, quā prius gradientes ſcelerum vias habituantur in malis. Contra quos Prouer. 13. Qui parcit virgæ, odit filium ſuum, qui autem diligit eum, inſtanter erudit, & multo amplius, ſcilicet quando diebus, & viribus conualeſcit. Ideo ad Heb. 12. dicitur. Quis eſt filius, ideſt filialiter dilect⁹, quem non corripit pater. De neglectis filijs exēplum patet j. Reg. 4. de filiis Hely, qui malè à patre nutriti, Dei iudicio extincti ſunt. Quod cum audiſſet pater retrorſum de ſel- G
la cadens fractis ceruicibus, defunct⁹ eſt, ꝓ neglectis filiis flagellatus. Ad idem exemplum patet de filio à patre non correcto, qui cum ad ſuſpendium duceretur, patre cum lachrymis ad oſculum euocato, dentibus præſcidit naſum dicens, quòd, quia à patre nō fuerat correctus, moriebatur ſuſpenſus, Ecc. 41. De patre impio conquerūtur filii, quoniam propter illum ſunt in opprobrium.

Quòd ſæpè diuino iudicio fit propter parentum culpam, quòd filij parentibus ſunt rebelles. Cap. 6. H

SExta cauſa filiorum malorum eſt diuina iuſtitia. Sæpè verò accidit, quòd licèt parentes ſtudeant bene filios enutrire: attamen, quia eos non maritali, ſed adulterina, & inordinata intentione genuerunt, vel plus debito dilexerunt, ſeu amplius, quàm Deo ſpe adhæſerunt: aut quia lacte peſſimarum nutricum educati ſunt: vel quia fortè propter filiorum amorem per mala lucra, & alias immoderatas

Rebelles filiorum erga parentes.

A affectiones animæ parentum in ęternum perierunt: iuſto Dei iudicio permittente multi filij ad parentes videntur dęmones, infernales. Ideo humiliter dicant pater, vel mater illud Eſa. 46. Ego feci, & ego feram, & ego portabo, & ſaluabo, vt ſupra dictũ eſt ſermo. 15. arti. 2. cap. 2. vbi eſt tex. decreti 56. d. cap. ſi gens anglorum.

In vindictam parentum ſæpè filij parentibus ſunt crudeles Cap. 7.

Septima cauſa peruerſorũ filiorum, eſt condigna vindicta. Digni enim vltionis iudicio plecti debent, qui parentib⁹ B ſunt rebelles: vt qui patri non obediuit, à filijs contemnatur: & qui parentes expulit, à filijs expellatur: & qui parentum mortẽ optauit, euiſdem etiam cum deſiderio expectetur, & qui opprobrioſis iniuriis, & cõtumelijs parentes offendit, à conſimilibus offendetur: & qui parentes pugnis, & calcibus, enſe, vel baculo verberauit, eiſdem à filiis ſuis verberetur, ſicut dicitur Lu. 6. dicente Domino. Eadem menſura, qua menſi fueritis, &c. Eandem enim falſam filii parentibus reddunt, qualem ipſi parentibus tradiderũt: qa qualis pater, talis fili⁹. Interrogatus cancer, quare ſic retrorſum ibat: C reſpondet, quòd ſic didicerat à parente. Ex obliqua riga, tortuoſa linea ſubſequetur.

Diuino iudicio iterdum filij ſui in parentes.

Exemplũ Exemplum in Corſycę villa. Audiui à fide digno, ꝙ noſtris diebus quidam cum patrem expuliſſet de domo, multiſque aliis offendiſſet iniuris, inter alia ſemel per capillos, & Barbam pugnis, & calcibus per longum ſpatium viæ per terram traxit. Cui cum ſimilia demum filius fecit, cunque per terram eiſdem contumeliis pertraheretur, perueniſſetque al locum vſquequo traxerat parrem rememorans, ꝙ ſic fecit patri, intelligẽſque iudicium Dei, filio cum lachrymosis gemitibus, & vlulatibus ait: Non plus, non plus fili mi, quia hucuſque traxi ego patrem meum: & tu fili mi feciſti vindictam eius. In Alexandria lombardiæ audiui, ꝙ accidit temporibus noſtris, ꝙ, cum quidam impius filius patrẽ capite traheret deorſum per ſcalam, dominus, cui demum filius eius per eandem ſcalam hoc idem fecit. Ecce quòd filij permittuntur eſſe iniqui iudicio Dei, vt impietates parentum purgent, & vt ſint aliis in exemplum. Vnde peruerſi filii Dei iudicia habent timere.

Exemplũ. D

ARTICVLVS SECVNDVS. E

De ſeptem fęlicitatibus, quibus remunerantur filij parentibus ſuis debitum horem exhibentes.

Secunda contemplatio eſt de bonorum filiorum remuneratione. Ait eñ Exo. 20. Honora patrem tuum, & matrem, vt ſis longæuus ſuper terram. Deut. autem, 5. dicitur. Honora patrem tuum, & matrẽ tuam, ſicut præcipit tibi Dominus Deus tuus vt longo viuas tempore, & bene ſit tibi in terra, quam Dominus Deus tuus dabit tibi. Vnde, ſecundum Alex. ſit hęc F additio ibi propter explanationem. Longa uitas enim in miſeria non eſt appetenda, promiſſo longæuitatis ſimpliciter, niſi cum ſucceſſus proſperitatis alliceret: ideo præceptum Deut. quædam debet eſſe explanatio Exo. determinat longæuitatem habentem coniunctam proſperitatem eſſe in promiſſione, cum dicit, vt longo viuas tempore. In quo promittitur diuturna cõſeruatio eſſe, & bene ſit tibi: in quo promittitur proſperitas ad bene eſſe. Septem nanque concupiſcunt homines ad eorum eſſe, & bene eſſe, quæ maximè in additione G Deut. compræhenduntur, quæ ſunt ſeptẽ præmia, ſeu felicitates. Prima eſt longa vita, ſecunda eſt ſubſtantia multa, tertia pulchra familia, quarta odorifera fama, quinta benedictio paterna, ſexta diuina gratia, ſeptima ęterna gloria.

Septem felicitates, quibus remunerantur filij Parẽtib⁹.

Prima fœlicitas quæ bonis filijs datur, quæ eſt longeuitas fęlicis vitę. Cap. 1.

Prima fęlicitas eſt longa vita: Vnde Ecc. 3. Qui honorat patrem ſuũ, vita viuet longiore. Et Hiero. de H honorãdis parẽtib⁹ dicit: Humanitas talibus oblata perſonis, ſcilicet parentibus viuendi tempus extendit, & morte dilata vicemq́ue facientibus reddens officia noſtra Deo viuenti commendat.
Congruum eſt enim, ſecundum
Alexand. ꝙ procuratio
cõſeruationis
vitæ
principij mereatur
conſeruationẽ
ſui.

Secunda

A *Secunda fęlicitas dictorũ filiorum eſt multarum diuitiarum inculpabilis magnitudo. Cap. 2.*

Secũda filiorũ fœlicitas eſt ſubſtãtia.

SEcunda fęlicitas eſt multa ſubſtantia.
Concedit enim Deus, vt qui, ſemota
auaritia, parentibus ſuis eſt benignus,
in multis licitis quoq; diuitijs conualeſcat.
Vnde Ecc. 3. Sicut qui theſaurizat, ita, &
qui honorificat matrem ſuam. Quod intel
ligi poteſt non ſolum de diuitijs temporali
bus, quæ conſiſtunt in denarijs, poſſeſſioni-
nibus, & conſimilibus: ſed etiam de diui-
tijs corporalibus, quæ conſiſtunt in ſanita-
B te, libertate, fortitudine, &c. Inſuper de
diuitijs ſpiritualibus, quæ conſiſtunt in ra-
tione ſenſata, in ſcientia acquiſita, in ſciẽ-
tia inſpirata, & ſic de alijs.

Tertia fælicitas filiorum dictorum eſt virtuoſorum filiorum multitudo, & gratitudo. Cap. 3.

TErtia fęlicitas eſt pulchra, ſeu grata
familia. Quæ quidem eſt tunc gra-
ta, cum filij ſunt plurimi, & maxi-
C mè maſculi, ſunt quoque forma decori con
ſimiles patri corpore, ſanimente, ſenſati,
morigerati, virtutibus pleni, & probi: obe
dientes, & reuerentes: habentes cum om-
nibus pacem, cunctiſque dilecti, & grati.
In his, & con ſimilibus parentes in filijs io-
cundantur: ideo Ecc. 3. dicitur: Qui hono-
rifica patrẽ ſuũ, iocũdabit in filijs ps. Filij tui
ſicut nouellę oliuarum, &c. Sed quanta erit
iocunditas de filijs in prędictis continuatis
bonis? Reſponſio, quantum homo honori-
ficauerit parentes ſuos.

Grata & pulchra fãilia attinet ad humanã fęlicitatem. Vide in hac materia, quæ recitat Ari. 1. Retho. de varijs gradibus hũanæ fęlicitatis.

Quarta fęlicitas eorundem eſt veridica eorum fama. Cap. 4.

D

QVarta fęlicitas eſt odorifera fama.
Non quidem hypocritalis, & falſa,
cum radicata ſit in obſeruatione
huius præcepti. Quod quidẽ
qui ſeruat, difficile eſt, quòd cętera Dei prę
cepta con ſeruet: ex quo nempe oritur bo-
na fama, quæ non modicus theſaurus eſt
Vnde Prouerb. 22. Melius eſt nomen bonũ,
quàm diuitiæ multæ. Super argentum ẽm
& aurum gratia bona. Hic autem ex hono
re parentum homini pro præmio etiam in
hoc ſęculo datur. Vnde Ecc. 3. Gloria ho-
minis, ex honore patris ſui: & dedecus fi-

Bonũ nomen ſiue bona fama eſt comes bonę conſcientiæ.

lij pater ſine honore: & Paulo poſt in die E
perſecutionis commemorabitur tui, quaſi
dicat, Memorabitur illius bona fama, cui,
ſicut in ſereno glacies ſoluuntur peccata
ſua, ſcilicet ſi qua commiſerit.

Quinta fęlicitas eſt benedictio ſuorum parentum, quæ ad multa bona illis prodeſt: ſicut in benedictione Iacob myſticè demonſtratur. Cap. 5.

QVinta fęlicitas eſt benedictio pater- F
na, Solent enim pij parentes, ma-
ximè in extremo vitæ, benedicere
filios reuerentes. Quod quã
tum appretiandum ſit, oſtẽdit Eccl. 3. dicẽs.
Benedictio patris firmat domos filiorum.
Et iuſtè quidem, vt meritò honoratio illius,
à quo quis trahit eſſe, mercedem habeat
ad bene eſſe: quod maximè conſiſtit in fir-
mitate domus, & in multis alijs, quæ notã
tur in benedictione, quam fecit Iſaac filio
ſuo, Gene. 27. dicens: Det tibi Deus de
rore cœli, &c. In qua benedictione octo,
per ordinem compræhenduntur in myſte- G
rium aliorum. Prima eſt gratia. Vnde dicit.
Det tibi Deus de rore cœli. Ros enim gra
tiæ eſt in ſacramentis percepta: in cuius my
ſterium Exo. 16. deſcendente manna, deſcẽ
debat pariter, & ros in deſerto. Hic eſt ros
Hermon, qui deſcendit in montem Syon,
ſecundum prophetam. Secunda eſt abun-
dantia. Vnde ſubdit, & de pinguedine ter
ræ, frumenti, vini & olei abundantiam.
Secundum enim magiſtrum, per frumentũ
cibum, in vino potum, in oleo pulmentũ
ſignat, & ſic comprehendit omnem terræ
fertilitatem, per quam homines diuites fi-
unt. Vnde pſal. A fructu frumenti, vini,
& olei multiplicati ſunt, &c. Licèt etiam
mortaliter in frumento abundantia firmita H
tis, in vino abundantia iocunditatis, & in
oleo abundantia pietatis deſignetur. Tertia
eſt ſeruitium: ideo ſubdit, ſeruiant tibi po
puli, ideſt peccatores. Populus dicitur qua-
ſi plus pollutus: & ſignat malos, qui etiam
diuina diſpenſatione quodam modo cogũ
tur ſeruire iuſtis, & bonis. Vnde pſal. Do-
nec ponam inimicos tuos ſcabellum pedũ
tuorum. Quarta eſt honor. Ideo addit.
Adorent te tribus, ideſt virtuoſi à tribus
virtutibus theologicis dicti: vnde Apoc. 3.
Faciam, vt veniant, & adorent, ſcilicet re-
uerendo ante pedes tuos. Quinta eſt timor,

Octo conſiderãtur in benedictione Iſaac.

A ideo ſubdit, eſto, ideſt eris fratrum tuorũ dominus: quia qui inter filios amplius parentes honorat, licet ſit minor ætate cæterorum, Dominus erit, diuina diſpenſatione, & iuſti iudicij ſui auctoritate, ſicut patet Gene. 45. de Ioſeph. Sexta eſt reuerentia: vnde addit: Et incuruentur ante te filij matris tuæ, quia illum reuerebuntur cęteri eius fratres. Septima eſt, vindicta: ideo dicitur, qui maledixerit tibi, ſit, ideſt erit maledictus. Si enim maledicitur vita iuſti, eo ipſo maledicentes maleditionibus replebuntur. Inſuper, qui non appropinquat iuſto, exemplum virtutis, atque iuſtitię non reportat, quod quidem ad maledictionis cu-
B mulum creſcit. Octaua eſt præmium Vnde ſubdit, Et qui benedixerit tibi, benedictionibus Repleatur. Magna ſi quidem benedictio eſt bene ſentire de rectis, quod quidẽ rectitudinis pręſert ſignum. Nam, ſicut recto ligno ſiue lapidi niſi aliud recte lignũ non cohæret, ita rectę animæ niſi mens recta concordare non poteſt. Ideo ait pſal. Generatio rectorum benedicetur. Hę ſunt benedictiones dulcedinis, quibus parentes probi virtuoſis filijs in ſuo fine vltimo benedicũt. Vnde ad tales parentes ait propheta dicens: Præueniſti eum in benedictionibus dulcedinis, poſuiſti in capite eius coronam de lapide pretioſo: quæ iſtis octo bene-
C dictionibus ornata eſt.

Sexta fælicitas, quam adipiſcuntur filij parentibus obedientes, eſt gratia Dei. Cap. 6.

SExta fælicitas eſt diuina gratia. Vnde Ecc. 3. Honora patrem tuum, vt ſuper ueniat tibi benedictio à Deo, & benedictio illius, ideſt gratia in nouiſſimo maneat, ſcilicet vſque in finem perſeueret. Quid eſt benedictio Dei, niſi bona facere eius, quia ipſę dixit, & facta ſunt? Cum

Bñdictio Dei quid ſit.

D enim Deus animæ benedicit, multa bona multiplicat ei ſicut pſal. dicit, Benedixit eis & multiplicati ſunt nimis. Sed quia magnꝰ Dominus eſt, & laudabilis nimis: cum benedicit, maxima bona facit. Vnde maxima bona ſunt, quæ propinquiora fini ſunt: bona autem minima dicuntur, quæ maximè à fine diſtant. Finis enim omnium Deꝰ eſt. Sed quia Angeli plus, quàm animę propinqui ſunt Deo: Ideo meliores dicuntur. Cęli inſuper, quia propinquiores, quàm elementa, nobiliores ſunt, quia inalterabiles, & incorrutibiles. Inſuper quia virtutes appropinquant Deo, meliores ſunt, quã animæ, inquantum perfectiores, & animę propinquiores ſunt, quàm corpus, & corpꝰ plus, quàm res temporales: ideo temporalia ſunt in infimo gradu bonorum. Vnde propheta ait. Benedixit eis, & multiplicati ſunt nimis: hoc de gratia gratificante, & de virtutibus intelligi debet, quæ ſunt maxima bona. Nonne per fidem cognoſcitur Deus, per ſpem certitudinaliter ſperat, & per charitatem anima in eum dulciſſimè transformatur, Ecce dulciſſima benedictio Dei, reuerẽtibus filijs promiſſa vſq; in finẽ. E

De ſeptima fælicitate, quam conſequuntur filij honorantes parentes, quæ eſt gloria ſempiterna Cap. 7. F

SEptima fælicitas eſt ęterna gloria. Vnde j. Timot. 4. Pietas, ſcilicet, quę ad parẽtes exercetur, ad omnia vtilis eſt: promiſſionem habens vitæ, quæ nunc eſt, & futuræ, ideſt gloriæ. Hoc idem ſentire videtur ad Eph. vlt. dicens: Honora patrem tuum, & matrem tuam, quod eſt mãdatum primum in promiſſione: vt bene ſit tibi, ſcilicet in præſenti, & ſis longeus ſuper terrã, ſcilicet æternæ gloriæ. Vnde pſal. Credo videre bona Domini in terra viuentium.

Pſal.

G

Articvlvs Tertivs.

De multiplici punitione irreuerentiũ filiorum, & de ſeptuplici infęlicitatę eorum.

TErtia contemplatio eſt de malorum filiorum punitione. Vnde ſeptem ſunt communiter punitiones, ſeu infęlicitates, quibus filii parentibus inobediẽtes plectuntur à iuſtitia Dei. Prima eſt breuitas vitæ, ſecunda paupertas magna, tertia infęlicitas, ſeu infęlix familia, quarta mala fama, quinta maledictio paterna, ſexta multa culpa, ſeptima æterna pæna. H

De infęlici morte filiorum malorum.

Cap. 1.

PRima infęlicitas, ſeu punitio, eſt breuis vita. Solẽt enim tales violenta, & ſubitanea morte, ſeu improuiſa perire. Vnde pſ. Subitò deſecerũt, perierũt pp iniquitatẽ ſuã. Et ſuper illo verbo Mat. 15. Qui maledixerit patri, vel matri, morte moriatur: ait glo.

Il idem.

morte

A morte æternæ damnationis. Nec mirum, ſi reputantur indigni ęterna vita, etiam reputantur indigni hac vita pęnali, quæ eis diuino iudicio repente ſubtrahitur, cum alijs peccatoribus ad pęnitentiam conceda tur. Vnde Deut. 21. præcepit Dominus dicens: Si genuerit homo filium contumacem, qui non audiat patris, vel matris imperium, dicent ſenioribus ciuitatis: Filius noſter hic proteruus, & contumax eſt, comeſſationibus, & luxurijs vacat, lapidibus eum obruet populus. Ex quo patet, quantus ſit reatus tranſgreſſionis huius præcepti: quia contra illud peccantes ob huius peccati deteſtationem eximuntur à
B præſentia diuinæ maieſtatis, ſeu pietatis. Vnde Ezech. 18. Nolo mortem peccatoris, &c. De iſtis autem propter repentinam mortẽ, qua plectuntur econtrario videtur dicendum, nolo vitam huius peccatoris, ſed vt morte repentina intereat, vt pereat in æternum, vt patet. 2. Regis. 18. de Abſalon, qui, quoniam perſecutus patrem ſuum Dauid proprijs capillis ad arborem ſuſpenſus, & lanceis transfoſſus, atque peremptus eſt. Iterum ſtupendum exemplum accidit in Cathalonia diebus noſtris, in ciuitate Sui pro pe valentiam de iuuene quaſi, 18. annorũ; qui parentibus inobediens, latro, & crimi-
C noſus effectus eſt propter mala ſua opera captus, & patibulo ſuſpenſus: Iamque illo defuncto, & adhuc in patibulo penden te, cum eſſet omnino inberbis: vidente, ac mirante cuncto populo, paulatim emittit barbam, mutat faciem. capilli capitis pẽdẽt gradatim ſeneſcẽs, ac canẽs vſq; ad decrepitã ſenectutẽ: & quaſi nonaginta annorũ etatem oſtendens, cuncto populo ad mirabilis factus eſt. Cucurrit ad miraculum Epiſcopus cum vniuerſo clero, & cuncto quaſi ciuitatis populo: ſtupent omnes, ignorant myſterium, expectant eis reuelari ſecretum. Surgit in loco eminenti Epiſcopus doctus, manuque ſilentium indicẽs,
D turbę ait. Viri fratres, & filij mei dilecti, no ſtis iuuenem hunc, qua culpa, qua vita, qua etiam ætate interijt, conſpicite eum nunc ætate ſenen; decrepitum, atque canum, vt intelligatis per hoc patens iudicium Dei, ꝙ huic diu victuro à Deo miſericorditer propter ſua crimina, & parentum inobedientiam abbreuiata eſt vita, vt verificetur illud pſal. Viri ſanguinum, & doloſi non dimidiabunt dies ſuos.

Mirandũ exemplũ.

Nota.

Pſal.

De miſerabili impiorum filiorum paupertate. Cap. 2.

E SEcunda punitio eſt paupertas magna, ſcilicet, quando tales non ita ſubitò moriuntur, vexantur paupertate, & egeſtate. Vnde Eccl. 41. Filiorum peccatorum periet hæreditas, & cum ſemine eorum aſſiduitas opprobrij. Vnde Eccl. 5. generauit filium, qui in ſumma erit egeſtate.

Paupertas maxima uexatio.

De infælici familia inobedientium filiorum. Cap. 3.

F TErtia punitio eſt infelix familia. Nã vel non habent filios, vel ſubitò pereunt: vel, ſi viuunt, in iudicium parentum à Domino viuere permittuntur. Nam dantur illis filij monſtruoſi, infirmi, dementes, & ſtulti. ſceleſti, immorigerati, rebelles parentibus, infelices, & ferè omnibus odioſi. Vnde Sap. 4. Ex iniquis enim omnes filij, qui naſcuntur: triſtes ſunt, næquitiæ aduerſus parentes in interrogatione ſua. Vnde pſal. Transferantur filij eius, & mendicent: & eijciantur de habitationib' ſuis. Vnde Eccl. 41. de patte impio quęruntur filij: quoniam per illum ſunt in opprobrium. Mala vita parentum hoc per exem-
G plum agente, videlicet, vt ſint filij ſcelerati, & iuſto Dei iudicio permittente, vt inde parentes ſint anguſtiati.

Quò aliqua familia i ici poteſt inſęlix.

De infami vita illorum. Cap. 4.

QVarta punitio eſt mala fama. Impoſſibile eſt quaſi, quòd, qui præceptum hoc de honore parentum, non ſeruat: quòd cum bonæ famæ odore viuat. Vnde Eccl. 3. O quàm malæ famæ eſt, qui derelinquit patrem. Quod quidem Dei iudicio fit, vt cum talis in veritate ſit malus, nequaquam valeat apparere bonus: etiã ſi ad
H hæc per hypocriſim omne ſtudiũ ſuum vertat, teſte Domino Mat. 10. Nihil enim opertum, quod non reueletur: & occultum, qđ non ſciatur.

Mala fama.

Quòd periculoſa ſit filijs maledictio parentum ſuorum. Cap. 5.

QVinta punitio eſt maledictio paterna. Maledicuntur enim tales primò à Deo. Vnde Deutero. 27. Male-

A dictus, qui non honorat patrem ſuum. Et Eccl. 3. Maledictus à Deo, qui exaſperat matrem. Malediciturenim ſępius à parentibus Quantunque timenda ſit maledictio talis, Eccl. 3. manifeſtat. Maledictio matris eradicat fundamenta domus. Vnde Gen. 9. dr de Noe, qui in ebrietate deriſus à filio ſuo Chanaã cui maledicēs ait: Maledictus Chanaan puer, ſeruus ſeruorum erit fratribus ſuis, & econuerſo. Benedictus Dominus Deus Sem, ſit Chanaan ſeruus eius, dilatet Dominus Iaphet, &c. Vnde etiam Prouer. 30. Oculum, qui ſubſannat patrem, & qui deſpicit partum matris ſuæ, effodiant eum

Cauere & bene parētes ne maledicant filijs.

B corui de torrentibus, & comedant filij aquilæ.

De ſcelesti vita inobedientium filiorum. Cap. 6.

SExta punitio eſt multa culpa, ac grauis pœna. Eſt enim trangreſſio omnium legum maximè legis naturę, ſcripturę, & gratiæ, canonum, & omnium legum Imperatorum, quia in omnibus his honor parentum præcipitur. Vnde Caſſio. in quadam ait epiſtola. Qui fallere audebit parentes, qualis erit inter cæteros? Et iterum Pet. Rauen. Auelle à ſole ſolis radios,

C & non lucet: riuum à fonte, & areſcit: ramum ab arbore, & exiccatur: menbrum à corpore, & putreſcit: ſepara filium à deuotione paterna, & iam non eſt filius, ſed frater, & collega eorum, de quibus dicitur. Vos ex patre diabolo eſtis, &c.

Quòd iuſtè inobedientes Filij mereantur æternam damnationem. Cap. 6.

SEptima punitio eſt damnatio æterna, qua verè dignè plectuntur. Vnde Mat. 25. Si Deus ita ſeuerus erit in die iudi

D cij his, qui extraneis pietatis emolimenta non fecerunt: quantomagis his, qui erga parentes impij extiterunt? Dicet enim primis, quia ſiniſtris eius erunt: Diſcedite à me maledicti in ignem æternum, &c. Eſuriui, & non dediſtis mihi manducare, & ſic de alijs operibus pietatis. Quanto autem grauiori furore promulgabit ſententiam contra quoſdam filios nequã, quibus indignanter, & improperatiuè poterit dicere. In parentibus veſtris eſuriui, & non tantum, quòd non dediſti mihi manducare, ſed meum panem abſtuliſti mihi: Si

Filij inobedientes merentur grauem pœnam.

E tiui, & abſtuliſti mihi vinum meum: In domo eram, & de propria domo expuliſtis me: Indutus eram, & meis proprijs veſtibus denudaſtis me: Infirmus eram, &c, veluti canem, dereliquiſtis me: Liber eram, & in carcere poſuiſtis me, vel non extraxiſtis me? Ideo diſcedite à me in ignem æternum, qui meritò paratus eſt vobis, & diabolo. Conſiderent ergo omnes occaſiones deprauationum filiorum impiorum ad præcauendum: & remunerationes filiorum bonorum ad hoc præceptum obſeruandũ: atque punitiones filiorum malorum ad expauendum, & emendandum. Quæ omnia

F attentè conſiderare, & humiliter obſeruare per gratiam ſuam largiri dignetur honorator ſuæ dulciſſimę matris, & ſummi patris Ieſus Chriſtus, qui eſt Deus, Dei filius benedictus, & benedicendus in ſæcula, ſæculorum Amen.

DOMINICA SECVNDA.
in Quadrageſima infra diem.

De duodecim ſceleribus, propter quę Deus patrias ſępe flagellat.

G

Sermo. XVIII.

VIndex eſt Dominus de omnibus his. j. Timot. 4. & in epiſtola hodierna. Tria verò ſunt principalia peccata, Dei, & proximi charitatẽ extinguentia, quibus totus mundus infectus eſt, ſcilicet ſuperbia, qua offenditur Deus per animã: luxuria, qua offenditur Deus per corpus: & auaritia, qua Deus offenditur per ſubſtãtiã tpalẽ. Vñ j. Io. 2. Omne, ꝙ eſt in mũdo, cõcupiſcentia carnis ẽ, vel cõcupia oculorum, aut ſuperbia vitæ: & ſic in propoſito verbo Apoſtolus ait. Vindex eſt Domi-

Tria ſunt peccata, q̃ charitatẽ extingũt. primum.

H nus de omnibus his. Nam, ſecundum hæc tria peccata, tria ſunt generalia iudicia Dei. Primum, quod iam exercuit contra ſuperbiam, ſuperbientes angelos eijciendo de cœlis. Vnde. Apoca. 12. Factum eſt prælium magnum in cœlo, &c. Et ſequitur, Et proiectus eſt draco ille magnus, ſerpens antiquus, qui dicitur diabolus, & ſathanas, qui ſeducit vniuerſum orbem, & proiectus eſt in terram, & angeli eius cum il-

lo

A lo miſſi ſunt. Et Paulo ante dicit, quòd draco ille magnus trahebat cauda ſua tertiam partem ſtellarum cœli, & miſit eos in terram. Secundum iudicium, quod etiã factum eſt: fuit contran luxuriam. Vnde Gen. 6. Videns Domin⁹, quòd multa malitia hominũ eſſet in terra, & cuncta cogitatio cordis intenta eſſet ad malum omni tẽpore: pœnituit eum, quòd hominem feciſſet in terram. Et ſequitur, quia induxit diluuium ad delendam omnem carnem. Tertium iudicium, quod futurum eſt, contra auaritiam fiet. Vnde pſal. Ignis ante ipſum præcedet, & inflammabit in circuitu inimicos eius. Et meritò correſpondent iudicia culpis. Nam ſuperbientes angeli ſunt humiliati: luxurioſi homines aquis diluuij ſunt ſubmerſi: & auari, qui inſatiabili igne auaritiæ incenſi ſunt, ipſi, & eorum ſubſtantiæ igne irremediabili comburentur. Hæc ſunt tria generalia iudicia Dei. Sed alia habet, quæ licèt ſint minora: tamen ſunt crebriora. Primun eſt guerratum, ad comprimendum, & conterendum, & ad humiliandum elatas animas ſuperborum. Secundum eſt peſtilentiarum, ad puniendam luxuriam laſciuorum. Tertium eſt conſumptionis ſubſtantiarum per ſaccomanos, ſiue per incendia ciuitatis, aut per prædationes, aut per grandines, aut per ſterilitates, & ſic de alijs ad conſumendum animas auarorum. Sed ad refrenandum hæc peccata, vnde talia iudicia à iuſtitia Dei exercentur: veniés ille ſpiritus veritatis, qui arguet mundum de peccato, & de iuſtitia, & iudicio, Io. 16. menti veri prædicatoris dicit: Increpa feras arundinis, cõgregatio taurorum, in vaccis populorum, vt excludant eos, qui probati ſunt argento, pſal. 67. quod verbum poteſt eſſe aliud thema. In his verbis hæc tria principalia vitia præcipit Dñs increpari. Primò increpanda eſt ſuperbia: ideo dicit, increpa feras arundinis. Secundò luxuria: quia dicit, congregatio taurorum in vaccis populorum. Tertiò auaritia: ideo ſubdit, vt excludãt eos, qui probati ſunt argento.

Secundũ. *Tertium.* *Alia damna, & incõmoda, q ex peccato proueniunt.*

B C D

Articvlvs Primvs.

De quadruplici iuditio, & punitione, quibus flagellantur quatuor flagitia ſuperborum.

PRimun vitium increpandum, eſt ſuperbia. Vnde Dominus præcepit, increpa feras arundinis, i. mentes ſuperbas, quæ feræ dicuntur, quia ſunt Silueſtres ad Deum: & fere, ideſt crudeles ad proximum. Feteq; arundinis dicuntur, quia vacui ſunt ſuperbi ad ſe, & ſteriles, quo ad proximum. Ex hac increpanda ſuperbia quattuor vitia oriuntur, propter quæ patriæ, & ciuitates à Domino flagellantur, & deſtruuntur. Primũ eſt impia blaſphematio, ſecundum eſt diuinationum, & incantationum ſuperſtitio, tertium eſt arrogantium elatio, quattum partialitatum diuiſio. Et de his omnibus vindex eſt Dominus.

Superbia eſt primũ vitiũ icrepandum. *Ex ſuperbia increpãda qua tuor uitia oriuntur.*

E F

De iudicijs, quibus patriæ vbi regnant blaſphemi, & maledici flagellantur durè. *Cap. 1.*

PRimun eſt impia blaſphematio. ſ. Dei, & ſanctorum eius, & per iuria multa. Sed audi pœnam culpæ condignam, Eſa. 1. Dereliquerunt Dominum, blaſphemauerunt ſanctum Iſrael, alienati ſunt retrorſum. Sequitur: Terra veſtra deſerta, ciuitates veſtræ ſuccenſæ ſunt igni, regionem veſtram coram vobis deuorant alieni, & deſolabitur, ſicut in vaſtitate hoſtili, & relinquetur filia Sion, vt vmbraculum in vinea, & ſicut tugurium in cucumerario, & ſicut ciuitas, quæ vaſtatur. Et Ioſue. 9. Contra nos ira Domini concitetur, ſi peierauerimus. Vnde pſal. O Deus inueniatur, ideſt inuenietur manus tua, ſcilicet vltrix omnibus inimicis tuis, ſcilicet periuris, & blaſphematoribus: dextera tua, ideſt aſperrima vindicta inueniat omnes, qui te oderunt, ſcilicet, ſicut faciunt blaſphemi. Pones eos, vt clibanum ignis in tempore vultus tui, ideſt in tempore vultuoſitatis, ſcilicet commouentis ſupercilia: quod eſt ſignum comminantis. Dominus in ira ſua conturbabit eos, & deuorabit eos ignis, vt tunc verificetur in eis illud Apoc. 6. Abſcondent ſe in ſpeluncis montium, & in petris, & dicent

Pœna blaſphemis impoſita.

G H

A cent montibus, & Petris, ideſt maioribus, & minoribus Sanctis, cadite ſuper nos per gratiarum impetrationem, & abſcondite nos per interceſſionum orationem à facie ſedentis ſuper thronum, & ab ira agni: quoniam veniet dies magnus iræ ipſorum, & quis poterit ſtare? Et ſequitur inde aſpera vindicta eorum: Fructum eorum de terra perdes, ideſt temporalia, & ſemen eorum à filijs hominum, ideſt corporalia, ſicut filij nepotes, & ſic de alijs. Et ſubdit orationem omnium dictorum dicens, Quoniam declinauerunt in te mala, ſcilicet blaſphemando.

B

De flagellis, quibus puniuntur patriæ propter incantationes, & alias ſuperſtitiones. Cap. 2.

De ſuperſtitione, quæ opponitur religioni vide D. Thom. 2. 2. q. 82. ar. j. ē aūt ſupſtitio vana religio, quæ caret ratione, & effectu.

Gerſon p rl 3 de directiõe cord. s multa dicit cõtra ſupſtitioſos vide tu ibi, & D. Bona. lib 4. diſt. 13. circa ẽclaratione textus.

SEcundum peccatū eſt diuinationum, & incantationum ſuperſtitio, ſicut faciunt qui vtuntur oſſibus mortuornm pro quibuſdam maleficijs, & funibus ſuſpenſorum: dant, vel accipiunt hoſtiam cum ſuperſcriptione aliqua demonum ad confuſionem nominis Ieſu, vel figuræ crucifixi: alij quæ ſolent in hoſtia fieri, proijciunt in aquam plunbum liquefactum, alter verò non dat ignem extra domun quibuſdam diebus anni. In partu obſtetrices multa dęmoniaca operantur, ſimul & parientes adorant: quidam ſtulti nouam lunam incantant: alij ad ſtellam deperditam bel-uam mittunt: alij ſortes cum pſalterio faciunt, vel alijs ſortibus abutuntur, & incantant ad furta, vel futura reperienda: alij cum mortuis ſermocionantur: alij incantant in vngulis in ſpeculis ferreis: multi dies Egyptiacos tempora, vel momenta obſeruant: omniſque infirmitas à planta pedis vſque ad verticem capitis ſanari auxilio dęmonū procuratˀ. Non eſt ciuitas, nō caſtrū, non patria, quæ phytonibꝰ, & phytoniſſis, incantatoribus, incantatricibus, diuinatoribus, & ſtregis, atque ſtregionibus non ſint plenæ. Quid dicam de horrendis abuſionibus ſacramentorum ſanctorum ſacratiſſimæ vnctionis, & ſacratisſimi corporis Chriſti? Proh, nephas, o ſceleſtum ſcelus, ò horendum facinus, o tremendū iudicium ſuper huiuſmodi ſceleſtiſſimos, & ſceleſtiſſimas paratum, de quibus fari nequeo, & tacere non poſſum: ſed audiant talia operantes, & ſuſtinentes, & non corrigentes, audiant, inquam, Dominum dicentem Micheæ. 5. Erit in die illa, E dicit Dominus, auferam equos tuos de medio tui, & diſperdam quadrigas tuas, & perdam ciuitatem terræ tuæ, & deſtruam omnes munitiones tuas, & auferam maleficia de manu tua, & diuinationes non erunt in te: & perire faciam ſculptilia tua, & ſtatuas de medio tui conteram. Vnde Deut. 18. quando ingreſſus fueris terram, quam Dominus Deus tuus dabit tibi, caue ne imitari velis abominationes illarum gentium, nec inueniatur in te, qui luſtret filium ſuum, aut filiam ſuam, ducens per ignem: aut qui ariolos ſciſcitetur: obſeruet ſomnia, atque auguria, ne ſit maleficus, neque incantator, nec phytones conſulat, F nec diuinos, nec quærat à mortuis veritatem: Omnia enim iſta abominatur Dominus, & propter iuſtiuſmodi ſcelera delebit eos in introitu tuo.

Quibus iudicijs flagellantur patrię ambitioſorum, atq; elatorum. Cap. 3.

TErtium peccatum eſt ambitioſorum elatio, de quibus erat ille, cui Apoc. 3. dictum eſt, Dicis, quòd diues ſum, & locupletatus, & nullius egeo: & neſcis, qa tu es miſer miſerabilis, & pau- G per, cęcus, & nudus. Et Ge. 11. Dixerunt ſuperbi: Faciamus nobis ciuitatem, & turrem, cuius culmen pertingat cœlum: & celebremus nomen noſtrum. Et ſequitur: & inde diſperdet eos Dominus ſuper faciem cunctarum regionum. Vnde Hiere. 5. Negauerunt Dominum, & dixerunt, nō eſt ipſe, neque veniet ſuper nos malum: gladium, & famem non videbimus: prophetæ fuerunt locuti inuentum, & reſponſum non fuit in eis. Sequitur: Hæc dicit Dominus exercituum. Ecce ego adducam ſuper vos gentem de longinquo domus Iſrael ait Dominus gentem robuſtam, gentem antiquam, gentem cuius ignorabis linguam, H nec intelliges quid loquatur. Pharetra eiꝰ, quaſi ſepulchrum patens: vniuerſi fortes: & comedet ſegetes tuas, & panem tuum deuorabit, filios tuos, & filias tuā comedet, gregem tuum, & armenta tua comedet: & vineam tuam, & ficum tuum: & cōteret vrbes munitas, in quibus tu habes fiduciam in gladio. Veruntamen in diebus illis ait Dominus: Non faciam vos in conſumationem. Et Lucę 18. Qui ſe exaltat, humi-

De ambitioſis, & eorum flagellis.

A humiliabitur. Et Iaco. 4. Superbis Deus reſiſtit: & Eſa. 47. Audi hæc delicata habitans confidenter: quæ dicis in corde tuo, ego ſum, & non eſt præter me. Amplius: Non ſedebo vidua, & ignorabo ſterilitatem. Venient hæc duo tibi ſubitò in vna die, ſterilitas, & viduitas. Sequitur: Et dixiſti in corde tuo, ego ſum, & præter me, non eſt altera: veniet ſuper te malum, & neſcies ortum eius: & irruet ſuper te
B calamitas, quam non poteris expiare: veniet ſuper te miſeria repente, quam neſcis.

De exterminijs diuerſarum, atque partialium ciuitatum, & patriarum. Cap. 4.

Diuiſiones, et partialitates, & qb⁹ agit auctor diuerſis ī locis: Nam aduerſus Ghelphos & Gibellinos, acerrimè decertauit.

QVartum peccatum eſt partialitatum diuiſio. Vnde Lu. 11. Omne regnum in ſe diuiſum deſolabitur, & domus ſupra domum cadet. Vnde ad Gal. 5. Si inuicem mordetis, & comeditis, videte ne ab inuicem conſumamini. Hierem. 46. Fortis impegit in fortem, & ambo pariter ceciderunt. Et Hierony. Quomodo concordia paruæ res creſcunt, ſic diſcordia maximæ dilabuntur. Et Oſeæ 10. Diuiſum eſt cor eorum, nunc interibunt. Propter hæc ſcelera igitur corrigenda præcipit ſpiritus veritatis prædica-
C tori dicens: Increpa feras arundinis, quia de his omnibus vindex eſt Deus.

ARTICVLVS SECVNDVS.

De quadruplici iudicio, & punitione, quibus flagellantur ciuitates, & patriæ luxurioſæ.

SEcundum vitium increpandum, eſt luxuria. Vnde ſubdit, congregatio taurorum in vaccis populorum. Tau-
D ri ſunt indomiti iuuenes, & laſciui viri, in ſuis luxurijs indurati. Vaccæ populorum ſunt propriè meretrices, vel quæ meretricali habitu, & moribus in populis conuerſantur: vel ſunt iuuenculi ephebi, atque effœminati, qui vaccæ dicuntur propter eorum fragilem, & debilem conditionem. Omnes huiuſmodi ſunt increpandi, & maximè propter quatuor genera peccatorum, propter quæ ciuitates, & patriæ exterminantur: quæ omnia in luxuria radicata ſunt. Primum eſt ſodomia, ſecundum eſt laſciuia, vel luxurioſa E
vita, tertium eſt inſipientia, quartum eſt iniuſtitia: & de his omnibus vindex eſt Dominus.

De flagellis, quibus puniuntur patriæ Gomorreorum. Cap. 1.

De ſodomia, q̃ eſt turpitudo facta in maſculū, egregiè tractat D. Tho. 2. 2. & Gerſ3 par. 1. in ſermone: quem habuit Conſtantia in dis S. Antonij, Lactantius Firmian⁹ li. 6. c. 23.

PRimum ſunt ſodomia, & abominationes vitiorum contra naturam. Vnde Hieremias 7. Tu ergo noli orare pro populo hoc: nec aſſumas pro eis laudem, & orationem, & non obſiſtas mihi, quia non exaudiam te. Nonne vides, quid iſti faciunt in ciuitatibus Iuda, & in plateis Hieruſalem, id eſt publicè? Filij colligunt ligna, id eſt occaſiones peccandi contra naturam: & patres ſuccendunt ignem, ſcilicet per malum exemplum huiuſmodi peccati: & mulieres conſpergunt adipem, hoc eſt delitijs, & vanitatibus fomentant puerorum, & adoleſcentulorum fragilem carnem: vt faciant placentas, à placendo dictas reginæ cœli, id eſt Gomorreano peccato, & Sodomię. Gomorra enim cæcitas interpretatur: quia tale vitium citius excæcat mentem, & intellectum, quàm aliquod aliud, ſecundum Alexan. de Ales. Ideo ſodomia regina cœli, id eſt cæcitatis interpretatur: quia tale vitium citius excæcat intellectum. Et libent dijs alienis, vt me ad iracundiam G
prouocent. Sequitur: Hæc dicit Dominus Deus: Ecce furor meus, & indignatio mea conflatur ſuper locum iſtum ſuper viros, & ſuper iumenta, & ſuper lignum regionis, & ſuper fruges terræ, & ſuccendetur, & non extinguetur.

De flagellis, quibus exterminantur laſciui populi, & carnales. Cap. 2.

SEcundum peccatum eſt luxuria, & laſciuia, ſ. laſciua vita multorum, ſ. cum H
populus totus plenus eſt fornicationibus, adulterijs publicis, ſtupris, ſacrilegijs, inceſtibus, carnalibus ornamentis, maximè in ſuperfluis, precioſis, extraneis, vanis, & monilibus veſtimentis, quæ poſtquàm in ciuitate multiplicata ſunt, ſi Angelus de cælo deſcenderet, vel Paulus fortè, vel Chriſtus, & contra hæc talia veſtiméta, & ſuperflua prædicarent: credo, q̃ victoriam non haberent: tum propter auaritiam, quia viri talia

A talia deſtruendo, vel vendendo optatum pretium non haberent:tum quia vanis mulieribus nimis durum eſt hæc, iam habita amouere: tum quia iudicium Dei excæcans hoc peccatum expoſcit. Vnde pro talibus amouendis cum multiplicata ſunt, nullum remedium reperitur, ſicut in pluribus ciuitatibus expertus ſum: niſi Dei flagellum, cum quo tanta ſuperfluitas per ſtipẽdiarios in gyroneis, & alijs exterminijs expurgetur. Vnde Ioel.j. Hæc filijs veſtris narrate, & filij veſtri filijs ſuis, & filij eorum generationi alteri. Reſiduum erucæ comedit locuſta: & reſiduum locuſtæ comedit bruchus: & reſiduum bruchi comedit rubigo.

Flagella in incõtinentes, & deſperatos hoĩes.

B Erucæ ſunt armorũ capitanei, locuſtæ ſunt viri armorum, bruchi ſunt ſaccomanni: rubigines ſunt rubiginoſi iuuenculi, qui in ſtabulis gubernant equos. Sequitur: Expergiſcimini ebrij, & flete, & vlulate omnes, qui vinum bibitis in dulcedine: quoniam perit, id eſt periet, ſeu peribit ab ore veſtro. Gens enim aſcendet ſuper terram meã fortis, & innumerabilis. Dentes eius, vt dentes leonis: hæc eſt gens equeſtris: & molares eius, vt catuli leonis: hæc eſt gens pedeſtris: poſuit, id eſt ponet vineam meam, i. ciuitatem, & patriam in deſertum: & ficum meam, id eſt delitioſitatem ciuitatis meæ decorticauit. Vide multa, quæ ibi ſequuntur: quia mirabilia ſunt. Naum 3. Væ ciuitati

Moralis expoſitio.

C ſanguinum, id eſt carnalium delectationum. Et ſequitur: Corruent in corporibus ſuis propter multitudinem fornicationum.

Quòd propter defectum vtilium cõſiliorum quinque patriæ flagellantur. Cap. 3.

TErtium peccatum eſt inſipientia, id eſt defectus vtilium conſiliorum. Naturale verò eſt, quia luxurioſa, & laſciua vita obtenebrans intellectum, ſapien-

D tia, & prouidis conſilijs priuet. Rato, vel nunquàm reperitur, vt homo carnalis laſciuus, aut luxurioſus ſani conſilij ſit: Ideo, multiplicatis alijs peccatis, iudicio Dei fit, vt qui imminentibus periculis prouiderẽt, obtuſa intelligentia remedia non cognoſcant. Vnde ſigno crucis cum ſe muniant, aut ſe ſignare cupiant, in oculum propriũ ſuo digito inſperato impingunt. Vnde Eſa. 27. Ciuitas enim munita, deſolata erit, ſpatioſa relinquetur, & dimittetur quaſi deſertum. Ibi paſcetur vitulus, & ibi accubabit,

Hõ carnalis non eſt tutioris cõſilij

& conſumet ſummitates eius: in ſiccitate B meſſis illius conterentur mulieres venientes, & docentes eam. Non eſt enim populus ſapiens, ideo nõ miſerebitur eius. Qui fecit eum, & qui formauit eum, non parcet ei. Et in Pſal. Omnis ſapientia eorum deuorata eſt, ſcilicet à multitudine peccatorum, & maximè à luxuria. Vnde Eccleſ. 8. Cum fatuis non habeas conſilium: non enim poterunt diligere, niſi quæ ipſis placent. Vnde Iob 12. In antiquis eſt ſapientia, & Prouerb. 8. Ego ſapientia habito in conſilio, & eruditis interſum cogitationibus.

Quòd propter iniuſtitias patriæ ſæpe flagellantur, & dominia transferuntur. Cap. 4. F

QVartum peccatum eſt iniuſtitia, & maximè cum correctiones deficiũt veterum peccatorum. Omnia verò regimina ciuitatum, & dominiorum iuſtitia ornãtur defenſantur, & cõfirmantur. Vnde Prouerb. 16. Abominabiles regi, qui agunt impiè: quoniam iuſtitia firmatur ſolium eius. Vnde Pſal. Brachia peccatorum conterentur: confirmat autem iuſtos Dominus. Quidam autem ſub ſpem pietatis, iuſtitiæ aduerſantur, non intelligẽtes, ꝗ ſi delinquentes impunè agunt, iuſtitia perit, mala multiplicantur: quia alij ſimilia facere audẽt, & peiora: pax violatur, & ſanctarum inſtitutionũ frãgitur fœdus. Quæ mala non ſufferens, Deus mutat regimina ciuitatum, patriarum, & regnorum. Vnde Eccleſ. 10. Regnum à gente in gentem transfertur propter iniuſtitias, iniurias, & contumelias, & diuerſos dolos: & maximè, quia talia etiam non puniuntur. Vnde Pſalm. Propter iniuſtitias enim ſuas humiliati ſunt. Vt igitur dicitur Sapien. 1. Diligite iuſtitiam, qui iudicatis terram. Ad hæc igitur ſcelera corrigenda, ne Dominus habeat patriam flagellare, increpanda eſt congregatio taurorum in vaccis populorum, quia de his omnibus vindex eſt Dominus, ſcilicet ſi non emendauerint ſe.

Pſal

G

H

A ARTICVLVS TERTIVS.

De quadruplici iudicio, atque punitione, quibus flagellantur ciuitates, & patriæ propter ſcelera auaritiæ, & cupiditatis.

TErtium vitium increpandum, eſt auaritia, ſ. vt Domini, & regimina ciuitatum excludant eos, qui incorrigibiliter probati ſunt argento, i. denarijs, encenijs, muneribus, & ſic de alijs cupiditatibus. Quatuor enim peccata ſunt ex auaritia originem ſumentia, propter quæ Deus flagellat ciuitates, & patrias. Primum eſt ſymoniarum, & cõcuſſionum abominatio, ſecundum eſt rapinarum multiplicatio, tertium eſt pauperum oppreſſio, quartum eſt beneficiorum diuinorum ingratitudo: & de omnibus his vindex eſt Deus.

B *Quatuor peccata ex auaritia ſumũt originem.*

Quòd per ſymonias, atque multiplices concuſſiones patriæ flagellantur. Cap. 1.

PRimum eſt ſimoniarum, & concuſſionũ abominatio. Simonia eſt in ſpiritualibus, concuſſio verò in temporalibus. Simonia eſt ſtudioſa voluntas emendi, vel vẽdendi aliquod ſpirituale, vel ſpirituali annexum. Spirituale, vt eſt ordo, vel aliquod ſacramentum, vel animarum cura, &c. Spirituali annexum eſt, vt iuſpatronatus, &c. de quibus creuit fœtor vſque ad nares Dñi Sabaoth. Cõcuſſiones verò ſunt, cum quidam in officio conſtituti, extorquent à ſubditis aliqd per metum, aut cum nolũt facere, ad quod tenentur, niſi pecunia data: vel cũ officiales vltra ſtipendia eis data aliquid aliquo modo extorquent. Sunt enim quidam, qui vadunt ad furandum occultè cum tremore, ſicut faciũt fures, qui occultè domos ingredientes furantur quæ poſſunt: ſimiliter, & prædones, qui in vijs, & ſiluis aggrediuntur, & expoliant tranſeuntes: & tales ſilueſtres fures vocantur. Sunt tamen alij multi, qui aperta fronte ſub prætextu, & in ſignũ iuſtitiæ, explicato vexillo nomine communis vtilitatis, ad officia pergunt, ad populũ excoriandum: qui quãtas extorſiones, euiſcerationes, circumuentiones, malitias, fictiones, promiſſiones, indebitos fauores, impios terrores, aliaſq́; iniquas machinationes, ad pecunias exhauriendas agant: nouerunt in quibuſdam patrijs miſeri populi, qui talia ſunt experti. Hi ſunt domeſtici fures, tantoq́; ſilueſtribus peiores, ſeu pernitioſiores: quanto ſunt cæteris ſecuriores, cũ nedum puniantur, & ſuſpendantur, vt prædones, & fures: ſed etiam à conſulibus defenſantur, laudantur, & honorantur: fiũtq́; alter alteri in exemplum, atq; tutelam. Sed audiant Dñi, & ciues quid dicitur. 3. Reg. 20. Dixit propheta, i. prædicator ad Regẽ Achab: Quia dimiſiſti virum dignum morte, ſ. Benadab, anima tua erit pro anima eius, & populus tuus pro populo eius. Audiant quid eis dicat propheta Eſa. 9. In ira Domini exercituum conturbata erit terra: & erit populus quaſi eſca ignis. Vir fratri ſuo non parcet: & declinabit ad dexteram, & eſuriet, & comedet ad ſiniſtram, & non ſaturabitur. Vnuſquiſque carnem brachij ſui vorabit.

C D F

De exterminio, quo flagellantur patriæ, & ciuitates propter rapinas, & impiè acquiſita, & cupiditate poſſeſſa. Cap. 2.

G SEcundum peccatum eſt rapinarũ multiplicatio. Nullum violentum perpetuum. Quieſcunt enim creaturę, & cõſeruãtur in locis ſuis: leuia quidem ſurſum, & grauia deorſum: ſi autem in alienis locis ponuntur, ad loca ſua propria reuertuntur. Sic contingit de diuitijs mundi. Si enim acquiruntur vſuris, rapinis, mendacijs, periurijs, falſis ponderibus, ſeu menſuris, & venditione temporis & terminorũ, vendendo, & emendo in locis ſacris, in diebus feſtiuis, cum ſcotis retrangolis, ſchamacijs, vel alijs malitijs, fraudibus & violentijs: Cui dubium, ꝙ tales diuitiæ citò veniunt, citiuſq; recedunt? Vnde Prouerb. 13. Subſtantia feſtinata, minuetur: quæ autem paulatim colligitur manu, multiplicatur. Vnde Abachuc. 2. Vę ei, qui multiplicat non ſua. Vſquequo qui aggrauat cõtra ſe dẽſum lutum. Nunquid non repente reſurgent, quæ mordeant te, & ſuſcitabuntur lacerantes te, & eris in rapinam eis? Quia tu ſpoliaſti gentes multas: ſpoliabunt te omnes, qui reliqui fuerint de populis, propter ſanguinem hominis. Sequitur: Væ, qui congregant auaritiam malam domui ſuæ, vt ſit in excelſo nidus eius, & liberari ſe putat de manu mali, & conſimilia multa igitur, &

De rapinis. H

Eſa. 33.

A Eſa. 33. Væ, qui prædaris, nonne & ipſe prę daberis? Sequitur: Cum conſumaueris, prædatione prædaberis.

Quòd patriæ, & ciuitates maximè flagellantur ex oppreſſione pauperum, viduarum, atque orphanorum, & pupillorum. Ca. 3.

Pauperũ oppreſſio diſplicet Deo, vt ex multis locis ſacrarũ ſcripturarũ, cuiquã pa tere põt.

TErtium peccatum patriæ exterminatiuum, eſt pauperum oppreſſio, pupillorum, atque viduarum deuoratio: inſuper eccleſiaſticorum bonorum vſurpatio, qui Chriſti pauperes ſunt. Vnde Eccleſiaſti. 4. Verti me ad alia, & vidi calumnias, quæ ſub ſole geruntur, & lachrymas innocentium, & neminem conſolatorem: nec poſſe reſiſtere eorum violentiæ cunctorum auxilio deſtitutos. Et
B laudaui magis mortuos, quàm viuentes. Vnde Prouerbio. 30. Eſt generatio, quæ pro dentibus gladios habet: & cum mandit molaribus ſuis, vt comedat inopes de terra, id eſt ruſticos, & pauperes ex hominibus, hoc eſt artifices. Et Eſa. 10. Væ, qui condunt leges iniquas, & ſcribentes iniuſtitias ſcripſerunt, vt opprimerent in iudicio pauperes, & vim faciant cauſæ humilium populi mei: vt eſſent viduæ præda eorum, & pupillos diriperent. Quid facietis in die viſitationis, & calamitatis de longe venientis? ad cuius confugietis auxilium? Et Eccleſiaſti. 35. Nonne lachrymæ viduæ ad maxillam deſcendunt, & ex-
C clamatio eius ſuper deducentes eas? A maxilla enim aſcendunt vſque ad cœlum: & Dominus exauditor non delectabitur in illis, ſcilicet cum clamabunt. Prouerbi. 23. Ne attingas paruulorum terminos, & agrum pupillorum ne introeas. Propinquus enim illorum fortis eſt, & ipſe iudicabit contra te cauſam illorum. Et quòd verum ſit, Zachar. 14. Ecce dies veniunt, dicit Dominus, & diuidentur ſpo-
D lia tua in medio tui. Et ſequitur: Et vaſtabuntur domus, & mulieres violabuntur: & egredietur media pars ciuitatis in captiuitatem.

Quòd patriæ, & ciuitates propter ingratitudinem diuinorum beneficiorum à Domino ſæpius flagellantur. Cap. 4. E

Diuinorũ beneficiorũ ingratitudo.

QVartum peccatum eſt diuinorum beneficiorum ingratitudo, quæ maximè ex cęca malitia, & ignorantia venit. Contra quos Hiere. 33. dicitur, Abſcondam faciem meam à ciuitate hac propter omnem malitiam eorum. O ingrata ciuitas, audi Dominum, vtinam tibi non prædicentem: Lu. 19. qui, videns ciuitatem, fleuit ſuper illam dicẽs, ſcilicet cum ſingultu: ſi cognouiſſes, & tu, ſcilicet fleres. Et quidem in hoc die, quæ ad pacem tibi: nunc autem abſcondita ſunt ab oculis tuis. Quia venient dies in te, & circumdabunt te inimici tui vallo, & F
circumdabunt te, & coanguſtabunt te vndique, & ad terram proſternent te, & filios, qui in te ſunt: & non relinquent in te lapidem ſuper lapidem, eo, quòd tu non cognoueris tempus viſitationis tuæ. Et Deutero. 28. Mittet ſuper te Dominus famem, & eſuriem, & increpationem in omnia opera tua, quæ tu facies. Sequitur: Vxorem accipies, & alter dormiet cum ea: domum ædificabis, & non habitabis in ea: plantabis vineam, & nõ vindemiabis eam: bos tuus immolabitur coram te, & non comedes ex eo: aſinus tuus rapietur in conſpectu tuo, & non reddetur tibi: oues tuæ dabuntur inimicis tuis, & non erit, qui adiu G
uet: filij tui, & filiæ tuæ tradentur alteri populo, videntibus oculis tuis, & deficientibus ad conſpectum eorum tota die, & nõ erit fortitudo in manu tua. Fructus terræ tuæ, & omnes labores tuos comedet populus, quem ignoras: & cætera ſimilia. Ecce vindictæ ſcelerum: ecce præmonitio populorum: ecce, quòd propè ſunt iudicia peccatorum. Quare, niſi conuerſi fueritis, gladium ſuum vibrauit, arcum ſuum tetendit, & parauit illum, & in eo parauit vaſa H
mortis, id eſt, flagella mortalia propter duodecim ſcelera ſupradicta: quia vindex eſt Dominus de his omnibus. A quibus omnibus præuia vera conuerſione, & emẽdatione eripiat nos ampla miſericordia Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti, cui proprium eſt omnibus ad ſe redeuntibus miſereri ſemper, & parcere Chriſtus Ieſus: qui cum Patre, & Spiritu ſancto viuis, & regnas in ſæcula ſæculorum, Amen.

FERIA

A

FERIA SECVNDA poſt ij. Domin. in Quadrag.

De ſignis, per quæ cognoſci poteſt, quando Dei iudicia ſunt propinqua.

Sermo XIX.

Mortis genus triplex.

Moriemini in peccatis veſtris. Io. 8. & in Euang. hodierno. Triplex eſt genus mortis.
B Quidam enim moriũtur peccato, quidam moriuntur propter peccatum, quidam verò in peccato. Primi quidem ſunt, qui moriuntur peccato, & hæc mors deſiderabilis eſt: in qua anima in charitate reſurgit. Vnde ad Rom. 6. Qui enim mortuus eſt peccato, iuſtificatus eſt à peccato. Secundi ſunt, qui moriũtur propter peccatum: & eſt mors deteſtabilis. Vnde Pſal. Mors peccatorũ péſſima. *Pſal.* Tertij ſunt, qui moriuntur in peccato: & hic eſt formidabilis mors, pro qua effugiẽda orabat Pſalm. dicens: Illumina oculos meos, ne vnquàm obdormiam in morte.
C Fęlix enim eſt mors prima, infęlix ſecunda, infelicior tertia: ſed ſecunda cum tertia iuncta infęliciſſima dicitur, ſcilicet quãdo propter peccata, & in peccatis omnino à charitate ſeparatæ animæ moriuntur. De hac ſic duplicata morte contra ſceleſtos populos Dominus comminatur, dicens: Moriemini in peccatis veſtris, ſcilicet, quia propter ſcelera veſtra ad mortem triplicatam, ſcilicet corporalem, ſpiritualem, & æternalem: mittet Dominus iudicia ſeuera ſuper vos. Sed quidam timoroſi, aut curioſi fortè dubitant, & cum Apoſtolis, Matth. 24. à Domino interrogant dicentes:
D Dic nobis, quando hæc erunt, & quod ſignum aduentus tui, ſcilicet ad taliter puniendum. Audiant ipſos dæmones magno deſiderio ad flagellandum paratos, qui Domino ſcelera populi allegantes dicunt: Tempus faciendi, Domine, diſſipauerunt legem tuam, Pſalm. 118. quod verbum poteſt eſſe aliud thema. In quibus verbis triplex peccatorum tempus oſtenditur. Primum eſt emendationis expectatæ ibi, Tempus. Secundum punitionis præparatæ, ibi, faciendi Domine. Tertium offenſionis conſumatæ, ibi, diſſipauerunt legem tuam.

E

ARTICVLVS PRIMVS.

Cum quanta patientia, & multimoda miſericordia expectat Deus pœnitentiam populorum.

Primum quidem tempus eſt emendationis expectatæ: quia dicit tempus, ſcilicet antiquæ miſericordiæ Dei peccatoribus demõſtratæ. *Tp̃s expectationis.* Tempore enim expectationis, id eſt antequàm puniat Deus, & exerceat ſua dura flagella: quatuor miſericordias porrigit eis Deus. Primam ſententiam ſuſpendentem, F ſecundam ad pœnitentiam reuocantem, tertiam offenſam remittentem, quartam gratiam offerentem. Quas miſericordias oſtendit Ieſus crucifixus. Primam in pedibus affixis, ſecundam in manibus extenſis, tertiam in capite inclinato, quartam in latere aperto.

Cum immenſa miſericordia ſuſpendit Dominus ſententiam, ne ſubito, vt merentur peccatores, puniat.

Cap. 1.

Primam miſericordiam, ſcilicet ſententiam ſuſpendẽtem, offert G peccatoribus, dum pedes cruci tenet affixos. Non enim ad executionem ſententiæ currit, non feſtinat iraſci: ſuſtinet, diſſimulat, expectat. Non quidem pius Deus iraſcitur per ſingulos dies. Vnde Sapien. 11. Miſereris omnium Domine, quoniam omnia potes: & diſſimulas peccata hominum propter pœnitentiã. Et reuera oẽs dicere poſſumus illud Tren. 3. Miſericordia Domini, quòd non ſumus conſumpti. Et miror certè, ſi quilibet in ſe hoc non miratur: & cum ipſo ſuſtinente mala multiplicantur, ipſo diſſimulante peccata aggrauantur: ipſo inſuper ex- H pectante animi indurantur. Vnde Eccleſiaſtes 8. Quia non citò profertur ſententia contra malos, abſque vllo timore filij hominum perpetrant mala, iuxta illud ad Rom. 8. ſecundum duritiam tuam, & impœnitens cor theſaurizas tibi iram in die vindictę. Et paulò ante ad populum duri cordis ait: An diuitias bonitatis eius, & patiẽtię, & lõganimitatis contẽnis?

A *Cum quanta miſericordia, & dulcore reuocat ad ſe Dominus impios peccatores.* *Cap.* 2.

SEcũdam miſericordiam, ſcilicet ad pœnitentiam reuocantẽ peccatoribus offert: dum manus expandit, quaſi omnes peccatores ad pœnitentiam vocet, & trahat, dicens eis illud Matth. 11. Venite ad me omnes, qui laboratis, & onerati eſtis, & ego reficiam vos, an ignoras, quia benignitas Dei ad pœnitentiam te adducit, ò popule Dei, vt dicitur ad Rom. 2. Ad vos, ò peccatores ingrati, ſceleſti, & obſtinati, vox illa
B horrenda Chriſti in cruce pendentis: Vocaui, & renuiſtis: extendi manũ meam, & nõ fuit qui aſpiceret: deſpexiſtis omne conſilium meum, & increpationes meas neglexiſtis. Ego quoq; in interitu veſtro ridebo, & ſubſannabo, cum vobis, quod timebatis, aduenerit: cum irruerit repentina calamitas, & interitus, quaſi tempeſtas ingruerit. Quando veniet ſuper vos tribulatio, & anguſtia: tunc inuocabunt me, & non exaudiam mane conſurgent, non inuenient me, Prouerbio. 1.

C *De miſericordia, cum qua Dominus ad ſe redeuntibus peccatoribus parcit.* *Cap.* 3.

TErtiam miſericordiã, videlicet offenſas dimittentem inclinato capite, offert Chriſtus: quia amoroſè paratus eſt remittere peccatum, recipere, & dare oſculum, & inſuper offerre pacis vinculum. Vnde Hiere. 3. O anima, ò patria, ò multitudo criminibus plena, fornicata es cum amatoribus plurimis: tamen reuertere ad me, & ego ſuſcipiam te. Sed de multis verificatur illud Hierem. 5. Indurauerunt
D facies ſuas ſupra petrã, & noluerũt reuerti.

Cum quanta dulcedine miſericors Deus peccatoribus indulgentiam offert. *Cap.* 4.

QVartam miſericordiam, gratiam offerentem aperto latere oſtendit: vñ ſanguis noſtræ redẽptionis, & aqua noſtræ ablutionis charitate largiflua defluxerunt. Vnde Eſa. 55. Dominus vocat omnes peccatores, dicens: Omnes ſitientes venite ad aquas: & qui non habetis argentum, properate, emite, & comedite. Et Ioan. 7. ex feruore charitatis, & amoris ad peccatores excitandos clamabat dicens: Si quis ſitit, veniat ad me, & bibat. E
Sed, heu, quidam impij, & multo amplius inſcij, me dereliquerunt fontem aquę viuę, & foderunt ſibi ciſternas diſſipatas: hoc eſt, concupiſcentias, & iniquitates ſuas, animas diſſipãtes: quæ cõtinere non valent aquas. Conqueritur Dominus per Hiere. 2. ſed veniet, inquàm, tempus, quãdo vexatio dabit intellectum auditui, vt dicit Dominus, Eſa. 28. Ecce primum tempus, ſcilicet emendationis expectatę. F

ARTICVLVS SECVNDVS.

Quòd poſt multiplicatas gratias, multiplicata, & non emendata ſcelera, flagellat Deus.

SEcundum tempus eſt punitionis præparatæ, de quo Pſal. proſequitur dicẽs: faciendi Domine, ſ. aſperam vindictã, duram punitionem, ſi ſe noluerit populus emendare. Vnde Lu. 13. hanc ſimilitudinẽ, ait Dominus: Arborem fici habebat quidã plantatam in vinea ſua: & venit quærẽs fructum in illa, & non inuenit. Dixit autem ad cultorem vineæ: Ecce anni tres ſunt, ex quo veni quærens fructum in ficulnea hac, & non inuenio. Succide igitur illam. Vt quid etiam terram occupat? At ille reſpondens, ait illi: Domine, dimitte illam, & hoc anno vſque dum fodiam circa illam: & mittam ſtercora: & ſi quidem fecerit fructum: ſin autem, in futurum ſuccides illã. Arbor fici eſt ciuitas iſta, gratia pinguis, ſed culpa ſterilis. Vinea, in qua eſt plãtata: eſt Lombardia, ſiue Italia tota. Dominus ficulneæ, atq; vineæ Deus eſt, ſed cultor alius eſt Chriſtus. Venit autem Dominus vineæ, ſ. Deus per ſuam ſapientem conſiderationem quęrens fructum bonorum operum, non folia verborum, neque fictam, & vmbraticam honeſtatem: & ait ad cultorem vineæ, id eſt Chriſtum. Ecce anni tres ſunt, ex quo venio quærens fructum in ficulnea hac, & nõ inuenio. Tres verò anni, ſunt tres gratiæ, huic populo iamdiu à Deo datæ. Primus gratiæ annus eſt ſpiritualium donorum, ſecundus eſt temporalium bonorum, tertius eſt terribilium comminationum. Sed caueat ficulnea iſta, quartum, ſcilicet, durorum flagellorum.

Pſal.

Tempus punitionis pparata.

G

Nominat auctor Lõbardiã ſ-cipuè, qa in ea tunc vigebant factiones, q́ triſtia reddiderunt illa tempora.

De

A *De ſpiritualibus donis patrijs datis. Cap.* 1.

PRimus verò annus eſt ſpiritualiū donorū, quæ multa contulit nobis Deus, ſicut patronos ſanctos apud Deum intercedentes, ſanctorum corporū multas reliquias, ſpirituales patres, virtuoſos probos, atque pios viros: religioſos multos, & bonos in ſua obſeruantia regulari vitam ducentes: frequentiam multarum prædicationum, & ſanctarum exhortationum: Doctores ſanctos, & conſimilia multa.

B

De bonis temporalibus à Deo in patria multiplicatis. Cap. 2.

SEcūdus eſt annus temporalium bonorum, ſicut ſunt nobilitas conditionis virorum, & mulierum: diuitiæ multæ, pax temporalis, amplum dominium, abundantia rerum, naturale ingenium, & ſenſati viri, numeroſitas populi, & ſimilia.

De prauis comminationibus, quas flagellandis patrijs, miſericorditer præmittit Deus. Cap. 3.

C

TErtius eſt annus terribilium comminationū, qui fortè hoc anno currit, ſicut in præcedenti ſermone oſtenſum eſt: & fortè etiam in ſequentibus apparebit, vt ſaltem hoc tertio anno veniens vineæ Dominus inueniat tricefimum, ſexageſimum, cēteſimum fructum operum bonorum: Si autem, dicit Dominus cultori vineæ, ſuccidite igitur illam, id eſt ciuitatem iſtam penitus eradica. Vt quid occupat terram: ſecūdum glo. cur etiam temporali copia vtitur. Ex hoc ſumitur argumentum, ꝙ homò peccator non eſt dignus aqua.

D

De duris afflictionibus, quibus miſericorditer flagellat Deus peccatores. Cap. 4.

QVartus eſt annus durarum flagellationum, & hic eſt annus quartus: quem impetrat vineæ cultor Chriſtus dicens Domino vineæ: Domine, dimitte illam, & hoc anno vſquedum fodiam, & mittam ſtercora. In foſſione enim mutantur glebæ: & terra, quæ ſuperior erat, deſcendit: & quæ erat inferior, eleuatur. Tunc verò fodit circa ficulneam Chriſtus, cum in patrijs, & ciuitatibus reuoluuntur ſtatus: ſiunt in ciuitatibus laccomanni, prædones, atque deſtructiones domorum, incendia, & cætera exterminia patriarum. Stercora verò mittit, cum per peſtilentias, & varios morbos populorum crimina punit. Hic autem quartus annus, licèt peccatoribus appareat durus: tamen illud impetrat pater pius, qui non vult peccatoris æternā mortem, ſed vt flagellis conuertatur, & viuat, dicente Domino Apoc. 3. Ego quos amo, caſtigo, & arguo. Ante tamen aduentum Chriſti, & paſſionem Deus peccatoribus ſubitò aſperrimā intulit irā, cum illos per bella cateruatim ruere faciebat: Sodomam, & Gomorram, atque Pentapolim cum confinibus ciuitatibus igne, & ſulphure profundauit: immò, & totum mundū diluuio exterminauit. Chriſtus autem naturam noſtram aſſumens, & pro ea mortem ſufferens: hunc quartum diuinæ patientiæ annum humano generi impetrauit à Deo. Nam licèt peccatorum ſceleratorum abominationes multiplicentur: tamē Deus peccatores tamdiu in ſordibus ſuis ſuffert, donec multi peccatorum ſordibus ſaturati præ confuſione abominationis ſuæ à peccatorum libidine reſipiſcant: vel ſaltē tribulationibus conquaſſati, diuinæ correptionis timore, peccandi audaciam perdāt, ſicut Lu. 15. in filio prodigo habetur exemplum. Et hoc eſt ſecundum tempus punitionis præparatæ, & vtinam nō verificetur, quod Matth. 3. dicitur, Iam ſecuris ad radicem arboris poſita eſt.

E F G — *Quō Deꝰ vineam ſuā faginat ſtercoribus.*

ARTICVLVS TERTIVS.

Quibus modis ſeparat Chriſtus ad flagellandum, & iudicandum populos ſceleratos.

H

TErtium eſt tempus offēnſionis conſumatæ. Ideo ſubdit Pſal. Diſſipauerunt legem tuam. Quæ diſſipatio, vera eſt offenſio conſumata. Ex hac conſumatione, & legis diſſipatione cognoſci poteſt propinquitas diuinorum iudiciorum, quæ in terra, vel patriæ ſuperuentura ſunt. In horum tamen myſterium clarius Apoc. 14. Et alius Angelus exiuit de templo, clamans voce magna ad ſedentem ſuper nubem: Mitte falcem tuam, & mete, quia

Tps offenſionis conſumatę.

A quia venit hora, vt metatur: quoniam maturauit meſſis terræ. Et miſit ille, qui ſedebat ſuper nubem, falcem ſuã in terra. Hoc quidem myſterium expoſitũ eſt, ſupra ſermone 11. arti. 1. per totum, de iudicio generali. Sed nunc aliqualiter variando exponatur de iudicio particulari alicuius patriæ, vel ciuitatis: In quibus verbis quatuor conditiones Chriſtus ſe oſtendit habere, cum iratus mundum taliter punit. Primã ſplendoris, ſecundam vigoris, tertiam rigoris, quartam terroris.

B *Quòd Chriſtus per ſapientiam Patris noſcit quando patria debet iudicari, vel flagellari. Cap. 1.*

PRimam cõditionem Chriſtus ſe oſtendit habere, dum punit, ſ. ſplendoris. Ipſe enim paternæ ſapientiæ conſilium noſcit. Vnde Ioan. ait: Et alius Angelus exiuit de tẽplo. Qui verò de templo exit, prius eius interiora clariſſimè perluſtrauit. Vnde, & templum hoc eſt, quod ſolus ſummus Põtifex intrat, quod quidem paternæ mentis arcanum eſt. Ideo Pſalm. dicit: Dominus in templo ſancto ſuo. Ipſe enim eſt Dominus & ſacerdos, qui ſingulariter in hoc templo
C eſt. Vnde ad Philippum: Ioan. 14. ait: Non credis, quia ego in patre, & pater in me eſt. Et huius ſapientiæ conſilio omne iudicium ſuum format. In hoc verò templo cognoſcit clarè, quid de patrijs, quid de ciuitatibus ad pęnitentiam expectandis, vel flagellandis in conſilio paternæ ſapientiæ ſtatuatur. Sed tunc de templo exit, cum talia iudicia diuina manifeſtare intendit, & præcedentia ſigna oſtendit.

D *Quomodo Chriſtus ſua futura iudicia ſuper patrias diuerſimode manifeſtat. Cap. 2.*

SEcunda conditio Chriſti iudicantis eſt vigoris, quæ in eius clamore demonſtratur. Ideo ſubditur: Clamans voce magna ad ſedentem ſuper nubem. Tacet ſiquidem Chriſtus, cum ſecreta paterna cõſilia cæcis, & indignis peccatoribus celat. Clamat verò, cum paterna conſilia, & futura flagella per ora prædicatorum ſceleratis populis manifeſtat, vel etiam cum ad ſedẽtem ſuper nubẽ clamare dicatur, quid aliud

Quõ Chriſtus dicitur tacere.

deſignatur, niſi ꝙ idem Chriſtus, qui de tẽplo exit, & ſuper nubem ſedens, ſecundum aliam, & aliam formam ad ſeipſum clamat, dum ſecreta Dei iudicia de humanis culpis omnibus manifeſtanda eſſe denunciat? Vnde de ipſo dicitur: Lu. 8. hoc dicens clamabat: ſignificans, ꝙ, quæ occultè dixerat, exponẽdo manifeſtare volebat. Ideo ad peccatores dicitur, Eſa. 42. Semper ſilui, & patiens fui, ſicut parturiens loquar, ſ. cum flagellis viſitabo iniquitates veſtras. E

De ſeptem ſignis, quibus cognoſci poteſt, quòd propinqua ſunt iudicia Dei. Cap. 3. F

TErtia eius conditio eſt rigoris, eo, ꝙ illa vox clamans ait: Mitte falcẽ tuã, & mete. Falx enim iudicium agendorum denotat. Vnde Deuteron. 23. prohibet Dominus, ꝙ nemo mittat falcem in meſſem alienam: hoc eſt nemo temerario iudicio opera iudicet aliena. Hanc falcem Chriſtus in manu tenet, cum rectæ rationis iudicio ſeuera iudicia ſua, peccatorum expectando cõuerſionem ad tempus patienter ſuſtinet. Sed tunc falcẽ hanc in meſſem mittit, cum eodem rectæ rationis iudicio humana opera diſcutiendo punit. Ideo ſceleratis populis cõminatur dicens illud propheticum: Dum accepero tempus, ego iuſtitias iudicabo. Ideo Ioan. meritò ſubdit: G
Quia venit hora, vt metatur, quoniam maturauit meſſis terræ. Quid.n. ꝑ meſſem terrę intelligitur, niſi terreni homines ad diuinũ iudiciũ, & iuſtitiã præparati? Sicut ecõtra populi, qui parati ſunt ad miſericordiã Dei, licet meſſis nominẽtur, non tamẽ meſſis terræ dicuntur. Ioan. 4. Videte regiones, quia albæ ſunt iam ad meſſem, id eſt ad cõuerſionem, & ad miſericordiam Dei ſuſcipiendam. Hic autem dicitur, quoniam maturauit meſſis terrę. Qui verò ſaltem in generali ſcire deſiderat tempus, quando Dei irati ſuper populum proteruum funduntur H
flagella: conſideret, quando natura eſt meſſis. Quia antequàm contra peccatores iraſcitur Deus, ſeptem ſunt ſigna maturæ meſſis, & per conſequens contra patriam tempus eſt iudicij præparati, de quibus, ſupra ſermone 11. arti. 1. cap. 3. Hęc eadem ſigna exprimũtur in particulari per iudicium Sodomæ, & Gomorræ, & confinium ciuitatũ. Primum, ꝙ multa, & horrenda ſcelera ibi fiebant. Propterea de Sodoma, Gen. 13. ſcriptum

Falcem Chrīs tenet in manu cũ eã expectat peccatorũ cõuerſionem.

Signa Sodomę, & Gomorrę.

A ſcriptum eſt, q; homines ſodomitæ erant peſſimi, & peccatores coram Domino nimis: eo ſcilicet, quia hoc ſcelus multa alia vitia antecedunt, & conſequuntur, & ſubſequuntur. Secundum, quia tota mẽtis animaduerſione, & intentione peccabãt. Vnde Gen. 19. ſcriptum eſt: Cum duo Angeli ingreſſi fuiſſent Sodomam, & veniſſent ad domum Loth veſpere: id eſt, hora tarda; propter quod de eorum aduentu non tam citò poterat diffundi fama, niſi tota mentis animaduerſione ad hoc ſcelus inuigilaſſent: propterea ibi dicitur, q priuſquàm Angeli irent cubitum, viri ciuitatis valla-
B uerunt domum Loth. Tertium, q communiter ab omnibus hoc ſcelus perpetrabatur: ideo ſequitur vbi ſupra, quòd venerunt à puero, vſque ad ſenem, omnis populus ſimul, ſcilicet ad domum Loth. Et Geneſ. 18. ait Dominus ad Abrahum, cum verſus Sodomam pariter irent, cum cœpiſſet à quinquaginta, quòd ſi inueniret in Sodoma decem iuſtos, toti parceret ciuitati. Ecce, quòd tota ciuitas corrupta erat. Quartum, q apertè, inuerecũdè, & impunè fiebat: ideo ſequit̃ vbi ſup. Vocauerũtq; Loth & dixerunt ei: Vbi ſunt viri? Ecce, q nõ multũ iuuenculi erãt. Sequitur, qui in-
C troierunt ad te nocte: Ecce, quòd multum tardè intrauerunt domum, & tamen mox fama diffuſa eſt. Et addunt impudens verbum: Educ illos huc, ſcilicet in via, vt ſcilicet cognoſcamus eos: id eſt, coram omnibus abutamur eis. O ſtupendum facinus, & inuerecundum ſcelus. Quintum, quòd fiebat tota cordis affectione: propterea ſubinſertur, q, reſiſtente eis Loth, dixerunt ei: Recede illuc, ſcilicet inſenſata beſtia. Et rurſus ingreſſus es, inquiunt, vt aduena. Quaſi dicant ad ſimilia perpetranda: Nunquid, vt iudices? Quaſi dicerent: Non. Te ipſum magis affligemus, ſcilicet per Sodo-
D miticum actum tecum peccando etiam te inuito, quàm hos. Vimque faciebant Loth vehementiſſimè, iamque propè erant, vt confringerent fores. Sextum, quòd hoc faciebant toto ſtudio, quod oſtenditur non ſolum ex pluribus præcedentibus, ſed etiã ex his, quæ ibi ſequuntur: quia Angeli percuſſerunt eos cęcitate à minimo, vſque ad maximum, ita vt oſtium inuenire non poſſent, ſcilicet, quãmuis illud toto ſtudio quærerent. Septimum, quia hoc faciebant continuè, & perſeueranter: ideo ait Dominus Geneſ. 18. ad Abraham: Clamor Sodomorum, & Gomorreorum multiplicatus

eſt: & peccatum eorum aggrauatum eſt nimis. E
Deſcendam, & videbo, vtrum clamorem, qui venit ad me, compleuerunt opere. Quaſi diceret, matura ſit meſſis. Sed quia per prædicta præcedentia ſigna vidit meſſem illam maturam: ſequitur, q pluit Dominus ſuper Sodomam, & Gomorram ſulphur; & ignem à Domino de cœlo, & ſubuertit has ciuitates, & omnem circa regionem vniuerſos habitatores vrbium, & cuncta terræ virentia. Similiter cum Dominus Abrahæ exterminatione gentium promiſiſſet, quæ terram, quam ei F
promiſit continuè incolebant ait: Necdum impletæ ſunt iniquitates eorum, ſcilicet Amorreorum, vſque ad præſens tempus: Gen. 15. Quaſi diceret: Et ſemini tuo hanc terram promitto: tamen ante tempus complementi iniquitatis eorum non exterminabo. Ex his, quæ dicta ſunt, nunc penſet quilibet auditor, quantum hæc ſigna in patria regnant: & inde propinquitatem iudiciorum Dei, ſeu longinquitatem intelliget.

Quanta ſeueritate contra obſtinatos populos executioni mandet Deus iudicia ſua. Cap. 4. G

QVarta, & vltima conditio Chriſti iudicia facientis eſt terroris: de qua Ioan. ſubdit: Et miſit, qui ſedebat ſupra nubem, falcem ſuam in terram: & meſſuit terram. Nubes hęc, ſuper quam Angelus Chriſtus ſedet, eſt eius humana caro. Vnde Eſa. 19. Ecce Dominus aſcendet ſuper nubem leuem, & ingredietur Ægyptum. Super hanc nubem ſedet, quia licèt peccatoribus terribilis appareat in iudicijs ſuis: omnia tamen in tranquillitate iudicat, vt dicitur Sapien. 12. Sed tunc H
mittet falcem ſuam in terram, & metet terrã: cùm terrenas concupiſcentias luxuriæ, ſuperbiæ, ſeu auaritiæ flagellis guerrarum, peſtilentiarũ, & famis caſtigat. Vnde Hiere. 21. Diſpoſui faciem meam ſuper ciuitatem iſtam in malum, & non in bonum. Et ante præmiſerat, & qui derelicti fuerint in ea peſte, gladio, & fame in manu quærentium animam eorum dabo. Et Eſa. 24. Ecce Dominus nudabit terram, & diſſipabit eam, & affliget faciem eius. Tunc verò Dominus terram nudat, cum vel cauſas luxuriæ, ſuperbię, vel auaritiæ ab homine aufert: vel ipſos hoĩes ab eis morte, ſeu

Quõ Deũ dr̃ ſedere ſuper nubẽ quãdo iudicat.

A alias remouet. Vnde Eſa. 27. Ablata eſt meſſis in die hæreditatis, id eſt, in tempore, quo mundana putabat ſine fine hæreditare: & dolebit grauiter, ſcilicet, quia ad temporalia afficiebatur affectualiter. Hæc pius Deus miſericorditer egit, vt per flagella euigilent, & reſipiſcant ſcelerati: quia per proſpera mundi ad omnium bonorum inſenſualitaté ducti ſunt, ſicut dicitur Eſa. 28. Vexatio dat intellectum auditui. Quod ad conuerſionem, & correptionem autem ſua iudicia, & flagella nobis largiri dignentur ille, quia dilectione conuerſionem expectat, ex dilectione flagellat, ex dilectione
B ad pœnitentiam vocat, atque ex dilectione gratiam in præſenti donat, & gloriam in futuro Dominus, Dominus Ieſus Chriſtus: qui cum Patre, & Spiritu Sancto glorioſè triumphat in ſæcula ſæculorum, Amen.

FERIA TERTIA, poſt ij. Domin. in Quadrag.

De multiplici cauſa, quare populi ſuper eos futura Dei iudicia non cognoſcunt, nec verentur.

C

Sermo XX.

Grauis contra ſuperbiam ſententia.

QVi autem ſe exaltauerit, humiliabitur: Matth. 23. & in Euãgelio hodierno. Grauis ſententia, & dura iuſtitia à Domino contra ſuperbiam memoriò paratur, eo, quòd omnium flagellãdorum ſcelerum, quæ contra charitatem fiũt, ſit principium, & origo, ſicut dicitur Eccl. 10. Initium omnis peccati, eſt ſuperbia: & qui tenuerit eam, adimplebitur maledictis, id eſt iudicijs, & maledictionibus Dei. Vnde Hierem. 50. Ecce ego ad te ſuperbe, di-
D cit Dominus exercituum: quia veniet dies tuus, tempus viſitationis tuæ: & cadet ſuperbus, & corruet, & non erit qui ſuſcipiet eum. Vnde Pſal. Retribuet abundanter facientibus ſuperbiam, id eſt quæcunque ſcelera, & peccata: quia in quolibet peccato eſt ſuperbia, & contemptus Dei. Legatur autẽ hæc dictio abundanter, cum replicatione hoc modo: Retribuet abundanter facientibus ſuperbiam abundanter. Vnde de abundantia huius ſceleris dicitur Apoc. 18. Reddite illi, ſicut illa reddidit vobis, & duplicate duplicia ſecundum opera eius. Sequitur: Quantum glorificauit ſe, & in delitijs fuit: E date ei tormentum, & luctum. Hæc tamen in illis iudicijs maximè aduertendum: quia quanto ſceleratis populis propinquiora ſunt, tanto illa minus pertimeſcunt, & minus ea intelligunt, ſeu cognoſcunt. Quod non ex alia cauſa contingit, niſi quia cæcitas mentis in eis ex ſuperbia generata eorum intantum obtenebrat intellectum, quòd ſuam manifeſtam ruinam non vident: Ideo dicitur Eſa. 43. Educ foras populum cęcũ, & oculos habentem, ſurdum, & aures ſunt ei. Vnde Pſalm. cauſas talis humiliationis, & ignoratæ ruinæ oſtendit, dicens: Veniat illi laqueus, quẽ ignorat: & captio, quam F abſcondit apprehendat eum: & in laqueũ cadat in ipſum. Et poteſt eſſe aliud thema. In quibus triplex cauſa huius ignorantiæ demonſtratur. Prima eſt ex parte Dei, ibi: Veniat illi laqueus, quem ignorat. Secunda ex parte mundi, ibi, & captio, quam abſcondit apprehendet eum. Tertia ex parte iudicij, ibi, & in laqueum cadat in ipſum.

Triplex cã ignorantiæ demõſtrat.

ARTICVLVS PRIMVS.

Quòd quadrupliciter, exigentibus culpis, excæcat Deus populos, & magnates, ne intelligant propinquam eis ruinam.

G

Pſal.

PRima cauſa huius ignorantiæ eſt ex parte Dei. Ideo Pſal. ait: Veniat illi laqueus, quem ignorat, id eſt veniet patriæ, vel ciuitati laqueus captiuitatis, quem ignorat, ſcilicet futurum eſſe. Vel laqueus eſt peſtis, vel fames, &c. Vnde Prouerb. 21. impingetur, ſcilicet populus à Deo ad laqueos mortis. Et Gregor. Si ad quas impij properant pęnas aſpicerent, profectò greſſus reflecterent. Vnde Eſa. 47. Veniet ſuper te malum, & neſcis ortum eius: & irruet ſuper te ca- H lamitas, quam non poteris expiare. Veniet ſuper te miſeria repẽte, quam neſcis. Quomodo autem fiat ex parte Dei, oſtendit alibi propheta Pſal. 104. dicens de Ægyptijs. Conuertit cor eorum, vt odirent populum eius. Ad idem Iob in fi. 12. ait: Qui immutat cor Principis populi terræ, & decipit eos, vt fruſtra incedant per inuium. Palpabunt quaſi in tenebris: & in luce errare eos faciet, quaſi ebrios. Sed quid eſt hoc dicere? Nunquid Deus populorum, & dominorum corda cõuertit, vel immutat ad malum?

A lum? Nequaquàm. Abſit omnino credere, quòd per ſe, vel immediatè malitiam cordi alicuius inſundat: vel aliquam inclinationem ad malum tribuat: attamen alijs modis poteſt facere, & per conſequens attribuitur ſibi. Et ad præſens quatuor generales ponamus vias, per quas Deus dicitur operari hæc talia mala. Primò per viam ſubtractionis, ſecundò per viam permiſſionis, tertiò per viam illuſtrationis, quartò per viam impreſſionis.

B

Quòd Deus quos dignos flagellis nouit, excæcat eos per gratiarum ſuarum ſubtractionem. Cap. 1.

Quō De⁹ dr̄ cā cæcitatis peccatoris, & obduratione, vide Petrū Al. li.1.q.12. arti.2. & B. Augu. lib.83. q. 68. & Magiſt. li. 1. di. 41.

PRimò per viam ſubtractionis. Subtrahit enim Deus gratiam iam populo datam, vel cuilibet communicatam: & hoc propter demerita peccatorum. Subtrahit etiā angelicam cuſtodiam, & protectionem, quam ordinauit per quatuor Angelos, ſicut patuit ſupra ſermone 8. Subtrahit enim à populo lumen veritatis, & iudicij veri, & conſilij boni tunc, dum homo crucis ſignaculo ſignare ſe putat, impingit in oculum ſuum. Abſtrahit à populo gratiam vnionis, adiutorium prouiſionis, ſanitatem aeris. C Ponderate inſuper particulariter, ſi quatuor dicti Angeli tentationes ceſſent refrenare, vt ibi dictum eſt, vel multas, ſiue aliquas prædictarum: conſiderat bene diſcreta mens, quid inde ſequitur. Sicut enim nauis ſine gubernaculo, ſcilicet abſque remo, remigantibus, & velo, non poteſt regularem curſum ſeruare, ſed ex ſola carentia dictorum irregularē curſum facere neceſſe eſt: ſic eſt in propoſito noſtro. Eſt enim mens noſtra, ſicut nauis in medio maris. Dona verò gratiarum ſunt ei pro gubernaculo, & rhemis, & anchoris, & velis. D Deus autem, & Angeli, & eccleſiæ regnū, ſunt productore huiuſmodi nauis. Ideo Dominus ait Ioan. 15. Sine me nihil poteſtis facere, & Pſalm. In manibus tuis ſortes meę. Ipſe eſt, qui operatur in nobis velle, & perficere pro bona voluntate, ſecundum Apoſtolum ad Philipp. 2.

Quòd Deus multipliciter permittit ruere, & periclitari impios peccatores. Cap. 2. B

Dn̄s tripliciter permittit hominē cadere in ruinam.

SEcundò nocet Deus per viam permiſſionis. Permittit enim Dominus populum, ſiue hominem tripliciter cadere, in ruinam dimittens eos. Quandoque in poteſtate ſuorum vitiorum, & paſſionū, ſicut ait Pſal. Dimiſi eos ſecundum deſideria cordis eorum, ibunt in adinuentionibus ſuis: ergo malè. Immo peſſimè, ſicut dicitur ad Rom. j. ideo tradidit illos Deus, ſcilicet permiſſiuè: in deſideria cordis eorum, F & in paſſiones ignominiæ, &c. Quandoq; in poteſtate dæmonum. Vnde Apoc. 6. Cū aperuiſſet ſigillum quartum: Sequitur: Et ecce equus pallidus, & qui ſedebat ſuper eum, nomen illi mors, & infernus, ſequebatur eum: & data eſt illi poteſtas ſuper quatuor partes terræ, id eſt ciuitatis, vel patriæ: interficere gladio, fame, morte, & beſtijs terræ. Vnde Iob 9. Tradita eſt terra in manus impij. Quandoque in poteſtate malorum hominum, ad malum multipliciter inferendum. Vnde Apocal. 9. de fumo putei abyſſi, id eſt de ſuperbia exierunt locuſtæ in terram, id eſt homines impij alios punientes, & flagellantes, quaſi manigoldi de Dio, id eſt ſpiculatores Dei. Sequitur: G Et data eſt illis poteſtas, ſicut habent ſcorpiones terræ. Scorpio enim lingua lingit, brachijs ſtringit, & cauda pungit. Sic tales homines, quibus permiſſiuè conceſſa eſt hæc poteſtas, peccatoribus nocent blanditijs, & malitijs, & violentijs. Ait Pſalm. *Pſal.* Loquuntur pacem cum proximo ſuo, mala autem in cordibus eorum. Et hoc dicit de blanditijs, & malitijs. De violentijs, Ezec. 30. dr̄ Cōfortabo brachia Regis Babylonis, daboque ei gladium meum in manu ſua. Cum enim permittitur populus, vel peccator eſſe in manibus vitiorum ſuorum, dæmonum, & malorum hominum: H neceſſe eſt ſequi ruinam ſuam. Sicut enim noſtra natura ſub morbis grauibus, & multiplicibus conſtituta, aut in medio ignium, ſiue in medio famelicorum leonum poſita, perire citò neceſſe eſt: ſic in propoſito noſtro. Inſuper ſicut auis ſaxa ad collum ligata habens, & alas multitudine aquarum ingurgitatas pedeſque irretitos omnino volare non poteſt, ſed bene in præcipitium ire: ſic contingit in propoſito noſtro. *Simile.*

A *Quòd propter illuſtrationes diuinorum donorum excæcantur impij, ne cognoſcant ruinam ſuam.* Ca. 3.

TErtiò nocet Deus, & indirectè ad malum inducit per viam illuſtrationis, ſiue obfuſcationis. Operatur enim Dominus quandoque opera lucis in conſpectu iniquorum, & impiorum: quæ quidem habent lyppos oculos excæcare. Nec enim pro impijs debet dimittere Deus quin regat mundi naturalem curſum, & quin teneat ordinē iuſtitiæ tam malis, quàm bonis, & quin donet bona gratiæ electis ſuis,
B faciens in eis opera miſericordiæ ſuę, illa diuidens ſingulis prout vult. Non enim debet ſol retinere, vel retrahere lumen ſuum, quia infirmis oculis eſt nociuus. Superbis humilitas, ſiue in opere, ſiue in ſermone placere non poteſt, Eccleſiaſti. 13. Abominatio ſuperbo humilitas. Homo diſcolus, & ſuperbus ex correptione ſalubri, & iuſta fiet durior, & proteruior. Carnalis homo, & animalis munditiam, & caſtitatem exemplo, vel præcepto, vel etiam ex neceſſitate ſanctæ ſocietatis ſuperpoſitas non feret, ſed fugiet: ex hoc etiam fortius concupiſcentiæ fræna laxabit. Vnde Eccleſiaſti. 21. Audiuit verbum luxurioſus,
C & diſplicebit ei: & proijciet illud poſt tergum ſuum. Auaris paupertas, & paupertatis ſermo, atque pauperes odibiles ſunt, ſicut dicitur Eccleſiaſti. 13. Execratio diuiti pauper. Incredulos, ſicut quotidie in Iudęis patet, veritatis altitudo excæcat diuinorum myſteriorum. In horum iudicium dicitur Lu. 19. quòd audiebant hæc omnia Phariſæi, qui erant auari, & deridebant eum. Et ſic intellige, quando de alijs loquebatur, ſicut de humilitate, & caſtitate, &c. Ex his patet, quòd homines malè diſciplinati, & maximè ſcelerati, ex iſtis gratijs, & virtutibus faciunt damnum ſuum. Inſuper ex gra-
D tijs electorum ad æmulationem, & ad odiū prouocantur: & ſæpius quando malis propinqua ſunt iudicia Dei, ex eorum annunciatione non corriguntur: immo proteruiunt, & deteriorantur. Nam, ſecundum Gregor. tumor mentis obſtaculum præbet veritati. Scabioſus raſorem odit, ſur lucem, adultera virum ſuum; fręneticus manibus, & pedibus impugnat eum, qui ſibi medetur: & obſtinatus, atque reprobatus peccator, & populus in prædicatore radium veritatis abhorret.

Comparatio.

Similia

Quòd ex impreſſione diuinarum gratiarum ſæpius peccatores excæcantur, ne intelligant extermininm ſuum. Cap. 4. E

QVartò etiam indirectè ad malum inducit Deus per viam impreſſionis. Miſericors enim Deus, qui non vult mortem pecatoris, ſed magis, vt conuertatur, & viuat, vt dicitur Ezech. 18. quandoq; facit aliquas gratiarum impreſſiones cordibus impiorum, quibus impij abutuntur ex eorum arbitrij libertate, & durante eorū malitia, quaſi neceſſe habēt illas gratias retorquere ad malum, ſicut inſipiens homo F
malè vtitur bonis: & Iudas ſcintilla conſciētiæ, licèt etiam Sathana illum adiuuāte, pęnitentia ductus laqueo ſe ſuſpēdit: Matt. 27. Cayphas quoq; inſtinctum propheticū à Deo ſibi immiſſum ad ſuam malignitatē, & ſuam prauam intentionem intorſit: qui Ioan. 11. ait: Expedit vobis, vt vnus moriatur pro populo, & non tota gens pereat. Multi donum naturalis ingenij, & intelligentiæ altæ in diabolicas, & pernicioſiſſimas malitias vertunt: propter quod lumine veritatis priuantur, ſicut dicitur Hierem. 33. Abſcōdam faciem meam à ciuitate hac propter omnem malitiam eorum. Alij donum fortitudinis corporalis conuertunt ad G
bella, & ad audacias ceruicoſas. Quidā donum timoris vertunt in puſillanimitates, impetum mundanæ iræ, & potentiæ plus, quàm Dei iuſtitiam formidantes. Sunt, & alij, qui diuitias, & potentias naturales, morales, ac ſpirituales in arrogantiam conuertunt. Naturales diuitias nominamus in mētalibus, vt ingenium magnum, & naturales ſenſus. In corporalibus, vt in multitudine, & pulchritudine, & populi libertate. In tēporalibus, vt in denarijs, ſeu pecunijs, mercantijs, poſſeſſionibus, ædificijs, & domi- H
nijs in honoribus, & glorioſa ſæculi fama. Morales diuitiæ ſunt prudentia, iuſtitia, fortitudo, & temperātia: & virtutes, quæ procedūt ex eis. Diuitiæ ſpirituales in fide, ſpe & charitate, & in his, quæ deriuantur ab eis, comprehenduntur. De his, qui talibus diuitijs abutebantur, erat ille, cui Apoc. 3. dicitur: Et dicis, quia diues ſum, ſcilicet in diuitijs naturalibus, & locupletatus in moralibus, & nullius egeo, ſcilicet in diuitijs diuinalibus: & neſcis, quia tu es miſer, ſcilicet quo ad primas, & miſerabilis quo ad ſecūdas: & pauper, & nudus, & cæcus

Morales diuitię.

A cus in diuinalibus, ſeu ſpiritualibus. Et ſecundum hanc quartam viam dominis ſimiliter, & populis: Prouerb. 21. dicitur: Cor Regis in manu Dei, quocunque voluerit inclinabit illud. Ecce quomodo ex parte Dei venit patriæ, & populo laqueus, quem ignorat.

Articvlvs Secvndvs.

Quòd quadruplex eſt cauſa ex parte mundi, quare populi, & magnates non intelligunt ſua futura iudicia.

B

Secundò venit ex parte mundi ignorãtia hæc. Ideo propheta ſubdit: Et captio, quam abſcõdit, apprehẽdit eum. Quænam eſt hæc captio, quam peccator abſcondit, niſi diuinum iudicium, quod ſub inconſideratione Dei, & ſui per ignorantiam ſibijpſi peccator abſcondit male viuendoq; celat? Hæc quidem captio tunc peccatorem cęcum apprehendit, cum inſperatum, nec expectatum Dei iudicium venit. Ab hac captione timebat apprehendi, Pſalm. dicens: A negocio perambulante in tenebris. Ideo alibi orabat dicens: Ab occultis meis munda me, Domine, &c. *Pſal.*

C Inſuper Iob 13. hoc timens ait: Quantas habeo iniquitates, & peccata? &c. Si ille, quem de aliquo certo peccato cor in tota vita ſua non reprehendit, peccata ſceleta, & iniquitates ſe habere timebat, ac per hoc Dei iudicium formidabat: quantomagis peccatores, & populi in omni ſcelere inuoluti, in omni iniquitate irretiti, in omni ignorantia obcęcati, hoc trepidare tenentur? Quod ſi non fecerit inſipiens multitudo: captio, quam abſcondit, apprehendit eam. Magnum verò periculum eſt tale iudicium non videre: quia malum, quod

D ignoratur, nequaquam timetur: nec remedium præparatur, nec exhibetur. Sed vnde ex parte mundi eſt ignorantia iſta? Dicendum, quòd quadruplex poteſt eſſe cauſa eius. Prima longa tranquillitas, ſecunda magna proſperitas, tertia apparens bonitas, quarta exiſtens iniquitas. *Ignorantia, q eſt ex parte mũdi vñ.*

E *Quòd longa tranquillitas pacis occultat peccatoribus exterminia ſua futura, & propinqua. Cap. 1.*

Prima cauſa eſt longa tranquillitas. Occultatur enim multitudo malorum, & magnitudo eorum, & diuinorum iudiciorum ex longa temporis dilatione, ſicut tempore Loth illi perituræ generationi: Gen. 19. Nã ſi non ſolum, quòd populus ille crederet ſe tali iudicio exterminandum: ſed nec generi Loth ita inſenſibiles facti ſunt, quòd cum diceret eis, ſurgite, & egredimini de loco iſto, quia delebit Dominus ciuitatem

F iſtam, viſus eſt eis quaſi ludens loqui. Quaſi dicerent: Quomodo deleret Dominus tam pulchram patriam, quæ dicitur quaſi paradiſus Dei? quomodo aboleret tantam multitudinem populorũ, vbi multi paruuli, & innocentes, qui in hac particulari patria nunquàm fecerint hoc, cum etiam ſumus de populo Dei? Hoc truſaris, vt terreas nos, &c. Idem ſimiliter tempore diluuij factum eſt, quòd Noe diluuium prædicebat non ſolum verbo annunciando, ſed etiam facto arcam fabricando. Sed quia

G tunc Dominus non pluerat ſuper terram, nec aliquod notabile iudicium, & exterminium dederat mundo, longaq; mundana tranquillitate ſteterat mundus, carnales homines tale exterminium abhorrebant: ideo hoc credere non poterant, nec volebant. Sic etiam erit tempore iudicij generalis, ſicut dicitur Lu. 17. Sicut factum eſt in diebus Noe, ita erit in diebus filij hominis. Edebant, & bibebant, vxores ducebant, & dabantur ad nuptias, vſque in diem, qua intrauit Noe in arcam: & venit diluuium, & perdidit omnes. Similiter ſic factum eſt diebus Loth, edebant, & bibebant, emebant, & vendebant, plantabant, & ædificabant: qua die autem exijt Loth à Sodomis, H

pluit ignem, & ſulphur de cœlo, & omnes perdidit. Sic ſæpè euenit ciuitatibus, & patrijs, quæ diu abſq; diuinis flagellis, & maximè guerris in tranquillitate ſteterunt. Hoc etiam exterminium iudiciorum factum eſt per Romanos Hieroſomilitanæ ciuitati, & patrię, quod preuidens Dominus, Lu. 19. flens ſuper ciuitatem ait: Si cognouiſſet, & tu. Et quidem in hac die tua, quæ ad pacem tibi, nunc autẽ abſcondita ſunt ab oculis tuis.

A *Quòd proſperitas magna excæcat oculos peccatorum, ne cognoſcant propinquam ſuam ruinam. Ca. 2.*

Magna proſperitas obcęcat homines

SEcunda cauſa huius occultationis eſt magna proſperitas. Magnitudo enim proſperitatis, & abundantia bonorum temporalium, mirabiliter excęcat oculos populorum. Qui habet aures audiendi, audiat quid ſpiritus dicat huic ciuitati: Ezech. 16. Hæc fuit iniquitas Sodomæ ſororis tuæ, ſuperbia, ſaturitas, panis abundantia, & otium ipſius, & filiarū eius. Vnde Deuteron. 33. Dan fluet largiter ex Baſan. Dan B cauſa, & Baſan pinguedo interpretantur. Quaſi dicat: Cauſa fluentis ruinæ eſt pinguedo. In exemplum eius conſiderentur patriæ à Deo per exterminia ſæpius, & durius in Italia viſitatę, & abundantiores reperientur, ſicut patet de Lombardia, Apulia, Bononia, &c. Hinc dicitur Hierem. 5. Magnificati ſunt, & ditati, incraſſati ſunt, & impinguati: & prętierunt ſermones meos peſſimè. Vnde Deuteron. 32. Incraſſatus eſt dilectus, & recalcitrauit: incraſſatus, impinguatus, dilatatus. Vnde Oſeæ 13. Adimpleti ſunt, & ſaturati ſunt: eleuauerunt cor ſuum, & obliti ſunt mei. Ad idem dicitur Iob 15. Contra omnipotentem roboratus C eſt, cucurrit aduerſus Deum erecto collo, & pingui ceruice armatus eſt. Vnde Pſalm. Repleti ſunt, qui obſcurati ſunt terræ domibus iniquitatum. Et Hiere. 22. dicit Dominus ad tales: Locutus ſum ad te in abundantia tua, dixiſti non audiam. Hæc eſt via tua ab adoleſcentia tua, quia nō audiſti vocem meam. Mira nempe ingratitudo hominum, & ignorantia cœca: cum cætera animalia per beneficia domeſticantur, ſola humana corda per Dei beneficia excęcantur, & indurantur.

Pſal.

D *Quòd bonorum apparentia occultat populis Dei iudicia. Cap. 3.*

TErtia cauſa huius occultationis, eſt quædam apparens bonitas. Sicut in pleriſque ciuitatibus hoſpitalia multa, & magna eccleſiarū ædificia, mira multitudo religionum, & religioſorum. Quæ, licèt in multis ſint grata Deo, attamen multi inſipientes quadam inſana confidentia in illis ſperant: tum ipſi omnia illis contraria operentur. Nec tamen celare poſſunt, quin oſtendant, quòd talia, quæ agūt, ſunt apparentia, non exiſtentia bona: cum ipſi tuba canant quæcunque faciunt de E talibus ſpiritualibus bonis. Non enim hoc ædificarent hoſpitale, non eccleſiam, non altare, ſiue capellam, non denique ſimile quicquàm, niſi nomen ſuum, & arma ibi quandoque ſupra Chriſtum notabiliter inſignirent. Quod etiam per prophetam præuiſum eſt, cum dicit: Poſuerunt ſua ſigna, non Dei ſigna, ſcilicet eorum hypocritæ intentionis, & non cognouerunt, ſcilicet in vita, ſicut in exitu cogniuri ſunt, ſuper ſummum, ſcilicet ponunt, nec etiam verentur in ſacris calicibus, & paramentis talia operari. Contra quos Dominus ait, Matth. 6. Cum facis eleemoſynam, noli tuba F canere ante te, ſicut faciunt hypocritæ. Vnde Matth. 23. Duces cæci excolantes culicem, ſcilicet, ne bibatur cum vino: camelum autem glutientes, id eſt minima delicta quaſi expurgantes, maxima autem cōmittentes, & incorporantes. Apparēt quidam geſtu, & inceſſu modeſti, & graues: mulieres etiam aliquæ maturæ, & honeſtæ, & communiter populi extrinſecus in multis apparent deuoti, ac virtuoſi: ad quos dicit Dominus, Matth. 23. Mundatis quod de foris eſt calicis, & parapſidis: intus autem pleni eſtis rapina, & immunditia. Munda prius, quod intus eſt. Et addit: Similes eſtis G ſepulchris dealbatis, quæ foris apparent hominibus ſpecioſa, intus verò plena ſunt oſſibus mortuorum, & omni ſpurcitia. Sic, & vos à foris quidem apparetis hominibus iuſti, intus autem pleni eſtis hypocriſi, & iniquitate.

Inſana quorūdā cōfidētia.

Quòd peccata impiorum excæcant oculos illorum, ne ſint capaces ruinæ ſuæ. Cap. 4.

QVarta cauſa eſt exiſtens iniquitas. Multiplicata enim peccata excęcant H populi intellectum, ne veritatē intelligere queant. Vnde Sapien. 2. Excęcauit eos malitia eorum, & neſcierūt ſacra Dei, id eſt eius occulta: neque mercedem ſperauerunt iuſtitiæ. Cum enim aqua etiam clara quaſſatur, & agitatur, difficilè quid in ea lateat, videri poteſt: quantomagis in turbida, vel in ceno? Sic etiam cum populus immergit ſe in peccatis, ſicut ſus in volutabro luti: quid mirum, ſi Dei flagellantis futura iudicia non cognoſcitur? Sed audi, vtinam non de populo iſto, illud Sapien. 14. omnia, ſcilicet ſcelera commixta ſunt.

Peccatū dr obcęcare hoīem, qa priuat illū diuina gra, ſine qua de ſcēdit homo in interitum.

San-

A Sanguis, homicidium, furtum, fictio, corruptio, infidelitas, turbatio, periurium, tumultus, & bonorum Domini inmemoratio: animarum inquinatio, neceſſitatis immutatio, nuptiarum inconſtantia, inordinatio mechiæ, & impudicitiæ. Quid igitur mirum, ſi in talibus, & grauioribus populi inuoluti non intelligunt futura ſuper eos iudicia Dei? Vnde Dominus Soph. 1. comminatur dicens: Tribulabo homines, & ambulabunt, vt cæci, quia Domino peccauerunt. Et effundetur ſanguis eorum, ſicut fumus, & corpora eorum ſicut ſtercora. Et hæc captio, quam abſcondit populus,
B apprehendit eam. Et hæc ſufficiant de ſecunda cauſa ex parte mundi.

ARTICVLVS TERTIVS.

Quòd propter quadruplicem cauſam occultat Deus iudicia ſua.

Tertia cauſa ignorantiæ talium iudiciorum, eſt ex parte ipſius iudicij. Quod quidem inperſcrutabile eſt, ideo dicitur ad Rom. 11. exclamatiuè: O altitudo diuitiarum ſapientiæ, & ſcientiæ Dei, quàm incomprehenſibilia ſunt iudi-
C cia eius, & inueſtigabiles viæ eius. Magna quidem abyſſus, quòd ſæpe peccatores Dei iudicia, & flagella, quæ maximè horrent, ante oculos teneant, necilla cognoſcant, vt meritò populo eueniat illud Pſalm. Et in laqueū cadat in ipſum, id eſt, inſperato, cadat in iudicium Dei: ideo timeant popu-
Pſal. li iudicia Dei. Vnde Pſalm. alibi: Iudicia Dei abyſſus multa. In tali enim occultatione iudicij quatuor latent abyſſus, quæ ſunt quatuor cauſæ, propter quas hæc Dei iudicia occulta ſunt. Prima eſt abyſſus timorationis, ſecunda abyſſus humiliationis, tertia abyſſus excluſionis, quarta eſt abyſſus excæcationis.

D

Quòd Deus occultat iudicia ſua, vt ſemper peccatores habeant timere, atque pauere. Cap. 1.

Prima eſt abyſſus timorationis. Occultat enim Deus futura flagella, vt ſemper peccatores paueant illa ignorantes, quando Dominus venturus ſit, ſicut Apoc. 3. comminatoriè dicit Dominus tali populo. In mente habe, qualiter acceperis per aurem mentis, & audieris per aurem corporis, & E
ſerua, id eſt obſerua per te audita, & pœnitentiam age de præteritis culpis. Si igitur non euigilaueris tu popule, qui litargio ſomno opprimeris, veniam ad te, tanquàm fur, & neſcies qua hora veniam. Et meritò quidem: vt qui Deum cognoſcere, diligere, & timere noluit propter beneficiorum collationem, ipſum intelligat per durorum flagellorum punitionem, iuxta illud prophetæ: Cognoſcetur Dominus iudicia faciens.

Quòd ad humiliandum elatos occultat Deus iudicia ſua. Cap. 2.

F

Secunda eſt abyſſus humiliationis. Multi plerunque, quando ſunt in culmine *Humiliatis abyſſus.*
magnō, tātæ ſapientiæ ſe æſtimāt eſſe, q̄ oculo menti à Deo omnino amoto putant ſe eſſe ſufficientes regere totum mundum. Hanc ſuperbiam volens comprimere Deus, occultat iudicia ſua, ipſoſque, inſperato, flagellans humiliat confuſione condigna, ſicut Iob 26. de Domino dicitur: Prudentia eius percuſſit ſuperbum: & Pſal. Tu humiliaſti, ſicut vulneratum ſuperbum in brachio virtutis tuæ. Et alibi: Diſperge, id eſt, diſperges illos in virtute tua, & depo- *Pſal.*
ne, id eſt depones eos protector meus Do- G
mine. Delictum oris eorum, ſcilicet depones, & ſimiliter ſermonem labiorum ipſorum: & comprehendantur, id eſt comprehendentur in ſuperbia ſua de execratione, & mendacio.

Quòd occultat Deus multis iudicia ſua, propter illorum indignitatem. Cap. 3.

Tertia eſt abyſſus excluſionis. Non enim decet Dei ſecreta indignis, & H
indiſpoſitis reuelari. Ideo aliqnibus ſanctis viris alias idoneis pluries abſconduntur talia iudicia Dei: quia fortè neſciret celare indignis, aut fortè nō plenè idoneis, vt & iniuſti, magis aūt ſcelerati in ſuſpitione taliū iudiciorum ſemper habeat vigilare. Vñ Apoc. 2. cōminatur tali populo Saluator dicēs. Pœnitentiā age, & prima opera fac. Sin autē, venio tibi, & mouebo cādelabrū tuū de loco ſuo. Cādelabrū verò eſt, qđ lumen tenet, ſed ex ſe lumen nō habet: regnū eſt a Deo pro ſua gloria cōceſſum, &c. quæ prudenter dicat prædicator diſcretus.

A *Quòd occulta ſunt iudicia Dei, ad obcæcandum oculos impiorum, ne illa effugere poſſint.* Cap. 4.

Abyſſus excæcationis.

QVarta eſt abyſſus excæcationis. Occultat enim Deus iudicia ſua ad excęcandū reprobos taliū temporum: & ad hoc, ꝙ talia veniāt ſuper eos ſubitò, & improuiſè. Et licèt præmoniti ſint tales per prædicationes, & ſigna: verificatur tamen in eis illud Io. 11. In iudiciū veni, ſ. per annunciatā veritatē in hunc mūdum, vt qui non vident videāt, & qui vidēt cęci fiant: Vnde Eſa. 6. Audiui vocē Dñi di-
B centis, quem mittā, & quis ibit nobis? Et dixi: Ecce ego, mitte me. Et dixit: Vade, & dices populo huic: Audite audiētes, & nolite intelligere: & videte viſionem, & nolite cognoſcere. Excęca cor populi huius, & aures eius aggraua, & oculos eius claude: ne fortè videat oculis ſuis, & auribus ſuis audiat, & corde ſuo intelligat, & conuertatur, & ſanem eum. Et ſic meritò in laqueū cadat in ipſum, quia qui ſe exaltauerit, humiliabitur. A quo laqueo, & à quibus periculis, & iudicijs eripiat nos illuminator mentium Dñs noſter Ieſus Chriſtus dans verè pęnitentibus gratiā in præſenti, & glo-
C riam in futuro: qui cū Patre, & Spiritu ſancto iudicia ſua retinens, & diſpenſans triūphat glorioſus in ſæculā ſæculorum, Amē.

FERIA QVARTA, poſt ij. Domin. in Quadrag.

De multiplici hominum ignorantia.

Sermo XXI.

D

Ignorātia quadruplex aſſignaē à ſacris Theologis facta, affectata, & ignorātia malitiæ & qua dicit. Oīs ignorās mal⁹. Gab. li 2. diſt. 22. q. 2. Item in ſerm i Cæna Dñi.

NEſcitis, quid petatis: Matth. 20. & in Euang. hodier. Multum officit charitati ignorantia veritatis: etenim inde fit, ꝙ nec bonum amatur, nec malū odio habetur. Et quod periculoſius eſt, cōtingit ex hoc ſæpè, ꝙ bonum reſpuitur, & malum eligitur, eo, ꝙ bonum veraciter æſtimetur malū, & malum bonū. Quod intelligens ſapiētia Dei Chriſtus, Iacobo, & Ioāni ex ignorantia ingrata, poſtulantibus in verbo propoſito reſpondet, dicens: Neſcitis quid petatis. Nā ad literam ſi quærebant in aliquo terreno regno primatum, in quo fortè Chriſtum regnaturum putabant: meritò dixit eis: Neſcitis quid petatis, quia ab eo nihil terrenū poſtulare debebant. Si ve- E
rò, quod magis puto, poſtulabant primatū cęleſtis regni, ēt pro tāto ꝗd peterēt ignorabant: eo, ꝙ id nō peterent ſub ordine debito, neque ex puro affectu, & intentione. Non.n. peti debet à nobis quies gloriæ ante paſſionis laborē, nec pmiū ante meritū, nec corona, niſi poſt triumphalē victoriā: nec ēt quæri debet eminētior gradus: quia iudiciū ſuperbiæ eſt, maximè ſi fiat ex quadam priuata ambitione honoris, & dignitatis, ſicut iſti petere videbantur. Non etiam debet peti ex iure, vel confidentia cognationis carnalis ad Chriſtū, ſiue ad ſanctos, ſicut faciebant iſti. Ex iſtis patet, quanta ignorantia veritatis ſit in humana mente, F
dum ignorat quid ſalubriter ſit petendum. Proinde pro humano genere in Pſalm. 81. meritò dicitur: Neſcierunt, neque intellexerunt, in tenebris ambulāt. In quibus verbis triplex ſtatus denotaē. Primus eſt ignorantiæ naturalis, de quo dicit, neſcierunt, ſ. ex natura. Secundus eſt ignorantiæ generalis, de quo ait, neq; intellexerunt, ſ. ex gratia. Tertius eſt ignorantiæ criminalis, ideo dicit, in tenebris ambulant: ſ. errorum, & peccatorum. De his quoque Lucæ 18. myſtycè dictum eſt: Cęcus quidam: in hoc denotatur ignorantia naturalis: ſedebat ſecus G
viam: & in hoc exprimitur ignorantia generalis, mendicans, & in hoc indicatur ignorantia criminalis. Et vtrunq; verbum poteſt eſſe thema in quinquageſima, vel in alio tempore pro præſenti materia.

Triplex ſtat⁹ ignorantia.

ARTICVLVS PRIMVS.

De ſeptemplici ignorantia naturali, quam omnes habemus.

PRrimus ſtatus eſt ignorātiæ naturalis. Vnde Pſal. ait: Neſcierunt, ſ. H
communiter omnes, quia naturalis ignorantia eſt. Et licèt ex peccato primorum parentum exordium ſumpſit, non tamen in hominibus peccatum eſt. De hac ignorantia loquitur Iob 3. de homine, dicens: Circūdedit eum Deus tenebris: ſcilicet ignorantię. Ignorat enim ſeptem. Primò quæ ſunt ante ſe, ſecundò, quæ ſunt poſt ſe, tertiò, quæ ſunt iuxta ſe, quartò, quæ ſunt ſupra ſe, quintò, quæ ſunt intra ſe, ſextò, quæ ſunt infra ſe, ſeptimò ignorat omnia. Et de his omnibus dicitur Iob 37. Nos quippe inuoluimur tenebris, &c.

Pſal.

Homo in hoc ſtatu ſeptē ignorat.

A *Quòd naturaliter præterita ignoramus. Cap.* 1.

PRimò ignorat homo, quæ ſunt ante ſe. Vnde Eccle. 8. Multa hominis afflictio, qui ignorat præterita, & 10. capit. Ignorat homo quid ante ſe fuerit.

Quòd naturaliter futura ignoramus. Cap. 2.

SEcundò ignorat homo, quæ poſt ſe ſunt, ficut Ecc. ĩ dicto 8. c. ait Futura nul lo poteſt ſcire nuncio, & idem 10. cap.
B Et quid poſt ſe illi futurum ſit, quis poterit iudicare? Hinc Iacob. 4. Quid dicitis hodie, aut craſtino ibimus ad illam ciuitatem, & faciemus quidem ibi annum, & mercabimur, & lucrum faciemus: qui ignoratis, quid ſit vobis futurum in craſtinum? Prouerb. 27. Ne glorieris ignorans, quid ſuper uentura pariat dies. Vnde Eccle. 9. Neſcit homo finem ſuum.

Quòd naturaliter ignoramus corda hominum. Cap. 3.

C TErtiò ignorat homo, quæ ſunt iuxta ſe. iuxta illud Apoſtoli. 1. Corin. 2. Quis ſcit hominum, quæ ſunt hominis, niſi ſpiritus hominis, qui in ipſo eſt? Et Hiere. 17. Prauum eſt cor hominis, & inſcrutabile, quis cognoſcet illud.

Quòd naturaliter ignoramus quæ ſuperiora ſunt nobis. Cap. 4.

QVartò ignorat homo, quæ ſunt ſupra ſe, ſicut teſtatur Apoſtolus. 1. Timoth. vlti. Lucem habitat inacceſſibilem, ſcilicet Deus, quã
D nullus hominum vidit, nec videre poteſt. Et iterum propheta ait, Poſuit tenebras latibulum ſuum.

Quòd naturaliter ignoramus quid ſit in cõſcientia noſtra. Cap. 5.

QVintò ignorat homo, quæ intra ſe ſunt, iuxta illud pſ. Ab occultis me is munda me Domine, &c. Vnde Iob. 9. Etiam ſi ſimplex fuero, hoc ipſum ignorant anima. Et iterũ. 1. Cor. 4. Nihil mihi conſcius ſum, ſed non in hoc iuſtificatus ſum. Vnde Eccl. 9. Neſcit homo, E
vtrum odio, vel amore dignus ſit, &c.

Quòd naturaliter ignoramus quæ inferiora nobis ſunt. Cap. 6.

SExtò ignorat homo, quæ infra ſe ſunt. Vnde Eccle. 1. Cunctæ res difficiles, nõ poteſt homo eas explicare ſermone. Vnde Sap. 9. difficile ęſtimamus, quæ in terra ſunt: & quæ in proſpectu ſunt, inuenim⁹ cum labore. Et Ecc. 11. quõ ignoras, quæ ſit via ſpiritus, & qua ratione compingant oſſa in ventre prægnantis: ſic neſcis opera Dei, qui fabricator eſt omnium.

Quòd natura omnia vniuerſaliter ignoramus. Cap. 7. F

SEptimò ignorat homo naturaliter vniuerſaliter omnia, iuxta illud Eccl. 8. Intellexi, quòd omnium operum Dei nullam poſſet homo inuenire rationem, & q̃to plus laborat, tanto minus inuenit. Et iterũ Sap. 9. cum dixiſſet, difficile ęſtimamus, q̃ in terra ſunt, & quę in proſpectu ſunt inuenimus cum labore: addidit: Quæ in cœlis ſunt, quis inueſtigabit? Tamen vniuerſali ignorantiæ fidei remedium à Domino, vel nobis ignorantibus adhibetur. Dixerat em̃ Deus Adę, Gen. 2. q̃cunque enim die comederis, morte morieris. Quod quidem non credẽs præceptum Domini, contempſit atque propter inobedientiam in prædictas ignorantias lapſus eſt. Proinde, & illi, & nobis ſalubre remedium rectè inopinatum parauit, ſcilicet fidem: per quam à pernitioſa cæcitate prædictæ naturalis ignorantiæ homo ſalubriter adiuuatur. Vnde Aug. ĩ li. de trini. ait. Mentis humanæ acies inualida in tam excellenti luce nõ figitur, niſi per iuſtitiam fidei emundetur. Et Bern. ſuper Cantis. Quid non inuenit fides? Attingit inacceſſa, dep̃hendit ignota, cõp̃hendit imẽſa ap̃ndit nouiſſima, ipſã deniq; ęternitatẽ ſuo illo vaſtiſſimo ſinu quodãmõ circũcludit. H

Omnia vniuerſaliter ignorantur. (G) *Aug.* *Bernard.*

ARTICVLVS SECVNDVS.

De ignorantia iuris, & de ignorantia facti, & quando excuſabiles ſunt, & quando non.

SEcũd⁹ ignorãtiæ ſtat⁹ ẽ ignorãtiæ gñralis. Et d̃ hac pſ. ſubdit. Neq; intelle. erũt. ſ. ex gr̃a: & hoc mediãte eo q̃ eu⁹ pa.

Poinde

A Proinde. Bern. in epiſtola ad magiſtrum Hugonem ait: Multa ſcienda neſciuntur, aut ſciendi incuria, aut diſcendi deſidia, aut verecundia inquirendi. Et quidē hæc ignorantia non habet excuſationē. Hæc ille. Vnde Auguſtinus de verb. Apoſtoli ait: Peſſimæ matris ignorantiæ, peſſimæ inde duæ filię ſunt, ſcilicet falſitas, & dubietas. Illa miſerior, iſta miſerabilior: illa pernitioſior, iſta moleſtior. Ad bene viuendum igitur neceſſe eſt noſſe, quid faciendum, quidve finendum ſit. Vnde Cęſarius in quodam ſermone ſuo. Quamuis ſit melius facere, quàm dinoſcere: prius tamen eſt noſſe, quàm facere. Audi ſcripturam dicentem. Omnis, q non didicerit iuſtitiam, ſuper terram veritatem non faciet. Et iterum, zelus appræhendit populum ineruditum. Duplex eſt ignorantia impediens omne bonum, vt dicitur 1. q. 4. cap. vlt. ſcilicet, ignorantia iuris, & ignorantia facti. Prima eſt ignorantia iuris, & hæc eſt ſeptuplex, quaſi ſeptem ignorantiæ ſpecies. Dicitur enim prima ſapiens, ſiue diſcreta, ſecunda inuincibilis, tertia ſimplex, quarta difficilis, quinta craſſa, & ſupina, ſexta affectata, ſeptima peruerſa, ſiue aduerſa.

Secundus ignorātia ſtatus.

B

Ignorantia ſeptuplex.

C

De ignorantia docta, & ſancta. Cap. 1.

PRima dicitur ignorantia ſapiens, ſiue diſcreta, ſcilicet quando homo non curat ſcire, quæ non ſūt neceſſaria ſibi ad ſalutem: maximè quando illa non poteſt diſcere abſque periculo animæ ſuæ. Hinc Domin⁹ ait, Mat. 5. Si oculus dexter, ideſt ſcientia ſcandalizat te, erue eum, & proiice eum abs te. Expedit enim tibi, vt pereat vnum membrorū tuorum, quàm totum corpus tuum eat in gehennam. Vnde Aug. de verb. Apoſtoli ait. Melior eſt fidelis ignorantia, quàm temeraria ſcientia.

D

De ignorantia inuincibili, & quando excuſat, & quando non. Cap. 2.

SEcunda ignorantia inuincibilis dicitur. Et eſt duplex. Prima, quæ introducta eſt præter culpam: ſecunda, quæ introducta eſt per culpam. Prima autē, quæ introducta eſt, præter culpam, ſicut patet in pueris, in quibus ſimpliciter priuat cognitionem iuris: ſimiliter, & furioſis, qui omnino carent rationis vſu: & in decrepito, qui non diſcernit: & in eo, qui naſcitur amens. Et hęc ignorantia ſecundum Bona. in 2. excuſat à toto, quia caret rationis vſu. Secundò autem, ſi talis ignorantia introducta eſt per præambulam culpam: ſicut inebrioſo, qui ſe præcipitauit per culpam ſuā: & ſic non à toto, ſed à tanto excuſat: vnde minus peccat, quàm ſi non fuiſſet ebrius, ar. 5. di. ſæpe. Quidam tamen dicunt, quòd excuſat à toto, ſi totaliter ligat. Talibus, ſi ſanantur, pœnitentia imponenda eſt eis ſecundum canones, quia nouam culpam tunc ebrius committit, ſicut accidit Gen. 19 in Loth, quem dicunt Sancti fuiſſe culpabilem, licèt excuſent eum in parte, & à tanto. Et ſic eſt de amentibus, qui propter luxuriam etiam vxoris amentes facti ſunt. Vnde Eſdrę lib. 3. cap. 4. Multi propter vxores facti ſunt amentes. Similiter de alijs, qui carent vſu rationis ex præcedenti culpa. Hoc no. ſecundum Bonauen. & Alex. de Ales in 2. Ad hoc facit, quod dicitur. 15. q. 1. ſi quis inſaniens: vbi dicitur: Si quis inſaniens aliquem occiderit, ſi ad ſanam mentem peruenerit, leuior ei pænitentia imponenda eſt. Secundum glo. iſtis imponitur pęnitentia, & tamen non deliquerūt: ſed hoc fit ad cautelam, vt no. 50. di. præſbyteros, & 34. q. 2. in lectum, & ne diſcipli na eccleſiæ deſeratur. 23. q. 5. excommunicatorum, &c.

Ignorātia inuincibilis.

E

F

G

De ignorantia ſimplicitatis, & quando excuſabilis eſt, & quando non. Cap. 3.

TErtia eſt ignorantia ſimplex, ſecundum Alexan. de Ales, & Bonauen. ſcilicet, cum quis neſcit, quod ſcire tenetur: laborat tamen, vt ſciat. Talis autem dupliciter laborare poteſt, aut plenè, aut ſemiplenè. Si plenè laborat, vt ſciret vt patet de eo, qui ignorat, quæ tenetur ſcire ſecundum ſtatum ſuum: tamen laborat audiendo verbum Dei, vel legit, vel à ſapientibus de illis ſollicitè quærit: & hæc ignorantia, vel totaliter excuſat, vel ſaltem, vt non ſit peccatum damnabile. 11. q. 3. excellentiſſimis. & cap. ſe. & 26. q. 2. cap. vlt. & 1. q. 4. c. vlt. Si autem laborat, vt ſciat prædicta, ſed non plenè: excuſat à tanto, ſed non à toto, ſecundum Bonauen. in Centiloquio.

Ignorātia ſimplex.

H

De

A *De ignorantia, quomodo habet intelligẽtiã per lucida tempora, vel interualla Cap. 4.*

Ignorãtia difficilis.

QVarta autem ignorantia eſt difficilis, & ſecundum Bonauen. hæc eſt illa, quæ nõ totaliter vſum rationis tollit: quæ in illis eſt, qui non ſunt omnino furioſi, ſed habent quandoq; interualla lucida. Item ſimile eſt in pueris, qui iam capaces ſunt præcepti, licèt non plenè. Et hęc licèt excuſet à tanto, nõ tamen à toto. Ad hoc no. 32. q. 7. quemmadodum.

B *De ignorantia craſſa, & ſupina, & ad quorum iurium noticiam homo neceſſario obligatur. Cap. 5.*

Ignorãtia craſſa.

QVinta autem ignorantia eſt craſſa, & ſupina. Talis enim ſecundum Alex. de Ales eſt, quando aliquis negligit ſcire, quod tenetur ſcire, nec tamen vult ſe neſcire. Ignorantia enim craſſa, & ſupina ſic dicta eſt, per metaphorã hominis craſſi, & ſupini, qui non videt etiam ea, quæ coram eo ſunt: ſicut qui publica, & manifeſta ſe dicit ignorare, vel ignorat, habere dicitur conſcientiam craſ-
C ſam. 16. di. ꝙ dicitis. Talis fuit ignorantia Pauli, ſecundum Richar. Vnde j. Timoth. j. inquit: Miſericordiam Dei conſecutus ſum, quia ignorans feci. Et talis ignorantia non habet excuſationem. Eſt nihilominus aduertendum, quòd diuerſa iura diuerſimodè diuerſos obligant, ſecundum Bonauen. Quia aliter obligat ius naturale, aliter ius diuinum, aliter ius ciuile, aliter ius continens conſtitutiones eccleſiaſticas, & morales.

Ius naturale.

Primò ius naturale omnes obligat, & nullum adultum excuſat, cum ſit ſcriptum in cordibus noſtris, & habetur prima q. 4. cap. notandum. Vbi dicitur, quòd
D ignorantia iuris naturalis omnibus adultis damnabilis eſt. Adultis dico, qui habent vſum rationis propter furioſos, & huiuſmodi. Idem dicit Alexan. de Ales.

Ius diuinum.

Scundò ius diuinum ignorare, quod quidem eſt lex, prophetæ, euangelium atque apoſtolicæ doctrinæ, ſecundum Bonauen. in Centiloquio, & Alexan. in 2. & in 3. accuſat, ſicut de magno, & de mortali delicto prelatos, & maximè Epiſcopos, & metropolxtanos, qui tenentur de fide, & ſpe reddere rationem. Accuſat autem ſicut de veniali clericos ſimplices, & illuſtratos, qui curam nõ ſuſcipiant animarum: qui cum potuerunt E
addiſcere, noluerunt. Laicos verò in nullo accuſat, quia ad ipſos non pertinet dummodò non contemnant. Sed ſecundum Alex. laici tenentur ad notitiam Decalogi, & eorum, quæ pertinent ad fidem, pro, vt continetur in ſymbolo Apoſtolorum.

Ignorãtia quò ad ius diuinum.

Ignorantia verò, quo ad quædam iuris diuini, eos excuſat ſimpliciter: quantum ad quædam verò, excuſat à tanto, & ſi non à toto. Hæc notat Alexan. de Ales, & Bonauen. Et in hoc apparent culpæ calcantium cruces, quæ ſuper lapides tumulorum in pleriſque locis irreuerentiſſimè fiunt contra legem diuino iure manantem, C. nemini lice. libro primo. vbi dicitur. Nemini licet ſi- F
gnum Saluatoris in terra, in ſilice, vel in marmoribus humi poſitis inſculpere, vel pingere, ne pedibus conculcetur. Qui autem in terra poſuerit, vel poſitum non leuauerit, morte mulctetur. Sed cõtra hoc quidam allegant conſuetudinem: quibus reſpondendum eſt illud, quod dicitur di. 8. cap. conſuetudo, vbi dicitur. Conſuetudo ſine veritate, vetuſtas eſt erroris, & per cõſequens non excuſat. Proinde credo, quòd mortaliter peccant omnes, quibus innoteſcit hoc, ſi ad eos pertinet, & non remouent eas.

Ius legũ.

Tertium ius, ſcilicet legum, ſolos iudices accuſat, dicitur enim 1. q. 4. ca. vlt. ꝙ ius ciuile alijs permittitur ignorare, G
alijs non. Secundum enim Alexan. de Ales: Ruſticis enim, & mulieribus, & in minori ætate conſtitutis permittitur ignorare, quæ ſunt de iure ciuili: maximè in damno vitãdo: in malefitiis autem non ſic.

Ius continẽs morales conſtitutiones.

Quartum ius continens morales conſtitutiones, & eccleſiaſticas ad diſcernenda peccata. accuſat ſacerdotes, & curam animarum habentes, & confeſſores. Ignorantia huius iuris quoſdam alios excuſat, & ſi non à toto, tamen à tanto. Non enim omnes clerici tenentur ad notitiam omnium, quæ ſunt in iure canonico: & ſi canonico: & ſi teneantur ad notitiam quorundam. Hæc dicit Alexand. H
ad hoc. 24. q. 1. cap. ſi quis dederit, ſecundum Tho. prima 2. q. 76. Omnes communiter tenentur ſcire ea, quæ ſunt fidei, & vniuerſalia iuris præcepta. Singuli autẽ ea, quæ ad ſtatum eorum, vel officium ſpectãt. Nam quicunque negligit habere, vel facere ea, ad quæ tenetur: peccat peccato omiſſionis. Vnde propter negligentiam ignorãtia eorum, quæ quis ſcire tenetur, eſt peccatum. Hæc ille. Ad hoc no. extra de iniuris, & dam. cap. ſi culpa. Et cõtra hanc quidam

tam

A tam ignorantiam ait Apoſtolus. Quicunq; ſtultus eſt in culpa, ſapiens erit in pœna. Et illud. 1. Cor. 14. Si quis ignorat, ignorabitur. Facit ad hęc 38. diſt. qui ea. Conſiderent hoc confeſſores ignari, & cæci, & duces cæcorum, qua temeritate iſta exerceãt, vt non adducant in inferos peccatores illaqueatos iudicantes, quæ neſciunt, & ignorant. Vnde Hiero. Imperitia confidentiã, & eruditio timorem creat. Addam quoq;, quod mirabilius eſt, quòd quanto minus intelligunt, plus præſumunt.

De ignorantia affectata. Cap. 6.

B SExta verò eſt ignorantia affectata. Et hæc eſt, cum quis affectat ignorare, qđ ſcire tenetur: non tamen determinat apud ſe, ꝙ teneatur illud ſcire. Vnde Lu. 12 Seruus, qui cognouit voluntatem domini ſui, & non ſe præparauit, & non fecit voluntatem eius, plagis vapulabit multis. Vbi glo. Qui ſcire nolunt, & poſſunt: nõ ignorantes, ſed contemptores iudicantur. Hæc ignorantia, ſecundum Bonauen. & Richar. & Alexan. in 2. diſt. 22. ſic excuſat ex vna parte, quod ex alia parte aggrauat. Excuſat, in quantum ignorantia, ſed aggrauat, inquantum affectata. De tali ignorantia ait

Ignorãtia affectata.

C Bernar. de 12. gradibus humilitatis. Fruſtra ſibi de infirmitate ignorantia blandiuntur: qui, vt liberius peccent, libenter ignorant vt infirmantur. Vnde Gregorius 25. lib. moralis. Neſcire, ignorantia eſt: ſcire noluiſſe, ſuperbia eſt. Et Iſido. de ſum. bo. Neſcire ſimpliciter, ad ignorantiam pertinet: ſed noluiſſe ſcire, ad contumacem ſuperbiam. Voluntatem quippe domini proprii velle neſcire, quid aliud eſt, quàm velle dominũ ſuperbiendo contemnere. Vnde glo. ſuper Hiere. 6. Grandis impietas eſt non ſolum peccata non cauere, ſed ne velle intelligere peccata: & nullam habere diſtantiam bonorum, malorũque operum. Et de hac ignorantia ait propheta: Noluit intelligere, vt

D bene ageret. Ad talem ignorantem per Oſeam Dominus cap. 4. comminatur dicens. Quia tu ſcientiam repuliſti, & ego repellã te, ne ſacerdotio fungaris mihi. Circa hoc incidens quæruntur tria. Primò de ſacerdote: qui accedit ad ordines, & non poteſt addiſcere canones, & ea, quæ ſunt neceſſaria officio ſuo. Reſpondet Alexand. in 2. q. in tractatu de ignorantia, quòd talis peccat in eo, cum vult ſuſcipere ordines, cum neſcit, nec addiſcere poteſt. Et ſecundum

Solutio.

E eum ſi ſacerdos eſt factus, tenetur non ſuſcipere animarum curam, vel non ſuſcipere officium audiendi confeſſiones, & iniungendi pęnitentias, in quibus periculoſum ẽ iudicium. Sed nunquid excuſat illum impotentia ſciendi, ſicut excuſatur, qui cadit in paupertatem per impotentiam dandi, ſi non dat pauperi in extrema neceſſitate? Ad hoc reſpondet Alexan. quòd non eſt ſimile. Ille enim ſe non ingeſſit in impotentiam dandi, ſed iſte ſe ingeſſit in impotentiam curam habendi per ſcientiæ defectũ. Præterea nemo poteſt ſe immittere in impotentiam dandi: quia, & ſi non habet pecuniam, poteſt dare uoluntatem bonam,

F quæ amplius placet Deo. Non ſufficit autẽ iſti ſacerdoti curam habenti bonam voluntatem habere de ſciendo, vel curando, ſed oportet, quòd ſciat, & curet. Secundò quæritur, quid de illo, cui apparet angelus malus transfiguratus in Angelum lucis, & ipſe credit, quòd ſit Angelus bonus, & apponit omnem diligentiam, quam poteſt: & ita adoret eum? Dicendum, ſecundum Alexan. quòd non apponit omnem diligẽtiam, quam poteſt: quia ſi apponeret, vel per ſe cognoſceret, vel Deus ei reuelaret. Sed de hoc nota plenius in ſermone 23. ar. 1. in fine. Tertiò quæritur de illo, qui dubitat de aliquo, an ſit ſimonia, vel contract⁹

G vſurarius: ſiue non. De hoc dicetur infra. ſermo. 41. arti. 2. c. 2. in fine. & c. ſequenti, circa principium.

Secunda quæſtio.

Tertia quæſtio.

De ignorantia peruerſa, & aduerſa, quæ ex malitia bonitati omnino contrariantur. Cap. 7.

SEptima eſt ignorantia peruerſa, quæ ex malitia bonitati omnino contrariatur, ſecundum conualeſcentiam, quando. ſ. quis non tantum ſcire non vult, ſed etiam habitum, & diſpoſitionem ignorantiæ induit, quia veritatem fugit, ſed etiam per-

H ſequitur, & impugnat. Quod quidem ex induſtria eſt peccare, & per conſequens, eſt peccatũ in Spm̃ſanctũ. Vñ Iob. 24. Ipſi fuerunt rebelles lumini, neſcieruntvias ei⁹. Hæc ignorantia eſt ꝓpriè in cõſcientia erronea, & excęcata: quia dictat cõtra ꝓhibitiões, & præcepta, in quam vtique ſunt ingreſſi ſeptem ſpiritus nequam, de quibus Mat. 12. Aſſumit ſecum ſeptem ſpiritus nequiores ſe, & intrantes habitant ibi: & fiunt nouiſſima huius hominis peiora prioribus. Et meritò

Ignorãtia peruerſa.

A ritò quidem. Nam ſicut ſepti formis ſpiritus Chriſti totus luciformis, & ſpirituali lumine illuſtratus mentem ingrediens illam totam illuminat, & illuſtrat: ita ſeptem ſpiritus nequam, omnino illi oppoſiti, cum in animam intrant, horendas tenebras afferunt, & terribilem cæcitatem. In hanc cæcitatem Phariſei ruerunt. Ideo Mat. 23. Domin⁹ quinquies illos vocat cęcos, quaſi in quinque ſenſibus excęcatos animæ. Hæc autem excæcatio eſt propriè illa, de qua Eſa. 6. dicitur, Excęca cor populi huius, & aures eius aggraua, &c. & cap. 43. ait, Educ foras populum cęcum, & oculos habentem. Talis verò excecatio in fine cuiuſ-
B libet ſolennis temporis mundum obtenebrat vniuerſum: quæ tam in ſummo in fine ſæculi abundabit, ita, vt verificetur illud Apoc. 6. Et factus eſt ſol niger, ſicut ſaccus cilicinus. De tali cęcitate dicitur Luc. 22. Hæc eſt hora veſtra, poteſtas tenebrarum
Pſal. Et iterum propheta: Poſuiſti tenebras, & facta eſt nox: in ipſa pertranſibunt omnes beſtiæ ſiluę, ideſt beſtiales, & erronei ſenſus patriæ infernalis. Talis enim credulitas cęca, & æſtimatio falſa ex puritate malitiæ originem habet: per quam mens in bono alterius in tantum falſo iudicio errat, quòd de illo, quod de ſe bonum eſt, nullo modo
C poteſt ſentire bonum. Vnde Sap. 2. dicitur Excecauit eos malicia eorum.

De ignorantia facti, quando excuſat, & quando non. Cap. 8.

SEcunda principalis dicitur ignorantia facti. De qua Alexan. de Ales in 2. ait, quòd duplex eſt ignorantia facti. Pri-
Ingroran tia facti. ma eſt eius, quod oportuit ſcire, ſecunda eſt eius, quod non oportuit ſcire. Prima inquam eſt eius, quod oportuit ſcire. Si enim neceſſe fuit ſcire, & fuit ignorantia
D ſupina, aut affectata, vel peruerſa, non excuſat, ſed grauior eſt etiam culpa. Si verò fuit eius, quod oportuit ſcire, & adhibuit homo diligentiam, excuſatur: & ſi non à toto, tamen à tanto. Hinc contra Iudæos 1. q. 4. circa fin. dicitur, quòd ignorãtia facti non excuſat Iudęos, qui non credunt veniſſe Chriſtum. Ratio eſt: quia talis ignorantia eſt craſſa, & ſupina. Poſſent n. Chriſtũ veniſſe ſcire, tũ ex operib⁹ Chriſti ex tũ operib⁹ diſcipulorũ eius, tum ex collatione ſcripturarum prophetarum. Secunda verò ignorantia facti, quod non opor-
E tuit ſcire excuſat, ſicut de idolotito, de quo 1. Cor. 10. Apoſtolus ait: Si quis infidelium vocauerit ad cænam, & ire vultis: quicquid appoſitum fuerit vobis, comedite, nihil interrogantes propter conſcientiam. Item ſecundum alios duplex eſt ignorantia facti. Prima eſt ignorantia antecedens, ſecunda eſt concomitans. Prima ignorantia eſt antecedens, quæ, ſcilicet eſt cauſa agendi, ita, quòd ſi homo ſciret illam circunſtantiam, quæ in peccatum trahit, non faceret: inſuper, & ſe feciſſe doleret. Talis vtique ingnorantia excuſat à toto, ſi tamen debita diligentia præceſ- *Q̃uo ignorantia facti excuſat.*
F ſit. Si autem præmiſſa non fuerit, excuſat ſolum à tanto. Secunda verò facti ignorantia concomitans dicta eſt, quando, ſcilicet etiam ſi ſciret peccati circunſtantias, nihilominus operaretur illud: & hæc nequaquam excuſat. In hoc concordat Tho. Guil. & etiam Petrus de Candia. *Ignorãtia facti concomitans.*

Articvlvs Tertivs.

De ſeptuplici malo, quod per ignorantiam in anima generatur.

G TErtius ſtatus eſt ignorantiæ criminalis. Vnde propheta ait, In tenebris ambulant, ſcilicet errorum, & peccatorum. Et merito quidem dicit tales in tenebris ambulare: nam ſicut 38. diſt. capitulum ingnorantia. Dicitur, Ignorantia eſt mater cunctorum errorum. Vnde Iſido. Ignorantia, vitiorum nutrix eſt. Et Richardus in quodam ſermo: ait: Portæ inferi duæ ſunt, quæ ingredientes ad omne malum inducunt. Vna eſt ignorantia boni, alia eſt concupiſcentia mali. Septem verò ſunt periculoſa mala, quæ ex ignorantia in anima generantur.
H Primum eſt inſenſibilitas, ſecundum eſt captiuitas, tertium eſt paupertas, quartum eſt cęcitas, quintum eſt beſtialitas, ſiue animalitas, ſextum eſt ruina, ſeptimun eſt mortalitas, ſiue mors ſempiterna. *Septẽ periculoſa mala.*

De

A *De inſenſibilitate, ad quam ignorantia ducit* Cap. 1.

PRimũ periculoſum malum, quod ex ignorantia generatur, eſt inſẽſibilitas. Non enim intelligit homo bona, quæ perdit: & mala, quæ incurrit. Vnde, de ignorante dicitur Prouerb. 23. Erit ſicut dormiens in medio maris, ideſt in magnis periculis, & quaſi ſopitus gubernator, amiſſo clauo. At econtra intelligentia aperiens oculos, noſcit pericula, in quibus eſt: ac timere, & dolere facit. Ideo Eccle. 3. dicitur. Qui addit ſcientiam, addit, & dolorem. Et Eſa. 48. Hæc dicit B Dominus redemptor tuus, ſanctus Iſrael. Ego Deus tuus docens te vtilia: gubernãs te in via, qua ambulabas. Vtinam attendiſſes mandata mea, facta fuiſſet ſicut flumẽ pax tua, & iuſtitia tua ſicut gurgites maris. Et de talibus dictum eſt: Vtinam ſaperent, & intelligerent, ac nouiſſima prouiderent. Vnde Aug. ſuper pſal. Nemo eſt inſanabilior eo, qui ſanus ſibi videtur.

Inſenſibilitas ex ignorãtia

Quòd per ignorãtiam homo miſerabiliter captiuatur. Cap. 2.

C SEcundum periculoſum malum, quod ex ignorãtia generatur, eſt captiuitas. Cum enim populus, ſeu homo inſenſibilis factus eſt, faciliter in periculis capit̃, & miſerabiliter captiuatur. Hinc Eſa. 5. Dominus ait. Captiuus ductus eſt populus meꝰ, quia non habuit ſcientiam. At econtra populus, & quilibet particularis homo per ſcientiam & ſapientiam conſeruatur: ideo dicitur Prouerb. 2. Si ſcientia animæ tuæ placuerit, conſilium cuſtodiat te, & prudentia ſeruabit te. Immo qui factus eſt iam captiuus, per conſcientiam, & intelligentiam liberatur. Vnde Prou. 11. Iuſti liberanbũtur, ſcilicet à magnis periculis ſciẽtia. Liberantur autem, quia pericula noſcunt, atq; D declinant. Vnde Gregorius in morali. Qui lucem videt, ſcit quid de tenebris ęſtimet. Nam qui candorem lucis ignorat, obſcura pro lucidis approbat.

Captiuitas ortum habet ab ignorãtia

Ad quantam miſerabilem paupertatem ignorantia mentem perducit. Cap. 3.

TErtium malum dicitur paupertas. Magnæ verò ſunt diuitiæ ſapientiæ Dei. Hic. Sap. 8. Si diuitię appetuntur in hac vita, quid ſapientia locupletius? Vnde E Eſa. 33. Diuitiæ ſalutis, ideſt ſalutares diuitię ſapientia, & ſcientia. Vnde dicitur Sap. 13. Vanus, ideſt omni bono vacuus eſt omnis populus, in quo non eſt ſcientia Dei. Vnde Prouer. 3. Melior eſt acquiſitio eius negociatione auri, & argenti. Ignorantia autem tali theſauro hominem priuat.

Paupertas ex ignorãtia.

Quòd ignorantia excecat oculum rationis. Cap. 4.

QVartum malum eſt cęcitas. Excęcat enim oculum rationis, & ſic facit hominem in anima cęcum. De huiuſmodi cęcis Apoſtolus ad F Eph. 4. ait. Ambulant in vanitate ſenſus ſui tenebris obſcuratum habentes intellectũ: alienati à via Dei per ignorantiam, quæ eſt in illis propter cęcitatem cordis eorum. Hi ſunt virgines fatuæ, quæ neſciunt Deum, nec Deus nouit eas. Hinc Mat. 25. ait: amen dico vobis, neſcio vos: vt verificetur quod 1. Cor. 14. dicitur, Si quis ignorat, ignorabitur. Et licèt quidam multa ſciant, ſeipſos tamen neſciunt, ſicut ait Bern. ſimiles ſunt oculo, qui cætera videt, ſeipſum autem nõ videt. Contra quos Gregorius. Eo ipſo homo vehementius deſipit, quo ſeipſum minimè recognoſcit. Vnde Iob. 19. Si ignoraui, mecum erat ignorantia mea. G

Cęcitas ex ignorãtia.

Quòd ignorantia facit hominẽ brutalem, atq; beſtialem. Cap. 5.

QVintum verò malum eſt beſtialitas ſiue animalitas. Facit enim hominem brutalem, & beſtialem. Vnde Bernar. ait. Nihil beſtialius homine, qui eſt ratione vigens, & non ratione vtens. Sępe enim tales virtuoſis, & virtutibꝰ detrahũt: immo quandoque os ponunt in cœlum, diuina opera blaſphemantes: & de talibus, vt H ꝑſcriptũ eſt. 2. Pe. 2. Hi velut irrationalia pecora, ſequunt̃ quę ignorant, blaſphemantes. Ad tales propheta ait, Nolite fieri ſicut equus, & mulus, &c. Per equum peccantes apertè, & per mulum peccantes occultè, ex beſtiali ignorantia denotantur. Equꝰ enim fortis eſt, & luxurioſus, ſuperbus, vix tenetur, non diſcernit ſeſſorem, recalcitrat, & aptiſſimus, & promptiſſimus eſt ad bellum: per quas proprietates diuerſa manifeſtorum peccatorum genera ſignificantur.

Pſal. 31.

Mulus

A Mulus enim ex nobili, & ignobili generatur: & per hunc intelligere poſſumus hominem hypocritam, & ſimulatum. In horum verò generatione conueniunt nobile, ſcilicet opus de genere bonorum, & ignobile, ſcilicet intentio corrupta. Nam tales ſemper nobilitatẽ demonſtrant, & ignobilitatem occultant, ſicut parabolicè de mulo fertur, qui interrogatus à vulpe, de quo genere fuerat: reſpondit, quod pronepos erat magni regis equi Hyſpaniç. Cui vulpes ait: Non quæro de matre, ſed de patre, Mulus autem noluit indicare. Peccantes verò manifeſtè, ſeu ſimulatè, ex ignorantia efficiuntur beſtiales: ſicut equus, & B mulus, in quibus non eſt intellectus.

Mulus, et vulpes.

Quòd ignorantia præcipitat in innumerabilia mala, quæ interim ignorantur. Cap. 6.

SExtum verò ignorantiæ malum dicitur ruina. Nã populum pręcipitat in innumerabilia mala tam culpæ, quàm pœnæ. Vnde Prouerb. 17. Qui euitat diſcere, incidet in mala. Et Iſido. Nihil ſtultitia peius, nihil inſipientia deterius, nihil ignorantia turpius, & ignominioſius. Ignorantia eſt C mater, & nutrix omnium vitiorum. Quid ſit damnum culpæ, non ſentitur: inſipiens quotidie peccat, & ignorat. Ideo lamentabiliter Oſeæ 4. dicitur. Non eſt ſcientia Domini in terra. Maledictum mendacium, homicidium, furtum, & adulterium inundauerunt: & ſanguis ſanguinem tetigit. Propterea lugebit terra, & infirmabitur omnis, qui habitat in ea.

Iſidorum.

Quòd ignorantia perducit ad interitum ſempiternum, & ad tenebras exteriores. Cap. 7.

D SEptimum autem malum mortalitas dicitur. Perducit enim ad interitum ſempiternum. Ideo dicitur Iob. 4. Quia nullus intelligit in æternum peribit. Hæc ignorantia eſt beſtia, quæ aſcendit de abyſſo, Apocalipſi 11. de qua abyſſo Iob. 28. Abyſſus non eſt in me, ſcilicet lumen ſapientię Dei. Hinc dicitur Prouerb. 8. Qui me oderunt, diligunt mortem, ac econtra in eodem cap. dicitur: Qui me inuenerit, inueniet vitam, & hauriet ſalutem à Domino in præſenti per gratiam, & in futuro per gloriam: ad quam nos perducat vera ſapiẽtia Christus, qui cum patre, &c. E

Mortalitas, quæ perducit ad interitum ſempiternum.

FERIA QVINTA poſt ſecundam Dominicam in Quadrageſima.

De ſupplicijs infernalibus omnium damnatorum, & maximè quorumdam ſceleratorum.

Sermo XXII.

F

MOrtuus eſt diues, & ſepultus eſt in inferno, Luc. 16. & in Euangelio hodierno. Licèt enim beatus Ioa. in 1. cano ſua. ca. 4. dicat, quod timor non eſt in charitate, ſed perfecta charitas foras mittit timorem, tamen in mentem, vbi reperitur timor humilians, ex ſua miſericordia à Deo donatur amor inflammans, qui timorem illum expellit, & Dei amorem in regno animę regnare facit. Hæc duo requirũtur ad hic, vt cum Deo anima gratię glutino copuletur, ſ. timor, & amor. Vnde Aug. lib. de ciuitate Dei, & habetur de pœ. di. 2. hæc quæ: ponit exemplum, quia ſicut qñ volumus ſuere, vel duos pannos diuerſos iungere, habemus acum, & imponimus ſerici filum: ſicque ſuimus pannum, tandem coniuncto inſimul panno ipſo filo ſeriei remanente, remouetur acus: Sic ad copulandum animam peccatoris cum ipſo Deo, requiritur acus, ideſt timor inferni, qui pungat hominis mentem: & ſerici filum, ſcilicet amor, Dei quem introducat ipſe timor inferni. Porro his duobus anima cum Deo copulatur per gratiam, remanente ſerici filo: quia charitas nunquam excidit. 1. Cor. 13. excluſo acu timoris inferni. Aſſumamᵒ ergo hodie acum huius timoris, quæ introducat in nos filum diuini amoris. Planè de ipſo Apoc. 14. Io. ait: Et tertius Angelus ſecutus eſt, dicens voce magna, Si quis adorauerit beſtiam, & imaginem eius, & acceperit characterẽ in frõte ſua: aut in manu ſua: hic biber de vino iræ Dei, qđ mixtũ eſt mero in calice iræ ipſius, & cruciabiẽ igne, & ſulphure in conſpectu Angelorum ſanctorum, & ante conſpectum agni: & fumus tormentorum eorum aſcendet in ſæcula ſæculorum.

De ſupplicijs damnatorum uide qua habet Magiſter in 4 diſt. vlt. et Scotus ĩ 4. d. 50 q 3. et Bon in 4. di. 10. par. 1. q. 3

G

H

A culorum, nec habebunt requiem die, ac nocte, quoniam adorauerunt beſtiam, & imaginem eius. Vel ſi quis acceperit characterem nominis eius. Hæc eſt ſapientia Sanctorum, qui cuſtodiunt mandata Dei, & fidem Ieſu Chriſti. In quibus verbis de pœnis inferni tria myſteria declarantur. Primum eſt dolorum mentalium, ſecundum pœnarum corporalium, tertium tormentorum æternalium. Hæc tria myſteria expertus, atque experietur diues iſte epulo criminoſus, de quo dicitur in propoſito verbo: Mortuus eſt diues, & ſepultus eſt in inferno. Ait enim, mortuus eſt diues: ecce pœnas corporales, & i inferno: ecce tormēta, & cruciatus æternales. Sepultus eſt: ecce dolores mentales. Dicit enim eum ſepultum, vt oſtendat eius vndique immobilem incarcerationem, ſeu alligationem, ſeu oppreſſionem: & ob vndique afflictionem totalem, & quaſi immerſam coopertionem, & ſubmerſionem. De his tribus myſterijs, & eodem ordine propheta in pſal. 74. inquit, Calix in manu domini vini meri plenus mixto. Ecce primun. Et inclinauit ex hoc in hoc, ecce ſecundum. Veruntamen fex eius non eſt exinanita, bibent omnes peccatores terræ, ecce tertium. Et poteſt eſſe aliud thema in præſenti materia.

Vide D. Chriſoſtomū ſuper hæc verba vbi cōſiderat verba Euangelij diligenter

B

C

Articvlvs Primvs.

De mentalibus doloribus, quibus cruciantur damnati.

PRimum myſterium cruciatus eſt eorum dolorum mentalium. Sequamur myſterium Apoc. cum concordia Dauid, & Euangelij hodierni. Triplex verò veritas in hoc myſterio cōtinetur. Prima eſt offenſionis, ſecunda eſt punitionis, tertia eſt menſurationis.

D

De culpa vniuerſali, propter quam damnati cruciantur. Cap. 1.

PRima eſt offenſionis, ſcilicet cuiuſcunque mortalis culpę. Propterea Io. ait. Et tertius Angelus, ſcilicet reuelans myſteria Dei, ſecutus eſt dicens magna voce, ideſt clara cognitione. Si quis adorauerit beſtiam, & imaginem eius, & acceperit characterem in fronte ſua, aut in manu ſua. Quæ verba poſſunt tripliciter exponi. Primò pro partialitate, ſecundò pro cupiditate, tertiò pro infidelitate. Primò exponitur pro partialitate, quæ meritò beſtia dicitur. Beſtia verò differt ab animali: quia nomen beſtiæ ſonat cum animalitate crudelitatem. Ille autem adorat beſtiam, qui partialitatis amorem ſuo creatori præponit. Ecce radix totius idolatriæ nouæ. Imago beſtiæ, arma, & partialium inſignia ſunt: in quibus quaſi idolatria noua dęmones adorantur. Ille verò characterem beſtiæ ſuſcipit in fronte, qui partialitati conſentit in mente. In manu verò beſtiæ characterem ſumit qui opera partialia facit. Per manū.n. in ſcriptura opera deſignantur. Secundò pōt exponi de cupiditate. Sæua aūt, & crudelis beſtia eſt vſura vorax: quæ tunc adoratur, cum improbum fęnus exercetur, ideſt pacto perficitur. Imaginem verò adorat, qui tenaciter immoderatas diuitias amat, ſicut epulo Euangelij hodierni contra Lazarum indigentem. Characterem autem huius beſtiæ habere in fronte eſt, immodeſto contractu per intentionem corruptam, vſuram habere in mente. In manu autem characterem habet, qui opere palam, vel in occulto vſuram exercet. Tertiò exponatur de infidelitate incantationum arſiarum, & quorumcunque errorum: quæ beſtia impia, & crudelis iam per vniuerſum orbem adoratur, cum incantionum herbarum, & cęterorum errorum perfidia exaltatur. Imagines huius beſtiæ ſæuæ ſunt omnes incantatores, & incantatrices, ſiue vetulæ rincanatę, & ſtregones, & ſtregoniſſæ, qui omnes verè tunc adorantur, cum efficacius, & leuius, & tenatius illis, & eorum factis, & verbis, quàm diuinis, & ſanctorum dictis credulitas adhibetur. Characterem beſtiæ habere in fronte, eſt eorum infidelitatem habere in mente. Charactere verò eius in manu portat, qui ſuperſtitioſa breuia, & characteres, & diabolica ſigna beſtialitate impia ſuper alios ponit, vel ſuper ſeipſum geſtat. Quartò etiam poteſt dici hæc crudelis beſtia Sodomia, quæ adoratur, & colitur ab omnibus Sodomitis. Cuius imagines iuuenculi, & pueri poſſunt dici, qui verèab omnibus Sodomitis in omni nephando opere adorantur. Qui autem hoc ſcelus concupiſcunt mente, characterem habent in fronte. Qui verò implent opere, in manu characterem habent, ſeu tenent. Et ſecundū hunc modū de quolibet crudeli, & ſceleſto peccato tota hęc figura exponi pt.

Beſtia differt ab aiali, & quomodo

B

E

F

G

H

De

A *De quadruplici cellario Dei, & de amaritudine vini diuinę irę: quo damnati ſpiritualiter cruciantur.*

Cap. 2.

SEcunda autem veritas eſt punitionis. Vnde ſubditur, hic bibet de vino iræ Dei. Quadruplex verò eſt cellarium Dei, vbi diuerſa reconduntur vina. Primum eſt cellarium gratiæ, ſecundum gloriæ, tertium culpæ, quartum pœnę. Duo horum ſunt in præſenti ſęculo, ſcilicet cellarium culpę, & gratię: duo verò in futuro, ſcilicet gloriæ, & pœnæ. Primum

Cellariũ Dei ẽ quadruplex:

B eſt cellarium gratiæ, quod eſt eccleſia ſaluandorum. Vnde Canti. 2. Introduxit me rex in cellam vinariam, idest in eccleſiam Huius cellarij vinum, gratia eſt. Vnde Prouerb. 31. Date vinum his, qui amaro ſunt animo, ideſt contritis: vt ſcilicet dolentes de culpa lætificentur ex gratia. Hoc eſt vinum, de quo pſal. ait, Vinum letificat cor hominis. Et ſicut vinum habet ſplendorem, vigorem, & dulcorem: ſic vinum gratiæ habet ſplendorem fidei, vigorem ſpei, & dulcorem charitatis 1. ad Cor. 13. Fides, ſpes, charitas, tria hæc: maior autem horum eſt charitas. Secundum cella-

Pſalmus.

C rium eſt glorię. Vnde pſal. ait. Inebriabuntur ab vbertate domus tuę, & torrente voluptatis potabis eos. Huius cellarij vinum ſplendidum eſt, per diuinam viſionem. 1. Ioan. 3. Videbimus eum, ſicuti eſt. Item habet vigorem per Dei poſſeſſionem 1. Cor. 9. Sic currite, vt comprehendatis. Suauiſſimum eſt per Dei fruitionem. Vnde Iob. 22. Super omnipotentem delitijs afflues. Qui enim biberit de primo vino in pręſenti, etiam de ſecundo bibet in futuro. Tertium cellarium eſt culpę: quod eſt ſynagoga peccantium, & ſęculum nequam. Huius cellarij vinũ eſt merum, ſcilicet ſplendidum per auaritiam, potens per

D ſuperbiam, & ſuaue, vel dulce per luxuriam. Vnde. Ioan. 2. Omne, quod eſt in mundo, concupiſcentia carnis eſt, &c. vt ſupra. Hoc vino inebriatus fuit diues epulo, de quo dicitur in Euangelio hodierno, homo quidam erat diues: ecce auaritia. Qui induebatur purpura, & byſſo: ecce ſuperbia. Et epulabatur quotidie ſplendidè. Ecce luxuria. Hoc eſt vinum, quod Dominus in myſterium prohibuit Aaron, Leuiticus 10. Vinum, & omne, quod inebriare poteſt, ſcilicet de mundialibus, non

E bibetis tu, & filij tui, quando intrabitis in tabernaculum teſtimonij, ideſt mundana ne diligas, ſi ingredi vultis cœlum. Quartum cellarium eſt pœnę. Et hoc eſt infernus, cuius vinum obſcuriſſimum, debilitatiuum, & amariſſimum eſt. Et meritò qui in præſenti bibit de vino culpæ, in futuro etiam bibet de vino pœnæ. Et hoc eſt vinum diuinæ irę, de quo Ioan. ait, Hic bibet de vino irę Dei. Sed quia iuſtum eſt, vt culpæ reſpondeat pęna: ideo infernale vinum eſt obſcuriſſimum in intellectu propter auaritiam: debilitatiuum, vel confuſiuum in facultate, & memoria propter ſuperbiam: amariſſimum in voluntate prop-

F ter luxuriam. Vnde per ordinem Iob 10. dicit de cellario infernali, & vino eius. Vbi vmbra mortis. Hæc de obſcuritate, & nullus ordo, hæc de debilitate: exercitus enĩ inordinatus debilis eſt: ſed ſempiternus horror inhabitat, hæc de amaritudine dicta ſunt. Ecce vinum diuinæ iræ, per quod omnia ſpiritualia tormenta æterna, quæ propter tria principalia crimina in tribus animæ potentijs damnati ſuſſerunt, myſticè comprehenduntur. Hoc vino potabatur ille epulo in inferno. Vinum cum bibitur, ad interiora tranſit: ſic ſpiritualis do-

G lor à diuina ira in mentem damnati hominis diffunditur. Vnde nihil mente videre, nihil cogitare, & ad nihil omnino affici poteſt niſi, quod ſit illi ad cruciatum, vel per penitentiam, quia quod non vult eſt præſens: vel per abſentiam, quia omne, quod delectat, eſt abſens. Sic iſti diuitis cui ignis erat præſens, & aqua abſens. Ideo Iob. 21. de damnato dicitur. Videbunt oculi eius interfectionem ſuam, ideſt mortem illam æternam, quam ſuſtinebunt, & de furore omnipotentis bibet. Hinc Hiere. 25. Dominus damnatæ animæ epulonis ait cũm illam ęternis cruciatibus iungebat. Sume calicẽ vini huius furoris de manu mea.

Dolor, qui à Deo infligitur cõparãs vino, quod ad interiora tranſit

H Ecce duplex vinum auarorum, partialium, vſurariorum, & Sodomitarum, & conſimilium ſceleratorum, & aliorum criminoſorum. Primum, quod bibent in præſenti cum gaudere delectatione peccati permittuntur in præſenti, ſicut epulo ſupradict. Aliud, quod bibent in futuro: cum omnia quæcunque fecerint, luent. Primum quidem clarum, potẽs, & dulce videbatur per temporalem proſperitatem: ſecundum turbidum eſt, propter æternam, & internã aduerſi-

A aduerſitatem. Ideo de hoc peccatorum du
plici vino Ioan. ſubdit, Quod mixtum eſt
mero. Merum quidem fuit temporale: ſed
mixtum erit æternale, iuxta illud Grego.
Temporale eſt quod delectat, æternum
verò quod cruciat.

Quòd ſecundum quantitatem culparum: erit in damnatis grauitas tormento rum. Cap. 3.

B TErtia autem veritas eſt menſuratio-
nis, quæ meritò ſequitur ad prædi-
cta. Quia ſecundum menſuram cul
pę debet eſſe aſperitas pœnę. Et de hac
Ioan. ſubdit, In calice iræ ipſius. Calix nē-
pe Dei menſura diſtrictionis iudicij eſt:
quo Deus permittit ſecundum menſuram
ſui iudicij in hoc mundo peccatores pec-
care, & ergo eos in æternum punit ſecun-
dum menſuram peccati, ſicut Eſa. 27.
dicitur. In menſura contra menſuram, cum
abiecta fuerit iudicabit. Quaſi teneat domi
nus hanc menſuram in manu ſua permiſſi-
ueque peccatori dicat, Mitte in hunc calicē
quicquid tibi placet: homicidia, incendia:
innocentum oppreſſiones, viduarum eui-
C ſceiationes, vſuras, rapinas, Sodomias. Im
ple mēſuram iniquitatum: adde furta, falſas
accuſati ones, blaſphemias, infamias, fal
ſa teſtimonia, periuria mendacia. Comple
menſuram diuinæ permiſſionis: quia, vt
dicitur Deut. 25. Pro menſura peccati erit,
& plagarum modus. His autē Eſa. 28. dicit
Dominus: Ponam iudicium in pondere,
& iuſtitiam in menſura. Ecce quòd homini
partiali, vel aliter ſcelerato euenit, ſicut
porco, qui ad ſuas impinguatur expenſas.
Vtrunque etenim vinum, ſcilicet delecta-
tionis criminum, quod eſt merum: & puni
tionis ſcelerum, quod fætulentum, intelli
D gitur mixtum eſt in calice, id eſt, menſu-
ra diuini iudicij. Ex dictis, quæ dicta ſunt
breuiter, patent tres veritates myſterij pri-
mi: quę omnia pſal. breuibus verbis com-
prehendit, cum dicit, Calix in manu Do-
mini, ecce tertia veritas menſurationis, vini
meri inebrians: ecce prima veritas tranſ-
greſſionis: plenus mixto, ecce ſecun
da veritas punitionis. Et hæc con
cludunt primum myſteriū,
quod eſt dolorū men-
talium omnium
damnatorū.

Grauit 's tormento rum quę patiuntur anima dā natę ī inferno.

ARTICVLVS SECVNDVS. E

De multitudine dolorum corporalium, vel mentalium, qui ꝑ pęnas in damnatorū corpora redundabunt.

SEcundum myſterium eſt pænarum cor
poralium, quas patientur reprobi poſt
iudicium generale. Et meritò. Nam
proprie loquendo, dolor eſt in mente: pœ
na verò in corpore iudicatur Sicut enim vi-
num cum bibitur, non ſolum in corpore F
ſuſcipitur, ſed per totum corpus ad intra
diffunditur: ſic ſpiritualis dolor in damna
ti mente receptus, non ſolum mentem
ipſam per totum penetrat, verum etiam in
corpora redundat. Turbari enim ſolet vul-
tus animo conturbato, & econtra hylare-
ſcere, animo iocundato. In regno verò cę-
lorum, ſicut ſunt tres animæ dotes, ſcilicet
viſio, fruitio, & tentio: ita in corpore bea
torum quattuor eſſe creduntur, ſcilicet cla
ritas, impasſibilitas, ſubtilitas, & agilitas.
Ex tribus enim dotibus clarificatæ animæ
redundat gloria in glorificatum corpus, ita
quòd Deus per gloriam ſubſtantialem glo
rificat eam, ſcilicet animam per triplicem
eius dotem: & gloria animæ communicata
beato corpori per quattuor eius dotes mani G
feſtatur, ſicut patebit infra ſermone vltimi.
articulo primo, & ſecundum. Sic eſt in
propoſito in damnatis. Nam dolor men-
tis cum anima fuerit corpori iuncta, redun
dabit in corporis pœnam, exemplo bea-
torum: ſed illis in gloriam, iſtis verò in
pœnam. Porrò, vt hoc clarius eluceſcat,
ſciendum eſt, ꝙ quattuor erunt damnato-
rum in corporibus principales pœnę. Pri-
ma eſt tenebroſitas, ſecunda paſſibilitas,
tertia palpabilitas, quarta ponderoſitas.
Econtrario beatorum. Prima eſt tenebro H
ſitas. Vnde Iob 10. ad terram tenebroſam,
& opertam mortis caligine, ſcilicet perdu
centur. Ratio eſt, quia intellectus homi-
nis damnati eſt horribili tenebra obſcura-
tus, ſicut dictum eſt, damnato corpori iun
ctus, tantum ei communicabit obſcurita-
tem, quòd impoſsibile eſſet calamo ſcribe
re, aut mente penſare. Eſt enim ignis,
quo damnatorum animæ, & corpora com-
bunrentur, nigerrimus, obſcurus, & te-
ter, iuxta illud Mat. 22. ligatis manibus, &
pedibus mittite eum in tenebras exterio-
res. Si enim ſecundum Auguſt. lib. de ci-
uitate

Simile.

Ex tribus dotib⁹ clarificatę animę redundat gloria in glorificatū corpus.

Pœna quatuor prīcipales dānatorū. Prima.

A uitate Dei ignis iſte, cum ſit formoſus, omnia, quæ lambit comburit, & lucida, decora deturpat, & denigrat: quantomagis ignis infernalis ita turpis, & obſcurus, cuius damnati erunt pabulum ſempiternũ? Et iterum: ſi iſte ignis deturpat ſic noſtri corporis membra, quantomagis ille, qui quaſi in infinitum excedit acerbitate, & turpitudine illum? Ideo Eſa. 9. dicitur. Erit populus, quaſi eſca ignis. & 13. capit. ait. Facies combuſtæ vultus eorum. Secunda erit paſſibilitas. Nam memoria omni dolore plena, & corpori vnita redundabit per pœnam in damnatum corpus. Sicut enim

Qualitas ignis infernalis quo cruciatur ani. et corpora damnatorum.

Secunda. Simile.

B ferrum candens per omnes ſui partes habet diffuſum ignem, ſic per totum damnati corpus diffundentur pœnæ. Erunt enim corpora damnatorum multiplici afflictione corrupta, & putrefacta, quæ non auferent eis, ſicut in præſenti ſæculo paſſibilitatem, ſed inæſtimabiliter addent, ita, vt ſi quis eos capitis capillo contingeret, vel qualitercunque leuiſſimè tangerentur: fortius tunc dolebunt, quàm ſi in hoc ſeculo homo in camino ignis coniectus foret. Vnde Iob. 20. Omnis dolor irruet in eum. Qui quidem vndique erit, intus, & extra, ſubtus, & ſupra, ante, & retro, à

C dextris, & à ſiniſtris. Habebunt enim in oculis continuas lachrymas, & mærores, in auribus horrendum timorem, & terrorem, in naribus inſupportabilem fætorem, inguſtu inexpreſſibilem amaritudinem, in dentibus terribilem ſtridorem, in ore horribilem clamorem, in corde inconſumma tum dolorem, In toto corpore ardorem, & inconfuſibilem pudorem, in quibus omnibus ſine fine cruciabuntur. Tertia erit palpabilitas. Quia enim voluntas damnati rebellis fuit contra ſuum, & omnium creatorem, & omni amaritudine plena erat: ideo tam paſsibilitatem corpori ſuo communicabit, quòd omnis creatura mi-

Tertia.

D nima in inmenſum poterit ei nocere, iuxta quod dicitur Sap. 5. Pugnabit pro eo orbis terrarum contra inſenſatos. Et pſal. Multa flagella peccatoris, &c. Et Deut. 32. ait Dominus. Congregabo ſuper eos mala. Quia cruciabuntur à beatis, à cœlis, à ſideribus, & à planetis, à quatuor elementis, & ab omnibus elementatis, à dæmonibus, & ab alijs damnatis, & generaliter ab omnibus creaturis. Et ſequitur, Et ſagittas meas complebo in eis. Sagittæ hæ ſunt ſeptem pœnæ in præſenti homini per

Pſalmus.

peccatum infixę, vel inflictę, ſcilicet fames, ſitis, calor, frigus, infirmitas, laſſitudo, & mors, quæ licet in præſenti à Deo homini multipliciter infligantur: tamen in inferno perfectiſſimè complebuntur, ſicut ſupra ſermone. 11. arti. 3. & capit. 3. plenius dictum eſt. Quarta erit ponderoſitas. Cum enim anima propter peccatum in inferno damnatur: conſtat, quòd tanta eſt grauitas culpæ, quòd anima cum mortali decendes cogitur ad inferos properare, quaſi plumbum in aquis vehementibus, vt dicitur. Exo. 15. Nonne luciferum grauitas culpæ à cœlo ad inferos traxit, ſicut dicitur Eſa. 14. Quomodo cecidiſti lucifer, qui mane oriebaris? Anima igitur pondere peccatorum preſſa, corporique vnita: corpori tantum pondus præſtabit, quòd ſi ſuper terram eſſet corpus damnati, teraque adamantina vſque ad inferos fieret, ictu oculi corpus illud in infernum demergeretur. Tantoque pondere corpus damnati firmabitur in inferno, quòd nullum cruciatum poterit euitare. Vnde Eſa. 1. damnandis annunciatur: Erit fortitudo veſtra, ſcilicet in tot generibus tormentorũ vt fauilla ſtupæ. De his quattuor dotibus corporũ damnatorum ſimul pſal. ait Pluet ſcilicet Dominus, ſuper peccatores laqueos: hoc eſt ponderoſitas: ignis, hoc eſt tenebroſitas: quia ignis ille teterrimus eſt: ſulphur: hoc eſt pœnalitas, ſiue paſſibilitas, & ſpiritus procellarum: hoc eſt ipſa palpabilitas. Ex his patet, quòd dolor mentis poſt reſurrectionem redundabit in pœnam carnis. Ideo in verbo propoſito ait, Et inclinabit ex hoc, in hoc. Hoc eſt, inclinabit ſcilicet Dominus poſt iudicium ex hoc ideſt ex mente: in hoc, ideſt incorpus. Et alibi idem ait, Conuertetur dolor eius in caput eius ideſt in mentem damnati: & in verticem ipſius, ideſt in totum corpus, cuius principale eſt vertex, partem ponens pro toto, iniquitas eius, ideſt pœna iniquitatis, deſcendet, ſcilicet per communicationem, ut dictum eſt. Ecce vinum diuinę iræ, quod doloribus inebriat totum corp⁹. Sed ſimul ad Ioannis propheticam viſionẽ deſcendamus, vbi tres horribiles cruciatus corporum damnatorum p ordinem ponit. Primus eſt afflictionis, ſecundus confuſionis, tertius participatiõis.

E F G H

Quarta.

Pſalmus.

A ſua, & omnes Angeli eius cum eo, &c. Tertiam verò confuſionē patienter à Chriſto. Nimia enim confuſio erit, cum viderint quid Chriſtus pro liberatione eorum fuerit paſſus, quem ipſi tam viliter contēpſerunt, & conculcauerunt eius ſanguinē propter ſuſum, iuxta, illud ad Heb. 10. Ne pharijs pedibus conculcauerunt. De hac etiam confuſione Ioan. ſubdit, & ante con ſpectum agni, ſcilicet confundentur. Si qs aūt intelligere cupit, quàm magna erit confuſio hæc, penſet quanta erit Beatis exultatio glorioſa, videre regem, & Dominum Ieſum Chriſtum in glorioſo decore:
B & tunc econtrario intelligere poterit, quanta damnatis confuſio erit Chriſtum videre iratum. Idemque contemplari poterit de duabus alijs confuſionibus prius tactis.

Quòd damnati communicant ſibi inuicem ſupplicia ſempiterna. Cap. 3.

TErtius eſt cruciatus participationis. Sancti enim beati alter alterum cōſpicientes etiam in gloria ex mutua charitate ita congaudent, vt quilibet eorū de alterius gloria quantum de ſua lętetur extenſiuè, non tamen intenſiuè ſecundum Rich. de me. vil. propter quod inenarrabilis gloria accidentalis in æternum eorum affe
C ctibus redundabit. Vnde Pſalmus. Ecce q̄ bonum, & quàm iocundum, &c. Conſimiliter in damnatis per oppoſitum erit. Licèt enim quilibet eorum propter ſua demerita propriam ſubſtantialem, vt ſic dicam, damnationem ſuſtineat: aliorum tamen tormenta per quādam communicationem participat. Cum enim quiliber per ſe propriā damnationem per experientiam ſentiat: cęteri autem illam, quaſi quodam olfactu, qui fit in fumi reſolutione, participando cognoſcant, vt meritò ipſorum accidentalis damnatio quodammodo dici poſſet. Ideo
D Ioan. ſubdit, Et fumus tormentorū eorum aſcendet in ſæcula ſęculorum. Ex hoc inſuper cumulabitur confuſio damnatorū. Nā ſicut peccauerunt in conſpectu Dei, & Angelorum, tam bonorum, quàm malorū, immo quantum in eis eſt, in cōſpectu omniū: ita etiam coram dęmonibus, & damnatis eorum confuſio creſcat. Ideo pſal. ait. Aſcēdet fumus in ira eius: hæc eſt damnatio accidentalis, & ignis à facie eius exarſit: hęc dici poteſt damnatio ſubſtantialis, & ſi pœna ſubſtantialis dici poteſt. De ſubſtantiali ſubiungit dicens, carbones ſuccenſi ſunt ab eo. Subſtantialis damnatio eſt in mente, E
conſubſtantialis in corpore, & accidentalis in ſocietate. Et hæc ſufficiant quantum ad ſecundum myſterium, quod eſt pænarum corporalium.

ARTICVLVS TERTIVS.

De æternitate pænarum, quas ſtulti incurrunt.

TErtium myſterium eſt tormentorū infernalium. Circa quod tres aliæ veritates à Ioanne ſubduntur. Prima,
quòd hic tormenta ſtulti incurrunt: ſecunda, quòd illa ſapientes cognoſcunt: tertia, q̄ ea fideles euadunt. F

Quòd ex imprudenti ſtultitia impij ſine requie damnabuntur. Cap. 1.

PRima veritas eſt, quòd hęc tormēta ſtulti incurrunt. Qui enim ad tempus hic tormenta per prouidentiam noluerit euitare, neceſſe habebit illa ſine fine incurrere: & quamquam ſtultitiæ culpa, ſecundum tempus fuit, tamen ſtultitię pæna ſine tempore erit. Vnde Ioan. ſubdit. Nec habebunt requiem
die ac noctæ, qui adorauerunt beſtiam, & G
imaginem eius: vel ſi quis acceperit characterem nominis eius, id eſt notitiæ. Die, ac nocte notanter dicit, non quòd damnatis ſit dies in pænis, quibus nox perpetua erit: ſed tunc dies damnatis eſt, quicquid de pęnis ſuis eis manifeſtè per experientiam innoteſcit. Nox autem dici poteſt, quicquid expectant, quòd præuidere non poſſunt. Quaſi beatus Ioan. dicat. Ideo requiem habere non poſſunt: quia, & ſi duriſſima ſint quę tolerant: duriora tamen eſſe ſuſpicantur, quæ ſibi ſuperuentura expectant. Vnde Iob. 20. dicitur de damnato: Fugiet arma
ferrea, & irruet in arcum æreum. Arma ferrea, pęnæ duriſſimæ dici poſſunt, quibus H
tunc in præſenti quaſi à propinquo damnati continuè feriuntur: & hic quidem eorum eſt dies. Pęnæ autem, quibus in futuro cōtinuè feriendi ſunt, quaſi arcus ęreus, & nox futura meritò dici poſſunt, eo, q̄ à remotis non ſolum feriunt, ſed etiam profundius penetrant imprudentes ab æternamentis præuiſione in intimo cordis timore: tandemque dum præſentes

A fuerint, etiam corpus ipſum foris fueriant. Talis autem nox, & dies etiam per exemplum patere poteſt. Capiatur à iuſto iudice multarum proditionum, & iniquitatum patrator, & cautela prudenti dentur ei tormenta, vt palam faciat ſcelera ſua: dum enim dure torquetur, grauiterque dolet, diem quaſi ſine requie experitur. Sed quia alia, quæ ignorat ſe paſſurum, expectat, quaſi noctem ſine quiete probat: vt merito denotetur, quòd partialis, & inquietus peccator, qui in præſenti ſine quiete Dei, & proximi ſui vixit ſine quiete viuens interminabiliter moriatur. Meritò igitur hæc tormenta ſtulti incurrunt, quia viuen-
B tes in hoc ſeculo illa præuidere noluerunt. Et ideo diuino iudicio eis ineuitabiles fiunt, quando cum magna cordis anguſtia illa ſibi nocitura expectant. Mira quippe ſtultitia mundanorum Elephas timens præcauet murem, leo ignem, lupus lapidem, & compedem, ceruus canem, columba accipitrem, canis baculum, ouis lupum,
Exemplũ piſcis hamum, laqueum auis, latro patibulum, quod quaſi momentaneum eſt tormẽtum: & ſtultus, atque inſenſatus peccator non timet infernale ſupplicium acerbitate duriſſimum, ſupportatione grauiſſimum, & duratione perpetuum. Et ſi non credit
C hoc improuidus homo, & ſceleratus, eo quòd talia nondum ſit expertus: penſet quàm ſtultus eſt prædator, & latro, qui antea præuidendo non timeat furcas, quàm ſuſpendendus ducatur ad illas. Antequam veniant ſapientes pericula conſiderant: antequam ſagita veniat præuidendo formidant. Minus iacula feriunt, quæ præuidentur, ut Greg. ait. Antequam in cinerem verſa ſit, ardenti domui ſuccurendum eſt. Quid enim tunc prodeſt formidare mucronem, quando illo vulneratus eſt homo iam ad mortem? Tardè igitur damnati in diem poterunt præuidere,
D poſtquam hic inconſideratè vixerunt, dum adorauerunt beſtiam, & imaginem eius, & acceperunt characterem nominis eius, ſicuti antea dictũ eſt.

Quòd qui prudens, & ſapiens eſt, præcauet ſupplicia ſempiterna. E
Cap. 2.

Secunda veritas eſt, quòd illa pericula ſapientes per fidem cognoſcunt, ſcilicet, quia ea in præſenti ſęculo præuiderũt. Ideo Ioan. ſubdit. Hæc eſt ſapientia Sanctorum, ſcilicet per fidem præuidendo euadere æternas pœnas, & ob hoc dæmonum illecebras, quæ eis cum criminibus proponuntur, ſapienter euitant. Vnde Prouerb. 1. dicitur, Fruſtra iacitur rhete ante oculos pennatorum. Diabolus quidẽ animarum auceps rhetia peccatorum ante F illas tendit, in quibus ſolummodò illas capit, quæ oculos fideles non habent ad præcauendum, nec pęnnas, nec alas ad altè volandum. Sancti, verò, & iuſti pœnas ideo euadunt, quia his omnibus muniti ſunt.

Prudens cuius munus, eſt cõſiderare principiũ, & finem debet proſpicere, et conſiderare futura

Quòd fideles obſeruatores diuinorum præceptorum, & fidei Domini Ieſu euadunt æterna tormenta.
Cap. 3.

Tertia veritas, eſt, quòd fideles hæc G pericula euadunt. Vnde Ioan. ſubdit; qui cuſtodit mandata Dei. Hæ ſunt duæ alæ columbæ Chriſti, ſcilicet duę tabulę mandatorum, quibus per obſeruantiam anima iuſti ad cœlum volat. Quòd concupiſcens propheta ait, Quis dabit mihi pennas ſicut columbæ, & volabo per obſeruantiam, ſcilicet mandatorum, & reſquieſcam, ſcilicet in gloria beatorum. Ideo iuueni à domino poſcenti, quomodo poſſet conſcendere cœleſte regnum, ab eodem Mat. 19. reſponſum eſt: Si vis ad vitam ingredi, ſerua mandata. Quaſi dicat, Aſſume alas. De oculis verò mentis eorum per lumen fidei illuſtratis poſtea H ſubdit, Et fidem Ieſu. Fidem quidem Domini Ieſu dicit, quia oſtendit nobis turpitudinem culparum, ut euitentur: & amaritudinem infernalium pœnarum, vt præcaueantur. Et hæc duo lumina, quaſi duo oculi ſunt, ſcilicet dexter, & ſiniſter animæ columbinę: & ideo quaſi latro velatis oculis ad infernale ſuſpendium ducitur, qui hoc lumine in præſenti peregrinatione nõ vtitur. De his dicitur Soph. primo. Ambu- *Duo lumina.*

labunt

A labunt, vt cæci, quia domino peccauerunt, hoc dicitur inquantum excæcati iam non declinant culpam, ſed quantum ad pœnam, quam incurrent, ſubdit: Effundetur ſanguis eorum, hoc eſt iſimi erunt in pœnis, ſicut humus in elementis, & corpora eorum ſicut ſtercora tam ſcilicet vilia erunt, ſicut ea ſe peccatis viliter ſubiecerunt. Vnde Pſalmus ſubdit: Veruntamen fex eius non eſt exinanita: bibent omnes peccatores terræ. Non enim exinanietur, quia perpetua erit, & illam fęcem bibent omnes terreni peccatores. Vnde Ezech. 23 dictum eſt. Potabis vſque ad feces, & fragmenta eius deuorabis. Et Eſa. 51. damnato dicitur: Bibiſti de manu Domini calicē iræ eius vſque ad fundum: ſaporis calicis bibiſti, & potaſti vſque ad fęces. Dicit enim omnes, quia nullus ſe poteſt excuſare ab hoc potu. Addit etiam peccatores terræ: non tantum peccatores cœli, qui ceciderunt, ſcilicet Angeli, ſed etiam homines mali, qui cum illis Dominum offenderunt. Vnde Mat. 25. Diſcedite à me maledicti in ignem ęternum, &c. A quorum cō ſortio nos eripiat miſericordia Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti, in præſenti infundendo luminoſam gratiam, & in futuro amoroſam gloriam: qui cum patre, Spirituſancto C cruciator eſt impiorum, & præmiator beatorum per infinita ſæcula ſæculorum. Amen.

Pſalmus. (margin)

B (margin)

FERIA SEXTA post ſecundam Dominicam in Quadrageſima.

Demonſtratur, quòd extra vnicam, & catholicam fidem nemo ſaluatur.

Sermo XXIII.

D *Fides triplex erronea mortua, & viua. vide Scotū, & D Bona. in. 3 ſent. di 28. de virtutib⁹.*

MAlos malè perdet, Mat. 21. & in Euangelio hodierno. Triplex poteſt diſtingui fides, ſcilicet erronea, mortua, & viua. Prima, inquā, eſt erronea, & hæc eſt omnium illorum, qui ſunt extra ſinum ſanctæ Romanæ Eccleſiæ: ſicut ſunt omnes Saraceni, cuiuſcunque ſectæ repe riantur. Inſuper omnes hęretici, atque ſciſmatici. Et de omnibus ſupradictis pro E pheta ait, Errauerunt in ſollitudine in inaquoſo, ſcilicet huius mundi, qui profectò eſt ſine aqua gratiæ, quæ anima ſaluet. Secunda eſt fides mortua, quæ quidem illorum eſt, qui intra ſinum Eccleſię catholicæ ſunt, & tamen non ſunt in charitate. Vnde. primo, Cor. decimoterzo. Si habuero omnem fidem, ita vt montes transferam, charitatem autem non habuero, nihil ſum, ſcilicet quantum ad eſſe gratuitum, quamuis eſſe retineam naturale. Tertia inſuper eſt fides viua, quam, ſcilicet informat charitas Dei. De qua dicitur ad Hebr. vndecimo. Sine fide impoſſibile eſt placere Deo. Quod verbum poteſt eſſe aliud the- F ma. Ex quo verbo manifeſtius patet, quòd omnes quicunque ſunt in fide erronea, ſicut Saraceni, hæretici, & ſic de alijs: inſuper omnes, qui licèt ſint in Eccleſiæ catholicę ſinu, & abſque charitate diſcedunt, in æternum periclitantur: quia non participādo charitatem Dei, quæ eſt fons omnis bonitatis, mali veriſſimè dici poſſunt. De quibus Dominus in verbo dicto ait: Malos malè perdet. Sunt nempe plerique erronei, à ſua cęcitate decepti, qui occaſione diuerſarum legum, atque ſectarum, ſiue ex verbis Machomet, aut aliorum errantium, credunt vnunquenque ſua in fide, ſiue ſecta ſal- G uari, dummodò eam credat eſſe bonam, & à Deo vtique datam, ipſique placere, quod facit. Mirantur tales, quòd hi debeant damnari, qui pro Deo faciunt quicquid faciunt: arbitrantes in his ſe obſequium præſtare Deo: & licet malè, tamen ignoranter agūt ſicut diuerſimodè in orbe terrarum ſectæ, & inter Chriſtianos etiam multi, & multę herbarum incantationes, & alios errores ſequentes, hæc tamen ignoranter, & ſimpliciter agant. Mirantur quoque potiſſimè de his, qui pro Deo, ſiue propter Deum omne ſupplicium non ſolum patienter, ſed (vt videtur) gaudenter ſuſtinent: ſicut de multis hæreticis noſtris temporibus audiui- H mus, quia ignem, & alia tormenta gaudenter ſuſceperunt vtique propter Deum ſe omnia ſuſtinere, vel ſufferre dicentes, & etiam in corde, ſicut credimus, hoc habentes. Sed omnes ſuperius dicti mali ſunt, cum extra vnicam, & catholicam Eccleſiā, ſeu fidem, & extra charitatem inueniātur: in æternum peribunt, ſicut dictum eſt, teſte Apoſtolo primo. Cor. decimoterzo. Si tradidero corpus meum, vt ardeam, charitatem

Multi sūt erronei cæculientes, & declinantes à via ſua. (margin)

ritatem autem non habuero, nihil mihi prodeſt, ſcilicet ad euadendum perditionem æternam. Ad intelligendum autem, quòd error iſtæ damnabilis eſt nimis, & hæreſis ſumma, & iuſtiſſima cauſa damnationis omnium ſequentium eam, & omnium morientium extra vnicam, & catholicam fidem, & charitatem: triplex obligatio, ad quam quilibet obligatur, apertiſſimè monſtrari poteſt. Prima eſt circumſpectionis, ſecunda cognitionis, tertia eſt conſidera-
B tionis.

Articvlvs Primvs.

De triplici circunſpectione, ad quam quilibet obligatur.

Prima quidem eſt obligatio circunſpectionis. Tres enim circumſpectiones neceſſariæ ſunt ad ſalutē: in quibus ſi homo negligeus fuerit, minimè excuſatur. Prima quidem eſt circunſpectio præuiſionis, ſecunda animaduerſionis, tertia deprecationis.

C *De præuiſione, ad quam circa neceſſaria ad ſalutem, quilibet obligatur.* *Cap.* 1.

Prima quidem circūſpectio eſt præuiſionis: nempe diligens circunſpectio requirit præuiſionem. Si enim volens corporaliter ambulare, pericula, & diſcrimina ipſius viæ præuidere nolet, videlicet præcipitia, offendicula, inſidias, crudeles feras, & alia, quæ corporeis oculis præuidere poteſt, ſed magis inconſideratè, clauſiſq; oculis aut auerſum à via in-
D cedere vellet: quicquid mali, hoc eſt offenſionis, & præcipitij, & caſus euenitet illi, iuſtiſſimè ipſi imputari poſſet: poterat enim per ſe huiuſmodi pericula declinare. In eo igitur, qui per ſeipſum imminētia ſibi mala in huiuſmodi viſibili via, & noſſe, & euitare poterit, & nō fecit: iuſtiſſimè atque rectiſſimè dicitur, vt ſibi imputet, ſi in illa inciderit. Et iſta eſt communis conceptio animorum. Sic eſt in propoſito de via Dei: quæ vtique fides catholica eſt, ſi propter improuiſionem pereunt, non alteri, ſed merito ſibiipſis
E imputent. De talibus dicitur Soph. primò. Ambulabunt, vt cæci, quia Domino peccauerunt, ſcilicet non præuidendo viam. Similiter, ſi quis ire voluerit ad aliquem locum ignorans viam, quæ ducit ad illum: præſto autem habeat ducem, qui viam ei oſtendat, & ducatum itineris præbeat, & ſi neutrum iſtorum habere velit, ideſt nec viæ oſtenſorem, nec itineris ducem; ſi erret ſic itinerans, meritò ei imputandū eſt. Hanc propoſitionem approbat cuiuslibet animus auditam. Similiter, immò multo fortius, in via morum ſe habere neceſſe eſt. Quanto verò pericula maio-
F ra in via morum, quàm in huiuſmodi via: tanto magis, & proprio viſu ſpirituali, & alieno præuidenda ſunt, & præcauenda. Caueant igitur, qui inſenſatè, & abſque conſideratione vitæ ſuæ viuunt: nec prædicationes frequentant, nec fidelia conſilia quærunt. Nam qui nec proprio ſenſu, vbi eis ſuppetit: nec alieno, vbi eis paratus eſt, conſulere ſpiritualia pericula declinare non curant: meritò eis imputanda ſunt, cum inciderint in ea: cum proper negligentiam ſuam decepti ſunt: quare dignam excuſationem non habent. De illis ait pſalmus. Errauerunt in ſolitu- Pſalmus.
G dine, vt ſupra ſubdit, viam habitaculi non inuenerunt. Ex hoc patet, quòd quodammodo magis neceſſe eſt ignoranti populo audire verbum Dei, quàm miſſas.

Quanta animaduerſio neceſſaria eſt, ne in æternum periclitemur. *Cap.* 2.

Secunda circūſpectio eſt animaduerſionis. Non enim poteſt eſſe circūſpectio vera ſine diligenti animaduerſiōe, quę ſcilicet ſemper in itinere pericula imminē-
H tia vitet. Si quis enim videt proximum ſuū errare in iſta viſibili via, tenetur de neceſſitate propriæ ſalutis illum auertere à ſuo errore, & à periculis, quæ ei conſpexerit imminere, eidem præcauere: aliter non diligit proximum, ſicut ſeipſum. Longè amplius etiam in via morum, ſicut dicitur 86. diſt. c. facientis. Vbi ſic dicitur: Facientis procul dubio culpam habet, qui quod poteſt corrigere, negligit emendare: non caret ſcrupulo con-

A lo conſenſionis occultę, qui manifeſto facinori deſinit obuiare. Quanto igitur lōgè amplius tenetur homo ſibijpſi conſulere, quàm alteri. Qui enim Lu. 10. ait: Diliges proximum tuū, ſicut teipſum: cuilibet dedit in præcepto ſaluti animæ proximi præponere ſalutem ſuam: quod etiā lex dictat naturæ. Tanto enim culpabilius vnuſquiſq; non animaduertit, & conſulit ſibi de huiuſmodi ad viā pertinentibus, q̄ alij: quanto magis ſibi, q̄ alij in huiuſmodi debito obligatur. Ex dictis patet, ꝙ negligentia iſta q̄rendi, & animaduertēdi de via ſalutis, & veritatis negligentia culpabilis eſt: & damna-

B tione digniſſima. Vnde qui proprio ſenſu ingenioq;, & induſtria diſcrimina ſpiritualia præcauere, aut præuidere poterunt, ſiue ex ſcripturis, ſiue ex doctrina, ſeu ex prædicationibus, cōſilijs, aut ex miraculis, aut ex his omnibus ſimul iunctis, nec tamen hoc fecerunt: iuſtiſſima damnatione plectūtur. Conuenit enim eis illud, 1. Corint. 14. Qui ignorat, ignorabitur. Et illud Pſal. Noluit intelligere, vt bene ageret.

Negligētia quærendi culpabilis.

C

Quòd quando homo in dubio eſt, & non habet ex humana ratione quid eligendum ſit, diuinum auxilium implorare debet.

Ca. 3.

Tertia circumſpectio eſt deprecationis. Nec enim vera circumſpectio dici debet, niſi gerat ſecum fidelem, ac deuotam deprecationem, maximè in caſu tantæ neceſſitatis. Cum enim ventum eſt ad illud, quod non habeat homo humana ratione quid facere, vel credere debeat: imploret auxilium Saluatoris. Verbi gratia: Si ſeductor (ſicut continget tempore Antichriſti) ſub prætextu veri catholici, veriq;

Cū deeſt nobis naturalis rō, ad diuinū præſidium recurrendum eſt.

D Doctoris alicui ſimplici, & indocto aliquē prædicet errorem impietatis: & talis anima ſimplex purè, & inſtanter poſtulauerit auxilium Dei: Deus cor eius auertet, ne illi credat, niſi ad hoc, vel negligentia, vel alia occulta, aut manifeſta culpa obſtaculum præſtet. Idemq; dicendum eſt de illo, qui inuenit prædicatores ſenſu contrarios, & aduerſos, ſcilicet vnum fidelem, & alium infidelem: vnum animarum zelatorem, alium ſeipſum prædicantem, nec ſufficit ex proprio ſenſu, vel ex dictis eorum, vel vita

B pleuè diſcernere, cui magis credere obligetur: non vtique ab iſto requiret Deus, ꝙ adiuuet fidem. Sed quia non habet de humana ratione, quid agat: implorare debet diuinum auxilium, vt dicit Auguſti. & tota inſtantia deprecari, vt illuminator animarum ipſe Deus ei viam veritatis oſtendat, & cor eius contradictionis parti applicet ſalubriori. Et ſic dicitur Iac. 1. Qui indiget ſapientia, poſtulet à Deo: poſtulet autem in fide, nihil hæſitans. Piè vtique credendū eſt de Dei miſericordia, quòd affectum petenti donabit, intellectum quærenti monſtrabit, & inſtanter pro facultate pulſanti

F aperiet itinera veritatis: niſi negligentia quærendæ veritatis obſiſtat, cor eius auertet, ne periculosè conſentiat impietatis errori. Vnde Pſalm. Propè eſt Dominus omnibus inuocantibus eum in veritate. Et hoc optimum remedium eſt, quando multi Doctores inueniuntur contrariū opinantes, ſicut in caſu contractus de impreſtitis Venetorum, locis Ianuenſium, & monte Florentinorum: de quibus dicetur. infra ſermone 40. per totum. Pro quo etiam vide infra ſermone 42. artic. 1. c. 2. in fi. Et idem in ſimilibus caſibus eſt obſeruandum. Attamen vbi inuincibilis eſt ignorantia, quæ eſt vbi

Pſal.

G non habet homo de humana ratione, quid faciat: ibi imploret (vt dictum eſt) diuinum auxilium, vt non temere ſe præcipitet. Ibi enim totum pertinet ad Deum facere, vbi non habet homo, quod de ſe faciat. Verbi gratia: Si eam figuram, vel formam ſe trāſfigurauerit angelus tenebrarum, in quo nihil apparere poteſt homini, in quo non videatur eſſe Chriſtus: ſolius Dei eſt hominem cuſtodire, nec aliud ibi relictum eſt homini, niſi diuinum auxilium implorare. Nuſquàm autem dubitandum eſt, quin præſtò ſit auxiliator Deus piè inuocantibus eum: & etiam non inuocantibus, niſi

Ignorantia inuincibilis.

H aliqua culpa eorum obſiſtat: Quare in prędicto caſu, & ſimilibus dicimus, ꝙ Deus auertet cor hominis ab impietate adorationis diaboli, & impietate errorum, quos poſuimus, niſi obuiet culpa. Modi autem & viæ innumerabiles omnipotenti Deo præſto ſunt ad cuſtodiendum, quos voluerit cuſtodire, teſte propheta: Cuſtodit Dominus omnes diligentes ſe, & omnes peccatores diſperdet, id eſt diuerſis erroribus perdere permittit. Vnde Prouerb. 2. Cuſtodiet rectorum ſalutem, & proteget gradiētes ſimpliciter. Seruans ſemitas iuſtitiæ, &

vias

A vias ſanctorum cuſtodiens. Conſidera igitur, quæ in his tribus capitulis dicta ſunt: & videbis omnes errantes à via veritatis, & ignorantes eandem, culpabiliter, & à culpa ſua errare. Nullum eſt enim inuenire in eis, qui non ſit negligens in præuiſione in cauēdo pericula, & errores, in animaduerſione, in inueſtigando per ſemetipſum veritatem, aut in inquirendo ab alijs, & in prædicatione in implorando auxilium Dei.

ARTICVLVS SECVNDVS.

B

De triplic i lumine, ad quod quilibet obligatur.

SEcunda dicitur obligatio cognitionis. Ad hoc enim humanus intellect⁹ creatus eſt, vt veritatem ſalutarem agnoſcat: & ad hoc ſtudioſus, & ſollicitus eſſe debet. Triplex eſt enim actus, ſeu officiū, ad quod intellectus quilibet obligatur. Primus eſt auerſionis, ſecundus eſt conuerſionis, tertius eſt adheſionis. Sicut exempli cauſa, cum in miſſa eleuatur ſanctiſſimum Sacramentum: quilibet tunc obligatur ad C tria. Primò auertere oculos à qualibet vanitate, ſecundò conuertere oculos ad hoſtiam conſecratam, tertiò tota mente totoque conatu Chriſto in illo ſacramento per deuotionem totaliter adhærere. Sic quidē in propoſito eſt.

Triplex actus, ſiue officiū, ad qđ intellectus obligatur.

Quòd de neceſſitate ſalutis, quilibet tenetur non credere contra fidem. Cap. 1.

D PRimus autem actus intellectualis eſt auerſionis, id eſt non credere falſum. Sicut enim liberæ volūtatis eſt, vt ab omni male volito ſe auertat, & nec per conſenſum ad illud ſe conuertat: ita eſt intellectus humani, ſeu rationis, vt ab omni malè credito ſe auertat, & vt ei nullo modo aſſentiat. Hoc autem ex proprio lumine ei poſſibile eſt, vel etiam alieno. Ex proprio quidem, ſcilicet propriæ inueſtigationis: ex alieno: hoc eſt diuinæ reuelationis, vel humanæ eruditionis. Sicut igitur humana voluntas damnabiliter in malè volitum conſentit: ſic intellectus humanus damnabiliter in malè creditum aſſentit. Quapropter tenetur, vel ipſe ſe corrigere, vel correctionem ſuam per aliquam viarum, quas diximus, procurare. Quare nō licet in talibus errare, nec etiam talia ignorare. Et hoc etiam apud omnes nationes receptum eſt. Ipſi enim idolatræ dixerunt, ꝙ qui dubitat deos eſſe honorādos, indiget pęna. Noſtræ quoq; fidei ſententia eſt, ꝙ dubius in fide, infidelis eſt. E

Quòd quilibet obligatur conuertere intellectum ad veram fidem. Cap. 2.

F

SEcundus autem actus intellectualis eſt conuerſionis, id eſt credere verum. Sicut enim debitrix eſt libera voluntas, ſiue affectus ſuæ operationis, quod eſt velle in bonis volendis: ſic etiam intellectus ſuæ operationis debitor eſt in veris credendis, ſeu cognoſcendis. Quapropter ſicut non licet affectui, vel damnabilia velle, vel ſalutaria nolle: ita non licet intellectui impia, & falſa credere, vel ſalutaria vera non credere. Quare nec error, nec ignorantia credendorum aliquem excuſat vnquàm à perditione omnino. Quod intelligens Iob 19. ait: Si ignoraui, ſcilicet errando, mecum erit ignorantia mea, ſcilicet in meam perditionem. G

Credere Verum.

Quòd quilibet tenetur adherere his, quæ ſunt verę fidei. Cap. 3.

TErtius verò actus intellectualis eſt adhæſionis. Si enim non minus tenetur Deo in ſuis operationibus humanus intellectus, quàm ipſe eſt affectus: & nunquam licet affectui amare contrariū Deo, vel contraria eis, quæ eius ſunt: ſimiliter etiam nunquam licet ei, vel non amare Deum, vel non amare ea, quæ eius ſunt. Sic nunquam etiam licet intellectui credere contraria Deo, vel eis, quæ eius ſunt: ſimiliter neque non credere ipſi, vel ea, quæ ipſius ſunt. Quod enim eſt non amare in affectu: hoc eſt non credere, ſeu non intelligere, vel nō cognoſcere in intellectu. Talis quidem actus intellectualis eſt adhæſionis credere in Deum. Nam, ſicut ſupra ſermo. 6. arti. 3. & c. 2. circa finem, Auguſti. ait: Credere in Deum, eſt credendo Deū amare: credendo in Deum ire credendo ei adhærere: H

Credere in Deum, vide D. Aug.

A hærere: & credendo eius membris incorporari. Et vt ibidem patet, ſecundum Bonauen. talis fides ad hoc, ꝙ in Deum tẽdat, quatuor de neceſſitate requirit, ſcilicet adiunctionem charitatis, quæ ordinat in amorem Dei: & hæc eſt prima differentia Aug. & operationem boni: & ſic eſt ſecunda: & perpeſſionem mali; & ſic eſt tertia: & dilectionem proximi, & ſic eſt quarta. Conſidera igitur omnes, qui pereũt, & inuenies eos culpabiles, & negligentes in prædicto triplici actu, ſcilicet, aut non auertendo à falſitate, aut non conuertendo ſe ad veritatem, aut non faciendo ipſam veritatẽ. Qui
B enim negligit facere bonum, quod eſſe faciendum nouit: meretur non accipere notitiam faciendi id, quod nõdum cognouit. De vnoquoque ſperandum eſt, ſi talento intellectus tota diligentia bene fuerit negociatus, in quibus per ſe potuit, quod etiam multiplicetur ei, vel augeatur, vt etiam diuinæ reuelationis, ſeu inſpirationis munere capiat ampliora, ad quæ per illum pertingere non valeat: vel etiam, ꝙ prædicetur ei doctrina, vel prædicatio ſalutaris. Exempli gratia: Si quis ſeorſum ab hominibus eſſet, & in talento intellectus ſui vellet negociari: ex conſideratione viſibilium facile eſſet
C ei reperire creatorem, & multa alia ab ipſo: videlicet ipſum eſſe diligendum, honorandum, glorificandum, &c. Et ſi in inuentis bene negociaretur: adderet ei Deus alia, vel per inſpirationem, aut per doctrinam, aut per prædicationem, quam ipſemet ſibi procuraret. Omnino igitur credendum eſt, Deum neminem velle deſerere, qui ei veraciter ſtudeat adhærere: & in hoc concordat Alexan. de Ales. Præterea vnaquæque virtus ad actum, & finem proprium expeditior, atque facilior eſt, quàm ad aliquem alienum: Sicut exempli cauſa: Naſus nõ videt, & auris non comedit: nec oculus va-
D dit propriè, & ſic de alijs. Manifeſtum eſt enim, ꝙ virtus noſtra intellectiua ad quærendum, & inueniendum Deum, quatenus hic requiritur, & expedit, expeditior eſt, atque facilior, quàm ad quærendum, vel ad inueniendum aliquid aliud, maximè cum præſto ſit Deus ſemper adiuuare ad ſe conantes, & appropinquare appropinquantibus ſibi. Vnde Iac. 4. dicitur: Appropinquate Deo, & ipſe appropinquabit vobis. Poſſunt hic pro vno ſermone tria dubia poni: primum, & ſecundum eſt, ſupra ſermo. 10. arti. 3. c. 2. de verbo Dei. Et pro tertio dubio hunc tertium articulum adde.

Articvlvs Tertivs. B

Quòd propter triplicem cauſam neceſſe eſt quemlibet damnari, qui decedit extra catholicam fidem, & charitatem.

TErtia quidẽ obligatio, ad quam omnes tenentur, eſt conſideraionis. Porrò quilibet conſiderare debet, ꝙ neceſſe eſt illos damnari, qui extra vnicam, & catholicam fidem, & extra charitatẽ decedunt. Et hoc propter triplicem cauſam. Primò propter inconuenientia, ſecundò F propter nequitiam, tertiò propter iuſtitiã.

Quòd ſi ignorantia neceſſariè veritatis hominem excuſaret ab æterna damnatione: multa inconuenientia ſequerentur. Cap. 1.

PRimò enim neceſſe eſt illos, qui inueniũtur extra catholicam fidem, & extra charitatẽ, in æternũ perire propter inconuenientiam. Equidem ex iam dictis luculenter apparet, intellectui impoſitam eſſe legem, & G limitem in operationibus ſuis, atque limitatum eum eſſe quid credere, & quid diſcredere: & iterum quid non credere, vel ignorare liceat ei. Et iterum ignorantiam eſſe damnabilem, videlicet in quibuſdam hominum, & in quibuſdam ignoratis. Similiter, & credulitatem quorundam damnabilem eſſe, & impiam, & ideo neutram excuſare à tota damnatione eos, quos inuoluerit. Forſitan excuſat à tanto: Non enim tãtũ peccare videntur, qui erranter, vel ignoranter malè agunt: quantum qui ſcienter, vel qui contra conſcientiam peccant. Si. n. ignorantia excuſaret à toto, multa abſurda H inconuenientia ſequerentur: de quibus ad *Ignorantiã excuſat à toto.* præſens ponantur tria. Primum, quia malum eſſet excuſabile: ſecundum, quia malum eſſet operabile: tertium, quia malum eſſet laudabile, & remunerabile. Primum *Primum inconueniens ſi illud eſſet verum.* incõueniens ſequeretur, quia malum eſſet excuſabile. Cum enim omnes peccatores errent, & ignorent, & tanto amplius, quãto amplius peccant: omnia peccata, & ſcelera excuſabilia eſſent, necnon, & maiora magis excuſabilia eſſent, quoniam maiores errores, & tenebras peccantibus ingerunt. Vnde ad hanc dementiam tandem ex hoc.

A hoc deuenire oporteat, vt liceat credere vnicuique, vel diſcredere quicquid placet, & nullam eſſe legem intellectui datã: quare nec affectui, nec inſuper operi: & ideo nullam legem eſſe tenendam ſimpliciter: quia, hoc præſuppoſito quælibet ſimpliciter teneri poteſt, & circa quamlibet fieri, cum error, & ignorantia vbique excuſat. Ex quo ſequitur, nihil eſſe virtutem, vel vitiũ ſimpliciter: quia credenti de virtute, ꝙ vitium ſit, aut etiã econuerſo, erit virtuoſum agere ſecundum virtutem, vel ſecũdum vitiũ; quod eſſet contra diuinam ſcripturam, quæ Eſa. 5. ait. Vę qui dicit bonum malum, &
B malum bonum: ponentes tenebras lucem, & lucem tenebras: ponentes amarum dulce, & dulce amarum. Secundum inconueniens ſequeretur, ꝙ malum eſſet operabile. Ex præcedẽti inconuenieti hoc aliud ſubſequetur, ꝙ nullus errabit, vel credendo, vel operando: cum credendum ſit vnicuiq; quod credit, & operãdum, quod operatur, ſecundum credulitatem erroris ſui. Tertiũ inconueniens ſequeretur, ꝙ malũ eſſet laudabile, & remunerabile. Secundum enim hunc errorem æquè coleretur Deus vitijs, ſicut virtutibus: & æquè compoſiti erunt mores vitioſi, & virtuoſi: & de iudicio æquè laudabiles, quoniam æquè remunera-
C biles, poſtquàm non refert, quid vnuſquiſque agat, vel qualiter, ſed ſolummodò quid credat ſe agere, vel intendat, vel qualiter. Et per hanc viam æquè colenda erunt idola, ſicut altiſſimus Deus: ſi credantur æqualiter eſſe colenda, & meritoriè, atq; religioſè negabitur Deus, ſi credatur eſſe negãdus: & laudandus erit, & etiam remunerãdus, qui hæc impia perpetrabit. Et ſicut propheta ait: Laudabitur peccator in deſiderijs animæ ſuæ, & iniquus benedicetur: quæ omnia, quàm incõuenientia ſint, mens diſcreta aduertit.

Secundũ incõmodũ.

Tertium inconueniens.

D

Quòd propter nequitiam impiorum, neceſſe eſt eis in æternum damnari.

Cap. 2.

SEcundò neceſſe eſt æternaliter cruciari eos, qui extra fidem catholicã moriũtur. Ex hoc propter nequitiam eorundem. Exagitat enim multos, atque confundit multitudo numeroſiſſima damnandorum, & paucitas ſaluandorum. Dicũt enim pleriq;, ad quid tot dãnandos creauit Deus? Quibus dicendum eſt hoc, ꝙ certum eſt, quia ex diuitijs ſuæ bonitatis creauit eos: &
E quia multa bona, & magnifica donauit illis: pœnas verò, vel tormenta niſi meritas, & iuſtiſſimas, nulli vnquàm intulit, nec imposterum illaturus eſt. Animaduertendum eſt, ꝙ duplex eſt cauſa damnationis eorũ, ſcilicet efficiens, & materialis. Cauſa efficiens eſt infallibilis iuſtitia Dei, qua nulla iuſtior excogitari poteſt, vt ait Pſalm. Iuſtus Dominus, & iuſtitiam dilexit: æquitatem vidit vultus eius. Et alibi: Iuſtus Dominus in omnibus vijs ſuis, &c. Cauſa materialis eſt malitia eorũ, demerita, & peccata, quibus iuſtiſſimo iudicio, & laudãda in omni-
F bus iuſtitia Dei damnatio illa retribuitur offenſarum. Quia autem quidam mirãtur, ꝙ tot ſunt qui damnãtur, & tam pauci, qui ſaluantur: ſimilitudinem expreſſam de hoc inuenient in tribus, ſcilicet in naturalibus, in artificialibus, & in moralibus. Primò. n. in naturalibus: vilium nempe, & ignobiliũ ſemper maior eſt multitudo, quàm precioſorum, vel nobilium, vt ferri, vel plumbi, quàm auri, vel argenti, & lapidum ignobilium, quàm gemmarum: ſimiliter quercuũ, quàm palmarum, vel cedrorum, & ſic de multis alijs; & tamẽ de his nemo turbatur, ſeu miratur. In tanta etiam multitudine hominum paucos de his Reges, & Principes etiam temporales efficit Deus. Nec miraris G
homo, ꝙ non omnes homines facit Principes, & reges, etiam tam modicorum, tãque ignobilium regnorum, vt ſunt temporalia: quanto fortius mirari non debes, ſi paucis largitur præclara, atq; nobiliſſima cęlorum regna. Secũdò in artificialibus, ſicut patet de ſculptoribus, & pictoribus, & con ſimilibus. Tertiò in moralibus. Non enim multi mirantur, ꝙ ſtultorum (vti ſapiens teſtatur) infinitus eſt numerus, ſimiliter, & malorum: ſapientium verò, & bonorũ pauci inueniuntur. Rogo te, qui de huiuſmodi admirantibus vnus es, cũ tam raros videas, qui regna cœleſtia quærant, vel appetant, H
ſeu de illis curent: tam multos etiam, qui ab eis ſe auertunt, & contraria toto affectu ſectantur, propter quid miraris, ſi tam pauci perueniunt, & tam multi minimè ad illa ta pertingunt? Amplius ſi videres de centum partibus generis humani nonagintanouẽ totis ſtudijs, ac viribus currentes per viam, quæ ducit ad mortem: vtpote graui lapide ad collum ſuſpenſo proijcere, atq; ſubmergere ſe in mari: paucos verò econtra, currẽtes per viam, quæ ducit ad vitam: nunquid mirareris ſi multitudo illa magna, tota deueniret.

Pulchra q̃ de dãnandis, & in 4. tractatu, & in 1. diſ 42. de pdeſtinatione, & reprobatione.

A veniret in mortem: & ſola illa paucitas per *Multi videre perierũ dorũ, vel perientiũ* ueniret ad vitam? Sic eſt in propoſito. Conſidera totam multitudem perditorum, & videbis eam feſtinantem ad mortem: econtra verò paucitatem electorum feſtinãtem ad vitam. Quid igitur mirum, ſi vnuſquiſque hominum ad finem peruenit, ad quem totis viribus tendit? Multitudo nanque hominum perditorum in via præſentis vitæ: multitudo eſt fugens vitam, & præcipitans ſe in mortem, & in ſtagnum ignis, & ſulphuris ſe mittens, atque in mare, & in abyſſum æternarum amaritudinũ ſe demergẽs. Quòd in baratrum infernale vnuſquiſque cadat de ponderoſitate eſt proprie iniquitatis: B quòd verò ſurſum ad ſublime fęlicitatis æternę aliqui attrahuntur de virtute Dei omnipotentis eſt, ac ſuæ dulciſſime pietatis.

Quòd, vt appareat pulchritudo iuſtitię dei in damnatis, malos Dominus male perdit. Cap. 3.

TErtiò neceſſe eſt puniri ęternaliter eos, qui extra vnicam, & catholicã fidem, & extra charitatẽ decedũt & hoc propter iuſtitiam. Dicunt plerique, vt quid ſtragem tantam hominũ, quos creauit ſuſtinet bonitas diuina? An delectet eũ C tanta carnificina infernalium tormentorũ? an conuenit diuitijs bonitatis eius, & immẽſitati miſericordię ſuæ eos creaſſe, quos vtique ſaluari poterat, à flammis infernalibus depaſcendos derelinquere? Quid aliud creando eos voluiſſe facere videri poteſt, quàm igni infernali de ipſis pabulum miniſtrare? Quibus merito reſpondemus, quòd & Deus, & Angeli, & ſancti de ipſis damnatis gaudebunt. Primò gaudebit Deus, non quòd proprie aliquid delectet eum extra ſeipſum. Placent autem ei tormenta malorum. Primò, quia bona ſunt, vt pote, vt creaturæ eius: ſecundò propter pulchritudinem iuſtitiæ, quæ in eis inęſtimabiliter D miranda eſt, & laudanda. Vnde Prouer. 1. Ego quoque in interitu veſtro gaudebo. Magna quidem laude digna eſt diuina bonitas in hoc, quòd malis, & reprobis præter eſſe, & vitam, alia quoque naturalia bona etiam innumerabilia gratuita, & temporalia elargitur. Quòd autem ampliora eiſdem non præſtet: non ideo hoc eſt, quia ipſe manum ſuæ retrahat largitatis: ſed quia ipſi manus ſuas occupant alijs, aut quo minus recipiant auertunt: ſicut, quòd lumen ſolis ſuper multos cadat, & E non eos illuminat: non ex eo eſt, quòd ſol radios ſuos retrahat, ſed quia ipſi à lumine ſuo ſe auertunt. Denique non niſi dimidiam ſuam bonitatem oſtenderet Dominus, ſi iuſtitiam in malos non exerceret. Quaſi enim duæ partes diuinæ bonitatis ſunt (ſi partes ibi cogitare fas eſt) miſericordia, & iuſtitia videlicet ſecundum effectum tantum, cum bonitas diuina impartibilis ſit ſecundum ſe in vltimo impartibilitatis. Ex quo patet, ꝙ ſi prædicto modo non puniret damnatos: aut eſſet apud Deũ ocioſa iuſtitia, aut enormiter diminuta. Sancti verò, & angeli in patria glorioſi hanc diuinæ iuſtitiæ pulchritudinem contemplantes, tanto delectabilius intuebuntur, F quàm hic eam cogitent, & audiant quanto ibi erit in eis, quã hic, & diuinæ iuſtitię maior cognitio, & maior delectatio: & quãto maior videbitur ipſa diuina iuſtitiæ magnitudo, & pulchritudo. Ex quibus per locum à proportione, ex neceſſitate conſequitur magis gaudium eſſe futurum de aſpectu, ſeu intuitu pulchritudinis diuinę iuſtitiæ, quæ ibi luci diſſimè conſpicietur: quàm eſſet gaudium de omnibus gaudijs mundi huius, ſi conflarentur in vnum. Et de huiuſmodi gaudio ait Pſalmus. Letabitur iuſtus, cum viderit vindictam: manus ſuas lauabit in ſanguine peccatoris. *Pſalmus.* G Patet igitur quare multi ſunt vocati, ſcilicet ad fidem, vel ad gloriam, vel ad gratiam, ſed pauci ſunt electi, ſcilicet reſpectu multitudinis vocatorum. Licèt enim granum areæ ſit multum: tamen paucũ eſt, reſpectu multitudinis ariſtarũ, & palearum, quæ ſignificant malos, quos dominus malè perdet. Ex hac nempe propoſitione docet Anſelmus in quadam epiſtola, *Anſelm.* quòd, qui vult eſſe ſecurus, an ſit de electis, debet conari, vt non ſit eius vita de numero multorum, ſed paucorum. Sed ſi vult eſſe certiſſimus, debet facere, vt ſit de numero pauciſſimorum. De quorum numero elegans miſericordia Saluatoris H nos faciat, qui cum patre, & ſpiritu ſancto electos vocat, vocatos ſaluat, ſaluatos glorificat in ſecula ſęculorum. Amen.

Ad hic de ſermone. 12. cap. vltimus.

Sabbato

A homine reformat imaginem, configurans Chriſto inſtar baptiſmi, dum per id, quod mortificamus membra noſtra, quæ ſunt ſuper terram, rurſus Chriſtum induimus cõplantati ſimilitudini mortis eius. Hæc ille. Ex his ratio ſumpta eſt, ꝗ religionem intrantibus de præteritis culpis non eſt pœnitentia iniungenda, ſicut patet de pę. diſt. 1. §. his auctoritatibus: & extra de voto, c. ſcripturæ. Vbi de hoc glo. non enim de peccatis commiſſis poſt ingreſſum imponi debet, extra de regulari. & trāſeunti. ad relig. c. vlt. & extra de ſenten. excom. c. cum illo-
B rum. Proinde etiam notandum eſt, ꝗ cæteris paribus votum, & opus factum ex voto ſuperaddit ad ſimplex propoſitum, & ad opus ex ſimplici propoſito factum, quandā meriti infirmitatem: maximè in votis perpetuis, & ſuper oīa in votis, quæ ſunt de ſubſtantia ſacræ religionis: & hoc maximè, ſi conſiderentur tria in ipſo vouente. Primò libertas, ſecundò largitas, tertiò ſtabilitas.

Votū & opꝰ ex voto factū.

Quòd ex quadruplici ratione apparet ex libertate magnitudo meriti in vouente. Cap. 1.

C PRimò conſideretur in vouente libertas. Magna nempe eſt in homine dignitas libertatis, ita vt quidam ſit auſus dicere.

Non bene pro toto libertas venditur auro.

Ideo apparere poteſt magnitudo meriti in vouente ex quadruplici ratione. Primò ratione donationis, ſecundò ratione æſtimationis, tertiò ratione adiunctionis, quartò ratione approbationis. Primò apparet magnitudo meriti in vouente, ratione donationis. Tanta verò res eſt humani animi
D libertas, vt Bernar. in quadam epiſt. dicat: Voluntati nec leges imperant, nec Principes dominantur. Quāto enim aliquid magis naturaliter diligitur, tāto perfectius donatur Chriſto: nihil enim homini amabilius libertate propriæ voluntatis. Per hanc enim homo eſt aliorum dominus, per hanc etiam alijs vti & frui poteſt: per hāc in ſuis actionibus dominatur. Nihil eſt, quod homo naturali affectu magis refugiat, ꝙ ſeruitutem, & vltimò mortem. Proinde ſi attentè aſpiciamus hoc quidem, quod per votum Deo datur, & redditur, reperiemus, ꝗ per ipſum votum non ſolum datur ipſum bonum opus, dum eſt: ſed etiam tota liber-

Votum.

tas noſtra, & totum dominium voluntatis E
noſtræ reſpectu talis operis. Nempe abſq; voto datur tantum opus, dum fit, non autem plenum pro tempore, pro quo erat antequàm fiat: nec datur libertas, & dominiū voluntatis reſpectu talis operis. Tantum igitur votum præponderat ſupra ſimplex propoſitum, quantum valet libertas, & dominium voluntatis, & hoc reſpectu totius futuri temporis. Hoc autem nullo modo ꝑ aliquid huius vitæ poſſet appreciari, neque recompenſari. Vnde Hierony. ait: Voluit Dominus rationabilem creaturam volun-
tarij boni munere, & liberi arbitrij poteſta- F
te dotare: vt boni, aut mali capax vtrunque naturaliter poſſet, & ad alterum voluntate deflecteret. Licèt quippe nobis eligere, refutare; probare, reſpuere: nec aliud eſt, in quo magis rationabilis creatura cæteris prę feratur. Vide igitur, quanta ſit magnitudo oblationis: & intelliges, quanta ſit apud Deum gratitudo acceptationis. Proinde Aug. in Epiſtola ad Polētianum ait: Ea ſunt in officijs noſtris gratiora, quæ cum liceret nobis etiam nō impendere, cauſa dilectionis impendimus. Secundò ratione æſtimationis. Tantum enim Dominus appreciatur omne à nobis ſibi datum, quantum eſt
nobis dilectum, & charum, & quantum ip- G
ſa donatio eſt ſupra naturam voluntatis noſtræ. Sed nihil ſub Deo eſt nobis ita dilectum, & charum, ſicut libertas, & dominiū voluntatis noſtræ. Hoc enim infinitè appreciamur: appreciamur enim illud plus, quā omnia, quæ Deus facere poſſet, quæ infinita ſunt, & plus quàm aliquid, quod ſit in nobis, & iſtius per votum donatio eſt ſupra omnia, ſupra naturam, & quodammodo cōtra naturam voluntatis noſtræ. Per hoc. n. voluntas noſtra funditus ſeipſam abnegat, & obliuiſcitur, & à ſeipſa quodammodo
ſeparatur totaliter, ac per hoc ſeipſam tota- H
liter ſubiugando, & ſe pleniſſimè Deo dando ſuper ſe totaliter, & altiſſimè tota in Deum fertur. Igitur iſtud donum ſuper omne aliud à nobis datum, vel dabile, præponderat in infinitum. Vnde bene comparat beatus Anſelmus in lib. de ſimilitudinibus, hanc donationem illi, quæ eſt ſine voto, ei, qui dat alicuius arboris ſuæ fructus annuatim ſolum pro tēpore, pro quo ſunt: non autem ipſam arborem, ad eum, qui dat arborem totam: & vſus fructuum ac dominium eius totaliter à ſe transfert. Tertiò ratione adiunctionis. Quodlibet enim finitum bonum adiunctione alterius boni fit melius.

Rō æſtimationis.

Rō adiūctionis.

A melius. Quis enim dubitarę poteſt, q̄ ipſa promiſſio boni, non ſit aliquot bonū? Nōne qui homini aliquid promittit, bonum aliquid iam illi impendit? in cuius ſignū cui aliquid promittitur, gratias agit. Votum quidem eſt quædam promiſſio Deo facta, ſicut patet Eccl. v. vbi dicitur, Si quid vouiſti Deo, ne moreris reddere. Diſplicit enim ei infideliter, & ſtulta promiſſio. Infidelis eſt, quæ non obſeruatur. Item ſtulta eſt, quæ ſtultè promittiť, & ſtulti' obſeruatur: ſicut qui vouerunt de capite, non comedere, non filare, ſeu laborare in ſabbato poſt

Eccleſ.

B nonam, et conſimilia, de quibus plen' eſt totus mundus. Item conſilium non datur, niſi de perfecto & de meliori, ſecundum Hierony. ad Demetriadem: quia conſilium reſpicit opera ſupererogationis, ſed ī ſcriptura ſacra datur nobis a Deo conſilium de voto faciendo. Vnde propheta: Vouete, & reddite Domino Deo veſtro. Quartò apparet magnitudo meriti in vouēte, ratione approbationis. Hæc ſi quidem libertas, quod mirabilius eſt, non ſolū datur in hora, qua ipſum votum emittitur: ſed etiam in omni tempore, quo ſibi vouiſſe placet: & ī quo cum hac complacentia votum implet. Si e-

Magnitudo meriti in uouente.

C nim votum in ſua emiſſione addebat quandam valoris, & meriti infinitatem, & hoc per totum tēpus ſequens replicatur, & multiplicatur. ergo votum continuatum ſuperaddit multiplicem infinitatem. Tale quidē votum, & vota iam facta in ſancta religione alacriter approbare, eſt illud ſacerdotale officium omnium perfectorum, in quo non eſt diſtinctio Iudęi & Greci, maris, et fęminæ, ſerui & liberi: quia omnibus volētibus eſſe perfectos conuenit illud j. Pe. ij. Vos eſtis genus electum, gens ſancta, regale' ſacerdotium, populus acquiſitionis, vt virtutes eius annuncietis, qui de tenebris

D vos vocauit in admirabile lumen ſuum.

Magnitudo meriti in vouente apparet ex quadruplici ratione largitatis eius. Capitulum. 2.

Maxima largitas apparet ī vouēte et probatur quadruplici ratione

SEcundo apparet magnitudo meriti ipſius vouentis, ſi conſideretur in vouēte largitas. Ex quadruplici enim ratione apparet maxima largitas in vouente. Primò ratione prefigurationis: ſecundò ratione ſubiectionis, tertiò ratione intentionis, quartò ratione coniunctionis. Primò ratione p̄figurationis. Secundum enim Greg. ſuper Ezechielem, hoc inter ſacrificium

E & holocauſtum diſtat, quia omne holocauſtum ſacrificium eſt, ſed non omne ſacrificium hulocauſtum. In ſacrificio enim pars pecudis, in holocauſto verò totum pecus offerri conſueuerat. Cum igitur aliquis aliquid ſuum Deo vouet, & aliquid non vouet ſacrificium eſt. Cum enim omne, quod habet, omne, quod viuit, omne, quod ſapit, omnipotenti Deo vouerit: holocauſtū eſt: quod quidem impletur p̄ tria religionis vota. Per ſacrificij enim oblationem ſecundum antiquæ legis mandatum pro peccatis

De voto vide quæ habet Magiſter lib. 4. diſt. 38 Rich. ī 4. diſt. 38. q. 2. art. 3 Pal. lib. 4 diſt. 38 q. 2.

F ſatisfacere oportebat, ſicut Leuit. pręceptū erat. Vnde p̄s. cum dixiſſet quæ dicitis in cordibus veſtris & in cubilibus veſtris compungimini: ſtatim de ſatisfactione ſubdit dicens: Sacrificate ſacrificium iuſtitiæ, id eſt, facite opera iuſta poſt pœnitentię lamenta, ſicut exponit gloſa. Sicut igitur holocauſtum ſacrificium eſt perfectum: ita per hæc tria ſāctiſſima vota anima perfectè ſe ſanctificat Deo, cui & de exterioribus rebus, & de corpore proprio, & proprio ſpiritu medulloſū holocauſtum offert. Sicq; aſtrictio hæc nō ſolum de perfectione non minuit, ſed culmen perfectionis inducit: quia de noſtro facit dominium, dum non ſolum actum',

Pſal.

G ſed etiam voluntatem dedicans Deo totum illud, quod eſt, offert, et redigit ſub iure, et dominio Dei. Secundò ratione ſubiectionis. Nam quanto in modo dandi, & operādi Deum amplius honoramus, et Deo nos magis ſubijcimus: tantomagis donum et obſequium ſibi placet. Sed incomparabiliter magis honorat, qui quod dat Deo, dat ſibi, ſicut domino: et in ipſa dātione oſtendit ſe Dei ſeruū, & totaliter Deo obnoxiū: quàm qui dat Deo, ſicutq; liber, & domin', et ſicut non in hoc Deo plenè obnoxius. Sed qui dat, & reddit aliquod ex voto, ſa-

Ratio ſubiectionis.

H mulatur Deo ſecundum primum modum: qui autem ſine voto, ſecundum modū, ergo incompabiliter magis honorat Deum dans ex voto, quàm dans ſine voto. Vnde Aug. tractās illud pſalmi, ſicut iurauit Domino votū vouit Deo Iacob, ait: Quid vouemus Dn̄o, niſi vt ſimus templum Dei? Nihil enim gratius poſſumus Deo offerre, quā, q̄d dicamus illud Eſaię: Poſſide nos. Hęc ille. Tertiò rationè intentionis, ſeu volitionis. Quanto enim opus eſt magis volūtarium, et a maiori voluntate, et virtute procedēs: tanto magis meritorium eſt, & Deo magis acceptum. ſed cæteris paribus tanto voluntas, ac volentis, et dātis virtus eſt ma-

Auguſt.

Intentionis Ratio

ior.

A ior, quanto maius, & altius eſt, quod datur ergo quantomagis eſt quod per votum, quàm id, quod ſine voto datur: tanto cęteris paribus maior eſt virtus, & voluntas dantis, ergo ipſa quodammodo erit in infinitum maior. Præterea nullus effectus maior eſt ſua cauſa. Quartus igitur erit effectus adminus, tanta erit, & cauſa: ergo quanta erit donatio, & actus donationis, tanta erit virtus, & volũtas ipſius dantis. Ideo. j. Reg. 15. Samuel obedientiam, in qua votacætera comprehenduntur, omnibus ſacrificijs prętulit dicens. Melior eſt obedié-
B tia. ſ. voti, quàm victimæ, Filius enim, aut filia vel pecus, aut prædium extra nos eſt: ſe metipſum offerre Deo, nec alieno labore, ſed proprio placere perfectius, & eminentius eſt omnibus votis. Quartò ratione coniunctionis, ſeu aſtrictionis. Nempe tanto aliquid magis volumus, quanto ab illo minus ſeparari volumus, quantomagis diſplicet nobis ipſa ſeparatio. Sed qui ita vult aliquid, quod nullo modo vult licere ſibi ſeparationem, qua poſſit ſeparari ab illo, ſed vult omnino ſibi ipſam eſſe illicitam: incomparabiliter magis vult, & diligit illam quàm ille, qui ipſam ſeparationem vult ſibi licere, & nullo modo ſibi eſſe illicitam. Sic autem ſe habent adinuicem ex voto aliquid volens, & operans, vel faciens, vel volens illud ſine voto, id
C eſt, ſecundum propriam voluntatem: & talis aſtrictio facit de temporali æternum, dum nunquam licet reſilire à voto.

Coniunctionis ratio.

Ex vouentis ſtabilitate apparet magnitudo meriti propter quattuor rationes.
Capitulum. 3.

D TErtiò quoque apparet magnitudo meriti ipſius vouentis, ſi conſideretur vouentis ſtabilitas. Stabilitur enim amplius in via Dei, & in bono perſeuerantiæ vouens, quà non vouens, quadruplici ratione. Primo ratiõe firmatiõis ſcdo ratione hęſionis, tertiò ratione cõfuſiõis, quartò ratione ſubuentionis. Primò reſpectu ſui, ſecundò reſpectu rei, tertiò reſpectu proximi, quartò reſpectu Dei. Primò ratione firmationis. Ex voto enim, & vouenti actione ſequitur in vouente firmitas maior. Ad laudem igitur boni operis pertinet, ꝙ voluntas firmetur in bono: ſicut vtique ad grauitatem pertinet culpæ, ꝙ voluntas ſit obſtinata in malo. Patet enim, ꝙ qui aliquid vouet, voluntatem ſuam firmat ad id, quod vouet: & ſic cum implet, quod vouerat, opus bonum ex firmata voluntate procedit. Sicut enim ad grauamen pertinet culpæ, ꝙ ex firmato propoſito aliquis perpetret malum, eſt enim ex propria malitia peccare, id eſt, peccare in ſpiritum ſanctum: ſic ad cumulum meriti creſcit, ꝙ homo bonum opus operatur ex voto. Amplius. Quia voluntas humana immutabilis eſt. Ad hoc, ꝙ verbis hominis fides adhibeatur, neceſſaria inoleuit conſuetudo, vt hoc, quod aliquis vult alteri facere promiſſione confirmet, & vlterius promiſſionem roboret firmiſſimis iuramentis, atque legitimis. Plus autem debet vnuſquiſque ſibi, quàm proximo ſuo, præcipuè in his quæ pertinent ad ſalutem, iuxta illud Eccl. 30. Miſerere animæ tuæ placens Deo. G
Poteſt igitur propter voluntatis mutabilitatem promittere illud, quod propoſuit pro ſua ſpirituali ſalute, ſicut, & promittit pro alterius commercio temporali. Si igitur aliquis vtiliter prouidet proximo, vallando promiſſionem ſuam iuramento, fideiuſſione, pignore, multomagis vtiliter, & laudabiliter prouidet ſibi, ſi bonum propoſitum, quod concepit vel voto, vel iuramento, vel quoquo alio modo ſtuduerit confirmare. Proinde Primo Corinth. 15. dicitur, ſtabiles eſtote, H
ac immobiles. Nam in deteſtationem pigrorum dicitur Prouerb. 13. Vult, & non vult piger. Secundò ratione adhęſionis. Ex quadam enim adhæſione in vouente etiam in bono maior firmitas generatur. Nam deſperatio habendi aliquam rem magis adhęrere facit propoſito ſuo, quia multum minuit, tollit concupiſcentiam illius rei: propter quod auferre ſibi ſpem alicuius delectabilis multum minuit concupiſcentiam eius. Certum eſt, ꝙ ſpes, et facultas adipiſcendi aliquid, facit illi amplius adherere, & auget concupiſcentiam eius. Voluntas autem aut non fertur, aut exiliter fertur circa impoſſibilia, & deſperata. Sed homo per votum auferendo ſibi licentiam habendi illud, quod per votum relinquitur, ſeu relinquendi illud quod propter votum datur, aufert ſibi quodammodo

Vouës ex voto ſtabilis magis in via Dei.

Ratiõ adheſionis.

A dammodo ſpem illorum ſecundum ſententiam Auguſtini. Et ex hac præſuppoſitione finis. ſ. ſi vult venire ad vitam, et gloriam ſempiternam, facit ſibi illa impoſſibilia. *Auguſt.* Vnde Augu. in lib. de profeſ. viduitatis. Plus, inquit, in ardentem ferunt libidinem quæ deſperant eiuſdem voluptatem. Quæ autem innuptarum vouent caſtitatē, ipſam ſpem ſubtrahunt, quæ fomes amoris eſt: Vnde facilius concupiſcētia refrenatur, quæ nulla expectatione ſuccenditur. Præterea, quãtomagis mens eius, qui eſt in grã, horret mortalem culpam, et id, quod B aufert ſibi ſpem æternæ vitę quàm id, quod eſt indifferens, & non illicitum: tanto magis, et tanto firmius conatur in oppoſitum ſuum. Sed id, quod ante votum licitum erat, per votum fit illicitum, & mortale, igitur plus incomparabiliter habet horrere illud, poſt ipſum votum, quàm ante votum, & tanto amplius in oppoſitum conari, et ei adhærere facit. Præterea quanto voluntas magis applicat ſe ad aliquid, & quanto magis fortificat, & accendit ſe ad inſeparabiliter adherendum ei, & quanto C magis fugit oppoſitum eius, et ſeparat ſe ab illo, tanto firmior redditur ad perſeuerandum indefectibiliter in illo, & tãto fortior ad reſiſtendum omni tentationi, impellenti ad contrarium eius. Per votum autem hęc omnia eueniunt. ſ. maior deſperatio, & maior applicatio, et inflammatio voluntatis, et maior à contrario fuga, & elõgatio: & per cõſequens maior firmitas in bono propoſito neceſſariò habet ſequi.

Ratio cõfuſionis. Tertiò ratione confuſionis. Illud enim, quod ſine magna noſtra confuſione perficere, & implere non poſſumus, minus aggredi concupiſcimus, & minus aggredimur, quàm illud, quod ſine noſtra confuſione implere valemus. Sed per voti D tranſgreſſionem maior coram alijs confuſio eſt, quàm ſi fieret ante votum: ſaltem quando eſt publicum, vel ſolemne. Habet enim humana mens quaſi quidam fluuius duplicem ripam: vnam intra, aliam extra. Interior eſt timor Dei, exterior verò verecũdiamũdi. His verò duabus ripis retinet aĩa, ne ex alueo rationis profluat in peccato. Ambæ hæ ripæ ſunt terminus, de quo propheta ait. Terminum poſuiſti, quem non tranſgredientur. Per primam ripam prouidemus bona coram Deo, per ſecundam vero coram omnibus hominibus. Per vnam amatur Deus, per alteram proxim⁹, vt in his duobus tota lex domini impleatur, & prophetarum. E Vna alteri adiutorium præſtat, nec vna ſine altera perſeuerat. Hæ ſiquidem ſunt duæ manus, quibus ſponſam ſuam Dominus dilectam amplexatur, vt meritò lętanter dicat, Leua eius ſub capite meo, & dextra illius amplexabitur me Cant. ij.

Ratio ſubuētiõis. Quartò ratione ſubuentionis. Quãtomagis in aliquo opere adeſt nobis diuinũ adiutorium, & ſpes, & confidentia maior de illo: tanto firmi⁹: & cum maiori ſecuritate id operamur, et poſſumus operari. Sed per votum iſta vtique augentur, & amplificantur, ſicut ſupra per Aug. & Anſel. patet, & ſicut etiam ratio dictat. F Nam, quanto nos amplius Deo damus, aut ſubijcimus, & quanto amplius eum honoramus, & ipſi in eius ſeruitio nos applicamus: tanto diuinum adiutoriũ familiarius nobis adeſt, & tanto ſecuriores nos poſſumus, & debemus eſſe de præſentia, & adiutorio eius. Habet enim ſe ad eos, qui vouerunt maximè vota perfectionis, ſeu religionis, non ſolum ſicut ad alios, ſed ſicut ad charos filios, & ſpirituales ſeruos, tam ad conferendum eiſdem, tanquã filijs dona, quàm ad remittendum pecca- G ta. Nam, quando redeũt à peccatis ſuſcipit eos ad gratiam ſuam, ſicut filios ſecũdum Anſel. lib. de ſimilitudinibus. Quia licet tales quando peccant, plus offendant: tamen quando pœnitent, Deus iudicat eos, ſicut ſuos amicos, alios verò ſicut alienos. Ex dictis patet, ꝙ facere aliquid ex voto, non ſolum eſt meli⁹, & magis meritorium: ſed etiam vtilius eſt, & expedientius, quàm illud idem facere ſine voto. Quod per illuminatam diuinitus rationem, ac experientiam certam deuotus Bern. intelligens ait: *Bernardus.* Bonum eſt nos hic eſſe. ſ. in ſtatu religionis. Quare? Quia homo ibi viuit purius, cadit rarius, reſurgit veloci⁹, incedit cautius, H quieſcit ſecurius, irroratur frequentius, purgatur citius, moritur confidentius, & præmiatur copioſius. In quibus ſacris verbis exprimit nouem rationes, quare ſit melius facere bonum in ſtatu religionis, quàm extra religionē: & maximè in ſæculari ſtatu.

A *Votorum fruct' duodecim.*

De duodecim fructibus votorum religionis.

EX his duodecim rationibus, quę in præſenti articulo dictæ ſunt, ad prædicandum formari poſſunt duodecim fructus votorum ſanctæ religionis: quaſi votum ſit lignum vitæ in medio paradyſi. ſ. eccleſiæ ſeu religionis Gen. ij. Et Apoc. vlti. dicitur, ex vtraque parte fluminis lignũ vita afferens fructus duodecim, per ſingulos menſes reddens fructum ſuum; quod
B poteſt eſſe aliud thema. Primi quattuor fructus ſunt hi. Primus dicitur donatio, ſecundus adiunctio, tertius æſtimatio, quartus approbatio. Secundi quattuor ſunt hi. Primus dicitur præfiguratio, ſecundus ſubiectio, tertius intentio, quartus coniunctio. Tertij quattuor ſunt hi. Primus dicitur firmatio, ſecundus adheſio, tertius confuſionis timoratio, quartus diuina ſubuentio.

ARTICVLVS SECVNDVS.

C
De multiplici diſcretione: quę obſeruanda eſt ab his, qui aſſumuntur, & recipiuntur ad ſtatum religionis.

SEcundò conſideremus ipſius ſtatus religionis diſcretionem. Licet enim aliquid facere ex voto, ſemper ſit melius de ſe, & quantum eſt de ſe, ſemper expedientius videatur: tamen propter humanã infirmitatem, & multorum diſpoſitionem non ſemper magis expediens eſt. Tunc quidem euidenter eſt expediens, quando, om-
D nib' circunſtantijs ſufficienter pẽſatis, manifeſtè apparet non imminere periculum perincioſæ tranſgreſſionis. In veteri enim lege omne ſacrificium, quod Deo offerebatur ſine ſale, ingratum erat. Vnde ad Ro. 12. Rationabile ſit obſequium veſtrũ. Quod inſinuare Dominus volens Lu. 14. cum prius dixiſſet, ſi quis venit ad me, & non odit patrem ſuum, & matrem, & vxorem, & filios, & fratres adhuc autem, & animam ſuam, & qui non baiulat crucem ſuam, & venit poſt me, non poteſt eſſe meus diſcipulus: ſtatim ſubnectit dicens. Quis enim ex vobis volens turrim ædificare: nonne prius computat ſumptus, qui neceſſarij ſunt, ſi habeat ad perficiendum: vt poſtea quàm poſuerit fundamentum, & E non poterit perficire: omnes, qui vidẽt incipiant ei illudere dicentes, quia hic homo incępit edificare, & non potuit conſumare? Quod exponens Greg. in homelia ait. Quia ſublimia mandata, ſeu præcepta data ſunt, protinus comparatio ędificandæ ſublimitatis adiungitur, cum dicitur, Quis ex vobis volens, &c. Et poſt pauca ſubdit. Iſtos ſumptus diues habere non potuit, qui cum præcepta relinquẽdi omnia aduertiſſet, triſtis abſceſſit. Et poſt parabolam de turri prędictam Dominus ſubdit. Bonum eſt ſal. Si autem ſal euanuerit, in quo condietur? Neque in terra, neque in ſterquilinio vtile eſt: ſed foras mittetur. Qui habet F aures, audiat. Hęc Dominus vbi ſup. Vt ex omnib' dictis inſinuare velit, ꝙ talis ſtatus aſſumptio debet ſale diſcretionis condiri. Proinde circa inductionem, & receptionem ad religionem diſcretio triplex neceſſaria eſt. Prima circa aduenientes, ſecunda circa recipientes, tertia circa dubietates.

Obſeruanda diſcretio ꝗs, qui ad religionẽ recipiuntur.

Quòd quatuor aptitudinis ſigna maximè conſideranda ſunt in volentibus intrare religionem ſanctam. G
Capitulum. 1.

PRima diſcretio ſeruãda eſt circa volentes intrare religionem. In quibus quattuor ſigna, ſeu indicia bona maximè conſideranda ſunt. Primum eſt voluntas bona, ſecundum honeſta vita, tertium natura ſenſata, quartum ętas diſcreta. Primum ſignum eſt voluntas bona .i. ſi à priſtina mundi conuerſatione apparet mentem aduenientis multum eſſe mutatam, aut non. Nam voluntas H tepida, & remiſſa communiter ad religionis ſtatum aſſumi non debet. Ideo omnes ad religionem inducentes, ſeu recipientes, ad Rom. 12. ammonet Apoſtolus dicens. Probetis. ſ. in intrare volentibus, quæ ſit Dei voluntas bona, beneplacens, & perfecta. Nam primò in talibus probatur voluntas Dei bona in paupertatem: id eſt quàm libenter reliquunt omnia temporalia mundi. Secundò probatur in illis voluntas Dei beneplacens in caſtitate. i. cum quãta complacentia proponunt caſtitatẽ ſeruare. Tertiò ât probatur in eis voluntas Dei perfecta. ſ. in obedientia perfecta & in abnegatione

Quatuor ſigna volentib' intrare religionem.

A tione proprij ſenſus, & propriæ voluntatis. Prima probatio eſt bona, ſecunda eſt melior, tertia eſt perfecta. Vel euidentius probatur voluntas bona, beneplacens, & perfecta per ordinem in tribus ſignis, de quibus dicetur, infra arti. vlt. in 15. argu.

Secundũ ſignum. Secundum ſignum conſiderandum eſt præterita vita, id eſt, ſi fuit homo morigeratus vel bonus, vel deuius, vel ſceleſtus. Nam licet Chriſtus dixerit phariſeis Matth. 21. Publicani, et meretrices præcedent vos in regnum Dei: non tamen dixit, ꝙ paſſim omnes publicani, & meretrices ad regna cœlorum venirent. Proinde turpiter errant, qui prædones, & ſaccomannosp, ublicaB nos, & meretrices, ac de agris, & ſæpibus congregantes illos repente veſte religioſa induunt, & quaſi in regulari collegio cum ſanctis viris, & virtuoſis iuuenibus, atque virginibus dedicant, ita ꝙ ferè mox ab omnibus tractantur vt ſancti, nullis, aut modicis præeuntibus dignæ pœnitentiæ ſignis: cum tamen etiam de his, qui prima facie ſancti, & periti eſſe videtur infra cano. ſua. c. 4. Io. admonet dicens. Nolite omni ſpiritui credere, ſed probate ſpiritus, ſi ex Deo ſunt, ſequens in C hoc Chriſtum Matth. 7. dicentem. Attendite, id eſt, attentè vobis cauere à falſis prophetis, qui veniunt ad vos in veſtimentis ouium, intrinſecus autem ſunt lupi rapaces. Nam, experientia teſte, quidam ad religionem venientes in principio videntur agni, & modico elapſo tempore, reperiuntur lupi. Non enim ſine magna experientia, & lumine Dei regulę ſanctorum patrum prudentiſſimè ſtatuerunt, ꝙ ad religionem venientes antea probarentur, an ad talem religionem apti ſunt, &

Simile. idonei. Quis enim ædificator domus, vel D nauis materialis, non ſolerter, et prouidè perſcrutatur ligna, & lapides, & diu cum multis ſciſſuris, & tonſionibus parat, antequam in edificio ponatur? Nec ad hoc quoſcunque accipit, ſed ſolum ſolidos, & ſuo artificio aptos, quantomagis in ſpiritualium religionum ędificio hoc ſeruari neceſſe eſt: Igitur ſicut nullus eſt à pœnitentia, aut à ſpe veniæ reijciendus, ſi pœniteat verè: ſic nullus eſt ad firmam, ſeu intima ſanctorum vel ſanctarum collegia ad firmam vel familiarem ſocietatem recipiendus, niſi prius eius idoneitas per ſigna ſufficientia fuerit comprobata. Quod in quibuſdam indiget tempore longo. Vnde E Gregorius 31. moral. Quia terreni principes magna ſe Deo humilitate ſubſternunt, praui homines nunc ad fraudis argumenta vertuntur. Quia enim illos ad religionem reuereri conſpiciunt, ipſi cultum religionis aſſumunt: & bonorum vitam ſub deſpectis veſtibus, iniquis operibus premunt. Mundi quippe dilectores ſunt, qui in hoc in ſe, quod homines venerantur, oſtendunt: atque eis, qui verè ſe deſpiciunt non mente, ſed veſte copulantur, & quia præſentem gloriam amantes conſequi non poſſunt, quaſi deſpicientes ſequuntur. Honores F enim fugiunt, vt honoribus obuient. Facile enim eſt conuerſio perſonarum naturaliter leuium, & mobilium, & inconſtantium, ſeu ſtolidorum, ant brutalium, et brutali more ſemper nutritarum. Non ſtatim habenda pro firma, & rata quin potius vix vnquam eſt firma: & ideo nunquam eſt tuta. Tertium ſignum eſt natura ſenſata. *Tertium ſignum.* quandoque enim reperiuntur maximi peccatores, & peccatrices in naturalibus optimè dotati, & inſtituti, qui, quando perfectè conuertuntur ad Deum, ſunt valde conſtantes, et omni morum honeſtate ac grauitate optimi, & citò imbuibiles. Et de talium G numero æſtimo fuiſſe Magdalenam: tamen propter aliquos, vel aliquas tales non debet vniuerſaliter, & in omnem euentum conſequentia trahi ad quoſcunque peccatores, & peccatrices paſſim ad ſanctorum familiarem conuictum eſſe recipiendos: quia de talibus rari reperiuntur. Sed ſi quando tales occurrunt, verificatur in eis ſententia Pauli ad Rhoma. 5. Vbi abundauit delictum, ſuperabundabit, & gratia. Quia tales ſicut fuerũt ſapientes, vt facerent mala: ita diuina gratia in eis mirabiliter operante ſapientes H fiunt, vt faciant bona. Quartum ſignum eſt ætas diſcreta. *Quartum ſignum.* In vario tamen religionis ſtatu varia competit ætas, multiplici ratione determinari non poteſt ad præſens, in qua ætate ad religionem quilibet inducendus, ſeu recipiendus ſit: & maximè propter varios religionis ſtatus. Nam quædam religio requirit ætatæ maturos, ratione diſcretos, & ſanctitate præcipuos. Quædam verò in teneriori ætate ſuſcipere poteſt. Sed circa hoc ſufficit obſeruare in quolibet ſtatu

religio-

A religionis, quod ſancti antiqui, & experti patres ſanxerunt, atque ſtatuerunt in regulis ſuis, quas qui deſpicit, in dies fructus experietur. Et interim eſt ſignum prçſumptuoſæ temeritatis. Pleroſque enim temporibus noſtris ſub pallio charitatis, vel potius vanitatis, deceptos vidi paſſim, & inconſideratè omnes ad religionem recipientes, quorum operum finis, & fructus fuit fumus, & fætor, & impeditiuum ob ſtaculum eorum, qui cum dei honore, & ſui ac proximorum ſalute ingreſſi fuiſſent religionem. Pudet enim, & iuſtè prudentem virum aſſumere religionem, & ſtatũ, in quo ante ſe prçcedere vidèt multos homines infimes, & ſceleratos et tandem in breui tempore apoſtatãtes et deteriores effectos. Tales ſiquidem arietes fumo vanitatis imbuti, & obcæcati, & duces conſilium cçcorum effecti, non conſiderant illud Eccl. 16. Nè iocunderis in filijs impijs, ſi multiplicentur. Et ſequitur: Mèlius eſt enim vnus timens Deum, quàm mille filij impij. Et vtile eſt mori ſine filijs, quàm relinquere filios impios. Sumunt tales exemplum eccleſiæ, militantis quæ multos recipit ad ordines ſacros, ſolemne caſtitatis votum coãnexum habentes, cum eorum quàm plurimi ſæpe, & ſæpius, tranſgredi comprobentur: & tamen eccleſia propterea conſimiles recipere non omittit: non intelligentes, ꝙ ab his, quæ in eccleſia irregulariter fiunt; non eſt trahendum argumentum, & exemplum, ſed ſolum ab his, quæ in Dei eccleſia autenticè, & regulariter ſtatuuntur. Stragem enim clericale ſtatu ſeu aliorum religioſorum, & præſumptuoſam ac temerariam, & peruerſam aſſumptionem huiuſmodi ſtatuum nemo ſapiens aſſerit bonam, ſeu aſſumendam, & imitandam. Præterea perſpicaciter intuenti manifeſtè videbitur, ꝙ peius plerumque eſt multos malos habere miniſtros, quàm paucos, ac nullos.

Obſeruẽt ij qui aliquã religionem ĩgredi ſtatuerunt.

B

Exemplũ Eccle. militãtis.

C

D

Volens intrare religionem, aut aliquem inducere ad eam, quatuor circa eũ recipientes conſiderare debent.

Capitulum. 2.

SEcunda verò diſcretio ſeruandã eſt circa recipientes. Quattuor quidem ſigna conſiderare debet ad religionem inducens, vel religionem aſſumens, quæ ad perſeuerantiam in bono propoſito, & in ſua profeſſione, & vocatione maximum auxilium præſtant. Primum ſignum eſt ſocietas bona, ſecundum eſt prælatorum diligens cura, tertium eſt loci, ſeu conuentus, & monaſterij conuenientia, quartum regularis vita. Primum ſignum eſt ſocietas bona. Nam dum bonum additur bono, totum fit magis bonum atque dum virtus virtuti additur, ex vnione magis coroboratur. Quippe in ſocietate bonorum melius cognoſcitur veritas, feruentius diligitur bonitas, & efficacius bonum opere adimpletur. Nemo ſibi ſatis eſt, eget omnis amicus amico, iuncti accenſi carbones melius ſeruant ignem: plurimique equi ſimul ſingulis greſſum faciliorem præſtant. Ideo Ambro. in ſermone de moribus, & vita honeſta, ait: Socios tibi bonos, & honeſtos coniunge: quia ſi fueris ſocius conuerſationis eorum, eris et virtutis illorum. Vnde. 16. q.j.c. ſi clericatus, ad Ruſticum monachum Hiero. ait: Primum enim tractandum eſt, vtrum ſolus, aut cum alijs in monaſterio viuere debeas. Mihi placet, vt habeas ſanctorum contubernium: nec ipſe te doces, & abſque ductore gradieris vitam, quam nunquam ingreſſus es. Vnde propheta: Cum ſancto ſanctus eris. Si igitur multitudo congregationis, aut ſtatus licèt de ſe melioris non obſeruat communiter ſtatum ſuum, ita ꝙ ex hoc omni intranti imminet notabile periculum illum ſtatum minime obſeruandi, ſed potius ſequendi communes tranſgreſſiones illius: tunc talis introitus eſt potius diſſuadendus, quàm conſulendus, etiam ſi ad tales vouiſſet intrare. Melius eſt enim ꝙ votum impleat in alia religione, quàm ſe cõmittere periculo tanti caſus. Facilius enĩ inficimur ex ſocietate malorum, quàm corrigimur ex ſocietate bonorum. Et plus inficit vnus malus, quam alicui proficiãt multi boni. Vnde Eccl. 7. Diſcede ab iniquo, et deficient mala, abs te. Et Grego. ſup Ezech. 11. Infirmi debent prauorum ſocietatem declinare, ne mala quæ frequenter aſpiciũt, et corrigere non valent, imitari delectentur. Et addit exemplum, quod per longam conuerſationem leproſi, fit homo leproſus. Vnde Eccl. 23. dicitur, Qui communicat ſuperbo induit ſuperbiam. Et Prouerb. 13. Qui cum ſapientibus graditur, ſapiens ait: amicus ſtultorum efficietur ſimilis. Et Bernard. Corrumpunt bonos mores non ſolum colloquia praua, ſed etiam

E

Ad religionem ĩducẽs quatuor debet conſiderare.

Primum ſignum.

F

G

Pſal.

H

A conſortia praua. Apoſtolus Petrus tempore
paſſionis factus ſocius peruerſorum,nega-
uit Chriſtum,et in negatione perſeuerauit:
tandem verò egreſſus foras ab eis ſegrega-
tus , dum pœniteret , fleuit amarè. Meritò
igitur dicitur , cum peruerſo peruerteris ,
quia ex conuictu generantur mores boni,
Secundū ſignum. aut mali . Secundum ſignum eſt prælatorū
diligens cura , quæ proficit multum religio-
nem intrantibus . Et contra , quando ſunt
erga ſubditos negligentes,ſeu pnitioſi.Pro-
inde , quando de hoc volente ingredi ordi
nem , aut de illo in ſingulari,& determina-
B te,penſatis alijs circunſtantijs, & maximè
imminentium tentationum,& defectus gu
bernatium auxiliorum notabiliter pro-
babilius eſt iſtum eſſe caſurum, quàm perſe
ueraturum , non debet pro tali tempore ad
altiorem ſtatum recipi,vel induci: quia qua-
les ſunt prælati , tales efficiuntur ſubditi,
cum ſint maxime nouiter aduenietibus pri-
Tertium ſignum. maria forma. Tertium ſignum eſt loci, aut
conuent⁹, & monaſterij conuenientia.ſ.ad.
ſeruitium dei. Secundum enim Paladium,
vbicunque gnātur echo, non mellificant a-
pes,nec habitant : vt myſticè innuatur, qđ
C loca tumultuoſa & vltra ſuę profeſſionis
vocationem mundanis negocijs implicata,
fructui,atque deuotioni ſeruorum dei ma-
gnum præſtant impedimentum. Vnde. ij.
ad Timot. ij. Nemo militans Deo implicat
ſe negocijs ſecularibus . Sed tamen aduer
tendum eſt , ſecundum Greg.ſuper Ezech.
qđ ſi deſit ſpiritus,non adiuuat locus. Quar
Quartum ſignum. tum ſignum eſt regularis vita. ſ. ſecundum
profeſſionem ſuam , quia tunc religio in-
gredientibus magnam præſtat vtilitatem.
Vnde Hugo de clau.ani. Abundans eſt pau
peri religio,mediocri ſufficiens,tolerabilis
diuiti,infirmis larga , delicatis compatiés,
D ſortioribus moderata , pœnitentibus miſe
ricors,peruerſis ſeuera , bonis optima.Hęc
ſunt beneficia religionis. Hæc ille . Aduer-
tendum eſt tamen ,ſecundum Bern. in lib.
de pcepto,diſpen. ꝙ qui ſm regulā viuere
ſtatuunt,et ſi non ad vnguem, vt dici-
tur, totam cuſtodiunt:& ſi qua pro
ſui clauſtri ritu mutatāt,vel præ-
ter mittūt,à regulari tamen
profeſſione non diſce-
dunt:dum tamen
ſobriè,iuſtè,&
piè pro mo-
ribus
viuere non deſiſtunt.

Quod quidam ex quadruplici irrationabili dubietate à religione retrahunt multos. Cap. 3. E

Quidam ſe retrahunt ī religionis ingreſſus.

TErtia diſcretio obſeruāda ē circa du-
bietates.Sunt enim pleriq; ,qui à re-
ligionis ingreſſu retrahuntur pro-
pter quaſdam indebitas dubietates , necnō
& quidam propter eaſdem cauſas alios in-
ducere retardantur, immo & multi, qđ de-
terius eſt , volentes intrare religionem , ex F
erronea conſcientia retrahunt eos: moti ex
quadruplici communi hominum ſigno. Pri
mum eſt fragilitas , ſecundum eſt libertas,
tertium eſt exēplaritas,quartum eſt pauci-
tas.Primum ſignum eſt fragilitas. Vbi ad-
uertendum eſt, ꝙ ſi ex communi hominū
fragilitate timetur caſus huic,vel illi,eſt ho-
mo nihilominus inducendus. Cuius ratio
eſt,quia talis communis fragilitas non fa-
cit in hoc homine,vel in illo maiorem pro-
babilitatem pro caſu , quando potius pro-
poſitum bonum illius ad talem ſtatum cum
aſſiſtentia gratię Dei , qui iam illud ſanctū
propoſitum dedit , & cum auxilio regula- G
ris ſtatus,& bonæ ſocietatis , et regiminis
ſancti eius præponderat ad pręſumendum
talem eſſe perſeueraturum, potius quàm ca
ſurum.Præterea non omnes cadentes ſem-
per perſeuerant in caſu . Vnde propter ca-
ſum ad horam poſtmodum reparandum,
non debet receptio ad ordinem omitti : qa
quamuis Apoſtoli in hora mortis Chriſti
corruerint : attamen,et eis, et eccleſię Dei
vtilius fuit,eos fuiſſe ad diſcipulatum voca
tos , & tandem reparatos,quàm ſi nunquā
intraſſent ,et aſſumpto ſtatu ruiſſent. Pręte
rea,quando eidem homini ad altiorem ſta-
tum non intranti immineret fortior caſus,
atque fortius,grauius,et certius,quàm ſi in H
traret:tunc propter timorem caſus ingreſ-
ſus minimè eſt ommittēdus exemplo Chri-
ſti plures diſcipulos facientis,quāquam ſci-
ret quod Ioh. vj. ait, ꝙ multi ex eis abierūt
retro,nec ambulabant cum illo.Nam ſi non
intraſſent ad Chriſti diſcipulatum cum cę-
teris Iudęis, grauius, irreparabilius corruiſ
ſent. Et idem eſt de pluribus , quæ in ſtatu
pœnitentię quibuſdam tentationibus infir
mantur , qui ſi in ſtatu laxiori cum cęteris
remanſiſſent,grauius , et deſperabilius in-
firmarentur , & maximè quia in pœniten-
tię ſtatu frequenter permittit Deus quoſ-
dam tentationum languores,& morbidos
lapſus ad medicinale emplaſtrū,et experi-
mentum.

A mentum inferens ad prouentum gratiæ, amplioris, & ad augmentū humilitatis, & notitiæ ſuiipſius, atque ad cautelam in poſterum conſimilium, vel aliorum caſuum vitandorum. Secundum ſignum eſt libertas.

Secundū ſignum.

Conſiderant enim quidam libertatem humani arbitrij coniunctam humanæ fragilitati: & inde eliciunt valde eſſe periculoſum hominem aſſumere regularem ſtatum: nec aduertunt, ꝙ ſecundum hoc nullus vocandus eſſet ad altiorem ſtatum. Sunt aūt in omnibus hominibus iſta duo. ſ. communis fragilitas, & ad bonum, vel ad malum voluntatis libertas. Sed ad q̄d ordinaſſet Chriſtus hæc tria ſanctæ religionis vota? Nonne ſciebat in homine eſſe humanam fragilitatem? an neſciebat dediſſe homini liberam voluntatem? Preterea, Si hoc verum eſſet, ſequeretur, ꝙ ſimilis ratio eſſet de acceſſu

In homine duo ſunt Cōs fragilitas, & libertas ad bonū, vel ad malum.

B ad fidem, & fidei ſacramenta, cum .ij. Pe. ij. dicitur. Melius enim erat eis non agnoſcere viam iuſticiæ, quàm poſt agnitam retrorſum conuerti. Et ſecundum Apoſtolum ad Heb. x. Deteriora meretur ſupplicia, qui filium Dei conculcauerit, & ſanguinem teſtamenti pollutum duxerit, in quo ſanctificatus eſt, & ſpiritui gratiæ contumeliam ſecerit. Non eſſet etiam paſſim ad iuſtitiæ opera procedendum, quia Eccl. 26. dicitur. Qui tranſgreditur de iuſticia in peccatum, deus parauit eum ad rumpheam. Tertium ſignum eſt exemplaritas. Plerique etiam cōſiderant ſuis temporibus à ſacra religione retro gradaſſe, & cecidiſſe multos: quorum exēplo indiſcretè ſcandalizantur. Nam, ſi

Tertiū ſignū quod dicitū exē pluribus.

C ſolum generaliter, & indeterminatè timetur plurium caſus propter ſola exēpla multorum cadentium, non propter hoc dimittenda eſt aſſumptio talis ſtatus, eò ꝙ ex talium præterito caſu non imminet intrantibus ruendi periculum: immo occaſio poti⁹ præcauendi conſimilem caſum. Preterea ruinæ illorum, qui ceciderūt, potius peruenerūt ex maligno defectu liberi conſenſus eorum, quàm ex defectu aſſumpti ſtat⁹, aut gratiæ Dei ad illos illuminandos, aut ex ali

D qua propria ſtoliditate, vel leuitate eorum. Ex his nequaquàm probabile fit, alios carentes defectibus illis caſuros fore: quàuis ex his plus debeat caſus conſimilis formidari. Attamen talis timor potius contra caſum auxilium præſtat, quàm inducat ad caſum: niſi ſit omnino deſperatiuus, & fragilis mentis conſternatiuus. Si enim propter aliquorum caſus deberet quos ſe retrà re a religione, ſequæretur, ꝙ daretur occa-

ſio omnia humana ſtudia prætermittendi, E iuxta illud, Eccl. 11. Qui obſeruat vētum, non ſeminat: & qui conſiderat nubes, nūquàm metet. Et Prouerb. 26. dicitur: Dicit: piger leo eſt in via, leena in itineribus, vbi glo. ait. Multi cum verba exhortationis audiunt, dicunt ſe velle viam iuſtitiæ incipere, ſed à ſathana retrahuntur ne perficiant. Quartum ſignum eſt paucitas, quia. ſ. multi non perſeuerant Porrò propter precedentium caſus nō debet homo ſe retrahere nouas inſerere plantas, quando potius tanto plus eſt religio nouo ſemine propaganda, quanto per plurium ſeminum ac plātarum euulſionem eſt amplius diminuta, iuxta illud Eccl. 11. Mane ſemina ſemen tuum, & F veſpere non ceſſet manus tuas: quia neſcis, quid magis oriatur hoc, an illud. Sunt nempe plerique, qui abſque compaſſiua charitate, & pietate, & in detrimentum non modi cum conſcientiæ ſuæ ex vno religioſo aliquod ſcandalum perpetrante, aut ordinem relinquente, aut ſceleſtiore alijs ſæcularib⁹ facto: matrem, quę eſt relicta congregatio, et religio eius detractionibus, & murmurationibus mordent, et lacerant, atque contra innocentes impiè latrant, totamque reliquam multitudinem ſeruorum Dei illius congregationis iniuſta, ac ſæua ſententia damnant: qui ſi verè, piè diſcretèq; ſentirent, manifeſtè cognoſcerent, ꝙ mare ſe purgans putrida ad litora vomit: necnon, et corpora noſtra ſana conſumata ciborum digeſtione, putrida quoque à ſe reijciunt: nec G tamen odio habetur, nec deſpicitur ipſum mare, nec inſuper noſtrum corpus. Licèt etiam religio, pia mater inter ſe infirmos foueat, et ignaros non eijciat, tepidos, & deſides non repellat: non tantum tota debet deſpici, & contemni: In cuius myſterium Deut. 22. dr̄ Si ābulans per viam in arbore, vel in terra nidū auis inueneris matrem cū pullis, vel ouis deſuper incubantem non tenebis eam cum filijs, ſed abire patictis captos tenens filios, vt bene ſit tibi, & longo viuas tempore. Quis tam durus, & in iudi- H cio temerario ſæuus, qui Apoſtolos iudicet propter Iudam: ſeu etiam Chriſtum, qui talem ſciēter elegit diſcipulum. Nec eū ignoranter elegit Dominus Ieſus Chriſtus audi quid Io. 6. dicat. Nonne egò, qui ſum ſapientia patris, vos duodecim elegi, et vn⁹ ex vobis diabolus eſt? Ecce ꝙ Iudam, quē elegerat, diabolum vocat. In omni ſtatu, & conditione, ſecundum Hieron. boni ſimul reperiuntur, & mali. Et Auguſt. in epiſtola

Quartū ſignum.

Perpende hominū ingeniū & malitiā, qui plus ſatis proclives, ſed in aliorū miſerias.

A ad Vincentium Donatiſtam, ait. Mihi arrogare non audeo, vt domus mea melior ſit, quàm arca Noe, vbi tamen inter tot homines vnus reprobus inuentus eſt: aut melior ſit, quàm domus Abrahæ, cui dictũ eſt, Eijce ancillam, & filium eius: aut melior ſit quàm domus Iſaac, cui de duobus geminis dictũ eſt. Iacob dilexi, Eſau autem odio habui. Simpliciter aũt fateor, ex quo Deo ſeruire cæpi, ꝙ ſicut difficile expertus ſum meliores quàm qui in monaſterio profecerunt: ita peiores non ſum expertus, quàm qui in monaſterio defecerunt. Hæc ille.

B

Articvlvs Tertivs.

Vbi per viginti argumenta impugnatur ſtatus religionis, & cuilibet ſtatui ſubiungitur refragatio eius.

Tertio conſideremus circa ſtatum religionis oppoſitionem. Multam quidem oppoſitionem, & contradictionẽ à varijs, & ex varijs cauſis ſacra religio ꝑ
C paſſa eſt. Sed tales quicunque ſint, audiant Bern. qui in quodam ſermone ait. Si quid religionis oritur quicunque reſiſtit, quicũque repuguat, planè cũ Egyptijs Exo. j. paruulos Iſraelitici generis necare conatur: immò cum Herode. Mat. ij. naſcentem per ſequitur ſaluatorem. Vnde plurima argumenta cuderent nonnulli, vt eã eliminarent. Quę quantæ ſint falſitatis, atque erroribus, & ignorantia plena: perſequentia patebit. Et, vt hęc clarius eluceſcant, inducam Diſcipulum, & magiſtrum, diſcipulum dubitantem, & interrogantem, & magiſtrum
D declarantẽ, & reſpondentẽ. Loquitur igiť Diſcipulus ad magiſtrum dicens. Diſcipulus. Patientiam, obſecro, pater habe in me: dubius, et nutàs ad te venio, de puritate veritatis declarari deſiderans. Nam nup ex munere ſuo tetigit Dominus Deus cor meum, vt viã ſalutarem actutam recipere ac capeſcere vellem, qua melius placerem Deo meo. Audiui ſæpius homines regularis vitę conſilium popoſci ab eis de ſalute animæ: & inter eos non reperi ſolidam in conſulendo conformitatem. Quidam ex eis, qui reputantur periti, ac probi, atque timentes Deum, hortantur ad religionis ingreſſum: quidam verò alij, an meliores vel deteriores ſint neſcio, omnino diſſuadent

Plurima argumenta.

idipſum dicentes, et aſſerentes, ſe pœnitere intraſſe religionem. Addamus, ꝙ ſæpius E
viſitaui alios ſeruos Dei abſque religionis voto libere domino ſeruientes, fama odoriferos, conuerſatione decoros, honeſtateque precipuos, contuli cum potioribus de propoſito, & deſiderio meo. Suaſerunt quidam mihi timorem Dei, ſeruare diuina præcepta, derelinquere omnino conſortia mala, ac multa conſimilia vitæ iuſtæ. Votum vero religionis aſſumere omnino diſſuaſerunt. Ego verò ex diuerſis, & aduerſis in dubio conſtitutus, quid eligam ignoro. Dumque fidele conſilium à diuerſis quæro, tepeſco, & fidem perdo: timens, ne omnes F
quærant, quę ſua ſunt, non quę Ieſu Chriſti. Proinde cum diu iam ſenſerim de reuerentia veſtra, omnino ſtatui in corde meo venire ad vos, & totum meum aperire cor, & dubia quædam ponere ad reuerentiã veſtram, expectans fidele conſilium, omnino nudatum inordinata affectione, paſſione. De hoc quidem toto corde oraui Deum: hoc enim inſpirauit in animam meam: cũ hoc determinato, & firmo propoſito vos adiui: Magiſter. Lector, fili mi, de tanto mu G
nere deſuper tibi dato: hortor ne in vacuũ gratiam Dei recipias. Hoc donum non omnibus datum eſt. Sed, quæſo aperi fideliter animum tuum, vt tibi valeam porrigere cõſilium.

Argumentum primum. Diſcip.

Argumentum primum.

Nempe aperiam vobis totum cor meum fideliter tanquam Deo. Vt mihi vtique videbatur ex ininſpiratione diuina intrauerat cor meum relinquere mundum, et aſſumere ſtatum religionis. Video, atque experien H
tia didici, quàm difficilè ſit inter mundana innocẽter in bono propoſito perſeuerare. Sæpius à bono propoſito lapſus ſum, alios mihi ſimiles vidi aliquamdiu, mihi videbatur, in ſæculo perſeuerare: ſed tandem alijs deteriores effecti ſunt. Proinde conſiderãs fragilitatem meam, aſpirabam ad ſtatũ religionis regularis: Demũ perſuaſionibus aliquorum conſideraui, ꝙ intrare periculum mortis ſpiritualibus, ſeu mortaliter culpę, eſt melius, & vtilius, quam ſe exponere tali periculo. Sed qui religionem ingreditur per votum, exponit ſe periculo tranſgreſſionis ipſius voti: qua propter nollem incidere in Scillam, cupiens vitare

Caribdim

A caribdim: hoc eſt in grauius pericula incidere, quàm vitare periculum mundi. M. Nõ paruam apparentiam veri habet, fili mi, cogitatio tua: Sed intellige, quòd qui prudenter vouet iuxta monita, quæ in præcedenti articulo poſita ſunt, minimè trangreſſionis periculo ſe exponit: immo per votum prædictum vitat pericula multa. Nam aliud eſt tranſgrediendi poſſibilitas, atque aliud eſt tranſgrediendi periculum. Adam enim habuit tranſgrediendi poſſibilitatem, periculum autem nunquam. Vouens igitur habet poſſibilitatem hanc, periculum verò non. Et tamen melius eſt eum habere voti
B perfectionem, atq; vtilitatem cum tali poſſibilitate, quàm non habere cum carentia talis poſſibilitatis. Sicut vtique melius fuit patri noſtro Adam habere intellectum, & voluntatem cum poſſibilitate peccandi, quàm eſſe ſicut animal brutum cum carentia talis poſſibilitatis. Et idem eſt de ingreſſu religionis Chriſtianæ per ſacrum baptiſmũ cũ poſſibilitate grauius peccandi, quàm prius. D. Nunc video, quòd ante non cognoſcebam. Hi, qui ſentiunt, quòd etiam cum conditionibus à te tactis periculum ſit aſſumere ſtatum religionis, ſatis apertè aſ-
C ſerunt, licèt forte hoc nó conſiderant, ꝙ periculum ſit aſſumere ſacrum baptiſma, cum illud aſſumẽdo ex neceſſitate ſequatur poſſibilitas mendi grauius in peccatum, quàm ante aſſumptam fidem. M. Capacem te video veritatis, ſed propera aperire reliqua, quæ geris in corde tuo.

Argumentum. 2. Diſcip.

Secundũ argumentum.

ARctius quidem, vt verum fatear, me vrget, quòd ipſe Chriſtus propter vitandum tranſgreſſionis periculum, quod imminet in iurando, nos pro-
D hibuit non iurare. Vnde legi Aug. qui ait: Quàm longè nos voluit eſſe à tranſgreſſione periurij, qui prohibuit nos omnino nõ iurare. Igitur cum vbi eſt eadem ratio, ibi idem ius, propter periculum tranſgreſſionis voti nihil videtur eſſe vouendũ. M. Munitus, & armatus veniſti, vti clarè cerno. Tantoque libentius tecum loquor, quanto maiori intelligentia præditum te conſpicio. Nõ igitur te tędeat audire: quia non te debit me dicere. Si enim conſideretur diligenter Dominicum verbum, etiam ſecundum ſententiam Aug. Chriſtus omnino nõ prohibuit iuramentum: aliter peccaſſet Apoſtolus ſæpius in ſcriptura iurando. Sed E
iurare prohibuit ex leui cauſa, non neceſſaria, vel vtili: & conſuetudinem, vel aſſiduitatem iurandi. Et reſpectu iſtorum dicit Aug. quòd propter tranſgreſſionis periculum prohibuit nos omnino non iurare. Proinde Aug. contra Fauſtum, circa mediũ, ait: Quia periurare graue peccatum eſt: iurare autem, ſicut iurare verum: nullum peccatum eſt. Sed longè remotus eſt à falſo iuramento, qui nec iurare conſueuit, quàm qui verum iurare procliuis eſt. Maluit Dominus nos non iurantes recedere à vero, q̃ verum iurantes appropinquare periurio.

Iurare verũ nullum peccatũ, vide dolore D. Bona.

Itaque, & Apoſtolus in ſermonibus, quos F
habuiſſe narratur: nunquam iurauit, ne iurandi conſuetudine in periculum piurij laberetur: aut ſi aliquando iurauit, neſcimus. In ſcripturis autem, vbi eſt conſideratio propenſior, & maior, pluribus locis Apoſtolus iuraſſe inuenitur, nec quiſq̃ putaret etiam verum iurando peccare. Hæc Auguſt. Præterea, ſi verba Domini Mat. 5. bene conſiderentur aliquo modo permiſſoria ſunt: Ait enim: Ego autem dico vobis non iurare omnino, ideſt nolite iurare in quolibet caſu: ergo in aliquo caſu licet. Nam talis prohibitionis modus vniuerſalis non eſt, ſed particularis: ſi feratur illud, non, ante hoc aduerbium omni- G
no. Ex his, & ex verbis Auguſt. patet, ꝙ frequentationem iurandi prohibuit propter periculum tranſgreſſionis. Et ſecundum hoc in conſimilibus non eſt vouendum, etiam, propter periculum fractionis voti cõtra quoſdam inſipientes, & leues, qui pro quacunque parua occaſione emittunt aliqđ votum. Sed notanter te aduertere volo, ꝙ non eſt ſimile de voto, & iuramento. Nam per ſe votum vtique bonum eſt, & ꝑ ſe vtique deſiderandum. Iuramentum autem non, ſed ſolum propter aliud ad cõfirmandum, & certificandum credulitatem alterius ſuper eo, ſuper quo iuratur. Vnde H
Auguſti. in lib. contra mendacium: Pręceptum de prohibitione iuramenti ad hoc poſitum eſt, vt quantum in te eſt, non affectes: nec quaſi pro bono cum aliqua delectatione appetas iuſiurandum. Et in lib. de ſermone Domini in monte. Qui intelligit non in bonis, ideſt per ſe appetendis: ſed in neceſſarijs iurationem refrenat quantum poteſt, vt omnino caueatur, niſi neceſſitas cogat. Iuramentũ quodã modo eſt idẽ cum voto, vt quando cum iuramento aliqđ Deo promittimus, vel vouemus: illud, qđ

Votũ ꝑſe bonum.

per

A per ſe eſt bonum, ſemper quantum eſt de ſe; bonum eſt facere. Quod autem ſolum eſt bonũ propter aliud, ſemper non bonum eſt facere: niſi quãdo ratio finis hoc exigit, & prout exigit. D. Aſſentire prædictis, quę verè prima facie mira ſunt: & ipſa ratio veritatis, & auctoritas Auguſtini me cogit. Tamen ſi te audire non tædet, addam tertium, quod multos retinet ab ingreſſu religiõis, & mihi quoque non parum præſtat impedimentum. M. Aperi quæſo, quid illud ſit: nam, & docilitas tua libenter, & audire, & reſpondere me cogit.

B

Argumentum. 3. Diſcipu.

Argumẽtũ tertiũ

VIdetur enim, quòd quanto opus eſt magis voluntarium, cæteris parib⁹, tanto melius ſit: ſed opus, quod fit ſine voto, eſt magis voluntarium, quàm idẽ factum ex voto: quĩ votũ inducit faciendi neceſſitatẽ, & illud, quod fit ex neceſſitate, non fit ex tanta libertate, ſicut illud, quod fit abſque neceſſitate. M. Noui puteum, vnde hanc aquam traxiſti, & aliam quoque ſcaturire non ceſſat: vtinã quærerent ſanitatem per conſilia ſana. Addam quoq; & ego eiuſdẽ putei aquam ad robur argumentationis tuæ, & 2. ad Cor. 9. dicitur. Vnuſ-
C quiſq; prout deſtinauit in corde ſuo, nõ ex triſtitia aut ex neceſſitate: hylarem enim datorem diligit Deus. Iterum Proſper li. 2 de vita contemplatiua, ait. Sic abſtinere, vel ieiunare debemus, vt non nos neceſſitati ieiunandi ſubdamus, ne iam non deuoti, ſed inuiti rem voluntariam faciamus. Audi ẽt fili mi, & diligenter attende, quòd duplex neceſſitas reperitur: vna, quæ libertatem, & voluntatem omnem diminuit: & talis non eſt neceſſitas, quæ fit per votum. Alia eſt neceſſitas, quæ libertatem, & voluntatem omnem adauget: & talis eſt neceſſitas voti, ſecundum Anſel. Cur Deus homo. Vnde Aug. loquens ad Aurelianum, &
D Paulinum de voto ait. Fęlix neceſſitas, quæ ad meliora conpellit. Et paulo ante dicit: Priuſquam eſſes voti reus, liberum fuit, q̃ eſſes inferior, quamuis non ſit gratulanda libertas, qua fit, vt non debeatur quod nõ lucro redditur. Votum etiam non inducit neceſſitatem abſolutam, ſed ſolum neceſſitatem, quæ eſt ex conditione, & preſuppoſitione finis: vt ſi volo habere vitam æternam, neceſſe eſt me votum implere. Prætera multi quidem ſunt, qui ea quę vouerãt tam ardenti, & p̃mpta voluntate faciunt: vt

Votũ non inducit neceſſitatẽ abſolutã

etiam ſi non vouiſſent non facerent ſolum, ſed vouerent. Amplius. Detur aliquod opus bonum, quod quis ex voto, vel obedientia facit ſimpliciter conſideratum: ſit ei non voluntarium, ſed tamen ſolum facit illud ex voti, vel obedientiæ neceſſitate, quam omnino præterire non vult: & adhuc de hoc opere amplius meretur, quàm ſi prompta voluntate illud idem faceret ſine voto. Nam, & ſi non habeat voluntatẽ promptam illud faciendi, puta ieiunandi, & cętera, habet tamen voluntatem promptam votũ implendi, vel obediendi. Quod quidem laudabilius eſt, atque amplius meritorium, quàm ieiunare ſine voto. Nam tã to voluntas votum implendi, vel obedien F di promptior iudicatur, quanto id, quod aliquis facit propter obedientiam, ſeu votũ in ſe conſideratum magis voluntati contrarium eſt. Ex quo patet, quòd ad meritum boni operis pertinet, quòd aliquis ea, quæ propter ſeipſa non vellet, faciat propter Deum, aut etiam patiatur, inuenitur voluntas promptior diuini amoris, quantomagis ea, quæ propter ipſam facimus, aut patimur voluntati noſtræ repugnant. Ideo Martyres amplius commendantur, quanto grauiora ſuſtinuerunt propter diuinum amorẽ contra voluntatem humanam. Auctoritates autem Apoſtoli, & Proſperi loquuntur G de neceſſitate humana, cum aliquis, ſcilicet ex pudore, vel timore humano facit quod vouit: & non loquuntur de neceſſitate, quę eſt ex fine dilectionis diuinæ. Quod quidẽ patet ex verbis Apoſtoli: ait enim, non ex triſtitia, aut ex neceſſitate. Neceſſitas enĩ humana triſtitiã inducit: neceſſitas verò diuinæ dilectionis triſtitiam tollit. Proſper ẽt ait, non indeuoti, licet inuiti, rem voluntariam faciamus. Non enim neceſſitas, quæ ex diuina neceſſitate procedit, minuit dilectionem: ſed auget, ſicut ex dictis patet.

Argumentum. 4. Diſcip.

H

POſtquam, & vobis eſt gratum, & mihi, non paruam ſentio vtilitatem: addam, & quartum, quod ſæpe mentẽ meam retrahendo commouit. Sum enim de illis, qui multum vellem mereri abſque magno labore. Ideo cogitaui, quòd magis gratum, & meritorium eſt dare proprium, quàm reddere alienum. Sed qui reddit, q̃d Deo vouit, alienum reddit: quia iam ſuũ non erat, ſed Dei, eo quòd votum fuerat Deo oblatum, ac datum. Qui autẽ facit ſi-

Argumẽtum quartum.

A ne voto aliquid, dat Deo proprium: & qđ erat iam ſui iuris. Igitur licet vouens in actu vouendi fortè melius egerit: tamen in continua eius redditione videtur minus bene facere: & minus mereri, quàm in faciẽdo continuè, quod non vouit. M. Si te audirent qui minus intelligunt, vacillarent fortaſſis à ſolida veritate. Sed perſpicaciter intuenti manifeſtius apparebit, quòd donatio facta Deo per votum, non aufert nobis libertatẽ illã, quã iam habemus, eo quòd naturaliter Domini ſumus actuum noſtrorum, & omnium eorum, quæ ſubiacent facultati liberi arbitrij noſtri. Donatio etiã ipſa, qua votum ab initio datum fuit, quod erat proprij iuris, in eo quidem, cui votum
B placet ſemper replicatur, & ſemper manet. Sic etiam reddere alienum, ſicut per votum redditur magis eſt meritorium, quàm dare, vt proprium. Quia ex tali modo redditionis Deꝰ amplius honoratur, & homo Deo magis ſubijcitur, & humiliatur, ideo propoſitio tua prima veritatem non habet, niſi in eo, quod ex ſe alienum erat, & non in eo quod factum eſt alienum, per Dantis, ſeu reddentis donationem, & voluntatem. Nã ſicut dicit Anſel. in lib. Cur Deus homo Magis debemus Deo eſſe grati, quãdo dat qđ firmiter promiſit, quàm ſi daret abſque pręcedenti promiſſione, eo quòd maiorem o-
C ſtendit in hoc nobis voluntatem dandi. Iõ per tot prophetas, & totiens in eiſdem promiſit nobis aduentum ſuum.

Argumentum. 5. Diſcip.

Argumẽtum.

DVm vnum quæro, inuenio plura. Nũquam venerat in mentem meam ratio hæc, quare Deus tam ſæpe in veteri teſtamento aduentum ſuum ſpoponderat, ſed in propoſito ſtemus. Item quintũ dubium ſępe venit in cor meum, & videtur mihi, quòd ſe obligare ad ſemper dandum id, de quo non eſt certum, an ſemper id habebitur: ſtultum, & temerarium eſt. Sed
D nullus eſt certus de voluntate futura, maximè vſq; ad mortem. Per votum autem homo obligat ſe ad voluntatem futuram, & vſq; ad vltimum vitæ ſuæ. M. Vbi fili mi, piſcatus es hoc rhetiaculum boni propoſiti? D. Ex pelago plurium, qui videntur timere Deum. M. Potius ex propriæ voluntatis ſinu, v bi ratio perdit lumen. Sed ne cum errantibus erres, diſce, quòd quilibet eſt certus pro tanto de voluntate futura, & de opere faciendo durante poſſibilitate faciendi: quia nunquam poteſt non eſſe certus, niſi E
voluntariè recedat à priori propoſito, & ꝓ tanto eſt voluntas immobilis, quia nullus poteſt eam ipſa nolente mutare. Quia igitur omnia hęc ſunt in plena poteſtate ſua, & certus eſt iſta ſe habere: rectè poteſt omnia hæc dare, atque vouere, maximè cũ dando ſibi obliget Deum, vt ſpecialem habeat curam de obſeruando eum in tenendo voto, & occaſiones multa ſeruandi ex hoc cõſequitur. Nullus enim vouet ſe eſſe certũ, ꝙ ita faciet: ſed ſe facturum promittit. Et certus eſt, ꝙ ipſe poteſt hoc verificare in tantum, quòd ipſo volente non poteſt falſificari.

F

Argumentum. 6. Diſcip.

Argumẽtum. 6.

ADdam ſextum, vt perfectè, ſicut cœpiſtis, elucidetis intelligentiã meã. Videt mihi obligare ſe ad immobilitatem eius, quod ſemper inſtabile, & mobile eſt, nec per virtutem propriam immobile poteſt reddi, eſt ad impoſſibile ſe obligare, & ligare. Sed vouere non eſt aliud, quàm ſe obligare ad voluntatis immobilitatem, quæ ſemper mobilis eſt: nec per virtutem propriam immobilis reddi poteſt. M. Hoc quidem facilè declaratur, ſi conſideretur, quòd nullus ſe obligat ad immobili G
tatem voluntatis ſimpliciter, & abſolutè neceſſariam: ſed ad illam tantum, quam voluntas habere poteſt, ſi vult, nec poteſt ſibi violenter per alium auferri.

Argumentum. 7. Diſcip.

Argumẽtum. 7.

NOlo præterire ſeptimum, quod videtur multos mouere. Videtur autem, ꝙ id, quod auget concupiſcentiã ad malum, eſt malum, aut ſaltem minus vtile, & minus bonum. Sed prohibitio concupiſcentiam auget, quia naturaliter nitimur in vetitum, & ſecundum Aug. concupiſcentia ſemper magis in vetitum tendit. Ideo H
ad Rom. 5. dicitur, quòd lex ſubintrauit, vt abundaret delictũ, & quòd occaſione accepta, peccatum per mandatum operatum eſt in me omnem concupiſcentiam. Sed per votum fit nobis prohibitum id, quod antea licitum erat: ergo votum auget concupiſcentiam: igitur eſt malum, ſeu inexpediens, & minus bonum. M. Valida quidem videtur ratio tua, & munita præſidio ſcripturarum. Sed diligenter aduerte, quòd aliud eſt de lege, quæ totaliter poſita eſt ab extra,

Valida rõ quæ ẽ munita ſacrarum ſcripturarũ præſidio.

nec.

A nec præſupponit voluntatem faciendi, nec applicat eum ad volendum, ſeu faciendū: ſed ſolum oſtendit, quid ſit faciendum, & ad illud obligat. Aliud eſt de voto, quod eſt ab intra, & præſupponit voluntatem, & ipſum eſt perfecta applicatio voluntatis ad volendum, & operandum. Vnde, ſi votum ſe haberet ad voluntatem noſtram omnino, ſicut lex, & præceptum exterius datum: tūc ſimile eſſet, nunc autem non eſt ſic. Voluntas autem tendit in id, quod eſt vetitum primo modo: non autem in id, quod eſt vetitum ſecundo modo. Quod etiam ſolum p. accidens, & nullo modo per ſe auget concupiſcētiam, non oportet, quòd ſit malum t
B ſicut de lege patet, quæ ſancta eſt, iuſta, & bona D. Mira diſtinctione vſi eſtis: nec à multis excogitata, quæ mihi aperuit intellectum ad id, quod antea non penſabam. Sed ſi patienter audieritis, addam & octauum, quod me ſæpe moleſtauit. M. Statui tibi tempus accommodare. Audacter, & confidenter age. Ad Dei honorem animarum ſaluti dedicatus ſum, ſi te lucratus ero non fecerim parum.

Argumentum. 8. Diſcip.

Argument. cam. 8.

DEo gratias ago, qui me miſit ad vos. Vt video, nos ſæculares multa igno-
C rantia laboramus, & cum aliquid legerimus, impares nobis omnes religioſos putamus. Veſtra diligens charitas excitauit intelligentiam meam: & quod antea cogitaui, nunc efficacius ponderaui. Apparet igitur mihi, quòd ſecundum ordinem rectum prius ſoluendum eſt debitum, quàm aliud ſuperrogandum. Sed quantuncunq; aliquis totis viribus conetur, atque laborat, non poteſt ſufficienter pręcepta implere, ad quæ ex debito obligatur. Igitur nunquam debet aliquid per votum ſupererogare, aut non adminus vſquequo impleuerit præcepta Dei. Nam prius oportet hominē ſe exercitare in præceptis, antequam eat ad obſer-
D uantiam conſiliorum. M. Oh, oh. hæc eſt tentatio; quæ in ſęculo me vexauit, & penè in præcipitiū dedit. Sed diligenter attende. Non enim hoc ego in ſæculo aduertebam, quòd prius naturali ordine ſoluendum eſt debitum. Non autem prius tempore, vbi ſupererogatio in nullo impedit ſolutionē ipſius debiti: ſed potius ad ipsū faciendam iuuat, atque perficiendam. Et alia ſunt ſupererogationis vota, & maximè conſiliorum Euangelicorum: quæ, inquantum diſponūt, & iuuant ad ſimpliciter tenendum. præcepta, ſunt quodammodo executione priora, E
& ſi non in intentione. Sicut diſpoſitio prior eſt forma, & id, quod eſt ad finem ſuo fine. Finis enim prior eſt in intentione, ſed poſterior in executione. Inquantum verò diſponit ad perficiendum completè præcepta, ſunt priora ſecundum modum prædictum, quàm ipſa impletio præceptorum. Ideo duplex eſt modus ſeruandi pcepta. ſ. pfect°, & imperfect°. Ideo neceſſe eſt, quòd duplex ſit exercitium præceptorum. Vnum, quo aliquis exercitatur in perfecta obſeruantia mandatorum, & fit per F
conſilia. Aliud eſt exercitium ex imperfecta obſeruantia præceptorum: & hoc eſt, quod fit in vita ſæculari abſq; conſilijs. Cū igitur dicis, quòd oportet prius aliquē exercitari in præceptis, quàm tranſeat ad conſiliorum perfectionem: idem eſt, ac ſi dicatur, quòd oportet prius hominem exercitari i imperfecta obſeruātia præceptorum, quàm in perfecta obſeruantia eorū. Quod ſatis ineptè videtur dictum. Quis enim ita inſanus, qui aliquem volentem perfectè diligere Deum, & proximum, retrahat eū, cogens illum prius diligere imperfectè? Nōne hic formæ dilectionis apertius contradicit, quæ nobis tradita eſt in præcepto charitatis diuinæ, cum Lu. 10. dicitur: Diliges G
Dominum Deum tuum ex toto corde tuo? Nunquid timendum, aut magnum periculum eſt, ne homo nimis citò incipiat diligere Deum perfectè, quaſi poſſit in diligēdo Deum præterire modum? Audi, quid Eccleſiaſticus ait, 43. cap. Glorificantes Deū quantuncumq; poterimus, ſuperualebit adhuc. Et iterum 1. Cor. 9. dicitur. Sic currite, vt comprehendatis. Et ad Hæbreos. 4. Feſtinemus ingredi in illam requiem. Nā quantuncunq; homo tempeſtiuè perfectionis viam accipiat, ſemper ſibi remanet quo proficere poſſit, quouſq; vltimā perfectionē in patria conſequatur. Inſup ſi ad ipſa exercitia reſpiciamus, maior quoque abſurditas H
apparebit. Quis enim dicat continentiam, aut virginitatem ſeruare volenti, vt prius in matrimonio iunctus caſtè viuat? Quis etiā dicat paupertatem pro Chriſto ſubire volēti, vt prius in diuitijs iuſtè viuat? quaſi per diuitias ad paupertatem anim° prepareturr, & non potius paupertatis propoſitum impedire probent, ſicut manifeſtè patet, Mat. 19. de adoleſcente, qui de mandatis, Domini ait: Hæc omnia ſeruaui à iuuentute mea. De quo Hiero. ſuper Mat. ait: Mentitur adoleſcens. Si enim quod propoſitū eſt in mandatis,

Duplex eſt modus ſeruandi præcepta.

A datis, diliges proximum tuum ſicut teipſum, opere compleuiſſet: quomodo poſtea audiens, vade, & vende omnia, quæ habes, & da pauperibus, triſtis receſſit? Et Orig. ſuper Mat. narrat, quòd ſcribitur in Euãgelio ſecũdũ Heb. ꝙ, cũ Dñs dixiſſet ei, vade, & vẽde oĩa, quæ habes, cępit diues ſcalpere caput ſuum: Et ait Dominus ad eum: Quô dicis, feci legem, & prophetas? Scriptum eſt enim in lege: Diliges proximum tuum, ſicut teipſum. Et ecce multi fratres tui filij Abrahæ amicti ſunt ſtercore, morientes fame, & domus tua plena multis bonis, & nô egreditur aliquid omnino ex ea ad eos. B D. Verè nunquam circa hæc talem diſtinctionem, atque ſolutionem expectaſſem. M. Poſtquam tempus habemus, ſi qui aliud excogitaſti, non pigeat aperire.

Argumentum. 9. Diſcip.

Argu 9

DIcam cõfidenter, poſtquã vrã charitas michi audientiam præſtat. Hoc. n. pluries mihi ſimiles ſæculares, & piter ego cum eis penſamus: ꝙ id, quod fit ex voto, aut eſt facilius facere, & implere, quàm id, quod fit ſine voto, aut difficilius. Si facilius, tunc minus meritorium eſt, cũ C difficultas adaugeat meritum. Si difficili⁹, tunc minus vtile, & expediens. Inducere enim in nobis bene agendi difficultatem, apprimè periculoſum, & inexpediens eſt. M. Fateor verò, quòd vouere eſt maioris difficultatis, quàm non vouere, vel quàm tantum ſimpliciter proponere: & tamen vouenti, & ei, cui votum placet, facilius, eſt idem opus perſeuerãter facere, quam ei qui non vouit, vel qui ſolum ſimpliciter propoſuit. Vtrunque autem, & difficultas, quę eſt in vouendo, & facilitas, quæ ex hoc prouenit ad implendum, facit ad meriti incrementum. Eſt enim duplex difficultas.

Vouere ẽ maioris difficultatis quàm non vouere.

D Prima, quæ prouenit ex arduitate operis, & hæc auget meritum: & talis vtique eſt in voto, & in eo quod vouetur. Secũda eſt difficultas, quæ prouenit ex infirmitate, & vitio operantis, vt auaro ratione vicij ſui, difficilius eſt dare vnum ſolidum, quàm liberali vnũ ducatum. Et hæc diminuit meritum. Proinde minus meretur auarus in eleemoſynæ datione, quàm homo larg⁹. Eſt ẽt duplex facilitas: Prima ꝓuenit ex operis leuitate, & iſerioritate, tale meritũ minuit. Secunda eſt facilitas, quæ prouenit ex operantis virtute, & perfectione: vt caſto facilius eſt ſeruare caſtitatẽ, q̃ viro luxurioſo.

Facilitas duplex.

Et viro perfecto, quãto opus perfectius, & E magis arduũ eſt, tãto ei plus placet: & talis facilitas auget meritũ: quia quãto opus eſt magis voluntariũ, & à perfectiori voluntate procedens, tanto magis eſt meritoriũ. Vnde 2. Cor. 9. c. dr̃, ꝙ hylarẽ datorẽ diligit Deus. Et talis eſt facilitas, quæ ex voto ꝓuenit in voti impletione. Difficultas ẽt, ſeu labor per ſe nõ faciũt ad meritũ, ſed ſolũ arduitas obiecti: ex qua aliqñ ꝓuenit, aut pfectio operantis, quã ſupponit. Nemo. n. cõiter aggreditur difficilia, & laborioſa, nec pſiſtit in eis: niſi fortè virtuoſè volens. Vnde ſi arduũ opus, vel obiectum eſſet de ſe magis delectabile, & magis placitũ, ac per conſequens magis facile, q̃ opus minus arduũ F nihilominus eſſet magis meritorũ: Vt Angelo, & Adæ erat delectabile ſuper oĩa, & pp ſe diligere Deum, & tñ ſupra oĩa erat meritoriũ. Non ẽt verum eſt, quod dicis, ꝙ ſi eſt magis difficile, ꝙ magis ſit piculoſũ, ſi cũ difficultate afferatur magna perfectio, & magna vtilitas. Et tñ ſi cũ iſtis eſſet adhuc aliquo mõ periculoſum: nihilominus tñ pp iſta eſſet adhuc amplius eligendũ, q̃ pp periculum eſſet relinquendum, niſi eſſet notabiliter graue, & magnum.

Argumentum. 10. Diſcip.

G *Argu. 10.*

NEſcio quis inficere poſſet has diſtinctas, & lucidas veritates. Sed decimum in admiratione, atque dubietate poſuit mentẽ meã. Conſidero enim, ꝙ Deus præcepit nobis, quicquid meli⁹ eſt nobis fuiſſe pceptũ. Sed quicquid melius eſt facere ex debito, melius eſt facere ex præcepto: cum nihil ſit debitum, niſi, quia p̃ceptum eſt. Quòd autem melius ſit facere ex voto, melius eſt facere ex debito: cum id, quod fit ex voto, ex debito ipſo fit. M. Oh oh. Hæc facile declarantur. Deus etiam p̃cepit nobis quicquid eſt melius fuiſſe præceptum: eo modo, quo melius erat. Melius autem erat nobis aliqua præcipi, interueniẽ H te voluntate noſtra, quàm ſine ea. Et hoc modo eſt in præcepto id, quod voto firmatum eſt. Non etiam cadũt ſub præcepto per ſe, ſed per accidens: inquantum per voluntatem noſtram poſita ſunt ſub præcepto de reddendo voto.

Argumentum. 11. Diſcip.

Argu. 11.

ADmirari, & dubitare deſiſto contemplans has lucidas veritates. Sed cum

vnum

A vnum dubium fugit, aliud ſubitò ſubinſurgit. Conſidero enim, quòd ſi ſimpliciter melius ſit, atque vtilius aliquid ſacere ex voto, quàm ſine voto. ergo quodcunq; bonũ eſt facere, bonum erit, & vtile illa vouere. Hoc autem certum eſt eſſe periculoſiſſimũ, & quodammodo occaſio nos inducens ad multiplicem votorum tranſgreſſionem. M. Grauiter erraret, qui hoc ſentiret. Nam nõ ſequitur, quòd ſi ſimpliciter melius eſt aliquid vouere, vel facere: quòd ꝓpter hoc, ſit melius in omni caſu. Aliquid enim eſt melius in ſuo genere, cuius tamen oppoſitum eſt melius in caſu ratione diuerſarum circunſtantiarum. Inſuper, non omne, qđ eſt melius ſimpliciter, eſt melius alicui. Qua-
B propter licèt vouere ſimpliciter melius ſit, non tamen in omni caſu, & cuilibet.

Argumentum. 12. *Diſcip.*

Argumentum. 12. VEſtræ viuæ rationi ſuccumbere neceſſe eſt. Attamen iam vnum diu conſideraui in mente mea, quod etiamſine magna admiratione reuocare nõ poſſum ad memoriam. Licèt enim in minori ætate mea, ardenti deſiderio, atq; affectu ſtuduerim ſecularis, paganæ, & vana: immo leui, & laſciuæ adoleſcientię inſectiua, & corruptiua: tamen à quodam tem-
C pore citra in ſcripturis ſacris, & in antiquis Doctoribus, & quandoq; in nouis apprimè delectatus ſum. Vetus, & nouum teſtamentum perlegi, atque non parum miratus ſum, quòd in toto Euangelio ſacro non reperi præceptum, nec conſiliũ, quòd aliquid ſit vouendum. Ex quo mihi videt̃ ꝙ vouere non ſit opus perfectionis, cũ in Euangelio omnis ꝑfectio vitę inſtituatur. Neſcio, ſi bene, ac diligenter legi. Ego autem ibi conſilium, vel præceptum de vouendo non legi, vel potius non percepi. M. Fatere veritatem, à temetipſo hoc dicis, an alij tibi dixerunt? D. Fateor veritatem coram Deo, & vobis, quòd de hoc ex alio
D nunquam audiui verbum, nec cum alio de hoc verbum feci. M. Nec tale verbum, cũ ignaris, & ſectantibus ſpiritum libertatis apariendum eſt: quia vt perſiſterent in errore ſuo, atque ſibi ſimiles, ideſt ſocios diſcipulos, & ſequaces firmius retinerent ꝓ ſua perículoſę opinionis tutela non curarent de hoc veritatem inueſtigare, contenti ſolum de litera, quæ occidit: relinquentes ſpiritũ, qui vitam tribuit. Tu autem, q verè, & purè notitiã veritatis quęris, fideliter diſce, quòd vbi Chriſtus conſulit, & cõmendat aſſumptionem euangelicorum cõſiliorum propter perfectionis amorem, E
ſemper intelligit, & ſatis innuit illa aſſumẽda eſſe ſub voto. Nam Mat. 19. dans conſilium de paupertate ait: Si vis perfectus eſſe, vade, & vende omnia, quæ habes, & da pauperibus: & habebis theſaurum in cœlo, & veni ſequere me. Non enim perfectè reliquit omnia, qui ſibi retinuit licentiam reacquirendi illa, quod ſatis apertè patet. Itẽ in eo. Mat. 19. tribuens conſilium de caſtitate ait: Sunt eunuchi, qui ſe caſtrauerũt ꝓpter regnum cœlorum; Sed manifeſtè patet, quòd non ſe perfectè caſtrauit, qui ſibi retinuit facultatem nubendi. Mat. quoque. F
16. dans conſilium de perfecta obedientia ait: Qui vult venire poſt me, abneget ſemetipſum, & tollat crucem ſuam, & ſequatur me. Quis dubitat, ꝙ. qui quantum potuit libertati ſuæ non renunciauerit: ꝙ perfectè libertatem ſuam non abnegauit? Nec inſuper perfectè ſequitur Chriſtum, qui hanc ſequelam, ſeu ſubiectionem, ac diſcipulatum voto non eſt profeſſus. Ideo ſicut ex verbo virginis, quando Lu. 1. ait Angelo, quoniam virum non cognoſco: Auguſti. & alij ſancti arguunt eam virginitatem vouiſſe: ita ex verbo illo Petri, Mat. 19. ecce reliquimus omnia, accipit Auguſti. 27. de ci- G
uitate Dei cap. 3. Apoſtolos paupertatem vouiſſe, dicens, quòd hoc votum potentiſſimè vouerant potentes illi Apoſtolus autem 1. Timot. 5. loquens de conſilio virginitatis, quod Chriſtus dedit, manifeſtè oſtendit illud intelligi debere ſub voto. Loquẽs enim de virginibus, , quæ virginitatem reliquerunt dicit: quòd habent damnationẽ, quia primam fidem irritam fecerunt. Si eñ ſub voto virginitatem non aſſumpſiſſent ex eo, quòd eam reliquerant, damnationẽ nullam haberent: nec verè primam fidem irritam feciſſent. Fides enim non poteſt ibi propriè pro alio ſumi, niſi pro fideli promiſſione, & ſponſione. Inſuper Chriſtus H
non præcepiſſet Apoſtolis, quando miſit eos ad prædicandum, formam viuendi, & eundi in paupertate, ſicut patet Mat. 6. niſi prius Chriſto voluntatem ſuam per perfectam obedientiam ſubieciſſent. Ad conſilia autem nemo per præceptũ aſtringitur, niſi prius ipſe vouerit ea. Vnde Auguſt. de conſenſu Euangeliſtarum ait. Quod ſicut dicitur Mat. 4. & Mar. 1. Petrus, & Andreas non ſubductis ad terram nauibus tanquam cauſa redeundi, ſecuti ſunt dominum: ſed

Quō, quis ꝑfectè renunciat.

Fides pro fedeli promiſſione non nunquam ſumitur.

tanquam

A tanquam iubentem, vt ſequerentur ſe. D.
Non admirari non poſſum quando mihi a-
periuntur tam alta myſteria ſapientiæ Chri
ſti, & vt percipio, nos ſeculares, & aliqua
liter litterati penetrare non ſufficimus inti-
ma myſteria ſcripturæ ſacræ. Nam, & quod
in Euangelio mihi non videbatur dictum,
& in Euangelio, & in Apoſtolo reperitur
ſcriptum M. Parua ſunt hęc reſpectu eorum,
quæ, Deo dante percipies in ſcripturis.

Argumentum. 13. *Diſcip.*

Argu. 13 B DE vno autem, quod paulo ante dixi
ſti, mihi dubium exortum eſt. nam ꝑ
fectus eſt, cui nihil perfectionis de
eſt. Sed, ſicut ſupra voſipſi teſtati eſtis, Chri
ſtus dixit eſſe perfectum eum, qui renuncia
ret omnibus, & ſequeretur ſe, videtur igit,
ꝙ tali nihil perfectionis deeſt. Sed hoc vti-
que ſine voto impleri poteſt. Nam, & A-
braam diuitias poſſidens, perfectus fuit.
M. Non enim Dominus ea ratione tale con
ſilium dedit, quaſi diuites perfecti eſſe nō
posſint, aut intrare regnum cœlorum: ſed
quia de facili non poſſunt. Magna igitur vir
tus fuit Abraæ, quòd etiam diuitias poſſi-
dens à diuitijs liberam habuerit mentem,
ſicut magna virtus fuit Samſonis, quòd
C abſque munitione armorum cum ſola man
dibula aſinæ hoſtes multos proſtrauit. Nec
tamen inutiliter militi procedenti ad bellū
cōſilium datur ſumere ſecum militiæ arma.
Præterea ille actus eſt magis meritorius, q
offertur Deo à perſona magis grata. Vnde
Gen. 4. Reſpexit Dominus ad Abel, primò:
& ad munera eius, ſecundò. Sed perſona
Actus ille eſt magis meritori us qui offertur à ꝑſona magis grata. cum voto cęteris paribus, eſt amplius Deo
grata: igitur magis meretur propter illud
votum. Prętera iam dixi tibi, ſed aut non
intelligis, aut non recolis. Non enim perfe-
ctè, ac totum conſilium implet, qui ex vo-
to omnia non demittit, vel qui etiam licē-
tiam reacquirendi non relinquit. Quod eſt
D vnum de numero omnium, quæ relinquen
da ſunt.

Argumentum. 14. *Diſcip.*

ALiud quoque dubium addam. Vide
tur enim, ꝙ quanto opus eſt magis
debitum fieri: tanto eſt minus gra-
tum, & meritorium. Magis enim grata eſt
donatio nihil debiti habens, quàm illa, quæ
debita eſt. Et opera ſuper erogatiōis magis
meritoria ſunt, quàm opera præceptorum.
Sed vouens tenetur facere id, quod vouit:
non autem non vouens. M. Breui diſtinctio E
ne hoc facilè declaratur. Nā duplex eſt de-
bitum. Vnum quidem proueniens ex volū
tate debentis, & talis ſolutio eſt magis
grata, quàm ſi per illam viam non eſſet de
bitum factum. Secundum eſt debitum pro
ueniens ex ratione beneficij ſuſcepti, vel cō
miſſi illati: & huiuſmodi ſolutio minus gra
tuita eſt, quàm ſi ſic non eſſet debita.

Argumentum. 15. *Diſcip.*

VNum quidē occurit in mentē meā, *Argu.* 15
quod omnino præterire nolo: & in
de multi de quāplurimis religioſis F
ſcandalum ſumunt. Sępe enim occurit, ꝙ
pater pauper, & antiquus filium habet, quē
ſperat eſſe baculum ſenectutis ſuę: & ſta-
tim ſeductus, aut diuinitus inſpiratus, neſ-
cio quid dicam, relicto patre, intrat religio
nem. Et videtur illicitum eſſe. cum honor
patris intelligatur in corporali exhibitio-
ne, cum tempus adeſt, ſcilicet indigentiæ
patris. Si enim tunc non ſubuenit, facit cō-
tra præceptum: ſed intrando religionem,
ponit ſe in ſtatu non ſubueniendi. Igitur *Pulchra*
peccat, nec hoc cogitant fratres. M. Hoc eſt *ſolutio.*
vnum, quòd vt aſſeris, multos ſcandeli-
zat. Sed, vt intelligas, quando iuſtè, aut in-
iuſtè ſcandalum ſumant, dicam tibi quæ ma G
gni doctores ſentiant: maximè Alexan. de
Ales, qui ait. Quòd talis iuuenis, aut poteſt
ſecurè manere in ſęculo, abſq; detrimento
ſalutis: & in tali caſu dicunt, ꝙ religionē
non debet intrare, ſed miniſtrare fideliter
patri ſuo. Aut videt ſibi imminere pericu-
lum ſalutis, & lapſum in peccatis: & in ta
li caſu remanere cum patre non obligatur.
Vnde Mar. 3. Quæ eſt mater mea, & qui ſunt
fratres mei. glo. Nō recuſat obſequi matri,
qui dicit: honora patrem: ſed oſtendit ſe
plus debere paternis miniſterijs, quàm ma
ternis affectibus. Et ideo exemplo monſtra
uit, quod verbo ait. Qui amat patrem, aut
matrem plus, quàm me: non eſt me dignus. H
Si igitur religionis ingreſſus pertinet ad pa
ternum miniſterium, non eſt dimittendus
proprer paternum affectum. Et iterum glo.
ibidem ait. Opus ſpirituale ꝑfertur cogna-
tioni, docens meliorem eſſe copulam cor-
dium quàm corporum. Alij verò dicunt,
ꝙ quando iuuenis ſpiritu Dei ducitur, nō *Nō debet*
tenetur ſtare in ſęculo, vt neceſſaria paren- *dimitti in*
tibus adminiſtret. Signum autem, ꝙ duca- *greſſus re*
tur ſpiritu Dei, triplex eſt: Primum eſt *ligiōis ob*
iocunditas mentis ex affectione conſidera *paternū*
tę religionis, ſecundum eſt propoſitum ca *affectum.*
uendi

A uendi circumſtantias peccatorum, Tertiũ eſt propoſitum proficiendi in melius. Dicunt igitur, quia aut habet temporalia, de quibus poſſet ſuſtentare, aut non habet. Si habet, poteſt patri dimittere ea ad ſuſtentationem naturæ. Si uerò non habet, non tenetur tunc miniſtrare, ſed cum transfert ſe totaliter ad ſeruitium liberaliſſimi donatoris patris cęleſtis, poteſt commendare ipſi curam patris, qui dat eſcam omni carni, qui paſcit uolucres cęli, Mat. 6. cui de omnibus cura eſt. Sic meliori prouiſori dimittitur pater, aut mater: quàm ſit filius eorum. D. Durus multis uidetur hic ſermo. M. Vt uerum fatear, quamuis ultima opinio perfectior uideatur: tamen prima magis pia, & fortè potius obſeruanda. Eſt tamen tenendum, quòd cum honor patris conſiſtat in pluribus, ſicut alibi patet, & omnia intelligantur cum dicitur, honora patrem tuum, non ſoluitur obligatio exhibitionis honoris per religionis ingreſſum, licèt ſoluatur obligatio, quo ad debitum ſuſtentationis. Quia quo ad illam ſolutionem moritur, quando mundo moritur. Sed exhibitio ſpiritualis, in reuerendo, in conſolando, in orando non ſoluitur, immo ſub obediētia amplius augetur. Ex hoc patet perfectio præcepti honoris patris. Non enim C perficitur exhibitione corporali, quæ exhibetur patri ratione conformitatis ad Deũ principium, ſed ratione indigentiæ. Propterea perficitur in exhibitione ſpirituali, maximè in qua eſt conformatio Deum.

B *Honor patris nõ in vno, ſed ĩ pluribꝰ cõſiſtit.*

Argumentum. 16. *Diſcip.*

Arg. 16.

Dicam vnum, quod, & ego, & etiam plures alij timentes Deum, his temporibus, operati ſumus. Fuerunt ſiquidem iuuenes quidam, quos putabamus blandicijs, ac malitijs à fratribus eſſe deceptos: non autem pertinet hæc ad ordinem veſtrum: qui deliberauerant intrare quan- D dam religionem vtiq; virorum proborum, ac timentium Deum. Nos quidèm, & blanditijs, & malitijs, atque improperijs, quantum valuimus, retraximus eos cum conſanguineis, & amicis ſuis fauorem, & beniuolentiam: non quòd bonum propoſitum eorum eneruare vellemus: ſed ſi eorum vocatio, an à Deo eſſet, experiremur. Scimus eñ in actibus Apoſtolorum ſcriptum eſſe, qm̃ ſi eſt ex hoĩbus cõſiliũ hoc, aut opus diſſoluetur: ſi verò ex Deo: non poſſemus diſſoluere eos. Et tãdẽ ab illo ꝓpoſito reſilierũt. Vnde patenter claruit, ꝙ nõ erant vocati à B Deo, & de hoc ego nunq̃ confeſſus ſum, quia hoc cum bona, & ſancta intẽtione cũ alijs egi. Quidã ẽt de noſtris, multis violentijs vſi ſunt: tamen nõ ego, ſed tm̃ ſum vſus verbis. M. O ignorãs demẽtia, & veſana ſtultitia. Et ꝺ hoc nũq̃ cõfeſſus es? D. Nũquã. M. Q̃re? D. Immo poſt hoc pluries ſuſcepi ſanctiſſimũ ſacramentũ. M. Et hoc ẽt deterius eſt. Magna quidẽ in ſpũalibꝰ ẽt vos, qui æſtimatis timere Deũ, ignorãtia laboratis. Tecũ loquar, qui pręſens es: An ignorans, quòd ex verbo prędicto Gamalielis 5. Act. quia non rectè intellexerunt, in errorem lapſi ſunt, dicentes, quòd ſi quis gratiam, & charitatem à Deo habet, amittere illam non poteſt? Ex hoc quidem hęretico intellectu dicere poterimus, quòd, quia diabolus peccauit, & cecidit, opus Dei non fuit. Si Iudas lapſus eſt à cętu Apoſtolorum, eius electio à Deo non fuit: ſi Simon magus poſt baptiſmum in hęreſim cecidit, à Deo non fuit. Sic, vt video, putatis eius, qui religionem ſumere propoſuerat, aut firmauerat, ſeu iam habitum ſumpſerat, aut profeſſionem fecerat, ſi blandicijs, aut verſucijs, improperius aut conſimilibus modis in bono propoſito retroceſſerit, non fuiſſe diuinam vocationem. Ac temeraria, & erronea conſcientia tentatis Deum, conantes extinguere in animabus ſpiritũ Dei viui. O infelices G erronei, & decepti hoĩes: Quis vos faſcinanit, vt in tantam veneritis dementiam? Hic quidem error Vigilantij hæretici eſt, qui, vt teſtatur Auguſt. lib. 1. contra Vigilantium, aſſerebat, quòd non poteſt mala radix in eo, in quo donum Dei eſt, locari. Nos aſſerimus, ꝙ Dei cõſilium nunq̃ diſſoluit, iuxta illud Eſa. 46. vbi Dñs ait: Conſiliũ meũ ſtabit, & oĩs voluntas mea fiet. Ex hic tamen conſilio ẽt immutabili, ſicut dat rebꝰ corruptibilibus eſſe temporale, quibus ſempiternitatem non attribuit: ita quibuſdam dat iuſtitiam in tempore, quibus ex ſecreto ſuo iudicio non dat perſeuerantię donum, H ſicut ſentit Auguſt. in li. de perſeuerantia. Nam, & ęterno Dei conſilio corruptibilia inſtituuntur, vt temporaliter ſint: ſic ex immobili Dei conſilio quibuſdam datur propoſitum in religione intrandi, quibus in ea perſeuerandi gratia non donatur. Sed, vę illis, qui libertati arbitrij talium retrocedentium auxilium præſtant, aut curæ negligentiam, ſeu mali exempli ſcandalum adminiſtrant. D. Erraſſem denuò, niſi mediante charitate veſtra, Deus mihi contuliſſet hoc lumen.

Notent. 2. q ingreſſuri ſunt religionẽ an à Deo moueãt nec ne.

F

Electio Iudæ ad Apoſtolatũ.

A lumen. M. Oh in operibus Dei, fili mi, magna cautio adhibenda eſt.

Argumentum. 17. *Diſcip.*

Argu. 17.

OMnibus, quæcunq; mihi dixiſti, adhibeo plenam fidẽ. Non tamen ex omnib⁹, quæ dicta ſunt, elicere poſſum, ꝙ ſi quis religionem intrare inſpiratus eſt, debeat hoc perficere: niſi antea ꝓbet, ſi inſpiratio ſua, ex Deo eſt, dicente Ioanne in cano. ſua cap. 4. Nolite oĩ ſpũi credere: ſed probate ſpũs, ſi ex Deo sũt. Quod maximè in religionis aſſumptione obſeruandũ eſt. M. Oh, quid eſt legere, & rectè non intel- B ligere. Hoc verbũ ad propoſitum non eſt. Ibi enim probatio neceſſaria eſt, vbi certitudo apparere non poteſt. Vnde ſuper illud j. Timo. vlt. Oĩa probate. gl. ait Certa non egent diſcuſſione. Incertum enim eſſe põt his, qui alium ad religionẽ ſuſcipere debẽt, ſeu recipiendi officium incumbit, quo ſpũ tales ad religionẽ inducti ſunt, vtrũ deſiderio ſpiritualis profectus, an etiam, ſicut quandoq; accidit ad furãdum, ſeu ad aliud malum faciendum, vel an ad ſtatũ religionis ſuæ ſint idonei, ſeu apti. Hæc quidem, quia dubia ſunt, prudenti diſcuſſione examinanda ſunt. Non ſicut quidam, qui incõ C ſideratè recipiunt omnes: quorum fructus eſt infamia, & ſcandalum ſuæ religionis. Proinde indicitur eis tam per eccleſię ſanctiones, quàm per regularia inſtituta: qui ſint recipiendi, ſeu ſpernendi. Sed his, qui propoſitum gerunt aſſumendæ religionis, minimè dubium eſſe poteſt, qua intentione id agant. Propterea enim longa deliberationis neceſſitas non incumbit: præcipuè ſi de ſuis corporalibus viribus nõ diffidũt. Ad quas quoq; examinandas religionem intrantibus conceditur annus probationis.

Recipere oĩs ad religionẽ nõ eſt bonũ quia inde magna oriunĩ ſcãdala.

Argumentum. 18. *Diſcip.*

D *Argu.* 18.

SEd quæſo, Reuerende Pater, qui inſpiratur à Deo aſſumere ſtatum religionis, nõne debet de tanta re diu deliberare? Videtur enim neceſſarium eſſe omnino, qđ quidem ex voti diffinitione maniſeſtiſſimè votum quid patet. Dicitur enim votum ſponſio melioris boni cum deliberatione firmata: igitur ex deliberatione dependet ipſa firmitas voti. Sed votum religionis firmiſſimum eſt: vt pote quod nullo ſuperueniente caſu, infringi poteſt: ideo requirit graui, & examinata deliberatione fieri, atque conſilio. M. Diffinitio voti, qua forti- E ter muniri putas: non facit ad propoſitũ tuum. Talis enim deliberatio conſiſtit in propoſito interiori: quo aliquis eligit mai⁹ bonum, cui vouendo ſe obligare intendit. Omne autem, quod ex electione agitur, deliberatione, atque conſilio agitur. Quia ſicut dicitur 3. Ethicorum Electio eſt appetitus præconſiliatiuus. Proinde, ſicut à Spiritu ſancto, qui eſt ſpiritus fortitudinis, & pietatis, hoc ſanctum propoſitum homini inſpiratur: ita quoq; ab eodem conſilij atq; ſcientiæ ſpiritu deliberatio interius demõſtratur.

Deliberatio cõſiſtit in interiori propoſito.

Argumentum. 19. *Diſcip.* F

Argu. 19.

POrrò omnino videtur cõſilium requirendũ, vbi deceptionis periculum imminere probatur. Hoc quidem contingit in religionis ingreſſu, eo ꝙ 2. Cor. 11. dicitur, ꝙ ipſe ſathanas ſe transfigurat in Angelũ lucis. Vñ, ſub ſpecie boni incautos decipit: ideo oportet cum multis deliberatione diligentiſſimè exquiſita religionem intrare: mihi omnino ſic videtur. M. Tibi omnino ſic videtur, mihi autem non ſic. D. Miror, Reuerende Pater, ꝙ ſine multorum conſilio ſtatus religionis debeat aſſumi, cum Prouerb. 32. dicitur: Fili ſine conſilio nihil facias, & poſt factum non peniteb. G M. Auſculta fideliter, fili mi, & nudam percipies veritatem: vtiq; hoc verum eſt, ꝙ ſathanas quandoq; ſe transfigurat in Angelũ lucis, cum bona ſuggerit intentione fallendi. Sed ſicut ibidem glo. ait, quandoq; diabolus ſenſum corporis fallit: mentem tamen non mouet à vera, & recta ſententia, qua quiſq; fidelem vitam geſſit. Nullum igitur in religionis aſſumptione periculũ eſt, vel cum ſe bonum Angelũ fingens ea facit, vel dicit, quę congruunt Angelis bonis. Inſuper ſi credatur Angelus bonus, non eſt error periculoſus, ſiue morbidus. Cum verò H poſt hoc aliqua alia à ſua prima, & bona inſpiratione incipit ſuadere, ne homo gradiatur poſt eum, maxima vigilantia opus eſt. Hæc ſecundum glo. ibi. ſupra: Deĩ ergo, ꝙ diabolus incitet ad religionis ingreſſum: hoc ſi quidem bonum eſt opus, & vtiq; congruum bonis Angelis Dei: ideo non eſt periculum, ſi aliquis in hoc conſentiat. Sed ſolerter, & attentè inuigilandũ eſt, vt illi toto conamine reſiſtatur, cum ad aliquod vitiũ inceperit inclinare, vel inſpirare. Sæpe verò contingit, ꝙ ſapientia Dei vtitur malitia

A dęmonum in electorum profectum: atque
extra eorum intentiones electis reperiunt
ſe præparaſſe, atque ſabricaſſe præmiorum
coronas, eo ꝙ Deus etiā præmiat bona, quę
diabolica inſpiratione iuſti operati ſunt, cū
ad finem redacta ſunt. Et tunc verificatur,
Pſal. quod de hoc ait propheta dicens: Draco
iſte quē formaſti ad illudendū ei. Sciendū
eſt tñ, ꝙ ſi cui à diabolo, vel ab hoīe ſugge
ratur religionis ingreſſus, per quem homo
accedit ad imitandum Chriſtum: talis ſug-
geſtio non habet effectum, niſi interius at-
trahatur à Deo. Vnde Auguſt. de prædeſti
natione ſanctorum ait, ꝙ omnes ſunt do-
cibiles Dei: non quia ad Chriſtum omnes
B veniunt, ſed quia nemo aliter venit. Et ſic
religionis propoſitum à quocunque ſug-
geratur, à Deo eſt. Ex quo patet, ꝙ non
eſt neceſſarium conſilium hominis, ex quo
eſt ex conſilio Dei.

Argumentum. 20. Diſcip.

Argu 20 PRofectò hic nondum intelligere poſ-
ſum, ꝙ abſq; multorū conſilio hoc de-
beat fieri. Prouer. enim 11. dicitur, erit
ſalus ubi multa conſilia ſunt. Hic autem
agitur de ſalute: quomodo igitur ſine con
ſilio fieri? Prætetea in arduis, & ad totam vi-
C tā pertinentibus maxmè ſunt à pluribus cō
ſilia requirenda. Nihil enim magis videtur
eſſe arduum, atq; difficile in humanis rebus
q̄ ſemetipſum abnegare, mundum deſere-
re, & religionem intrare, in qua neceſſe ſit
totam terminare vitam. M. Vt video, plus
oībus præcedentibus hoc aſſeris eſſe ſeruā
dū, & in tanto opere cōſiliū eſſe quęrēdū.
ſed hoc facilius oībus alijs præcedentibus
diſſipatur. Nam vtiq; verū eſt, ꝙ in arduis,
& difficilibus ſunt maximè conſilia requirē
da: & hoc, vbi veritas non eſt manifeſta, ſed
qñ id, qđ melius altiori conſilio eſt diſtini-
tum: iniurioſum eſt illud in dubio reuo-
care, ſcilicet iterata conſilia requirēdo. Ver
D ba. n. quæ in ſcripturis ſacris dicunt̃, accipe-
re obligamur, ac ſi ipſa Dominico ore audi
remus. Iō dr̃ Mat. 13. Quod vobis dico, om
nibus dico. Vigilate. Et iterum ad Rom. 16
Quæcunquæ ſcripta ſunt, ad noſtram doctri
nam ſcripta ſunt. Vnde conſilium, quod
Mat. 19. Dñs adoleſcenti dedit dicēs. Si vis
perfectus eſſe, vt ſupra oībus dedit: quod
patet ex ſequentibus. Nam cum Petrus di-
xiſſet, ecce nos reliquimus omnia, & ſecū
ti ſumus te, vniuerſaliter præmium ſtatuit
oībus dicens: Oīs, qui reliquerit domū, vel
fratres, vel ſorores, patrem, aut matrē, vel E
filios, aut vxorē, &c. propter nomē meum:
centuplum accipiet, & uitam ęternam poſſi
debit. Non igitur minus ſequi debet hoc
cōſiliū vnuſquiſq;, q̄ ſi vnicuiq; ſingulariter
ex ipſius Dominico ore nunc præſentiali-
ter proferretur. Vnde Hiero. ad Paulinum
præsbyterum ait: Tu audita ſententia ſal-
uatoris, ſi vis perfectus eſſe, vt ſupra verba
verte in opera, & nudam crucem nudus ſe-
quaris. Nec ſolum verba ſacræ ſcripturæ ſic
accipienda ſunt, quaſi ſolum per ea Domi-
nus loquat̃ nobis. Eſt & alius modus, quo,
Dominꝰ interius homini loquatur, iuxta il
lud Prophetæ, Audiam quid loquatur in
me Dñs, Deus. Si igit̃, ſicut ex dictis patet, F
cōditoris voci prolatæ exterius, ſtatim obe- *Quō Deꝰ*
diendū eſſet: multo magis interiori locu- *loquit̃ no*
tioni, qua Spiritusſanctus mentem immu- *bis interiꝰ*
tat, nullus reſiſtere debet, ſed abſque dubi-
tatione illius iuſſioni parere. Vnde Eſa. 50.
Propheta ait. Dominus Deus aperuit mi-
hi aurem, ſcilicet interius inſpirando: ego
autem non contradico: retrorſum non abij.
Quaſi poſteriorum oblitus ad anteriora
me extendo, vt dicitur ad Phil. 3. Apoſto
lus quoque ad Roma. 8. ait. Qui ſpiritu
Dei aguntur, hi filij Dei ſunt. Ibi. glo. Au-
guſt. ait. Non quia nihil agunt, ſed quia
impetu gratiæ aguntur. Non quidem im- G
petu agitur ſpiritus ſancti, qui tali vocatio-
ni reſiſtit, vel tardat. Eſt enim proprium
filiorum Dei, vt impetu gratiæ agantur ad
meliora, minimè conſilio expectato. Hunc
etiam impetum ſpiritus ſequi debere ad
Gala. 5. Apoſtolus docet dicens. Spiritu
ambulate. Et iterum, ſi ſpiritu viuimus, ſpi
ritu & ambulemus. Vnde pro magna cul-
pa. Act. 7. beatus Stephanus improperat
Iudæis dicens. Vos ſemper ſpirituiſancto
reſtitiſtis. Et iterum Apoſtolus. 1. Theſſal.
5. ait. Spiritum nolite extinguere. Vbi glo.
ait. Si cui ſpiritus ad horam aliquid reuelet,
nolite prohibere illum loqui. Spiritus eñ
ſanctus non ſolum reuelat docendo, quid H
homo debeat loqui: ſed etiam ſuggerendo,
quid debeat operari. Vnde Ioan. 14. para-
clytus autem ſpiritusſanctus ille vos doce-
bit omnia, & ſuggeret vobis omnia, quæ-
cunque dixero vobis. Cum igitur homo
inſtinctu ſpiritusſancti mouetur ad religio- *Homo mo*
nis ingreſſum, non eſt vtiq; differendum, *uatur ad*
vt humanum conſilium requiratur: ſed ſta- *religionē*
tim impetum ſpiritusſancti debet ſequi. *inſtinctu*
Narrat enim Auguſt. 8. lib. confeſ. de duo- *& cōſilio*
bus militibus: quorum vnus cum legiſſet *ſpūſſancti*

beati

A beati Antonij acta, ſubito ſancto amore repletus ait amico ſuo. Ego Deo ſeruire ſtatui,& ex hac hora i hoc loco aggredior. Te ſi pieget imitari, noli aduerſari. Reſpondet ille, ſe ſocio ſuo adhærere:& ambo omnia relinquunt, & Chriſtum ſecuti ſunt. Et in eodem libro ſe beatus Auguſt. reprehendit de hoc, quòd tardauerat ſuam conuerſionem, vbi dicit: Reſpondebam verba lenta, & ſomnolenta: ſine modo, ſine paululum. Sed modo, & modo, non habet modum: & ſine paululum, in longum ibat. Et in eodem libro ait idem: Erubeſco, quòd nugarum murmur, ſcilicet ſęcularium, & carnalium, adhuc audiebam, &c. Ex quo appa-
B ret non eſſe laudabile, immo omnino vituperabile, poſt vocationem exteriorem, vel interiorem: vel per verba, aut ex ſacra ſcriptura factam differre,& quaſi in dubijs conſilium poſtulare. Hoc verò ad interioris inſpirationis efficaciam pertinere probatur, vt homines inſpirati ſubitò ad maiora prouehantur. Quod Act. 2.cap. myſticè deſignatur, quando diſcipulis congregatis in vnum repente Spiritusſanctus veniēs ſuper eos, fecit Dei magnalia loqui. Vnde ſecundum Amb. neſcit tarda molimina Spiritusſancti gratia. Et Ecc. 11. Facile eſt in oculis Dei ſubito honeſtare pauperem.
C Hanc quoque efficaciam inſpirationis interioris oſtendit Auguſt. in libro de prædeſtinatione ſanctorum, inducens illud Ioan. 6. Omnis, qui audiuit à patre, & didicit, venit ad me. Valde, inquit, remota eſt à ſenſibus carnis hęc ſchola, in qua pater auditur, & docet, vt veniatur ad filium, nec agit hoc cum carnis aure, ſed cordis. Igitur ſpiritus ſancti virtutem vel ignorare, vel ei reſiſtere comprobatur, qui à ſpiritusſancto motum diuturnitate conſilij detinere contendit. Audi etiam paganum Ariſtot. in libro de bona fortuna, vbi ait. Quòd aũt quæritur, quid eſt motus principij in anima, palam quidem in toto, Deus rationis: nam
D principium nō eſt ratio, ſed aliquid melius. Quid igit̃ meli⁹ erit ſcientia, & intellectu, niſi De⁹? Et poſtea ſubdit d̃ his, q̃ à Deo mouentur, ꝙ cōſiliari non expedit eis: hñt.n. principium tale, quod eſt meli⁹ intellectu, & conſilio. Erubeſcat igitur, qui ſe dicit catolicum, & ad humana tranſmittit conſilia diuinitus inſpiratos, quibus eos Philoſofus Ethnicus aſſerit non egere. D. Victus ſum talia audiendo, nunquam talia expectaſſem: vicerunt me efficaces rationes, & ſctorum auctoritates:& maximè ſtupefact⁹

Ariſtoteles lib. de bona fortuna.

ſum de Phi. verbo, & ſenſu. O immenſa miſericordia Dei, quanta eſt multitudo dulcedinis tuæ, qui, vt nos glorifices, & nō perdas, fidelib. & infidelibus circumuallas, totus in corde ęſtuo, tñ ſequi nō piegat, Magiſter mi, qa in ꝓfundũ demergebar inferni, niſi ad vos veniſſē. M. Docilitas tua, & fides Dei gr̃a operante, huius boni cã ſunt. Sed poſtquã te audire delectat, atq; ędificat, ſequar, vt cœpi. cõtẽplare fili mi, Petrũ, & Andream. Nã ſicut, d̃r Mat. 4. cõtinuè vocati à Dño, relictis rhetibus, ſecuti ſunt eũ. In quorum cõmendatione Chriſo. ait: In medijs operationibus exiſtentes audientes iubentē non diſtulerunt: ſed nec dixerunt, reuertentes domum loquamur amicis, ſed oĩa dimittentes, ſecuti ſunt eũ. Et ſequit̃: Talē.n. F
obiectã Dñs quęrit à nobis, vt neq; ĩ inſtãti tpe remoremur. Deinde ſequit̃ de Iacobo & Ioanne, qui vocati à Dño ſtatim relictis rhetibus, ac patre ſecuti ſunt eum. Et ſicut Hylarius ſuper Mat. ait. Ecce artem, & patriã, & domũ relinquẽtibus, docemur Chriſtum ſectari, & ſecularis vitę ſollicitudine, & paternæ domus conſuetudine nō teneri Mat. quoq;. 9. d̃r de Mattheo, qui ad vocationē Dñi ſurgēs ſecutus eſt eũ. Vbi Chriſ. ait. Diſce vocati obiectã: neq; reſiſtit, neq; domũ adire rogauit, & ſuis hoc cōicare. Humana ēt pericula, quæ ei à principibus accidere poterant, paruipendit, dum. ſ. rōnes of G
ficij imperfectas reliquit, ſecũdũ Remigiũ. Ex quibus omnibus patet, ꝙ nihil humanũ debet nos retardare à ſeruitio Dei. Rurſus Mat. 8. & Lu. 9. d̃r, ꝙ quidã diſcipulus Chriſti dixit ad eũ: Dñe, permitte me ire primũ, & ſepelire patrē meum. Cui Dñs r̃ndit: Sequere me, & dimitte mortuos ſepelire mortuos ſuos. Quod exponens Chryſ. ſuper Mat. ait: Hoc dicit, non iubens contemnere honorem, qui eſt ad parentes: ſed mõſtrãs, qm̃ nihil cęleſtibus negocijs nobis neceſſarium magis eē oportet, & quoniã toto ſtudio his iungi debemus, vt nec parũ tardare, ēt ſi valde ineuitabilia incitãtia fuerint, quæ attrahunt. Quid.n. magis neceſſarium, q̃ ſe H
pelire p̃rem? Quid ēt facilius? Neq;.n. multum temporis conſumendum erat, ſed diabolus inſtat attentius, volens aliquē aditum inuenire:& ſi modicã ſumat negligentiam, magnam cooperatur puſillanimitatē. Propter, quod d̃r Ecc. 5. Non tardas conuerti ad Dñm, & ne differas de die in diē. Nihil enĩ aliud inde docemur, niſi, ꝙ nec minimum tps fruſtra ducere decet, & diſſimulare cogentia: immo præferre ſpũalia cunctis, &

Nihil humanũ debet nos retardare à ſeruitio Dei.

A admodum neceſſarijs. Et iterum Aug. de verbis Domini ait: Vocat te oriens,& tu accedis ad occidẽtẽ. Oriens verò Chriſtus ẽ, iuxta illud Zach. 6. Ecce vir oriens nomen eius. Occidens verò eſt quilibet homo in mortem cadens, & in tenebras peccati. Igitur iniuria facit Chriſto, ĩ quo ſunt omnes theſauri ſapientiæ abſconditi:,ſi,eius audito conſilio, adhuc mortalis hominis cõſilium æſtimat aliquis requirendum: ad quid,quæſo,conſilio indigeant hi, quibus eſt ſacrũ religionis propoſitum inſpiratum? Nã dubitare, an id,quod Chriſtus conſuluit, melius, ſit,ſacrilegium eſt. Dubitare verò, an ꝑpter contriſtationẽ amicorum, vel quod cunq; tpalium detrimẽtum, nõ debeat religionis

B ꝓpoſitum ꝑtermittere, ẽ vtiq; animi adhuc carnali amore multipliciter irretiti. Vñ Hiero. in epiſtola ad Heliodorum inquit. Licèt paruulus ex collo pendeat nepos: licet ſparſo crine,& ſciſſis veſtibus, vbera, quibus te nutrierat mater oſtendat, Licèt in limine pater iaceat: per calcatum perge patrẽ, per calcatã perge matrẽ,& ſiccis oculis ad vexillũ crucis euola: ſolum pietatis genus eſt ĩ hac re eẽ crudelẽ. Et ſubdit: Gladium tenet hoſtis, vt me perimat:& ego de prĩs lachrymis cogitabo: propter patrẽ militiã differã, cui ſepulturã Chriſti cauſa nõ debeo? Sed fortè aliquis inducetur ad conſilium requirendum, an poſſet implere quod ſeruare ꝓpo-

C nit. Et in hoc caſu ẽt quandoq; eſt cauẽdum ab his, qui videntur timere Deum. Nã ſunt pleriq;, qui non videntur poſſe ſuæ religioni fauere, niſi alicui alteri religioni habeãt derogare. Nec id quidem quandoq; directè perficere ſatagunt: ſed ſub laudis, & magnificationis atq; exaltationis figmento in tm̃ aliquã religionem extollunt, ꝙ vltra paradiſum tranſuehunt,& tranſmittunt, ideſt tantam perfectionẽ inobſeruabilẽ dicunt. Caue ab iſtis, quia quandoq; non verentur, & Deum talem regulam inſtituentem, & ſanctum illã tradentem,& ſanctã matrẽ Eccleſiã illã approbãtẽ impiè blaſphemare. Mani

D feſtiſſimũ ſignũ eſt, ꝙ affectiõe ꝓpria excæcati quærũt quæ ſua ſunt, nõ quæ Ieſu Chriſti. Et à talibus non habebis cõſiliũ ſanum: quia vbi regnãt affectio, perit oẽ iudicium. Denuo ſume conſilium ab Aug & de conſimilibus, qui ait in lib. 8. confeſſ. de ſeipſo, ꝙ conſilium cõtinentiæ aſſumere formidabat dicẽs: Aperiebat ab ea parte, qua intẽdebã faciẽ,& quo tranſire trepid. bam, caſta dignitas continentię, ſerenè,& non diſſolutè hylaris honeſtè blandiens, vt veni.em, ne-

E que dubitarem, & extendens ad mè ſuſcipiendum,& ampletẽdũ pias manus plenas ſignis exemplorum bonorum. Ibi tot pueri, tot puellæ: ibi iuuentus multa,& omnis ętas, graues viduæ, & virgines, auus, & in omnibus ipſa continentia nequaquam ſterilis, ſed fęcunda mater filiorum gaudiorum de marito te domine. Et irridebat me irriſione exhortatoria, quaſi diceret: Tu non poteris, quod iſti,& iſtæ? an verò iſti,& iſtę in ſemetipſis poſſunt, & non in domino Deo ſuo? Dominus Deus eorum me dedit eis. Quid in te ſtas, & non ſtas? proijce te ſecurus in eum, & noli metuere: nõ ſe ſubtrahet, vt cadas: proijce te ſecurus:

F & eripiet te, & ſanabit te. Et in religione multa videntur dura, & aſpera, quæ nihilominus tum ex auxilio Dei, tum ex ſancto conſortio proximi, tum ex aſſuefactione boni operis, leuia, ĩ nmò faciliima comprobantur. D. Sed nunquid ingreſſurus religionem omnia exponenda per eum, abſque conſilio perficere debet? M. De hoc ipſo, quod poſtulas, propoſueram tibi loqui. Duo quidem ſunt, de quibus homo poteſt conſilium poſtulare. Vnum eſt de modo intrandi religionem: aliud eſt, ſi ſpetiale impedimentum habeat, propter quod impediatur à religionis ingreſſu: Puta, ſi ſit ſeruus, vel matrimonio iunctus & cętera conſimilia. Sed ab hoc conſilio *Duos ſũt de quibus põt homo petere cõſilium de intrandi ordinem.*

G primò amouendi ſunt carnis propinqui. Vnde dicitur Prouer. 25. Cauſam tuam tracta cum amico tuo, & ſecretum tuum extraneo ne reueles. Carne nanque propinqui in hoc propoſito, amici minimè ſunt, immo inimici, iuxta illud Mat. x. Inimici hominis, domeſtici eius: ideo in hoc caſu vitanda ſunt conſilia carnalium prinquorum. Vnde Gregorius. 3. Moralis. Callidus aduerſarius cum à bonorum cordibus reppelli ſe conſpicit, eos, qui ab eis diligunt̃, exquirit: & per eorum verba blandiens loquit̃ per

H eos, qui plus cęteris amantur: vt dũ vis amoris cor perforat, facile ꝑſuaſiõis eius gladi⁹ ad intimæ rectitudinis munimina irrũpat. Hinc eſt, ꝙ beatus Benedictus, ſicut. in. 2. Dialog. Gregorius refert, nutricẽ ſuam occultè fugiẽs, deſerti loci ſeceſſum petijt, ſed Romano monacho ꝓpoſitũ ſuũ aperuit: q eius deſiderium,& ſecretũ tenuit,& adiutoriũ impẽdit. Ab hoc quoq; cõſilio oĩno ꝓcul debẽt fieri hoĩes ſenſuales, & carnales, apud quos Dei ſapiã ſtultitia eſt Vñ Ecc. 37. Ironicè,& deriſoriè dicitur. Cum viro irreligioſo tracta de ſanctitate, & cũ iniuſto

de

A de iuſtitia. Et poſtea ſubdit: Non attendas his, in omni conſilio: ſed cũ viro ſancto aſſiduus eſto, à quo quærendum eſt conſiliũ, ſi de aliquib⁹ in hoc caſu de neceſſitate quærendum ſit. D. Quanta ſpirituali conſolatione, & lumine ſim repletus, quis pôt exprimere? Deo grãs, Deo grãs, & iterũ Deo grãs: qui me miſit ad vos. Ibam per abrupta fantaſiarũ, deceptus, & ſeductus ab erroribus, & deceptionibus multis. Errabam ſeqns errores confuſi vulgi, ac multorũ, vt putabã, timentium Deũ. Aperta eſt mihi via, & ianua paradiſi. Cæcus eram, & illuminaſtis me. Infirmus erã, & roboraſtis me. Vacillans, & inſtabilis erã, & ſtabiliſtis me. Timi-
B dus, & vmbroſus erã, & reuocaſtis me, & aſſecuraſtis me. Inſipidus eram, & diſcretiõis ſale condiuiſtis me. Iudex temerarius erã, & humiliaſtis me. Fantaſticus eram, & ſupportaſtis me. Errabundus eram, & reduxiſtis me. In via periculi erã, & eripuiſtis me. Nunc apertè intelligo, quid agendũ eſt. Munus, ac talentũ gratiæ, quod mihi Dñs p vos contulit nõ abſcondã. Cõfidã i Dño Ieſu Chriſto, & in ſctiſſimis conſilijs ſuis meliorẽ conſultorẽ iã nõ quæro: pfectionẽ, & ſoliditatẽ religionis iã intelligo: pericula mũdi cognoſco: profectum in virtutibus concupiſco alacri corde, & mira iocũditate ad religionẽ anhelo: quæ añ verebar, nũc deſpi-
C cio, derideo, atq; p nõ. Noui quãdã ſctãm congregationẽ cuiuſdã pfectæ religionis, ad quã inſpiratus ſum, probaui eos incedentes rectæ in obſeruantia regulari & in mandatis Dei: atq; à me proijciam prẽm, matrẽ, fratres, ſorores, atq; totam pgeniẽ: amicos, ſodales, & notos inſalutatos relinquo, vocãtẽ Petrũ, & Andreã, ac Iacobũ, & Ioannem vocare me ſentio, nõ poſſe i hoc decipi ma-
Pſal. 118 nifeſtè intelligo. M. Congaudeo grẽ tuæ an ſic ſtatuiſti in corde tuo? D. Hoc iuraui, & ſtatui cuſtodire. M. Reputaberis ſtultus inſanus, & leuis. D. Ego aũt non tm̃ inſanus, & ſtult⁹ reputari expecto, verũetiã oẽm labo-
D rẽ alium ſubire concupiſco. M. Ex quo te vi deo diuinit⁹ euocatum, grãs ago Dño Deo meo, qui te ſic dignatus eſt inſpirare. Referã tibi, quod Ecc. 2. ait. Fili accedens ad ſeruitutẽ Dei, ſta in iuſtitia, & timore, & præpara animam tuam ad tentationem. Multa inſurgent aduerſum te, & contra impræparata amplius tunc dimicabunt. Time pericula, quæ expectabas, ſed amplius time pericula, quæ ignoras. D. Confido in adiutorio Altiſſimi, & in protectione Dei cœli commorabor, & de me diffido, cum ſim fragi-

lis, & infirmus. Confido orationibus, & exemplis, & doctrinis eorum, in quorum manibus me commendo. M. Vnum ad vltimum ad mentem tum reduco. Perſeuera, perſeuera, perſeuera. Nam non coronabitur, niſi qui legitimè certauerit. Ille verò legitimè certat, qui vſque in finem in ſancto propoſito perſeuerat, quia teſte Domino, Non qui incœperit, ſed qui perſeuerauerit vſque in finẽ, hic ſaluus erit. D. Valete magiſter mi, & oro mementote mei in orationibus veſtris, vt vſque in finem perſeueren. M. Et tu etiam ſis mei memor ad Deum. Vale benedict⁹, & benedicibilis à patre, & Domino nr̃o Ieſu Chr̃o, qui cũ patre, & ſpiritu ſancto in æternum benedictus, & benedicibilis cuncta benedicibilia benedicit per infinita ſęcula ſeculorum. Amen. E F

DOMINICA TERTIA In Quadrageſima.

In mane ordo dicendorum per totam ſeptimanam ſequentem.

O*Mne regnum in ſe diuiſum deſolabitur, & domus ſupra domum cadet*, Luc. 11. & in euãgelio hodierno. Copioſus ẽ ſermo omnis de charitate, quia copioſa eſt ipſa charitas. Quanta ſit copioſa charitas, audi non me, ſed ex ipſa charitate dilectum, & diligentem. 1. Ioan. 4. Deus charitas eſt. Quo igitur termino concluditur Deus, audi Iob. 20. dicentem. Forſitam veſtigia Dei cõpræhendes, & vſq; ad perfectum omnipotentem reperies? excelſior cœlo, & quid facies? Profundior inferno, & vnde cognoſces? Longior terra menſura eius, & latior mari. Sic vtiq; inexplicabile, & interminabilis eſt ipſa charitas, atque charitatis ſermo. Proinde ſequentes tractatum de charitate, iſto mane de parcialitatibus, & diuiſionibus in populis extinguentibus, immo eradicantibus charitatem, dicturi ſumus, oſtendentes quanti criminis atque periculi ſit corde, aut ore, aut opere ſequi diuiſiones. Hodie infra diem declarabimus propheticam viſionẽ, quæ de partialitatibus maximè de Guelfis, & Gebelinis Ioanni Euangeliſtæ in Apoc. myſticè reuelata ſint, ſiue declarata. Feria 2. tractabimus de vera confeſſione, per quam amiſſa charitas reformatur: declarantes, qd eſt, & vñ originẽ ſumpſit, atq; de admirãdis fructib⁹ ei⁹. Feria 3. dicturi ſumus de corre- G H *Proponit dicenda.*

A cat. Nā mortuos ꝑ culpā, uiuificat per grām de pe. di. 7. c. nullus dicit̃, ſcriptum eſt, neminem ſine charitate ſaluū eſſe, & ideſt Pe. 4. Charitas opit multitudinē pc̄tōrū. Partialitas uerò cordis, econtra, uiuos mortificat, quia uiuos p grām, mortificat per culpā. Nā ſicut ſepationi aiæ, & corporis ſequit̃ mors corporalis: ita diuiſioni partiali ſequit̃ ab anima ſeparatio fraternę charitatis, quę eſt eius uita ſpūalis. Nā qui non habet charitatē, nihil habet. i. petm̄, quòd verè eſt nihil:

Primus charitatis effectus.

Secundus Charitatis affectus.

Secūdus charitatis effectus, eſt, quia cōgregat uiuificata: ſicut patet in pmitiua eccleſia, cū charitas diffuſa erat in cordibus credētiū, B quos infuſus amor Dei de multis fecerat unū. Vnde Actis. 4. Multitudinis credentiū, erat cor unum, & aia una. Parcialitas uerò cordis mortificata ſepat. Nā, cū corda mortua fuerint, p abſentiā charitatis Dei quotidiæ cōualeſcūt in ſepatiōe charitate pximi. Ideo hortatur apoſtolus ad Col. 3. dicēs, ſup oīa autē charitatē habete, quæ eſt uinculum perfectionis. quia ſine ea hoium corda ab inuicē ſeparant̃.

Tertius effectus charitatis.

Tertius effectus charitatis. eſt, quia cōgregata multiplicat. 1. Corū. 8. Charitas edificat, parcialitas aūt cordis ſepata diſſipat. Vnde thema. Lu. 11. Oē regnū in ſe diuiſū deſolabit̃, &c. Quòd exponēs Hier. in Homelia ait: quō cōcordia. i. cō- C cordi charitate, puę res creſcūt: ita diſcordia maximę dilabuntur. Vnde Oſeę. 10. Diuiſū eſt cor eorū, nūc interibūt. Ex his patet, ꝙ mortali cordis cōtradictiōe, pars Guelſa, et Gebelina charitati diuinæ contrarietur.

Partialitati conſentiens corde Chriſto tripliciter aduerſarius eſt Cap. 2.

SEcūdò apparet in partialitatis cōſenſu culpa mortalis, rōne Chriſti, qui nr̄m eſt caput, Nā ſicut Dn̄s nobis dedit prę ceptū de dilectione diuina, ſic Chriſtus de- D dit nobis mandatū de dilectione fraterna. Vnde. Ion. 15. Hoc eſt pceptum meū, ut diligatis, īuicē. Meū dicit per anthonomaſyā, hoc eſt per excellētiā: quia, ut diligeremus inuicē ſingulariter, nō nobis præceptum dedit, quamquam ſecundum Bern̄ nec proximus ſine Deo, nec Deus ſine proximo diligi poteſt. Sequi aūt præceptum Chriſti tria ſingularia bona operatur in nobis, quibus oīno aduerſātur parcialitatis cōſenſus. Primū eſt cum Chriſto conformitas, ſecundū eſt cū Chriſto unitas, tertium eſt cū Chriſto exemplaritas.

Primum bonum cum Chriſto conformitas.

Primū bonum eſt cum Chriſto cōformitas. Nam fraternalis dilectio facit hoiem membrū Chriſti. Vnde ad Eph. 4. quoniā ſumus inuicē mēbrā. Ac, econtra, E cordialis diuiſio facit hoiem mēbrum diaboli, ad quos Ioh. 8. dn̄s ait: Vos ex patre diabolo eſtis.

Vnitas cū Chriſto.

Secundū bonū eſt cum Chriſto vnitas. Quia fraternalis dilectio per trāsformationē cū Chriſto unit ſe, cōgaudēs ſe eſſe mēbrum cū Chriſti mēbris. Vnde Pſ. ait. *Pſal.* Ecce quā bonū, & quā iocundū habitare fratres in unū. i. fraternali dilectione, perſeuerāter trāsformari in Dn̄m Ieſū Chriſtū. Sed parcialis diuiſio per nequiſſimā transformationē cū diabolo, corda cōſentanea iungit, ſubiectaq; imperio ſuo, dū non credūt, ꝙ ſolum cōſentire parti peccatū ſit, diabolus i ſua inſenſibili pace cuſtodit. Vnde Lu. 11. F Cū fortis armatus cuſtodit atriū ſuū, in pace ſunt oia, quæ poſſidet. Quis aūt hic fortis, niſi parcialitatis diabolus? de quo Iob. 41. Nō eſt poteſtas ſuper terrā, quę cōparetur ei. Qui quidē armatus partialiū nequitijs, ut in ſeqnti ſermone patebit, cuſtodit atriū cordis ſui per cōſenſum utiq; factum ſuū, & tunc utiq; ea, quæ poſſidet, ſunt in pace cū, neq; p pdicatores, neq; per cōfeſſores, neq; per conſciētiæ remorſus gladio verbo Dei, vel ſancta cōpunctione parcialiū corda aliqualiter moleſtantur: cū credāt, ꝙ ſolū partialitati corde cōſentire non ſi peccatū.

Tertium bonum cum Chriſto.

Tertiū bonum eſt cū Chriſto exēplaritas. G Sed quia, ut dicitur Mat. 12. Bonus hō de bono theſauro cordis ſui pfert bona, & malus homo de malo theſauro cordis ſui pfert mala. bonus nēpe theſaurus fraternę dilectionis in corde abſcōditus pfert bonum exēplū diſcipulatus Chriſti, dicēte Dn̄o Ion. 13. In hoc cognoſcāt oēs, quia diſcipuli mei eſtis, ſi dilectionē habueritis adinuicē. Tā enim ſancti, & veri exēpli eſt dilectio, & unio fraternalis, ꝙ nō ſolū Deo, & cæleſtibus ciuibus eſt grata: uerumetiam à terreſtribus hominibus pconizatur, & cōmendatur ſancta. Vnde Eccl. 25. In tribus placitū eſt ſpiritui meo, quę ſunt pbatā. i. approbata coram Deo, & hominibus: H cōcordia fratrū, amor proximorum, & uir, & mulier ſibi bene, nō malè conſentientes. Quę oia in cordiū vnione, & fraterna dilectione cōſiſtunt. Et, econtra, parcialitatis cōſenſus ſiquidem malus theſaurus eſt i mali hominis corpore per iniquitatis exēplum probat parcialem eſſe diſcipulū diaboli. Cui, & uerè diabolus dicere poteſt. In hoc cognoſcent homines, quia diſcipuli mei eſtis, ſi oderitis in uicem. De hoc conſentiente corde, Eccl. 2. ſcriptū eſt, Vę duplici corde. Hoc eſt cor, de quo idem 21. ait: Cor fatui quaſi uas cōfractū, ſcilicet per diuiſionis cōſenſum. Vnde pro-

A bio. 17. Qui peruerſi cordis eſt, nõ inueniet bonum, ſcilicet triplex iam dictum: uidelicet conformitatis, unitatis, & exẽplaritatis.

Quòd conſentire parcialitati, dilectioni proximi tripliciter contrarium eſt. Cap. 3.

TErtiò apparet in parcialitatis conſẽſu mortalis culpa ratione proximi. Quilibet enim tenetur diligere ꝓximum, ſicut ſemetipſum, præcipiente Domino Lu. 10. Diliges proximũ tuum ſicut teipſum. Naturaliter enim nemo amat in ſe diuiſionem, neq; ſpiritualem, neq; corporalem, neque etiam tẽporalem: ſed ſemper deſiderat inſeparabilem unionẽ. Primò enim nullus in ſe amat naturaliter ſpiritualem diuiſionem. Quis enim eſt, qui naturaliter cõcupiſcat ſeparari in eo memoriam ab intellectu, & uoluntatẽ etiam ab utroq;, aut intelligentiã ab intellectu, uel uelle à uoluntate, ſeu poſſe à facultate? Hoc enim homo naturaliter abhorret. Sicut etiam, quod ex periẽtia patet, nullus naturaliter cupit animã à corpore ſeparari, cũ mori etiam Chriſtus abhorruerit factus in agonia, ſudor ſanguineus pauorem mortis oſtendit. Et ſi quãdo cõtingat aliquos ſe ſuſpendere laqueo, uel alio modo necare, hoc non contingit ex appetitu naturæ, ſed ex malitia culpæ, teſte Pſalmus dicente. Qui diligit iniquitatem, odit animam ſuam. Vnde Paulus ad Philip. 1. ait, cupio diſſolui, & eſſe cũ Chriſto: quòd quidem, ut patet, non erat ex affectu naturæ, ſed ex abundantia gratiæ, & uirtute amoris. Secundò etiã nullus amat naturaliter in ſe diuiſionem corporalem: Quis enim ita inſanit, quòd naturaliter optet per præciſionem caput à corpore, & pedem à crure, & crus à corpore, & ſic de aliis ſeparari, ſicut dicitur ad Eph. 5. Nemo carnẽ ſuam unquam odio habuit, ſcilicet ex natura: ſed nutrit, & fouet eam: Tertiò quoque neminẽ naturaliter concupiſcere reperimꝰ diuiſionẽ in tẽporalibus, niſi ex accidẽti caſu. Plus enim diligit homo ſuos denarios ſimul, quàm uarijs locis longè diſperſos. Sic cõiter hõ diligit ruralia ſimul iuncta, domos, filios, parentes, & liberos, & ſic de cunctis ſimilibus. Cum igitur nullus diligat naturaliter, vel inclinatur affectu ad aliquam iſtarum trium diuiſionem: manifeſte igitur patet, quòd nullus proximũ ſuũ ſicut ſeipſum diligit, qui ſe per pcialitatis cõſenſum à proximo ſuo ſeiungit, cum omnia iſta clament, & prædicent inter proximos eſſe neceſſariã unionem. Immo, quòd mirabilius eſt, omnia corporalia, nos docent exemplo ſui hanc cõcupiſcentiæ unionem. Lapides, arbores, terram, aquam, & omnia elementa, quę cum ſcinduntur, quodammodo dolent, dum clamant. Nonne ad nubium ſciſſionem tonitrua generãtur? ecce quòd parcialis infęlix ad unionem inducitur ab omnibus etiam irrationabilibus creaturis: & tamen qui ſuper omnia irrationabilia ratione dotatur, minus vtitur ratione, quàm qui rationem habent.

Nullus amat diuiſionem in ſe.

Diuiſio corporalis.

Argumentum. 1.

SEd obſtant quidam, dicentes. Primò quòd talis parcialitati ſolum corde conſentiens, ſi contrariæ parti non intendit nocere, mortaliter non uidetur peccare, cum iſta cordialis diuiſio, proximo nõ uideatur eſſe nociua. Quibus reſpondetur, quòd ſi tales non intendant actualiter nocere proximo, intendũt tamẽ habitualiter. Et dato, ꝙ effectu non noceat talis illi, attamẽ nocet ſibiipſi. Nam, cum ſe à proximo per conſenſum partis diuidit, & præcindit, ſemetipſum ſpiritualiter interimit, & præcindit, ſicut dicitur. idem. Ioan. 3. Qui odit fratrem ſuum, homicida eſt, ſcilicet ſuimet. Licèt enim talis cõſenſus uti ſæpe cõtingat ad tempus in plurima non prorũpat, & crudeliſſima nocumenta: ſitq; radix, & fundamentum omniũ ſcelerum, quæ in furibũdis parcialitatibus fiunt. Nec enim omnes radices, quæ duras producunt ſpinas, omnibus anni menſibus retinent duras, ſed hyeme, uix folia habentes uere pullulãt, æſtate, & autũno indurantur, & pungunt. Sic quando Dei iudicia ſilent, vix apparent folia. i. verba, quę nominant partes. Sed uere luxu mũdanarũ delitiarũ creſcente, & calore ęſtiuo criminoſarũ proſperitatum multiplicante radicales conſenſus, Dei iudicio permittẽte emittũt uerborum folia, reuiuiſcunt, ſicut herbę, partes incipiunt apparere tenellæ, ſpinæ iniuriarum uſquequo pluentibus iudicijs Dei in nefandas, & incredibiles crudelitates prorumpant. Et hic eſt fructus radicalis conſenſus. De taliter cõſentientibus dicitur Mat. 7. Attendite à falſis prophetis, qui ueniunt ad uos in ueſtimentis ouium, intrinſecus autem ſunt lupi rapaces, ſcilicèt propter cõſenſum parcialitatis. Et ſequitur, à fructibus eorum, qui ſunt exterminia ciuitatũ, cognoſcetis eos. Nũquid colligũt de ſpinis cõſenſuũ abſcõſorũ uuas pſeuerãtis, unionis, & pacis, aut de tribulis odiorũ abſcõditorum ficus dulcęs fraternę dilectionis?

Quorundam.

A nis? Sic oĩs arbor bona fraternalis unionis, fructus bonos facit, uirtuoſæ, & trãquillæ, cõuerſationis. Mala autẽ arbor parcialis cõſenſus, fructus malos facit, flebilis deſtructiõis. Non põt arbor bona, ideſt cordialis pax, & unio cordium, fructus malos facere exterminij patriarum. Neq; arbor mala, uoluntatis diuiſæ, fructus bonos facere tranquillæ, & uirtuoſæ uitæ. Oĩs arbor, ideſt omnis uoluntas, quę non facit fructum bonum amoris, & unionis, excidetur in hora mortis, & in ignem mittetur æternę damnationis. Et, ut ad animaduerſiõẽ fructuũ, qui ex his ſequũtur, rõnales mẽtes euigilẽt, ſubdit igiẽ cõcluſiuè, quaſi dicat. Quid plura?
B A fructib⁹ eorum cognoſcetis eo, de quib⁹ maximè in fine huius ſermonis agetur.

Argumentum. 2.

Secunda obiectio. SEcundò obijcere quidam ſolent, ꝙ aliquis taliter conſentiens, nõ tantum cõtrariæ parti non intendit nocere, uerũ etiam in aliquo caſu prodeſſe. Ad quòd dicẽdum, ꝙ bonum, quòd intendit, eſt bonum accidentale: ſed malum, cui cõſentit, eſt malũ eſſẽtiale: nec euacuaẽ illud magnũ malũ, & eſſentiale per illud puũ accidẽtale bonum. Nam, licèt talis uideatur habere intẽtionem bonã, habet tamen habitu occultatam
C volũtatem, & intentione malã. In quo ẽt multi probi uiri ſub ſpecie boni, & qa intentione decipiuntur. De quo trepidãs ꝓpheta ait. Ab occultis meis munda me Domine, &c. Talis eni ſub uelamine pietatis, abſconditum odium gerit erga omnes contrarię ptis contra paruos, & magnos, cõtra longinquos, & propinguos, contra cognitos, & incognitos, contra præteritos, & futuros: imo etiam aliquando contra parentes, & ꝓximos conſanguineos, & affines.

Argumentum. 3.

Tertia obiectio.
D TErtiò obijciunt quidã dicẽtes, ꝙ antiquitus prædeceſſores ſui fuerunt Guelfi, & Gebelini, uel alterius partis, quòdq; ex eiſdẽ originẽ trahũt, quaſi cõcludere intendẽtes, quòd eſſe nõ pñt, niſi illius partis, & quòd ſic ab alijs reputantur. Quib⁹ dicẽdũ eſt, ꝙ licèt corpaliter à partialib⁹ parẽtibus originẽ ducũt corpalem, tñ à Deo creãte, & Chriſto redimente, & reformãte traxerũt originẽ ſpũalẽ, qui utiq; nõ sũt ptiales. Prętereà, ſuæ origini ptiali i ſacro fonte baptiſmatis abrenũciauerũt, et ſi pdeceſſores ſui baptizati, & cõfirmati fuerũt, & partiales vixerũt, dedecus quidẽ parẽtũ eſt apoſtataſſe à fide, nec quoq; minuiẽ
E ex filiorũ ſequela. Filiorũ quidẽ uerecũdia eſt tales habuiſſe parẽtes, ſed, & adhuc etiã maior taliũ eſſe ſequaces. Vnde Eccl. 3. Ne glorieris i cõtumelia pr̃is tui. Nõ eni tibi eſt gl'ia, ſed cõcluſio. Gloria. n. hoĩs ex honore pr̃is ſui, & dedecus filij ſine honore pater. Quib⁹. Ma. 23. diciẽ Itaq; teſtimonio eſtis uobiſmetipſis, quia filij eſtis eorũ. Et ſequiẽ. Et uos iplete mẽſurã patrũ ur̃orũ. Serpẽtes genimina uiprarum, quò ſugietis à iudicio gehẽnę? Si aũt quiſquã ꝓpter pdeceſſores ſuos parẽtes ptialis eſſe putaẽ: ipſe verò nec conſẽtit corde, nec fateẽ ore, nec exercet ope, nec inſuper mõſtrat ptialitatis ſignũ armis,
F aut uexillis: ſicut alibi dictũ eſt: tũc licèt talis ęſtimatio, & opinio eorũ, ſeu aliorũ nõ puũ periculũ pſtẽt, ꝓpter malorũ occaſiões, attñ nõ eſt ſibi ad culpã, licèt ẽ ſibi ad pęnã: Nemo. n. ex aliorũ opinione ſaluaẽ, uel condẽnatur, ſ ex ꝓprijs meritis, uel offenſis. Vñ Mat. 16. Reddt unicuiq; ſm opa ſua. Et Eze. 18. filius nõ portabit iniquitatẽ patris. ſ. infernõ, niſi ſcilicet ipſe ſit pticeps ei⁹ culpę.

Argumentum. 4.

Quarta obiectio. QVartò ẽt nequaquã obſtat, ſi quis dicat, ꝙ tota patria, ciuitas, uel dominiũ hoc obſeruat, ſiue ad iurãdũ cõ
G gat. ꝙq; antiq̃ cõſuetudo ſit. Quibus facilè rñdet, ꝙ cũ hoc ſit cõtra Dei, & ꝓximi charitatẽ, ſicut i pcedẽtib⁹ patet: nõ ẽ hęc cõſuetudo obſeruãda, ſ; velut abuſio abhorrẽda. Vñ. 32. q. 7. flagitia, dr̃: Flagitia, quę sũt cõtra naturã, vbiq;, ac sẽper repudiãda, & puniẽda sũt. Immo cõſuetudo puerſa ex diuturnitate nõ leuigat crimẽ, ſed grauat. 24. q. 1. ſciſma extra de ſimo. nõ ſatis, extra de cõſue. c. ulti. Vñ Eccl. 6. Noli peccare in multitudĩe ciuitatis, qa nõmin⁹ ardet q̃ cũ multis uritur. Si quis autem ptialitatẽ, aut per ptiale officium iurat, non ſolum iuramentum non eſt ſeruandum, ſed qui hoc iurauit periurus eſt, vt patet. 22. 4. c. in malis ubi Iſi-
H do. ait: In malis promiſſis reſcinde fidem, i turpi uoto muta decretum. Et iterũ ad hoc facit illud. 22. quæſtione 4. cap. 3. & 2. & 3.

Argumentum. 5.

Mendax inſania. QVintò mendax inſania appparet, quòd ſe in partialitate tenent ad ſuum ſtatũ ſeruãdũ: quòd quantũ ſapiat, ipietatis mẽs sẽſata cõſiderat. Nã, ſicut experiẽtia docet, tales tyrannidem callidè abhorrentes, & deteſtãtes verbo, totis uirib⁹ exercẽt factoꝝ

tyran-

A tyrannidique impingunt, quicquid cęteri,
& ipſi rapiunt. Quis enim ita inſcius eſt, q
credat ſibi licere recuperare amiſſa, vel ade-
pta poſſidere, atque tueri ſiue noua adipiſci
titulo partis, cum diuiſio ſit contra Dei p̃-
ceptum? Apoſtolus quoque ad Ro.3.c. di-
cit. Non ſunt facienda mala, vt veniãt bo-
na. Malum quidem apertum eſt confunde-
re ordinem charitatis, ęternoque Deo præ-
ponere temporalia bona. Quidam inſuper
nequã in ciuitatibus, vel terris ſeminãt par-
tes, vel nutriunt ſeminatas, vt in eiſdem li-
berius vel ſecurius tyrannidem exercere
B queant, cum econtra iuſtitia ſit, quæ ciuita
tes, & regna ſeruat. Vnde de iuſto rege
dicitur Proueb. 16. Abominabiles regi, q
agunt impiè. i. partialiter, quia iuſtitia fir-
matur ſolium. Et.c. 25. Aufer impietatem
id eſt, partialitatem de vultu regis: & firma
bitur iuſtitia thronus eius. Et Pſal. Quo-
niam brachia peccatorum. i. ambę partes
conterentur: confirmat autem iuſtos domi
nus. Seminantes autem, vel nutrientes diui
ſiones, & partes, quia partem diligunt, par
tique plus, quàm Deo inhærent, ab eo, qui
C poteſtatem valet exercere, in eos parti pu
tridi aſini, id eſt caudę ſolenniter præferen-
di erant, cæterique dominio expoliandi: vt
qui partem amat, partem habeat, quæ vti-
que cauda aſini merito dici poteſt.

Cõtra quorundam excuſationes.

Argumentum. 6.

SExtò inſuper nequaquam obſtat, ꝙ qui
dam dicant ſe in ciuitate, vel terra non
eſſe diuiſos, quia omnes eiuſdem ſunt
partis & voluntatis. Oh, Tales licèt non ha
beant partem, infeliciorem quodammodò
poſſident ſtatum, quia ipſi ſunt pars. Occul
D tiorique iudicio, vel periculo poſſidet eos
diabolus, cum ſint eius ſynagoga peculia
ris, vt dicitur Eccl. 3. Sinagogę ſuperborũ
non erit ſanitas. Non enim tantum ſuis ci-
uibus, & compatriotis, ſed etiam omnibꝰ
hominibus debent quilibet iũgi mutua cha
ritate, eoſque ſicut ſe ipſos amare.

Cõtra quoſdam.

Argumentum. 7.

SEptimò etiam nihil valet, quod quidã
dicunt: ego optarẽ, ꝙ nulla diuiſio, aut
pars eſſet in terra noſtra, ſi demum quã
tumcũque occaſione corde, ore, vel opere
partialitatibus ſe immiſcent, cum nulla ra-
tione contra proximi charitatem agendum
ſit. Inſuper ſi cęteri ſunt partiales, atque vt
Domini creaturæ ſint cordialiter diligendi: E
tamen ſecundum Augu. ita diligendi ſunt
homines, vt eorũ non diligantur errores.
Ex his ſeptem argumentationibus, & re-
ſponſionibus ſatis patet multorũ decepto-
rum inſania credentium, ꝙ ſolum conſen-
tire corde partiali diuiſioni, non ſit pecca-
tum. Vnde Mat. xv. dicitur: De corde exe-
unt cogitationes malę. Ecce igitur primũ
væ, vbi quod aquila volans clamitat in ter-
ra habitantibus cũ partialitatibus cordis. Iã
ad ſecundum væ dirigamus ſermonem, qui
eſt de partialitatibus oris confeſſione.

ARTICVLVS SECVNDVS. F

Quòd dicere ſe guelfum, vel gebelinum, vel aliter partialem mortalis culpa eſt.

SEcunda cõcluſio eſt. Quod ſi quis ver
bo, vel ſcripto confitetur ſe eſſe Guel-
fum, vel gebelinum, vel etiã aliter par
tialem, mortaliter peccat. Quod poteſt ra
tione, & auctoritate probari.

Ratione probatur, ꝙ dicere ſe parcialem mortalis culpa eſt. G
Cap. 1.

PRimò verò ratione probatur ra-
tionabiliter diſtinguendo. Nam
talis vel dicit verum, vel falſum. *Pulchra ratio.*
Si autem verum hoc manifeſtan
do dicat, iam ex prædictis patet, ꝙ mortali
ter peccat. Si autem mendacium dicit, ſic
aſſerendo, iterum diſtinguendum eſt: qa
vel hoc aſſerit ex timore, vel adulatione,
vel ex ioco. Primò enim ſi mendacium di-
cit ex timore, vt puta cum inſonat rumor,
vel clamor, quis viuat, quis uiuat, una par-
te acclamante, uiuant Guelfi, uel uiuãt Ge- H
belini. Tunc, ſi quis timore mortis, uel alte-
rius periculo ore mentitur ſe eſſe partialẽ,
mortaliter peccat: quia mendacium dicit
pernitioſum contra Dei præceptum, & pro
ximi charitatẽ. Vnde Aug. 22. q. 2. primũ,
& de hoc p̃s. pdes omnes, qui loquuntur
mendacium. Et Sap̃.j. Os, quod mentitur,
occidit animam. Secundò, ſi mendacium
dicit ex adulatione, quia tale mendacium
malum exemplum habet contra proximi
charitatem, & Dei preceptum, etiam mor
tale peccatũ eſt, ut oſtendit Aug. in d. c. pri
mum. 22. q. 2. Tertiò, ſi quis mendacium
dicit

A dicit ex ioco, vbi ex hoc periculi ſcandalū ſit nulli dubium, quin mortale peccatum eſt: quia licet tale mendacium ex ſui natura ſit iocoſum, tamen accidētaliter ꝓpter proximi ſcandalum eſt, pernitioſum, ſecundū ſententiam Alex. de Hal. Vnde Matt. 28. Qui ſcandalizauerit vnum de puſillis iſtis, qui in me credunt, expedit ei, vt ſuſpendatur mola aſinaria in collo eius. i. partialitatis culpa: & demergatur in profundum maris. i. in inferuo. De his duobus vltimis mēdacijs. ſ. adulatorio, & iocoſo, ꝙ prædicto modo mortalia peccata ſint, poteſt dari exemplum de pulcherrima muliere iuuene, quæ ſurgens coram populo multo adulatoriè, vel iocosè fatetur ſe corde concupiſcere B rem agere cum tali. pulcherrimo adoleſcente. Quod quia multis credibile eſt, & in ſcandalum animarum: non enim poteſt conſpici intentio eius, licèt etiam mendacium dicat, tamen mortaliter peccat, quia mendacium iocoſum (vt dictum eſt) accidētaliter pernitioſum ſit, & contra proximi charitatem.

Auctoritate probatur, ꝙ dicere ſe parcialem, mortalis culpa eſt. *Cap. 2.*

C

Pſal. 58. AVctoritate omnia prædicta probantur. Vnde p̄s. lviij. Ecce loquitur in ore ſuo, & gladius in labijs ſuis, quoniam quis. i. aliquis audiuit vnde ſcandalizatus eſt. Et ſubditur. Et tu Dn̄e irridebis eos, quia ſic effronte ſe confitentur eſſe diaboli partiales, ad nihilum deduces omnes gentes. i. diuiſas. Ecce ſecundū, væ, quod ſuper partiales clamat aquila volans, Ad tertium, væ, dirigatur ſermo noſter, qui eſt contra opera partialia.

Articvlvs Tertivs.

D

Quanta terribilia operæ ex partialitate ſequuntur.

Quot diuiſiones & ſchiſmata oriantur ex partialitatibus.

TErtia cōcluſio eſt, ꝙ quilibet ſequēs opera partis in quolibet opere, mortaliter peccat: ſed quia eſt concluſio per ſe nota, probatione non eget, attn̄, ſi quis circa hoc, in aliquo dubitaret, conſideret ꝑtialitatis opera ſigillatim, q̄ ſūt ꝓhibitiones, ꝓditiōes, homicidia, incēdia, tyrānides, diſcordiarum ſeminationes, innocētum oppreſſiones, impiæ diffamationes, rācores, odia, accuſationes falſę, iniuſticiæ, E officia indignis data, diuiſio amicorum, cōſanguineorum, compatrum, parentum, & filiorum. Inde ſequuntur diuiſiones caſtrorum, ciuitatum, terrarum, villarum dominorum, regum, religioſorum, ſacerdotum prælatorum, eccleſiæ, & imperium violatur: & demum, occiduntur mulieres, mactantur pueri, homines propaginantur in ſtercore, viui ſuffocantur in aquis, comburuntur domus hominibus, pueris, ac mulieribus plenæ, ſuſpenduntur per vnum pedem, viri aſſantur viui, pręgnantes mulieres ſcinduntur mediæ, ad macellum venduntur carnes, ſicut bonum, vel caprarum, F comedunt quidam carnem coctam vel crudam inimicorum ſuorum, ſicut ſuinas carnes ſicut pecudes venduntur homines, ſaccomantur villæ, ciuitates & caſtra, & finaliter deſolantur, & comburuntur, domuſque ſupra domum cadit: ex partibus enim deſtruuntur mercantię, artes, ſcientiæ, religiones, eccleſiaſticus cultus, eccleſiæ cōcremantur, vxor pro partialitate maritum prodit, mulieres ſe inuicem occidunt, iuuant viros in aliorum deſtructione, & necem, nullus partialitatis labem in diuiſa patria euadere poteſt, quilibet malitia, vel violentia veritate vel opinione partialis efficitur. G Communione ſanctam ſimul ſumunt intentione prodendi: quod ſi valent, opere complent. Segetes incenduntur, conſumuntur armenta, deſtruuntur iugera, deflorantur virgines, & in moniales ſacrilegium exercetur, vagæque trahuntur meretrices per mundum. Adoleſcentes bonorū inſcij, & ſtipendarijs nutriti in ſceleribus multis ducūt ī malū dies ſuos, & d̄mū morte ſubitanea ſuſpēſi, vel īterfecti in puncto ad inferna deſcendunt. O quis poſſet enarrare mala, & ſcelera, et nequitias, quæ ex partialitate originē, ac fomētum atque horrendum, & deteſtabilē finem habent? H Vnde glo. ſup. j. Cor. 11. concluſionaliter ait: Et diſſenſione omnia mala oriuntur. Vbi enim diſſentio eſt, nihil rectū eſt. Qui igitur partialitatis opera neſcit, hoc, & his ſimilia pēſet, quæ ferè omnia, immo etiam plura, & horribiliora, docente experientia, in lombardia, & in cæteris Italiæ partibus ex partialitatibus multis, temporibus noſtris, didicim⁹ eſſe facta, & apertiſſimè monſtrāt ad literam, & per opera manifeſta, quam vera ſit ſententia Chriſti, dicentis: Omne regnū in ſe diuiſum deſolabitur, &c. Ex hac autē

A triplici concluſione vtile corollarium ſequi poteſt.ſ. ꝙ quilibet parcialiter in officio cõſtitutus, non ſolum mortaliter peccat partialiter officium aſſumendo: verũetiam in quolibet actu partialiter exercendo. Cuius vera ratio ex iam dictis patet. Vnde cũ partialiter officia ordinantur, & eorum ſcripturæ vel cædulæ ponuntur in capſa, vt ad tempora certa ſortialiter extrahantur, demum partis in eadem dormit, ſtertitque, cũ officia per cædulas extrahantur. Vnde Iob. xl. ſub vmbra dormit in ſecreto calami, in locis humentibus. Ex ſuperius dictis patet de partialitate triplex concluſio vera. ſ. ꝙ eſſe ptialẽ aut corde, aut ore, aut opere, peccatum mortale eſt, quia diligere proximum ſuum corde, ore & opere quilibet obligatur iuſſione diuina. Iõ. ſuper præcepti huiuſmodi tranſgreſſores volans aquila clamat, væ, væ, væ, habitantibus in terra, vtique partiali. Quia væ ibi naſcenti, væ nato, ſeu viuenti, vę morienti partialiter. Vnde idem i verſu dicitur, *Væ tibi naſcenti, væ nato, væ, morienti*. Væ temporalibus, væ, corporalibus, væ, animab⁹: Vę facientibus, vę conſentiẽtibus, vę negligentibus. A quibus omnibus nos eruat rex pacificus, et amator vnionis, & pacis Chriſt⁹ Ieſus, Qui cum patre, &c.

Corollarium obſeruatiõe dignum.

B

DOMINICA TERTIA, in Quadrageſima.

C

Infra diem de prophetia, quæ beato Ioanni reuelata eſt in apocalipſi de eiſdem partialitatibus cordis, oris, & operis.

Sermo XXVI.

D *OMne regnum in ſe diuiſum deſolabitur, & domus ſupra domum cadet.* Iterum ibi ſupra Licet ſatis euidenter probatę ſint hæ tres concluſiones partialitatum cordis, oris, & operis, eſſe contrarias charitati Dei, & proximi: tamen ob idem contemplemur viſionem propheticã Euangeliſtæ Io. c. 9. precedentes partialitates, & maxime Guelfæ, & gebelinæ, ad patriarum deſtructionem in Dei eccleſia fuiſſe venturas, vt oſtendatur quàm ſit verum Domini verbum, qui ait: Oẽ regnum in ſe diuiſum, vt ſupra Ait igitur Euangeliſta Ioan. Apoc. 9. Vidi equos in viſione, & qui ſedebant ſuper eos habebant loricas igneas hyacynctineas, & ſulphureas: & capita equorum erant, tanquàm capita leonum, & de ore eorum procedebant ignis fumus, & ſulphur: Et ab his tribus plagis occiſa eſt tertia pars hoĩmnũ: de igne, & de fumo, & de ſulphure, quæ procedebant de ore ipſorum. Poteſtas enim equõrum in ore eorum eſt, & in cauda eorum. Nam caudę eorum ſimiles ſerpentibus habentes, capita, & in his nocẽt. Hæc Euãg. Io. In quibus quidẽ ſacratiſſimis verbis triplex prædicta partialitas demõſtratur. Prima cordis, ibi, Vidi equos in viſione, ſecũda oris ibi, capita eorum erant &c. tertia operis, ibi, & ab his tribus plagis, propter quas partialitates clamat aquila volans, væ, væ, væ, habitantibus in terra. ſ. partialiter diuiſa. Quaſi dicat. Vę propter diuiſionem cordis, vę propter diuiſionem oris, væ propter diuiſionem operis. Rationem autem huius aſſignat Proph. in Pſal. lxxij. Cogitauerũt, ecce partialitas cordis & locuti ſunt nequitiam: ecce partialitas oris: iniquitatem in excelſo. ſ. operati ſunt: ecce partialitas operis. Quod verbum poteſt eſſe aliud thema in præſenti materia.

B *Partialitates cordis oris et operis.*

Triplex partialitas demõſtratum.

E

Pſal. 72.

ARTICVLVS PRIMVS.

G

De naturis eorum, qui partiales ſunt corde.

PRima eſt partialitas cordis. Pro qua triplex conſideratio eſt diſtinguenda, in quibus gradatim exprimitur nequitia partialis cordis ſemper in deteriora tendens. Prima conſideratio, quibus partiales corde aſſimilantur ibi: Vidi equos in viſione &c. ſecunda à quib⁹ in corde præ dominantur, quia diaboli equitant ſuper eos. ibi, & qui ſedebant ſuper eos, tertia, de quo eorum aſſeſſores armãtur ibi, habebant loricas igneas. H

Quòd partiales corde equis aſſimilantur multiplici ratione. Cap. 1.

PRima cõſideratio eſt, quibus partiales aſſimilantur, quia equis. Vnde Io. ait, Vidi equos in viſione. Equ⁹ enim animal eſt ſuperbum, & crudele, quẽ aſſeſſor pro volunta-

Partialitas cordis equo aſſimilatur et quomodo.

A te ſua ſtimulat, & gubernat. Sic nempe tales homines, equi, & beſtiales, & ſuperbi ſunt, & credules. Quibus verò eorum equites dæmones præſident, & per eos in omne flagitium præcipites fiunt. Vnde vterque, & equites, & equi congrue figurantur per exercitum pharaonis perſequentis filios Iſrael, vt dicitur Exo. 14. & 15. vbi de partialib⁹ ſic dicit, ſicut de pharaone, & populo dicitur. Dixit inimicus partialis, perſequar expellendo contrariam partem: & comprehendam. ſ. ſubſtantiam, & perſonas, diuidã ſpolia. i. eorum temporalia, implebitur anima mea ambitioſa fame: euaginabo gladium meum, interficiet eos manus mea, ſed B ſæpe euaneſcunt in cogitationibus ſuis. Nã credentes alios occidere, occiduntur: & alios deprædari, putantes, ſæpe diſſipantur eorum bona. Vnde ſubditur, flabit ſpirit⁹ tuus. i. iudicium tuum, auferens eis ſenſum, & ſapientiam: & operuit eos mare tribulationis, & ſanguinis occiſorum, quaſi ſubmerſorum in mari rubro. Deſcenderunt in profundum inferni, quaſi lapis in profundum maris. O inſenſata rabies, o cęca crudelitas, o impia durities inſenſatarũ mentium: quis vos faſcinauit, quis vos excæcauit, quis denique vos tanta beſtialitate decepit? C Redite ad cor præuaricaores legis. Reuertimini diabolici equi, appropinquate Deo, & ipſe appropinquabit vobis: clamate cum Pſal. dicente. Miſerere mei Deus, &c. expectat enim vos vocando, Mat. 11. Venite ad me omnes, qui laboratis tot periculis. ſ. pœnis: & onerati eſtis iniquitatibus, & ego reficiam vos bonis tẽporalibus, & æternis.

Quod qui caput eſt partis, tot dęmonijs plenus eſt, quot impietatum eſt auctor, & patrator.

Cap. 2.

D

Secunda conſideratio eſt, à quibus regãtur in corde, & dominantur. Ideo ſubditur, Et qui ſedebant ſuper eos. Cum enim cætera vitia vnum dæmonem habeant ſibi prælatum, partialium ſuperba crudelitas ſola à multis demonibus poſſidetur, ſicut in myſterio Mar. 5. dicitur, ꝙ domino exeunte de naui, occurrit ei de monumento homo in ſpiritu immundo, qui domicilium habebat in monumentis: & neque catenis iam quiſquam poterat eũ ligare, qui ſæpe compedibus, & catenis

Partialitas à multis demonibus poſſidetur.

vinctus dirupiſſet compedes, & catenas B comminuiſſet: & nemo poterat eum domare, & ſemper nocte, & die in monumentis, & montibus erat, clamans, & concidens ſe lapidibus. Videns autem Ieſum à lõge, cucurrit, & adorauit eum, & voce magna clamans ait: Quid mihi, & tibi Ieſu fili Dei ſummi, adiuro te per Deum, ne me torqueas. Dicebat enim illi: Exi ſpirit⁹ immunde ab homine, & interrogabat, quod tibi nomen eſt? Qui ait: Legio nomen mihi, quia multi ſum⁹, &c. quæ patent ibidẽ. Ecce myſterium vobis dico. Tales enim sũt partium principales, & capita aliorum. Nam qui partis eſt caput, homicidijs monumẽtum replet: rationum catenis minimè ligari poteſt, compedibus charitatiuæ F affectionis Dei, & proximi retineri non valet: non domatur diuino timore, non fraternali correptione, non etiam flagellanti tribulatione. Clamat nocte, & die. i. clanculò per proditiones, & palam per apertas violentias munitiones fortilitia in montibus quærens. Talis enim tot dęmones ſecum habet, quot iniquitatum, ac ſcelerum, ſeu crudelitatum eſt fautor, & patrator. Sunt nempe quidam ita impij, et ita nequã, ꝙ nõ ſolum vnam legionem ſecum habẽt, verumetiam decem, vel centum, immo quãdoque mille dæmonum legiones, propter G totidem ſcelera, quæ per eoſdem fiunt.

Quare partialitatis ſcelus ex patrijs eradicari non poteſt.

Cap. 3.

Tertia cõſideratio eſt, de quo eorum aſſeſſores armantur. Ideo ſubditur, Et habebant loricas igneas, & hyacynctinas, et ſulphureas. Quid enim per loricam clarius, quàm partialium colligatio, ac concatenatio deſignatur? Sicut enim lorica eſt rotũdorum annulorum applicatio, H & coniunctio q̃dam, quam homo induens ea munitur: ſic in vna ciuitate, vel terra homines partiales, quaſi anuli rotundi ꝓpter interminabilem prauitatem, inſimul colligantur, & coniunguntur ad malum diabolo ſeipſos conſtituentes loricam. Facilè nempe partialitatis dæmones de cordibus populorum gladio verbi Dei expelli poſſent, niſi hac lorica muniti eſſent. Vnde de aquilone, id eſt partialitatis dæmone, à quo panditur omne malũ, Eccl. xliij. dicitur: Super omnẽ congregationem

aqua-

A aquarum requieſcit, & ſicut lorica induit ſe aquis. Aquarum ſi quidem congregatio, ſuper quam infernalis aquilo requieſcit, multitudo partialiũ eſt, qui uelut aquæ in partialitatũ foueas dilabuntur, nec facilè per pęnitentiam reuertuutur ad Dominum. In illis autem propter obſtinatam vitam malignus ſpiritus nõ ſolum requieſcit, verumetiam conſtituens eos ſibi loricam illa ſe induit, cum efficit eos omnium partialitatum, & ſcelerum defenſores & Securus enim diabolus dormire poteſt, cum:eũ quilibet partialis, mutua prauę ſocietatis conB iunctione, quaſi lorica defenſet, atque tuetur. Hæc tamen defenſio diaboli, ne pelli poſſet de patrijs vbi regnat, triplici genere malorum operum in partialium conſumatur corde. primò in peccato iracundiæ, ſecundò in peccato ſuperbiæ, tertiò in peccato mundanæ concupiſcentiæ. Primò in peccato iracundiæ, & crudelitatis, quibus eorũ animæ concremantur. ideo dictũ eſt, quòd habent loricas igneas. Ignis uerò feruorem ſignificat iræ. Vnde Deute. 32. de ira Dei ſię dicitur: Ignis succẽſus eſt in furore meo. Ira igitur, et odium, quibus per partialitates diabolus defenſatur, conuenienter lorica ignea dicitur. Secundò in peccato ſuperbię, qua utique in parcialibus defenſionem diabolus operatur. Et hæc lorica dicitur hyacytina. Hyacyctus enim celeſtis eſt coloris, C per quem ſuperbiæ apparentia deſignatur. nititur enim ſuperbia apparere cęleſtis, quę ſola celeſtibus aduerſatur. Vnde Iob. 20. dicitur de capite partis. Si aſcenderit vſque ad cælum ſuperbia eius, & caput eius nubes tetigerit, quaſi ſterquilinum in fine perdetur. Tertiò in peccato mundanæ concupiſcentiæ. Talis enim diabolis defenſio, lorica ſulphurea dicitur. Sulphur autem eſt terra ardens, uel urens. Quid enim magis vrit partialium corda, quã concupiſcẽtia carnis ſuæ? Quæ uerè tunc uritur, cum optatis diuitijs, & delitijs partis aduerſę fruitur, ita ut ſector, defloratarum uirginum ſtupra, in D ceſtus, adulteria, & conſimilia mala in partialium patria undiq; exalent. Vnde de impio partiali dicitur, Eſa. 34. Conuertentur torrentes eius in picem, & humus eius in ſulphur. Quid per torrentes ſignificatur, niſi torridę partialium mentes, quę fluida cogitatione ſemper fluunt ad inferna? Hi torrentes in picem conuertuntur, quando talium mentes criminoſa contagione ſucantur. Tunc eius humus in ſulphur conuertitur, cum eorum carnales affectiones ex malis concupiſcentijs abominabiliter inflamE mantur. Has igitur tres loricas immundi ſpiritus habere dicunt, qui ſe in ſua poteſtate, quam in partiales homines habent: hac triplici peccatorum varietate tuentur.

Triplex genus malorũ ĩ corde partiali.

Peccatũ ſuperbia.

Peccatũ mũdana Concupiſcentia.

ARTICVLVS SECVNDVS.

De culpa eorum, qui ore ſe partiales fatentur.

SEcunda eſt partialitas oris, quæ eſt vtique illorum, qui partialitatem ore fatẽF tur. Vnde ſubditur. Et capita eorum erant tanquam capita leonum. Leo enim terribilis eſt aſpectu. Et quid aſpectui mentis, & corporis terribilius eſt, quàm quilibet partialis, qui cum furioſo rumore clamat: Viuat, viuat, & talis pars moriatur. Hos tali clamore furentes, cum ſimplex homo, innocenſque mulier, vel quælibet ouicula Chriſti partialitatem non ſectans, ſed pacem deſiderans proſpicit, terrore cõcutitur, atque tremore, nec quaſi hominẽ, ſed verè diabolum in homine intuetur. Vnde dicitur Ezech. 13. Leo factus eſt, & didicit rapere prædam, & comedere homines. Sicut enim dicuntur equi, per ſuperbiam mentalem: ſic, & leones aſpectu per terribilem effigiem corporalem Deſcribẽs G Ioan. terribilem eorum affatum ſubdit, Et de ore eorum procedebat ignis, fumus, & ſulphur. Tria ſiquidem ex ore eorum procedunt. Primum eſt ignis, ſecundum eſt fumus, tertium eſt ſulphur.

Aſpectus hominis partialis.

De verbis parcialium odioſis, & ſcandaloſis. Cap. I.

PRimò egreditur ignis i. cõminationes ignitæ, & iracundiæ, ſeu verba odioſa, & ſcandaloſa ad diſſentionem inflãmantia corda. Ex quo quandoq; accidit, ꝙ tribulationũ H ignis reuertitur ſuper eos, ſicut dicitur Eſaia. 50. Ecce vos accendentes ignem accincti in flammis. Ignem quidem accendunt, qui ſuis verbis odioſis inter homines ſcandalum ponunt. Accinctique ſunt in flammis, qui ſemper parati ſunt in odijs ſeminandis. Sicut enim ſcintilla parua magnus accenditur ignis: ſic vnius partialis ignita eloquia ad odium, & diſſentionem accendunt quandoque totã vnam ciuitatem, vel patriam.

De

A *De vanis,& inflammatis verbis partialium ſuperborum.*
Cap. 2.

Partialitas ſcintillæ ignis cõparatur & quomodo.

SEcundò ex ore eorum procedit fum⁹. Quid enim per fumum, niſi vana, & iactantia verba fumo ſuperbiæ plena?Hic etenim fumus, quaſi idem exprimere habet, quod ſupra hyacynctus in lorica. Vnde quidam habent pro loricis hyacynctinis loricas fumeas: Fumus enim aſpicientibus blauium colorem offert vel profert,ex quo apparentia poterit iudicari,conſurgenſque B in altum cirò euaneſcit: quia iactantia verba, quibus partialis ſe iactat,mirabilia nocumenta ſuis aduerſarijs eſſe daturum, reuertuntur in fumum:immo ſæpius ſuſtinēt damna, quæ alijs minabantur.

De diffamationibus, & blaſphemijs,quibus ſe inuicem vituperant partiales.
Capitulum. 3.

Os blaſphemij et detracto.

TErtio procedit de ore eorũ ſulphur, hoc eſt fœtidæ, & abominabiles infamiæ,mendacia,ſuſurratiões, detractiones, & cętera, quibus ſæpe de proditionibus diffamãt,& accuſant aduerſarios C ſuos. Cumque eos expulerint, & depredati fuerint,ſeu etiam occiderint, illis titulũ Chriſtianitatis imponunt : dicentes, ꝙ expulſi,vel interfecti proditionem ordinarũt contra eos. O fœtor ſulphureus de talium ore progrediens, quot mentes audientium venenaſti, quantã innocentibus maculam impoſuiſti,quot denique patrias deſtruxiſti?Hæc eſt lingua tertia, de qua Eccl. 28. dicitur. Lingua tertia multos commouit, & diſperſit illos de gente in gentem. Ciuitates muratas diuitum deſtruxit, & domos magnatorum effodit: Virtutes populorum concidit,& gentes fortes diſſoluit: Lingua tertia D mulieres viriras eiecit, & priuauit illas laboribus ſuis. Qui reſpicit illam, non habebit requiem, nec habebit amicum, in quo requieſcat.

Articvlvs Tertivs. E

De tribus nocumentis,quibus partiales vniuerſaliter pernitioſi ſunt.

TErtia partialitas eſt operis. Ideo meritò vt oſtendatur, quam ſint operæ partiales pernitioſi, Ioannes ſubdit tria nocumenta eorum. Primum eſt cordis, ſecundum eſt oris, tertium eſt operis.

Quibus noceant, & quibus proſint corda, & machinationes partialium. F
Capitulum. 1.

PRimum verò nocumẽtum eſt cordis, quo ipſi partiales per peccata diuiſionum ſibiipſis, & etiam alijs nociui ſunt.Ideo Ioan. ſubdit.Et ab his tribus plagis occiſa eſt tertia pars homnium.Quaſi dicat:Nõ omnes homines hac peſte mortui ſunt, ſed tãtum tertia pars hominum. Sunt enim iuſti quidã, qui nunquam fuerũt partiales,& licet, pauci ſint, etiam ſi vnus tantum in toto ſeculo eſſet: attamen vna pars conuenientius dici poſſet. Sunt etiam pænitentes,qui, & ſi quando fuerũt partiales, vel diuino amore allecti,ſeu luminoſa ratione conuicti,aut diuino timore correpti partialitatibus,alijſque criminibus per pęnitentiam renunciauerunt. Et hi etiam ab his tribus plagis G meritò non peribunt.Sola autem tertia pars. i. partiales impęnitentes æternis cruciatibus peribunt, cum finalis impęnitentia peccatum fit in ſpiritum ſanctum. Quod, vt dicit Mat. 12. non remittitur in hoc ſeculo, neq; in futuro. Ecce tertia pars hominum occiſa eſt de igne, fumo, & ſulphure,quæ procedebant ex ore ipſorum. Si autem aliter hanc occiſionem ſecundum alium ſenſum accipere maluerimus, pręintelligendum nobis erit, ꝙ quantũ ad mortem,qua quis H peccato moritur, vt iuxta ſententiam beati Petri in cano. ſua.c.ij. Iuſtitia viuat, vna pars hominum inuenitur.ſ. iuſti, qui iam actu peccatis mortui ſunt. Quibus apoſtolus Col. 3. ait: Mortui enim eſtis, & vita veſtra abſcondita eſt cum Chriſto in Deo. Eſt & alia pars.ſ.eorum, qui ſic peccato viuunt, vt morte gehennæ in æternũ morituri ſunt. Vnde Pſal. Mors peccatorum peſſima. Tertia pars quoque eorum eſt, qui,& ſi peccatis,& partialitatibus viuant, tamen

A tamen diuina gratia operante peccatis, et partialitatibus morituri ſunt. Ideo De⁹ varias tribulationes partialitatum ſuſcitari pmittit, vt in talibus vitam, qua malè peccato viuunt, occidat. Hæc igitur eſt tertia pars hominum, qui licet peccatores ſint, nõ tamen in peccato ſic obſtinati ſunt, vt per pænitẽtiam cõſringi nequeãt. Qui quidem tribus plagis occiduntur cum quilibet eorũ vel turpitudinis ſuæ, vel alienę pudet, et hi moriũtur ſulphure: vel vanitatis, & fraudis tædet, & hi moriuntur fumo: vel crudelitatis alienæ pœna ſic afficit, ꝙ peccati delectatio in eis refrigeſcit, & hi moriuntur igne. Vnde Ezech. 9. i excidio ciuitatis Hie-

Deus permittit varias partialitatũ tribulationes.

B ruſalem ſignari iubentur ſigno thau viri gementes, & dolentes ſup abominationib⁹, quæ fiebant in medio eius. Verumetiam quiſquis ſuper abominationibus propriјs, vel alienis doluerit: ſignum diuinæ gratiæ iam habet, quo non peribit in æternum.

Et ideo multæ abominationes iniquitatũ, et aliorum ſcelerum, diuino iudicio permittente, his nouiſſimis temporibus emergunt, vt per hoc turpitudo peccatorum, et impiæ crudelitates partium diſpliceãt, quibus non aliter diſplicerent. In huius autem myſterium Lu. 13. ſcriptum eſt: Arborem fici quidam habebat plãtatam in vinea ſua,
C et venit quærens fructum in illa, et non inuenit. Dicit autem ad cultorem vineæ. Ecce anni tres ſunt, ex quo veni quærens fructum in ficulnea hac, & non inuenio: Succide ergo illam. Vt quid etiam terram occupat. At ille reſpondẽs dicit illi: Domine, dimitte illam, et hoc anno, vſque dum ſodiam circa illam, et mittã ſtercora. Et ſiquidem fecerit fructum, ſin autem in futurũ ſuccides illam. Ficulnea autem infructuoſa eſt genus humanum, vel etiam quælibet ciuitas, non timens Deum, operiſque boni non ferẽs fructum, ad quem Deus ordinauerat illam. Tres autem anni gratiarũ, quibus Deus illam infructuoſam ſuſtinet, ſunt
D bona exhortatio, beneficiorum dei receptio, et diuini iudicij comminatio. Quartũ autem annum patientiæ Dei. Cuſtos vineæ, qui Chriſtus eſt, humano generi, & ſingulis perſonis, & ciuitatibus, terris, & patriјs à Domino acquiſiuit. Ante enim aduentũ Chriſti, & eius ſacratiſſimam paſſionem Deus peccatoribus ſubitò inferebat iram, cũ per bella cateruatim ruere faciebat, Pẽtapolim, Sodomam, & Gomorram, et ciuitates confines ſulphureo igne ſubuertit: immo, et totum mundum diluuio perdi-

Ficulnea infructuoſa quid ſignificat.

dit. Chriſtus verò humanam naturam aſſũmens, & mortem pro ea ſufferens, hunc quartum diuinę patientiæ annum ei meruit, vt quamuis abominationes peccatorum multiplicaret, Deus tamen peccatores in ſordibus ſuis tandiu ſufferret, donec multi peccatorum ſordibus ſaturati præcõfuſione ſuæ abominationis à peccati libidine reſilirent, ſicut Lu. 10. patet de Magdalena. Vel ſaltem tribulationibus attriti, diuinæ correptionis timore peccare non auderent, ſicut Lu. 15. de filio prodigo ſcriptũ eſt. Circa vineam autem hanc cuſtos vineæ tũc fodit, cum deſtructiones ciuitatum, ſaccomanos, incendia, peſtes, tribulationes, et duras aduerſitates, ſtatuum reuolutiones, & mutationes pro peccatorum emendatione immittit. Stercora verò circa eius radicem ingerit, cum abominationes peccatorum in humano genere multiplicari permittit, vt ſaltem nunc peccati abominatione ſaturatũ reſipiſcat. Et ſic hæc ẽ tertia pars hominum, quæ ab his tribus plagis occiſa eſt. E F

Quibus modis venenoſis linguis ſuis pernitioſi ſunt homines partiales.
Cap. 2.

G

SEcundum nocumentum, quod hi partiales inferunt, eſt, quia nocent ore, & ſibi, & aliјs pernitioſi ſunt. Vnde Ioan: ſubdit, Poteſtas equorum in ore ipſorum eſt. Et hi diaboli equi tribus modis linguis nocere ſolent. ſ. malitiјs, blanditiјs, & minis, ſeu cauillationibus, promiſſionibus, & comminationibus. Primò enim vtuntur cauillationibus, & verbis malitioſis. Vnde Pſal. linguis ſuis doloſè agebant. Iõ in perſona deceptorum ab his, ait Pſal. Locuti ſunt aduerſum me lingua doloſa, & ſermonibus odiј circundederũt me. Secundò vtuntur blanditiјs, promiſſionibus: Loquuntur placentia, promittunt pulchra: ſed ſapiens cum propheta, ait: Oleum aũt peccatoris non impinguet caput meum. Tertiò verò vtuntur comminationibus, Vnde Pſal. Ecce loquuntur in ore ſuo, & gladius in labiјs eorum. Loquũtur nanque labiјs ſuis falſa promittendo, & tamẽ gladium habent in labiјs, mortem, & cætera mala comminando. H

A *Quantum gladijs noceant furentes & impij partiales.* *Cap.* 3.

TErtium nocumentum, quod inferunt partiales, eſt operis, quia, ſcilicet nocent opere. Vnde Ioan. ſubdit, Et in caudis eorum. Caudas enim, quas eis natura tulit: malitia diaboli, quaſi Deum emendans, impie applicauit. Sicut enim aculeata reptilia confidunt in aculeatis caudis, ſic etiam iſti in gladijs, & conuitijs. Quodque gladius eorum in cauda notatur, ſequens littera Ioannis manifeſtat. Vnde ſubditur. Et caudę eorum ſimi-
B les ſerpentibus, habentibus capita, & in his
Partialitas quaſi gladius acutus. nocent. Sicut enim ſerpens figurę longę eſt, qui in cuſpidem ſurgit: ſic & gladius huius figurę extenſus acumine ſuo lędit, qui capillos uice capitis habens, tanto ampliorem fiduciam ſtultis prębet, quanto inter cętera arma peratior eſt, ut alijs noceat. Ideo dicitur Prouer. 22. Arma, & gladij in via ſuperbi: cuſtos autem animę ſuę longè recedit ab ipſis. Licèt enim uia pręſentis vitę hominum partialium, & ſuperborum, qui flagellum cęterorum à Deo parati, & traditi ſunt, ſit in eorum armis & gladijs: tamen nequaquam nocere poſſunt his, qui
C animas ſuas bene ab offenſione ſeruant. Ecce quam manifeſtè, & propriè propheticus ſermo pręnunciat ea, quę noſtris temporibus experimento certo nouimus eſſe completa. Ecce quòd iam palam fecimus, quanti ſit periculi ſpiritualem, corporalem, & temporalem conſentire corde, fateri ore, & adimplere opere partialitatis impietates: ut corde, ore, & opere omnia prędicta deteſtentur, fugiant, & abominentur, qui naturali prędıti ſenſu ſunt: tranquilla charitate, & fraterna dilectione omnes nos & tota ciuitas, immo omnes de patria occurrant inuicem in amplexum amoris, & oſculum pacis, Hoc præ-
D ſtãte amoroſiſſimo IeſuXpo, Qui cum patre, & ſpirituſancto inhabitat unitorũ, & pacificorum corda hic per gratiam, & in futuro per gloriam, per infinita ſecula ſęculorum: Amen.

FERIA SECVNDA E
Poſt tertiam Domin. In Quadrag.
De ſacra confeſſione & fructibus eius.

Sermo XXVII.

CLauſum eſt cœlum annis tribus. Lu. 4. & in Euangelio hodierno. Nec mirum, ſi deficit charitas in méte chriſtianorũ, cũ ipſi largitori charitatis, qui eſt Chriſtus Dominus, multitudinem peccatorum obicem ponant, & in cordibus obſtinati impęnitenter uiuant, vt meritò dicamus, Clauſum eſt cœlum, ut ſupra, ideſt cœleſtis influentia gratiarum, F
annis tribus: quia repugnantibus culpis, nõ datur hominibus gratia contritionis, nec gratia confeſſionis, nec gratia ſatisfactionis, ac penitentię ſalutaris. Obſtat igitur cœli apertioni & diuinę influentię gratiarum ipſa mala uoluntas: & propoſitum mundanę ac uitioſę vitę, quæ qui à ſe abiecerit, meritò poterit dicere cum propheta, Miſit de ſummo, & accepit me, & aſſumpſit me de aquis multis. Ait enim, Miſit de *Pſal.*
ſummo, ſcilicet gratias antedictas, iuxta illud Iac. ideſt Omne datum optimum, & omne donum perfectum, deſurſum eſt, deſcendens à patre luminum. Et accepit me, ſcilicet ad pęnitentiam ſalutarem. Sicut Oſeę. 11. de talibus dicitur, Ego quaſi nutri- G
tius Effraim portabam eos in brachijs meis. Et aſſumpſit me, ideſt extraxit me, per pęnitentiam ueram: de aquis multis, ideſt de multitudine peccatorum. Vnde Gene. 49. myſticè dicitur Ruben. Effuſus es ſicut aqua, non creſcas, ideſt non perſeueras in culpis. Porrò cum propheta ait, miſit de ſummo, notat gratiam pręuenientem: cum *Pſal.*
addit, & accepit me: indicat gratiã cõſequẽtem. Cũ uerò ſubdit, et aſſumpſit me de aqs multis: notat gratiã ſubſequentẽ. Quę qdẽ gratię aperto cęlo, qđ prius clauſum erat, à Deo miſericorditer datur in pęnitentia uera. i. in cõtritione, cõfeſſione, & ſatisfactio- H
ne. Dimiſſis igit̃ ad pñs, q̃ dici pñt de cõtritione, & ſatisfactione: hic de cõfeſſione aliqua perſtringamus. Pro qua aſſumere poſſumus ꝓphcticũ uerbũ in pſal. 31. Dixi, cõfitebor aduerſũ me iniuſtitiã meã Dño, &c. Et *Pſal.* 31.
põt eſſe aliud thema in pñti. In q̃bus ſacratiſſimis uerbis tria myſteria de uera confeſſione manifeſtantur. Primum dicitur confeſſionis auctoritas: quia dicit, Dixi domino. Secũdũ confeſſionis neceſſitas: q̃a dicit,

A confitebor aduerſum me iniuſtiam meam. Tertium, confeſſionis vtilitas: quia ſubdit; Et tu remiſiſti impietatem peccati mei.

Articvlvs Primvs.

Quid eſt confeſſio, & vnde ſacramentalis confeſſio auctoritatem, & originem ſumpſit.

B. PRimum myſterium eſt de confeſſionis auctoritate. Ideo dicit Pſalm. Dixi Domino, ideſt Deo. Pro quo myſterio declarando tria ad preſens de confeſſione conſideremus. Primò eius quidditatem, ſecundò eius dignitatem, tertiò eius poteſtatem.

Quid eſt confeſſio ſecundum diffinitionem, & de triplici varia confeſſione. Cap. 1.

C PRimo conſideremus confeſſionis quidditatem. Secundum enim Aug. Confeſſio eſt, per quã morbus latẽs ſub ſpe veniæ aperitur. Pro cuius notitia aduertendum eſt, ꝙ triplex confeſſio diſtingui poteſt. Quarum prima fit in foro conſcientiæ, ſecunda in foro iuſtitiæ, tertia in foro pęnitentiæ. Prima verò confeſſio fit in foro conſcientię, quam omnis homo rationalis, vel actu, vel habitu facere tenetur. Hæc autem confeſſio eſt Deo omnia appropriare bona, & ſibi omnia mala, dicendo: Non nobis Domine, nõ nobis &c. Et illud Pſal: Deus meus annunciaui tibi vitam meam. Hæc autem cõfeſſio

De confeſſiõe vide. Gab. li. 4. di. 17. ar. 1. q. 9.

Prima cõfeſſio ĩ foro cõſcientię.

D pertinet ad virtutem latrię, & opponitur blaſphemiæ, quæ ſibi appropriat bona, Deo autem mala. Vnde in Pſal. Fructum eorum de terra perdes, & ſemen eorum à filijs hominum: quoniam declinauerunt in te mala. Hanc confeſſionem fecerunt Angeli. Apoc. 7. cum dixerunt. Benedictio, & claritas, & ſapientia, & gratiarum actio, honor, virtus, & fortitudo Deo noſtro in ſæcula ſæculorum, Amen. Talis confeſſio figurata fuit in ligno vitæ: ſed econtra blaſphemia in ligno ſcientiæ boni, & mali. In huius myſterium dicitur, Gene. 2. Adæ, De omni ligno paradyſi comede, ideſt recognoſce à me omnia bona: de ligno autem ſcientiæ boni, & mali, ideſt de prædicta blaſphemia, ne comedas: quocunq; enim die comederis, morte morieris. Sed Eua ſugeſtione ſerpẽtis de vetito pomo comedens, & viro ſuo porrigens, mortem introduxit in orbem terrarum. Et Gene. 3. poſt culpam cum vocaſſet Dominus Adam, & Euam ad confeſſionem: non ſolum confeſſi non ſunt, ſed etiam multiplici blaſphemia grauius ceciderunt: ideo amplius pro blaſphemia quàm pro inobedientia de terreſtri paradiſo eiecti ſunt. Hanc autem confeſſionem faciebant Sancti veteris teſtamenti. Vnde Pſal. Confitemini Domino, quoniam bonus &c. De hac confeſſione nõ intelligit Aug. quia in ea peccatum non aperiebatur, quia ſemper coram Deo apertum eſt. Secunda confeſſio fit in foro iuſtitiæ, ſcilicet cum peccator à iudice examinatur. Et talis confeſſio differt à ſacramentali confeſſione. Nam in mundana curia, qui forefactum ſuum confitetur, pro conuicto habetur. 15. q. 5. præsbyter, & ſubitò condemnatur. Sed in hac curia Dei contrarium fit. Nam qui forteſactum ſuum confitetur, totaliter liberatur. Ideo de foro iuſtitiæ non intelligit Augu. quia licet ibidem peccatum manifeſtetur, non tamen ſub ſpe veniæ aperitur. Tertia confeſſio fit in foro penitentiæ, ſcilicet coram vicario Chriſti. Et de hac loquitur Augu. quia in ea morbus latens ſub ſpe venię aperitur.

In quo fuit figurata confeſſio. E

Pſalmus. F

Secunda confeſſio in foro iuſtitia.

G *Tertia in foro penitentia.*

De triplici origine ſacræ confeſſionis. Cap. 2.

SEcundo conſideremus confeſſionis dignitatem, ideſt à quo originẽ ſumpſit. Circa quod notandum eſt, ꝙ confeſſio à triplici auctoritate originem ſumpſit. Primo auctoritate euangelica, ſecundo auctoritate apoſtolica, tertio auctoritate eccleſiaſtica. Primo verò auctoritate euangelica. Circa quod aduertendum, ſecundum Alex. de Ales, ꝙ duo reſpiciunt confeſſionem: vnum materiale, aliud formale. Primũ eſt materiale, ſcilicet detectio culpæ: hoc non lucidè, ſed inſinuatiuè Dominus ordinauit, Matth. 3. Pęnitentiam agite. Per quod intelligitur digna ſatisſactio pro peccatis, quæ fieri debet arbitrio ſacerdotis, ad quod neceſſario requiritur confeſſio, ſicut infra patebit.

H *Dignitas confeſſionis, vnde Duo reſpiciũt cõfeſſionem ſacramentalem.*

Formale in confeſſiõe ſacramentali.

A tebit. Secundum eſt formale, & principa-
le, ſcilicet abſolutio, & poteſtas abſoluen
di, & quantum ad hoc inſtituta fuit in col-
latione poteſtatis clauium, pęnes quam
reſidet virtus ipſius ſacramenti formaliter.
Proinde poſt reſurrectionem Dominus in
diſcipulos ſuos inſufflauit, dicens. Accipi
te Spiritũ ſanctum in vobis, quorum remi
ſeritis peccata, remittuntur eis: & quorum
retinueritis, retenta ſunt. Sicut dicitur Ioa.
20. & Mat. 18. iterum ait, Amen dico vo-
bis, quęcunque ligaueritis ſuper terram.
Hoc non, ſecundum Alexan. de Ales, cum
autem ait, Quæcunque ligaueritis, ideſt,
non abſolueritis. Hoc autem pertinet ad
B præceptum negatiuum, ſecundum Landul
phum in. 4. diſt. 17. Ex quo patet, ꝙ hæc
auctoritas, & poteſtas remittendi peccata
Apoſtolis data eſt, & in eis omnibus pręs
byteris. Sed certum eſt, ꝙ non principali
ter, quia eſt hoc proprium Dei: ergo mini
ſterialiter, & arbitrariè: ſed manifeſtum
eſt, ꝙ non poſſunt arbitrari in ignota cau-
ſa, ergo manifeſtanda eſt eis cauſa, in qua
debent arbitrari. Hæc autem manifeſtatio
eſt confeſſio, ergo ex hac collatione pote-
ſtatis arbitrariè facta præsbyteris, obligan-
tur peccatores ad accuſandum ſe eis, tãquã
arbitris, quod eſt confiteri. Quod autem
ad hoc teneantur, ſic declaratur. Quicun-
C cunque amiſit primam gratiam, tenetur ex
neceſſitate duplicis præcepti, quantum in
ſe eſt, illam recuperare. Primum eſt præcep
tum ſcripturæ Domini, dicentis, Matth. 22.
Diliges Dominum Deum tuum, &c. Secũ-
dum naturæ, quæ cuilibet pręcepit diligere
ſeip ſum. Sed iſte peccator mortali peccato
gratiam primam amiſit, & poteſt eam recu
perare ab hoc arbitrio ſuſcipiendæ ſactamẽ
tum pœnitentiæ, ſicut Dictum eſt, Ioan.
20. Quorum remiſeritis, vt ſupra. Et ſic
concluditur ex his tribus neceſſitas præ-
cepti confeſſionis, quaſi ex tribus quodã-
modo legibus ſcripturæ, naturæ, & gratiæ.
D Si autem dicatur, ꝙ per hoc non probatur
ꝙ hæc uia ſit præcepta ad recuperandum
primam gratiam. Arguitur ꝙ ſic, ſicut pa-
tet Matt. 3. Pœnitentiam agite. Amplius.
Quilibet tenetur recuperare gratiam per
viam faciliorem, & certiorem, alias videt̃
contemnere propriam ſalutem: ſed hæc via
eſt certior, & facilior, ſcilicet recuperandi
per ſacramenta pœnitentię: quia hic non
requiritur aliud, niſi quòd homo non po-
nat obicem gratię, quod eſt multo minus,
quàm attritionem habere, quæ per modum

Pręceptũ ſcriptura.

Secundũ pceptũ natura.

meriti de congruo ſufficiat ad iuſtificatio- E
nem: poteſt tamen aliquis eſſe certior, ꝙ
non ponat obicem ſcilicet actualiter peccã
do, quàm quòd habeat talem attritionem:
igitur quilibet tenetur ad hanc viam.

Quare confeſſio ſit vocaliter.

Confeſſio vocalis fuit inſtituta 1go g̃ra triplici rõne.

Fuit autem vocalis confeſſio inſtituta
tempore gratiæ propter tria, ſecun-
dum Alexandrũ de Ales. Primo pro
pter ſuauitatem regis, ſecundo propter bo
nitatem legis, tertio propter vtilitatem
F peccatoris. Primo propter ſuauitatem re
gis Chriſti, ſcilicet, qui ſic prouidit hom-
ni infirmanti, præſtando ſibi fiduciam re-
uelandi mala ſua, & confidentiam plenam
de illorum remiſſione. Fiducialius enim
reuelat aliquis facta ſua familiari ſuo, quã
alteri, & magis confidit de eius ſubuentio-
ne. Vnde Hugo: Propter hoc Deus factus
eſt homo, vt ſe confabulando homini pro
ximum, ac familiatem exhiberet: & in
vna eademque perſona, & ſuum genus ho
G mo inueniret, cui infirmitatem ſuam reue-
laret fiducialiter: & ſupra hominem Deum
credens de accepta ab illo remiſſione pec-
catorum ſuorum non diffideret. Deinde
vt diſpenſationis gratia largius multiplica-
retur: Deus homo homines, qui puri e-
rant, participes ſecit poteſtatis ſuę, vt of-
ficium ſuum implerent, pœnitentium con-
feſſionem ſuſcipiendo, & poteſtatem eius
exercerent pœnitentibus, & confitentibus
peccata remittendo: Accipite, inquit, ſpi
ritum ſanctum, Ioan. 20. Hæc Hugo. Secũ
do propter bonitatem legis, ſcilicet gra-
tiæ, quæ ad ſimilitudinem legislatoris, ideſt
H Chriſti, oſtendebat humilitatem exercen-
dam cum ſubditis legis, iuxta illud Mat. 11.
Diſcite à me, quia mitis ſum, & humilis
corde. Maior autem humilitas eſt confite-
ri homini quàm Deo. Vnde Hugo. Plus
facit, qui ſeruo humiliatur propter Domi-
num, quàm qui ipſi Domino humiliatur
propter Dominum. Tertio propter vtili-
tatem peccatoris, quia multiplex fructus,
ideſt duodecim ſaltem, ex vocali confeſſio
ne ſequuntur, ſicut infra patebit. Secundo
inſtituta eſt confeſſio auctoritate apoſto-
lica. Licèt enim confeſſio ſit de iure diui-
no, vt dictũ eſt ad huc: ad illi⁹ declarationẽ,
& robur eſt dicendum, ſecundum Sco. in. 4.
diſt. 17. quòd eſt de iure diuino promulga-
ta per Chriſtum Apoſtolis, & per Apo-

Suauitas. legis.

Bonitas legis.

Vtilitas peccatoris

Inſtituta eſt cõfeſſio auctoritate Apoſtolica.

 ſtolos

A ſtolos eccleſiæ primitiuæ ſine omni ſcriptura, ſed conſuetudine longa generali, & per Apoſtolos per vniuerſum orbem ore proprio diuulgata, & approbata. Nec ſolum hoc, ſed & multa alia tenet eccleſia per illos promulgata, extra de cele. miſ. cum Matthę. Et Ioan. vlt. Multa quidem alia ſigna fecit Ieſus in conſpectu diſcipulorum ſuorum, quę non ſunt ſcripta in libro hoc. Propter hoc verbum Sco. ait, Quòd multa tenet Eccleſia ore tenus ſibi per Apoſtolos promulgata, ſine aliqua ſcriptura. Si quis autem dicat, quòd Iac. 5. dicitur, Confitemini alterutrum peccata veſtra, & ibi ſacramentalem confeſſionem promulgauit, ſecundum Sco. in. 4. diſt. 17. non bene aduertit, quòd ibidem non dicit magis confitendum eſſe presbytero quàm alteri. Vnde per illud non intellexit ſacramentalem confeſſionem promulgare, ſed vt ſimus inſimul humiles apud proximos, nos peccatores accuſando perſuadere. Sicut etiam his temporibus inter deuotos religioſos, & maximè in eorum capitulis obſeruatur. Vnde ſecundum Bonauent. in 4. di. 17. Tale eſt opus virtutis, directiue hypocriſi ſe opponés, in quo homo ſeipſum accuſat, ne alius quà ſit appareat. Vel etiam aperit mala ſua ad morbi inueſtigandam curationem. Et hoc modo confeſſio cuilibet poteſt fieri, qui adiuuare poteſt orando, vel inſtruendo, de quo ille poteſt erubeſcere, vel humiliari. Et ille exemplo humiliationis meliorari, non peccatorum cognitione deteriorari. Vnde Bernar. ſuper Cant. Vir perfectus tantum eſt ueritatis amator, quòd vellet omnes noſcere ſua mala: dum tamen eis non eſſet occaſio mali, ſed boni. Tertiò verò inſtituta eſt confeſſio auctoritate Eccleſiaſtica. Nam frigeſcente inter chriſticolas charitate & fide, multi confeſſionem, & communionem diutius differebant. Ideo Innocentius 3. de pęn. & re. cap. omnis vtriuſque ſexus, ſtatuit, quòd omnes Chriſti fideles, qui peruenerunt ad annos diſcretionis, teneantur ſaltem ſemel in anno confiteri omnia peccata ſua, & accipere ſanctum ſacramentum: & qui hoc non ſeruauerit, carere deberet viuens Eccleſię ingreſſu, & in morte Eccleſiaſtica ſepultura. Ex dictis patet, quòd quilibet habens vſum rationis, & cognoſcens peccatum ſuum, & iuſtum & iniuſtum circa legem Dei, ſecundum Sco. cuiuſcunque ętatis ſit, ſemel in anno confiteri tenetur. Nam ſecundum glo. in cap. omnis. Anni diſcretionis ſunt in puero, dum doli capax eſt. Et huiuſmodi ſignum eſt, quando interrogatus dat ordinatas reſponſiones circa iuſtum, & iniuſtum diuinę legis.

Inſigne dictum Sco.

B

C

Confeſſio inſtituta auctoritate Eccleſiaſtica.

D

E

De ſacerdotis & clauium poteſtate, ſub triplici queſtione diſcutienda.

Cap. 3.

TErtio conſideremus confeſſoris poteſtatem. Circa hoc autem conſiderantur tria. *Prima queſtio diſcutienda.* Primò quęritur, quid dimittat ſacerdos homini pęnitenti, cum per ſolam cordis contritionem ante confeſſionem criminis crimina deleantur? Vbi ſunt claues Eccleſię, quas Dominus contulit Petro, & ſucceſſoribus ſuis? Quomodo enim liget ſacerdos pęnitentem, palam eſt. à quo autem eum abſoluat, non claret. Ante confeſſionem uerò Deus maculam culpę per cordis contritionem cum propoſito confitendi terſit, & debitum ęternę mortis relaxauit. Qui enim contendunt Deum maculam, & contagium peccati dimittere ante confeſſionem, ſacerdotem verò in confeſſione debitum ęternę mortis relaxare, audiendi non ſunt. Sed potius ipſe Deus merito ſanguinis Chriſti ab utroque abſoluit pęnitentem. Mundat enim à criminali, & & ſtatim charitatem, qui fuerat peccato habet. quare ſtatim dignus ęterna gloria iudicandus eſt. Sanè ad prędictam quęſtionem dicitur ſecundum quoſdam, quòd ſacerdos peccata dimittit, ſicut ſacerdos baptizare equidem dicitur, cum ſolus Deus baptizandi atque peccata purgandi propter Chriſti meritum habeat poteſtatem. aliter enim remittit peccata ipſe Deus, aliter ſacerdos. Deus enim remittit peccatum, cum ad mortem non imputatur: ſacerdos verò, cum dimiſſum eſt peccatum per auctoritatem, ideſt per Chriſti meritum oſtendit, & indicat qui etiam ſub eodem ſenſu ſoluere dicitur, ideſt ſolutum oſtendere, ſicut & ligare dicitur, cum ligatum oſtendit. Hęc eſt enim clauium ſacerdotalium poteſtas, ligandos, vel ſoluendos diſcernere, ac deinde ſoluere vel ligare merito Ieſu Chriſti. Hę claues nõ corporales, ſed ſpirituales duę ſunt, ſecundum quoſdam antiquos, ſcilicet diſcernendi ſcientia, qua quidem plurimi ſacerdotes confeſſores carent. Ideo eorum confeſſio, & abſolutio nulla eſt: ſed qui talibus confitetur, tenetur illa peccata perito con-

Prima quaeſtio obſeruatione digna.

G

Solutio ad queſtionem propoſitam.

H

Claues Eccleſiæ nõ corporales ſed ſpirituales ſunt.

A confeſſori iterum confiteri. Alia clauis eſt potentia, & auctoritas ipſa ligandi, & ſoluendi, quam generaliter habent omnes ſacerdotes tam boni, q̃ mali; quam tamẽ mali ſacerdotes exercent illicitè, & indignè. Tamen per omnes ſacerdotes tam dignos quàm indignos dignè poſcentibus Deus gratiam ſuæ benedictionis infundit, & meritum paſsionis Chriſti diſtribuit. Illud verò, quod ait Dominus: Malach. 2. de malis ſacerdotibus loquens. Maledicam benedictionibus veſtris: de hæreticis, & manifeſtè præſciſſis intelligi debet.

Claues eccleſiæ non corporales, ſed ſpirituales ſunt.

B

Secunda quæſtio.

Secũda quæſtio. Solutio.

SEcundò autem particularius poteſt quæri, quæ ſunt iſtæ claues, quæ in Eccleſia ſacerdotibus collatæ ſunt. Dicendum, quòd ſicut clauis materialis amouet obſtaculum introeundi in domum per ipſum oſtium: ſic poteſtas, quæ eccleſiæ ſacerdotibus data eſt à Chriſto per cõmunicationẽ meriti eius, à mouet obſtaculum introeundi in gloriam paradiſi, & hoc per fidem Chriſti, & ſacramenta ſua. Obſtaculum quidem peccatum eſt. Cum igitur Mat. 18. & Ioan. 20. Chriſtus miniſtris Eccleſiæ hãc C poteſtatem tradidiſſe legatur, ſicut in præcedenti 2. cap. dictum eſt: patet, ꝙ Eccleſia habet claues aperiendi, & introducendi in regnum cœlorum. Ideo illæ claues nihil aliud ſunt quàm poteſtas, & iuriſdictio à Chriſto Eccleſiæ tradita, ſeu eius principalibus miniſtris, qui ſacerdotes ſunt, ſcilicet, vt communicent meritum ſuum in inferioribus, & hoc per ſacramenta ab ipſo præordinata. Quemadmodũ enim aliquis Dominus tradit miniſtris ſuis poſt ſe diſpẽſationem ſuæ domus atq; eorum, quæ cõmittit diſpenſationi ipſorum, tradit eis claues: & hoc in ſignum, ꝙ poteſtatem habent diſpenſandi illa: Sic ſpiritualiter poteſtas miniſterialis Apoſtolis data eſt à Chriſto in perſona Eccleſiæ pro ſe, & ſuis ſucceſſoribus, vt vſq; ad finem ſęculi meritũ Chriſti diſpenſare debeant per ſacramenta; & venientibus ad fidem Chriſti, aut exiſtẽtibus in ea, aperire regnum cęlorum: non autem claudit clauis iſta ponendo obſtaculum culpæ, ſed claudere dicitur, quando propter ſubiecti repugnantiam, & indiſpoſitionem obſtaculum non amouet: aut etiam propter propriam culpam ſe homo excludit, & ſeparat exterius à communione

Simile.

D

ſacramentorum, ſcilicet cum ſe ſeperauerit à merito Chriſti, & ab accidentali participatione illius. E

Tertia quoque quæſtio.

Tertia quæſtio. Solutio.

TErtiò quæritur, an Eccleſia habeat vnam, vel plures claues? Dicendum, quòd vna eſt generalis poteſtas, & per conſequens tantum vna clauis ſaltem circa adminiſtrationẽ illorum, quæ ſpectant ad conſcientiæ forum, circa Chriſti meritum diſpẽſandum. Vna enim auctoritate ſacerdotali pòt ſacerdos admittere, F vel non admittere ad participandum meritũ Ieſu Chriſti, & admiſſos miniſterialiter conſeruare per applicationem meriti Chriſti factam in ſacramentis, & ea, quæ ſubſiſtunt ſacultati ſuæ in foro conſcientiæ congruè diſpẽſare. Quia verò ad hãc diſpẽſationẽ debitè faciẽdã cõcurrit poteſtas diſcernẽdi circa merita, vel demerita, qua ſacerdos tanquàm ſpiritualis iudex diſcutere, ac diſcernere poteſt, ac varia merita, vel demerita, aduertere, & ponderare, vt aduertendo, & diſcernendo ſciat, cui, & qualiter habeat Chriſti meritum diſpẽſare. Ideo ponitur clauis ſcientiæ ad diſcernendum: & G clauis auctoritatis, vel potentiæ, ad exequẽdum, ſeu ſententiandum: quæ propriè ad ligandum, & ſoluendum potentia eſt. Hæ verò ſecundum rei veritatem non ſunt duę poteſtates, vel claues, ſecundum ſe, & in comparatione ad ſubiectum, ſed vna plena auctoritas, & poteſtas ad duos actus, vel officia ordinata, ſcilicet ad diſcernendum, & ad ligandum, atq; ſoluendum in conſciẽtiæ foro. Horum actuum vnus eſt principalis, ſcilicet vltimus, qui eſt ſoluere & ligare: alter verò præparatiuus ad ipſum. Quòd autem non ſunt duæ poteſtates, patet multiplici ratione. Primò, quia vna poteſtas ſacerdotalis includit vtrumque. Non enim H quando ordinantur, conferuntur ſacerdoti poteſtates diuerſæ. Secundò, quia actus diſcernendi non eſt actus vltimatus, & propter ſe intentus: ſicut eſt actus poteſtatis, vel clauis, ſed ſolum propter aliũ. Tertiò, quia diſcernere non eſt propriè aperire, vel claudere, qui ſunt veri actus clauis. Quartò, quia licèt in humanis quandoque detur poteſtas ſolũ ad diſcernendum, & inquirendum: tamen hoc non fit in foro conſcien-

De dupli ci claue ſciẽtię, & poteſtatis vide D. Bon. li. 4. d. 18 q. 1. & ſũmã Antoni. itẽ Mag. in 4 d. 18

Quod vna ẽ poteſtas.

Actus diſcernendi non eſt actus vltimatus.

Diſcerne re quid.

A conſcientiæ, quo ad diuina. Vnde vna ſine altera non eſt poſſibilis in diuinis. Nulli em̄ datur poteſtas aperiendi, vel abſoluendi ſecundum Deum, niſi cum aduertentia, & diſcretione. Nec diſcuſſio circa conſcientiarum ſecreta, niſi abſoluendi habeat poteſtatem: dicūtur igitur à Chriſto pluraliter claues, propter varios actus, & officia huiuſmodi poteſtatis, & non propter poteſtates diuerſas in foro conſcientiæ.

ARTICVLVS SECVNDVS.

De neceſſitate confeſſionis.

B

Pſal. 31

SEcundò conſideremus confeſſionis neceſſitatem. Vnde Pſal. ait: Confitebor aduerſum me iniuſtitiam meam Domino. Quod quidem facere ſemel in anno neceſſarium eſt ad ſalutem, vt ſupra patuit in cap. omnis vtriuſq; ſexus, vbi diligenter illud cap. declarandum eſt. Circa tamen confeſſionis neceſſitatem triplicem neceſſitatem conſideremus. Prima, ꝙ non eſt retardanda: ſecunda, quando eſt retardanda, tertia eſt, quomodo eſt honeſtanda.

Triplex opinio quando liceat retardare confeſſionem. Cap. 1.

C

Nō eſt retardanda peccatorū confeſſio, quia periculum eſt in mora.

PRima neceſſitas conſideranda eſt, ꝙ confeſſio non eſt retardanda. Nam tantæ eſt obligationis, ſm̄ Sco. in 4. ꝙ etiam non proponens abſtinere à mortali culpa, confiteri tenetur ſemel in anno, & eſt ei pęnitentia iniungenda, tamen abſolui non debet: ſed, vt abſtineat, admonendus eſt, extra de pę: & re. ꝙ quidam. Circa hoc autem quæritur, nunquid ſtatim quis tenetur confiteri de mortali? Dicendum, ſecundum Sco. ꝙ in pluribus caſibus tenetur homo, ſi eſt in mortali, ſtatim confiteri. Primò, quando eſt in articulo mortis: quando imminet iudicium damnationis, vel ſaluationis, debet homo ſe præparare ad miſericordiam. Secundò, quandocūq; homo ſe exponit periculo mortis, ſeu actui periculoſo: ſicut bello, naufragio, & conſimilibus. Tertiò, quando vult communicare: quia ſicut ipſe dicit in 9. di. in 4. Hō, qui debet Euchariſtiam ſumere, diſpoſitus eſſe debet. Et ad idē facit extra de pę. & re. cap. omnis vtriuſq; ſexus, prællegatis. Quarto, quotieſcunq; aliquis miniſtrare debet ſacramētum aliquod: nam peccaret mortaliter ſacramētis ſe immiſcendo

Quæſtio. In qb. caſib. ſtatim confitendū peccatum.

D

E ſine confeſſione. Quintò, quotienſcunq; facit aliquem actum ſolemnem in eccleſia Dei, puta lecturus Euangelium Chriſti ſolēniter: quia præco Chriſti, immundus eſſe non debet. Sextò, ſi habet copiā confeſſorum, & ſperat vniuerſaliter, ꝙ poſtea, qui poſſet abſoluere de talibus caſibus non habebit copiā. Hęc, ſecundum Sco. & Landulphum. Vbi autem prædicti caſus non occurrunt, maximè in ſęcularibus, non tenentur confiteri ſtatim, ſed ſufficit, ꝙ ſemel confiteantur in anno, quando melius apparebit. Nec tamen remouet propter hoc, quin poſſet aliquis veraciter conteri: quia contritio poteſt eſſe vera, & erat antequam cōfeſſio à Chriſto inſtitueretur: ergo, & modo poteſt eſſe ſine confeſſione, licèt confeſſio ſit ſignum contritionis. Septimò alij dicūt, ꝙ pręter antedictos caſus ſtatim tenentur confiteri, quibus conſcientia dictat, ꝙ pluries confiteri debent. Octauò alij addunt, ꝙ etiam ad hoc tenentur religioſi: quia habita copia confeſſoris, & impedimento ſublato: ſi nō cōfiteantur, remanent in peccato, quantumcunq; conterantur. Quia peccatum non tollitur per attritionē, niſi confeſſio ſubſequatur. aliter aũt non, eſt contritus, ſed attritus: & attritio non, niſi per confeſſionē, & abſolutionem fit contritio. Si enim verè eſſet contritus, ſtatim confiteretur peccatum ſuū, ergo, &c. Præterea, ſi alicui debet dimitti commiſſa culpa: oportet, ꝙ habeat confeſſionē in facto, vel in deſiderio, & in voluntate. Sed talis nullum impedimentum habens, & copiam confeſſoris: nullo modo contritionē habet, niſi confiteatur: ergo &c. Prima opinio communior eſt, ſecunda multum ꝓbabilis eſſe videtur, & hoc quo ad religioſos, cum totum tempus huius vitæ ſit eis pænitentiæ tempus. Secunda opinio. Henricus de Gandauo in quotlibeto ſuo, diſtinguit circa ea, quæ prædicta ſunt dicens: Pęnitens habens copiam ſacerdotis, ſi inſtat ei tempus, in quo ſibi poſſet præcludi confitendi actus, ſicut ſi ingreſſurus eſt mare, aut crudele bellum, vel aliquid huiuſmodi: tunc ſtatim confiteri tenetur. Si etiam non inſtat: tunc etiam diſtinguendum eſt, quia aut expectat tempus amplius opportunū, & hoc licite poteſt: non tamen debet tranſgredi tempus ab eccleſia inſtitutū, vt ſupra patuit in cap. omnis. Si autem non expectat tempus amplius opportunū, & melius eſt modò, quàm poſt: ex quo habet maiorē, vel ęqualem opportunitatem: expectare nō poteſt.

F

Diligēter obſerua.

G

Opinio Henrici Gandauenſis.

H

A poteſt, quin contemnat maius bonum, qđ non eſt abſque mortali culpa, & ideo tenetur ſtatim confiteri in tali caſu. Hæc ille.

De eadem quæſtione tertia opinio, ſcilicet quòd confeſsio differenda non eſt propter duodecim rationes.

DIcunt autem quidam, ꝙ quilibet tenetur ſemper eſſe ſine mortali culpa: ergo, qui cecidit in mortale ad ſufficientem contritionem, quæ ſecum habeat propoſitum confitendi, obligatus eſt: aliter abſq; mortali eſſe non poteſt. Propoſitum
B autem confitendi neceſſe eſt, ꝙ ſit pro loco, & tempore opportuno. Tunc verò largius locus, & tempus eſt oportunum, quando talis præparatio eſt omnium illorum, quæ ad hoc rationabiliter exigũtur, quòd illa aptiorem non expectat, aliter non eſt propoſitum verum, nec vera confeſsio habet̃ in voto, & per conſequens nec iuſtificatio ipſa: quæ quidem veraciter non habetur, niſi per confeſsionem habitam actu, vel voto. Ex quo patet ex hac obligatione, qua quilibet tenetur eſſe ſine culpa mortali, in quã iam lapſus eſt: tenetur ſtatim poſt peccatum de illo conteri cum propoſito confitendi. Inſuper obligatione alia, præter illam ad hoc
C obligatur dominicà die, vel ſaltem ſemel in hebdomada: quia per præceptum de celebrando, tunc tenetur ad ſe redire, & ad cõſcientiam propriam perſcrutandam, atque vacare ab extrinſecis diſtractionibus ſeruitutis. Ad actualem verò confeſsionem quilibet obligatur, qui cecidit in mortali, ſecũdum Bonauen. in 4. diſt. 17. quando habet promptitudinem tam confeſſoris diſcreti, quàm temporis, ac loci: quàm etiam aliorum, quæ ad hoc meritò exiguntur. Nec expectare poteſt; vt quidam leuiter fabulant̃ vſque Quadrageſimam, vel vſq; ad periculum mortis abſque periculo animæ ſuæ: & maximè quãdò tantam habet opportunita
D tem, ac omnium præparationem, quæ ad hoc meritò exiguntur, quòd illa non expectat maiorem. Quòd poteſt probari multiplici ratione. Primò, quia aliter verè nõ eſt contritus, niſi quando omnis opportunitas exequatur actum eorum, quæ ad iuſtificationem exiguntur, inter quæ confeſsio principalior eſt. Secundò, ſi veraciter in voto cõfeſsionem haberet, quando plena opportunitas adeſt, ſuum propoſitum oſtenderet ꝑ effectũ, ſicut dicitur de cęteris præceptis affirmatiuis. Tertiò, quia ſcienter exponit ſe E periculo nunquàm amplius confitendi, ex quo habet omnem opportunitatẽ, & venit ad actum: ſic quoq; dimittere poterit, quando iterum ſe offerret, & ſic impoſterũ protelabit, aut poſsibile erit, quòd nunq̃ talis oportunitas ei occurreret. Quartò, quia cõtemnit extunc ſacramentalem confeſsionẽ actualem, atq; omnẽ illam opportunitatẽ ſibi à Domino paratam. Contemptus verò talis eſſe non poteſt ſine graui culpa, cum cõfeſsio ſit ſacramẽtum neceſsitatis. Quintò, quia ex diuino præcepto, atq; Chriſti ordinatione, ac ex firmo ſtatuto, ſicut ſupra tactum eſt, ad confeſsionem tenetur, qui cecidit in mortale actuale. Aliter, & Papa, & eccleſia poſſet abſoluere à mortali, abſq; confeſsione aliquem, qui confiteri poſſet, nec non, & ſtatuere, quòd nullus vnquam confiteri obligaretur: quod dicere, valde erroneũ eſt. Demũ quidem præceptũ affirmatiuum obligat pro loco, & tempore opportuno, atq; ex tunc homo in tranſgreſsionem cadit, niſi impleat illud. Sextò, quia nulla ratio eſt, quare ex tũc debeat expectare, ex quo maiorẽ opportunitatem nõ expectat. igitur hoc facit ex ſola leuitate, aut cõtemptu: quæ quidem nõ eſt ſine graui culpa. Septimò, quia ſi ſic inconfeſſus huiuſmodi moriatur: quod vtiq, contingere poteſt, nulla excuſatio ſibi patet, immò de manifeſto cõ G temptu, & negligentia iuſtè poterit reprehendi. Octauò, quia cum ſacramenta, vel pænitentia ſolum ſit remedium contra mortale actuale, cuius pars principalis, & formalis eſt cõfeſsio ordinata ad abſolutionẽ, ſi plena opportunitas cõfitendi adſit: patet quòd talis contemnit remedium ſuę ſalutis & pænitentiæ ſacramentum, quod eſt ſacramentum neceſsitatis, ac per hoc mortalem culpam incurrit. Nonò, quia cuilibet certum eſt, quòd confeſsio principalis pars eſt ſacramenti pænitentię, nõ equidem certum eſt, quòd poſſet ex tunc amplius protelari, ex quo ſe offert oportunitas plena. Igi H tur talis ſaltem animæ ſuæ periculoſo dubio ſe exponit. Decimò, quia præter eccleſiæ ordinationem, quæ ſanctiuit, quòd ſemel in anno quilibet confiteatur, confiteri tenetur, qui habet mortalem culpam: nec quidẽ hoc poteſt eccleſia mutare, ſicut ex præcedẽti ſatis patet dicto. Igitur quanuis Papa, vel eccleſia ſic ſtatuerit: nihilominus non abſoluitur talis, quin aliter teneatur, ſicut tenetur exire de culpa. Vndecimò, quia frequenter timetur à formidoloſis periculum

Cõtra nonnullos fabulantes. & adducũtur pulcherrima rationes.

Variæ rõnes, quæ ꝓpoſitũ cõcluduntur.

A lum mortis, quando non eſt timendum: & ab animoſis non timetur, quando verè timẽdum eſt. Igitur primus obligatur, vbi nullum eſt periculum, ſecundus, vbi verè periculum eſt, non remanet obligatus, ſi confeſſio tardari licitè poteſt, donec immineat periculum mortis. Duodecimò, quia mors ſubitò, & inſperatò frequenter euenire contingit, vel cauſaliter interficitur homo. Igitur talis in mortali culpa abſque pœnitentia morietur: quia ſe non lauit per pœnitentiæ ſacramentum: ergo damnatus erit: quia ſecundum iſtos, non tenetur propriam culpam recognoſcere, nec de ipſa conteri, donec immineat periculum mortis. Præterea
B notandum eſt, quòd Eccleſia non ſtatuit omnes ſemel in anno debere cõfiteri communiter, quia ex hoc obligatio prima, quæ erat ex vi ſacramenti ad confitendum, quando adeſt opportũitas vera, licitè poſſet vſq; ad tempus illud tardari: ſed illa obligatione priori in ſuo robore permanentẽ adiunxit præceptum illud, quod habetur extra de pœ. & remiſ. cap. omnis. Non vtique ad aliquod relaxandum, ſed verè ad reſtringẽdum, vt nullus ex negligentia, aut contemptu poſſet vlterius retardare abſque eccleſiaſtica præcepti tranſgresſione. Inſuper eſt notandum, quòd talis hanc opportunitatẽ
C captare debet, & ad hanc pro viribus fideliter laborare: aliàs ſalutem animæ ſuæ cõtemnit, & paruipendit. Ea ſi quidem habita dilatio parua, quæ non prouenit ex contemptu, non cauſaret mortalem culpam. Sed quando notabilis eſt in notabilem negligentiam vergens, aut in contemptũ ſacramentalis confesſionis: tunc quidẽ mortale eſt: ergo non tenetur ſtatim, & vniuerſaliter poſt mortale ad actualem confesſionem, quamuis ſanius atque vtilius, ac ſalubrius conſilium ſit, ſubitò confiteri. immo expectare poteſt opportunitatem rationabilem, ac ſibi magis vtilem, & neceſſariam confeſſoris diſcreti, ſeu loci, vel tem-
D poris magis conuenientis, & cõſimilium: dum tamen hoc faciat non ex negligentia aut contemptu, ſed ex vera intentione animæ ſuæ ſalubrius prouidendi.

Statutum Eccleſiæ quõ intelligẽdum.

Quòd etiam, qui eſt in culpa veniali, ex præcepto eccleſiæ ſemel in anno confiteri tenetur propter octo rõnes. E

SEd numquid, qui abſque mortali culpa ſe ſentit, teneatur ad hoc Eccleſiæ præceptum? Dicendum, ꝙ ſic multiplici ratione. Primò, quia ſicut dicitur Eccl. 9. Neſcit homo, an dignus ſit odio, vel amore, ideſt, an ſit abſque mortali peccato, ſicut etiam nec certus eſt, an ſit in charitate. Præterea prædictum Eccleſiæ præceptum extendit ſe ad quoſcũq;: nec iudicio meo ſufficit, quẽmadmodum quidam dicunt, quòd ſapientes, qui non habent conſcientiam de
F mortali, ſufficienter ſatisfaciunt Eccleſiæ præcepto ſolum, quòd præſentent ſe ſacerdoti, dicentes ſe examinaſſe ſuam conſciẽtiam, atque in ea mortalem culpam non reperiſſe. Secundò, quia præceptum non implet, eum talis non confiteatur, vt verba expreſſè ſonant. Tertiò, quia nimis videtur præſumere de ſeipſo, ſi infra totum annum non reperit ſe in dubio mortalis culpæ, & maximè homo ſecularis. Quartò, quia talis nõ videtur penſare offenſam Dei, vt decet: nec vitam ſuam verè examinaſſe. Nã quáto quiſq; ſanctior ẽ, tãto ẽ timoroſior de propria culpa, & vita. Quintò, quia
G ſapiens non videtur, ſi ad cautelam non purgat ſe de vita ſua totius anni, ſicut poteſt per illud remedium, per quod ſummè purgare ſe poteſt. Sextò addi poteſt, ſecũdum Bonauen. in 4. diſt. 17. vbi dicit, ꝙ qui de aliquo peccato ſuo dubitat, an ſit veniale, aut mortale, ſi non pœnitet, ſicut de mortali, diſcrimini ſe exponit. Proinde de illo confiteri debet, ſicut in conſcientia ſua iacet: & iudicio ſacerdotis relinquere, an ſit mortale, vel veniale. Septimò, quia licèt plura alia remedia ad delendum venialia poſſumus cõtinuè frequentare, ac per hoc non ſit de neceſſitate ſalutis illa confiteri:
H tamen ad ipſa purganda nullum efficacius reperiretur. Octauò, quia maior humiliatio ſui ſit per confesſionem, quàm per quæcunque alia remedia venialium peccatorũ, ac per ſequens maior eorundem purgatio.

Etiã qui ſentit ſe abſq; mortali culpa obligatur ad confeſſionem ſacramẽtalem.

In quibus confeſsio iteranda eſt. Cap. 2.

SEcunda neceſſitas conſideranda eſt, quãdo, & in quibus caſibus confeſſio eſt iteranda. Circa hoc quæri poteſt, ſi in aliquo caſu neceſſe ſit reiterare confesſionem.

Quattuor pcipui caſus in qb' reiterarĩ confeſsio.

A nem. Ad hoc dicendum, ſecundum Bona. in. 4. diſt. 17. ſuper literam, circa finem. Quattor ſunt caſus principales, in quibus oportet reiterare confeſsionem: & in his omnes Doctores concordant. Primus caſus eſt propter impotentiam, ſcilicet, quando ſacerdos non potuit abſoluere. Quod poteſt cõntingere 12. modis. Primò propter enormitatem ſceleris, propter quam oportet peccatorem ad ſuperiorem remitti, qui confeſsionẽ remiſsi audire debet atq; abſoluere, niſi fortè malit alteri cõmittere confeſſori. Secundò pp tituli defectum, vt cum quis recipit beneficiũ à publicè excõicato, vel ſuſpẽſo ab adminiſtratione, vel of
B ficio: vel quia pſitatus fuit patrono publicè excõicato. Tertiò pp defectum irregularitatis. Quartò propter defectũ ætatis: quia ſi collatum eſt beneficium cũ cura ei, qui non attingit viceſimũ quintũ annum: tunc talis collatio nullas obtinet vires, nec ipſe põt abſoluere, vel ligare. Quintò propter defectum ordinis: quia ſi iſte, cui collatum eſt beneficium cũ animarũ cura, non fuerit ordinat' infra annũ ſine monitione, tũc priuatus eſt bñficio ipſo iure, nec poteſt abſoluere, vel ligare. De his duobus caſibus habeť extra de elec.c.licet.lib.6. hodie tñ epi aliquo mõ pſit diſpenſare, ſicut patet extra de elec.cũ ex eodẽ.li.6. Sextò propter defe
C ctũ nataliũ: quia nec poteſt cum eis eps diſpẽſare in bñficio cũ cura, ſed tm̃ in minoribus ordinib., & in ſimplici beneficio. extra de æta. & quali.is, qui lib.6. Septimò ꝓpter receptionem bñficij cum cura. Nã qui habet bñficium cum cura, & poſtea aliud recipit ẽt cum cura: ſtatim primum perdit, cũ adeptus eſt poſſeſsionem pacificam, & plenariã ſecũdi: nec fruct' primi percipere põt, nec põt primos ſubditos ſoluere, ac ligare, extra de ele.dudũ: & de filiis, præsby.ſi tibi. Octauò propter excommunicationem. Nonò propter depoſitionem. Decimò propter ſciſma. Vndecimò propter hęreſim. Duodecimò propter ſuſpenſionem ab officio:
D nam talis non poteſt ſacerdotale officium exercere: ſiue ſit ſuſpenſus à iure ſiue à iudice. Sed multos horum. 12. caſuum non ſemper eſt neceſſe prædicare populo. Secundus caſus, in quo eſt confeſsio iteranda, euenit propter ignorantiam confeſſoris, ſcilicet quando confeſſor ignarus eſt: qa tunc quærendus eſt ſacerdos, q ſciat ſoluere, & ligare, ſicut dr̃ de pę.d.6. qui vult. Et tali cum licentia proprij ſacerdotis, vel auctoritate ſuperioris eſt iterum confitendũ.

Alij addunt, quòd ſi ſacerdos fuerit ſimplex, & inſcius, ꝙ non diſcernit inter peccata, ſcilicet quę ſunt leuia, quæ ſunt grauia, vel neſcit à quò poſſit abſoluere, & à quo nõ; debet ẽt confeſsio iterari. Si aũt bñ nouit, à quo poſſit abſoluere, & à quo non, ſed ignorat criminum grauitatẽ, atq; aggrauationes eorum: quàmuis diſcernere ſciat mortale à veniali, habenti peccata grauia: tutum eſt iterrare confeſsionem propter dubium, quod in ea cadere põt. Si autẽ abſoluerit, quod abſoluere non poterat, abſolutio illa non valet, ſecundum Aluarum em̃ in li.de planctu eccleſiæ. Sunt quidem pleriq; confeſſores, qui abſoluunt, & liganr, quod ipſi neſciunt, & ignorant, in ſe quidẽ F cęci atq; cęcorũ duces. Tales.n. imponunt pęnitentias, nũc leuiſsimas, nũc auſteras, ſicut in eorũ cadit fantaſia ignorantia plena. Sæpe inſuper rñdent de caſibus difficillimis peccatorum, & vix ante non intellegunt factum, nedum iuris reſponſionẽ, quod totalitet ignorant. Et ſic quantum in eis eſt, piculoſiſsimè decipiũt peccatores: quod eſt vnũ de grauioribus periculis, quæ ipſi habẽt. Sed ipſi miſeri, & ignari vix hoc intelligere aut credere poſſunt, decepti quidẽ ſub pallio charitatis. Ad hoc facit illud. 38.di.quę ipſis, & 24. di.quando: & 20.di.cap.1. ibi, in altera dans ſibi ſcientiam diſcernendi inter lepram, & lepram, 11.q. 3. quomodo G 26. quæſt.7. alligant 45.diſt. ſunt nãque nõ nulli. extra de æta.& quali. ordi.cum ſit. q ſin.ſunt legi.per venerabilem. §. rationib'. extra de pę.& re.cap.omnis vtriuſq; ſexus, §.ſacerdos. & de electi.cap. dudũ, &. §. 1. ibi. Eędẽ animę ſunt damnabiliter deceptę. Quæ oĩa dicta capitula à dicto Doctore pręallegatis, conſiderẽt, & notẽt confeſſores ignari. Tertius caſus eſt propter malitiam fictionis in confitente: vt ſi acceſſit cum voluntate peccãdi, aut ſciẽter retinuit aliquod peccatum in corde. Quartus caſus eſt propter negligentiam, quia, ſcilicet negligit, vel contemnit facere pœnitentiam ſibi iniunctã. Intelligãtur hi duo vltimi caſus, quãdo H mutat confeſſorẽ. Si enim reuertitur ad eundẽ, tunc diſtinguendum eſt: Quia aut recenter confeſſus eſt, aut iam de ſacerdotis memoria ſunt elapſa. In primo caſu non tenetur, in ſecundo verò ſic. In his caſibus cõmuniter concordant oẽs, cõfeſsionẽ eſſe reiteradã, ſm Bonauen. vbi ſupra. Si enim contẽpſit, vel neglexit ſatisfacere, & oblitus eſt iniunctam pœnitentiam, tunc tenetur iterum confiteri. Si autem eam ſcirct,

Expende hũc caſũ.

& eam

A & eam implere uellet, non oporteret tunc reiterare confeſſionem. Quintus caſus eſt, quòd quidam addunt, ſcilicet, ſi pænitentiã iniunctam non cõpleuit in charitate, quia ante completionem illius cecidit in mortale. Tamen aliquando uidetur, & uerius, quod non teneatur iterare talem confeſſionem: quòd probãt multiplici ratione. Prima eſt, quia in pręcedẽti confeſſione de præterita culpa fuit ueraciter abſolutus: ergo poſt abſolutionem ad illam non remanet obligatus. Secunda, quia meritum Chriſti ſibi in abſolutione applicatum, & communicatũ de toto reatu, & pręterita culpa Deo plenariè ſatisfecit, & in eius applicatione, atque

B uirtute deleta eſt, ſeu à Deo non imputata: erga pęnitentia ſibi iniuncta non eſt neceſſaria ad imputationem illius culpæ, ac per hoc nec ad eius remiſſionem, vel neceſſariam ſatisfactionem, ſine quo remitti nõ poteſt. Tertia, quia ſacramẽtalis gratia, quę in pęnitentia datur, delet mortalem culpã: gratia uerò illa eſt cõmunicatio meriti Chriſti. Quarta, quia fuit antea abſolutus quàm ſibi pęnitentia poneretur: ergo in ipſa talis pęnitentia non fuit, nec eſt de eſſentia ſacramenti. Ordo tamen abſoluendi eſt, ut primò audiatur, ſecundò pænitentia imponatur, tertiò abſolutio fiat, ut ſic abſolu-

Nota uanis caſus.

C tionem præcedat cordis contritio, oris cõfeſſio, & operis ſatisfactio, ſaltem in deſiderio, & affectu, ſecundum Ioan. An. extra de ſepultis. c. dudum. ſuper uerbo, audire. cle. Quinta, quia ille, qui in ultimo uitę ſuę verè conteritur, & ueraciter confitetur, atque abſoluitur, utique moriendo ſaluatur, etiã ſi nullam pænitentiam agat de peccatis ſuis in hac uita: alias nemo pęnitere poſſet in vltimo uitæ ſuę. Sexta, quia pænitentia, ſicut cetera ſacramenta, totam efficaciam ſuã habet ab ipſo merito Chriſti: non ergo à propria pæna, uel actu. ergo talis pænitentia non eſt de eſſentia ſacramenti. Septima, quia eccleſia non poſſet facere iniuncta-

D rum pęnitentiarum remiſſionem, ſi ſunt de eſſentia ſacramenti, ſicut etiam diſpenſare non poteſt quòd non teneatur aliquis confiteri. Octaua, huiuſmodi pænitẽtiæ arbitrariæ ſunt. Quòd autem eſt cum ſacramento eſſentiale, ab homine mutari non poteſt: nec dependet à libero arbitrio, etiam Papę. Nona, quia talis pænitentia non eſt ſatisfactoria apud Deum, nec ſibi accepta, niſi præintellecta participatione meriti Chriſti in tali perſona. Participatio autem meriti Chriſti non fit, niſi ab eo, qui eſt actu in

charitate, & ſine mortali culpa: ergo tota prior culpa deleta eſt in tali, ante impoſitam pænitentiam, ergo non eſt ſatisfactoria reſpectu prioris culpæ. Decima, quia ſi talis moriatur, & nihil de pęnitentia egerit, vtique non damnatur. ergo ſatisfactio talis, non eſt de eſſentia ſacramenti. Propterea videtur dicendum, quòd illa ſatisfactio eſt de eſſentia ſacramenti, qua fit Deo per meritum Chriſti huic applicatum: in cuius uirtute peccata delentur, ſeu non imputantur. Pænitentia verò à confeſſore impoſita per modum pręcepti datur, & hoc in quandam recompenſationem congruam, ſeu vltionẽ propriæ perſonæ, quæ offendit, & non tan-

F quàm ſatisfactoria Deo de priori culpa tali ſcilicet ſatisfactione, ſine qua eam Dominus non indulgeret, quamquam de temporali pæna, quæ aliquando debetur, præteritæ culpę, ſecundum gradum, qui ſolum notus eſt Deo diminuat, uel mitiget: quæ niſi hic fieret, in purgatorio reciperetur. Et quãtũ ad hoc ſatisfactoria dici poteſt. Et ideo dummodò talis legitimè ſit confeſſus, & abſolutus, & in propoſito habuerit ſacerdotali præcepto, & pænitentiæ obedire, non tenetur de neceſſitate, ut credo, iterare cõfeſſionem, etiam ſi pænitentiam illam ex aliquo euentum non impleat, uel etiam ſi im-

Pænitentia à confeſſore impoſita pænitenti datur per modum præcepti.

G pleat in mortali exiſtens. Nam talis pænitentia, ſicut credo, non eſt de eſſentia ſacramenri, ſed quodãm annexum per modum præcepti cõgruè, & rationabiliter dati. Nec enim habetur ex aliquo decreto, uel eccleſiaſtica ſanctione, quòd ſit de eſſentia ſacramenti: ſed bene habetur mandatum, & eccleſiæ inſtitutum, quòd tales pænitentiæ imponantur. Nec dicit quòd pænitens non ſit abſolutus, niſi illam in gratia ĩpleat: quia tamen in his quanto plura fiunt bona, tanto melius, & ſecurius eſt. Licèt, ex hoc non ſit ueritati aliqualiter derogandum, bonum eſt expediens, & ſecurum, quòd ſi pænitentiam in gratia non expleuit, imponatur ei, ut iteret illam, uel aliam loco illius,

H quamquis, ut credo, non ſit neceſſe ſi eam quocunque modo impleuit. Ad cautelam autem utile eſſet, ſi peccactoribus imponeretur aliqua pænitentia pro breui tempore, & hoc pro præteritis culpis, quam facilirer in gratia complere poſſent, & aliam diuturnam per modum præcepti, & ordinationis honeſtę ad emendationem preteritæ vitæ ſuæ. Relinquitur ergo, quòd ſolũ in quatuor caſibus ſupradictis confeſſio reiteranda eſt: Vnde uerſus. Si negligis peccare cupis,

A pis, ſpernis quoque pęnam: Inſcius es, vel poſſe careres, bis confitearis. Cum prædictis concordat Sco. in 4. diſt. 15. q. 1. circa fi. Et de hoc etiam vide infra ſermo. 64. ar. 3 cap. 4. Et hæc opinio videtur magis pia.

Vide quę egregie habet Sco in 4. di. 15.q. hac materia.

Quanta diſcretione debet vti confeſſor in examinatione pœnitentium, & maximè mulierum. Cap. 3.

TErtia neceſſitas eſt cõſideranda, quò confeſſio eſt honeſtanda. Quæritur autem circa hoc, an confeſſor teneat diligenter perſcrutari, & examinare cõſciẽ B tiam peccatoris? Dicendum, ꝙ triplex põt eſſe talis examinatio. Prima eſt negligens, ſecunda inficiens, ſeu nocens, tertia diligens. Prima eſt negligens, quando, ſcilicet confeſſor non curat examinare diligenter conſcientiam confitentis. Quod quidem neceſſarium eſt & confeſſori, & pęnitenti, & maximè propter tria. Primò propter ignorantiam, eo ꝙ peccatores ignorãt, quæ Dei ſunt. Vnde ſi cõfeſſor audiuit aliquid de pęnitente, vel ſciuit per aliquam probabilem coniecturam, id debet pęnitenti ad memoriam reducere: quia poteſt timere, quòd pęnitens ignoret ignorantia craſſa, quæ nõ C excuſat, ſecundum Guil. Vel quia fortè nõ intelligit illud eſſe peccatum. Nam ſecundũ Iſido. ignorans, quotidie peccat, & ignorat. Secũdò ꝑ negligentiam, quia. ſ. pęnitentes, ſicut ſępe accidit, non bene examinauit conſcientiam ſuam: quod quidem conſueuit euacuare fructum confeſſionis. Et tales ſi bono modo fieri poſſet audiendi non eſſent: niſi ſeipſos prius diligenter examinaſſent, & obſeruarent illud Eſa. 38. Recogitabo tibi omnes annos meos, &c. In quo ſi deficiunt, à prouido confeſſore adiuuandi ſunt. Tertiò propter verecundiam. Nam ſunt pleriq́; qui potius dimitterent confiteri, quàm ore ꝓprio manifeſtare peccatũ: D quod quidem ex ſuperbia, & hypocriſi originem ſumit. Contra quos Bern. Pudet ablui, & non pudet inquinari. Et de pę. 6. cap. 1. Aug. ait. Diligens inquiſitor, & ſubtilis inueſtigator ſapienter, & aſtutè interroget à peccatore, quod forſitan ignorat, vel verecundia velit occultare. Debet enim cõfeſſor diſcret⁹ à pęnitẽte ingenioſè omnẽ noxam verecundiam remouere. Proinde non ſtatim debet ei exponere magnitudinem culpæ, cum ſcilicet confitetur eam, ſed in fine debet hoc facere, de pę. diſt. 5. cap. 1.

Q̃uo confeſſio honeſtanda. Examinatio triplex qua vtitur confeſſarius.

prope fi. Secunda examinatio eſt inficiens, E ſeu nocens. Sunt enim plura, quæ confeſſor in ſpeciali minimè quærere debet: & maxime propter tria. Primò propter curioſitatem, quod fit cum confeſſor non conuenientia, nec pertinentia inquirit, ſed aliena à ſtatu, & moribus pęnitentis requirit, quæ in talibus reperiri non ſolent, quia quilibet examinari debet ſecundum ſtatum, & conditionem ſuam. Contra quos ait pſal. Scrutati ſunt iniquitates, defecerunt ſcrutãtes ſcrutinio. Secundò propter fragilitatẽ. Sunt enim quædam quæ non debet confeſſor inquirere in ſpeciali: ſicut ſunt inconſueta ſcelera, & enormia contra naturam. Ratio eſt, quia ſæpe addiſcit pęnitens, quæ nõ F nouit. Et contingit ſæpius ipſum confitentem in talibus concuti, & ſæpius inquinari. Vnde Prouerb. 11. Inueſtigator malorum opprimetur ab eis. ideo nõ debet talia quærere, niſi in communi, & de longinquo ꝑ quaſdam circunlocutiones, vt ſi fecit qui cõfitetur, intelligat: & ſi non fecit, non diſcat. Tertiò propter improbitatem, ſcilicet indecentẽ. Vnde Iudith. 8. dicitur, quòd Iudith ſacerdotibus ait. Vos autem nolo, vt ſcrutemini actum meum. Iudith verò confeſſio interpretatur, in qua myſticè deſignatur, quòd improba inquiſitio peccatorum eſt in ſacerdotibus neceſſariò reprimenda. Inſuper eodem myſterio præcepit Dominus G Deut. 24. Cum repetes à proximo tuo rem aliquam, quam tibi debet: non ingredieris domum eius, vt pignus auferas, ſed ſtabis foris: & ille tibi profert, quod habet. Tertia eſt examinatio diligens, quæ, ſicut ex dictis patet, vitare debet in examinando extremitates, quæ ſunt inter nimium, & non ſatis. Et hoc confeſſor de neceſſitate obſeruare debet, maximè propter tria. Primò propter auctoritatem. Nam abſque dubio oportet confeſſorem diligentem eſſe in veſtigando, maximè faciendo cuilibet pænitenti quaſdam interrogationes generales, ſcilicet, an præterito anno confeſſus ſit, & an integraliter fuit confeſſus, & an com- H pleuerit pęnitentiam, & ſi dicit, quòd non, tunc quærat, an pęnitẽtiam ſibi impoſitam ſciat. Si ſic, tunc dicat, quòd eam adhuc expleat: & tunc non oportet eum iterare cõfeſſionem. Si verò oblitus eſt: tunc iterabit confeſſionem præteriti anni. Deinde quærat, an poſtquam ad annos diſcretionis peruenit, ſingulis annis confeſſus ſit, & percepit ſanctiſsimum ſacramẽtum: & an vnquã euchareſtiã ſuſcepit in mortali culpa. Poſtea

Examinatio ij ciſs.

Pſal.

A ſtea quærat de tranſgreſsiõe decem præceptorum, & ſeptem capitalium vitiorum, generalium Eccleſiæ mandatorum, & de abuſione quinque ſenſuum: Contra quoſdam, qui dicunt, & credunt nõ eſſe obligatos ad interrogandum, & examinandũ eos, quos in confeſsione audiunt: tenentur ei ad omnia ſupradicta. Cuius ratio eſt, quia confeſſor eſt tunc iudex. Sed iudex debet neceſſario inquirere cauſæ veritatem: maximè quando dubia ſurgunt, exemplo ſanctiſſimi Iob, qui de ſe. 29. cap. myſticè ait: Cauſam, quam neſciebam, diligentiſſimè inueſtigabam: ad hoc facit de pœ. diſt. 6. cap. qui vult, circa principium, & optimè vltra medium, & extra de pę. & re. cap. omnis. §. ſacerdos. Secundò propter charitatem, ſcilicet, qua tenetur confeſſor diligere proximum, ſicut ſeipſum: immo pœnitentem ita uare tamquàm filium. In cuius myſterium. Exo. 23. præcepit Dominus, dicens: Si videris aſinum odientis te iacere ſub onere: non pertranſibis, ſed ſubleuabis eũ. Quanto magis eſt ſubleuãdus filius ſpiritualis, q. à confeſſore in ſanguine Chriſti regeneratur? Ideo dicitur Prouerb. 18. Iuſtus in principio accuſator eſt ſui: venit amicus eius, & inueſtigabit eum. Tertiò propter vtilitatem. Si enim confeſſor fuerit diligens inquiſitor, & prudens pœnitentis examinator: ſæpius abſque ſcandalo, & cum fructu maximo, quaſi à longinquo quærens, liberabit, & ſaluabit ab ignotis, & occultis criminibus animam eius, Iob 26. Obſtetricante manu, ideſt à confeſſore prouido, & diſcreto, eductus eſt coluber tortuoſus. Ex dictis patet, quanta prudentia atque diſcretio ſit neceſſaria confeſſori. Vnde Prouer. 28. Sapiens ſibi videtur vir diues, pauper autem prudens ſcrutabitur eum. Cum his concordat Bona. in 4. diſt. 19. circa finem.

Confeſſor tenet examinare.

B

Vtilitas cõfeſſiõis.

C

Vide D. Bon. in 4. di. 19. per totum.

D ARTICVLVS TERTIVS.

De duodecim fructibus, ſeu vtilitatibus confeſſionis.

Tertiò ſubditur à propheta vtilitas ipſius confeſsionis. Vnde ait. Et tu remiſiſti impietatem peccati mei. Ex hac verò peccatorum remiſſione homini multa bona conſequuntur, quæ ad duodecim reduci poſſunt. Quæ quidem duodecim fructus confeſsionis poſſunt denominari. Primus fructus eſt mentis illuminatio, ſecũdus miſericordiæ impetratio, tertius à morte ſuſcitatio, quartus à diabolo liberatio, quintus animæ purgatio, ſextus cum Deo animæ pacificatio, ſeptimus conſcientiæ alleuatio, octauus diaboli confuſio, nonus peccatorum remiſsio, decimus pro peccatis ſatiſfactio, vndecimus gratiæ augumentatio, duodecimus Dei glorificatio. Horum fructuum magna pars in Alexan. de Ales in. 4.

Duodecim fructus cõfeſſionis examinandi.

E

Quòd per veram confeſſionem mens tripliciter illuminatur. *Cap. 1.*

Primus fructus confeſsionis, eſt mentis illuminatio. Illuminatur enim intellectus per confeſsionem, maximè propter tria. Primò propter conſiderationem, ſcilicet ſui, & peccatorum ſuorum. Vnde ad tales dicit Hiere. 3. Leua in directum oculos tuos, & vide vbi nũc proſtrata ſis. Et Apoc. 3. Vnge collirio oculos tuos, vt videas. Colliriũ, qđ ex certa aqua, & puluere conficitur, & purgat oculorum carnoſos humores, cõfeſsionem deſignat: per quam puluere propriæ cognitionis, & aqua lachrymoſæ compunctionis intellectus illuminatur. Vndè dicit in Pſal. Delictum meum cognitum tibi feci: ubi Aug. ſi homo agnoſcit, Deus ignoſcit. Secundò illuminatur per humiliationem, qua peccator ſacerdoti humiliatur propter Deum: qua propter illuminatur intellectus ad cognitionem Dei, & ſuiipſius. Vnde pſ. Notus in Iudęa Deus. Et cęco nato myſticè Ioan. 9. dicitur. Qui de ſe in perſona peccatoris ait, Abij, laui, & vidi, ideſt cognoui meipſum. Tertiò illuminatur per inſtructionem diſcreti confeſſoris. Vnde Deut. 17. dicit Dominus pęnitenti: Aſcende ad locum quem elegerit Deus tuus: venieſq; ad ſacerdotes leuitici generis, & ad iudices, qui fuerint illo tempore, quæreſq; ab his, qui indicabũt tibi iudicij veritatem: & facies quodcunq; dixerint, qui præſint loco, quẽ elegerit Dominus, & docuerint te iuxta legem eius. Tenetur enim ſacerdos peccatorem inſtruere. Quandoq; enim aliquis credit veniale eſſe mortale, & econtra: ideo neceſſaria eſt cõfeſsio, vt inſtruatur ſecũdum Alexander de Ales, & Bonauent. in. 4. diſt. 17.

F *Mens per cõfeſſionẽ tripliciter illuminat.* *Primo.*

G *Pſal 31.* *Secundo.*

Tertio.

H *Muneris ſacerdotis ẽ peccatorẽ inſtruere.*

Quod

A *Quòd per confeſſionem à Deo miſericordia impetratur. Cap. 2.*

SEcundus fructus eſt miſericordię impetratio. Quid.n. confeſſio eſt q̃ curia miſericordię Dei? Cum enim miſericordia Dei ſit ſuper omnia opera eius, ſecundum pſal. ideo curia miſericordię Dei eſt ſuper curiam iuſtitię Dei. Vnde ſi quis conſpicit ſe grauari in curia iuſtitię Dei, ſecure appellare poteſt ad iſtam: & neceſſe habet iuſtitia huic appellationi cedere patienter. Vnde Iac. 2. Superexaltat miſericordia iudicium. Huius quidem iudicij forma dulcedinis plena eſt: Habet enim B inter cętera quattuor ſuauitates. Prima eſt ſuauitas conformitatis, quia in hoc iudicio iudex ponitur reo familiaris, plurimumque fauorabilis: vbi diſtrictò iure me dia perſona deberet poni, ſicut in iudicio vtique fiet, cum Chriſtus Deus, & homo in humana forma ſeculum iudicabit, ſicut Ioan. 5. dicitur, quòd pater dedit filio omne iudicium facere, quia filius hominis eſt. Secundam ſuauitatem oſtendit credulitatis, ſcilicet quia creditur in hac curia Dei factum ſuum narranti: nec ibi adducitur, qui ſuppleat defectum ſuum: nec teſtis, C qui probet contrarium: Nec etiam ibi locum habet, quod dicitur Ioan. 8. Tu de teipſo teſtimonium perhibes: teſtimonium tuum non eſt uerum. Tertiam ſuauitatem prętendit, ſcilicet libertatis: quia in hoc iudicio non feruntur ſententię, niſi abſolutionis, licet homo fuerit ſceleratiſſimus peccator. Abſoluitur enim reus quaſi latro, à quo auſertur funis de collo, qui ad ſuſpendium paratus erat. Sed, qui non confitentur, ſicut dicitur Soph. 1. Ambulabunt, ſcilicet ad inferni furcas ut cęci, quia Domino peccauerunt Quartam etiam ſuauitatem ęternę felicitatis oſtendit. Nam cum ille, qui uenit ad hoc iudicium, di- D gnus ſit infernali patibulo, remunerabitur ęterno regno. Vnde Prouer. 28. Qui abſcondit ſcelera ſua, non dirigetur: qui autem confeſſus fuerit, & reliquerit ea, miſericordiam conſequetur.

Quatuor ſuauitates in iudicio conſcientia.

Quòd per ueram confeſſionem anima à morte culpę ad vitam gratię ſuſcitatur. Cap. 3.

TErtius fructus eſt à morte ſuſcitatio. Suſcitat enim confeſſio à morte culpę. Circa quod ſciendum eſt, ſecundũ Tho. quòd pęnitentia inquantum eſt ſacramentum, percipitur pręcipue in confeſſione: quia per eam miniſtris Eccleſię ſe E ſubdit, qui ſunt ſacramentorum diſpenſatores. Cõtritio autem uotum confeſſionis annexum habet: & ſatisfactio per iudicium ſacerdotis, cui ſit confeſſio, taxatur, & mẽſuratur: quia in ſacramento pęnitentię gratia infunditur, per quam peccata remittuntur, ſicut in baptiſmo. Et ideo eodem modo confeſſio ex ui abſolutionis coniunctę, culpã remittit, ſicut baptiſmus. Et ſi cut baptiſmus liberat à peccati morte, non tantum ſecũdum quòd actu percipitur: ſed F etiam ſecundũ ꝙ in uoto habetur, ſicut patet in illis, qui iam iuſtificati ad baptiſmum accedũt. Et ſi quis obicẽ nõ prętaret, ex ipſa perceptione baptiſmi gratiã cõſequeretur peccata remittentem, ſi prius non fuiſſent dimiſſa. Similiter dicendum eſt de cõfeſſione adiuncta abſolutione: quia ſecundum quòd in uoto pęnitentis pceſſit, à culpa liberabit: poſtea uerò in actu cõfeſſionis & abſolutionis gratia augetur, & etiã peccata remittuntur, ſi præcedens dolor ad contritionem ſufficiens non fuiſſet, & ipſe tunc obicem gratię nõ pręberet. Et ideo ſicut de baptiſmo dicitur, quòd liberat à G morte: ita etiam de confeſſione dici poteſt. Patet igitur, quòd cum in confeſſione os aperitur, mors egreditur, & vita ingreditur. Vnde Prouer. 10. Os iuſti uena uitæ: Os iuſti operit iniquitatem, ſed mens impia & obſtinata, quę ſe confiteri non diſponit: mortem à ſe exire non ſinit: huius autem reſurrectionis à culpa per confeſſionem ſępius ſignum patet, cum uidemus peccantes quaſi mortuos ad confeſſionem uenire, nihil ſentientes vulnera ſcelerum eorum: ſed dum confitentur, conceditur eis dolor, qui vtique vitę gratiæ atteſtatur. Membrorum nempe mortuum ſenſum non habet. Ecce quòd vomitus peccatorum per H veram confeſſionem ad vitam perducit. In huiuſmodi myſterium Mat. 9. eiecta turba archiſynagogi filia ſuſcitatur.

Penit. ut ſacramẽtum.

Simile.

Quòd per veram confeſſionem liberatur homo ab ore Dęmonis. Cap. 4.

QVartus fructus eſt à dęmone liberatio. Exiſtens enim in mortali culpa, in ore dæmonis eſt: quod quidem intran-

A intranti latiſſimum eſt, volenti autem inde exire, arctiſſimum reperitur. Vnde Iob. 36. Saluabit te, ſcilicet Dominus, per confeſſionem: ex ore anguſto latiſſimè. Vide obſecro à tanto periculo facilem liberationis modum, quem ipſa ſimpliciſsima ouis te docet, dum exiſtens in ore lupi ſæpius clamat Vade: & tu peccator, & fac ſimiliter, & clamoroſo cordis affectu, ſed ſubmiſſa voce manifeſta ſcelera tua.

Quòd faciliter purgant, & ornant animã confeſſio penitentialis, & generalis.

Cap. 5.

B

Addantur quoque alij quattuor fructus, quorum primus eſt animæ purgatio. Purgatur autem homo per illam à mortalibus, & venialibus culpis. Primò quidem aduerte fœditatem, atque deformitatem mortalis culpę, facilitatem medicinę, & formoſitatē reformatæ animę. Eſt enim mortalis culpa, ſpiritualis lepra deterior quàm corporalis, quantum diſtat mortale corpus à ſpiritu immortali, ad imaginem & ſimilitudinem Dei formato. Illa eijcit à conſortio hominum, hæc autem à conſortio Dei, & omnium Sanctorum, & Angelorum: illa eijcit à ciuitate, hęc autem non ſolum priuat à celeſti regno atque præſenti ſęculo, ſed etiam locat hominem in hoſpitali infernali cum infinita pœnalitate. Sed vide facilitatem remedij huius ſpiritualis lepræ, quæ in curatione Naaman Syri. 4. Reg. 5. præfigurata fuit. Ait enim illi Heliſæus: Vade, & lauare ſepties in Iordane: & recipiet ſanitatem caro tua, atque mundaberis. Et ſequitur. Deſcendit, & lauit ſepties in Iordane iuxta ſermonē viri Dei: & reſtituta eſt caro eius, ſicut pueri paruuli, & mundatus eſt. Hanc facilitatem oſtendit etiam pſal. dicens: Dixi, confitebor. vt ſupra De pulchritudine animæ, quam ex confeſſione quis conſequitur, etiam ait: Confeſſio, & pulchritudo in conſpectu eius. Et iterum ait: Confeſſionem, & decorem Induſti. Si autem de ſecundo, ſcilicet de peccatis venialibus penſare velimus, & quæratur ſi confeſſio generalis valeat ad eorum purgationem, dicendum ſecundum Tho. in. 4. di. 21. q. duplex eſt confeſſio generalis, ſ. ſacramentalis, & non ſacramentalis. Prima eſt ſacramentalis, quæ ſcilicet fit in ſecreto ſacerdoti de generibus ſingulorum, & non de ſingulis generum. Et valet ex quattuor

Per confeſſionem purgatur homo à mortalib' & venialibus culpis.

C

D

Confeſſio duplex.

ad remiſſionem venialium, quātum ad culpam, & etiam quantum ad pœnam, vel in parte, vel in toto. Primò ex contritione cōfitentis, ſecundò ex humilitate confeſſionis, tertiò ex oratione ſacerdotis, inquantum eſt quædam perſona priuata: quartò ex vi clauium. Secundo eſt quædam confeſſio non ſacramentalis, quæ ſcilicet fit publicè coram multis & cum multis, in Eccleſia: & tunc efficax eſt ex tribus primis, & non ex quarto. Et Ideo non ſubiungitur in prima, & completorio abſolutio, nec ſatisfactio nis iniunctio: ſed tantum oratio, ſcilicet. Miſereatur veſtri, &c. Cōcordat cū hoc Pe. E

Quòd ex vera cōfeſſione pax inter Deum, & animam generatur. F

Cap. 6.

Secundus eſt cum Deo pacificatio. Exiſtens vtique in mortali, inimicitiam, & terribilem guerram habet cum omnipotenti Deo. Nec ponderat inſenſatus homo, quanti diſcriminis ſit inimicitia iſta. Vide rogo, quàm facilis ſit pacificationis modus. Non enim neceſſe tibi eſt mactare vitulos, aut oues antiquorum more. Verba humilis confeſsionis à Domino pro vitulis acceptantur, ſicut Oſeæ vlt. dicitur, Reddemus vitulos labiorū noſtrorum. Et Eſa. 57. Dominus ait, Creaui fructum labiorum pacem. Hoc eſt, ex nihilo humilitatis, feci fructum labiorum eſſe pacem. Ideo talis cōfeſsio humilis maximè figurata eſt in ramo illo oliuę, quem columba illa ad veſperam in arca tulit, Gene. 8. Ramus verò oliuæ, ſignum pacis eſt. Sic & confeſsio humilis inter nos, & Deum cauſa eſt, & ſignum pacis, & culparum remiſsionis. Hunc ramum oliuæ ad veſperam columba detulit, cum ſpiritus ſanctus, qui per columbam ſignatur, in fine temporum confeſſionem in Eccleſia ordinauit. Nos ſumus enim, in quos fines ſęculorū deuenerunt, ſicut dicitur. j. Cor. 10. Siue columba Dei Eccleſiā Dei deſignat, iuxta illud Cāt. 6. Vna eſt columba mea. Columba igitur in ore ramum portat, quia Eccleſia oris confeſſionem habet in ſignum pacis cum Deo.

Pax cum Deo conciliatur per ſacramentalem cōfeſſionē.

G

H

Quanta in conſcientia alleuiatio, & lætitia ſequatur ex vera confeſſione.

Cap. 7.

Tertius eſt conſcientiæ alleuiatio, ſeu aſſecuratio. Grauatur enim conſcientia peccatoris

A peccatoris ex perpetratis culpis. Vnde pſal. *Pſalmus.* Iniquitates. meæ ſupergreſſę ſunt caput meum, &c. Et Iob. 7. Poſuiſti, ideſt permiſiſti me poni contrarium tibi, & factus ſum mihi metipſi grauis. Verum cum peccator magnus plenè, & diligenter confeſſus fuerit peccata ſua, & plenariè abſolutꝰ; videtur ſibi, ꝙ ſit ita allieuiatus, quaſi amota fuerit de corde eius grauiſsima mola: & quandoque mirabili lætitia ſuperfunditur, dum ſperat ſuſcepiſſe veniam de cõmiſsis. Vnde Prouerb. 15. Secura mens, quaſi iuge conuiuium. Vnde pſal. *Ibidem.* In voce exultationis, & confeſſionis ſonus epulantis. Quod

B quidem magnum eſt, cum ſit quaſi paradiſi arra. Vnde. 2. ad Cor. 1. Gloria noſtra hęc eſt, teſtimonium conſcientiæ noſtræ.

Confunditur diabolus in vera confeſsione. Cap. 8.

QVartus eſt diaboli confuſio. Confunditur verò diabolus, cum intelligit ſe deprehenſum, more ſi quidem furis, qui confuſione repletur, dum in furto deprehenditur. Proinde non ita ſecurè ſuggerit mala, ſicut antea faciebat: cum timeat ſua reuelari ſecreta, ſciens, ꝙ Ecc. 27, dicitur: Qui denudat arcana amici, fidem

C perdit: & non inuenit amicum ad animũ ſuum.

Quòd in confeſsione quandoque ex attrito fit homo vere contritus. Cap. 9.

De attritione, & cõtritiõe, quæ alio nomine à Paulo corteſio dicitũ cõfuſio, & pars neceſſaria i pęnitẽtia, et qũo attritio fit contritio i cõfeſſione. Vide Gab. in 4. d. 16 q. 1. ar. 1. Ale. par. 4. q. 67.

QVattuor alij fructus addantur, quorum primus eſt peccatorum remiſſio. Secundum enim Alexand. de Ales, quandoq; accidit, ꝙ homo accedit ad confeſsionem non ſufficienter contritꝰ, & tamen per confeſsionis humilitatem miſericorditer infundit Deus ei gratiam plenæ contritionis. Proinde pſal. ait: Veritas de terra orta eſt, & iuſtitia de cœlo proſpexit. hoc eſt, vera confeſsio procedit ab homine, qui de terra eſt, quam ſuſcipiens Dominus, hominem iuſtificat à peccatis. Vnde glo. verbum prophetę exponens, ait. Confeſſio de homine peccatore nata eſt, vt ſe accuſet cinerem, & terram ſe eſſe cognoſcat. Cui dicitur Gene. 3. Puluis es, & in puluerem reuerteris. Et ſic iuſtitia de cœlo proſpexit, ſicut patet Lu. 18. de publicano, qui per confeſsionẽ iuſtificatus, ad propria eſt reuerſus. Vñ Auguſt. Laboret mens patiendo erubeſcentia. Et quoniam verecundia, magna eſt pęna: qui erubeſcit pro Chriſto, fit dignus venia. Vnde. 2. Reg. 12 dixit Dauid ad Nathan: Peccaui Domino Et ſtatim dixit ei Nathan: Dominus tranſtulit peccatum tuum à te. Glo. Qui humiliter confitetur, veniam conſequitur. Vnde Augu. ſuper illud pſal. Non abſorbeat me profundum, nec vrgeat ſuper me puteus os ſuum, inquit: Puteus eſt profunditas iniquitatis, in quam ſi cecideris, non claudet ſuper te puteus os ſuum, ſi tu non clauſeris ſuper te os tuum. Vnde thema: Dixi, confitebor, vt ſupra. F

mem. 1. art. 1. & poſt ipſũ D. Tho. & D. Bo. Gerſon parte. 2. & ſacramento pænitentia.

Secundum Bonauent. Si propoſitum tantum valet, quanto amplius valebit opus.

Quòd in confeſsione tam ex auctoritate clauium quàm ex erubeſcentia peccatorum, prouenit ſatisfactio magna. Cap. 10.

Satiſfactio in cõfeſſiõe fit propter duo.

SEcundus eſt pro peccatis ſatisfactio. Fit autem hic ſatisfactio in confeſsione, ſecundum Alexan. de Ales, maximè propter duo. Primò propter auctoritatem clauium. Vnde Ioan. 10. Quorum remiſeritis peccatã, &c. Et Mat. 18. Quodcunq; ligaueris, &c. G Poteſt enim ſacerdos aliquid pęnæ debitæ relaxare, licèt non omnem pęnam. Secundo propter verecundiam peccatoris. Verecundia enim, eſt magna pars ſatisfactionis, cum ſit quaſi pallium pretioſum operiens peccatum. Vnde pſal. *Pſalm.* Confuſio adducens gloriam, & gratiam. Vnde Auguſt. lib. de pœ. Qui per vos peccaſtis, per vos erubeſcatis. Erubeſcentia enim ipſa partem habet remiſsionis. Ex miſericordia enim hoc præcepit Dominus, vt nemo pœniteret in occulto. In hoc enim quòd per ſeipſum dicit ſacerdoti, & erubeſcentiam vincit, timore Domini offenſi: fit venia criminis. H Fit enim veniale per confeſsionem, quod criminale erat per operationem. Hæc Aug. Et idem alibi ait. Multũ ſatisfactionis attulit, qui erubeſcentiæ dominans, nihil eorum, quæ commiſit, nuncio Dei denegauit. Hinc eſt, ſecundum Tho. quòd quanto aliquis pluries, vel pluribus de peccato cõfitetur, tanto ei magis purgatorij pœna minuitur.

Quòd

A *Quòd per confeſsionem gratia iam in contritione accepta augumentatur.*

Cap. 11.

Augetur gratia in confeſsione. TErtius aſt gratiæ augumentatio. Vnde Alexan. de Ales. Sępe in confeſsione deuota Dominus augumentat gratiam in contritione collatam. Quod not. Eſa. 38. in Ezechia, à quo ęgrotante ad mortem Dominus non ſolum remouit infirmitatem, poſtquam ſe conuertit ad parietem, & ad fletum, ſed addidit: vitæ quindecim annos. Maximè verò auget humilitatem. *pſalm.* B Vnde ſuper illud pſal. hæc me conſolata eſt in humilitate mea, glo. dicit, Humilitatem, quam ſibi quiſq; facit confitendo ſua peccata, non ſibi arrogando iuſtitiam. Ex hoc quippe gratiæ augumento atque vera & fundata humilitate mens in tentationibus fluctuans præſeruatur, quia ſubitò confitetur pronitates ſuas. Ideo ad hoc hortatur Augu. dicens: Si cœpiſti fluctuare, confitearis motum, ne plangas ruinam. Extrahimus nanque dentem putridum, ne per eum alij putreſcant.

Quòd per confeſsionem creſcit gloria omnipotentis Dei. Cap. 12.

C QVartus eſt Dei glorificatio. Qui enim confitetur peccata ſua, ſe cōfitetur iniuſtum, & Deum iuſtum. Nam confeſſio fit ad laudem Dei. Vnde ſuper illud pſal. Confitemini Domino, quoniam bonus: glo. ait, ſcilicet confeſſione peccati, & laudis: cum non ſit pia cōfeſſio peccatorum ſine laude. *pſalm.* Ideo Ioſue. 7. in perſona ſacerdotis, qui confeſsiones auſcultat, dicitur: Da gloriam Domino Deo Iſrael, & confitere atque indica mihi, quid feceris. Pro his autem duodecim fructibus adipiſcendis conſiderent confeſſores, cum quanta peritia atque diligentia debent inD ſtruere pęnitentes: ſcientes, ꝙ confeſſor neſciens diſcernere in pœnitēte inter leprā & lepram, ideſt quid debet iudicare, abſoluere non poteſt: quia munere ſcientiæ caret, ideſt, claue qua ſciat ſoluere & ligare. Et pœnitens hoc intelligens, tenetur iterum confiteri. Vnde Dominus Mat. 15. Cęcus ſi cęco ducatum præſtet, ambo in foueam cadunt. Proinde pſal. amonet confeſſores, dicens: Erudimini, qui iudicatis terram, ideſt, qui accipitis iudicium facere de is, qui in culpis terrenorum prolapſi ſunt. Vnde Auguſt. in ſermonem. 32. ad Eremitas ait. Decet igitur ſacerdotes eſſe tales, vt cognoſcant, & ſciant quam, qualem, & quantam infirmātibus exhibere debeant medicinam. Vnde Bonauent. in 4. diſt. 18. vltim. q. ſuper literā ait. Quòd ille, qui ſoluit, & ligat ſecundum voluntatem, non ſecundum ſcientiæ, & iuris regulam: errat, & decipit. Proinde ſacerdos, & religioſus inexpertus audiat ſimplices pueros, & ruſticos: non autem eos qui habent perplexos, & intricatos caſus. Qui ſi audierit tales, cum non intellexerit eorum caſus: oportet confitentes iterum confiteri, ſicut ſupra dictum eſt arti. 2. Vt autem ex vera confeſsione fiat in anima conſecutio fructuum prædictorum, ſecundum Sco. in 4. diſt. 17. præcedere debet diligens examinatio peccatorum, ſecundum poſſibilitatē fragilitatis humanæ. Et intelligo tantam inquiſitionem fieri debere, quantam quis ponere poteſt circa aliquod multum arduum, quod cordi ſuo eſſet multum charum. Hæc ſecundum Sco. Ex dictis patet, quid ſit confeſſio ſacramentalis, & vnde originem ſumpſit: quia ex ore Domini noſtri Ieſu Chriſti, ac Apoſtolorum eius. Et quàm admirabiles fructus eius conſequantur per eam veraciter pœnitentes, vt integra fide, ſpe firma, atque feruenti charitate, præcedente G pręparatione atque examinatione condigna curratis ad ſacramentum confeſsionis, quaſi ad conſcientiæ illuminationem, ad miſericordię fontem, ad animę alleuiationem, ad gratię augmentationem, & tandē ad Dei glorificationem. Hoc largiente Domino noſtro Ieſu Chriſto, & confeſſionis inſtitutore, & gratiæ largitore, qui glorioſus in patria, & diues in miſericordia cum patre, & ſpirituſancto viuit, & regnat in ſæcula ſæculorum.

Bonauen. in 4 d. 18 q. vltima.

Scotus in 4. d. 17.

H

FERIA TERTIA.

Poſt tertiam Domin. in Quadrag.

De correctione fraterna.

Sermo. XXVIII.

SI peccauerit in te frater tuus, *vade, & corripe eum.* Mat. 18. & in Euanglio hodierno. Si enim vim huius termini corripere, voluerimus ponderare, nihil aliud indicare videtur, niſi cor peccatoris à malo

A malo ad bonum ſubito rapiendo mutare. Dicuntur enim rapi, quæ ſubito auferuntur, ſicut ſi ignitus carbo ſuper propriam vel ꝓximi cecidiſſet veſtem, rapere eum & illũ ſubito auferre. Necnon & ſyllaba dicit̃ corripi, quæ ſubito & raptim pronunciatur. Cito nempe cor fratris a malo ad bonum transſertur, cum ei turpitudo ſuæ culpæ & pulchritudo diuinæ gratiæ dulciter demonſtratur, quod in fraterna correctione euenire contingit. Proinde fraterna correptio ſic diffiniri ſolet. Correptio eſt admonitio fratris de emendatione peccatorũ, ex charitate fraterna procedens. Planè nomen fratris, omnis homo, etiam peccator, intelligi debet: ſiue æqualis, ſiue minor, ſiue etiã maior ſit ille: quia ex vno patre Deo creati, qa ex vno patre Adam generati, atque ex vno patre Christo regenerati & redempti ſumus. Ponit̃ tamen potius nomen fratris, q̃ hominis, aut peccatoris, eo ꝙ frater nomen eſt amoris & charitatis, quia ex vno p̃re creati & regenerati ſumus. Ideo correptio fratris, ex radice debet ꝓcedere charitatis. De hac igit̃ ſraterna correptione tria principaliter cõſiderem᷒. Primo eius obligationẽ, ſecũdo ordinationẽ, tertio eius cõditionem. C

Simile.

Correptio fraterna qd ſit. Vide Gab. in Canone lect. 34.

D

ARTICVLVS PRIMVS.

Quando homo obligatur, vel non, corrigere proximum ſuũm.

PRimo conſideremus huius fraternæ correptionis obligationẽ. Ait enim Dominus: Si peccauerit in te frater tuus, vade vt ſup. quod eſt præceptum affirmatiuum. Sed conſiderandum eſt, ſicut præcepta legis negatiua prohibent actus peccatorum, ita præcepta affirmatiua inducunt actus virtutum. Actus ſiquidem peccatorum ſecundum ſe, ſemper ſunt mali, ac etiam nullo modo, nec inſuper aliquo tempore poſſunt bene fieri: quia ſecundum ſe omnino ſunt mali, vt dicit Iſido. 2. Æthymo. Ideo negatiua præcepta obligãt ſemper & ad ſemper, niſi contrarium perciperet reuelatione diuina, quia dr̃. 14. q. 5. c. 3. dixit Dñs. Nec Iſraelitæ furtum fecerunt aſportando Ægyptiorum vaſa, ſed Deo iubente miniſterium tribuerunt. Actus autem virtutum non quolibet modo fieri debent, ſed debitis circunſtantijs obſeruatis. Quæ quidem requirunt̃ ad hoc, ꝙ actus ſit virtuoſus. ſ. vt fiat vbi debet, & ſeeũdum ꝙ debet. Et quia diſpoſitio eorum, quæ ſunt ad finẽ attenditur ſm rõnem finis: Ideo in iſtis circunſtantijs virtuoſi actus maximè attendẽda eſt ratio finis: qui quidem eſt bonũ virtutis. Si igitur aliqua talis circunſtantia omittatur circa virtuoſum actũ, quæ totaliter tollat virtutis bonũ: hoc quidẽ pręcepto cõtrariat̃. Si autem defectus alicuius circunſtãtię, q̃ totaliter virtutẽ nõ tollit, licet non perfectè attingat virtutis bonũ, non dr̃ eſſe cõtra præceptũ. Ioan. 2. Æthicorũ dr̃: quia ſi parũ a medio diſcedat̃ non eſt cõtra virtutẽ, ſed ſi multũ diſcedat̃, corrumpit̃ virtus in ſuo actu. Ad intelligendũ aũt, quãdo homo obligatur ad hãc correptionem, vel quãdo nõ: tres diſcretiones conſiderandę ſunt. Prima circa corrigentem, ſecunda circa delinquentem, tertia circa omittentem. E F

De fraterna correctione vide q̃ hẽt Pal. lib. 4. diſ. 19. q. 3. Gerſonẽ parte 3. de Con ſol. D. Gregorium in Hom. Cũ audiſſet Ioãnes in Vinculis opa Chri Vid Rich. in 4. diſt. 19.

Quod tria requiruntur ex parte corrigentis ad hoc quod obligetur corrigere proximum ſuum. Cap. I.

PRima diſcretio cõſiderãda eſt circa corrigentem. Vbi notandum, ꝙ ad hoc quòd homo corrigere obligetur: tria requiruntur ex parte ipſius corrigentis, aliter non obligetur. Primum eſt certitudo, ſecundum eſt mãſuetudo, tertium eſt aptitudo. Primũ eſt certitudo, i. ꝙ ſciat certè proximi ſui culpam. Vnde Eccle. 11. Priuſquam interroges. ſ. de veritate rei, non vituperes quemquam & cũ interrogaueris, corripe iuſte, id eſt, ſecundum ordinem inferius annotatum. nec tamẽ ſufficit hæc certitudo apud ſe. Nam ſi criminaliter agitur, & timetur deſectus probatiõis, & obligatur actor ad talionem, ſi in ꝓbatione deficiat: tunc homo proximum accuſare non obligatur. Idem fortè dicẽdum eſt, qñ in moralibus ſunt variæ Doctorum opiniones, & eſt periculum in populo ſcandalum ſuſcitare, tenendo vnam opinionem: tunc credo non eſſe neceſſe populum circa talia redarguere, niſi valde tẽperatè. Secũdũ eſt mãſuetudo, ſ. in corripiẽdo. Quia corripiẽs cum turbatione & ira magis ad malũ prouocat, q̃ ad bonum. Vnde Apoſtol. 2. ad Theſſ. 3. Nolite quaſi inimicum exiſtimare, illũ. ſ. delinquentem, ſed corripi te, vt ſratrem. ſ. cum manſuetudine. Quod idem intelligẽs neceſſariũ. j. ad Cor. 4. ait. Quid vultis? in virga veniam ad vos, an in charitaie & ſpũ mãſuetudinis? Et merito talis bonus mod᷒ obſeruãdus eſt. Nã Prouerb. 25. dr̃, Lingua mollis cõfringet duriciẽ. Et iterum c. 15. ait, Lingua placabilis, lignũ vitę. Quę aũt immode G H

Ex parte corrigẽtis tria requiruntur.

Primum.

Secundũ.

A rata eſt,conteret ſpūm. Vnde propheta ait, *Pſal.* Superuenit manſuetudo & corripiemur. Vnde Auguſ.ſuper epiſtolam ad Gal. Quicquid lacerato animo dixeris,punientis eſt impetus,non charitas corrigentis. Dilige, & dic quicquid voles. Hæc ille. Iterum in 2.li. de ſermo.Do.in mon.ait idē:Rarò, & magna neceſſitate obiurgationes adhibendæ ſunt,ita tamen vt in his & in ipſis non nobis,ſed Deo ſeruiatur,inſtemus. Tertium ē *Tertium.* aptitudo.ſ.ad corrigēdum, quæ.ſ.in alio nō ſit tanta, ſicut in eo. Nam ſi ipſum peccantem videāt alij,æque boni, ſicut tu vel B fortè meliores, & illi fortè magis familiares, aut prælatus ſuus: probabiliter ſupponere ſic poſſis, ꝙ aliquis illorum,in quib.eſt debitum & aptitudo corrigendi illum, corripiet eum. Et Apoſtolus ad Hebr. 12. dicat. Quis eſt filius, quem non corripiet pater? Et iterum.3.Reg.20.prælatus dicitur. Cuſtodi virum illum, qui ſi lapſus fuerit, erit anima tuà pro anima illius. Vnde non debeo credere,ꝙ prælatus ſuus ſit immemor ſalutis ſuę:quod eſſet,ſi negligeret corripere illum. Si autem certum eſſet, ꝙ oēs negligerēt corripere illū:tunc cū aliis conditionib. concurrentibus teneretur. Hæc ſm Gallen- C ſem,vel Guallēſem,in qōnibus diſputatis.

Quod tria requiruntur ex parte delinquentis ad hoc,ꝙ quis corripere obligetur proximum ſuum. Cap. 2.

SEcunda vero diſcretio obſeruanda eſt circa delinquentem. Nam ad hoc ꝙ aliquis teneatur corripere delinquentem etiam tria requiruntur in eo. Primum eſt ſpes veriſimilis, ſecundum culpa mortalis, tertium opportunitas temporis. Primum, quod in delinquente requiritur, eſt ſpes veriſimilis & probabilis. ſ.de futura correctione. Quia cum correptio inſtituta eſt propter emendationē fratris,ſicut patet in Euāgel.hodierno,ſi hoc non ſperat,ſed peiora- D tio timeatur:tunc correptio non deberet fieri,cum eſſet dare culpę nouę occaſionem & peccatum eſſet,teſtante Dn̄o Prouer.9. Noli arguere deriſorem, ne oderit te.ſ.non ꝓpter te,ſed ꝓpter ſe,ne deterior fiat. Et paulo ante dicit. Qui erudit deriſorē, ipſe ſibi facit iniuriam:& qui arguit impiū,ſibi maculam generat.. Vnde Hierony.Fruſtra niti, & nihil aliud quàm arguendo odium quærere,extremæ dementiæ eſt.Secundo requiritur, ꝙ ſit culpa mortalis. Nam correptio ſit ad lucrandum fratrem amiſſum per peccatum,

Tria requiruntur ad corripiendū delinquentem.

Spes vera.

Culpa mortalis.

catum, quia dicitur in Euān.hodierno:Si au- E tem te audierit, lucratus eris fratrem tuū. Non enim amittitur anima fratris, niſi per mortalem culpam.Ex quo patet ꝙ corripere fratrem eſt, quando peccat mortaliter ꝑceptum.Vnde Eccle.17. Vnicuique mandauit Dn̄s de proximo ſuo.ſ.corripiēdo. Corripe vero, quando venialiter peccat,eſt conſilium. Tertium vero,quod requirit̄,eſt opportunitas temporis.i.ꝙ ſit ſpes ꝙ nō hēat maiorem opportunitatem tēporis ad corripiendum fratrem. Vnde Aug. de ciuit.Dei, lib.1.c.9.dicit: Si quis propterea obiurgandis corripiendiſq; male agētibus parcit, qa tempus opportunum quærit. Sequit̄. Non F videtur occaſio cupiditatis, ſed conſilium charitatis. Ex dictis patet,ꝙ cum corripere fratrem ſit præceptum affirmatiuū, obligat ad ſui executionem tempore neceſſitatis. Tunc aūt verè neceſſitas eſt,qn̄ prędicta ſex quæ in hoc & in præcedenti cap.dicta ſunt, concurrunt ſimul:ita ꝙ ſi non occurrunt, licet homo hoc pręcepto ligetur,non tamen obligatur ad exequendum illud.i.ad corripiendum,ſed differre pōt ſine peccato,quouſq; hæc ſex ſimul concurrunt. Prędicta aūt ſex de p̄lato non intelliguntur, de quo non eſt ſermo ad pn̄s. Qn̄ autē oīa ſex concurrunt,tunc tenet̄ homo propter tria corripe- G rę fratrem.Primo propter ꝑceptionem, de qua ſup.dictū eſt.Facit ad hoc. ext. de verb. ſig.c.in his.vbi dicitur, quod ꝑcipit̄ imperatur, & quod imperat̄ neceſſe eſt fieri. Et 14. q.j.c.vlt.dicit Aug. Quiſquis ꝑceptis nō obtēperat,re⁹ eſt & debitor pęnę. Secūdo pp deteſtationē.vnde 83.diſ.c.error,dr̄: Error, cui nō reſiſtit̄,approbat̄.Et ſubdit̄.Negligere quippe cū poſſis pturbare peruerſos, nihil aliud eſt q̄ fouere. Ad idē.86.diſ.c.faciētis.ext. de homici.c.ſicut dignū. Tertio pp ſubuentionem. Quia qui pt̄ iuuare ꝓximū, & non iuuat, conuincit̄ ſummū non amare paſtorē,vt patet.80.q.1.c.in ſcripturis. Sed nunqd tenet̄ homo pp hoc ꝑceptū inquire- H re correptione egentes? Dicendum ꝙ illud, ꝙ debet:aut debet̄ pſonæ certę,aut incertę. Primo aūt ſi homo debet aliquid pſonę certæ & determinatę: ſiue illud ſit bonū tpale, ſiue ſpūale:neceſſe eſt, ꝙ illud ei impendamus, nō expectātes ꝙ nobis occurrat, imo tenemur eū q̄rere nedū in debito tpali, ſed multomagis in debito ſpūali: ſicut in illo, q hēt alteri⁹ curā,qa debet eū q̄rere & corrigere de pctō.43.diſt.Epheſijs.Secūdo aūt illa bn̄ficia, quæ non debent̄ certæ pſonæ, ſed cōiter oībus pſonis:ſiue ſint tpalia, ſiue ſpiritua-

Tpis opportunitas.

A ſpũalia non oportet nos quærere, quib. impendamus, ſed ſufficit ꝙ illis impendamus, qui nobis occurrunt. Hoc.n. pro quadã ſorte habendũ eſt, ſm Aug. in lib. de Doc. In li. quoq; đ verbis Dñi ait. Admonet nos Dñs nr̃, ꝙ non negligamus pcã nr̃a, non quærẽdo quid repræhendas, ſed vidẽdo quid corrigas, alioquin efficeremur vitę eorũ exploratores contra illud, quod dicitur Prouerb. 24. Non inſidieris & quæras impietatem in domo iuſti, nec vaſtes requiem eius. art. ad hoc. 6. q. 1. c. ex merito, in fi.

B *Triplici ex cauſa dimittit homo corrigere peccatorem, vel bene, vel male.* *Cap.* 3.

TErtia aũt diſcretio conſideranda eſt circa omittentem. ſ. correptionem, ſm Rich. in 4. diſt. 19. fraterna correptio tripliciter omitti p̃t. Primo ꝑpter charitatem, ſecundo ꝑpter ſenſualitatem, tertio propter tepiditatem. Primũ eſt virtuale, ſecundum veniale, tertium mortale. Primo propter charitatem, & hoc eſt virtuale. Vñ Aug. 1. de ciui. Dei. c. 9. Si quis ppea obiurgandis & corripiẽdis malè agẽtib. parcit, q̃a opportunũ tp̃s inquirit, vel de eiſdem ipſis metuit, ne deteriores ex hoc efficiant̃, vel ad bonã vitã & piam erudiendos impediant, alioſq; infirmos p̃mant, atq; auertãt a fide: non vr̃ cupiditatis occaſio, ſed cõſiliũ charitatis. Similiter dicendũ eſt, ſi omittit̃, quia non hr̃ conueniens locus. Secũdo propter ſenſualitatẽ, & hoc eſt veniale, vtpote qñ ꝑpter tẽporale cõmodũ habendũ, vel incõmodum vitandũ, efficit̃ hõ tardior ad correptionẽ: non tñ in tm̃, quin ſi ſibi cõſtaret ꝙ poſſet eũ extrahere a mortali culpa, hoc nõ omitteret propter cõmodũ tpale. Et de hoc ſcđo modo in primo de ciui. Dei. c. 9. circa princi. Aug. ait. Aliqñ corripiẽdis fratribus deſiſtunt hoies, vel ꝑpter laborẽ, vel ꝑpter verecũdiã, vel propter vitationẽ nocumẽti tpalis: quãuis tñ diſpliceat malũ eorũ. Nec incidunt in illam damnationẽ, q̃ poſt hanc vitã talibus p̃parat̃. Tertio modo omittit̃ correptio ꝑpter tepiditatẽ, & hoc eſt mortale. Vnde qñ homo ꝓbabiliter ſperat & credit, ꝙ poſſet fratrẽ ſuum retrahere a pc̃tõ, & hoc omittit facere propter aliquod commodum tẽporale, vt puta quia timet iudicium vulgi, & cruciatum carnis, ſiue peremptionem, dum tñ hæc in aĩo ita dñentur, ꝙ præponantur charitati fraternæ: tunc enim ordinem charitatis peruertit plus diligẽdo commodum tẽporale, quàm animam proximi & honorẽ Dei. Vnde Aug. vbi ſup. Pleriſque ab eis commonendis, obiurgãdis & corripiendis malè diſſimilat̃: ne vel eos offendamus, vel eorum inimicitias deuitem⁹: ne impediant & noceant in iſtis temporalibus rebus, quas adipiſci adhuc appetit nr̃a crudelitas: ſiue quas amittere formidat infirmitas. Hæc ille. Vnde glo. ſuper illud Eccleſiaſt. 17. Vnicuique mandauit Dominus de proximo ſuo, dicit: Ita peccat, qui fratrem ſuum peccare videt, & tacet: ſicut qui peccanti non indulget.

Correctio fraterna tripliciter omittitur.

C D H E

Qua rõne omittitur correctio.

ARTICVLVS SECVNDVS.

F *De triplici correptione, ſcilicet fraternali filiali & paternali.*

SEcundo conſideremus correptionis ordinationem, ſeu modificationẽ. Secũdũ enim Caſſi. lib. 4. epiſtolarũ. Ægris nõ vna cã ſalutis eſt: Alter cibis reficit̃, alter per abſtinentiæ beneficia attenuatur: Hic lauacra mollia, ille ferrũ quærit ad vulnera. Et variũ remedium poſcit diuerſa qualitas paſſionum. Proinde triplicẽ diſtinguamus correptionem. Prima eſt fraternalis, ſecũda eſt filialis, tertia eſt paternalis, de quib. per ordinẽ pſ. 140. ait: Corripiet me iuſtus in miſericordia, & increpabit me. Prima eſt fraternalis æqualis ad ęqualẽ. Et de hac dicit. Corripiet me iuſtus. Scđa eſt filialis. i. minoris ad maiorẽ. Et de hac ſubdit̃, ĩ miſericordia. Tertia eſt fraternalis. i. maioris ad minorẽ: & de hac ſubinſertur, & ĩcrepabit me. Quod verbũ poteſt eſſe p̃ſentis articuli aliud thema.

Correctio triplex.

G

Quando homo tenetur corrigere proximum ſuum: & quomodo & quem fructum conſequatur homo ex eo. *Cap.* 1.

H PRima eſt correptio fraternalis. id eſt ęqualis ad æqualẽ. Vñ pſal. ait. Corripiet me iuſtus. i. q vult eſſe iuſtus. Circa quã tria in textu hodier. Euang. cõſideranda ſunt. ſ. fraternæ correptionis. Primo caſus, ſecũdo modus, tertio fructus. Primo cõſiderãdus eſt fraternæ correptionis caſus, qui talis eſt, & a Dño ponitur, cum ait, Si peccauerit in te frater tuus. Vbi ponit tria, quę concurrũt ad fraternam correptionem. Primum eſt mortalis culpa, ſecundum notitia certa, tertium amicitia vera. Primum eſt, ꝙ ſit mortalis culpa. Vnde Dominus ait, Si peccauerit,

Tria conſiderãtur adhuc notatu digna circa fraternã correctionẽ & tria concurrũ ad fraternã correctionem. Pſal.

A rit, ſ. mortaliter. aut eſt in aperto & grandi periculo ruendi in illud, ſm quoſdã, quod & ſatis rõnabile vr̃, ſicut in præcedenti arti. dictum eſt, c. 2. Secundum eſt, ꝙ ſit notitia certa. Ideo ſubdit, in te. Quod tripliciter exponi poteſt. Primo in te. i. te prouocante, te ſauente, te inducente, te conſiliante: tūc dignè debes ſatisfacere & pœnitere. Secūdo ſi peccauerit in te, id eſt te patiente: & tunc debes indulgere. Vnde Matth. 18. Nõne oportuit, & te miſereri conſerui tui, ſicut & tui miſertus ſum? Et Eccl. 31. Intellige, quæ ſunt proximi tui ex teipſo. Et Chryſoſt. ait: Si graue videtur damnũ, aſſicere

B debet lucrũ. Si graue videt̃ præceptum, cogita premium. Si graue ſit remittere ei, qui te contriſtauit: hoc eſt grauius incidere in gehennam. Tertio modo ſic. Si peccauerit frater tuus in te. i. te ſolo ſciente: tunc in ſecreto corripe, vt infra patebit. Tertium, quod requiritur in corripiendo, eſt amicitia vera. Ideo ſubdit, Frater tuus, id eſt ex fraterna charitate a te dilectus. Secundo conſiderãdus eſt correptionis modus, qui triplex eſt. Primus eſt modus amoroſus, ſecundus eſt

Triplex correptionis mod. modus timoroſus, tertius eſt modus pudoroſus. Primus eſt amoroſus. Et de hoc Dominus ait. Vade & corripe eum inter te &

C ipſum ſolum. Vbi oſtendit ꝙ tria debet habere ad hoc, ꝙ ſit amoroſus. Primo ſollicitudinem, ſecundo neceſſitudinem, tertio re-

Primo. ctitudinem. Primo ſollicitudinem: ideo ait, Vade. ſ. ne pigriteris, id eſt vade per ſollicitam diligentiam. Vade etiam ad literam inſtar diligentis paſtoris, qui vadit quærere perditam ouem, vt ex hac humili pietate ille citius reducatur ad bonũ. Ideo dicit Chryſoſt. Peccator ira & verecundia detinetur, ebrius factus quaſi graui ſomno. Vnde o-

Secundo. portet te, qui ſanus es, ad illum ire, ſicut medicus ad ægrotum. Secundo debet habere neceſſitudinem, id eſt debes ex charitate cõſiderare, quantum illi & tibi neceſſarium

D eſt eripere eum de ſtatu damnationis. Ideo Dominus ait, Et corripe eum; id eſt, cor eiꝰ rape de ſtatu damnationis, vel perditionis. Contrarium multi agunt. Nam quidam eũ laudant, quidam diſſimulant, quidam exa-

Expoſitio correp. ſperant, quidam negligunt, quidã occidunt. Contra hos omnes primo ait, Corripe. Nõ dicit lauda, adulando: quoniam vti Propheta ait, Laudatur peccator in deſiderijs animæ ſuæ, & iniquus benedicitur. Secundo inquit, Corripe. nec ait diſſimula, ſubticendo. Vnde Auguſt. de verbis Dñi ait: Si neglexerit, peior eo factus es. Ille iniuriam fecit,

graui vulnere ſeipſum percuſſit. Tu vulnus fratris contemnis, peiores tacendo, quàm ille conuiciando. Tertio dicit, Corripe. non dicit exaſpera, obiurgando: Nam fraterna correptio, ſicut in 1. c. 1. arti. dictum eſt, mãſuetè fieri debet. Vnde ad Galat. 6. Vos, qui ſpirituales eſtis, inſtruite huiuſmodi in ſpũ lenitatis. Vnde Auguſtinus, ſuper eandem epiſtolam ait. Nihil probat ſpiritualem, virum ſicut peccati alieni tractatio: cum liberationem eius potiuſque eius auxilia quam conuicia meditatur. Quarto ait, Corripe; non dicit differas negligendo & pigritãdo. Vnde 86. diſt. c. facientis, dicitur: Facientis proculdubio culpam habet, qui quod poteſt corrigere, negligit emendare. Vnde Caſſio. lib. 1. epiſtolarum ait. Succurrendũ eſt, ne tractu temporis impunita mala conualeſcant. Malum enim cum perſeuerat, augetur & remediabile bonum eſt peccato accelerata correptio. Quinto etiam ait, Corripe. Non dicit, occidas conuiciando: nam Dei voluntas, cui nos in omnibus conformare debemus, eſt, ꝙ nullus pereat eo atteſtante, qui Ezech. 18. ait, Nolo mortẽ peccatoris, &c. Tertio vero, vt modus correptionis, ſit modus amoroſus, debet habere rectitudinem. Ideo ſubditur, inter te & ipſum ſolum. Et hic quidem eſt rectiſſimus modus corrigẽdi fratrem. Vnde Origenes, ſuper. Leuit. Non vult te Dominus, ſi fortè videris peccatum fratris tui continuo volare ad publicum, & clamare paſſim & diulgare aliena peccata: quod eſſet vtique non corrigentis, ſed potius diffamantis officium. Si videris fratrem tuum non rectè agentem, argue eum inter te & ipſum: inquit, Solus vidiſti, ſolus inter te & ipſum corripe: vbi enim ſibi miniſterium ſeruari viderit, ſeruabit ipſe emendationis pudorem. Si vero ipſum diffamari videat, illico ad negandam impudentiã conuertetur: & non ſolum non emendabis peccatum, ſed etiam duplicabis. Vnde Auguſtinus in ſermone Domini in monte, exponens dictum verbum ait, Corripe inter te & ipſum ſolum. Studens correptioni, parcens pudori. Forte enim præ verecundia incipiet defendere peccatum ſuum: & quem vis facere meliorem, facis peiorem. Aduertendum eſt tamen, quòd peccatum proximi poteſt tripliciter variari. Nam aliud eſt publicum, aliud pernicioſum, aliud vero eſt occultũ. Primo enim eſt peccatum publicũ & vergit in multitudinis damnum: vt puta hęreſis incendium, & ſic

Tertio.

Pctũm ꝓximi pt tripharíã cõſiderari.

Pctũm publicũ pernicioſũ, et occultũ.

A ſic de alijs. Vnde primo Timoth. 5. Peccantes coram omnibus argue, vt & alij timorem habeant. Et ad idem facit. 45. diſtinct. ſed illud. Ratio eſt, quia tunc non tantum in ſe, verum etiam in alios per malum exemplum peccat. 11. qõ. 3. præcipuè. Et iterũ Iſid. de ſum. bo. li. 3. c. 46. ait. Manifeſta peccata nõ ſunt occulta correptione purganda. Palam enim ſunt arguenda, quæ palam nocent: vt dum illa aperta obiurgatione ſanantur, hi qui eos imitando deliquerant, corrigantur. Dum enim vnus corrigit, plurimi emendantur. Melius eſt enim vt ꝓ
B iuſtorum ſaluatione vnus damnetur, quam ꝙ per vnius licentiam multi periclitentur.

Pcũm pni cioſum. Secundo eſt peccatum pernitioſum & peſtiferum, quod licet occultum ſit, tamen poteſt multis inferre maximum nocumentũ, ſicut ſunt hęreſes & proditiones. Proinde cum tales in alios periculoſiſſimè peccent, ſtatim abſq; monitione pręmiſſa denunciãdi ſunt, niſi homo ſciret & firmiter ęſtimaret, quòd ad eius ſecretam monitionem ſtatim poſſet talia mala impedire. Tertio eſt

Peccatũ occultũ. peccatum occultum. Nam peccatum, qñ eſt ſolum in malum peccantis, & eius in quem peccatur, vel quia læditur ab eo, vel ſaltem
C ex ſola notitia eius: tunc debet homo, ſi poteſt ſic emendare fratrem ſuum, vt fama eiꝰ conſeruetur. Et ſic eſt de neceſſitate pręcepti, vt ſecreta admonitio publicam denunciationẽ pręcedat. Talis autẽ ſecreta admonitio debet aut ſemel, aut pluries fieri, quãdiu ſpes de correctione probabiliter haberi

ſecreta ad monitio ñ ſit ſemel. poteſt. Propter tria enim talis correptio debet fieri occultè. Primo vt peccator a malo reuocetur, ſecundo ne alij infamenẽ, tertio ne ad peccatum alij prouocẽtur. Primo vt peccator a malo reuocetur. Vnde Hiero. Corripiendus eſt ſeorſum peccator: ne ſi ſemel publicè correptus verecundiam aut pudorem amiſerit, permaneat in peccato.
D Vnde ſuper prædicto verbo, Si in te peccauerit, &c. Auguſtinus de verbis Domini ait: Quia enim ſecretum fuit, quando in te peccauit, ſecretum quære cum corrigis quæ peccauit. Nam ſi tu ſolus noſti, quia in te peccauit, & eum vis coram omnibus arguere: non es corrector, ſed proditor. Plerique enim a peccatis timore infamiæ retrahuntur. Cum autem ſe ſentiunt infamatos, liberius atque licentius peccant, atque in profundum peccatorum ſe mergunt, ſecundum quòd dicitur Prouerbiorum decimo octauo. Peccator nanque cum in profundum peccatorum deuenerit, contemnit. Idem dicitur diſtinct. E
17. cap. nec licuit, & extra de iudi. cum non ab homine. Secundo vero debet correptio occultè fieri, ne alij infamentur. Vnde Auguſtinus in Epiſtola ad plebem Hypponenſem ait: Cum de aliquibus, qui ſanctum nomen profitentur, aliquid criminis vel falſi ſonuerit, vel veri patuerit: inſtant, ſatagunt, ambiunt, vt de his omnibus hoc credatur. Hæc ille. His tamen temporibus multum neceſſe eſt occultum peccatum clerici, vel religioſi occultè corrigere: quia cum aliquod peccatum illorum publicatur, aut publicè caſtigatur: ſtatim *Neceſſitas horũ tgorum.*
F cęteri infamantur, vt dicitur ab inſano vulgo: Nulla proditio in mundo fit, vbi non ſit aliquis religioſus, ſiue ſacerdos, & cętera ſimilia. Tertio vero debet correptio fieri occultè, ne ad peccandum prouocentur cæteri, ſecundum quòd dicitur ad Romanos decimo quarto. Ne ponatis offendiculum fratri, vel ſcandalum: quod maximè a prædicatoribus ſeruandum eſt. Nam peccata multum enormia & ſecreta, maximè carnalia, non ſunt populo propalanda, eo quòd fragiles ex tali auditu inſtigante humani generis inimico, facilè ad conſimilia prolabuntur. Nec tamen G
hi, quæ in talia corruerunt, emendantur: ſed potius credentes in talibus ſe non eſſe ſolos, amplius confirmantur & indurantur. Verum a Domino ſubinfertur, Si te audierit, lucratus eris fratrem tuum, ſcilicet Deo ſibi & tibi. Et ſecundum Chryſoſtomum innuatur, quòd inimicitiæ commune eſt damnum. Et ideo non dixit, quòd ille lucratus erit ſeipſum, ſed quòd tu lucratus es eum. Vnde Hieronym. per ſalutem alterius nobis quoque acquiritur ſalus. Secundo autem in corrigendo tenendus eſt modus timoroſus. Nempe de vno extremo ad aliud extremum per medium conuenienter itur. Voluit enim Dominus in correptione fraterna, quòd principium eſſet occultum, dum frater corripit fratrem inter ſe & ipſum ſolum: finem vero publicum voluit eſſe, ſcilicet vt eccleſiæ denunciaretur. Ideo inductio teſtium in medio conuenienter ponitur, vt primo crimen fratris a paucis indicetur, qui ſcilicet poſſint prodeſſe & non obeſſe: vt ſaltem ſic ſine multitudinis infamia eius correptio fiat. Ideo ſubdit Dominus dicens: Si te non audierit, adhibe tecum adhuc vnum vel duos, vt in ore duorum, ſcilicet, ſi aſſumpſeris vnum, vel *Modus tenendus in correctione.* H

A trium teſtium, ſi aſſumpſeris duos: ſtet omne verbum, id eſt, ſtabile fiat & ſtabile ſentiatur. Item hæc teſtium inductio fit propter tria. Primo propter declarationem, ſecundo propter teſtificationem, tertio propter confuſionem. Primo propter declarationem. id eſt, vt corripiens oſtendat ꝙ delinquens peccatum commiſit, ſecundum Hieron. Vnde Eccl. 19. Corripe amicũ tuũ, ne forte non intellexerit & dicat, nõ feci: aut ſi fecerit, ne iterum addat facere. Secũdo propter teſtificationem .i. ad teſtificandum, ꝙ admonens fecit, quod in ſe fuit, ſecundum Chryſoſt. Tertio propter confuſionem, hoc eſt ad cõuincendum delinquẽtem de accuſatione, ſi actus itereẽ, ſm Auguſt. Prędicta aũt inductio teſtiũ, ſicut dictum eſt, fieri debet: niſi forte timeaẽ, ꝙ pp hoc peccator deterior fieret, quia tunc deſiſtendum eſſet. Tertio vero in corripiendo tenendus eſt modus pudoroſus. Vnde dñs ſubdit, Et ſi non audierit eos. ſ. & tecũ eis, dic eccleſiæ: vt innuat manifeſte, qa cõſciẽtia famæ præferenda eſt. Vnde Dñs maluit ꝙ potius cum diſpendio famę ſuæ corrigeretur peccator per publicam denũciationẽ, quàm ꝙ fama ſeruata anima ſpũaliter moreẽ. Vnde Chryſoſt. ait: Sicut medicus, cũ

Inductio teſtiũ pp tria fit, vel vt peccator emẽdet, vel ut nubeſcat vel vt corrigens debitũ ſuũ perſoluat. Vide q̃ habet D. Chryſ. & D. Aug. ĩ pñti loco.

Modus pudoroſus tenẽdus in cõfeſſione

C viderit morbum periculoſum, non deſiſtit, ſed tunc magis pręparaẽ ad curam: ſic etiam quanto peccator inuerecũdior & ptinatior fuerit, tanto minus ad iram & odiũ, ſed ad medicinam nos ſtudere oportet. Vnde vltimum remedium adhibens dicit, Dic eccleſiæ, quod tripliciter põt exponi. Primo dic eccleſiæ .i. multitudini, ſecundum Hiero. Vt qui paucorũ pudore ſaluari nõ potuit, multorum ſaluetur opprobrijs. Secundo modo dic eccleſiæ .i. ei, qui pręſidet, ſm Chryſoſt. vt per p̃latos eccleſiæ excõicatio fiat, & ſic maiorẽ erubeſcentiam patiatur. Tertio modo dic eccleſiæ .i. coram p̃lato cõuince p teſtes. Si vero per obiurgationẽ pręlati non correxerit ſe, eum tanquam pertinacem hę

Quid per Eccleſiã debemus audire.

D reticũ & excõicatũ deuita. Vnde Sen. de clementia ad Neronẽ ait: In iudicãdo ſiue corripiendo lex hęc tria ſecuta eſt, quę principes quoq; ſequi debent, vt aut eum quẽ punit emendet, aut pęna eius reddet cęteros meliores, aut ſublatis malis ſecuriores ceteri quoq; viuant. Tertio vero conſiderandus eſt fraternæ correptionis fructus: qui quidẽ triplex eſt. Primus eſt lucrum vnius animę, ſecundus inſuſio gratię: tertius eſt adeptio gloriæ. Primus eſt lucrum vnius animæ. ſ. proximi correpti, qui ſe emendat. Quia Dominus ait, ſi te audierit, lucratus es fratrem

Fruct⁹ fraternæ correctionis triplex. Primus.

E tuum. Secundo eius fructus eſt inſuſio gratiæ. Vnde Prouerb. 28. Qui corripit hoiem, gratiam poſtea inueniet. Proinde. 24. c. idẽ ait: Erue eos, quę ducuntur ad mortem: & qui trahuntur ad interitum, liberare nõ ceſſes. Expoſitor. Quidã vero ducunẽ ad mortem mortalis culpæ voluntate conſentiẽte peccato tales ergo erue. ſ. conſulendo, docendo, monendo & corripiendo. Quidam vero propter patratam culpam trahunẽ ad interitum ſempiternum. ſ. vel tentationib. dęmoniorum, aut ſuggeſtionibus impiorũ,

Secundus

F ant fallacijs & verſutijs hæreticorũ: & hos ſimiliter iuuare neceſſe eſt. Tertius vero fructus eſt adeptio gloriæ. Vnde Iac. in fine canonicæ ſuæ ait: Si quis ex vobis errauerit a veritate, & conuerterit quis eum: ſcire dẽt, quoniam qui conuerti fecerit peccatorẽ ab errore viæ ſuæ, ſaluabit animam eius a morte, & operit multitudinem peccatorum.

Tertius.

Quando & quomodo ſubditi prælatum & dominum delinquentem corripere poſſint. Cap. 2.

SEcunda vero eſt correptio filialis .i. minoris ad maiorem. Et de hac pſal. ſubdit, in miſericordia: qa mira miſericordia debet fieri correptio iſta. Proinde notãdum eſt, ꝙ prælati, dñi & parentes indigẽt magno auxilio ſubditorum. Vnde Auguſt. Quanto quiſque ſuperiori conſtitutus eſt loco, tanto maiori verſatur periculo. Vnde Ambr. in ſuo paſtorali. ait. Sicut eſt leuius de plano corruere: ſic grauius eſt, quæ de ſublimi ceciderit dignitate, quia ruina, quæ de alto fit, grauiori caſu colliditur. Honor quippe Epiſcopalis coram omnibus præclarus eſt: ſed ſi ruinam ſuſtineat, dolor magn⁹ eſt, nec conſtat tantam gloriam ſequi poſt victoriam, quantam ignominiam poſt ruinam. Et ideo miſericorditer ſuccurrendum eſt ſtatui prælatorum & dominorum. Conſi

Pſal. G

H derandum tñ eſt, ꝙ & ſi prælatus eſt frater naturæ conformitate, eſt tamen pater amore & charitate, & eſt ſuperior ex officij poteſtate. ſi tamen peccat, vilis conditionis efficitur. Vnde Iſido. de ſum. bo. Quanto ſplẽdoris honore quiſque celſior eſt, tanto ſi delinquat peccator maiorem. Si igitur ſubditus prælatum peccantem corrigit: non cõtra eum loquitur, ſed pro eo: atque ei tanquam frater adiutorium præſtat. Vnde Prouerbiorum 18. Frater qui iuuatur a fratre, tãnquam ciuitas firma. Tripliciter autem

Prælatus tripl. pōt corrigi a ſubdito. *Primo.*

A corrigi debet a ſubdito dominus aut prǽlatus. Primo humiliter abſq; prǽſumptione, ſecundo ſecretè abſque diſſamatione, tertio modeſtè abſque obiurgatione. Primo humiliter abſq; præſumptione. Vnde Greg. in paſtoral. c. 28. ait. Admonendi ſunt ſubditi, ne dum culpas præpoſitorum conſiderant, cōtra eos audaciores fiant. Sed ſi qua eorum ſunt valde praua, ſic apud ſe diiudicent: vt cum Dei timore conſtricti ferre ſub eis iugum reuerentiæ non recuſent. Hæc ille. Si præſumptuosè obiurgatur, peccatum eſt. Vnde Exo. 19. myſticè dicitur: beſtia, quæ montem tetigerit, lapidabitur. Vnde 2. Reg. 6. dicitur, ꝙ Oza percuſſus eſt a domino & B ſtatim interijt: quia præſumptuosè tetigit arcam, per quam prǽlatus myſticè deſignat. Si autem abſque præſumptione quis corrigat eum, meritorium eſt. Nam & aſina Balaam reprǽhendit, Numeri. 22. & 2. Pet. 2. & 2. qō. 7. cap. ſecuti ſunt. & c. nos. §. cum Balaam. *Secundo.* Secundo debet corrigi ſecretè abſque diſſamatione, ſicut in c. præce. vltra mediū. Et de hoc melius dictum eſt in Quadrageſimali de Chriſtiana Religione. Sermo. 20. artic. 3. per totum. *Quadra. de Chriſt. relig.* *Tertio.* Tertio debent corripi modeſtè abſque obiurgatione. Proinde. 1. C Timoth. 5. Seniorem ne increpaueris, ſed obſecra vt patrem. Vbi Auguſt. ait: Seniorem, ſcilicet ætate & moribus vel officio, ne increpaueris propter ætatis honorem, vel dignitatem: ne indignè ferens ſe a iuniore correptum, magis exaſperetur quam proficiat. Sed ſequitur, obſecra vt patrem, vt facilius ſuſcipiat admonitionem. Senior tamen ſtultus, ſicut Gregorius dicit, vehementer increpandus eſt. non debet tamen inferior ſe intromittere minutatim facta prælati diiudicare in malum: & maxime propter leuia ſigna, quia hoc eſſet temeritatis. Nec ēt inquirendo diſcutere, quia hoc eſſet ſupe- D rioris poteſtatis. Sed quando eſt euidentia facti, cui reſiſtere non poteſt, nec ſuper hoc rationabiliter dubitare: tunc debet corripere prælatum, ſicut ſupra dictum eſt. Ex his patet, ꝙ per correptionē quæ eſt actus vindicatiuæ iuſtitiæ, inferiores nō debent corrigere ſuperiores, niſi manifeſtè errarent in fide. *Caſus.* Tunc quidem ſi non adeſſent ſuperiores, qui punirent aut vindicare nollent: tunc per inferiores puniri poſſent. Quia hæreſis reddit prælatum Catholico inferiorem: non tantum in foro interiori, verum etiam in exteriori.

De triplici correptione qua prælati atq; maiores tenentur ſuos corripere ſubditos. *Cap.* 3. E

TErtia eſt correptio paternalis. i. maioris ad minorem. Ideo pſalm. ait. Et increpabit me: quia vt plurimum eget *Pſal.* increpatione. Hæc quidē correptio triplex eſt. Prima eſt emendatiua, ſecunda eſt punitiua, tertia eſt permiſſiua. Prima eſt emēdatiua. *Conceptio triplex.* Vnde. 23. q. 4. cap. duo iſta. Auguſt. dicit. Duo iſta nomina, cum dicimus, homo peccator, non vtique fruſtra dicuntur, quia peccator eſt, corripe: & qa homo eſt, miſerere. Nec omnino liberabit hominem, niſi cum perſecutus fueris peccatorē. Huic F officio nominis inuigilet diſciplina, ſicut vtique regenti apta & accommodata eſt, nō ſolum epō regenti plebem ſuam: ſed etiā pauperi regenti domum ſuam: diuiti regenti familiam ſuam, marito regenti coniugem ſuam, patri regenti prolem ſuā, iudici regenti prouinciam ſuam, regi regenti gentem ſuam. Item. 23. q. 5. cap. non putes. Auguſt. ait: Non putes te tunc amare ſeruum tuum, quando eum nō cędis: Aut tūc amare filium tuum, quando non das diſci- G plinam ei: Aut tunc amare vicinū tuum, qn̄ non corrigis eum. Non eſt iſta charitas, ſed languor. Ferueat charitas ad emendandum & ad corrigendum. Si ſunt boni mores, delectent te: Si autem mali, corrigentur aut emendentur. Ideo Prouerb. 6. prælato dicitur. Diſcurre, feſtina, ſuſcita amicum tuum. *Tripliciter p̄latus dēt & teneri officiū ſuū.* In hoc verbo exhortatur prǽlatum ad tripliciter exercendum officium ſuum. Primo generaliter, ſcđo celeriter, tertio veraciter. Primo gn̄aliter. iō dicit, Diſcurre, ſcilicet modo ad hunc locum: modo ad illum locum, iuxta illud ad Roma. 12. Qui præeſt in ſollicitudine. Et illud Prouer. 27. Diligenter agnoſce vultum pecoris tui, tuoſque greges con H ſidera. Secundo celeriter. Ideo dicit, feſtina, ſcilicet propter periculum moroſæ dilationis. cum vita tua, & ſubditi tui ſit incerta, ſicut dicitur Iacob. 5. Ecce iudex ante ianuam tuam aſſiſtit. Tertio veraciter. Ideo addit, ſuſcita amicum tuum, ſcilicet in peccato iam mortuum. Sed vtique mirum eſt de aliquibus prælatis, qui remoti multum a ſubditis volunt per miniſtros ſuſcitare in peccatis mortuos: cum nec Hæliſeus per Giezi potuerit ſuſcitare mortuum. 4. Regum. 4. Nec legitur inſuper Dominus, niſi præſens, aliquem ſuſcitaſſe: Magna igitur dementia patris, quando quā-

A dam ſalſa clementia filium delinquentem non corripit: minoremque pietatis affectum habere videtur erga filium, quam erga iumentum. *Simile.* Nam ſi perſpexerit iumentum ſuum in puteum lapſum, ſtatim occurrit, coadiutores vocat, clamoribus inſtat, ſtimulis pungit, flagellis cædit, iniectis funibus trahit: nec ab incœptis ſames vel ſomnus retrahit, donec iumentum ſuum a puteo extraxit. Hic idem vidit filium ſuum lapſum in profundiſſimum puteum peccatorum, nec tamen illum vllis adminiculis inde extrahere nititur, nec flagellis. Sed audiant illud Prouerbiorum B decimotertio. Qui parcit virgæ, odit filium ſuum: qui autem diligit illum, inſtanter erudit eum. Sunt tamen plerique maiorum ſuorum correptionem non ſuſtinentes, quod quidem ſceleratæ mentis indicium eſt, ſicut dicitur Eccleſiaſtes. 32. Peccator homo vitabit correptionem, & ſecundum voluntatem ſuam inueniet comparationem. Vnde Gregorius in paſtoralis ait. Qui praua ſtudet agere, & tamen adhuc cæteros vult tacere: ipſe ſibimet teſtis eſt, quia plus veritate ſe appetit diligi, quam contra ſe vult defendi. Et Prouerbiorum decimoquinto, dicitur: Non a- C mat peſtilens eum, qui ſe corripit: nec ad ſapientes graditur. Sed audiant tales illud Prouerbiorum 29. vbi dicitur: Viro, qui corripientem ſe dura ceruice contemnit, repentinus ei ſuperueniet interitus, & eum ſanitas non ſequetur. Ac econtra de viro prudente, Eccleſiaſtici decimo, dicitur, Vir prudens & diſciplinatus non murmurabit correptus. Prædictam autem correptionem emendatiuam, quæ propriè charitatis eſt actus: non iuſtè dimittere debet homo, niſi finaliter viderit eum deteriorem efficere peccatorem. Nam ea, quæ ſunt ad finem, regulari debent ſecun- D dum quòd exigit ratio finis, vt patet vigeſimatertia quæſtione quinta, cap. prodeſt ſeueritas. vbi in fine Auguſtinus ait: Et plectendo & ignoſcendo, hoc ſolum bene agitur, vt vita hominum corrigatur. Quia ſi tanta eſt peruerſitas & impietas, vt corrigendæ rei, nec diſciplinæ, nec veniæ remedia ſuffragantur: ab omni tamen intentione atque conſcientia, quam Deus cernit, ſiue ſeueritate, ſiue læuitate, non niſi officium dilectionis impleatur. Hæc ille. Et iterum Prouerbiorum nono, dicitur: Noli arguere deriſorem, ne oderit te. vbi glo. ait: Non eſt timendum, ne tibi deriſor cum arguitur moleſtias ingerat, vel contumelias inferat: ſed hoc prouidendum eſt, ne tractus ad odium inde deterior fiat. Secunda vero eſt correptio punitiua. *Correptio punitiua.* Quæ quidem virtus iuſtitiæ eſt, in qua agitur de communi bono, & pertinet ad prælatos dominos & rectores, qui prouidentes multitudinis bono delinquentes puniunt, quamuis ipſi non emendantur: ſicut medicus manum vel membrum amputat ac abſcidit infectum, propter totius corporis ſanitatem. Sed de hac iuſtitia plenius eſt dictum. ſup. ſermone. 16. per totum, & maximè articulus tertius. Talis quidem corre- F ptio non eſt omittenda propter timorem eius, qui corrigitur, ne deterior fiat: immo iudex contra eum procedere debet. Vnde diſtinct. 4. capit. factæ. Iſidor. ait. Factę ſunt leges, vt earum metu humana coerceatur audacia: tutaque ſit inter improbos innocentia, & in ipſis improbis formidato ſupplicio refrenetur audacia, & nocendi facultas. Et vigeſimatertia quęſtione quinta, cap. lex ęterna. *Hieronym.* Hieronymus ait. Lex ęterna ita medio quodam loco poſuit aliqua, vt in eis vſurpandis merito repręhendatur audacia, & in exequendis iure laudetur obedientia. Abraam ſi ſpontaneus in occidendo filio motus fuiſſet, Geneſis 22. execra- G bilis haberetur, at iubenti Deo obſecundans famulatus eſt. Hæc ille. Ratio quidem æterna diuinę ſapientiæ ratio, qua tota vniuerſi communitas gubernatur, pro ut eſt directiua omnium actuum & motionum, quę inueniuntur in ſingulis creaturis. Et iterum in cap. non eſt. Auguſtinus ait: Non eſt innocentiæ parcendo ſinere ire, vt in malum grauius incidatur. Pertinet ergo ad innocentis, ſcilicet ad rectoris officium, non ſolum nemini malum inferre, verum etiam cohibere a peccato vel punire peccatum: vt aut ipſe qui prius odio H habebatur, corrigatur experimento, ſcilicet pœnæ, aut alij terreantur exemplo. Et iterum in cap. qui vitijs, idem ait. Qui vitijs nutriendis parcit & fauet, ne contriſtet peccantium voluntatem: tam non eſt miſericors, quam qui non vult cultellum rapere puero, ne audiat ipſum plorantem, & non timet ne vulneratum doleat, vel extinctum. Et in capit. non eſt crudelis, Hieronymus ait: Non eſt crudelis, qui crudeles iugulat. Sed crudelis ideo vocatur, quia crudelis patientibus eſſe videtur: Nam latro ſuſpenſus patibulo crudelem iudicem putat. Et in cap. qui malos, idem ait: Qui

malos

A malos percutit in eo, quod mali ſunt, & habet vaſa.i.cauſam interfectionis, vt occidat peſſimos: miniſter eſt Domini. Item in c. cum homo. Aug. ait: Cum homo iuſtè occiditur, lex eum occidit, non tu.ſ. miniſter legis. Tertia autem correptio permiſſiua quodammodo dici poteſt, ſeu etiã dimiſſiua. Tripliciter enim prælatus eccleſiaſticus dimittit correptionem. Primò venialiter, ſecundò mortaliter, tertiò vtiliter & virtualiter. Primò enim venialiter, quando timor facit prælatum tardiorem ad corrigendum. Si tamen conſtaret ſibi, ꝙ poſſet peccatorem retrahere à peccato, cupiditati & timori præponeret charitatẽ. quod interdum faciunt etiam ſancti homines. Secundò omittit mortaliter.ſ. quãdo ſcit peccatorem retrahere à peccato. & tamen dimittit propter iudiciũ vulgi, & carnis cruciationem, ſeu peremptionem. Tertiò verò omittit vtiliter & virtualiter, & hoc duobus modis. Primò, quando tempus opportunum quærit: ſecundò, quando timet ne populus, vel peccator corripiendus deterior fiat, ſicut patet per exemplum Gregor. 4. diſtin. c. denique. de quo plenius dicetur ſermo. 38. artic. 3. c. 3. circa princip. in primo notabili. Item 44. diſtin. c. comeſſationes. in vlt. glo. ſuper verbo, C cum multitudine. dicitur, quod propter multitudinem detrahendum eſt aliquid ſeueritati, vt 50. diſtin. vt conſtitueretur. & 1. queſt. 7. quotiens. & 23. q. 4. ipſa. & c. non poteſt. Quandoque etiam cum paucitate mitius agendum eſt, cum timetur ſcandalum. 23. q. 4. cum quiſque. Hæc glo.

Correptionẽ tripliciter ratione dimittit prælatus eccleſiaſticus.

B

Articvlvs Tertivs.

Vbi declaratur quando peccator peccat, vel non peccat corripiendo, vel prædicando.

D

TErtiò conſideremus correptionis, ſeu corrigentis conditionem, ideſt, ſi eſt peccator, vel iuſtus, qui corrigit. Et de hoc tria ſunt videnda. Nam eſt aliud corrigere ex debito, aliud eſt corrigere cum peccato, aliud ſine peccato.

Quod tam iuſtus, quam peccator propter tria ad fraternalem correptionem tenetur. Cap. 1. E

PRimò videndum eſt, quid eſt corrigere ex debito. Circa quod aduertendum eſt, quod non tantum iuſtus, ſed quilibet peccator debet corripere delinquẽtem. Nam ad obligationem correptionis tria faciũt, quæ etiam poſſunt eſſe in peccatore. Primum præcepti iniunctio, ſecundum eſt peccati cognitio, tertium proximi dilectio. Primũ eſt præcepti iniunctio. Nam, ſicut ſup. dictum eſt, Matt. 18. Si peccauerit in te frater tuus, vade & corripe eum: præcipitur indiſtinctè tam peccatori, quam etiam iuſto. F Vnde peccatum non abſoluit hominem ab obſeruatione præcepti: quia delinquens non debet eſſe melioris conditionis, quam non delinquens, 16. q. 1. c. legi. extra de do. & contu. contingit. Secundum eſt peccati cognitio. Correptio etenim delinquentis pertinet ad aliquem, inquantum regnat in eo rectum iudicium rationis. Peccatum autem non tollit totum bonum naturæ, quin in poteſtate remaneat aliquid de recto iudicio rationis humanæ. Et ſecundum hoc poteſt ſibi competere corrigere delinquentem. G Nam mirabiliter excœcatur mens in homine peccatore, vt aliena peccata plus cognoſcat quam propria ſua. Tertium eſt proximi dilectio. Licet enim in peccatore non ſit charitatis amor reſpectu peccantis fratris, eſt tamen in eo amor naturalis, vel amicitiæ: quo quidem moueri poteſt, vt corrigendo ſubueniat illi. Et ſic propter peccatum à correptione non excuſatur.

Ad obligationẽ correptionis tria faciunt.

Propter tria quilibet peccator mortaliter peccat corrigendo proximum ſuum. Cap. 2. H

SEcundò videndum eſt, corrigere cum peccato. Vbi notandum eſt, quod in corrigente peccatum eius præcedens propter tria in correptione præſtat ei impedimentum. Primò propter nequitiam, ſecundò propter malitiam, tertiò propter ſuperbiam. Primò propter nequitiam redditur peccator indignus corripere peccantem. Quod fit, qñ quis maius peccatum cõmiſit, & maiora reprehendit. Vnde

In corrigente peccatum tripliciter affert impedimentũ.

A Vnde ſuper illud Matt.7. Quid vides feſtucam in oculo fratris tui,&c. glo. ait Hiero. de his loquitur, qui cum mortali crimine detineantur obnoxij: minora peccata fratribus non concedunt. Et hoc per trabem,& feſtucā congrue deſignatur. Secundo propter malitiam. Nam quanto corrigentis peccatum eſt grauius, tanto magis poteſt inde ſcandalum imminere, cum non videatur proximum cum charitate corrigere: ſed magis ſemetipſum ſimulatorie oſtentare, atque peccatum ſuum palliare, ac malitioſe celare. Vnde ſuper illud Matt.7. Quomodo dices fratri tuo, frater ſine eijciā feſtucam B de oculo tuo,&c. Chryſoſt. ait. Vis igitur non alios ſaluare, ſed per bonam doctrinam tuam malos actus celare,& ſanctitatis laudē ab omnibus quærere. Vnde di.40.c. multi. Chryſoſt. ait: Si bene docueris,& male vixeris, tu ſolius condemnator eris. Et ſequitur: Bene autem docendo,& male viuendo Deum inſtruis, quomodo te debeat condemnare. Vnde ad Rom.2. In quo aliū iudicas, teipſum cōdemnas, ſi eadem agis, quæ iudicas. Et 32.q.6.c.1. Gratianus ait: Cum Iudæi adulteram accuſarent, Ioan.8. æquitatis ſententiam a Domino acceperūt. Quicunque veſtrum ſine peccato eſt, primus in illam lapidem mittat. Et 3.q.7.c. qui C ſine. Greg. in moral. dicit. Qui ſine peccato eſt veſtrum, primus in illam lapidem mittat. Ad aliena quippe peccata punienda ibant, & ſua reliquerant. Reuocentur itaq; intus ad cōſcientiam, vt prius propria corrigant,& tunc aliena reprehendant. Hinc eſt, quod Iudic.19.& 20. cum tribus Beniamin in carnis ſcelere.i. in vitio contra naturam, fuiſſet obruta: collectus omnis Iſrael vlciſci iniquitatem voluit: ſed tamen ſemel & iterum in belli certamine & ipſe proſtratus eſt. Cōſulto enim Domino ſi ad vlciſcendum ire debuiſſent: iuſſum eſt vt D irēt, qui iuxta diuinæ vocis imperium perrexit,& ſemel & ſecundo perdidit, & tunc demum peccatricem tribum valde feriens penè funditus extinxit. Quid eſt, quod in vltione ſceleris inflāmatur,& tamen prius ipſe proſternitur: niſi quod prius purgandi ſunt, per quos aliorum culpæ feriuntur, vt ipſi iam mundi propter vltionem veniant, qui aliorum vitia corrigere feſtinant? Hæc ille. Tertiò propter ſuperbiam.ſ. corrigentis, quod fit quando quis peccata propria paruipendens, ſeipſum proximo præfert, ſeuera auſteritate diiudicans aliorum crimina, cum illud notandum eſt, quod dicitur 11.q.3.cap. in cunctis. Proinde Auguſt. E in ſermone Domini in monte ait: Accuſare vitia, offitium bonum eſt. quod cum mali faciunt, alienas partes agunt. Hęc ille.

Greg. — *Corrigentis ſuperci lium.*

Quod propter duo peccator nō peccat proximum corrigendo: & quando peccat prædicator prædicans in peccato. C.3.

Tertiò quoque videndum eſt, quid eſt corrigere ſine peccato. Vbi notandum eſt, quod peccator corrigens dupliciter poteſt habere peccatum. Primò, quando peccatum ſuum eſt occultum & alium corripit ex naturali amore, vel amicitia. Bonum eſt enim quod facit, & quod intendit, nec hoc faciendo aliquem ſcandalizat, & ideo ſecundum Guallenſem, vel F Gallenſem non peccat. Secundo autem, quando peccatum ſuum eſt notorium, & manifeſtum,& corrigens alium peccantem ingemiſcit,& dolet, atque ſeipſum accuſat: tunc vero corrigendo non peccat. Vnde Auguſt. de ſermo.Do.in mon.ſerm.16.ait: Cogitemus, cum aliquem reprehēdere neceſſitas nos coegerit, vtrum tale ſit vitium, quod nunquam habuerimus: & tunc cogitemus, vel nos homines eſſe,& habere potuiſſe: vel tale, quod habuimus, & iam non G habemus: & tunc tangat memoriam communis fragilitas, vt illā correptionem non odium, ſed miſericordia præcedat. Si autem inuenimus nos in eodem vitio eſſe, non obiurgemus, ſed ingemiſcamus,& inuitemus ad æqualiter pęnitendum. Et ſic patet, quod peccator humiliter corripiendo non peccat. Sed quia officium prædicatoris eſt corrigere delinquētes, poteſt etiā quæri, ſi peccat in mortali pędicando? Reſpōdet Alex. de Ales ſuper Lu. dicēs, quod quidā circa hoc diſtinguunt dicētes, quod eſt aliquis qui docet, q̄ a tenetur ex officio, quaſi ex neceſſitate,& alius, q̄ docet, quaſi H ex voluntate. Similiter quoq; diſtinguunt, quod eſt peccatū notoriū, & eſt peccatum occultū. Exiſtēs igitur in peccato notorio, peccat quicunq; prædicat, ſiue ex neceſſitate officij, ſiue ex volūtate beneplaciti pędicet. Dicunt vero illum peccare, qui eſt in peccato occulto, ſi prædicet ex voluntate, & hoc ratione contemptus: ſed non illum, qui prædicat ex officio, dum tamen cum timore id faciat:& quaſi coactus ex officij neceſſitate. Simpliciter tamen videtur dicendum, quod in cathedra docens,& pędicās in peccato, ſi non ſtudeat compungi ex dicto

Peccator corrigens dupliciter poteſt habere peccatum. — *Auguſt.* — *Pulchra quæſtio ſi prædicator peccat prædicans in mortali.* — *Alexan. de Ales.* — *Exiſtens in peccato notorio*

A ‹ctoſuo,atque dolere de peccato, ſimpliciter videtur contemnere: & ideo peccare, ſiue ocultum ſit peccatum, ſiue manifeſtū. Nec obſtat, quod docere ſit de operibus ſpiritualibus miſericordiæ, & quod opera miſericordiæ nō interdicuntur exiſtenti etiā in mortali culpa, vt facere eleemoſynam, & huiuſmodi: & quod ideo doctrina, nec prædicatio prædicatoribus interdici debet. Nam non eſt ſimile de operibus miſericordiæ corporalibus, quia in hoc caſu cōſcientia aggrauat & contemptus. Hæc ille. Bonū eſt ergo prædictis modis corrigere proximum ſuum.

Si prædicator non compūgit ex peccato ſuo.

B Nam & ſi correptio nō proficit, ſaltē prodeſt corripienti: dum & peccatum effugit, & meritum ſibi acquirit. Proinde 23.moral.c.20.Greg.ait: Charitatis zelus mala, quæ corrigere non valet, increpare non deſinit: ne ſe participem delinquentium ex conſenſu taciturnitatis adijciat. Ideo ſecundum Aug. de correptione, & gratia. ſine deſperatione corripiamus, quia ſi filius eſt pacis, quem corripimus, requieſcet ſuper eum pax noſtra. Si autem ad nos reuertetur, cum merito conuallatę gratiæ, & gloriæ ſempiternæ, quam nobis concedat omnium correptor vitiorum, & informator omnium virtutum & gratiarū Dominus Ieſus Chriſtus, qui innocens &

C immaculatus, amoroſus, & glorioſus cum Patre, & Spiritu ſancto, &c.

FERIA QVARTA
Poſt tertiam Dominicam in Quadrag.

De odibili, & execrabili detractione.

Sermo XXIX.

D QVod procedit ex ore, hoc coinquinat hominem. *Matt.* 15. & in Euangelio hodierno. Miro modo contra charitatem militat prauitas humani cordis. Proinde dicitur Hiero.17. Prauum eſt cor hominis. Quod ſi fuerit plenum affectione iniqua, in verba iniquitatis prorumpit. Vnde Matt.12. ad Phariſeos Dominus ait: Quomodo poteſtis bona loqui, cum ſitis mali? ex abundantia enim cordis os loquitur. Inter oīa enim illa, quæ a corde exeūt, & de ore procedunt, hominem, immo totum mundum inquinantia, ſunt execrandæ detractiones. Vt igitur melius capiantur, quæ in ſequentibus de detractione dicturi ſumus. Primo videndum eſt, quid eſt

E detractio. Secundum enim Alex. de Ales. Detractio eſt alienæ famæ per occulta verba denigratio. Et iterum Hugo de Sancto Victo.ait: Detractio eſt locutio ex inuidia procedens, bona aliorum denigrās. Et idē, detractor eſt, qui bona proximi inquantum poteſt minuit. Ex his diffinitionibus patet, quantum fraternæ charitati crudelis detractio aduerſatur. Execrandam igitur detractionem, Apoc. 12. a Ioan. Euang. myſticè deſcriptam inſpiciamus: ait enim, Viſum eſt aliud ſignum in cęlo. Draco magnus &

Detractio quid.

F rufus habens capita ſeptem, & cornua decem, & in capitibus ſuis ſeptem diademata, & cauda eius trahebat tertiam partem ſtellarum cęli, & miſit eas in terram. In quibus quidem ſacratiſſimis verbis tria myſteria declarantur. In primo detractionis peſtifera conditio ibi, viſum eſt aliud ſignum in cęlo, draco &c. In ſecundo detractionis peſtifera operatio ibi, habens capita ſeptē, & cornua decem, &c. In tertio detractionis peſtifera contamninatio ibi, & cauda eius trahebat tertiam partem ſtellarum cœli, &c.

ARTICVLVS PRIMVS.

G *De origine detractionis, ac de triplici radicali cauſa detractorum.*

IN primo vero myſterio declaratur detractiōis peſtifera cōditio. Vnde ſi bene conſideretur, nihil tantū nocuit eccleſiæ Dei ab initio ſeculi, ſicut peſtifera conditio detractorum. Quod Ioan. myſticè demonſtrat dicens, Viſum eſt aliud ſignum in cœlo.i.in ſpirituali viſione. Primum vero ſignū fuit, ſicut ex litera Ioan. Apoc.12. patet, ſignum militantis eccleſiæ. Vnde dicitur ibidem,

Detractio

H Signum magnum apparuit in cęlo, mulier amicta Sole, & Luna ſub pedes eius, & in capite eius corona ſtellarū duodecim. Signum vero draconis omnino aliud.i.aduerſarium, & contrarium mulieri: hoc eſt eccleſiæ ſponſæ Chriſti deſignatur. Quę contrarietas non tantum apparet in myſticis factis, verumetiam in literalibus verbis. Quia verba cum ſuo ſignificato recto ordine retrogrado deſcribuntur contra eccleſiam Chriſti. Primo enim in primo ſigno dicitur, amicta Sole. Quia ſancta eccleſia amicta Sole diuinæ dilectionis, & ſpiritu leuita-

A leuitatis, in muliere myſtice demonſtratur. Detractio verò in draconis rufo colore manifeſtatur. Color etenim rufus ſanguineus eſt, & crudelitatem deſignat, atque hoc colore elephantes ſuccenſi animantur ad bellum. Secundò de muliere dicitur, Et luna, ideſt mũdana gloria, ſub pedibus eius, deſignans eius humilitatem. Detractionis vero ſuperbia in draconis magnitudine denotatur. Tertiò verò eccleſia ſancta duodecim ſtellis deſcribitur coronata: ad deſignandum, quod diuina ſapientia abundantiſſimè illuſtratur. Detractio verò propter
B ſuam malitiam draconi malitioſiſſimo ſerpenti aſſimilatur. Tres igitur peſtilentes conditiones, & radicales habet detractio venenoſa. Primo malitiam: ideo dicitur, draco. ſecundo ſuperbiam: ideo dicitur, magnus: tertio crudelitatem: ideo dicitur, rufus. Hæ tres radices in corde hominis radicatæ, ſignificant omnem cogitationem detractionis.

Detractio ſerpẽti aſſimilatur ꝑꝑ ſuũ venenum.

De prima cauſa radicali detractorum, quæ eſt malitia: & de origine, & proceſſu, & ſucceſſu detractionis.

Cap. I.

C PRima enim radicalis & peſtilens cõditio detractionis eſt malitia. Ideo meritò draconi cõparatur, qui eſt animal aſtutiſſimũ & proditioſum. Ad dicendorum autem intelligentiam tria notãda ſunt. Primò detractionis ortus, ſecundò detractionis proceſſus, tertiò detractionis ſucceſſus. Primum fuit in cœlo empyreo, ſecundum in terreſtri paradiſo, tertium in vniuerſo mundo. Notandum eſt igitur primo de ortu detractionis, quod origo & cauſa detractionis fuit inuidia diaboli, quam habuit in cęlo empi-
D reo ad Dei filium incarnandum. Vnde ſecundum Bern. Vidit, & inuidit, & inuidia diaboli introiuit mors in orbem terrarum. Quomodo autem viderit & inuiderit, dicetur infra ſermo, 56. artic. 3. c. 1. & in Quadrageſimali de Chriſt. relig. ſermo. 59. ar. 2. Et pro illo, ſecundum anagogicum intellectum, declaratur myſterium iam propoſitum, quod draco magnus & rufus. i. ſathanas, qui propter ſuam malitioſam ſuperbiam & crudelitatem detractionum, quam fecit Chriſto, draco magnus & rufus denominatur. Et ſubdit, quod cauda ſua traxit tertiam partem ſtellarum cęli, & miſit

Vnde oritur detractio.

eas in terram. Quid enim per caudam, niſi E
circunuentiua eius malitia in detrahendo Dei filio incarnando ſignificatur? Cui vna pars Angelorum rebellis omnino fuit. Secunda autem titubauit, ſed demum eius detractioni reſiſtit. Tertia verò pars fuit illa Angelorum contaminata caterua, quæ detractori ſathanæ adhærendo conſenſit. & hanc detrahendo ad terram miſit, cum ad terrenam obſcuritatem, frigiditatem, & grauitatem propter eius detractionem prolapſi ſunt.

Detractionis proceſſus. F

SEcundo conſiderandus eſt detractionis proceſſus in terreſtri paradiſo. Nec enim ſuffecit peſtifero detractori detractionem diffundere contra Chriſtum in cęlo in natura angelica: inſuper ſuæ detractionis virus conatus eſt effundere in terram in natura humana, vt dedignaretur Dominus de humano genere carnem aſſumere. Vnde Gen. 3. dicitur: Serpens erat callidior cunctis animantibus terrę, qui acceſſit ad Euam iam a Domino creatam, & in paradiſo locatam, detrahendoq; Domino illi ait: Cur pręcepit vobis Deus, vt non comederetis ex omni ligno paradiſi? Cuius ve- G
nenum iam ſentiens, iamque in fide vacillans mulier detractori ait, Ne forte moriamur. Ad quam ſerpens peſtiferum virus ore in eam diffundens ait, Nequaquam morte moriemini. Scit enim Deus, quod in quocunque die comederitis ex eo, aperientur oculi veſtri, & eritis ſicut dij, ſcientes bonum & malum. Triplici enim lingua per detractionem venenauit eam. Prima verò lingua fuit malitioſa intentio fallendi illam, atque cum illa locutus eſt ei dicens, Cur præcepit vobis Deus, vt non comederetis ex omni ligno paradiſi? Secunda verò mendacium extitit, cum H
ſubdit, Nequaquam morte moriemini. Tertia verò, qua illam omnino intoxicauit, fuit apparentia boni, cum ſubdit, Scit enim Deus, quod in quocunque die comederitis ex eo, aperientur oculi veſtri, & eritis ſicut dij, ſcientes bonum & malum. Cuius detractioni Eua conſentiens ruit, conſortemque ſuum, atq; cum illo totum genus humanum in ęternum interitũ profundauit.

De detractione vide quę habet Gerſon in regulis moralib. & Ant. par. 2. titu. 8. c. 3. ſumma.

Triplici lingua venenata eſt mulier a ſerpente.

A *Detractionis ſucceſſus.*

Tentatio ſerpentis.

TErtio quoq; conſiderandus eſt detractionis ſucceſſus in vniuerſo mundo. Nec etiam in hoc antiquus ſerpens quieuit, ſed cõtra mulierem ſole amictam.i.cõtra ſanctam eccleſiam ab ipſo noſtrorum parentum caſu vſque nunc, & vſq; in finẽ ſeculi, ſuæ detractionis venena diffundit. Quod cernentes Angeli aſſuturũ, cõpatiendo humano generi per detractiones multipliciter ruituro in dæmonum caſu lamentabiliter proclamabãt, Apoc.12.dicentes, Væ mari, & terræ.i.humano generi B in proſperis & aduerſis: quia diabolus angelorum atq; hominum per detractionem damnator deſcendit ad vos, vt.ſ.per detractionem totum genus humanum perdat. Quid enim omnis dæmonum tentatio, niſi quædam detractio eſt? Sed cæteris criminibus, quæ eorum fiunt ſuggeſtionibus prætermiſſis, ad ea, quæ diabolo inſtigante maxime per detractores patrantur, deueniamus. Propter hoc enim maxime Iac.3.ſuo c.ait, In lingua enim iſta vniuerſitas iniquitatis. Eadem enim triplici lingua, qua ſerpẽs antiquus corrupit Euam per detractionem, quaſi totum corrumpit mundũ. C Vtuntur enim omnes impij detractores illa triplici lingua ſerpentina. Prima intentione fallendi, ſecunda ſermone mendacij, tertia apparẽtia boni. Et in his tribus linguis draconis, atque ſerpentis malitiam imitantur. & ſic verificatur illud Apoc.12. Draco ille magnus ſerpens antiquus ſeducit.ſ.per detractores vniuerſum orbem.

Corrumpitur mũdus tripliei via.

Lingua detractorũ cõſiſtit in intẽtione fallẽdi

Prima detractorum lingua conſiſtit in intentione fallẽdi. Cum enim fecerit homini Deus linguã corde ligatam, atque coniunctam: per hoc manifeſte indicare voluit nobis, quod non aliud loquendum eſt ore, quam ſit radicatum in corde. Et econtra detractor aliud D dicit ore, atque aliud iniquum tenet in corde, ſicut dicit Pſal. Labia doloſa in corde locuti ſunt. Et alibi loquuntur pacem cũ proximo ſuo, mala autem in cordibus eorum. Et iterum ad detractorem in perſona Domini ait: Sedens aduerſus fratrem tuum loquebaris, & aduerſus filium matris tuæ ponebas ſcandalum. Hæc feciſti & tacui.ſ. emendationem expectãs. Et alibi, Lingua tua concinnabat.i.continue, ac malitioſe pronũtiabat dolos, quia interiora tua plena ſunt dolo. Eccl.19. Hæc eſt, quæ ſecundum quod alibi Pſal.ait, ſedet in inſidijs cũ diuitibus in occultis, vt interficiat.ſ.auditorũ mentibus innocentem, ſimiliſq; porco, qui E inſidiatur ſtercori puerorum. Inſidiatur.n. in abſcondito.ſ.cordis, quaſi leo in ſpelunca ſua. Sicut etiã alibi Pſal.ait. Vnde Amb. lib.de paradiſo. Bilinguis ſerpens habetur, atque lętalis, eo quod diaboli miniſter aliud loquatur, aliud corde meditetur.

Secunda lingua detractorũ.

Secũda detractorum lingua conſiſtit in ſermone mẽdacij. Confingit detractor mala contra proximum, vt illum diffamet: ſciens tamen quod mentiatur. Vnde Eſa.10.dicitur: Cor eius non ita æſtimabit, ſed ad conterendum erit cor eius, & ad interemptionem gentium non paucarum. Porro huiuſmodi ſunt omnes, F qui cum bona opera in alijs cernunt, ſtatim in detractionem prorumpunt, cũcta bona opera & exempla in hypocriſim referentes. Quod ſi verum eſſet, nec vir bonus & rectus eſſet in mũdo: nec inſuper a Chriſto vſq; hodie extitiſſet: cum nullus etiam Sanctorum extiterit, cui multipliciter detractum non fuerit: nec ipſe Dominus has mendaces, atq; mordaces linguas euaſit, ſicut patebit in ſequenti ſermone, art.2.c.6. Et quod mirabilius eſt, hi qui fructibus nequitiæ & ſceleribus pleni ſunt, vocant.n. hypocritas ſeruos Dei: non intelligentes, quod contra eos Dominus, Matt.7.ait, Om G nis arbor bona fructus bonos facit, &c. tandem concludit. Igitur a fructibus eorum cognoſcetis eos. Profecto inſinuans eos eſſe vere hypocritas & fallaces, qui nomẽ Chriſtianitatis.i.ſanctitatis habentes, aduerſantur etiam publice, quod deterius eſt operibus ſanctitatis. Vnde 6.q.1.c. deteriores. Anacletus ait: Deteriores ſunt, qui Doctorum vitam moreſque corrumpunt his, qui ſuperbas aliorum prædiaque diripiunt. Ipſi .n ea, quæ extra nos ſunt, licet noſtra ſunt, auferunt: noſtri quoq; detractores & morũ corruptores, ſiue qui aduerſus nos armantur, proprie noſipſos decipiunt. Inſuper H 11.q.3.c.nemo. Aug.dicit, Nemo peritorũ, aut prudentum putet, quod minus ſit periculum in verbis lingua mentiendo, quam manibus ſanguinem fundendo. Et iterum glo.Aug.ſuper illud Pſal. Pro eo vt me diligerent detrahebant mihi, ait: Plus nocent in membris detrahentes Chriſto, qui animas credentium creditorum inficiunt, quã qui eius carnem mox reſurrecturã peremerunt. Hi ſunt, de quibus Bern. in ſermone ait: Si pauper es, vilem & abiectũ reputant: Si diues, ambitioſum & cupidum: ſi affabilis, diſſolutum: ſi prædicator & doctor, honoris & humani fauoris quęſitorem: ſi

tacens,

A tacens, inutilem: ſi ieiunans, hypocritam: ſi comedas, voratorem. Tales vero ſerpenti Regulo merito comparantur, qui veneno ſuo inficit fontem, quem tangit. Vnde de tali detractore dicitur Prouer. 23. Sicut Regulus, venena effundet. Tertia lingua detractorum eſt apparentia boni. Vnde Bern. ſuper Cant. ſermo. 34. Detractores quodā ſimulare iracundiæ fucco conceptam malitiam, quam retinere non poſſunt, adūbrare conantur, videbis a detractore alta præmitti ſuſpiria: ſicque cum quadam grauitate & tarditate vultu inepto, dimiſſis ſuperciliis, & voce plangenti egredi maledictio-

Lingua detractorum.

B nem. Et quidem tanto perſuaſibiliorem, quanto creditur ab his, qui audiunt nō cor de inuido, ſed magis condolentis affectu, quam malitioſe proferri. Doleo inquit, vehementer eo quod diligo eū ſatis, & nunquam potui de hac re corrigere eum. Et aliàs mihi quidem bene compertum fuerat iſtud, ſed per me nunquam innotuiſſet: & quoniam per alterum patefacta eſt res, veritatem negare non poſſum, reuera ita eſt. Hæc ille. Tales vero ſimiles ſunt ſcorpioni, qui antequam venena effundit, lingua lingit: ſed demū venenoſa cauſa pungit. De talibus Propheta ait: Acuerunt linguas ſuas, ſicut ſerpentes.

Exēplum

C Tunc enim detractor acuit linguam ſuam, quando ſub ſpecie boni, verbis excogitatis: ac ſub placido vultu venenum detractionis effundit. Deinde ſubdit, venenum aſpidum ſub labiis eorum. i. in corde. Et bene merito aſſimilatur ſerpenti. Serpens enim primo proditioſum animal eſt, ſecundo in ſilentio mordet, tertio tortuoſe incedit. Sic etiam facit detractor. Primo quoq; proditor eſt, eo quod illos mordet retro, quos dū ſunt præſentes, ſimulat ſe amare. Vnde Pſal. Pro eo, vt me diligerent. i. diligere ſe monſtrarent, detrahebant mihi. Secundo ſilentio

Detractor ſerpēti comparatur.

D detrahit. Quia tunc id agit, quando ſilētio, & taciturnitate confidit. Ideo Eccl. 10. dicitur. Si mordeat ſerpens in ſilentio, nihil eo minus habet, qui occulte detrahit. Tertio tortuoſe incedit, cum a laude illius exordium ſumit, cui detrahere cupit. tandemq; ſubnectit, tamen quæ eſt coniunctio attenuatiua. vel ſed quę eſt coniunctio aduerſatiua, ac rectitudinem ſuæ intentionis imprimir, dicens, Non dico hoc animo detrahendi, Deus eſt mihi teſtis. Hi ſunt ſerpentes, de quibus Hiere. 8. dicitur: Ecce ego mittam vobis ſerpentes peſſimos, quibus non eſt incantatio: quia detractionibus aſſueti, difficile corriguntur per verbum Dei. E

Quod detractio ex ſuperbia originem ſumit. Cap. 2.

SEcunda radicalis conditio detractionis ſuperbia eſt. Ideo Ioan. dixit, Magnus. i. tumore ſuperbiæ. Nam ſuperbi magni ſunt in oculis ſuis, eo quod ſeipſos ſapiant: ac magnos æſtiment, cęteroſq; vilipendunt. Et hæc eſt ratio magna, vnde elati in detractionem prorumpunt. Vnde Ezech. 29. Draco magnus, qui cubas in medio fluminum tuorum, & dicis, meus eſt F fluuius. Tres enim ſunt tumentes ſuperbię filiæ, quæ in detractionem prorumpere faciunt detractorem. Prima filia eſt temeritas. Magnum eſt iudicare proximorum occulta. i. qua intentione operentur bona. Vnde Bern. Noli eſſe alienæ vitæ, aut temerarius iudex, aut curioſus explorator. Vnde ad Rom. 8. Tu quis es, qui iudicas alienum ſeruum? ſuo domino ſtat, aut cadit. Secunda filia ſuperbiæ in detractionem prorumpens, eſt ſtultitia. Proprium enim ſtultitię eſt aliena vitia cernere, & ſuorum obliuiſci. Vnde Hylarius. 4. lib. de trinitate ait: G Non eſt ambiguum, omnem humani eloquij ſermonem conditioni obnoxium ſemper fuiſſe: quia diſſentientibus voluntatum motibus, diſſentiens quoq; fit motus animorum: aut contra veritatem, aut non intellectam, aut offendentem ſtultæ voluntatis error obnititur. Caſſiodo. ſuper quod dixi, cuſtodiam vias, & ait: Quis hominum ſic cautus eſt, vt ſi inter æmulos loquatur, nullum verbum eius incurrat aliquas quæſtiones? Nam menti furore ebriæ omne, quod rectum dicitur, peruerſum videtur. Sæpe vero accidit, quod Aug. dicit in epiſtola ad Hyponenſes, dicens: Cum ipſi ſcripturæ veritatem criminari, aut obſcurare H non poſſint, hos per quos prædicatur, inducunt in odium: de quibus effingere, quicquid in mentem venerit, poſſunt. Merito igitur detractores noctuis ſimilantur, quarum oculos lux obtenebrat, & nox tetra illuſtrat. Tertia ſuperbiæ filia in detractore, eſt rabies canina. Per canes enim zelantes prædicatores ſignantur, ſicut dicit Pſal. Conuertentur ad veſperam, & famem patientur vt canes, & circuibunt ciuitates. ſ. ad effugandum lupos, & fures latratu ſuo, i. eſt prædicationibus ſuis. Per canes quoque detractores ſignantur. Vnde Pſal. in perſo-

Detractio ortum habet a ſuperbia.

Stultitia.

Rabies canina vide Pliniū de rabido cane, qui habet vermē latentē ſub plectro lingue. Plin. li. 3.

A perſona Domini ait: Circundederunt me canes multi.i.Iudęi per detractionem oblatrantes, atq; mordentes. Et poſſunt propriè detractores rabidis canibus comparari. Rabidus enim canis primo os geſtat apertum, ſecundo abſcondit linguam, tertio os habet ſanguinolentum, quarto os & dentes habet venenoſos, quinto eſt mordax, ſexto non latrat, ſeptimo ſemper inquietus & in motu eſt, octauo proditorie mordet, nono domeſticos fugit. Primo detractor ad detractionem anhelans, tanquam rabidus canis, os portat apertum, ſemper paratum ad detrahendum. Vnde Propheta ait, Sepulchrum patens eſt guttur eorum. Se-
B cundo abſcondit linguam, dum rabidus eſt: quia illam tunc habet venenoſam, ac econtra dum ſanus eſt, linguam ſuam oſtendit, quæ tunc medicinalis: ſic detractor linguam ſuam abſcondit malitioſe vſque ad tempus. Vnde Pſal. ait, Linguis ſuis doloſe agebant. Sana vero, non rabida conſcientia, medetur proximo, obſeruans illud Eccleſ. 11. priuſquam interroges, non vituperes quemquam. Et cum interrogaueris, corripe iuſte.i. inter te & ipſum ſolum, vt ſup. in pręcedenti ſermone dictum eſt. Tertiò os ſanguinolentum habet, eo quod detrahendo comedat cum ſanguine carnes cru-
C das contra præceptum Domini, Deut. 12. Caue, ne ſanguinem comedas. Quarto os & dentes habet venenoſos. Ait enim Plinius lib. 3. quod canis rabidus, vt plurimũ habet, ſub lingua eius vermiculum quendam, qui lingua eius pungit, & pungendo coleram magnam in cerebro eius accẽdit: propter quod in furiam eum conuertit.
Exẽplum Quod ſi vermiculus a lingua canis extraheretur, canis a rabie curaretur. Sic etiam accidit homini detractori, qui vermiculum vel odij, vel inuidiæ, aut rancoris ſub lingua.i. in corde habet. Vnde Pſal. Sub lingua eius labor & dolor. qui ſi de corde extrahi
D tur, detractor protinus liberatur. Quinto eſt mordax. Vnde ad Eph. 3. Videte canes, videte malos operarios. Quaſi dicat, Cauete a talibus canibus, ſecundum glo. Sexto non latrat, qui non palam audet loqui. Vnde Bern. in lib. de conſideratione ait: Omnem qui palam veretur dicere, quod in aure loquitur, ſuſpectum habeas. Quod ſi coram te indicare ille renuit, delatorem iudices, non accuſatorem. hi ſunt. Vnde Eſa. 56. dicitur: Canes muti, non valentes latrare. Septimo inquietus, & ſemper in motu eſt, eo quod niſi euomat delationis venenum, quod geſtat in corde: ſemper mẽs E
eius inquieta eſt. Vnde Eccl. 19. myſtice dicitur, Sagitta infixa eſt fęmori canis: ſic vt verbũ in corde ſtulti. Canis quidem habens infixam in fęmore ſagittam, nunquã quieſcit, donec remouerit eam. Sic delator ſtultus, quieſcere minime non poteſt, donec verbum malum, quod de proximo audiuit, aut ex malitia ſua concepit, fecerit manifeſtum. Et ante Eccleſiaſticus præmiſit: Audiſti verbum aduerſus proximum tuum, commoretur in te fidens, quoniam te non diſrumpet. Octauo proditorie mordet. Sic iſti detrahunt proditioſe. Contra quos dicitur illud Deuter. 27. Maledictus, qui percuſſerit clam proximum ſuum: & dicet om F
nis populus, amen. Vnde Pſal. Detrahẽtem ſecreto proximo ſuo, hũc perſequebar. Nono domeſticos fugit.ſ. ne noceat eis. Sed pernitioſior eſt detractor, q neq; extraneis, neque propinquis, neque domeſticis parcit. Vnde Hiero. 11. q. 3. c. nolite ſanctũ dare canibus. Hi ſunt illi canes. Vnde Dominus ait, Matt. 7. Nolite ſanctum dare canibus, neque mittatis margaritas veſtras ante porcos, ne forte conculcent eas pedibus ſuis: & conuerſi diſrumpant vos. Quod etiam delatores ſint prædicti canes, paret extra de ſimo. c. ex diligenti. §. ſi contra latrantium. G

Exẽplum de cane cuius fęmori infixa eſt ſagitta.

Quod ex crudelitate detractio habet initium. Cap. 3.

Tertia radicalis conditio detractionis dicitur crudelitas. Ideo draco prædictus dicitur rufus, quaſi ſanguinolentus, eo quod ferus ſit delator, atque crudelis. Vnde Hiere. 6. Crudelis eſt & nõ miſerebitur: quia crudelior fęris merito comprobatur. Porro leo leoni parcit, lupus lupum non comedit: & quaſi omnes fęre crudeles alijs fęris generis ſui parcũt. Solus autem detractor ſibi ſimiles ſatagit H
deuorare. Vnde Hiero. ait: Lingua detractoris beſtias ferocitate, volucres velocitate, & ſerpentes virulentia præcellit. Quanta autem ſit crudelitatis, hic oſtenditur ratione. Nam quodlibet morale opus tanto in crudelitate excedit, quanto plures in eo debitæ circunſtantiæ omittuntur. Quæ ſunt, Quis, quibus, quid, quantum, quomodo, quare, quando. Cum igitur detractor nullam circunſtantiarum prædictarum recte loquendo obſeruet, aperte patere poteſt crudelitas cordis eius. Nam non attendit, quis

Detractor eſt crudelis.

Circumſtantia.

loqui-

A loquitur.i.ſeipſum: qui cum ſit impius, obloquitur ſepius contra iuſtos. Non attendit quibus obloquitur: qui.ſ.ex verbis ſuis cõtaminantur. Nec ponderat, quid loquatur, cum ſunt pernitioſa, vel mendoſa. Nec etiã quantum, quia amplificat mala. Nec quomodo, quia ſimulatè. Nec quare, quia ex inuidia & liuore. Nec quando, quia tempore quos plus inficiat, vel noceat ꝓximis ſuis. Solum ad hoc conari videtur, vt cõceptam in corde euomat iniquitatem. Porro lingua delatoris, ſagitta, lancea, & gladius eſt ad proximum vulnerandum. Vnde Pſal. Filij hominum.i.dæmonum, dentes eorum arma & ſagittæ, & lingua eorum gladius acutus. Per arma impugnantur de prope ſtantes, per ſagittas de longe ſtantes: quia tales inuidi detrahunt tam propinquis, quam remotis domeſticis, & ſic de alijs omnibus. Vnde Iob penul. Per gyrum dentium eius fortitudo. Quaſi dicat, Omnes timore habent a detractione illius, quia nullis parcit. Et ſubditur. Et lingua eorum gladius acutus. Vnde alibi idem Pſal. poſtulat a Domino dicens. Domine libera animam meã a labijs iniquis, & a lingua doloſa. Tres.n. vulnerat vno ictu maledicta lingua. Primo ſeipſum, ſecundo audientes detractionem, tertio illos quibus detrahit. Vnde Bernar. exponens illud ad Rom.1. Detractores Deo odibiles, inquit: Nec mirũ ſi ſunt Deo odibiles, cum iſtud vitium charitatem, quæ Deus eſt, acrius ceteris perſequitur. Qui.n. detrahit, primo ſe prodit vacuum charitate, & deinde intendit vt is cui detrahitur, veniat in odium & contemptum. Ferit etiã charitatem in omnibus, qui audiunt linguã maledictam: & quantum in ſe eſt, necat funditus, & extinguit. Et iterum idem ait: Nunquid non vipera eſt, lingua detractoris ferociſſima? Planè nimirum, quæ tam letaliter inficit flatu vno. Nunquid non lancea eſt, lingua iſta? profecto acutiſſima, quæ tres penetrat vno ictu. Et iterum alibi idẽ admirabile verbum protulit dicens: Gladius triceps, lingua detractoris; nec huiuſmodi linguam mucrone illo, quo Dominicum latus confoſſum eſt, crudeliorem dicere verearis. Fodit hic corpus Chriſti, hæc non iam examine fodit, ſed examine facit. Ipſis etiam clauis & ſpinis nocentior eſt, quos ei vides infixos. Niſi enim corporis ſui vitæ prætuliſſet vitam illius corporis, nunquam illud pro iſto mortis iniuriæ tradidiſſet. Nec tantum vulnerant & ſanguinem fundunt, ſed etiam ſanguinem bibũt.

Lingua tres vulnerat vno ictu. B, C

Linguã triplex gladius. D

E Ideo ſanguiſugæ merito comparantur, eo quod dæmonum ſanguiſugæ ſunt bibentes ſanguinem viuorum & quandoq; mortuorum. Pro præcedenti articulo poteſt ſumi pro themate prædictum Apoc. verbum.ſ. Viſum eſt aliud ſignum in cœlo.ſ. draco magnus & rufus, & pro vno ſermone ſufficere poteſt.

Articvlvs Secvndvs.

De duobus detrahendi modis, quibus detractores vtuntur ad derogandum.

F IN ſecundo myſterio inducatur detractionis peſtifera operatio. Proinde ſubditur de dracone præfato, Habens capita ſeptem, & cornua decem: & in capitibus ſuis ſeptem diademata. In quibus verbis triplex detractionis operatio nequiſſima demonſtratur: Prima eſt operatio offenſionis, ſecunda eſt tranſgreſſionis, tertia glorilationis. Prima operatio nequam, eſt offeſionis. Porro ſeptem ſunt offenſiones, atque offendendi, & detrahẽdi modi, quibus detractores vtuntur: qui dici poſſunt ſeptem capita venenoſa draconis.i. peſſimi detractoris. Hæ ſunt ſeptẽ nequitiæ in corde doloſi.i. detrahentis, vt dicitur Prouer. 16. Primus modus eſt occultatiuus, ſecundus negatiuus, tertius deprauatiuus, quartus venenatiuus, quintus eſt publicatiuus, ſextus eſt aggrauatiuus, ſeptimus eſt inflammatiuus, ſeu inuentiuus. Primi quatuor pertinent ad deſtractionem bonorũ, reliqui vero tres ad augmentum malorũ.

Detractionis operatio.

Septẽ offenſiones. G

Quod detractionis ſpecies, eſt malitioſe occultare alterius bonum. Cap. 1.

H PRimum caput draconis, eſt modus detrahẽdi occultatiuus. Detractionis qdẽ ſpecies eſt & prima, cum homo quando, & vbi non debet, malitioſe bonum proximi ſui tacet: quando illud manifeſtando ad Dei honorem & proximi ædificationem foret. Sicut fecerunt milites, qui reſurrectionem Chriſti nouerunt, & tamen illam propter acceptam pecuniam tacuerunt, vt patet Matt. vlt. c. Hinc Gilbertus ait. Grauis rapacitas, cum veram alterius gloriam, & ſi mendacio non corrumpis, ſilentio prætereis.

Detractionis ſpecies

A teris. Liuor enim priuatam excellentiam ſemper cogitans, alienam obſcurat.

De modo detrahendi quo quis negat alterius bonum. Cap. 2.

SEcundum vero draconis caput, eſt modus negatiuus. Qui vtique fit, cum quis negat alterius bonum. Vnde glo. quæ incipit, detractiones, de pęn. diſt. 1. c. homicidiorum, ait: Detrahere, eſt bona, quæ ſunt a Deo collata alicui, inuertere, vel negare: vt ſi quis dicat, ſapientem ſa-

Detrahere q̄d ſit.

B pientiam non habere: vel caſtam, non caſtam: vel ea, quæ bono zelo fiunt, conuertendo, ac dicendo malo zelo, vel malo ſpiritu fieri: ſicut Iudæi dixerunt, Chriſtum in Beelzebub principe dæmoniorum eijcere dæmonia, Lu. 11. Et quidem peccatum in Spiritumſanctum eſt: quia quod eſt Spiritusſancti, maligno ſpiritui attribuunt. Idemque patet Ioan. 9. de miraculo cęci nati. Huiuſmodi enim non tantum contra proximum, ſed etiam contra Deum peccant: dum eos, qui ex parte Dei ſunt, diaboli dicunt eſſe, cum illos aſſerunt eſſe malos: & ſic detrahunt parti Dei, & partem

Peccatū in Spiritū ſanctū vide Magiſtrū in ſecundo.

C diaboli augent. Tales vero peiores ſunt fure, qui temporales ſubſtantias depredatur. Vnde Ambro. Tolerabilius ſunt fures, qui veſtes & alia bona diripiunt, quam fures, qui lacerant noſtram famam. Vnde 6. q. 1. ex merito, ſcriptum eſt: Deteriores ſunt, qui vitam moreſque bonorum corrumpunt, his, qui ſubſtantias aliorum prædiaq; diripiunt. Quid eſt enim aliud benefacta alterius denegare, quam ex inuidia fraternæ gratiæ Dei opera impugnare, atque ad eorum deſtructioné elaborare? Vnde Pſal. ait: Quoniam quem perfeciſti, ideſt, perfecte feciſti, deſtruxerunt: ideo merito aſſi-

D milantur veſpis, quæ mel quod conficere neſciunt, ab apibus iam confectum deuorant & diſcerpunt. Ad talem negatiuum detractorem Pſal. 51. duo annunciat. Primo grauem culpam, ſecundo condignam pęnam. Primo grauem culpam, dicens: Tota die in iuſtitiam, ideſt, bonorum factorum negationem cogitauit lingua tua, ideſt ſtatim nata cogitatione nequam euomit per detractionem lingua tua, Eccl. 19. A facie verbi parturit fatuus, ſcilicet, detractor. Et ſubdit Propheta dicens, Sicut nouacula acuta, feciſti dolum. Nouacula radit ſuperfluos pilos: ſic detractor aufert iuſtis cauſam inanis gloriæ de operibus bonis, dum denegat eos illa feciſſe. Proinde totam Trinitatem offendit. Vnde ſubdit, Dilexiſti malitiam, ideſt, bonorum denegationem, ſuper benignitatem, ideſt, ſuper opera, quæ ex benignitate Dei per aliquem iuſtum facta ſunt. Ecce peccatum in Spiritumſanctum. Nam, vt dicitur ad Gal. 2. Fructus ſpiritus eſt benignitas. Iniquitatem, id eſt, denegationem bonorum magis quam loqui æquitatem operationum iuſtarum. Ecce peccatum in Filium, qui verbum & æquitas dicitur. Vnde Iob 23. Aequitatem ponet contra me, ſcilicet, Chriſtum. Dilexiſti omnia verba præcipitationis lingua doloſa. Et hoc eſt vtique contra Patrem,

E

Detractor aſſimilatur nouacula quæ pi os radit cum formidine

F

qui verbum genuit ſtabile & æternum, ſicut alibi ait Pſal. Et tu in principio Domine terram fundaſti. Dicuntur autem tales detractiones, verba præcipitationis, quia præcipitant illa audientes, & bonos quibus detrahitur, & ipſum etiam detrahentem. Vnde Eſa. 9. dicitur, Vnuſquiſque brachium fratris ſui vorabit, ideſt, bonū opus per detractionem conſumet. Secundo, quā terribilem & condignam pœnam Pſal. talibus detractoribus annunciat, dicēs: Propterea, ideſt, propter omnia prędicta Deus deſtruet te in finem, ideſt, irreuocabiliter: G

& hoc, quia deſtruxiſti negando amabile & laudabile bonum. Et in hoc denotatur deſtructio æternalis, quę ſine fine erit. Atque de temporalibus exterminijs addit dicens: Euellet te, ſcilicet, de ſtatu, in quo ſtare videris radicatus & firmus. De hoc enim Iob. 5. ait: Vidiſti ſtultum, ſcilicet, detractorem, firma radice, quaſi diceret: Expecta modicum, & videbis, & emigrabit te, ideſt emigrare faciet te miſerabiliter ex hac vita per miſerabilem & ſubitaneam mortem de tabernaculo tuo, ideſt, de palatio, vel domo tua, Prouerb. 27. Sicut auis tranſmigrans de nido: ſic vir, qui relinquit domum ſuam. H

Auis enim relinquens nidum ſuum, totam quam in compoſitione illius poſuerat, deperdit pęnam: ſic detractor moriens, iuxta illud Iob. 18. Auellatur de tabernaculo ſuo fiducia eius. Inſuper addit Pſalm. dicens, Et radicem tuam de terra viuentium. Hæc autem radix eſt impia detractoris volūtas, quæ cum detractore in æternum peribit.

A *De modo quo quis detrahendo deprauat alterius bona. Cap. 3.*

TErtium draconis caput eſt modus de prauatiuus.ſ.cum detractor alterius bonum inuertit, vel in malum conuertit, ſcilicet, dicendo, quod tali bono illius ſecuta ſunt mala: vel quod intentione mala ſit factum, ſcilicet, ad vanamgloriam acquirendam, vel gradum, & conſimilia. Proinde Oroſius ait: Ita obliquat inuidia, vt rectum natura non videat. De talibus excęcatis Chryſoſt. ait: Sunt quidam homines peruerſi, ſimiles Phariſæi, qui de omni
B quod vident malum iudicant, ſi quis vacat humilitati, hypocrita eſt: ſi recreationi, guloſus eſt: ſi patientię, timidus eſt: ſi iuſtitię, impatiens eſt: ſi ſimplicitati, fatuus eſt: ſi prudentiæ, malitioſus eſt: ſi maturitati, flegmaticus eſt, ſeu fantaſticus: ſi iucunditati, diſſolutus eſt: ſi religioni, ſingularis eſt: ſi ſocietati, ſecularis eſt: ſi ſilentio & paci, diſſimulator eſt: ſi aliorum correptioni, præſumptuoſus eſt: ſi vigilijs & orationibus, indiſcretus eſt: ſi communi dormitioni, ſomnolentus eſt: ſi prædicationi & aliorum ſaluti, appetitor laudis eſt: ſi deſiſtat,
C negligens & remiſſus eſt: ſi habet gratiam hominum, adulator: ſi adulari renuit, ſuperbus eſt. Hæc ille. O Domine Deus, quis detractorum dentibus euadet? qui nihil de illis curabit. Hi ſunt, qui in ſcyrpo inueniunt nodum, in redolente fętorem, in immaculato ſordem, in rotundo angulum, in ſplendido tenebroſum. Hæc ſiquidem eſt peſtis hypocritarum morſus Iudęorum, inquinatio Phariſæorum. Hoc nequam hominum genus auget culpam, minuit gloriam, dubia in deteriorem partem conuertit, nulli parcit, errat in profundum, peccat in Deum, atque cuncta bona opera deprauat. Tales enim peruerſores per Amon fi-
D gurantur. 2. Reg. 10. qui nuncijs Dauid barbas dimidias raſit, atque illorum veſtes detruncauit vſq; ad nates. Dauid etenim nuncijs .i. quibuslibet viris iuſtis dimidiam barbam radit detractor, vel potius eradicat. Vt verius loquar, dum virilitatis medietatem, .i. intentionis rectitudinē detrahendo peruertit, cum dicit bonum, ſicut dictum eſt mala intentione a iuſtu homine factum. Veſtes quoq; detruncat eis vſque ad nates, cum in eis detegit, ſi quid fuerit pudibundum. Contra quos dicitur Eccl. 11. bona.n. in mala conuertens inſidiatur, & in electis ponit maculam. Et iterum de talibus dicitur Ezech. 2. Subuerſores ſunt tecum, & E
cum ſcorpionibus habitas. O crudelis detractor, non quidem ideo iuſtus es, & ſi laceras cunctos. Porrò ſi detractionibus tuis alios mordes, non eſt hoc vitia emendare, ſed tuis paſſionibus ſatisfacere, ac virus tuum euomere nequiter vbique.

Oroſius de inuidia.

Nullus cauere pôt a detractoribus.

De modo detrahendi quo quis immiſcet mala bonis. Cap. 4.

QVartum detractionis caput eſt modus venenatiuus, vel intoxicatiuus, F
cum mala immiſcentur bonis, vel bona cum malis. Solent venena occulte prædulcia propinari. Sic detractor, vt fides ſibi adhibeatur, primo in aliquo commendat eum, cui detrahere cupit, vel manifeſtat defectum proprium, vt honeſtius & ſecurius contra alium obloqui poſſet. & ſic ex nocendi cupidine ſeipſum diffamare nō curat, vt alterius famam denigret, ac diſcolorare queat. Hi ſunt ſimiles cyconijs, quæ paſcuntur & impinguantur de venenatis: & ſimiles diabolo, qui impinguatur de malo. G

De modo detrahendi quo quis ad confundendum proximum publicat eius occulta mala. Cap. 5.

QVintum detractionis caput eſt modus publicationis, cum occulta proximorum mala contra charitatis ordinem propalantur. De quo ordine dicitur Matt. 18. Si peccauerit in te frater tuus, vt ſup. in precedenti ſermone dictum eſt. Vnde Prouerb. 11. dicitur: Qui ambulat fraudulenter, reuelat arcana. Qui autem fidelis eſt, celat amici commiſſum, id eſt, offenſionem. Et Eccl. 27. Qui denudat H
arcana amici, perdit fidem. De moribus talium Propheta ait, Pſal. 40. Et ſi ingrediebatur, vt videret, vana loquebatur, cor eius congregauit iniquitatem ſibi. Egrediebatur foras, & loquebatur in idipſum. Quod verbum exponens Hugo de ſancto Victo. Curioſus, inquit, quiſque tunc quaſi ad videndum ingreditur, quando alienum ſecretum ſagaci ſtudio perſcrutatur. Vana loquitur, quando vt minus poſſet eſſe ſuſpectus, eos a quibus caueri non vult ſe diligere fingit. deinde iniquitatem congregat, quando libere admiſſus quicquid reprehenſibile

A henſibile videt, in corde coaceruat. Et ſubdit, Egrediebatur foras. Nam qui ingreſſus eſt ad explorandum, egreditur ad detrahendum. Quod enim in corde congregauit, de malo alterius tacere non poteſt. Vnde Matt. 12. dicit, Ex abundantia cordis os loquitur. Vnde ſubditur, Et loquebatur in idipſum. i. contra illud ipſum, quod laudauerit intus. obloquitur cum alijs detrahendo. Et ſubditur a Pſal. Aduerſum me ſuſurrabant inimici mei, aduerſum me cogitabant mala mihi. Proprium enim detractorum eſt ſuſurrare. Vnde ad Rom. 10. Suſurrones detractores Deo odibiles. Vn-
B de Eccl. 28. Suſurro, & bilinguis maledictus. Quod autem ſequitur, Cogitabant mala mihi, præcedit ſuſurrium. Prius enim eſt mala cogitare, & poſtea ſuſurrare: ſed per præpoſterum ordinem eorum peruerſitas denotatur. Vnde Auguſt. diffinit detractionem dicens, Detractio eſt mordacior, quam veracior reprehenſio. Et ſuper 1. c. ad Ro. glo. ait: Detractio eſt alterius vituperium, cum manifeſtatione proprij vitij. In perſona talium Iob. 32. dicit, En ventus meus, quaſi muſtum abſque ſpiraculo, quod languunculas nouas dirumpit. Tales ſimiles ſunt prægnanti, quæ cum dolore co-
C natur ad emiſſionem partus. Vnde Eccl. 19.
Simile. A facie verbi, ſcilicet, auditi, & male interpretati, parturit fatuus. Hi ſunt vrceoli diaboli, aqua maledicta pleni, atque eorum lingua dæmonis aſperſorium eſt. Væ illis, qui aſperguntur tali maledicta aqua, ſi adhibent fidem dictis. Vnde Seneca in prouerbijs: Difficilem oportet habere autem ad crimina. Cum ergo huiuſmodi detractores poſſunt aliquem inuenire in aliqua culpa, ſeu defectu, & maxime ſi ſacerdos, aut religioſus, vel prædicator ſit. O quanto replentur gaudio, cum quanta lætitia, & cum quanta cordis & corporis exultatione, hi-
D laritate, & iucunditate in plateis, in logijs, & in locis publicis manifeſtant ea, cum quanta complacentia has fęces & ſordes inuoluunt in ore ſuo? Ideo ſunt ſimiles porcis, qui intrauerint hortum, & ſi ſint ibi roſæ, & fęces, dimiſſis intactis roſis ad fęces feſtinant. nec parcunt linguæ ſuæ facientes rotabulum fęcis, vt derogent proximo ſuo. Contra quos Sapien. 1. dicitur, A detractione parcitę linguę, ſaltem ſi non vultis parcere proximo tuo. Quaſi dicat, Non trahatis illam per lutum, ſicut porci. Sunt & ſimiles ſcarabeis, qui nunquam flores, vel roſas adeunt, nec theſauros, aut lapides pretioſos, ſed tantum ad ſtercora in publicis vijs currunt: atque reuolu- E
tis deorſum capitibus, & poſterioribus ſurſum ſtercora rotant, atque reuoluunt. Sic etiam detractores impij ſcarabei ſi in aliquo fuerint virturum theſauri, atque gratiarum flores & roſæ: illis prætermiſſis ſolum ſi reperire poſſunt in hominem ſtercus, id eſt, aliquem defectum, ſeu culpam potius præſentientes, & prædiligentes vitiorum fętorem, quam virtutum gratiarum odorem, ad illos currunt & volant & eos rodunt & vorant. Denique tantæ vtilitatis ſunt detractores, vt non tantum a Deo, ſed etiam a diabolo deſpiciantur. F
Eo quod qui permiſſiue, aut operatiuę linguæ eorum fiant abſterſoria ſordium electorum, ſicut Prouer. 11. ſcriptum eſt: Qui ſtultus eſt, ſeruiet ſapienti. Magna igitur cautio eſt adhibenda, ne crimen reueletur ei, cui, vel quando, aut quomodo reuelari non debet.

Detractorum natura.

De modo detractionis quo quis dilatat, & valde amplificat alterius mala. Cap. 6.

SExtum caput detractionis eſt modus augmentatiuus, ſeu aggrauatiuus. G
Hi vero aggrauant, & exaggerant mala, quæ vel audierint, vel cognouerint, aut addendo, aut ex modo loquendi talia aggrauando. Ideo fideles, atque zelotes theſaurarij diaboli dici poſſunt, eo quod etiam theſauros eius accreſcant & augmentant. Ideo ſimilantur tafano, quæ grauius eſt muſca, ſub cauda iumenti requieſcens, dum pungendo, & ſanguinem ſuggendo paſcitur, carnem intumeſcere facit. Sic detractores dilatant mala, quibus pernitioſe paſcuntur. Vndde Eccl. 11. Ab vna ſcintilla augetur ignis, & a doloſo augetur ſanguis. O detractor infęlix, H
quæ te malitia excęcauit? Nonne animaduertis, quod per hoc inuidiam tuam, atque liuorem tuum prædicas, animi tui malignitatem denudas, atq: proximum tuum ſæuè iugulas? Sed væ tibi, quia iudicans proximum tuum iniuſte, a Deo iudicaberis iuſtè. Audi illud Leuit. 19. Non maledices ſurdo, nec coram cęco pones offendiculum, ſed timebis Dominum Deum tuum. Surdo quidem male dicit, qui abſenti maligne detrahit. Nec non coram cęco offendiculum ponit, qui ignoranti & prono ad credendum auditum malum de-

Modus augmentatiuus voluntarius

Ad detractorem.

A tractionis, & oblocutionis dicit. Serua igitur, quod ſubiungit, Sed time Dominum Deum tuum, ſcilicet, & nunquam oblocutor eris.

De multiplici modo quo quis nequiter imponit alicui crimina falſa.

Cap. 7.

Septimum detractionis caput eſt modus inuentiuus, ideſt falſa crimina imponendo. Et hoc quandoque verbis communibus, quandoque verbis apertis, quandoque deriſionibus, quandoque nocturnis ſibilis, quandoque ſimulatis, atque B mutatis vocibus & loquelis, quandoq; nutibus & ſignis, quandoque libellis famoſis & ſcriptis hinc inde diſperſis, ſeu in muro, ſeu in lapide, aut alibi ſcriptis: quandoque cantilenis, quandoque libris, aut epiſtolis & conſimilibus modis. Contra quos dicitur Leuit. 19. Non ſis criminator, ideſt, criminũ impoſitor, ſeu inuentor. *Simile.* Hi ſunt ſimiles ranis, qui abſente homine vociferant & altè clamant, eo vero præſente, ſilent. Sunt quoque diaboli falſi teſtes, qui nec rogati, nec examinati teſtimoniũ perhibent eo abſente, contra quem teſtimonium ferunt. Proinde in perſona innocen-C tis Pſal. ait: Inſurrexerunt in me teſtes iniqui, quæ ignorabam interrogabãt me. Sed nunquid detrahere peccatum mortale eſt? Dicendum, ſecundum Alex. de Ales in 2. diſtin. 1. quod detractio quandoque eſt peccatum mortale, quãdoque veniale. Nomen tamen detractionis ſonat amplius in mortale, ſicut reperitur in ſcriptura ſacra. Eſt ſiquidem veniale, dum de alio dicitur malum ex leuitate, nec eſt ibi nocendi voluntas, nec etiam ex circunſtantijs aggrauantur. Si autem in proximi nocumentum ex deliberatione diutina rationis fiat, mortale eſt. Secundum etiam Tho. Detractio ſe-D cundum ſui rationem ordinatur ad denigrandum alicuius famam. *Detractio ad qd ordinatur ſecundũ ſui naturam.* Auferre autem alicui famam, valde vtique graue eſt, eo ꝙ inter res temporales prętioſior dicitur eſſe fama bona. Vnde Prouerb. 22. Melius eſt nomen bonum, quam diuitiæ multæ. Nam per eius defectum homo impeditur in multis bonis agendis. Ideo Eccl. 41. dicitur, Curam habe de bono nomine. Hoc enim magis permanebit tibi, quam mille theſauri magni & prętioſi. Ideo detractio, ſecundum ſe loquendo, mortaliſſimum eſt peccatum. hoc ſecundum Tho. Quantum autem ſit grauitas huius culpę, etiam ratione probari poteſt. E Nam tantum eſt damnum rei amiſſæ, pro quãto redimeretur ab amittente, & ad tanti reſtitutionẽ tenetur auferẽs amittenti, inquantum poſſibile. Sed fama denigrata prædictis modis infamatiuis redimeretur ab homine infamato, ſi poſſet multo auro & argento. immo ſiq; ſanguine proprio. Ergo in conſcientiæ foro detractor ad reſtitutionẽ remanet obligatus. Vnde dicitur ext. de reg. iur. in li. 6. Non dimittitur peccatũ, niſi &c. De famæ reſtitutione, quã graue ſit, latius patet in Quadrageſimali, de relig. Chri. ſer. 46. art. 3. per totũ. Deniq; valde deteſtabile eſt hoc ſcelus, qa non tantum remedium ſibi contrariũ pro-F ficit, quantum ſua malitia officit. Amplius .n. lingua detrahentis poteſt nocere, quam excuſatoria, ſeu laudatoria poſſet proficere, maxime cum homines proniores ſint ad credendũ, & ad memorię cõmendandum mala quã bona. Sit quidem, qui malũ dicat: profecto in prõptu eſt, quod illud credat. Venenũ ſemel habitũ plus grauaret, quã tyriaca pluries ſumpta remediũ daret. Sagitta quoq; humano corpori infixa vulnerat in momento: ſed medicamina illi nõ proſunt, niſi longo experimẽto. Cõtra eos, qui cõficiunt libellos famoſos, & contra illos in-G uenientes, & non ſtatim deſtruẽtes, ſed dolose publicantes, pęnę grauiſſimę inſtitutę ſunt, ſm canones. ſ. flagellatio & excõicatio, vt patet 5. q. 1. qui in alterius. & c. hi, q. Et ſi conſtat qui fecerit, poteſt accuſari, atq; deponi, cum graue peccatum ſit, atq; accuſatione & condemnatione digniſſimũ. 26. diſ. §. nunc autem. Secundum vero ciuiles leges pęna talium decapitatio eſt. C. de famo. libel. l. vnica. 5. q. 1. ſi quis famoſum libellum. Et quilibet de populo poteſt accuſare hos tales. Quando etiam accuſatori pretium conſtituitur pro modo accuſatæ perſonæ, vel ſi eſt ſeruus in libertatẽ produ-H citur. ff. de iniur. §. ſi. Et li. fa. lex. §. ſi. & C. c. l. vnica. Ex dictis patet, quod detractio eſt ſecreta bona occultare, occulta bona denigrare, bona in mala inuertere, bonis mala miſcere, occulta mala manifeſtare, audita mala augmentare, atq; crimina falſa imponere, q̃ ſunt ſeptẽ draconis. i. detractionis capita. De quib. Io. ait, Habens capita ſeptẽ. Secunda eſt operatio tranſgreſſionis, quia per hos ſeptem detrahẽdi modos offendit oĩa præcepta Dei, tam tria primæ tabulę, quę pertinẽt ad Deũ, quã ſeptem ſecundę tabulę, quæ pertinent ad proximũ. *Septẽ detrahendi modi.* Quia ex his ſeptem detrahendi modis, ſequuntur

A quuntur præuaricationes decem præcepto rum Dei. Vnde ſubditur, Et cornua decē. Tertia vero operatio eſt gloriationis, quia talis detractor de ſeptuplici modo detrahendi, cum conſummatus fuerit, in malitia gloriatur. Quod quidem crimina irremiſſibilia facit. Vnde ſubditur, Et in capitibus ſuis ſeptem diademata.i.gloria de ſeptuplici detrahendi modo, per quem proximus infamatur. Cui Pſal.ait, Quid gloriaris in malitia &c. Sicut enim confuſio de peccato initium eſt ſalutis, ſic de malitia gloriari, eſt conſummatio perditionis æternæ. Et hoc eſt peccatum conſummatum, quod generat mortem, Iac.1.

B

Articvlvs Tertivs.

De his, qui auditis detractionibus in æternum periclitantur.

IN tertio myſterio aperitur ipſius detractionis peſtifera contaminatio. Et de hoc ſubditur, Et cauda eius trahebat tertiam partem ſtellarum cœli, & miſit eas in terram. Porro cauda draconis circumuentiua malitia eſt animæ detrahentis, ſeu lingua eius pernitioſa, cum qua C detrahendo tertiam partem audientium illam periclitari facit. Ideo ſubditur, Trahebat tertiam partem ſtellarum cęli. Quid per ſtellas cœli, niſi Chriſtiani viri, qui cœleſtis conuerſationis eſſe deberent? Vnde de illis iuſtis Baruch.3. dicitur, Stellæ dederunt lumen in cuſtodijs ſuis. Tria ſunt hominum genera, qui audiunt detractores. Primi præſeruantur, ſecundi defenſantur, tertij contaminantur, & periclitantur.

D

De ſeptemplici remedio ne homo ex auditu detractionum contaminetur, & corrumpatur. Cap. 1.

PRimo vero ſunt quidam audientes detractiones, qui à contaminationibus loquentium pręſeruantur, & detractionibus non credunt. Et licet audiunt corpore, obaudiunt tamen mente. Ad quod faciendum ſeptemplici remedio vtendum eſt. Primum dicitur contriſtatio, ſecundum elongatio, tertium reprehenſio, quartum humiliatio, quintum recordatio, ſextum ſtabilitio, ſeptimum compaſſio. Primum te-

Quō homo pōt abſtinere a coinquinatione detractionis. Primū remedium.

medium contriſtatio denominatur. Debet E enim homo cum audit detrahentem, triſtem oſtendere vultum. Vnde 6.q.1.c.ex merito, dicitur, Nemo inuito auditori libenter refert. Et Prouerb.25. Ventus Aquilo diſſipat pluuias, & facies triſtis linguam detrahentem. Vbi glo. Si hylari vultu detractorem audieris, tu illi das fomitem detrahendi. Si autem triſti diſcit libenter non dicere, quod didicerit non libenter audiri. Vnde Hierony. ad Ruſticum monachum ait, Sicut ſagitta, ſi mittatur contra duram materiam, nonnunquam in mittentem reuertitur, & vulnerat vulnerantem: ita detractor, cum triſtem faciem F viderit audientis, immo non audientis, ſed obturantis aures ſuas, ne audiat iudicium ſanguinis, ilico conticeſcit, pallet vultus, hærent labia, ſaliua ſiccatur, & per conſequens a detractione deſiſt. Secundum vero remedium eſt elongatio, ſcilicet a conſpectu detrahentis ſe elongare, & ſi ſine magno periculo fieri poteſt, ſtatim abire, iuxta illud Prouer.4. Detrahentia labia procul ſint a te. Nam ſecundum Hierony. Si deeſt auditor, deeſt & detractor. Et alibi quod ait, Non minus auribus, quam lingua fugias detractionem. Nam detractor dum videt te non libenter audire, non facile poteſt detrahere. Tertium remedium G eſt diſcreta reprehenſio, vel obiurgatio, Exemplo Chriſti Ioan. 12. qui contra Iudam, & contra alios diſcipulos contaminatos per Iudam, ac detrahentes, contra Magdalenam eo quod fudiſſet ſubſtantiam vnguenti nardi piſtici pretioſi, ait Ieſus: Sinite illam, &c. Item propter eandem cauſam eiſdem ait, Matt.26. Quid moleſti eſtis huic mulieri? opus enim bonum operata eſt in me. Exemplo quoque Dauid, qui de ſe ait: Detrahentem ſecreto proximo ſuo, hunc perſequebar. Exemplo etiam Iob, qui in c.29. de ſe ait, Conterebam mo H las iniqui, ideſt, detractoris, & de dentibus illius auferebam prædam. Quartum remedium eſt humiliatio, per quam homo recurrat ad arcana conſcientiæ ſuæ, atque reminiſcatur, quia multa commiſit, ex quibus ex gratia Dei infamiam non incurrit, vt ex conſideratione propriorum peccatorum, quę tangunt eū, & pungunt conſcientiam ſuam, peccata non ponderet, nec conſideret aliena. Quis vnquam foret, qui ſi acutis ſpinis in auribus pungeretur, attenderet detrahenti. Grauius enim debet mentem pungere patratę culpę, quam carnem

Simile.

Secundū remedium.

Tertiū remedium.

Quartum

A pungentes ſpinæ. Vnde per Eccleſiaſticum 28.præcepit Dominus dicens, Sæpi aures tuas ſpinis,id eſt, conſcientiæ tuæ ſtimulis, *Quintum* & noli audire linguam nequam. Quintum remedium eſt recordatio.ſ.quod de alio, vel de te multa mala fuerint dicta. de quo certiſſimus es, quod erat omnino oppoſitum, vel incomparabiliter fuit minus malum. Sic penſandum eſt, ꝙ in hoc caſu ſimile eſſe poteſt. Non enim parui criminis eſt praua ſentire de rectis. Ideo 1. Corin.3.dicitur, Charitas non cogitat ma- *Sextum.* lum. Sextum remedium eſt ſtabilitio.ſ. ne de facili homo credat. Nam Eccl.19.dicitur:Qui cito credit, leuis eſt corde. Vnde
B Hiero. Si eſſet in nobis diligentia, ne paſſim detractoribus crederemus: iam omnes timerent detrahere. Vnde Iſid.3.li.de ſummo bo.ait: Non ſolum ille reus eſt,qui falſum de alio profert: ſed is, qui cito aurem *Septim.* criminibus præbet. Septimum remedium eſt compaſſio, quam.ſ.homo compatitur his,quibus detrahitur iniuſtè: immo ſi homo eſſet certus de malis, de quibus proximus infamatur, compatiendum eſt ei. ac per hoc homo induit viſcera pietatis, ne ſcandalizetur ex proximorum malis. Exemplo quidem membrorum proximis compatiendum eſt. Vnde 1.Corin.12. Si quid patitur vnum membrum, compatiuntur ei
C omnia membra. Vnde 1.Pet.3. Eſtote inuicem cōpatiētes fraternitatis amatores,&c.

De his qui & ſi non mortaliter ſaltem venialiter ex detractionibus in mente contaminantur. *Cap. 2.*

Qui a detractionibus defenſantur. SEcundo vero ſunt quidam,qui a detractionibus defenſantur. Hi ſunt,qui licet detractoribꝰ nihil determinate credant: tamen aliquo modo in fide vacillant & aliqualiter infirmātur erga illos, quibus
D detrahere audierunt. non tamen omnino credendo iudicant illos,aliqua tamen de illis ſuſpicio mentem illorum ingreditur. Hinc ſecundum glo. ſuper illud 1.Corin.4. Nolite ante tempus iudicare.& ſi ſuſpitiones vitare non poſſumus,quia homines ſumus: iudicia tamen.i.ſententias diffinitiuas continere debemus: atque cum ſuſpicio propulſauerit mentem, orandum eſt cum Pſalm. qui ait, Amputa opprobrium meum, quod ſuſpicatus ſum: quia iudicia tua iucunda. licet autem homo non credat quæ audit mala, peccatum eſt tamē, ſaltem E
veniale: & graue libenter accommodare aures ad audiendum de proximo ſuo malum. poteſt etiam quandoq; eſſe mortale. tanta detractione complacentia eſſe poſſet & ſaltem ſemper magnum periculum eſt: tamen vbi non concurrit mortalis culpa, in hoc ſecundo genere hominum numerari poteſt.

Quod in participatione detractionis homo tripliciter peccat,& quod ex detractione innumera oriuntur mala. *Cap. 3.* F

TErtio ſunt quidam,qui ex detractionibus contaminantur, & pereunt. Secundum Alex.de Ales, tripliciter *Tripliciter peccat audiēs detractiōē.* peccare poteſt audiens detractionem. Primo ſi taceat,ſecūdo ſi delectat, tertio ſi inducat. Primo ſi taceat. Poteſt tamen con- *Primo.* tingere, quod homo taceat ex triplici vario reſpectu. Primo ex timore, ſecundo ex negligentia, tertio ex verecundia. Propter has enim cauſas non reprimere detrahentem peccatum eſt: nihilominus multo minus quam detrahere. Et plerunq; eſt veniale. Poteſt etiam hoc eſſe criminale,maxime propter tria. G
Primo, quia alicui incūbit ex officio,ſeu gradu corrigere detrahentem,nec hoc facit. Contra quos Bern.Non licet tacere, cui ex officio incumbit vitia redarguere. Secundo propter periculum, qđ *Secundo.* ex illa detractione ſequi poteſt.Tertio propter radicem, qua timor humanus quandoque poteſt eſſe mortale peccatum, ſicut alibi patet. Propter hæc tria dicitur 86.diſt.c. facientis. Non caret ſcrupulo conceſſionis occultæ,qui manifeſto facinori deſinit obuiare. Secundo peccat homo, ſi delectat, .ſ. audire detractionem: & hoc propter odium eius,cui detrahitur. Et talis non minus peccat,quam ipſe detractor: ſed quandoq; magis propter maiorē delectationē. H
Vnde Bern.ad Eugenium. Velle audire & detrahere,quod horum damnabilius ſit,nō facile eſt diffinire. Et iterum idem ait. Detractor & detractoris libēter auditor,vterque diabolum habet. Ille in lingua, iſte vero in aure. Ex quo patet,quod quot detractiones audis, tot in auribus dæmones recipis. Vnde Aug. Non accommodes aures tuas ad percipiendum verba detrahentis, ne accipias mortem in anima tua. Detrahenti enim & audienti animę vtriſque eſca mortis

mortis eſt detractio. Vnde 11.q.3.c.non ſo
A lum, dicitur: Non ſolum ille reus eſt, qui fal ſum de aliquo profert: ſed etiam is, qui aurem cito criminibus præbet. Vnde Hiero. Non licet tibi vituperationem alterius libenter audire, quia nec ab alijs optas recipi tuam. Alius quoq; ait: Quem delectat audire turpia, loqui prouocat. Vnde Hiero. ad Nepotianum ait: Caue, ne linguam, vel aurem habeas prurientes, aut alijs detrahas, aut alios audias detrahentes. *Tertio.* Tertio quoque peccat homo, ſi ad detractionem inducat. Et talis amplius quam detractor offendit, quando homo ex maiori malignitate procedit. Et talis omnium malorum, qui ex
B cauſa ab eo data procedunt, coram Deo debet reddere rationem. Vnde ext. de iniur. & dam. dicitur: Qui occaſioné damni dat, damnum dediſſe videtur. Omnes igitur, q mortaliter & impœnitenter ex auditis detractionibus peccant, tertia pars ſunt, de qua hic Ioan. ait, quod draco cauda ſua trahebat tertiam partem ſtellarum cœli, &c. Quia detractio per circunuentiuam malitiam detractorum ſtellarum cœli. i. mentiũ, quæ veluti ſtellæ per firmitatem ſpei debẽt eſſe fixæ in cœlo. per conſenſum mortalis culpæ tertiam partem. i. damnabiliter corruptos obſtinate ad terram trahit. Porro. n.
C hæc plaga muſcarum homines corrumpẽs. De qua dicitur Exo. 8. Venit muſca grauiſſima in domo Pharaonis & ſeruorum eius, & in omnem terram Aegypti: corruptaq; eſt terra ab huiuſmodi muſcis: quia homines terrena ſapientes corrumpuntur ex auditione oblocutorum, qui ſunt veluti pungentes muſcæ. Quanta autem ſit hæc tertia pars, oſtendit glo. ſuper illud Prouer. 24. Detractoribus ne commiſcearis, quoniam repente ſurget perditio eorum. Vnde ait, Hoc ſpecialiter vitio periclitatur totũ quaſi genus humanum. Hæc eſt illa tertia maledicta lingua, de qua Eccl. 28. dicitur: Lin-
D gua tertia. ſ. detractionis, quæ tertia dicitur non tantum propter cauſas in illo c. dictas, ſed etiam, quia tertia eſt ab illo, cui loquitur, & cui detrahit. multos commouit. ſ. ad credulitatem auditorum malorum. Et diſperſit illos de gente in gentem, ciuitates muratas diuitum deſtruxit, & domos magnatorum effodit, virtutes populorum. ſ. ei credentium concidit. ſ. vinculum charitatis ſoluendo, & gentes fortes diſſoluit. ſ. ab obedientia ſuperiorum ſuorum. lingua tertia mulieres veritas. i. verecundas. Et dicitur veritus, ta, tum, a vereor, eris, quaſi ve-

recundiam timens. Alij libri habent viratas eiecit. ſ. de domibus virorum ſuorum, & priuauit illas laboribus ſuis, qui reſpicit illam. ſ. ei credendo non habebit requiem: nec amicum, in quo requieſcat. flagelli plaga liuorem facit. ſ. exterius: plaga autem linguæ comminuet oſſa. i. virtutes, quia vulnerant mentem interius. Secundum enim rectum iudicium rationis, qui bene conſiderat omnia mundi ſcelera, omnes iniquitates, & quaſi omnes hæreſes, ſciſmata & impietates: ex tertia lingua habent originẽ. O igitur lingua nequam, lingua tertia detractoris, o crudelitas infernalis, o impia odij & inuidiæ proles, o peſtifera lepra, tu es, quę diſcordias ſeminas, tu ſola conculcas bonos, diffamas iuſtos, paris ſcandala, periuria falſa teſtimonia, accuſationes iniquas multiplicare non ceſſas, tu lingua ſæua punis inſontes, inter coniuges ſcandala ponis, infamas viduas, fallis & defloras virgines: tu pias & ſacras religiones confundis, ſimplices conſcientias turbas: tu rancores, tu iurgia, tu liuores, iras & contentiones, rixas, contumelias, & ſciſſuras ſuſcitare non ceſſas, diuiſiones, & partialitates nutris & lactas: tu ſola proditiones generas, incendia foues, homicidia patras: tu fratricidia, patricidia, matricidia, & cæteras crudelitates, virulenta impietate committis: tu ſola fœdera frangis, in coniurationibus occuparis, ſeparas amicos, multiplicas inimicos: tu ſola diſſipas ciuitates, deſtruis regna, conſoues tyrannos: tu charitatem extinguis, deprimis iuſtos, magnificas impios, fidem deſtruis, ſpem quoq; confringis, cæteras virtutes impia crudelitate perſequeris: tu omnia ſcelera viuificas & extollis. Quid plura? Tu Angelos in dæmones conuertiſti, atq; de cœlorum regno in æterna ſupplicia deiecisti, & profundaſti primos parẽtes noſtros, ac cum eo totũ genus humanum de paradiſo delitiarum ad temporales & æternales miſerias deſtinaſti. Demum Dei filium tu ſola in crucis patibulo confixiſti. Sed lapidem Chriſtum, quem reprobauerunt per detractionẽ ædificantes Scribæ & Phariſæi: hic, velint nolint, factus eſt in caput anguli. i. ſuper omnes in gloria ſempiterna, cum quo conregnare nos faciat ipſe benedictus Deus trinus & vnus, qui viuit, &c.

(Right margin: E beside "recundiam timens"; *Lingua detractoris.* beside "O igitur lingua nequam"; F beside "es, quę diſcordias"; G beside "delitates"; H beside "ſti. Demum")

A FERIA QVINTA
Poſt tertiam Dominicam
in Quadrag.

De detractione, & remedijs contra eam.

Sermo XXX.

B *STans ſuper illam imperauit febri, & dim ſit illam. Luc. 4.* Et in euangelio hodierno. Satis, abundeq; ex præcedenti ſermone patet, quantum ſit oppoſita & aduerſaria charitati iniquitas detractorum, ac quantæ contagionis ſit audire eos. Iam igitur eamus ad explicanda remedia contra eos: cum non tantũ pereant detrahentes, atque vt plurimum improuidi audientes: verumetiam multi, quibus detrahitur, ſi inde impatientes fiunt, & ſebricitant, veluti Simonis Socrus. Porro ſi diligenter contra detractores opponantur remedia, de quibus dicturi ſumus: Stans Dominus ſuper illam .ſ. animam patientem detractionem: imperabit febri .i. imperio-
C ſo adiutorio ſuo propulſabit detractionẽ. & dimittet illam .ſ. incolumem & quietam. Pro eorum quoque ſolamine in Pſalm. 103. Propheta ait: Draco iſte, quem formaſti ad illudendum ei. In quibus verbis tria circa detractionem conſideranda ſunt. Primum eſt detractionis conditio ibi, draco iſte. ſecundum eſt detractionis permiſſio ibi, quem formaſti. tertium eſt detractionis reparatio ibi, ad illudendum ei. Et poteſt hic eſſe aliud thema.

Pſ. 103.

ARTICVLVS PRIMVS.

D *Quod oblocutor propter tria draconi aſſimilatur.*

PRimo conſideremus oblocutoris cõditionem, de quo Pſal. ait, Draco iſte .i. detractor iniquus & infernalis, qui draconi merito cõparatur: & maxime propter tria. Primo .n. draco habitat in obſcuris, ſecundo in aera ſe leuat volando, tertio libentiſſime habitat in ſpeluncis. Primum in detractore deſignat intellectus obcęcationem, ſecundum mentis elationem, tertium voluntatis obſtinationem.

Detractor comparatũ draconi.

Quo detractor in detrahendo exęcatur in intellectu practico, & ſi non in ſpeculatiuo. Cap. 1. E

PRimo vero ſicut draco habitat in obſcutis, ſic detractoris intelligentia excęcatur. Ad cuius intelligentiam, ſecundum Alexan. de Ales in 2. Notandum eſt, ꝙ duplex eſt animæ noſtrę lumen. Primum eſt ſpeculatiuæ cognitionis, ſecundum eſt lumen cognitionis practicę, qua .ſ. homo alteri vult bonũ, in altero ſibi placet, & diſplicet malũ. Per detractionem autem licet non priuetur intelligentia detractionis lumine cognitio- F
nis ſpeculatiuæ, priuatur tamen lumine cognionis practicæ. Non enim minus a detractore cognoſcitur veritas ſpeculatiua cognitione, ſed magis illi diſplicet veritas bonitatis abominatione: ac ei magis placet falſitas in malitiæ dilectione. Excęcatur igitur in eo oculus practicæ rationis, cui nõ ſapit, quod ſapiendum eſt: atq; ſapit ei, q̃d non eſt ſapiendum. Idem vtique eſt in re viſus, & guſtus, licet differant ratione. Hic nempe eſt oculus ille nequam, de quo Mat. 6. Dominus ait: Si oculus tuus nequam fuerit, totum corpus tuum tenebroſum erit. G
Hic eſt etiam guſtus hominis ægri, cui amarum videtur dulce, & econtra. Nec vtique mirum, ſi excęcatur: cum continue feſtucas ſeu ſpinas .i. hominum culpas quærit, quibus ſibiipſi oculos, detrahendo, eruat. Vnde 11. q. 2. c. inter verba. Gregor. ait: Quid aliud detrahentes faciunt? niſi in puluerem ſufflant, & in oculos ſuos puluerem excitant: vt vnde plus verba detractionis perflant, inde magis nihil veritatis videant. Talibus enim Eſa. 5. in perſona Domini ait: Væ vobis, ſcilicet detractoribus, qui dicitis bonum malum, & econtra, ponentes tenebras lucem, &c.

Duplex lumẽ animæ.

Gregor.

Detractorum minus.

Quod detractor ex temeritate iudicat aliena. Cap. 2. H

SEcundo vero draco in aere volando ſe leuat. Et hoc deſignat in detractore mentis elationem, qua temerarie iudicãdo detrahit vniuerſis. Vnde Chryſ. in ſermone ad contemnendũ cęteros oẽ vitę noſtrę cõſumimus tẽpus. A quo vitio nec ſeculi hominẽ, nec monachũ facile eſt liberum inuenire. Contra quos Eſa. 33. dicitur: Vę q̃ ſpernis, nõne & ipſe ſperneris? & cũ fatigatus fueris cõtẽnere, contẽneris. Ideo Iac. 4.

dici-

A dicitur:Nolite detrahere alterutrum fratres mei,qui detrahit fratri,aut iudicat fratrem, detrahit legi,aut iudicat legem.

De duricia cordis oblocutoris. Cap. 3.

TErtio vero draco in ſpeluncis morať libenter,& deſignat in detractore voluntatis obſtinationem. Vnde Raba. ſuper Leuit.ait: Detractio peſſimus morbꝰ eſt,& aſperimum vulnus. Nullo enim medicamine facile medicari poteſt. Hi ſunt illi peruerſi homines, de quibus Eccleſiaſt.1.c.
B dicitur, Peruerſi difficilè corriguntur.

ARTICVLVS SECVNDVS.

Quòd propter tria permittit Dominus iuſtis aduerſari oblocutores.

SEcundo conſideremus delatoris permiſſionem. Vnde pſal.ſubdit, Quem formaſti.ſ.tu Deus.i.formari & eſſe detractorem permiſiſti. Propter tria vtique permittit Deus detractores detrahere innocentibus atq; iuſtis. Primo propter eorũ maiorem illuminationẽ, ſecundo propter eorũ maiorẽ roborationem,tertio propter eorũ maiorem inflammationem.

Propter q̃d pmittit Deus detractores detrahere.

C

Permittit Deus oblocutores contra iuſtos, ut amplius illuminentur. Cap. 1.

Primo.

PRimo inquam propter eorũ maiorem illuminationem, hoc eſt vt melius cognoſcant bonitatẽ mũdi. Quod conſiderans Dauid.2. Reg.16.cum ſibi malediceret Semei ait:Dominus præcedit Semei,vt malediceret Dauid. Et quia iſta ſunt occulta iudicia,immo in electis ſingularis beneficia Dei:ideo ſubiunxit Dauid: Et quis eſt,qui audeat dicere,
D quare ſic fecit? Dimitte vt maledicat, iuxta præceptum Domini.Et licet Dominus non iubeat detractori voluntatem peruerſam: iubet tamen eius voluntatis effectum,vt ſcilicet maiori lumine anima illuſtretur. Ideo inter bonos regnare permittit Deus malos, vt per detractionem erudiant iuſtos. In huiuſmodi myſterium Iudic.3. dicitur. Hæ ſunt gentes, ſcilicet detractores, quas dimiſit Dominus in terra promiſſionis, id eſt in præſenti vita: vt erudiret in eis Iſraelem, id eſt populum electum. Huiuſmodi enim detractores euigilare faciunt,& aperiunt intellectum, iuxta illud Eſa.28. Sola E
vexatio, ſcilicet detractorum,dabit intellectum auditui.Hinc ſancti Doctores tanto lumine fuerũt radiati, quia ſemper paſſi ſunt vndiq; dtractores,vt patet ex eorũ ſcriptis.

Quod permittit Deus detractores aduerſari iuſtis,vt amplius in iuſticia roborentur. Cap.2.

SEcundo vero pmittit Deus detractores inſurgere contra iuſtos propter eorum roborationem maiorẽ. Hmôi exemplũ ponit Sen.lib.de prouidentia, dicens: Non eſt arbor magna,neque fortis: niſi quã frequens ventus incurſat.ipſa enim vexatione conſtringitur,& radices celſius figit. Vnde 6.q.1.c.ſunt plurimi.Gregor.ait.Sunt plerique, qui vitam bonorum fortaſſis amplius, q̃ debent laudant: & ne aliqua elatio de laude ſubrepat, permittit Deus malos in obtrectationem & obiurgationem prorumpere: vt ſi qua culpa ab ore laudantium in corde naſcitur, ab ore vituperantium ſuffocetur. Hæc ille. Diligendi ſunt ergo & amplectandi, qui nos blaſphemant: quia ne ruamus,vtique nos ſuſtentant.

Secundo permittit Deus detractionẽ. F

Quod Deus permittit oblocutores contra iuſtos: vt amplius inflammentur. Cap. 3.

G

TErtio vero permittit Deus obtrectatores inſurgere cõtra iuſtos propter eorum maiorem inflammationem. Experimento vero certiſſimo comprobatť, q̃ ſicut ignis non tactus, nec aliquo vento pulſatus, cito deficit in ſeipſo: Sic vtique ignis ardentis dilectionis in iuſtorũ cordib. euaneſcit,niſi detractionib. moleſtetť. Vnde Greg.ait:Electorũ deſideria dum deprimũtur aduerſitate,ſ.detractorum, creſcunt: ſicut ignis flatu premitur, vt conualeſcat: & vnde extingui creditur,roboratur. H

Tertio p̃mittit re° obtrectatores te.

ARTICVLVS TERTIVS.

De duodecim remedijs contra oblocutores.

TErtio conſideremus detractionis reparationẽ. De quo pſal.ſubdit, Ad illudendum ei.Porro detractorib.omnes illudere debent, tam audientes detractiones,quàm etiam hi quos mordent detractores.De ſeptem illuſionibus & remedijs, quibus *Pſal.*

A quibus vti debent audientes ipſas detractio nes, dictum eſt in præcedenti ſermone, articul. 3. cap. 1.

Pars prima articuli tertij de quatuor primis remedijs contra oblocutores.

PRimo conſideremus quatuor prima remedia contra oblocutores. Primũ remedium eſt perſeuerantia in bona & recta vita, ſecundum eſt nulla credulitas vel adhærentia, tertium eſt ignorantia, quartũ eſt patientia.

B

Quod perſeuerare in uita iuſta obmuteſcere facit obtrectatores. Cap. 1.

Perſeuerantia in via recta ſingulare remediũ contra obtrectatores.

PRimum remedium eſt perſeuerãtia in recta vita. hoc quidem obmuteſcere facit obtrectatores. Qđ patet exemplo Dani. c. vlt. ad Regem. Da mihi poteſtatem, vt interficiã draconem abſque gladio & fuſte. Et ait rex, Do tibi. Tulit ergo Daniel picem & adipem & pilos & coxit pariter, fecitque maſſas, & de C dit in os draconis & diruptus eſt draco. Per picem enim luxuria ſignificatur. Vnde Eccleſia. 13. dicitur, Qui tetigerit picem coinquinabitur in ea. Per adipem ſignificatur ſuperbia. Vnde Pſalm. Prodijt quaſi ex adipe, id eſt ex ſuperbia iniquitas eorum. Et Iob. 15. ait. Cucurrit aduerſus Deum erecto collo, & pingui ceruice armatus eſt. Per pilos auaritia denotatur. Io. Numeri. 8. Leu. præceptum erat, vt raderẽt omnes pilos carnis ſuæ: maximè quia recreſcunt: & ſimiliter redditus tẽporales. Hæc igitur tria igne feruentis dilectionis coquenda ſunt, vt per bonorum operum veritatem, id eſt per ho-

Pſal.

D neſtatem contra luxuriam, per humilitatem contra ſuperbiam, per contemptum temporalium contra auaritiam, obturẽtur ora omnium detractorum. Vnde. 1. Pet. 2. Sic eſt voluntas Dei, vt benefacientes obmuteſcere faciatis imprudentium hominum ignorantiam. Per hunc modum, ſecundum ꝙ dicit in pſal. laudabuntur omnes, qui iurãt in eo, quia obſtructum eſt os loquentium iniqua. Ait enim, laudabuntur, ſcilicet in fine, id eſt laudabiles apparebunt: omnes, qui iurant in eo. i. qui firmiter proponunt obſeruare & ſeruant mandata Dei. Sicut de ſe pſalm. ait. Iuraui & ſtatui cuſtodire iudicia iuſtitiæ tuę, quia obſtructum eſt os loquentium iniqua,

Ibid.

id eſt detractorum. Sicut alibi pſal. ait, Omnis iniquitas opilabit os ſuum. Vnde. 1. Reg. 2. Impij in tenebris conticeſcunt. Per hũc modum dirumpitur draco, id eſt draconina nequitia detractorum. E

Quod ex munere Dei fit, quod niſi ex leuibus & inſanis: detractoribus non adhibetur fides. Cap. 2.

Secũdum remediũ.

SEcundum remedium eſt nulla credulitas vel adhærentia. Facit enim ex miſericordia Deus ad cõſolationem electorum ſuorum, ꝙ detractoribus nõ credatur: niſi a leuibus & inſanis, licet vndique euomant & ſeminent virus detractionis ſuæ, ingerit Deus mentibus auditorum illud. 1. Ioan. 4. Nolite omni ſpiritui credere. Hoc quidem remedium perſeuerantibus in iuſtitia, pſal. promittit dicens: Deus conteret dẽtes eorum in ore ipſorum, molas leonum confringet Dominus. In quibus quidẽ verbis duo exprimuntur genera detractorum. Vnum eorum, qui ponunt ſciſmata inter bonos. Et hi dentes merito dicũtur. Nam ſicut dentibus pręſciditur cibus: ita per huiuſmodi detractores iuſti, qui ſunt cibus Chriſti, ab inuicem ſeparantur. Contra quos dicitur. Eccleſi. 18. Suſurro & bilinguis maledictus: multos enim turbauit pacem habẽtes. Secundum autem detractorum genus eorũ eſt, qui iuſtorũ minuunt bona. Et hi dicuntur molares. Nam ſicut per molares molaẽ & minuitur cibus: ſic per huiuſmodi detractores iuſtorũ minuunẽ bona opera. De talibus aũt dr̃ Eccl. 28. Plaga aũt linguæ cõminuet oſſa. i. fortia opera electorũ, quæ ſunt virtutes. Hos igitur dentes & molares, tũc Deus conterit & confringit: cum gratia ſua fit, ꝙ detractorib. nõ credatur, & maximè, quia a iuſtis hominib. excuſantur, ſicut Iob. 29. feciſſe teſtatur dicens, Conterebam molas iniqui. i. detractoris, ſcilicet per reprehẽſionem: & de dentibus illius auferebam p̃dam, ſ. per defenſionem & excuſationem. H

F

G

Quod remedium contra delatores eſt, neſcire ac nolle ſcire eorum detractiones. Cap. 3.

Ignorãtia

TErtium remedium eſt ignorantia. ſ. cũ ex munere Dei fit, ꝙ homo neſciat detrahi ſibi, vel ꝙ virtuoſius eſt, referẽtes detractiones de ſe factas renuit audire. Noui quendam prędicatorem non minimę famæ,

A famæ, qui cum in quadam ciuitate, concurrente magiſtro populo, dum prædicaret: quidam alius prædicator iuuenis & ignarus licet videretur ſibi ſciolus ad acquirendum ſibi nomen, ꝙ cum ceſſare auſus eſſet pugnare quotidie contra prædicti pdicatoris ſententias firmas detrahere non ceſſabat, quia cum audiens ille prædicator expertus videſ que quòd detractori a diſcretis & communiter a toto populo in oblocutionibus nulla adhibeatur fides: quodque in veritatis tuitione retúdere illius detractiones nil aliud eſſet quàm populum de prædicatoris impatientia ſcandalizare, ſeipſum vilificare & cóturbare, atque illum apud inſcios & malignos extollere in excelſis: omnibus auditoribus ſuis atque deuotis auctoritate, qua valuit, diſtrictè prohibuit vt nullus verbo vel ſcripto ſibi aut ſocijs modo aliquo annunciaret aliquid de his, quæ contra ſanam doctrinam ſuam ille populi ſcandalizator obloqueretur. De qua prudentia tanti populi ædificatio ſecuta eſt, quòd omnes detractiones illius ſuper caput ſuum retorquebant. Et quod mirabilius eſt, tranſacta quadrage. in quadam ſolenni proceſſione coram omni populo ſuadentibus hoc quibuſdam famoſis viris, detractor ille genuflectens exteriori ſaltem ſigno de prædictis oblocutionibus ab illo veniam poſtulabat. Ex qua quidem prudentia in conſimilibus exemplum multæ ædificationis & pacis ſumendum eſt. Nam, teſte Eſa. 33. Qui obturat aures ſuas, ne audiat ſanguinem, & claudit oculos ſuos ne videat malum: ille in excelſis habitabit. Quod fecit dicens, Factus ſum ſicut homo non audiens, &c.

Caſus.

B

C

Quando a nobis patienter tolerandi ſunt obtrectatores. Cap. 4.

QVartum remedium dicitur patiétia. Secundum vero Alex. de Ales. in 2. Debet homo excidere cauſas detractorum ſecundum ꝙ ſcandalum eſt dictû, vel factum minus rectum, præbens occaſionem ruinæ. Si vero non poteſt omnino in ipſis occaſio ſubtrahi detrahendi: audientibus ſatisfaciendum eſt ſecundum conſilium Chriſti, qui dicentibus ei Apoſtol. Matt. 15. Scio quia Phariſæi audito hoc verbo ſcandalizati ſunt, Ait enim: Sinite illos, cæci ſunt, & duces cæcorum. Quod etiam conſiderat Apoſtolus. 1. Corint. 4. ait: Mihi autem pro minimo eſt, vt a vobis iudicer, aut ab humano die, neque meipſum iudico. Nihil mihi conſcius ſum, ſed non in hoc iuſtificatus ſum. Qui autem me iudicat Domin' eſt. Sed ſi repelli non poſſunt, patienter tolerādi ſunt. Vnde Gregorius ſuper Ezech. Cum linguæ derogantium corrigi nequeunt, æquanimiter ſunt per omnia tolerandæ. nec obtrectationis ſermo timendus eſt: nedum vituperatio peruerſorum metuitur, via recti operis deſeratur. & hoc ſeruari debet, quando talis detractio non multum nocet generando ſcandalum in cordibus auditorum. Proinde diligenti animaduerſione cóſiderare debent maximè quilibet famoſi prædicatores, qui de facili detractiones plurimas patiuntur: quomodo quæſtionib. inutilibus atque vanis etiam ſolatij cauſa, ſeu detractoriè introductis, per patientiam ſatisfacere queant. Nam inutilem quæſtioné per ſilentium ſoluere prudentia eſt: duabus vero reliquis per vultus hylaritatem & benignitatem non aliter per verba reſpondere, etiam ſi inde aliqui conturbentur, pro quibus tamen orare debent, vt Deus corda eorum illuminet & tranquillet. Aliter enim ex contentione graue in ſe reciperent detrimentum in diminutione humilitatis, & pacis & patientiæ mittis & in proximo ſcandalum vt plurimum generabunt, vel nullum fructum. Sumant exemplum a Chriſto, qui tempore paſſionis in examinationibus ſuis ter, & coram tribus legitur ſiluiſſe. Primo coram ſummo Pontifice. Vnde Matth. 26. dicitur, ſurgens princeps Sacerdotum ait illi: Nihil reſpondes ad ea, quæ iſti aduerſum te teſtificantur. Et ſubdit, Ieſus autem tacebat. Secundo ſiluit coram Herode. Vnde Luc. 23. dicitur, quòd Herodes ſperabat ab eo ſignum aliquod videre fieri. Interrogabat autem eum multis ſermonibus: At ille nihil reſpondit ei. Tertio etiam Pilato. vnde Ioan. 19. dicitur enim ibi, quòd interrogante eum Pilato ac dicente, vnde es tu? Ieſus autem reſponſum non dedit ei. In primo nos docuit ſilere inter contumelias teſtium falſorum, in ſecundo vero ſilere inter quæſtiones vanas & vanè glorioſas curioſorum, in tertio vero ſilere veritatem propriarum laudum. Vnde ſecundum Auguſtinum, vbi non reſpondebat, ſicut ouiſ ſilebat, dans nobis exemplum mititatis: & vbi reſpondebat, ſicut paſtor docebat, &c.

D

E

F *Notent diligēter verbi diuini pcones & bono ſint aio contra obloquentes.*

G *Primo.*

Secundo.

Tertio.

H

Pars

A *Pars ſecunda, tertij articuli de alijs quatuor remedijs contra oblocutores.*

SEcundo conſideremus quatuor alia remedia contra oblocutores. Primum eſt defenſio, ſecundum eſt teſtificatio, tertium eſt exemplatio, quartum eſt cōpaſſio.

Quando licet ſe ab obtrectatoribus defenſare. Cap. 1.

Primū remedium.

PRimum remedium defenſio dicitur. Licet enim cordis patientia
B ſemper ſeruanda ſit, ſicut dictum eſt: tamen quando imminet periculum, aut neceſſitas, vel magna infamia, vel proximi charitas ſiue obedientia ſuperioris, debent Doctores & prædicantes māſuetè, præmeditate, prudenter & humiliter reſpondere: non alto clamore, nec arroganti vociferatione, quia ex hoc ſcandalizari ſolent: & ne tamen ſub pallio ineptæ humilitatis extincto veritatis zelo in arduis negocijs quidam ſubrepant inerciæ torpor hęreticorum detractionibus, & graue ſcandalum ponentibus in populo Dei, virili animo reſiſtendum eſt. Vnde Auguſt. lib. 2. de
C Trinit. Gratanter ſuſcipit oculum columbinum pulcherrima & modeſtiſſima charitas. Dentem autem caninum, vel euitat cautiſſima tutiſſimaque humilitas, vel retundit ſolidiſſima veritas. Quod ſcilicet fieri debet non amore priuatæ gloriæ & propriæ commoditatis, ſed reſpectu communis vtilitatis. Ideo ſecundum Gregor. in paſtor. dicitur: Qui praua ſtudet agere, & tamē ad hoc cæteros vult tacere: ipſe ſibimet teſtis eſt, quia plus veritate ſe appetit diligi, quam cōtra ſe non vult defendi. Ita quoque econtra dici poteſt, quòd plus ſe diligit quàm ve
D ritatem, quæ Deus eſt: qui veritatis aduerſarijs non reſiſtit, vt ſibi, ſcilicet pacem quærat, aut alijs non diſpliceat. Quia vt dicitur extra de homic. c. ſicut dignum. Non caret ſcrupulo conceſſionis occultæ, qui manifeſto facinori definit obuiare. Vnde Gregor. ſuper Ezech. Homil. qua ait. Linguas detrahentium ſicut noſtro ſtudio non debemus excitare, ne ipſi pereant: ita per ſui malitiam excitatos debemus vnanimiter tolerare, vt nobis meritum creſcat. Aliquando autem compeſcere, ne dum de nobis mala diſſeminant eorum, quæ audire nos ad bona poterant, corda innocentium corrumpant. Item idem ſup. ait, Hi quorum vita in exemplo imitationis eſt poſita, debēt ſi poſſint, detra E
hentium verba compeſcere: ne eorū ꝓdicationē non audiant, qui audire poterant: & prauis moribus renitentes bene viuere contemnant. Vnde ſm Aug. in epiſt. ad Hypponenſes. Detractores cum ipſa ſcripturæ veritatem criminari, aut at obſcurare nō poſſunt: hos, per quos prædicatur, inducunt in odium: de quibus effingere quicquid in mēte euenerit, poſſunt. Vnde iā apoſtolicæ prophetiæ tps vr̄ inſtare. 2. Tim. 4. Erit enim, cū ſanam doctrinā non ſuſtinebunt. Hæc ille. Sic etenim Chriſtus Phariſæorū malitiā publicè & inſtantiſſimè confutabat. ſic ēt Apoſtolus contra pſeudoapoſtolos acerrimè &
publicè inuehit. Sic & veri prophetæ cōtra F
pſeudoprophetas uiriliter pugnauerunt. Et Hiero. in Bibliæ prologis ac in epiſtol. ſuis idem feciſſe apertiſſimè demonſtrat. Idem quoq; alij Doctores Sancti pro loco & tpe manifeſtiſſimè apparet, ſicut Grego. Naz. & Beatus Bernard. in ſuis apologiis feciſſe ꝓbantur. Hoc aūt omnib. prædictis expediēs erat, & conſimilibus neceſſarium eſt: & maximè quadruplici ex reſpectu. Primo reſpectu detractorum, contra quos inuehit, vt eorum malitia retundat & cōprimat & fortè curet. Secundo reſpectu adhærentium, vt
ab eorum periculoſa retrahantur ſequela. G
Tertio reſpectu veritatis diſcipulorū, vt veritati & Doctoribus veritatis firmius inhæreant, aut ne a veritate vacillent, aut ne in illorum inducantur errores. Quarto reſpectu eorum, quæ ſic detractoribus contradicūt, quia ex huiuſmodi vexationibus fortius inflammantur, illuminantur, acuuntur & ſolidantur ad veritatis amplexum & ad deteſtationem falſitatis atque virtutis & vitiorum, contra quæ inuehunt, & armantur atq; pugnant. Fateor tamen, ꝙ etiam præfati in huiuſmodi zelo aliquando aliquid patiuntur
humanum & veniale: difficile enim eſt, vel H
modicum in his non excedere, & medium ſobrietatis tenere.

Quadruplex reſpectus.

Quod contra obtrectatores magnum remedium ſunt teſtimonium Dei & conſcientiæ noſtræ. Cap. 2.

SEcundum remedium eſt teſtificatio. Cum enim cuiquam detrahitur contra iudicium veritatis, ſemper recurrere debet ad iudicium Dei, quod in tantum eſt verum, vt nec fallere velit, nec valeat falli, atque cum coram Deo viderit puram cōſcientiam ſuā de falſis & temerariis iudiciis detractorum

A traƈtorum & credentium eis minimè curare debet, exemplo Iob, qui. 16. ca. de ſeipſo ait, Ecce enim in cœlo eſt teſtis meus & cõſcius meus, in excelſis. Vbi ait Gregor. Qui teſtem in cœlo habet, ſi ab hominibus repꝑhenditur, non curet. Vnde 11. q. 3. cap. inter verba, idem ait. Inter verba laudantium, ſeu vituperantium, ad mentem ſemper recurrẽdum eſt: & ſi in ea non inuenitur bonum, quod de nobis dicitur, magnam triſtitiam in ea generare debet. Et rurſum: Si in ea non inuenitur malum, quod de nobis loquunt̃ homines, in magnã debemus lætitiã proſilire. Quid enim ſi non oẽs laudant, & B conſcientia nos liberos eſſe demonſtrat, habemus Paulum dicentem, Gloria nr̃a hæc eſt teſtimonium conſcientiæ noſtræ. Iob vero dicit, Ecce in cœlo teſtis meus. Si igitur nobis teſtis eſt in cœlo, & teſtis in corde, dimittamus ſtultos foris loqui, quod volũt. hæc ille. Bern. quoq; exponens illud Cant. 1. Recti diligunt te, ait: Profeƈto bona conſolatio eſt, cum blaſphemamur benefacientes a malis: ſi recti diligũt nos, omnino ſufficit aduerſus os loquẽtium iniqua, opinio bonorum cum teſtimonio conſcientiæ. Nõ veniat anima mea in conſilio detrahentiũ, C qm̃ Deus odit eos, dicente Apoſtolo, Detraƈtores Deo odibiles. Hæc ille.

Conſcientia mille teſtes.

Quod exemplo Domini noſtri Ieſu Chriſti cui multipliciter detraƈtum fuit tolerare debemus patienter obtreƈtatores. Cap. 3.

Tertium remediũ.

TErtium quoque remedium eſt exẽplatio. Secũdum vero Sen. in epiſtola ad Lucillum, nulla tam modeſta malitia, vt malignitatis dentes vitare poſſit. Vnde Chryſo. ſuper illud Matt. 12. Indignati quẽadmodum ſi columna ereƈta fuerit accepto D pondere amplius confirmetur. Si aũt modicè obliquata fuerit, non ſolum non confirmat̃, ſed amplius vadit ad latus. Sic & cor hominis, ſi reƈtum fuerit, videns opera viri iuſti, audiens doƈtrinam ſapientiæ eius, etiam amplius confirmatur. Sed ſi cor peruerſum fuerit, non ſolum non confirmatur, ſed magis ad inuidiam excitatur & magis peruertit̃. Quis etenim tã iuſtus & prudẽs, tantaque innocẽtia & modeſtia, immo omnium decore virtutum exornatus, ſicut benediƈtus Dominus Ieſus Chriſtus: & tamẽ, quot detraƈtiones, quot oblocutiones, quot etiam ſenſit contra ſe vipereos dentes, Iudæorum, Scribarum & Phariſęorum? Inter E cæteras vero detraƈtiones tripliciter detraxerunt. Primo eius ſapientiæ, ſecundo eius innocentiæ, tertio eius ſequelę. Primo eius ſapientiæ. Et hoc tripliciter. Primo eius ſapientiæ naturali. Vnde Ioã. 10. Dęmonium habet & inſanit. Quid enim auditis? Et Mar. 3. dicebãt, Quoniam in furorem verſus eſt. Secundo eius ſapientiæ litterali ac legali dicentes, Ioan. 7. Quomodo hic litteras ſcit, cum non didicerit. Et ꝙ talis admiratio de deſpeƈtione procederet, oſtendit Matth. 13. cum dicitur, quòd ſcandalizabantur in illo. Tertio eius ſapientiæ ſpiritali reputantes F eum hæreticum, Ioan. 8. Samaritanum. i. diuino cultu hæreticum, vel ſaltem dubium. Vnde Ioan. 9. dicunt. Nos ſcimus, ꝙ Moyſi locutus eſt Deus: hunc autem vnde ſit, neſcimus. Vbi Glo. Quod Moyſes docuit, a Deo accepit: hic autem vnde acceperit, neſcimus. Secundo detraxerunt eius innocẽtiæ. Et hoc etiam quinque modis. Nam primo aſſerunt illum peccatorem reſpeƈtu ſui, dicentes Ioan. 9. Nos ſcimus, quoniã hic homo peccator eſt. Et Matth. 11. Ecce homo vorax & potator vini. Secundo dicunt illum ſeduƈtorem reſpeƈtu populi, dicentes G Ioan. 7. Seducit turbas. Et Matth. 27. Recordati ſumus, quia ſeduƈtor ille dixit adhuc viuens, poſt tres dies reſurgam. Et Luc. 23. Hunc inuenimus ſubuertentem gentem noſtram & prohibentem tributa dari Cæſari. Tertio aſſerunt eum blaſphematorem reſpeƈtu Dei, dicentes Ioan. 10. De bono opere non lapidamus te, ſed de blaſphemia: quia cum tu homo ſis, facis te Deum. Quarto dicunt eum tranſgreſſorem reſpeƈtu legis, dicentes Ioan. 9. Non eſt hic homo a Deo, qui ſabbatum non cuſtodit. Quinto dicunt eum operatorem in virtute diaboli. Vnde Luc. 11. Et Matth. 12. In Beelzebub principe dæmoniorum eicit dæmonia. Et Ioan. 7. & 8. dicitur ei, dæ- H monium habes. Tertio detraxerunt eius ſequelæ. Et hoc tripliciter. Primo de vilitate diſcipulorum dicentes, Nonne fratres ſui ſunt Iacobus & Ioannes? Secundo de ſimplicitate ei credentium dicentes, Ioann. 7. Nunquid aliquis ex principibus credit in eum, aut ex Phariſæis? Sed turba hæc, quæ non nouit legem, malediƈti ſunt. Tertio de vitioſitate amicorum ſuorum, dicentes Matth. 9. Quare cum peccatoribus & publicanis mãducat magiſter veſter? Et Luc. 15. Erant appropinquãtes ad Ieſum publicani & peccatores, vt audirent eum.

Q̃uo detraƈtũ eſt famæ Chri.

A eum. Et murmurabant Scribæ & Phariſæi, dicentes, quia hic peccatores recipit & mã ducat cum illis. Et Luc.19.de Zacheo murmurabant dicentes, ꝙ ad hominem peccatorem diuertiſſet. Quid igitur miramur ægre ferentes detractiones nos pediculi miſerabiles & miſerandi? Qua inſania dedignamur, qua denique ſtultitia. De mente elabitur noſtri Saluatoris exemplum, audiamus eum Ioan.15. nobis annunciantem: Si mundus vos odit, ſcitote quia me priorem vobis odio habuit. ſi de mundo fuiſſetis, mundus quod ſuum erat diligeret. Et ſequitur. Non eſt ſeruus maior domino ſuo: ſi
B perſecuti ſunt me, & vos perſequentur: ſi ſermonem meum ſeruauerunt, & veſtrum ſeruabunt. Exemplum etiam ad hoc apertiſſimum patet, quia nunquam fuit ab initio ſeculi vſque nunc: nec etiam in poſterum erit aliquis iuſtus, cui diuerſimodè nõ fuerit detractum. Nonne etiam ad tantam inſaniam deuenerunt multi, quòd ipſi quoque ſummo opifici Deo quotidie detrahere non verentur? Quid ergo mirum, ſi de nobis viliſſimis creaturis aliqui obloquunt?

Quod multum compatiendum eſt inuido cordi oblocutorum. Cap. 4.

C *Quartum remediũ.* QVartum remedium eſt compaſſio. Compatiendum vtique eſt cruciatibus detractorum, qui vtique ſecundum eorum iudiciũ ſatis magni apparent, cum ex inuidia oriantur. Habent ſecundum Alexand. in ſua radice pœnam. Vnde ſecundum Auguſt. Amaſti bene agentem, vixiſti bono odore: inuidiſti bene agenti, mortuus es bono odore. Et Sen. Vtinam inuidus in omnibus locis oculos & aures haberet, vt de omnibus profectibus, quibus inuidet, torqueretur. Diogen. philoſophus cum ei nunciaſſet amicus, te amici cuncti vituperant: Oportet, inquit, ſapientiam ab inſipientibus ferri. eſſe enim melio
D rem iudicat lingua mala, quàm carpit. Et Hieron. ad Demetriadem. Hominum vilũ ſatis eſt & ſuam laudem quærentium alios viles facere. Et iterum Sen. Qui alienis malis ſicut ſuis bonis lætantur, diuites ſunt alienis iacturis, locupletes calamitatibus, funeribus immortalis. Ex hoc enim diſcant prædicantes compati laniantibus atq; eis detrahentibus, cum reprehenduntur de ſceleribus ſuis: quia neceſſe eſt medicum ſapientem patienter ferre infirmorum fœtores, lamentationes atque clamores. Aliter ſimiles ſunt medico inſipienti, qui dũ ægroti apoſtema nouacula frangit, vult eum ſileri. E Qui poteſt dicere merito, aut permittatis me ex meo dolore clamare, dum carnes meas inſciditis: aut permitte me incidere carnes veſtras & vos clamate. De prædictis duobus oportet vos alterum eligere.

Pars tertia, tertij articuli de vltimis quatuor remedijs contra oblocutores.

TErtio conſideremus quatuor vltima remedia contra derogatores. Primũ eſt opportunitas, ſecundum eſt neceſ- F ſitas, tertium eſt honorabilitas, quartum eſt magnanimitas.

Quod opportunum eſt contra iuſtos eſſe oblocutores. Cap. 1.

PRimum autem remedium eſt opportunitas. Nimium nempe opportuna eſt oblocutio detractori, *Opportunitas contra oblocutores.* vt patet. 6.q.1.c.oues.in fi. vbi dicitur, ꝙ iuſto Dei iudicio nõ nunquam aduerſus bonos detractio excitaẽ: vt quos vel domeſtica adulatio, vel aliorum fauor in altum extulerat, detractio humiliet. G Cuius ratio, ſecundum Alex.de Ales eſt, quia ſicut per adulationem mentis oculi clauduntur, & excæcantur: ita per detractionem aperiũtur & illuminantur. Cum enim homo videt ſibi detrahi (ſi ſtultitia in eo non laborat) cõuertit ſe ad conſiderationẽ infirmitatis ſuæ, quærens ac perquirens ſi quid ſit reprehenſibile in eo & ſic humiliatur & emẽdatur. Vnde Greg. *Greg.* Qui per laudes a ſe exire potuit, contumelijs compulſus ad ſe reddit. Hinc dicit Apoſtolus. *Apoſtol.* Per arma iuſtitiæ a dextris & a ſiniſtris, per gloriam & ignobilitatem, per infamiam & bonam famam, vt ſeductores & veraces: H ſicut qui ignoti & cogniti, quaſi morientes & ecce viuimus: vt caſtigati & non mortificati, quaſi triſtes, ſemper autem gaudentes.

Quartum iuſtis neceſſarij ſunt derogatores. Cap. 2.

SEcundum remedium eſt neceſſitas. Debet enim mens illuminata penſare, ꝙ *Secundũ remediũ.* Deus miſericors de neceſſitate permittit detractores inſurgere contra iuſtos, vt per viam virtutum cautius incedant. Vnde

1.Pet.

A 1.Pet.2. dicitur. Conuerſationẽ veſtrã inter gentes habentes bonam, vt in eo quod detractant de vobis tanquam de malefacto ribus: ex bonis operibus vos conſiderantes glorificent Deum in tempore viſitationis, id eſt quando a Deo illuminabuntur. Vnde Cantic.2.Mens,cui detrahitur, lilio ſpinarũ compunctionibus tacto merito comparat, cum dicitur: ſicut lilium inter ſpinas, ſic amica mea inter filias. Lilium nempe ſpinis plus redolet punctum. Iam vero attractum & attritum,ſeu confractum fœtet.Sic vtiq; iuſtus linguis detrahentium punctus plus redolet, ſi æquanimiter portat. Si vero im- B patiens eſt atque confractus, & ab inceptis deſiſtit, fętet. Hinc Pet.Rauenn. ait. Virum fortem excitat ad virtutis exercitium alieni laboris aculeus: nec mentis oculo torpore permittit inuidia detractorum.Iacob,qui,in baculo ſuo Iordanem tranſierat, non rediſſet cum duabus turmis, niſi eum inuidia Eſau agitaſſet. Ioſeph enim non imperaſſet Ægyptijs, niſi ipſum fratrum inuidia vendidiſſet. Scriptum quippe eſt. Abel eſſe nõ poteſt, quem Cain malitia non exercet. Vnde Seneca: Inuidiam ferre aut fortis,aut felix poteſt.

Pet.Rau. *Seneca*

C

Quartum ſignum eſt, quòd honorandi ſunt iuſti, quando detrahitur eis. Cap. 3.

TErtium remediũ eſt honorabilitas. Magnum vero iuſtorum teſtimoniũ eſt, ꝙ honorandi atq; laudandi ſunt etiam ab ipſo Deo, cum ipſi vituperantur a malis. Vnde Glo.Numeri.12. ait: Magnum etenim beneficium conferunt detractores. Nunquam enim inuenimus Dominum tantum laudaſſe Moyſen: quantum tunc, cum detraheretur ei ab Aaron & Maria. Vnde dixit de Moyſe Nume.12.In omni domo mea D fideliſſimus eſt. Ore enim ad os loquor ei palam,& non per enigmata & figuras Deũ videt.vide,quid ſibi pœnæ obtrectantes cõtulerint. Quid autem laudis, ſibi turpitudinem,illi ſplendorem:ſibi lepram,illi gloriã. Vnde Rich.ſuper Apoc. ait: Malorũ eſt ſemper odioſa vita bonorum:& quem Deus cõmendat, prauorum ſermo blaſphemat. Inſuper Gregor.ſuper Ezech.ait. Qui autẽ increduli & ſubuerſores ſunt in ſuis ſermonibus derogantes,timendi non ſunt: quia valde ſtultũ eſt,ſi illis placere quærimus, quos non placere Domino ſcimus. Debent autẽ haberi in metu & in reuerentia iudicia iuſtorum, quia membra omnipotentis Dei B ſunt:& hoc ipſi in terra repræhendunt, qđ Dominus redarguit in cœlo. Nam peruerſorum derogatio vitæ noſtræ approbatio eſt. Quia iam oſtenditur nos aliquid iuſtitiæ habere,ſi illis diſplicere incipimus, qui Deo non placent. Nemo enim poteſt i vna eademque re omnipotenti Deo atque eius hoſtibus gratus exiſtere. Nam Deo ſe amicum denegat, qui eius placet inimico. Et inimicis veritatis aduerſabitur, qui eidem veritati in mente ſubiugatur. Vnde ſancti viri in voce liberæ increpationis ſuccenſi, eos ad ſua odia excitare non metuunt,quos F Deum non diligere cognoſcunt.Quod propheta ardenter exhibẽs creatori omnium, quaſi in munere obtulit dicens: Nonne qui oderunt te Domine, oderam illos? & mei inimici facti ſunt mihi. Quaſi dicat. Penſa, quantum te diligo, quia tuorum hoſtiũ excitare contra me inimicitias non pertimeſco. Hinc iterum dicit: Qui retribuunt mihi mala pro bonis,detrahebant mihi, quoniam ſubſecutus ſum iuſtitiam.Bonum valde eſt, quod iuſtus tribuit, quando malè agentibus libera voce contradicit:ſed peruerſi mala pro bonis tribuunt, cum iſtis derogant, quia contra eos iuſtitiæ defenſionem G ſeruant.Non enim iuſti humana iudicia,ſed æterni iudicis examen aſpiciunt: & ideo derogantium verba contemnũt. Hinc Paulus Corintheis derogantibus ait: Mihi autẽ pro minimo eſt, vt a vobis iudicer,&c.

Grego. *Iudicia iuſtorũ bene haberi in metu.*

Quod animo magno ſpernendi ſunt oblocutores. Cap. 4.

QVartum remedium eſt magnanimitas. Grandi quidem animo vilipendendæ atque nihili pendẽdæ ac omnino deſpiciendæ ſunt detractorum oblocutiones & derogationes:nec etiam niſi in magna neceſſitate,ſicut prædiximus, retundendæ. Proinde Eccle.28. Secundum enim H ligna ſiluæ, id eſt, ſecundum populi varietatem, ſic ignis exardeſcit, id eſt ſicut præualet ignita lingua oblocutoris,eo quod mali derogantibus faciliter cedunt, iuſti vero permanent inconcuſſi.Et ſubdit dicens, Si ſuſflaueris,ſ.contra dicendo, quaſi ignis exardeſcit: quia multo amplius derogabunt. Et ſi expueris ſuper illam.ſ.oblocutionem, videlicet vilipendendo atque deſpiciendo illam: vt fortè illam ad litteram & deſpectionem ſpuendo in terram, quaſi ſuper detractionem extinguet.Et ſubdit dicens, Vtraq; ſcilicet

Quartum remediũ.

A ſcilicet ſaliua, & detractio ex ore proficiſcũtur:quaſi ſaliua oblocutionis remedium ſit. Saliua enim ieiuni ſtomachi contra venenũ ſerpentis valere dicitur, vt myſticè innuat, ꝙ contra draconinam detractionem ad illudendum ei,ſpuicio ſuper terram & quæcunque eius vera deſpectio optimo tyriaco merito comprobatur. Per hæc.12.remedia verificatur, quod propheta ad Dominum ait: *Pſal.* Tu confirmaſti in virtute tua mare,contribulaſti capita draconum in aquis. Quid per mare, niſi animæ iuſtæ?quibus oblocutores detrahere amaritudinis cauſas præſtant:ſed virtute diuinæ gratiæ confirmantur, ne ꝑ B impatientiam periclitentur. Tunc quoque contribulat capita draconum in aquis,quando tribuit Dominus multiplicationes gratiarum his,quibus detrahebatur. Et ſubdit etiã Propheta dicens, Tu confregiſti capita draconum, de quibus in 2.arti.præcedentis ſermonis dictum eſt. Quæ tunc confringit, quando ſupradicta remedia ſua benignitate opere adimpleri concedit. Hæc quidẽ ſunt defenſiua remedia contra oblocutores & detractores,quibus cum Dei adiutorio protegi poterimus,& cum eis contra delatores immaculati tranſire. Quod nobis largiri dignetur Dominus noſter Ieſus Chriſtus contra C omnes oblocutores & detractores magnificus & glorioſus triumphator,qui cum prẽ & ſpũ ſancto viuit & regnat Deus,&c.

FERIA SEXTA, poſt iij.Dñicam, in Quadr.

De Conuerſione Samaritanæ. Expoſitio Euangelij ſecundum myſticum ſenſum.

Sermo XXXI.

D

DA mihi bibere. *Ioannes* 4. Et in Euangelio hodierno. Mira quippe & admiranda ſapientia Saluatoris in hoc, ꝙ ſæpe aĩam ex amore quærentem illum, & toto deſiderio inardeſcentẽ ad eũ: fugere & obdureſcere paret. Ac qñ aliam aĩam, vel eandem inſectari videtur, quę ſuis inſpirationibus ac vocationibus quaſi toto conamine contradicit. Videas Matth.15. ꝙ mulier Chananea affectione feruens, ſollicitudine quęrens,clamorib.petens:filiam.i. animam ſuam ſaluari depoſcit.Et nihilominus E Ieſus fugit,obmuteſcit, & ſpreuit, velut canem, & eam quodãmodo abhorrere apparet. Et econtra hanc Samaritanam inſectari videtur etiam ſuis inſpirationibus renitentem. Ait enim illi,Da mihi bibere. Ad literam.Quaſi dicat, Fatigatus ſum ex itinere, quieſco laſſus expectans,ꝙ ad hunc fontem quiſquã hauriturus accedat. tu, me hic ſedente, primo mulier adueniſti. Sitio: oro,da mihi bibere. Suæ ſalutis auidus Dominus Ieſus Chriſtus : fidem magis, quam aquam bibere cupiebat. Et in hoc myſticè deſignatur,ꝙ tẽporalia nos derelinquere petit quo ad perfectos:vel largiter diſpenſare quo ad alios,vt per hoc poſſemus ſua ſpũalia F ſuſcipere tẽporalium amore ſublato. Felix mercatio Chriſto dare noſtra vitia & peccata,& eius accipere gratias & virtutes. Felicior poſſidere cæleſtia ꝓ terrenis.Feliciſſima Chriſtum poſſidere pro nobis. Ad hũc finem Samaritanam & quamlibet animam Dñs ducere concupiſcit: ideo ſubdit poſtulat dicendo,Da mihi bibere. Triplicẽ amoris ſtatum in anima ſitiendo deſiderat Dñs Ieſus Chriſtus, qui in ſerie præſentis euãgelij per ordinem myſticè deſcriptus eſt. Primus eſt amoris incipientis, ſecũdus eſt amoris proficientis, tertius eſt amoris perfecti. G De quibus in perſona Samaritanæ Propheta in pſal.16.ad Dominũ dicit, Probaſti cor meum & viſitaſti nocte:Ecce primum.Igne me examinaſti,& non eſt inuenta in me iniquitas:ecce ſecundum. Vt non loquatur os meum opera hominum: ecce tertiũ. Quod verbum poteſt eſſe thema in Euangelio occurrenti.

ARTICVLVS PRIMVS.

De amore incipienti & de triplici illuminatione eius.

H

PRimus eſt ſtatus amoris incipientis. Vnde Propheta ait, Probaſti cor meũ & viſitaſti nocte. Triplici illuminatione fidei probãdo & viſitando illuminat Dominus noſter Ieſus Chriſtus noctem tenebroſam humani cordis. Prima eſt Chriſti incarnatio, ſecunda Chriſti conuerſatio, tertia Chriſti conſummatio: quæ in ſerie euangelij myſticè declarantur.

Quod

A *Quod lux fidei incarnati verbi humanum illuminat intellectum. Cap. 1.*

Incarnatio eſt prima Chri illuminatio.

PRima illuminatio eſt Chriſti in-
carnatio, quia per ſuã Incarna-
tionem lux in tenebris lucet. De
quo Io. 4. in Euãgelio hodierno
miſticè ait, Venit Ieſus i ciuitatẽ Samariæ.i.
in territorio eius, quæ.ſ.ciuitas Samariæ dr̃
Sychar. Secundũ.n.Hiero.lib.j.Hebraicarũ
quæſtio. vitiosè error inoleuit, vt legitur Sy
char: dicitur enim Hebraicè Sychen. Iuxta
verò Græcam & Latinã cõſuetudinem, Sy-
chima declinata eſt: & eſt nunc non ſubdit
B metropol. Samaritanorũ. Venit inquã iuxta
prædiũ, quod dedit Iacob filio ſuo Ioſeph,
Gen. 48. in fine. Et ſm Hiero. & alios Do-
ctores hoc prædiũ fuit tota ciuitas. Myſticè
Sychar interpretatur humerus ſiue labor.
Ad hanc autẽ ciuitatem venit Ieſus, qñ ver-
bum caro factum eſt, & habitauit in nobis.
Tunc enim ſuppoſuit humerum ſuum labo
ribus miſeriæ noſtræ. Prædium ergo, quod
dedit Iacob Ioſeph filio ſuo, eſt Incarnatio-
nis myſteriũ, quod Iacob futurum prænun-
ciauit eſſe in Chriſto in omni gratia & glo-
ria præ omnibus incomparabiliter aucto. Io
ſeph autem interpretatur auctus. Erat autẽ
C ibi ſons Iacob & puteus: Ad litteram autẽ
dictus eſt ſons Iacob: tum quia ipſe ſode-
rat, tum quia fuerat dominus eius longo.n.
tempore ſtetit circa Sychen, ſicut colligitur
ex Gen. 34. Nam Dina facta eſt nubilis æta-
tis, quę tamẽ vixerat triennis vel quadrien-
nis, quando Iacob venit in Sychen, ſicut ex
præcedẽtibus quinque capitulis colligitur.
myſticè ad puteum terrenorum Chriſtus
aduenit, cum carne aſſumpta ſuſtentandi il-
lam curam habuit: propter quod (ſicut in-
fra patebit) aquam petijt vt medicus.

D *Quod radioſa Chriſti conuerſatio ſi fideli oculo conſideretur illuminat cor humanum. Cap. 2.*

SEcunda illuminatio, illuminans cor hu
manum, eſt Chriſti conuerſatio. Quia
omnis eius actus, & verbum admiran
dum eſt lumen ad effundendum tenebras in
tellectus, iuxta illud, omnis Chriſti actio,
noſtra eſt inſtructio. Et de hoc Iohan. in my
ſterium ſubdit dicens, Ieſus igitur fatigatus
ex itinere. Quid ei fuit tota Chriſti uita, ni-
ſi via regalis perueniendi ad uitam æternã?
ſicut ipſe Iohã. 14. teſtatur dicens, Ego ſum
via veritas & uita. Quod tripliciter exponi
poteſt. Primo modo, ego via non errans, E
Nã de oibus, qui non ſecuti ſunt, nec ſequũ
tur Chriſtum, propheta ait: Errauerũt in ſo
litudine inaquoſo viam ciuitatis habitaculi
non inuenerunt. Ego ſum veritas, non fal-
lens. Vnde pſal. Fidelis Deus in omnib' ver-
bis ſuis, & ſanctus in oibus operibus ſuis.
Ego ſum vita indeficiens. Proinde Luc. 10.
dicitur. Maria optimam partem elegit, quæ
non auferetur ab ea. Secundo modo ex-
ponitur ſic, Ego via ducẽs. Vnde Prouer. 4.
Ducã te per ſemitas equitatis. Ego ſum ueri
tas lucens. Vnde Malach. vlti. Orietur vobis
timentibus nomen meum Sol iuſtitiæ, & ſa
nitas in pennis eius. Ego ſum uita paſcens, F
ego ſum oſtium, &c. Ioã. 10. Per me ſi quis
introierit, ſaluabitur. & ingredietur.ſ.ad cõ
templationem meæ diuinitatis: & egredie-
tur.ſ.ad contemplationem meæ humanita-
tis, & paſcua.ſ.gloriæ inueniet. videlicet in
vtroq;. Tertio modo exponi poteſt, Ego
ſum via, in exemplo. Vnde Ioh. 13. ipſe ait,
Exemplum enim dedi vobis, vt quemadmo
dum ego feci, ita & uos faciatis. Ego ſum
veritas, in promiſſo. Vnde ipſe per prophe-
tam ait. Quæ procedunt de labijs meis, non
faciã irrita. Ego ſum vita, in pręmio. Vnde
Apoſtolus ad Ro. 6. Stipendia enim peccati
mors: gr̃a aũt Dei vita æterna in Chr̃o Ieſu G
dño nr̃o. Ecce, ꝙ dñs Ieſus ut oia nobis effi
ceret ex itinere ſuę pegrinatiõis fatigat' ẽ.

Quod per contemplationem paſſionis Chriſti oculi noſtræ mentis illuminantur. Cap. 3.

Quo Chr̃s dr̃ via veritas, & vita.

Chr̃i conſumatio & illuminatio humani intell.

TErtia illuminatio, q̃ illuminat cor hu
manũ, eſt Chr̃i cõſummatio.ſ.p amo
roſiſſimã paſſionẽ crucis. Et de hoc
ſubdit, Sedebat ſic.i. ſimpliciter ſup ſontẽ.
Ad lr̃am cõpaſſiuè loquitur. Ecce vox Dñi
ſup aquas. Aues rõnales aucupaturus adue
nerat in rhetib' verbi ſui: in qbus vna prior
capta & excęcata iudex ad capiendas alias
fiat. Sed ſtulti, vt cõquęrit Dñs Hiere. 2. me
dereliquerunt fontem aquæ viuę. ſ. qui ſum
ſons, a quo & nõ aliũde aqua uiua emanat. H
Myſticè verò ſons iſte, ſup quẽ aſcẽdit Dñs
nr̃ Ieſus Chr̃s, eſt ſancta crux. Ipſe.n. ſons ẽ
oium gr̃arũ, q̃ cunctis electi cõicandę ſunt.
Sicut ſm myſterium Gen. 2. dr̃, Fons aſcen-
debat e terra irrigans vniuerſam ſuperficiẽ
terræ. Sup hunc fontẽ ſedebat Dñs, qa paſ-
ſionẽ & mortẽ sũma mẽtis tranqllitate por
tauit. nec a myſterio vacat, qđ Euãgeliſta cõ
memorat dicẽs, Sedebat ſic ſuper fontẽ.i.

A eleuatus & expanſus in cruce: vt oſtẽdatur, quod talis modus expanſionis conuenientiſſimus vtique fuit ad omnia impetranda a pietate paterna, ad omnia diffundenda in electos filios charitate largiflua, ad omnia ad ſe trahẽda virtute mirifica, ad omnia amplectanda remiſſione plenaria, & ad omnia transformanda vnione pacifica. Super hũc igitur fontem ſedet, quia vult aquas mortuas mutare in viuas. Ad quas omnes ſitientes per vocem propheticam inuitãtur, cum Eſa. 55. ait. Omnes ſitiẽtes venite ad aquas: & qui habetis argẽtum, properate & emite & comedite. Quanto autem charitatis amo
B re Chriſtus pro noſtra redemptione ſederit in cruce, manifeſtat Euangeliſta dicens, Hora erat quaſi ſexta, ideſt, ſummo charitatis, ac dilectionis ardore: & in ſummo æſtu paſſionis & mortis, ſcilicet pro nobis ſe poſuit filius Dei Chriſtus.

Articvlvs Secvndvs.

De proficienti amore in ſeptem flammis diſtinctus cum quibus a Chriſto cor Samaritanæ inflammatum eſt.

C Secundus eſt ſtatus amoris proficientis: nam anima prædictis illuminationibus illuſtrata, in deſiderio diuinæ dilectionis excitatur, & igniculo quodam, & quaſi inſenſibili modo attrahit a mundanorum amore dulcedinem Dei. Vnde ſubditur, Venit mulier de Samaria, id eſt, de regione Samariæ. Erat enim de vrbe Sychen, ſicut patet ex ſequentibus, haurire aquã. Quid mulier ſignificat, niſi animam carnalem & ſenſualem, quæ quodammodo paulatim ad ſpiritualia ſenſualiter trahitur, vt tãdem omni carnalitate, & ſenſualitate relicta perfectè in diuinum amorem transformetur & reſoluatur. Venit igitur mulier, quaſi ſitibunda auis, haurire. ſ. hydria concupiſcentiæ: a-
D quam. ſ. delectationis humanæ. neſcis anima mea, quia hauritura es aquam in gaudio de fontibus Saluatoris? Iam abijce ſenſualem delectationem & carnalem ſenſum. Talem animam Chriſto miro artificio ſeptem flammis ſeu ardoribus vulnerat & inflãmat & proficere facit, ita vt in ſeptimo ictu hydria concupiſcentiæ derelicta moriatur peccato, & vita gratiæ reuiuiſcat Chriſto. Et licet ſex primis flammis Chriſto aliquo modo reſiſtat, & paulatim ſemper in ſuo malo deficiat, & in Chriſti bono proficiat ac procedat: tamen in principio quaſi hoſtem allo-

Mulier Samaritana quid ſignificet myſticè.

quitur Chriſtus: tñ ſic artificioſe contra eã E
pugnat, ꝙ illam omnino expugnat: per has videlicet ſeptem amoris flãmas. Prima eſt flamma amoris ſitientis, ſecunda eſt flamma amoris largientis, tertia amoris deſiderantis, quarta amoris euocantis, quinta amoris reuelantis, ſexta amoris irradiantis, ſeptima amoris transformantis.

Prima flamma qua Chriſtus ſitim & deſiderium oſtendit animæ peccatrici. Cap. 1.

Prima verò flamma eſt amoris ſitientis. Vnde dicit ei Ieſus, Da mihi bibere. Iam incipit ſibilus aure tenuis. Præuenit enim eam Ieſus, vt cum propheta dicere poſſit, Miſericordia eius præueniet me. Myſticè aũt Chriſtus nõ mente, ſed corpore fatigatus in cruce, ſitio proclamauit. Nũc autem petit, quia conſenſum mentis & opera munda quærit, atq; prouidè ſuam gratiã repromittit. Chriſtus igitur petens obſequiũ, expetit cor humanum dicens, Da mihi fili mi cor tuũ. Sed Euangeliſta iterum ſubdit, Diſcipuli autem eius interim abierant in ciuitatem, ut cibos emerent: remanſit autem Ieſus. Ad literam forte propter corporis laſſitudinem: & etiã G
non ſic erat condecens, ꝙ ipſe in perſona propria cibos emeret. Samaritana aũt porũ ei negauit: & quaſi æmulum & hoſtem iudæum, Dominum appellauit. Vnde ſubiungitur. Dixit igitur ei illa mulier Samaritana, quaſi aſpiciendo eum diſtortè: Quomodo tu Iudæus cum ſis, bibere a me poſcis, q̃ ſum mulier Samaritana? Cognouerat. n. Iudæũ tam ex aliqua dñia linguæ, q̃ ex Chriſti habitu, quã etiam ex geſtu & aſpectu illius. Non tñ loquitur de eo ædificata, ſed potius propter rem inſolitam admirata. Ideo addit, Non enim coutũtur Iudæi Samaritanis.

Prima flamma amoris ſitientis.

Quomodo ſub ſpe doni dominus animam allicit atque miro artificio ad ſe eam trahit. Cap. 2. H

Secunda eſt flamma amoris donantis. Nam ut eam alliciat, iam aperit ei donum ſuum magnũ. Vnde ſubditur. Reſpondit Ieſus. ſ. non ad interrogata, ſed interroganda, & ait ei, Si ſcires donum Dei. Nec dicit quale Dei donum, ſed abſoluté & generaliter Dei donum. Et maximè ꝓpter duo. Primo, quia loquitur de illo ſupremo dono. ſ. de Spiritu ſancto, quod ſolum, ſimpliciter

Secunda flama diuini amoris.

A pliciter & abſolutè dicendum eſt donum: reſpectu cuius ſunt nihil omnia alia dona, & abſque ipſo oīa ſunt inutilia vel dānoſa. Secundo, quia nondum vult mulieri ſe dare & explicare, ſed ſolū ad aliquod valde, arduum mentē illius excitare & leuare: et hoc ad aſtruendum ſubdit: Et quis eſt, qui dicit tibi, da mihi bibere. Per hunc quidem loquēdi modum ingenioſè excitat eam ad eum æſtimandum aliquem magnum vel potentem ī donis Dei: tu fortè petiſſes ab eo. Non.n.hoc dicit, quaſi dubitans an ipſa petiſſet hoc, ſi duo pdicta intellexiſſet: ſed triplici ex cā ſic locutus eſt. Primo ad oſtendendum libertatē arbitrij nr̄i & cōtingentiam B actuum eius, ſcd̄o ad inſtruendum in hm̄oi dubijs ſeu profundis ſobrie loqui, tertio ad fortius affirmandū, quod dicere intēdebat: quia minus dicendo, ſæpe amplius ſignificamus. Sępe.n.per dubitatiuum aduerbiū, fortius intendimus affirmare, iuxta quod. 1.ad Cor.7.oſtendit, Puto ꝙ & ego ſpm̄ Dei habeā. Nec inquit, Puto quaſi dubitans: ſed potius cum ſobriori modo loquendi intendit forti' aſtruere. qđ ipſe ſuper ibi pmiſſo virginitatis conſilio habet plenè ſenſum & ſpiritum Dei. Et addit Dn̄s dicens, et dediſſet tibi aquam viuam. Secundum.n. Auguſt. ſolum illa aqua dr̄ vulgariter viua, q̄ de fonte C egrediens non diſcontinuatᷓ a fonte. Proinde ciſternalis & pluuialis aqua, uel aqua vaſis, vel lacus, iam prius ſumpta de fonte, nō dr̄ aqua viua. Et ſumitur hoc ab actu uitæ cōtinuæ ęgredientis a corde, tanquam a fonte manante, & quaſi continue ſcaturiente. Per talem.n. aquam gratia gratumfaciens deſignatur, quæ ſola ſuæ origini.i. ſpirituſancto iuncta eſt. Hoc eſt donum Dei, quod nunq̄ ſine ſpirituſancto eſt: imo ſine tota trinitate eſſe non poteſt. ſed cum aqua illius putei, ſeu fontis hoc modo non eſſet viua, ſi muli-lier intelligens extitiſſet: merito aduertere D potuiſſet, ꝙ Chriſtus loquebatur de aliquo genere aquæ viuæ. Ipſa autem intellexit, ꝙ vel Chriſtus loqueretur de aqua viua illius putei: aut de aliqua alia eiuſdem generis lōge amplius meliore. iam tamē incipiens delectari ex aqua ſcaturitione tota in ſenſibus ſiſtit tota, ex naturali more atque arte argm̄ reſpondendi cudit: nec diſplicent mulieri dulcia verba Chriſti, ſed de aqua uiua ne dare poſſet, vndiq; eonglobatim ſibi cōtraria argumenta occurrunt. Ideo dicit ei mulier: iam in reuerentiam eius trāſiens, Domine. Ecce iam eum Dominū uocat. Nec in quo haurias habes. & puteus altus eſt. Vere hydriam concupiſcentiæ nō habebat Ieſus, & E puteus voraginis uoluptatis altus.i. profundus, & longè erat ab eo. Vnde igitur habes aquam viuam? nam ſeculum hoc nequā penitus illa caret. Nōne tu maior es patre noſtro Iacob? Scd̄m Bedam uocat eum patrē, quia ſub lege Moyſi viuebat. Licet ſm̄ Chryſoſt. prophetas non acceptarent: & urbem Sychen, quam Iacob filio ſuo dederat in ſingulare donum, ipſi poſſidebāt. qui dedit nobis puteum.i. fodit & fecit. Et ſic tandem eius beneficio ad noſtrum uſum peruenit: & ipſe ex eo bibit.ſ. propter bonitatem eius, & filij eius & pecora.ſ. ppter affluentiā ei'.

Oſtēdit li beri arbitrij facultas.

Hydria Concupiſcentiæ.

Artificioſo modo trahit Deus animam ad deſiderium æternorum. Cap. 3. F

Tertia eſt flamma amoris deſiderantis, eo ꝙ ad nominatum & quodāmodo oſtenſum donum incēdit deſiderium eius. Et ex hoc illam inflammans, reſpondit Ieſus dicens: Omnis, qui biberit ex hac aqua, ſitiet iterum. Qui autem biberit ex aqua, quam ego dabo ei, non ſitiet in æternum: ſed aqua, quam ego dabo ei, fiet in eo fons aquæ ſalientis in vitam æternam. Aduertendum eſt, quod tres proprietates atq; notabiles naturas attribuit Chriſtus huic aquæ ſuæ, quæ eſt idem quod ſpiritus ſuus & G gratia. Prima eſt ſatietas, ſecunda eſt fontalitas, tertia eſt poteſtas. Prima eſt ſatietas, omnem ſitim & cauſam ſitis excludens: quia non ſitiet in æternum. Quaſi dicat, Nō de puteo iſto, aut de alio fonte talis aqua haurienda eſt, ſed fonte procedit æterno: infunditur, non hauritur: ſupinato, nō in terram euerſo bibitur ore. Hæc nō potatur in uaſe, ſed in æterno fonte, quoniam apud Deum fons vitæ eſt.

Quo De' alluit.

Quæſtio Prima.

Sed quomodo bibens hanc aquam gratiæ, non ſitiet in æternum? Dicendū, ꝙ hoc H pluribus modis verificatur. Primo pro quāto extinguit mortalem culpam, & concupiſcentiam terrenorum, ſecundo pro quanto ſpe certa & infallibili quodāmodo iam bibatur futura gloria beatorum, tertio vt ſit ſenſus, non ſitiet in æternum.i. perducetur ad ſtatum, in quo ſitire nōpoterit. Quarto, quaſi dicat, licet ad pſens ſitiat, non tamen ſitiat in æternum. Quinto autem poteſt eſſe ſenſus: Qui autem biberit ex hac aqua, quā ego dabo ei: biberit inquam abūdè, plenè, & vſque ad ſummum.ſ. ſicut qui biberit in

Prima q̄ō

A ſtatu gloriæ: non ſitiet in æternum. Quod autem bibentes hoc ſitient, non eſt ex defectu aquæ, ideſt, ſpiritu ſancti, ſed potius ex modicitate bibendi.

Quæſtio Secunda.

Qõ cũ ſolutione. Sed nunquid Beati deſiderant ſemper bibere Dei ſuauitatem, & ſic per conſequens ſemper ſitiunt. Ad hoc dicendum, ꝙ ſumit hic ſitire, prout ſonat defectum pœnalem. Vnde propriè ſitire, eſt deſiderium cum anguſtia quadam, ſicut etiam eſurire. Sentit.n. anima ſui corporis internam exhauſtioné, B & conſumptionem tanquam ſibi pœnalé: ex hoc naturali impulſu cogitur vehementiſſimè inhiare ad extrinſecum potum, qué intra ſe nõ habet. Deſiderium.n.diuinæ gloriæ in Beatis, non eſt ad rem abſentem vel diſtantem, ſed potius ad rem intimam & in plena facultate fruendi pro tota in futurum æternitate poſſeſſa. Nec prouenit ex aliqua interiori conſumptione, ſed potius ex optima & ſemper vniformi diſpoſitióe. Et ideo nihil habet pœnale, ſed ſemper iocundiſſimam ſatietatem, quę tamen ſatietas faſtidiũ non generat. & ideo ſemper in vniformi accenſione amantis deſiderium tenet.

Secunda proprietas Chriſti aquæ eſt fonta- C litas.ſ.radicalis. Vnde ſubdit, Sed aqua, quã ego dabo, fiet in eo fons aquæ. Nam Deus intimatur menti, quam glorificat, & ita radicatur in ipſa, quod ad inſtar fontis quotidie ſcaturiétis ſemper in anima viget, & gloriam ſcaturizat in ea, & per eam gloria ſcaturizat & redundat in corpus. Et de hoc rationem aſſignat propheta dicés, Quoniam apud te eſt fons vitæ, quia Deus dat vitam gloriæ animæ, & anima gloriam ſuam redũdat in corpus. Tertia aquę proprietas, eſt poteſtas. Potentiſſima enim & rapidiſſima, ſeu agilima eſt tranſlatio, ſeu aſcenſio eius, ſcilicet ad vltimum terminum atque finem, D in quo conſiſtit ſumma quies, ſeu poſſeſſio omnis boni, & in ea repauſatio conſummatã. Vnde ſubditur, ſalientis.i.ſalire facientis in vitam ęternam. Quaſi dicat, Non fluuius, nec riuulus, qui ex natura ſemper ad inferiora loca labuntur. Super omnem enim intellectum vſum, rationem & artem hęc aqua ſuum prouehit potatoré. Surſum agunt dona Chriſti, quæ tanquam hamo piſcãtis Dei mentem attrahunt ad ſuperna. Denique hęc mulier Chriſtum totum liberalé attendens, iam poſtulat gratiæ donum. Vnde ſubdens dicit ad eum mulier: Domine, da mihi hanc aquam, vt non ſitiam, ne veniã huc haurire. Iam oblita eſt illius aquæ, quam haurire venerat. E Adhuc tñ pro corpore quærit hanc aquam pro breui tépore, quo victura erat: non pro ipſa æternitate, quam necdum credebat, nec adhuc carnalis capiebat ſpiritualia dona. adhuc in ea erat ſęculi amor, ideo ad ſpiritus libertatem cauſa intendebat inducere Ieſus Chriſtus. Apta tamen petitio, cũ ait. Domine da mihi hanc aquam. Neſcia tamen neceſſaria petit. Sed & tu anima mea, pete a Ieſu tuo Saluatori hanc aquam viuam Spiritus ſancti, vt non ſitias voluptatis lutum, & tuam concupiſcentiam haurire feſtina. Et addit cauſas dicens, Vt non ſitiam, nec veniam huc haurire aquam. F Ex verbis enim ſuis videtur hæc mulier intellexiſſe, quòd Chriſtus ei promitteret quandam corporalem aquam mirabiliter efficaciæ quo ad tria. Primo quo ad ſatietatem, ſecundo quo ad iocunditatem, tertio quo ad perpetuitatem & durabilitatem. *Efficacia aquæ ſalutaris quã Chrs promiſit.*

Primo, quo ad ſatietatem. id eſt, quòd haberet virtutem quo ad ſitim, & eius cauſam in æternum tollendum. Secundo quo ad iocunditatem.i.quòd tantam ſanitatem & agilitatem ac exaltationem daret, ac ſi eſſet fons ſemper in altum ſcaturiens & ſaliens cum admiranda iocunditate. Tertio quo ad perpetuitatem & durabilitatem, hoc G eſt quòd tantum robur eſſet in ea, quòd vitam in æternum perpetuaret: ſicut fortè in lege Moyſi audierat, quòd in Adam lignum feciſſet, ſi de ligno vetito non guſtaſſet.

Quomodo excitat Deus mentem ad ſpiritualium cognitionem & ad veritatis confeſſionem. Cap.4.

QVarta eſt flamma amoris euocantis. Quia.n.hæc mulier nondum intellexit Chriſtũ loqui de aqua ſpirituali, cũ ex modò dictis ab eo eũ intellexiſſe deberet: & vtique intellexiſſet, ſi virilé rationé & intelligentiã habuiſſet. Ideo euigilãtiori H flamma incédens eã, dixit ei Ieſus: Vade, voca virũ tuum, & veni huc. Quaſi dicat, Quia fęmineũ & debilé intellectũ ad me capiendum habes: facq; vir tuus ſit tecum, vbi ille tanquã virilis intellectus capiat verba mea, & tu tandé per eũ & cum eo. igitur voca virum tuũ.i.intellectũ illuminatum, ſm Aug. Hic.n.vir eſt animæ noſtræ, quia portio ſuperior ſignificatur per virum. Hoc aũt dicit, vt ipſa in eo aliqđ inſigne cognoſceret: & qa pluſq̃ homo eſſet, & homo ſupra hoiem ab ipſa cognoſceret, & ſic fidé pſtaret dictis. Et veni huc.ſ.cum eo iam in veritate proficiens. *Quarta flama.*

A ciens. Reſpondit mulier, Non habeo virũ. Hanc confeſſionem exquirebat Ieſus, antequam ſibi diuina beneficia largiretur. Myſticè autem iubet vocari virum ſuum, quia rectam intentionem & intellectum ad rectè & ſanè intelligendum & deſiderandũ Chriſti donum præcipuum minimè habet. & ſe non habere fatetur dicit, Non habeo virũ, ſcilicet ad ſenſum propriæ cæcitatis, miſeriæ & impudentiæ. Rectus enim inſtinctus conſciẽtiæ remordentis cogit mentẽ apud ſe confiteri, ſe talem non habere virum.

B

Quod mira arte ſapientia Dei trahit animam ad ſpiritualium deſiderium atque ſenſum. Cap. 5.

QVinta eſt flamma amoris reuelantis. Artificioſè quidẽ ſemina & poſt grana Dei verbi alliciẽdo ad rhete hãc animam reuelat & iactat Chriſtus: & paulatim attrahit, & finaliter in prædam ducit. Proinde ſubiungitur, Dicit ei Ieſus. Benedixiſti, quia non habeo virum. Quinque enim viros habuiſti: & hunc, quem habes, non eſt tuus vir. Sui facinoris non bene conſcia antea cum audacia petiuit aquam, ſed Dñs

C ei paulatim ad ſui cognitionẽ adducit. Cõſidera tamen, quomodo Chrs ſub rõnabilibus occaſionibus, & abſq; oĩ ſpẽ vanitatis, oſtendit ſe noſſe totum huius mulieris ſtatum, ſ. præteritum & præſentẽ. Nam reuelat hoc tanquã ex vna parte veritatẽ verbi ſui approbans & commendãs: & ex altera parte tanquàm ingenioſè repræhendens & arguens de præſenti peccato adulteri ſui. Reuelat inſuper prius ſibi de quinque viris, quàm de adulterio ſuo: & maximè propter duo. Primo, quia ante alij fuerant eius viri, quàm iſte eſſet ſuus adulter. Secundo, quia prius noluit dicere id, ne ipſa haberet horrorem: quàm id, quod magnum pudorẽ

mira Chrĩ prudẽtia in Samaritana ad detrahenda.

Simile.

D ſibi haberet incutere. Sicut cyrurgicus prudens, qui ad inſciſuram præparans carnem ſanam, primo leniter palpat, vt ſic cum minori horrore infirmi carnem putridã repente incidat: nec tamen exprobrando, ſed rememorando, dicit: quinque viros habuiſti: & hunc, pro hic, antitheſis eſt, quẽ habes, non eſt tuus vir. Et iterum ne indignetur in ea veritatem commendat dicens, Hoc verè dixiſti. Sed cur Ieſus ſibi dixit de quinque viris, cum ad factum ſui adulterij non ſpectaret? Dicendum quòd immo ſpectabat pro quanto vrgebat in maximam exaggerationem adulterij ſui, & maximè propter quinque. Primo ratione carnalitatis, ſecundo ratione maturitatis, tertio ratione ſatietatis, quarto ratione honeſtatis, quinto ratione moralitatis. E

Quæſtio. Solutio.

Primo. Primo ratione carnalitatis. Nam habuiſſe eam per ſucceſſionẽ quinq; viros, ſignũ erat aſſiduæ incontinentiæ, ſeu concupiſcẽtiæ: ex quo non ſolum eius adulteriũ, ſed & omne eius coniugium videbatur ex nimia flamma concupiſcentiæ proueniſſe. *Secundo.* Secũdo ratione maturitatis, quia iam poſt quinque viros habitos continentior & maturior eſſe debebat. *Tertio.* Tertio ratione ſatietatis, quia in quinq; viris habitis ſatis debuerat eſſe ſatiata concupiſcentia ſua. F *Quarto.* Quarto ratione honeſtatis. Nam in ſua iuniori ætate adulterium cauerat, potius quàm adultos eligẽs viros. Proinde ſatis ei pudendum erat, ꝙ poſt tantum temporis in adulterium incidiſſet. *Quinto.* Quinto ratione moralitatis. Nã valuit hoc moraliter ad aperiendũ carnalẽ cõcupiſcentiæ naturale vitium atque malum: quæ ex plurium delectabilium obiectorum & actuum ſubminiſtratione non extinguit, nec minuitur, quin potius accenditur: & ſic, quòd tandem proſilit extra terminos & ſæpes legis. Inſtar, ſcilicet ignis, ex lignorum incenſione multiplici omnia deuorantis. Iam Samaritana ſuam iniquitatem cognoſcens, incipit magnificare Ieſum ꝓpter prophetiæ donum. G Vnde quaſi admiratiuè dicit ei mulier? Domine, vt video, propheta es tu. Nec ex auditis malis ſuis turbationem, ſed conuerſionem accepit: iamque incipiens vocare virum, illum quẽ propheta vocauit, de ſalubri quæſtione propulſat, ſcilicet de loco orationis. Ideo ſubdit, Patres noſtri, ſcilicet Abraam & Iacob in monte hoc adorauerunt, quia ſcilicet ibidem Patriarchæ coluerunt Deum, & vos dicitis, quia Hieroſolymis locus eſt, vbi adorare oportet. Secundum vero Orig. H iſte eſt mons Garizym, de quo habetur Deuteron. 27. Et idem ſentit Hierony. in quadam epiſtola ad Paulinum dicens: Singuli quique credentium non locorum diuerſitatibus, ſed fidei merito ponderantur, & inde adoratores nec in Hieroſolymis, nec in monte Garizym adorant patrem. Et pauloante ait: Non Hieroſolymis fuiſſe, ſed Hieroſolymis bene vixiſſe laudandum eſt.

Et infra. Et de Hieroſolymis & de Britania æqualiter patet aula cœleſtis. Regnum enim Dei intra nos eſt.

A *Quod cum anima iam incipit experiri ſenſum ſpiritualium veritatum Deus paulatim ei altius communicat & reuelat. Cap. 6.*

Sexta flā ma amoris.

SExta eſt flamma amoris irradiātis, Quia enim quæſtio alta fuerat, altiori erat reſponſione ſoluenda. Sed quia mulieris intelligentia ad hoc inualida erat, & nō poterat hoc quod quæſierat, naturali ratione oſtendi: ideo antequam quæſitū enodet, eam ad fidem inuitat. Vnde ſubditur, Et dixit ei Ieſus. Crede mihi, ſ. qui ſum via, veritas & vita, Ioan. 14. Igitur crede mihi, ſcilicet viæ dirigenti. Crede mihi. ſ. veritati illu-
B ſtranti. Crede mihi. ſ. vitæ conſummanti. Non uerat enim dictum Eſa. 7. Niſi credideritis, non intelligetis, ad diuina fide opus. Aliter enim alta myſteria Dei humanus intellect᷒ vſurpare non poteſt. Et additur, quia venit hora, id eſt, imminet hora: quando nec in monte hoc, ſcilicet Garizym: nec Hieroſolymis adorabitis patrem, ſ. Deum, qui pater eſt omnium. Vos adoratis, quod neſcitis.

Perp̄de. Hoc dicebat, quia verum Deum multis erroribus intrinſecis colebant & adorabant: ꝗa fortè nec de ſua ſumma immenſitate, vel ſpirituali intellectualitate, aut de eius prædeſtinatiua charitate ac prouidentia mun-
C ſtos: & de æternali punitione, aut punitiua iuſtitia in reprobos, & ſic de multis alijs rectè & catholicè ſentiebant. Et de Iudæorū populo ſubdit dicens: Nos adoramus, quod ſcimus, ſcilicet Deum verum per legē oſtēſum. Loquitur ad communitatem de ſcientia, quæ eſt per fidem rectam, veram ſeu firmam: quamuis inquantum homo Deū adoraret, & ſciret per viſionem apertam & claram. Licet autem multi Iudæorum, vt Saducæi & conſimiles, eſſent tunc errantes: quia tamen communitas & Iudæorum principalior pars adhuc rectè colebat: ideo pro illis loquitur. Aut ſaltem, ſm̄ Auguſt. loquitur
D pro ſe, & ſibi adhærentibus: quales fuerunt Apoſtoli & Prophetæ. Et additur, Quia ſalus, ſ. mundi. i. Saluator & ſalus mundi, per eum fienda eſt ex Iudæis. i. ex genere & profeſſione & cultu Iudæorum vetera eſt. Denique de vera adoratione & Deo grata, ſubdit Dominus dicens? Sed venit hora. ſ. gratiæ, & nunc eſt, quādo veri adoratores adorabunt patrem in ſpiritu & veritate. In quibus verbis triplicem reſpectū habuit Chriſtus. Primum ad cultum legis, ſecundū ad perſonas diuinitatis, tertium ad actus mentis. Primo, quia in ea erant ſacrificia carnalia & multa localia & corporalia multum ī lege præfixa. In localitate etiam Samaritani errabant, ſicut ex verbis mulieris patet. Ideo contra hoc dicit, in ſpiritu. Secundo, quia erant in lege multa figuralia implicita & obſcura, ſeu vmbroſa. Ideo contra hoc dicit, & veritate. Ex his patet, quod quaſi dicere velit, ꝙ non in locis corporalibus, nec ſacrificijs carnalibus adorabant Deum, ſed in ſpiritu, id eſt in veritate: aut in corde ſpirituali & ſpiritualibus ſacrificijs contriti & deuoti cordis. Nec adorabunt eum in figuris & verbis, nec in fide nimis implicita: ſed in virtute explicita & aperta. Secundum reſpectum habuit Chriſtus in hoc verbo ad

Secūdum F

perſonas diuinitatis, id eſt ad duas perſonas diuinitatis, ſeu diuinas emanantes a patre: & nos reducentes ad patrem, tanquam hamus ducēs piſcem ad piſcatorem. Quarum prima eſt ſpiritus, ſecunda eſt verbum in quo eſt prima ratio veritatis, lumendo veritatem pro veriſſima expreſſione & adæquatione, ſeu pro ſimilitudine in nullo deficiente ab eo, cuius eſt imago, ſeu ſimilitudo. Sicut autem veritas verbi ducit nos ad ſuum fontem paternum, a quo exit: ſic ſpiritus, ſcilicet veritatis, ducit nos ad veritatem verbi, a quo exit: & eo ipſo ad patrē. Et ideo primo dixit in ſpiritu, poſtea & veritate. Tertium reſpectum habuit Chriſtus in hoc verbo ad actus mentis, ſcilicet, quos exerceret in ſua æterna adoratione.

G *Tertium.*

Quorum primus eſt, principalior in affectu & charitate. Et ideo dicit, in ſpiritu, id eſt, in actu feruentis amoris, ſeu in plena conformitate voluntatis ad ipſum Deū. Quia, vt dicitur. 1. Corinth. 6. Qui adhæret Deo, vnus ſpiritus eſt. Secundus actus eſt in fide & cognitione. Et ideo dicit, & veritate, id eſt in illuminata ratione, vt nunquam dubitet ipſum ſemper facere qđ melius eſt, ſicut Iaco. 1. dicitur. Poſtulet in fide, nihil hæſitans. Et de tali adoratione H rationem aſſignat Dominus dicens: Nam pater tales, ſcilicet veros & impermixtos adoratores quærit, qui adorent eum. Aliā quoque rationem ſuperaddit dicens, Spiritus eſt Deus: & eos qui adorant eum, in ſpiritu & veritate oportet adorare. Quaſi dicat: Quanto aliquid eſt Deo ſimilius, tanto perfectius & ſibi propinquius & amabilius eſt: ſed Deus eſt purus ſpiritus, igitur illa adoratio quæ ſpiritualior eſt & ſpiritualitati diuinæ veritatis & conformior, eſt perfectior & amabilior Deo. Iam hæc mulier ſurſum tendens in Chriſtum, nominat Chriſtum.

A ſtum. Vnde ſubditur, Dixit ei mulier: Scio quia Meſſias venit, qui dicitur Chriſtus, ſcilicet finis legis & prophetarum. Sed vnde hoc ſciebat, cum non eſſet Iudæa? Poteſt dici quòd ex multa vicinitate, quam Samaritani ad Iudæos habebant: & ex lege Moyſi, quam Samaritani habebant, multa poterat ad hoc audiſſe: vtputa de aduentu magorum apertè quærentium & dicentium, Vbi eſt qui natus eſt Rex Iudæorum. Et de tota familia Chriſti per Ioannem Baptiſtã & eius baptiſmum inducta, & ſic de multis alijs. Tandem, ſecundum Chryſoſtom. mulier eorum quæ dicta ſunt altitudine fa-
B tigata obſtupuit: & ideo remittit ſe ad Meſſiam venturum, quem ſperabat, omnes quæſtiones Dei cultus & omnia ad diuinũ cultum ſpectantia pleniſſimè declaraturũ. Ideo ſubdit: Cum ergò venerit ille, nobis annunciabit omnia.

Quod cum anima digne Deo ſe parat illi Chriſtus miro modo eam in ſe transformat. Cap. 7.

Septima flamma. SEptima eſt flamma amoris trãsformantis. Et de hoc ſubditur. Dixit ei Ieſus,
C eam in ſe totaliter transformando. Ego ſum qui loquor tecum. O immenſa dignatio Saluatoris, qui ad vnius mulierculæ meretricis ſe in notitiam dedit. Quid ergo eſt homo, quia innotuiſti ei: aut filius hominis, quoniam reputas eum? Confundantur ergo ſuperbè de Deo quærentes concionãtes & diſputãtes: quoniã cum ſimplicibus eſt ſermocinatio eius. Duo magnalia eidem ſe manifeſtat. Primo ſe dicit Deum, ſecundo ſe dicit hominem. Deum ſe dicit, cum ait, Ego ſum, Ioan. 8. Antequam Abrãã fieret, ego ſum. ſ. faſtigium cœli, gaudium mundi, & ſupplicium inferni. Hominem ſe dicit, cũ inquit, qui loquor tecum, ſ. vt doctor, vt veritas & vt vita. Ad Heb. 1. Locutus eſt no-
D bis in filio, per quem fecit & ſecula. Sed
Quæſtio. quomodo & ſe ſic mulieri manifeſtat? Dicendum, ꝙ non ſolum piè & ſalubriter, ſed etiam valde rationabiliter quo ad diſpoſitiones mentis illius per ipſam iam manifeſtatas. Nam licet eſſet carne peccatrix: tamen multa bona in ſe habebat. Primo enim ad ſanctos Patriarchas vel reuerens erat. Secundo quoque erat ſollicita de quærenda & ſcienda veritate diuini cultus. Tertio inſuper magnam fidem & ſpem in Chriſtũ venturum illam habere per ſua expreſſa eloquia apparebat, & cum nullam haberet mentiendi occaſionem, ſatis euidens eſt ꝙ mente pu E
ra & ſimplici talia dixit. Cum igitur ipſa iã crederet ſic propinquum eſſe Meſſiæ aduentum, ac ſperaret ſe & ſuos per illum plenius erudiri, bene condecens fuit ꝙ ipſe Meſſias hoc audiens ſe ſibi clarè & ſine velamine reuelaret. Et ſequitur in textu, Et continuo *Solutio.* venerunt diſcipuli eius. ſ. cum cibis emptis. *Quæſtio.* Sed quomodo Ioannes ſcripſit hoc, ſi non fuit præſens & audiuit ea? Dicendum, ꝙ fortè ſpirituſſanctus hoc docuit eum, vel fortè quidam diſcipulorum remanſerunt cum Ieſu, & hoc eſſe potuit ꝙ illi fuerunt Petrus, Iacobus & Ioannes. Signanter autẽ dicit, Et continuo venerunt diſcipuli eius. Ad inſi- F
nuandum mirum & occultum ordinem prouidentiæ Dei: quia ante Chriſti circa fidem mulieris finalem intentum, nec moroſius poſt hoc intentum diſcipuli redierunt. Nõ enim expediebat eos amplius ſtare, maximè propter duo. Primo, quia mulier Chriſti verbo audito perfectè in eum credit: ſicut patet ex ſequentibus. Secundo, quia reuerentialis & admiratiuus ſtupor, quo in auditu verbi Chriſti fuit vehementer attonita & ſtupefacta ſimul & exhylarata & inflãmata extitit in ſuo primordio, ſeu nouitate fortior, quàm ſecundum communem vſum, ſeu curſum eſſet poſt diuturnã horã. G
Feruor autem ſui ſtuporis eam feſtinatiorẽ reddidit ad gentem ſuam incitandam, vt crederent & venirẽt ad Chriſtum. Additur vero in textu. Et mirabanť, quia cum muliere loquebatur. Secundum vero Chryſoſtom. mirabantur Chriſti humilitatem ſcilicet, ꝙ ipſe tam ſapiens & tam perſpicuus mulieri inopi & Samaritanæ ſic dignaretur loqui. Et ſecundum Auguſt. bonum mirabantur, non malum ſuſpicabanť, vel mirabantur de re valde inſolita Chriſto. Sed nunquid indecens fuit Chriſtum cum muliere ſola ſic ſtare & loqui? Dicendum quòd non ſolum *Solutio.* nihil fuit ſecundum exteriorem ſpeciem *Dubitatio.* indecens: verumetiam omni decentia fuit plenum, ſi conſiderentur octo. H

Primo conſiderato loco, qui erat publicus pro aqua haurienda concurſus. Secundo conſiderato tempore, ſcilicet hora clara meridiei, & ante cibum ſumptum. Tertio conſiderata cauſa aduentus ipſius mulieris, ſcilicet pro aqua haurienda. Quarto cõſiderata eius ætate, quæ poſt quinque viros iam habitos, præſumitur fuiſſe grandæua. Quinto conſiderata perſona Chriſti. Sexto conſiderato aduentu Chriſti ad puteum. Septimo conſiderata celeris reditus expecta-

A tione diſcipulorum. Octauo cōſiderata materia verborum Chriſti cum muliere. Proinde ſubditur: Nemo tamen dixit, quid quęris, aut quid loqueris cum muliere, & hoc propter reuerentiam, ſecundum Chryſoſt. Et quia ad eos non pertinebat. quod autem alibi confidenter eum interrogabāt: in cauſa erat, quia ad ſe pertinentia ab eo quærebāt. Ecce quod verè dicere poterat mulier hoc Chriſto, Igne me examinaſti, ſ. ſeptem flammis, & non eſt inuēta in me iniquitas, id eſt contradictio infidelis.

B

Articvlvs Tertivs.

De quadruplici amore, qui in varijs varius repertus eſt.

Tertius eſt ſtatus amoris perfecti, qui vt in ſerie ſacri euangelij eluceſcat, fuiſſe in myſterio Samaritanæ quatuor amores ibi conſideremus. Primo in Samaritana fuit amor ardens, ſecundo in Chriſto fuit amor comburens, tertio in Apoſtolis fuit amor incendens, quarto in Samaritanis fuit amor bulliens, ſeu feruens. C Primus fuit quaſi flamma, ſecundus quaſi ignis, tertius quaſi faces mundum incendētes, quartus quaſi aqua feruens. Quia aquæ multæ, populi, vt dicitur Apoc. 17.

Quadruplex amor bulliens ſiue feruēs

De ardenti amore animæ iam perfectæ quæ mundanorum oblita annunciat regnum Dei. Cap. 1.

Amor ardens in muliere Samaritana

Primo quidem fuit in Samaritana amor ardens, qui. ſ. proceſſit ex ſeptem præcedentibus flāmis ignis Chriſti. Et de hoc dicit Euangeliſta, Reliquit ergo mulier hydriam ſuam. Stu D por enim & feruor deuotionis obumbrauit ac inflammauit ac transformauit eam, & fecit illam hydriæ obliuiſci, vt myſticè innuatur, quòd ardens amor temporalium rerum parit obliuionem. Ignitiſſimus enim amor Ieſu per bonitatem ſuam in ipſam ſe imprimens eam transformando totaliter reliquit: ac ſtatim mulier in ſe ipſa deficiēs & tota in ipſum tranſiens in figuram mundi contemptus ſitim non curauit, puteum deſpexit, ac hydriam reliquit. Non igitur haurit hæc mulier aquam, aliam e cœlo ſuſceperat: non haurit corporis aquam mēte portare erat. Miris etenim modis agit in anima Chriſtus: quòd tam cito euertit a ſeculo & in rerum inuiſibilium transformat E amorem, conuertit impios & non ſunt. Eſt enim in diogerijs natura ardentis amoris: amatum & eius amorem alijs pro poſſe cōmunicare, ſicut flamma communicat ignē. Proinde capta hæc auis in rhetibus Saluatoris ſe irretita gaudens, feſtinè alias inuitat ad laqueum. Vnde ſubditur. Et abijt in ciuitatem, ſcilicet inuitare omnes alios. Proinde ſubdit Chryſoſt. Sicut Apoſtoli vocati deſerunt rhetia: ſic hydriā dimiſit iſta, & euangelicum opus fecit: non vnum tantum vocans, ſed integram ciuitatem. Denique facta Apoſtola Ieſu Chriſti: vide quàm prudēter & ingenioſè eos induxit ad Chriſtum. Non enim ait, Ego vidi Chriſtum, F quem ſic & ſic Chriſtum eſſe probaui: credite ergo in eum, ſed eos potius traxit ad videndum eum ſubdendo vnum valde arduum & mirabile, quod de ipſo in ſe & ſeipſa experta fuerat. Vnde ſubditur, Et dixit illis hominibus, ſcilicet illius vrbis. Venite, ſcilicet feſtinanter, ecce inuitatorium Chriſti, & videte, ſcilicet experimentaliter hominem, qui dixit mihi, ſcilicet veraciter, omnia quæcunque feci, ſcilicet integraliter. Intellexit nempe, quòd homines facilius excitantur ad talia mira videnda, quàm G mox ad illa credenda: & quòd plus profecerēt ex præſentia Chriſti & viſione, quàm ex aliquo quod dicere poſſet eis. Eſt tamen intelligendum, quòd ſpecificauit eis illa, & ſi non omnes ſingulares actus: tamen omnia notabiliora, in quibus totus ſtatus ſuus principalius decurrebat. Sed ille Euangeliſta cauſa breuitatis narrat in ſumma non tamen aſſertiuè, ſed interrogatiuè ipſum inſinuat eſſe Chrm̄, ſubdens, Nunquid ipſe eſt Chrs. dubiū verbū nō ex dubia mēte ꝓceſſit. Quaſi dicat, Ex his quæ mihi reuelauit & dixit: eſſe vr̄ Chriſtus. Attracti igitur & ſei uidi ex verbis eius effecti: exierunt igitur de ciuitate & venerunt ad eum, &c. H

Quanto ardenti deſiderio flagrabat Chriſtus ad omnium animarum ſalutem. Cap. 2.

Amor comburens in Chriſto.

Secundo vero fuit in Chrō amor cōburens, quaſi ignis qui inflāmauit Samaritanam: & in Pentecoſtes inflammeſcere fecit Apoſtolos ad aiarū ſalutē. Ad quē oſtēdendum ponit Euāgeliſta occaſionē, vnde patefactus eſt dicens? Interea rogabāt eum diſcipuli eius dicētes: Rabbi manduca. Ex hoc patet, ꝙ Chrs iuxta puteū manducare decre-

A decreuerat. ex quo etiam patet, ꝙ in mira
paupertate, ac ſimplicitate, & humilitate
conuerſabatur cum diſcipulis ſuis. Et ſubdi
tur, Ille autem dixit illis, Ego cibum habeo
manducare, quẽ vos neſcitis. O ineſtimabi
lis noſtri Saluatoris amor, flagrans in cor-
de amoroſi Ieſu: nã laſſatus ex itinere eſtu
feruente ieiunus, & ſitibundus: iam hora
ſexta inſtante ſitiens vehementer non vide
tur bibiſſe, niſi mulieris fidem: & quaſi ex
eius conuerſione refrigeratus in animo ſi-
tis ſui corporis non curat anguſtias: ſed &
nunc ex compaſſione diſcreta ad laſſatum
magiſtrum rogantibus diſcipulis reſpõdet
B ſe deſiderare pro cibo populorum conuer
ſionem, quos mulier trahebat ad eum. Se-
cundum enim Theophilnm, neſcierunt di-
ſcipuli, ꝙ ſalutem hominum vocaret cibũ
ſibi edendum: vel neſciebant, ꝙ Samarita-
ni iam eſſent venturi ad Chriſtum, & credi
turi in eum. & ſic ꝙ Chriſtus iam haberet
eos quaſi cibum incorporare. Credo autẽ
ꝙ Chriſtus de vtroq; eorum hic loqui intẽ-
debat: de Samaritanis quidem ſpecialius,
de omnibus autem generalius. In pręſenti
autem conuerſione Samaritanorum pręſa-
giebatur & præfigurabatur vniuerſalis cõ-
uerſio gentium neſcientes. dicebant igitur
C diſcipuli eius adinuicem. Nota ſm Chryſ.
aſſuetam reuerentiam & honorẽ magiſtro
in eo, quod non ſibi, ſed adinuicem quaſi
ſecreto hoc dicebant, Nunquid aliquis attu
lit ei manducare? Aug. Quid mirum, ſi mu
lier illa non intelligebat aquam: ſi diſcipuli
non intelligebant eſcam. Satis enim ex ſuo
modo loquendi potuerunt aduertere, ꝙ de
ſpirituali loqueretur cibo. Dixit. n. Ieſus:
Meus cibus eſt, vt faciam voluntatem eius,
qui me miſit: vt perficiam opus eius. Vide
quomodo gradatim loquitur dicens, meus
cibus &c. Et poſtea ſubdit, vt perficiam o-
pus eius. quia principalis Chriſti intentio,
D & perfectio fuit ſeruare voluntatem Dei. ſ.
viuendo in altiſſima perfectione virtutum.
Et ex hoc cõſecutiuè intendebat opus Dei
perficere, redimendo genus humanum. Po
teſt etiam dici opus Dei per antonomaſiã
& excellentiam miſericordiæ eius, qua nos
errabundos ad ſe reduxit. Proinde Prophe
ta ait, Miſericordia eius ſuper omnia opera
eius. ſed quia hoc eſt per fidem Ieſu Chri-
ſti, Io. 6. ipſe dixit: Opus Dei eſt, vt credatis
in eum, qui miſit me. Dicit autem opus ei⁹
potiùs, quam opus meum triplici ratione.
Primo vt ſe doceat omnia referre ad patrẽ
tanquam ad paternum principium perſo-
næ ſuę. Secundo vt oſtẽdat, ꝙ ipſe inquan- E
tum homo principalis operator nõ eſt, ſed
cooperator. Tertio, vt in noſtris operibus
doceat nos plus amare & ſapere, quæ Dei
ſunt, quam quæ ſunt propria noſtra.

De incenſo deſiderio ad verbum Dei, Apoſtolorum, & Euangelicorum virorum, qui miſſi ſunt pro ſalute animarum. Cap. 3.

TErtio fuit in Apoſtolis amor incen-
dens, qui in die Pentecoſtes apertius
& perfectius inflammauit eos. Vnde F
Dominus ſubdit: Nonne vos dicitis, ꝙ ad
huc quatuor menſes ſunt, & meſſis venit:
ita quod hinc ad quatuor menſes incluſiuè
meſſium tempus erit. Ecce dico vobis, le- *Tempus*
uate oculos veſtros & videte regiones, *opportunũ*
quæ albæ ſunt iam ad meſſem. Quaſi dicat, *meſſis.*
Soli illi, qui oculos mentis leuant, ſicut &
vos leuabitis. maxime in die Pentecoſtes
populorum meſſem lumine ſpirituali, atq;
diſcretionis albeſcere recognoſcunt: & per
prædicationis fructum diſcreto tẽpore in
horreum cęleſte recondunt. Sicut. n. meſſis, *Simile.*
quando albeſcere incipit, maturationẽ præ
monſtrat, & prope eſt, vt in horreum recõ-
datur: ſic & populorum ſollicitus acceſſus G
cum deuotione, & attentione ad diuinum
verbum audiendum manifeſta ſunt ſigna
magnæ conuerſionis ad Deum. ſed heu, q̃a
meſſis quidem multa, operarij autem pau-
ci. Rogate ergo Dominum meſſis, vt mittat
operarios ſuos in meſſem ſuam. Et ſubdi-
tur, Et qui metit. ſ. animas, mercedem ac-
cipiet. ſ. in futuro. & quo ad aliquid in pręſenti: & congregat fructũ. ſ. animarũ in vi-
tam æternam. ſ. tanquam in horreum man-
ſionis cęleſtis. Et hoc ita, vt qui ſeminat, ſi-
mul gaudeat: & qui metit. ſ. ſicut Prophetæ
qui prædicauerunt Chriſti aduentũ in pro-
phetijs ſuis, & gaudent cũ Apoſtolis, qui H
in Chriſto Ieſu receperunt promiſſa. nec ſe
minantes Prophetæ, vel Patriarchę, aut me
tentes Apoſtoli ſunt optata mercede priua
ti. Et iterũ ſubdit: In hoc. n. eſt verbũ. i. pro
uerbium verũ. q̃a alius eſt, qui metet: alius,
qui ſeminat. quia alius fuit ſtatus Patriar-
charum, & alius Apoſtolorum: licet eorum
idem ſit premium. Hoc quidem prouerbiũ
forte fuit ortum ex illo verbo, Leuit. 26.
Fruſtra ſeritis ſementem, quia ab hoſtibus
deuorabitur. Sed vt ſciant ſe ad hoc non
ex proprijs meritis, ſed ex ſola Chriſti gra-

tia

A tia conſtitutos: ergo ſubdit, Ego miſi vos, ideſt, iam mittendos præfixi, atq; elegi mittere, quod vos non laboraſtis, ideſt, non prius agricultaſtis. Alij autem laborauerunt, ideſt, cum multo labore agricultauerunt, & ſeminauerunt, ſicut Prophetæ, & Patriarchæ, & vos in labores eorum introiſtis, quod quidem magnæ fęlicitatis eſt & gratiæ ſpecialis, ex proptijs enim meritis & virtute nequaquam prouenientis. Quantum ad conuertendum de Iudæis, & Samaritanis, qui legem Moyſi licet differenter acceperant, patet quod dictum eſt. ſed hoc quomodo verum eſt, quantum ad cæ-
B teras mundi gentes? Ad hoc dicendum, ꝙ tota prophetia & lex, & totus præcedens Dei cultus innuit ad fidem in gētibus propagandam, nutriendam, & roborandam. Ideo pro quanto Patres ex intentione Saluatoris mundi bona ſua fecerunt, & pro quāto bona eorū deſideria & merita ad ſalutem omnium profuerunt, verbum prædictum perfectè verificatur de quibuſcunque alijs gentibus, quæ credituræ erant.

Dictorū reſolutio.

De feruore, ac feruenti amore diuinorum, quæ ex verbo Dei in populis generatur. Cap: 4.

C

In Samaritanis amor bulliens.

QVarto in Samaritanis fuit amor bulliens, ſeu feruens: myſticè præfigurans feruorem ſequentium populorum ad verbum Dei, & ad fidem Domini noſtri Ieſu Chriſti. Et de hoc additur, Ex ciuitate autem illa multi crediderunt in eum Samaritanorum: & hoc. ſ. aliqua credulitate initiali, nondum tamen plena fide. Hoc autem ſignanter factum, & ab Euangeliſta narratum eſt, vt Chriſti hoc prædicentis veritas, & præſcientia diſcipulis de facto pateret. Cauſam autem creditionis eorum ſubdit Euangeliſta dicens, Propter mulieris verbum teſtimonium perhibētis:
D quia dixit mihi omnia quæcunque feci. Et ſequitur: Cum veniſſent ergo ad illum Samaritani, rogauerunt eum, vt ibi maneret. Et manſit ibi duobus diebus. & multo plures crediderunt propter ſermonem eius. Per hoc myſticè innuitur, quod anima carnalis per Samaritanam ſignificata: adorat quod neſcit, quia ſummam fęlicitatem in rebus caducis & tranſitorijs quærit & colit. Sed poſtquam ſe ſibi clarè ingerit Chriſtus: tunc relicta hydria temporalium cupiditatum, liberè prædicat Chriſtum: & illuminationes & beneficia ei factas ad tem-

Hydria tēporalium cupiditatum.

pus ita, vt per eas multi carnales reuertantur ad Chriſtum: qui tamen ad lumen Chriſti proprius accedentes, longe plura & clariora in ipſo Chriſti lumine vident, quam ex verbis mulieris perceperunt, aut percipere potuiſſent: ſicut ſi aliquis aquam mundam lucidiſſimi & abundantiſſimi fontis ex riuo deſcendentem bibiſſet, & tandem verſus ad fontem aſcenderet: ex quo ſitibundus ore fonti appoſito potaretur ex ipſo fonte redderetur certior, paratior, & hylarior, quam ex ipſo riuo. Sequitur, & mulieri dicebant, quia non iam propter tuam loquelam. ſ. tantum: nec ita principaliter credimus. ipſi enim audiuimus. ſ. ex eius F proprio ore, & ſcimus. ſ. per fidem, & intelligentiam ex auditis ab eo. Et forte ex ſignis & miraculis ex eo viſis, quia hic eſt verè Saluator mundi, nunc per gratiam, & in futuro per gloriam: quam nobis concedere dignetur Ieſus Saluator.

E

SABBATO
Poſt tertiam Dominicam in Quadrageſima.

De origine dominiorum, & rerum tranſlatione. G

Sermo XXXII.

Vade, & amplius noli peccare. Io. 8. Et in Euangelio hodierno. A charitate quidem labitur mundus, & per vitiorum deficit incremēta partim ex ignorantia ruens, partim ex fragilitate fluens, partimq; ex malitia in cupiditatibus ſe immergens. Proinde oportunum cenſui, immo neceſſarium reputaui, de contractibus, & vſuris, in quibus penè totus mundus periclitatur, tractatum poſteris tradere, non H tamen verbo præſentibus prędicare, vt habeant minus docti & ſibi, & alijs in talibus materiam fideliter conſulendi. Prouer. enim 15. c. ait, Sermo oportunus optimus eſt. Tractaturi igitur de ipſis contractibus & vſuris, hunc ordinem obſeruare intendimus. Sabbato poſt tertiam Dominicam in Quadrageſima, de origine dominiorum, primo dicturi ſumus, vbi tractabimus de varietate contractuum, & vnde originem habent: ſimulq; agemus de multiplici varietate tranſlationum, atq; pręſcriptionum.

Ordo dicendorū.

Ser-

A Sermo 32. Dominica quarta in Quadrageſima de mane, de mercatoribus, & artificibus in generali, & de conditionibus licitis & illicitis eorundem. Sermo 33. Dominica quarta in Quadrageſima infra diem, in quibus caſibus liceat vendere tẽpus, & in quibus non. Sermo 34. feria 2. de emptionib. & venditionibus, & quo pretio res, & obſe quia taxãda ſunt, & quam grauis ſit culpa, res vendere maculatas ficte. Sermo 35. fer. 3. de voragine vſurarum. i. quid ſit, & in quibus committitur vſura: & quomodo quidam vſurarij nituntur defenſare vſuram, ac rationes eorum quomodo efficaciter refellantur. Sermo 36. fer. 4. de mutuo, & quan-
B do homo obligatur dare mutuum, & quomodo tenetur id dare gratis. Sermo 37. feria 5. de prohibitione vſuræ, & quomodo ab omni lege prohibeatur. Sermo 38. fer. 6. de contractibus vſurarijs, & quando dubium, ſeu periculum contractum ab vſura excuſat: ac de ſocietatibus, & de multiplici cambiorum, ac ſecuritatum varietate. Sermo 39. Sabbato, de ſoccidis animalium, ac de multiplici varietate eorum. Sermo 40. Dominica de paſſione in mane, de impræſtitis, ſeu monte, vel locis, quæ frequentantur maximè apud Venetos, Genuenſes, & Florentinos. Sermo 41. Dominica de
C paſſione infra diem, de intereſſe, & quando liceat accipere vltra ſortem: ibi plurimi declarantur caſus, in quibus videtur eſſe vſura, & non eſt. Sermo 42. fer. 2. de impietatibus vſuræ, & quantum aduerſetur Deo, quantaq; eius blaſphemia ſit publicis vſurarijs fœnerandi libertatem præſtare. Sermo 43. fer. 3. de duodecim iniquitatibus ipſius vſuræ, quibus proximo pernitioſa eſt. Sermo 44. fer. 4. de nouem prauitatibus, quib. per vſurã vſurarius deprauatur. Sermo 45. Licet enim ſecundum ordinem prædictum tractatus hic præordinetur: attamen prædicator diſcretus, & doctus prædictum ordi-
D nem variabit anteponendo, interponẽdo, variando, abbreuiando, dilatando, aut iuxta qualitatem & neceſſitatem auditorum congruè adaptando. Nam & egoipſe, qui propter tractatus connexionem & continuationem, ipſum taliter ordinaui, diuerſa occurrente vtilitate, ac neceſſitate poſtponam omnino talem ordinem obſeruare, eo quod. 8. q. 1. c. oportet. dicitur: Oportet eũ, qui docet & inſtruit rudes animas, eſſe talem, vt pro ingenio diſcentium ſemetipſum poſſet aptare, & verbi ordinem pro capacitate audientium dirigere. Tu igitur, qui per ſupradicta à via iuſtitiæ declinaſti, E
per charitatem iam reſipiſce, iamq; deſine progredi per abrupta, iuxta illud Eccl. 21. Fili, peccaſti, ne adijcias iterum. Sed iuxta prædictam Domini admonitionem, Vade & amplius noli peccare: reuertere ad emẽdam. Et ſicut dicitur Eſa. 58. Diſſolue colligationes impietatis, ſolue faſciculos deprimentes: dimitte eos, qui confracti ſunt, liberos, ac omne onus diſrumpe. Quæ vt efficere poſſis, diſce quid in contractibus liceat, & quid non. Nam, ſicut dicitur Prouerb. 17. qui deuitat diſcere, incidet in mala. Ac econtra in 2. c. ait: Si ſcientia. ſ. horũ, animæ tuæ placuerit: conſilium cuſtodiet te, & prudentia ſeruabit te, vt eruaris a via F
mala. A fundamento igitur omnium contractuum exordium aſſumentes, de origine dominiorum primo tractandum eſt. Proinde circa dominia rerum, ſecundum Scot. in 4. diſt. 15. q. 2. tria principaliter conſideranda ſunt. Primo eorum initiatio variata; ſecundo eorum tranſlatio, quæ fit auctoritate publica; tertio eorum tranſlatio, quæ fit auctoritate priuata.

Articvlvs Primvs

Vnde dominia rerum originem habuerunt. G

PRimo enim conſideranda eſt dominiorum rerum initiatio variata. Triplex enim varietas fuit dominiorum temporalium rerum. Primo fuerunt communiter conceſſa, ſecundo generaliter reuocata, tertio particulariter appropriata.

Quod in ſtatu innocentiæ omnia communia erant. Cap. 1. H

PRima quidem varietas dominiorum rerum fuit, quia extiterunt communiter conceſſa. Nam in ſtatu innocentiæ omnia communia erant. Vnde diſtin. 8. c. 1. dicitur: Iure naturæ omnia ſunt communia omnibus. Et eadem diſtin: c. 2. Auguſt. ait ſuper Ioan. Quo iure defendis villas eccleſiæ, diuino, an humano? Diuinum in diuinis ſcripturis habemus, humanam in legibus Regum. vnde quiſque poſſidet, quod poſſidet. nonne iure humano? Nam iure diuino, Domini eſt

In primo ſtatu naturæ inſtitutæ omnia erant cõmunia.

A eſt terra & plenitudo eius: pauperes & diuites Dominus de vno limo fecit, & paupe res, & diuites vna terra ſupportat. Iure ergo humano dicitur, Hæc villa eſt mea, hæc domus mea eſt. Iura humana, iura Imperatorum ſunt: quia ipſa iura humana per Imperatores, & Reges ſæculi Deus diſtribuit generi humano. Et addit: Tolle iura Imperatoris, & qs audeat dicere, Hæc villa mea eſt? hic eſt meus ſeruus? mea eſt hæc domus? Et ſubditur: Per iura Regum poſſidentur poſſeſſiones. 12. q. 1. c. dilectiſſimis. Iterum Clemens ait: Communis enim vſus omnium, quæ ſunt in hoc mũdo, omnibus
B eſſe hominibus debuit. Ad hoc autem ſecundum Scot. ratio dari poteſt, quare vſus rerum ſecundum rectam rationem ſic hominibus competere debeat, ſicut ad pacificam conuerſationem, & neceſſariam ſuſtentationem congruè neceſſe eſt. In ſtatu autem innocentiæ communis vſus ſine diſtinctione dominiorum ad vtrunque iſtorum amplius valuiſſet, quam diſtinctio dominiorum, quia nullus tunc occupaſſet, qđ alteri neceſſarium extitiſſet. Nec inſuper fuiſſet oportunum illud ab eo per violentiam extorqueri, ſed quilibet hoc primo præoccupaſſet, vtique occupaſſet ad ne-
C ceſſarium vſum. Sic quoque ad ſuſtentationem magis ſufficiens extitiſſet, quam ſi alicui præcluderetur alicuius vſus per appropriationem illius alteri factam.

Cõis vſus in ſtatu innocẽtię.

Quod præceptum legis naturæ de habendo omnia communia poſt lapſum eſt reuocatum: & maxime propter tria. Cap. 2.

SEcunda varietas dominiorum fuit, qa fuerunt generaliter reuocata. Nam ipſum legis naturæ præceptũ de habendo omnia communia, poſt lapſum reuoca-
D tum eſt. Et hoc rationabiliter propter tria excludenda. Primo propter excluſionem negligentiæ, ſecundo, propter excluſionẽ malitiæ, tertio propter excluſionem inimicitiæ. Primo propter excluſionem negligentiæ, eo quod terræ in ſolitudinem verterentur. & per conſequens eſſet contra neceſſariam hominum ſuſtentationem. Nam ſi agri omnibus eſſent cõmunes: ſic etiam eſſet commune agros colere & ſeminare: ſed ex patenti ratione experimentali cernimus, quod de communibus quaſi nullus, vel modicum curat. Secundo propter ex-

Pręceptũ naturę de habendo oĩa cõia poſt lapſũ reuocatũ eſt.

cluſionem malitiæ, eo quod aliter via fraudibus, atque malitijs aperiretur: quia aut E
omnes ſimul colerent, & ſeminarent: & hoc inconueniens, atque impoſſibile videtur. aut tantum aliqui: ſed cum fructus deberent eſſe communes, nullus reperiretur, qui cum communitate fructuum vellet ſibi appropriare laborem. Proinde fortiores plus debito de bonis communibus occuparent. Malitioſi quoque & aſtuti puniri non poſſent, cum allegarent ſe nõ accipere alienum atque ſe talibus indigere. Ex his ſequeretur, quod ſemper mali haberent melius, & boni peius: quia mali multa ſuperflua ſibi congregarent, & boni non niſi ac- F
cipere vellent neceſſaria. Tertio propter excluſionem inimicitiæ, quod ſequitur ex prædictis, quia eſſet efficax occaſio, quod pax nunquam inter homines haberetur. Nam ſæpe contingeret, quod eadem re, eodem equo, eadem domo, eodem agro, etiã plures vellent ſimul vti: ſed cum quilibet fungeretur æquali iure, cum res eſſent communes, quilibet obtinere vellet. Malus quoque & cupidus occuparet vltra ea, quæ ſibi neceſſaria eſſent: & hoc violentiam inferendo his, qui vellent ſecum rebus communibus vti ad ſolam neceſſitatem, ſicut Gen. 10. & 7. diſt. c. 1. legitur de Nẽrot, vbi dici- G
tur, Cœpit Nẽrot eſſe robuſtus venator, .i. hominum oppreſſor, atque extinctor coram Domino. i. permittente Domino, ſecundum Scot. & glo. Ex his patet, quod talis communitas nullo modo expedit reipublicę. Proinde politia Ariſto. 2. polit. quod non ſint omnia communia pro republica, prę́ſtantior eſt quam politia Socratis, & Platonis: quã Ariſt. reprehendit, de communibus omnibus. Vnde 8. diſtin. c. 1. dicitur: Apud Platonem illa ciuitas iuſtiſſimè ordinata traditur, in qua quiſque neſcit proprios affectus, quia. ſ. omnia cõmunia ſunt, quod in republica propter prædicta reprehenſibile eſt. ſ. in ſtatu naturæ lapſæ. Circa hoc Henricus de Gandauo in 4. quolib. q. 2. diſtinguit dicens, duplicem fuiſſe ſtatũ ho- H
minis in principio: & triplicem modum poſſidendi bona, quæ pertinent ad hominis vſum. Primus fuit ſtatus humanæ naturæ inſtitutæ in innocentia & iuſtitia originali. Secundus eſt ſtatus naturæ humanæ per peccatum lapſæ, & ab originali iuſtitia obliquatæ. Et iterum primo quædam poſſeſſio bonorum communis, ſiue in communi, nihil omnino quo ad vſum, & poſſeſſionem quocunque modo appropriando.

Ciuitas illa, quę dicatur bene regulata iuxta Platonẽ.

Duplex ſtatus humanæ naturæ.

A do. Secundo eſt quædam poſſeſſio priuata omnia ſibi appropriando, & nihil in communem vſum deducendo. Tertio eſt quædam media aliqua.ſ.ſecundum vſum habendo propria, ſed ea ſecundum ꝙ ratio dictat pro loco & tempore communi vſui exponendo. Prima poſſeſſio eſt inutilis, quia non eſt manſiua. Secunda eſt iniqua, quia.ſ.eſt ſolitaria & propria: & ideo neutra ciuitari bene diſpoſitę congrua eſt. Tertia vero eſt rationalis & inter vtranq; media, quæ ciuitati bene inſtitutę idonea merito reputatur, quia ex inſtinctu rectę rationis prouenit, quæ quodammodo natura dicitur, & ideo

Prima poſſeſſio.

B dicitur eſſe de iure naturæ, ſicut pater, 1.di. 1.c.ius naturale. vbi dicitur, ꝙ ius naturale commune eſt omni nationi, eo quod vbiq; inſtinctu naturæ, non conſtitutione aliqua habetur, vt viri & fœminæ coniunctio, liberorum ſucceſſio, & puerorũ educatio, communis omnium poſſeſſio, & omnium vna libertas acquiſitio eorum, quæ cœlo, mari, terraq; capiantur.

De rerum diuiſione, & quod per legem poſitiuam iuſtam, & autenticam diſtincta ſunt dominia rerum, vt hoc de iure ſit meum, & illud tuum. Cap. 3.

C

TErtia quoq; varietas dominiorũ temporalium rerum extitit, quia fuerunt particulariter appropriata, vt hoc dicatur meum, & illud tuum. Hoc enim eſt fundamentum omnis iuſtitiæ in cõtrectando rem alienam, & per conſequens omnis iuſtitiæ in reſtituendo eam. Circa hoc aduertendum eſt, ꝙ tria fecerunt licitam hanc appropriationem. Primo lex poſitiua, ſecundo lex iuſta, tertio lex auctentica. Primo lex poſitiua, quod hoc modo probatur. Nam remoto hoc pręcepto legis naturę de

Tria faciunt licitã appropriationẽ.

D habendo oĩa cõia, & per conſequens conceſſa licentia appropriandi, & diſtinguendi cõia, non fiebat actualis diſtinctio & appropriatio per legem naturæ, nec per legẽ diuinam. Primo non per legem naturæ, ꝙ probabile eſt videre: non.n.apparet, ꝙ illa determinet ad oppoſita. ipſa nempe determinauit in natura humana, ꝙ oĩa cõia eſſẽt. Nec dicitur, ꝙ illa propoſitio, Inſtituta de rerum diuiſione.§. feræ beſtiæ. vbi dr̃, quod nullius eſt, occupanti cõceditur, ſit de lege naturæ. Et licet quaſi ſtatim poſt naturalem apprehenſionem de hoc, ꝙ eſt res eſſe diuidendas occurrat iſta, tanquam probabilis valde manifeſta: tamen rationabilius poteſt dici, quod ipſa non ſit de lege naturæ, ſed poſitiua. E Secundo etiam non per legem diuinam, quod patet per illud Auguſt. ſupra poſitum in principio primi capituli, vbi dicitur, quo iure, &c. Per locum igitur à diuiſione, ex quo dominia ſunt diſtincta, & patet, quod non iure naturæ, nec diuino: ſequitur quod à lege poſitiua facta eſt prima diſtinctio & appropriatio dominiorum.

Secundo autem, vt talis appropriatio licita eſſe dicatur, videre neceſſe eſt, quomodo talis lex poſitiua ſit iuſta. Talis autem lex tunc equidem iuſta eſt, quando in F legiſlatore maximè ſunt iſta duo, ſcilicet prudentia & auctoritas. Primo prudentia, vt ſcilicet ſecundum rectam rationem practicam dictet, quod faciendum, vel ſtatuendum ſit pro ipſa communitate. Secundo auctoritas, quia lex dicitur à ligando. ſed non quæcunque ſententia prudentis ligat communitatem, nec aliquem, ſi nulla præſideat. Quomodo autem prudentia in ſe, vel in conſiliarijs ſuis à condentibus leges poſſit haberi ad cogitandas leges iuſtas, ex ſe ſatis apertè patet. Sed de auctoritate nunc dicendum eſt. G Tertio autem fecit licitam hanc appropriationem lex authentica, ideſt auctoritas. Circa hoc aduertendum eſt, ſecundum Ariſtot. in primo Politicor. quod duplex eſt principatus, ſed duplex auctoritas dici poteſt. Prima eſt iconomica, ſeu paterna: ſecunda eſt politica. Prima inquam eſt paterna, & hæc ſiquidem iuſta eſt ex lege naturæ, qua filij tenentur parentibus obedire: quia qui dedit naturale eſſe, videtur habere naturalem auctoritatem in ipſis propagatis. nec etiam auctoritas hæc per legem aliquam poſitiuam Moſaycam, vel Euangelicam reuocata eſt, ſed magis amplius confirmata. H Secunda auctoritas eſt politica, quæ ſuper extraneos eſt. Et hæc dicitur eſſe duplex. Prima reſidet in vna perſona, vt in Rege Francorum. Secunda in vna communitate reſidet, vt patet in Italia, vbi ciuitates, vt plurimum principantur, ſicut patet in Venetis, in Florentia, in Senis. Et poteſt vtraque eſſe iuſta ex communi conſenſu, & electione ipſius communitatis.

Prima ſiquidem auctoritas reſpicit naturalem deſcenſum, ſcilicet filiorum à patre, quamquam ſint ciuiliter cohabitantes.

A Secúda verò reſpicit cohabitátes, quantumcunq; nulla ſibi conſanguinitate, vel propinquitate coniunctos, vtpote ſi ad aliquam ciuitatem ædificandam, aut inhabitandam, aliqui extranei cócurrant, qui conſiderantes ſe bene non poſſe regi abſque aliqua auctoritate ſuperioris, poſſunt concorditer conuenire, vt vel vni perſonæ, aut communitati committerent illam auctoritatem, & vni, vel pro ſe tantum, & ſucceſſor eligeretur, ſicut & ipſe fuit in Republica Romanorum, vel pro ſe, & ſua tota poſteritate. Vtraq; autem iſta auctoritas politica meritò iuſta eſt, quia poteſt iuſtè quis
B ſe ſubmittere dominio alicuius ſingularis perſonæ, vel alicuius communitatis in his, quæ non ſunt contra diuinam legé, in quibus melius poteſt dirigi per illú, cui ſe committit, quam per ſeipſum. Iuſtum equidem eſt, vt qui ſe bene regere neſciunt, vel non poſſunt ſine directione, vel auxilio alicuius perſonæ, ſiue alicuius communitatis, ꝙ illi ſe ſubijciant, quo ad regimen temporale. Ex dictis habetur plenè, quomodo licitè iſta temporalia dominia à lege poſitiua, à lege iuſta, & à lege authentica fuerunt appropriata. Patet etiam, ꝙ talis diuiſio prima dominiorum fuit iuſta à lege poſitiua.
C Iuſta, quia fuit vel à patre diuidente, ſicut fortè poſt diluuium fecit Noe filijs ſuis, qui eis diſtinxit terras, quas ſinguli occuparent pro ſe & filijs ſuis & poſteris, aut ipſi de communi concordia inter ſe diuiſerunt. Vel fuit à Principe hoc ſtatuente, in quem communis conſenſus populi tranſtulerunt huiuſmodi poteſtatem: vel fuit à communi conſenſu eorum, qui communiter poſſidebant, ſicut Gen. 13. dicitur de Loth, & de Abraam, quia Abraam dedit electionem ipſi Loth, quam partem eligere vellet, & ipſe reliquam poſſideret. Vel poteſt dici aliter, quod ipſa lex ab ipſo Noe promul-
D gata fuit, aut ab aliquo electo à filijs ſuis in Principem eorum, vel alqua communitate, cui ipſamet communitas hanc auctoritatem commiſit. Quæ inquam lex fuit, vel potuit eſſe, quod res tunc occupata eſſet primo occupantis eam? Et ſic poſt hoc diuiſerunt ſe ſuper faciem orbis terrarum: & tunc vnus occupauit vnam, & alter aliam plagã. Hęc ſecundum Scot. in 4. diſt. 15. q. 2.

ARTICVLVS SECVNDVS. E

De rerum translatione, quæ fit auctoritate publica, ſcilicet, Principis, ſeu legis, vbi etiam dicendum eſt de præſcriptione, & vſucaptione.

Secundò conſequenter cóſideranda eſt rerum tranſlatio, quæ fit auctoritate publica. Nempe poſt prędictam dominiorum diuiſionem propter varias cauſas occurrentes tam in vita, quam in hominum morte: neceſſe fuit dominiorum rerũ traſlationem fieri. Præterea quomodo licitè potuit fieri, & nunc poſſit, breuiter ſubiungamus. Duplex eſt enim, ſm Scot. vbi ſup. F
iuſta translatio rerum. Prima, quantum ad dominium: ſecuuda, quantum ad vſum. Primò fit quantum ad dominium, vt ſi res à dominio vnius in dominium alterius tráſeat. Secundò autem fit quo ad vſum, ſiue ius vtendi, tamen apud eundem tradentem dominio remanente. Et de hac ſecunda tranſlatione ad præſens tantum hanc regulam generalem ſcire ſufficiat, quæ talis eſt.

Regula. Iuſtitia, vel iniuſtitia translationis vſus dominij eaſdem regulas habet iuſtitiæ translationis dominij. De prima autem ad præſens, hoc eſt de ipſa translatione dominij, latius differamus: hoc autẽ G
dupliciter fieri poteſt. Primò auctoritate publica, ſecũdò auctoritate priuata. De prima autem, quę fit auctoritate publica. ſ. Principis, ſeu legis tantum, in 5. artic. tractandũ eſt. De qua talis regula eſt notanda.

Regula. Translatio dominij auctoritate legis iuſtæ, iuſta eſt. Hæc quidem regula patet. Nam ſi lex iuſta potuit iuſtè determinare dominia prima, ſicut in præcedenti articulo dictum eſt. Et non minor eſt auctoritas Principis, ſiue legis, quod hic habeo pro eodem poſt dominiorum diuiſionem, ſicut ante. Igitur propter eandem cauſam, atque H
eundem finẽ, dominiũ iuſtè transferri poteſt, poſtquam alicui fuerat appropriatum. Ex hac regula ſequit̃, ꝙ præſcriptio in mobilibus iuſta translatio eſt. Pręſcriptio quidem in immobilibus eſt, vt in domo, in agro, in vinea, & in ſimilib⁹ rebus. Inſuper in incorporalibus rebus habet locum, vt in ſeruitutibus, electionibus, & actionibus, & huiuſmodi, ext. de præſcrip. c. 1. & de cau. poſ. & proprie. cum eccleſia. 16. q. 3. c. placuit. §. quas actiones. Vſucaptio verò in mobilibus eſt. His igitur iam præmiſſis tria ad præſens de præſcriptione conſideremus,

Translatio dominij auctoritate legis.

reliqua

A reliqua derelinquentes in iure peritis. Primo conſideremus circa pręſcriptionem iurium auctoritatem, ſecundo iurium conformitatem, tertio iurium varietatem.

Quod ab omni iure præſcriptio, & vſucaptio originem habent, & hoc triplici ratione.

Cap. 1.

PRimò circa ipſam præſcriptionẽ conſideremus iurium auctoritatem. Habet enim præſcriptio au-
B ctoritatem à quolibet iure. ſ. à iure naturali, & à iure ciuili, inſuper, & à iure canonico & fideli. Proinde ſm̃ Scot. vbi ſup. triplici ratione præſcriptio licita eſt. Primo ratione pacificę conuerſationis, ſecundo ratione publicę offenſionis, tertiò ratione auctenticæ iuriſdictionis. Primo licita eſt ratione pacificę conuerſationis. Iuſtè quidem ſtatui poteſt à legislatore, quod neceſſarium eſt ad ſubditorum pacificam conuerſationem. Sed dominium neglectæ rei, ſicut contingit eſſe in præſcriptione & vſucaptione, transferri in occupantem neceſſarium eſt ad pacificam conuerſationem
C ciuium. Nam ſi non transferretur dominium in occupantem, ſed apud primũ poſt quantumcunque tempus continuè remaneret, orirentur inde mortales lites, eo quod poſſet ille, qui rem neglexit, vel eius hęres, poſt quãtumcunq; temporis repetere rem illam neglectam ab alio, vel ab alijs quantocunq; tempore occupatam, ac per hoc tales orirentur lites, ꝙ impoſſibile eſſet decidere eas, quia probationem ſufficientem habere nó poſſent, atq; ex talibus litibus perpetuis orirentur contentiones, atque rixæ & odia inter ipſos litigantes, & ſic neceſſariò eſſet tota pax reipublicę perturbari.

Vide Scotum in 4. dist. 15.

Præſcriptio licita eſt triplici ratione.

D Secundò vero licita eſt ratione reipublicæ offenſionis. Nam legislator iuſtè per legem punire poteſt etiam corporali pęna quemlibet tranſgreſſorem, cuius tranſgreſſio vergit in detrimentum Reipublicæ: multo amplius pecuniaria pęna, & hoc illam applicãdo fiſco. ergo pari ratione poteſt eum tali pęna punire applicando illud, in quo punitur alicui, qui in hoc eſt miniſter legis. Sed negligens tanto tempore rem ſuam tranſgreditur, ita ꝙ tranſgreſſio eius eſt in Reipublicę detrimentum, cum impediat pacẽ: ergo iuſtè lex poteſt ſic rem neglectam applicare fiſco, & ſic ad maiorẽ pacẽ trãsferre eam in eum, qui tanto tempore occupauit E
eam. ſ. tanquam in miniſterium legis, ſicut prædictum eſt. Ex hoc patet, quomodo intelligi debet illa præſumptio legis, ſeu iuris & de iure, contra quam probatio non admittitur in contrarium, vt quando mulier dat dotem, quod præſumitur virum ſtipulatum de ea reddenda, & obligaſſe bona in caſu reſtitutionis. l. 1. C. de rei vxo. actio. & extra de ſponſa. is, qui fidem. in tex. & glo. Sic etiam præſumitur, ꝙ ſic negligens rem ſuã pro derelicta habuerit. Et ſi hoc etiam non ſit verum in re: attamen legislator punit eum, ac ſi eam habuiſſet pro derelicta: & illud, in quo derelinquenti aſſimilatur, F
iuſtè requirit conſimilem pęnam. Tertio inſuper licita eſſe videtur ratione authenticę iuriſdictionis. Nam ſi quilibet poteſt ſuũ dominium transferre in alium, tota cõmunitas poteſt cuilibet dominium de cõitate transferre in quemlibet: quia in facto cõitatis conſenſum cuiuslibet pręſuppono includi. Igitur cõitas illa habens iſtum cõſenſum, quaſi iam obligatum in hoc, ꝙ quilibet conſentit in leges iuſtas condendas à cõitate, vel à Principe, poteſt per legem iuſtam in quemlibet cuiuslibet transferri dominium. Ex his patet, ſm̃ Gerardum Obdonen. ꝙ poſſidens aliquid iure pręſcriptionis, iuſtè poſſidet, quia auctoritate legis iuſtæ. Propterea rem legitimè præſcriptam, G
vel vſucaptam reſtituere, potius eſt perfectionis, & ſupererogationis, quam debitæ neceſſitatis & obligationis. Ex his igitur, quæ dicta ſunt patet, ꝙ præſcriptio optimè ſic deſcribitur à magiſtro Gerardo de Senis ordinis Eremitarum. Præſcriptio eſt quoddam ius ex tempore congruens, auctoritate legum vim capiens, inferens negligentibus pęnam, & litibus finem imponens. In hac autem præſcriptionis diffinitione ponuntur tria. Primo congruum tempus lege vtiq; limitatum, ſine qua limitatione negligentia inexcuſabilis non fuiſſet. Secundò H
legum auctoritas ex tali negligentia præſcriptionem inducens. Tertio cauſa finalis tangitur, propter quã præſcriptio eſt inuenta. ſ. vt pęnam negligentibus inferret, & litibus finem imponeret, quemadmodum & vſucapio, vt ff. de vſucap. lib. 1. Dicitur enim ibi, quod vſucapio introducta eſt pro bono publico. ſ. ne quorundam rerum dominia diu, & fere ſemper incerta eſſent. Hæc deſcriptio cõcordat cum declaratione Papiæ, qui pręſcriptionem declarat dicens, ꝙ pręſcribere eſt prædicere, cõtradicere, & diffinire.

Gerardus Obdonenſis.

Præſcriptio quid.

A nire. Prædicit enim, cum tempus ſtatuit: Contradicit repetenti, quod præſcriptum eſt: Diffinit deniq; lites. Et ſic tria, quæ dicit, correſpõdent rebus tribus, quæ in prędicta deſcriptione poſita ſunt.

Quomodo, & in quo concordant in præſcriptione, & vſucapione ius naturæ, & ius ciuile. *Cap. 2.*

SEcundo conſideremus circa præſcriptionem iutium conſormitatem. Miro etenim modo concordant in
B præſcriptione iſta tria iura.ſ.ius naturæ, ius ciuile, & ius canonicum. Primo autem oſtendemus in præſenti capitulo, quomodo in eo concordant ius naturæ, & ius ciuile. Secundo monſtrabimus in capitulo ſubſequẽti, quomodo, & in quo in ea cõcordant, atq; diſcordant ius canonicum & ius ciuile. Primo inquam oſtendamus concordiã iuris naturæ & iuris ciuilis. Non vtique eſt talis præſcriptio contra ius naturæ, quẽadmodum dicere videtur prima glo.ff.de vſu cap.li.1.& 26.q.3.etiam in 1.glo. Ad cuius intelligentiam notandũ, ſm Gerard.de Se-
C nis ordin.Eremit.ſicut recitat Ioan.And.in mercurialib. in regu.poſſeſſor. ꝙ duo ſunt circa hæc conſideranda. Primo, quid ſit ius naturæ: ſecundo, quid ſit ius legale. Ideo notandum eſt, ꝙ quodlibet ius conſiſtit in rectitudine quadam, ergo ius dictum eſt, vt habetur diſt.1.c.ius generale. Iuſtitia autem nihil aliud eſt, quã quædam rectitudo. Omne ergo ius, ſiue naturale, ſiue legale, in quadam rectitudine conſiſtere habet. Et licet ius naturale & ius legale diſtincta ſint: non tamen eorum rectitudo diuerſa eſt, ſed eadem: aliter & aliter tamen ſumpta. Nam ius legale non addit ſuper ius naturale aliã rectitudinem, ſed eandem ſpecificat: ita vt
D verum ſit dicere, quod ius legale ſit quædam ſpecificatio & expreſſio naturalis rectitudinis. & hoc triplici modo, quandoque determinando, quandoq; applicando, quandoq; declarando. Primo modo.ſ.determinando per congruos modos: verbi gratia, Naturale ius vult delinquentem puniri, ſed punitionis non determinat modos, quod quidem facit legale ius, vtendo rectitudine naturalis iuris, videlicet puniẽdo ſecundum qualitatem delicti. Secundo modo ſpecificat.ſ.applicando varios actus: verbi gratia, Rectitudo naturalis iuris vult

Omne ius ſiue naturale, ſiue legale diſtincta ſunt.

nemini ſubtrahi, quod ſuum eſt. Ius vero E
legale diſtinguit actus ab illa rectitudine deuiantes.ſ.actum furandi, rapiendi, & fœnerandi, & ſimiles. Vltra hoc oſtendit, quomodo vnus illorum actuũ plus quam alius deuiat à rectitudine naturalis iuris. Et ſecundum illud inſtituit maiores vel minores pœnas, ac per pœnarum metum præſeruat in hominibus rectitudinem iuris naturalis. Ex quo patet, quod non addit rectitudinem: ſed illam ſpecificat & declarat. Tertio modo ſpecificat declarando.ſ.per quoſdam euentus: verbi gratia, A iure naturali ſumit, quod rectum eſt.ſ.locupletari non debet quis cum alterius iniuria, vel iactura, F
quæ eſt regula iuris in lib.6. Non tamen poteſt haberi a dicto iure naturæ, an poſſibilis ſit aliquis caſus, vel euentus, in quo quis locupletari poſſet, & ſine iniuria alterius. Proinde ſpecificat prędictæ regulæ intellectum in quibuſdam caſibus, in quibus homo locupletari poteſt cum alterius detrimẽto, & ſine iniuria eius, ſicut patet in pręſcriptione & vſucapione, eo quod in eis inſertur alicui damnum, & tamẽ iniuria illi non irrogatur. Patet.n.ꝙ ille contra quem præſcriptio currit, licet damnum patiatur: non tamen patitur iniuriam, quia ipſe propter negligẽtiam ſuam illud meretur dam- G
num. Ex his patet, ꝙ licet in tali caſu recedi videatur ab intellectu, quem ſm literam regula ſonat: non tamen receditur ab intellectu, quem in ſeipſa regula portat. Nam ſi ea in oĩ caſu ad literam ſeruaretur: a duobus alijs, quæ ſunt de iure naturæ, expreſſe recederetur. Et ꝙ ita ſit, patet. Non.n.regula antedicta poteſt in quolibet caſu obſeruari ad literã, niſi vſucapio & præſcriptio de medio auferantur. quod ſi ſit peccatum negligentię, quod eſt contra bonum publicũ, vtiq; non punitur. & per cõſequens eſt recedẽdum ab illa regula naturalis iuris, quæ dicit, ꝙ rectum eſt, peccatum puniri, & maxime peccatũ contra publicum bonũ, quod H
.ſ.dat materiam litiũ & rixarum. Et ideo ſi præſcriptio & vſucapio tollerentur, recederetur ab illa regula naturalis iuris, quæ dicit ꝙ bonũ publicũ & cõe cuicũq; bono proprio & ſpeciali præferendum eſt. Iurc autẽ præſcriptionis & vſucaptionis totum contrarium ſit, cum prçeligatur bonũ propriũ illius, qui negligit repetere ſua, & dat materiam litium & rixarum: & per conſequens poſtponitur cõe bonũ, ꝙ conſiſtit in pacifico cõitatis cõuictu. Ideo aduertendũ eſt, ꝙ naturale ius diuerſas regulas habet, quę tamen

Nota regulam.

Ius naturale diuerſas habet regulas.

A men ſic ſemper intelligendæ ſunt, ꝙ vna al
teri non aduerſetur: atq; ita ſeruandæ ſunt,
ꝙ cum ſeruatur vna, côtra aliam nô eatur.
Poſſunt quoq; ultra prędicta, alia adduci e-
xempla. Côſtat enim ꝙ de iure naturæ re-
ctũ eſt, ꝙ depoſitũ reddaẽ, ſicut patet diſt. j.
c. ius naturale. & tñ gladius furioſo reddi
nô debet, quia per hoc uitiaretur regula de
nô occidendo, & de pace inter hoĩes con-
ſeruanda: quorum utrunq; ex gladij reſtitu
tione in ſeipſo atq; in alio poſſet vtiq; uio-
lari. 22. q. 2. ne quis arbitret. Ex quo patet,
ꝙ propter rectitudinẽ legis naturæ recedit
à litera naturalis iuris, quam ſequẽdo inci-
B dereẽ in culpã. & hoc ſuperueniens circun
ſtantia facit. Ex his igitur dictis patet, ꝙ ius
legale nô addit ſuper ius naturale aliquam
rectitudinẽ ſpecialẽ & nouã, ſed ſpecificat
illã per quoſdã ſpeciales caſus. in quib. &
ſi nô ſeruetur rectitudo iuris naturalis ſm
unam regulam, ſeruatur tñ ſm aliã, ſicut di-
ctum eſt. Vel ẽt dici pôt, ꝙ in talib. caſib. li-
cèt nô ſeruetur ſenſus, quem litera ſonat:
ſeruaẽ tñ ſenſus, quẽ eadẽ regula ſeruat &
portat ſm intelligẽtiam verã. Claret etiam
ex prædictis, ꝙ rectitudo naturalis iuris at-
que legalis non eſt alia, & alia, ſed una &
eadem aliter & aliter ſumpta.

C *In quo & quare in præſcriptione & vſucaptione diſcordant ius canonicum & ius ciuile. Cap. 3.*

TErtiò autem circa ipſam prȩſcriptio-
nẽ côſideremus iurium varietatem.
Ad intelligedum autẽ, quare præſcri
ptio canonici iuris diſtincta ſit à præſcri-
ptione iuris ciuilis. notanter aduertendum
eſt, ꝙ circa ea quæ dicuntur in præſenti ca-
pitulo, aliquid eſt certi, aliquid verò dubiũ.
Primò equidem certum eſt, ꝙ præſcriptio,
D quæ currit ſm ius canonicum, in prȩſcribẽ
te bonam fidẽ requirit, ſicut patet de regu.
iur. lib. 6. c. poſſeſſor. vbi dr̃, ꝙ poſſeſſor ma
læ fidei vllo tẽpore non præſcribit, cum cô
cordantijs ſuis. Et ſimiliter patet, ꝙ præſcri
ptio, quæ currit ſecundũ ciuile ius, non re-
quirit bonã fidem in præſcribente, ſicut pa
tet. 2. de præſcrip. 30. vel 40. anno. l. 1. & l.
omnes, & l. cum notiſſimi. Secundò autem
eſt dubium. ſ. an iſta præſcriptionis diuerſi-
tas inter prædicta iura rônabilis ſit cenſen-
da. Nam ſi præſcriptio malæ fidei côcordat
æquitati naturalis iuris, vr̃ quòd ſtatuendo
ambo prædicta iura, debuerunt in eã ſimul
côcordare. Si verò dicta præſcriptio eſt ini-

Nota diſtinctionẽ in caſu ꝓpoſito de certo & dubio.

qua & contra æquitatem naturalis iuris, vr̃ E
quòd nullum legale ius debuerit iſtam ſta-
tuere. Sed aduertendum eſt, quòd prędicta
præſcriptio conſiderata mente ciuilis iuris
illã ſtatuentis, iuſta utique eſt & ęqua, quia
concordat æquitati naturalis iuris. Sed alio
modo côſiderata mente præſcribentis, pro
fectò iniqua iudicanda eſt, quia à iuris na-
turalis æquitate recedit. Et ꝙ ita ſit patet:
nam ciuile ius per præſcriptionem malæ fi
dei duplicem finem intendit. Primò negli-
gentes punire, ſecundò verò litibus finẽ da
re. & vterq; finium prædictorum correſpô
det iuri naturali, ſicut in primo. c. prȩſentis
arti. dicebatur. Ex hac igitur parte talis præ F
ſcriptio iuſta & æqua meritò dici pôt. Sed
quia ipſe præſcribens per eandem præſcri-
ptionem intendit uſurpare alienam rem:
ideo ex hac parte merito iniuſta & iniqua
dicenda eſt, quia diſcordat ab illa regula na
turalis iuris, quæ ait, Quod tibi nô uis fieri,
alteri ne feceris. Inſti. de iuſti. & iure. §. iu-
ris prȩcepta. & ex hoc manifeſtè patet, quȩ
cauſa fuit quòd præſcriptio malæ fidei à iu
re ciuili introducta eſt. Attamen adhuc re-
manet dubium, quare canonicũ ius in præ-
fata præſcriptione à ciuili iure diſcordat.
Quapropter aduertẽdum eſt, quòd prȩſcri
ptio malæ fidei partim eſt à iure ciuili indu
cta, ſicut prȩdictum eſt: & partim permiſſa. G
ſ. conſiderata præſcribentis iniquitate: quo
reſpectu eſt iniuſta, ſicut etiam dictum eſt.
Nec ſic quidẽ eſt, ſecundũ illud à ciuili iure
inducta, ſed tantũ permiſſa: quia ius ciuile,
& quodlibet aliud ius, licèt nô valeat aliqđ
iniuſtũ atq; iniquum inducere: pôt tñ illud
qñq; permittere propter aliquod bonũ &
iuſtũ, quod eliciẽ inde, ad quod tale ius ma-
gis ſpectat, ſicut patet. inf. ſermone 38. c. 3.
arti. 3. in prin. Sic in propoſito quidem eſt.
Nã permittit, qđ prȩſcriptio illius ex mala
fide & iniquitate procedat, vt per eã dupli- H
cẽ prȩfatũ finẽ eliciat. Hoc aũt ideo facit,
quia cum ius ciuile intendat pro ultimo fi-
ne conſeruare ciuilẽ ſocietatẽ: cui fini de-
cernit, maximè neceſſe eſt negligentes pu-
nire, & litigia terminare: & ideo magis in-
tendere debet ad hoc, quaſi ad cômune bo-
num, quàm ut iniquitatem remoueat, vel
corrigat præſcribentis, cum ſit bonũ parti-
culare. Nempe magis ad ipſum ſpectat il-
lius duplicis finis æquitas proſequenda,
quàm ipſius prȩſcribẽtis iniquitas corrigẽ
da. & ſic patet, quare in præſcriptione ma-
læfidei ius canonicum à ciuili iure diſcor-
dat. Amplius cum enim duo iſta iura fun-

A data ſint ſuper eodem naturali iure, mutuò ſibi ſubuenire côueniens eſt. Nam ſi vnum alteri nõ ſubueniret, ſequeretur ꝙ vnũ eorum in oib. ſufficiens eſſet, & per côſequẽs alterum ſuperfluum foret. Sæpe quidẽ accidit, ꝙ ad unum & eundẽ affectũ unum eorum ſine altero minimè ſufficere põt. v. g. In puniẽdo clericum, aut eũdẽ morti iuſtè tradendum, abſq; iure canonico nõ ſufficit ius ciuile, quia eum degradare nõ põt. Nec ẽt ius canonicum ſine iure ciuili ſufficiens eſt, quia canonicus iudex illum minimè occidere põt. iõ prędicta iura mutuò ſibi ſubueniunt in dicto caſu: quia quodlibet eorũ
B exequiẽ, ꝙ ad eum pertinere vr̃. Sic igitur ſuo modo in pręſcriptione malę fidei euenit: nã in ea eſt aliqd̃ iuſtum ad perſequendum & aliquid iniuſtum ad perſequendũ. quę quidẽ duo ex ſuperiorib. patẽt. Hæc ſiquidẽ duo per idẽ ius minimè fieri poſsũt, iõ neceſſe eſt ꝙ ſit aliqd̃ ius, qd̃ dictã præſcriptionẽ propter prędictum duplicẽ finẽ inſtituat, & aliud ius, qd̃ eandẽ pręſcriptionẽ propter malã fidẽ pręſcribẽtis ꝓhibeat: & hoc mõ prędicta iura ſibi mutuò ſubuenire probanẽ. Nec quidẽ eſt côtradictio inter ea, ſicut dr̃. in ſermone 38. c. vlt. Vbi probabitur, ꝙ vnum ius põt alteri obuiare nõ
C per côtradictionẽ, ſed tm̃ per omiſſionẽ: quia id, quod omittiẽ ab vno, ſępe ab altero ſumi ſolet, ſicut eſt in propoſito nr̃o. Nã ꝙ mala fides debeat pręſcriptionẽ infringere hoc à ciuili iure omittiẽ, quia propter cãm antedictã ad eum nõ ſpectat infringere eã. Sed à canonico iure aſſumitur, quia ad eum meritò ſpectat infringere eã. Nec tñ eſt côtradictio, ſi ciuile ius dicit talẽ pręſcriptionẽ ęquam ac iuſtã, & per côſequẽs inſtituẽdã: ius verò canonicũ dicit illã præſcriptionẽ eſſe iniquam & iniuſtã, ac per côſequẽs prohibendam: quia ſic dicẽdo nõ attẽdunt
D ad eandẽ cauſam, nec ad eundẽ finẽ. Vbi autẽ vera côtradictio erit neceſſe eſt ꝙ ſm eũdẽ reſpectum accipianẽ termini. Præterea ciuile ius intẽdit ſeruare iuſtitiam propter litigia terminare: Canonicum verò ius intẽdit terminare litigia propter iuſtitiam conſeruare. Nam principalis finis iuris ciuilis eſt conſeruare ciuilẽ ſocietatẽ, quæ minimè côſeruatur, niſi litigia terminenẽ. Iuris autẽ canonici finis principalis eſt, aĩas ordinare ĩ Deum, & in euangelicam legẽ, vt ſ. hõ ęternam gloriam côſequatur. Hic quidẽ ordo ĩ Deũ haberi nõ põt, niſi côſeruetur iuſtitia, vt. ſ. per eam interior actus, quo ordinatur in Deum, ſm iuſtitiam reguletur. Proinde

Aliud diſcrimen inter ius ciuile & canonicũ.

de reg. iu. c. qui ſcandalizauerit, dr̃: Vtilius E
ſcandalum naſci permittitur, q̃ veritas relinquatur. Præterea canonicum ius ſequiẽ euãgelicam legẽ & ei ſubalternaẽ: quæ lex euãgelica à ciuili iure diſcordat in rectificando actum interiorẽ, ſicut patet Matth. 2. Qui viderit mulierẽ ad côcupiſcendam eam, iam mœchatus eſt eam in corde ſuo. Ius autẽ ciuile ſolùm nititur rectificare actum exteriorẽ, qui eſt adulterium, per quod poſſet ciuilis ſocietas impediri. Ex quo patet, ꝙ canonicum ius præſcriptionem malæ fidei debet penitus prohibere, per quam actus interior obliquatur: & ſic in hoc à ciuili iure diſcor- F
dare neceſſe eſt. Quæſtio. Seſt quæri põt, an ille qui côpleta præſcriptione ſeu uſucapione incipit habere malam fidem, rẽ poſſeſſã reſtituere teneatur? Ad hoc dicendum, ſm Iuriſtas, ꝙ non. Et hoc triplici rõne. Primò rõne auctoritatis, ſecundò rõne proprietatis, tertiò rõne inculpabilitatis. Primò rõne auctoritatis: Nam ſi bona fide durante præſcriptio & vſucapio côpleatur, tutus vr̃ eſſe præſcribens, non tantum ſm ciuile ius, ſed ẽt ſm ſacros canones, ſicut patet extra de præſcrip. c. de quarta. & c. ad aures. 16. q.
3. c. 1. 2. 3. & c. dilectio. & extra eo. ti. lib. 6. G
Præterea iura faciunt hoc meum, illud tuũ. di. 8. quo iure. Secundò rõne proprietatis. Nam ſi præſcriptio côpleatur durãte bona fidei, iam factum eſt tuum vtriuſq; iuris auctoritate, quod erat antea alienum, non obſtante quacunq; mala fide poſtea ſubſequente, propter quod talis reſtituere non teneẽ. Tertiò ratione inculpabilitatis. quia nullus reſtituere tenetur illud, quod iuſtè & bene poſſidere probatur. Sed talis præſcribens poſſidet rẽ præſcriptam iuſtè & bene, non obſtante mala fide ſuperueniente: ergo eã reſtituere nõ tenetur. Maior eſt euidens. mi- H
nor probatur. Nam illud, quod de iure hẽ: iuſtè & bene ex parte iuris utiq; poſſideẽ, & per côſequens alienũ non eſt, ſicut patet 14. q. 4. c. quid dicam. Dr̃ enim ibi, certè alienum nõ eſt, quod iure poſſidetur. Hoc autẽ iure, qd̃ iuſtè: & hoc iuſtè, quod bene. Hæc ibi. Ipſe. n. præſcribens habet & poſſidet rẽ pręſcriptã de iure, ergo & iuſtè: & ſi iuſtè, ergo & bene. Et ſic non vr̃ poſſidere rẽ alienam, ſed ſuam, & per côſequens reſtituere non tenetur: Quidam tamen dicunt, talem ad reſtitutionem teneri. Sed hanc opinionem Hoſtien. deridet. nihilominus tenet, ꝙ ſi de hoc conſcientia remorderet, nec conſilio peritorum reformari valeret: ſequenda eſt, licèt erronea ſit, extra de ſen. excom. in-

Quæſtio.

Opinio Hoſtiẽſis multis ꝓbatur.

A quiſitioni. & de ſimo. c.per tuas. 2. Aſſerit
tamen talem ſcrupuloſam conſcientiā eſſe,
ac timere, vbi non eſt timendum, extra de
ſimo.& ſi quæſtiones, cum concordantijs.
Dicitque ſe in hoc non eſſe de illis, penſato
ꝙ præſcribens iuris anctoritate dominium
adeptus eſt. Huius ſententiæ vr̄ fuiſſe Sco.
ſicut ex dictis in primo arti. & in ſequētib.
patet. Item Tho. in 13. quolibet. arti. 11. li-
cèt de hoc breuiter dicat. idem tenet Ioan.
glo. 14.q.6.ſi res.idem Tan. & Vin. 34. q. 2.
c.vigilanti. & in c.vlt. de pręſcrip. Et Goff.
hos ſequitur Ioan. An. in mercurialibus in
regula, poſſeſſor. vbi in fine illius regulæ
B ait, quia ad roborationem prędictorum no
tandum eſt, ꝙ modo acquirendi dominia,
de iure poſitiuo ſunt, & ſi dominia de iure
naturali vel gentiū. Tū igitur iſte ſit modus
vnus transferendi dominium.ſ.per præſcri
ptionē, licitus eſt, ex quo fit bona fide. Qua
re igitur qui præſcripſerit, ſicut & qui eme-
rit, non erit tutus? Si enim per ius poſitiuū
ille tutus eſt, quare non ſimiliter etiā iſte?
Ex his patet, ꝙ expreſsè concordat cū Sco-
to: & hæc eſt cōmunis ſententia Iuriſtarū.

Quæſtio. Quæſtio. Secundò ēt circa præſcriptionem
quæri culpa poteſt, quæ dici poſſit cōmitti
ab illo, qui mala fide poſsidens rem pręſcri
C bit? Dicēdum ꝙ licèt propriè & directè nō
Solutio. pōt dici fur uel raptor: interpretatiuè tamē
& indirectè pōt & debet cum utroq; cenſe
ri, eo ꝙ tanquàm fur uſurpat rem alienam,
& tanquàm raptor eam publicè rapit. Præ-
tèrea & ſi rem publicam nō lædat ſicut fur
vel raptor, quantum ad actum exteriorem:
tñ conſcientiam ſuam non minus inficit co
ram Deo: nam veraciter fur eſt & raptor,
quantum ad interiorē affectum, licet non
quantum ad exteriorē actum. Et ſm hunc
ſenſum loqui vr̄.c.illud. 14.q.5.c.ſi quid. Ibi
enim dr̄, Si quid inueniſti, & nō reddidiſti,
D rapuiſti &c. Ille nēpe, qui rē alienam repe-
rit, & eam non reddit: licèt non ſit raptor
directe & propriè, quantum ad actum exte
riorem: quia alienam rem non vr̄ per violē
tiam uſurpare: tamē interpretatiuè & indi-
rectè eſt raptor, quantum ad actum interio
rē, quia rem alienam ad modum raptoris &
furis ſibi appetit vendicare. propterea corā
Deo infectam cōſcientiam habet, ſicut fur
& raptor: cum Deus plus reſpiciat ad affe-
ctum, q̄ ad actum. Et de hoc eſt, quod dr̄ in
eo.c. Qui alienum negat, ſi poſſet ēt tolle-
ret. Deus.n.cor interrogat, non manum. ex
his patet, ꝙ mala fide præſcribens, quātum
ad conſcientiæ culpam, ęquipollet raptori
& furi: ac per conſequens indigent cōſcien E
tiam ſuam purgare, atq; rectificare, ſicut &
illi. Sed prædicti nō poſſunt hoc agere, niſi
per condignam reſtitutionem, iuxta regu-
lam iuris. lib. 6. Non tollitur peccatum, niſi
reſtituatur ablatum. ergo eodē modo præ-
ſcribens mala fide, non poterit conſcientiā
ſuā purgare & rectificare, niſi per cōdignā
reſtitutionem, ſicut fur vel raptor.

ARTICVLVS TERTIVS.

De rerum translatione quæ fit auctoritate priuata.

TErtiò etiam tractandū eſt de tranſla F
tione rerum, quæ fit auctoritate pri
uata. i. per actum perſonæ priuatæ
immediatè habentis dominiū rei. Hoc aūt
ſm Sco. vbi ſup. dupliciter habet fieri. Pri-
mò per actum merè liberalem, ſecūdò per
actum ſm quid liberalem. Primus fit, quan *Tranſlatio rerum bi a benū dominiū.*
do transferēs nullam expectat redditionē:
Secundus verò fit, quando pro eo quod
transfert, expectat aliquid ſibi reddi.

De rerum translatione quæ fit in donatione & commodato. Cap. I. G

PRima quidem tranſlatio fit au-
ctoritate priuata per actū me
rè liberalem, in qua transfe-
rens nullā expectat redditio-
nem, ſicut in donatione con-
tingit & incommodato. Pro hoc autē talis
regula datur. Regula. Dñs alicuius rei, niſi *Regula digna obſeruationi.*
prohibeatur à iure, vel à ſuo ſuperiore, à
cuius voluntate depēdet in dando: donare
pōt rem ſuam alij volenti accipere eā. Hæc
quidem probatur: Quia ex quo per actum
voluntatis ſuæ fuit dñs: ergo per voluntatē
ceſſare pōt eſſe dñs, & alius vult incipere H
ergo incipere poteſt eſſe dñs, & non pro-
hibet alia cauſa ſuperior iſtum deſinere &
illum incipere eſſe dñm: ergo per talem do
nationē tranſlatio dominij fit verè & iuſtè.
Et ex hoc patet, ꝙ de rōne liberalis dona-
tionis ſunt tria. Primum.ſ. liberalis & uolū *Tria ſunt de ratione formali donationis.*
taria tranſlatio ex parte donantis: ſecundū
eſt voluntas recipiēdi ex parte illius cui da
tur: tertium eſt libertas amborū, huius do-
nandi & illius recipiendi. i. ꝙ nulla lege ſu
periori prohibeatur iſte donare, vel ille ac-
cipere: nec per actum alterius, à quo depē-
dent in iſta trāſlatione. Ex quo patet, ꝙ mo
nachus vel filiusfamilias, nō pōt aliquid da
re ſine aſſenſu, vel ſaltem cōtra conſenſum

A expreſſum ſeu interpretatū abbatis, vel patris. Cuius ratio eſt, quia donare prohibiti ſunt à lege ſuperiore. Itē quia donatio eorum dependet à cōſenſu expreſſo vel interpretatio abbatis vel patris. Similiter clericus donare non pōt in aliquo caſu ſine uoluntate Papę. vel ſaltem contra uoluntatē Papę. extra de cenſi. c. Romana. lib. 6. vbi pręcipitur, ꝙ viſitantes à viſitatis nulla recipiant munuſcula: & ſi receperint, teneantur reſtituere duplum, vel nō abſoluantur à maledictione, quam ipſo facto incurrunt. Aduertendū eſt autē, ꝙ in donatione iuſtitia minimè eſſe poteſt, ſi donans non liberaliter
B donat: vel contra voluntatē alicuius, à quo dependet, in donando donat, ſicut patet in caſu, qui ponitur extra de cēſi. c. exigit. lib. 6. vbi pręcipitur viſitantibus munera nō recipere, quę ſi receperint, duplum eius quod receptū fuit eccleſię à qua receperint, infra menſem reddere teneantur, & talia nō ſeruantibus ibidem graues pœnę ſubduntur. Non inſuper merè liberaliter donat, ſi deceptus vel quaſi neceſſitate coactus aliqd donat: quia ignorantia & aliqualis coactio excludit volūtarium, ſicut patet. 3. Ethicorū. Et ex hoc ſequit̃, ꝙ deceptus de eo cui do-
C nat, quantum ad illam rōnem, propter quā donat, non ſimpliciter donatur. & iō ſi alicui tanq̃ propinquo donat, qui tñ non eſt propinquus, nō ſimpliciter donat. Similiter ſi alicui ut egeno, qui nō eſt egenus. videāt illi truſatores. ſ. qui diuites exiſtentes tanq̃ egeni recipiunt elemoſynas, ne iniuſtè oia hmōi recipiant, quia non eſt ibi in dāte uoluntarium propter cōditionis ignorātiam, quam in dando reſpicit donans. Idē quoq; ſi artatus aliqua neceſſitate, vt in vſuris dādis vel dimittendis & indulgendis, non eſt merè donatio liberalis. Hæc ſm̃ Scotū, vbi
D ſup. Sed de hoc plenius in tractatu de reſtitutionib. in Quadrageſimali de Chriſtiana religione ſermone 40. art. 2. c. 3. dictum eſt. Inſuper propter quandam conſimilitudinē & corrñdentiam ipſius tranſlationis liberalis vſus, quæ fit in cōmodato cum illa. ſ. quæ fit per actum merè liberalem in donatione de ipſo cōmodato, nūc aliquid diſſeramus. Habet enim ſimiles leges cōmodatum cū tranſlatione liberalis vſus, ad hoc. ſ. ꝙ ſit iuſtum. Nam primò requirit in commodante liberam voluntatem. Secūdò requirit in recipiente ꝙ rem commodatam recipere velit ad ſuum vſum. tertiò, ꝙ nō ſit aliqua voluntas legis, ſeu principis obſiſtens cōmodationi. Eſt etiam aduertendum, ꝙ in commodato ſimili modo iniuſtitia cadit, ſicut
E in donatione, de qua dictum eſt: licèt in cōmodato nō ſit ęqualis effectus ꝓpter ęqualevitiū: quia tranſlatio vſus ad tēpus non inquirit tantā liberalitatem, quantā tranſlatio dominij liberalis. Hæc ſm̃ Sco. vbi ſup.

Proinde attent. ſ. truſatores.

Vnde contractus originem habent & de multiplici diſtinctione & varietate eorum. Cap. 2.

SEcundò autem tranſlatio rerum fit per actum ſm̃ quid liberalem: quando pro eo ꝙ quis transfert, expectat aliquid ſibi reddi æquiualens ei, quod transfertur. Et
F talis tranſlatio propriè contractus nominatur, quia ibi trahuntur partium voluntates. Trahitur enim iſte ad transferendum in illum à cōmodo, quod expectat ab illo. Proinde à quibuſdam diffinitur. Contractus eſt duorum vel pluriū in idem conſenſus. Contractus verò in quibus dominia transferuntur ſunt in triplici differentia. Primus dicitur rerum permutatio, ſecundus emptio & venditio, tertius mutui datio & acceptio. Primò ſunt quidam cōtractus rei vtilis pro re vtili immediatè, ſicut uinum pro blado, oleum pro frumento, & ſimilia. Et talis cō-
G tractus dicitur rerū permutatio, do vt des, vel do ſi das. Et de hoc in c. 3. ſubiūgemus. Secundò ſunt quidam contractus rei vtilis pro nummatare vel ecōtra. quia enim quandoque difficile erat res vſuales commutare immediatè, ideo remedium repertum eſt, per quod talis cōmutatio faciliter fieri poſſet, quod uocatur nummiſma. l. 1. ff. de contrahen. emp. Et tunc commutatio nummiſmatis pro re vtili vel uſuali, emptio dicit̃. Econtra autem venditio dicta eſt: & de his dicemus in ſermone 33. & 35. Tertiò verò ſunt alijs ontractus. ſ. nummiſmatis pro nūmiſmate: & talis cōtractus mutuum nomi-
H natur. i. mutui datio & acceptio. Et de hoc in ſermone 37. dicturi ſumus. Et iterum de hoc aliquid dicetur in ſermone 39. artic. 3. Inſuper aduertendum eſt, ꝙ ſex ſunt cōtractus, in quibus transfertur dominium. Primus eſt liberalis donatio, ſecundus rerum permutatio, tertius emptio, quartus uenditio, quintus mutui datio, ſextus mutui acceptio. Sunt & alij cōtractus, in quib. transfertur vſus vel eius vtendi retentio dominio. Et his corrñdent ſex modi tranſlationis dominij. Primò enim liberali donationi dñij corrñdet vſus rei commutatio, ſecundò rerū permutationi correſpondet mutua, vel permu-

Cōtractus quid. & qui ſunt cōtractus quibus dominia transferuntur.

Cōtractus varijs in quib. trāſferunt uſus. Sed de materia cōtractuū plus ſciūt mercatores ſimplices, quam eruditi Theologi.

A permutua cõmodatio, tertiò emptioni, correſpõder cõductio, quartò vẽditioni locatio: quintò autẽ mutui acceptioni nõ corrñ det aliquid propriè in trãſlatione vſus rei. Er prædictis patet, quib. modis poſſunt rerum dñia atq; vſus earum transferri in multiplici contractu. Et iterũ aduertendũ eſt, ꝙ iuxta primã regulã poſitã in principio præcedẽtis arti. cõtractus, in quib. transfertur vſus vel ius vtendi retẽto dñio, regulariter iuſti ſunt vel iniuſti, iuxta regulas trãſlationis dominij. Hæc ſecundum Sco. vbi ſup.

B *De rerum permutatione & quæ requiruntur ad hoc quòd iuſta ſit. Cap. 3.*

TErtiò addi poreſt tranſlatio quædam particularis, quæ ad præſens ſit de rerũ permutatione, quia de ea in c. præcedenti, in di. 1. poſita eſt. Vnde ſm Scotũ vbi ſup. circa iuſtam rerum permutationẽ talis regula datur. Regula. Domini rerũ iuſtè eas permittãt, ſi ſine fraude ſeruẽt æqualitatem valoris in commutatio ſm rectam rationẽ. Circa quàm regulam notandũ eſt, ꝙ vltra conditiones, quę neceſſarię ſunt ad iuſtam donationẽ, de quib. dictum eſt ſup. art. 2. c. 2. Tres etiã aliæ in prædicta regula deſcribuntur, quæ propriè ſunt ad iuſtã permutationem. Primò enim dicens ſine fraude, triplicem fraudem conuenienter excludit. Primam in ſubſtantia, ſecundã in quantitate, tertiam in qualitate. Primã inquàm in ſubſtantia, ut non cõmutetur auricalcum pro auro, nec aqua pro vino. ſ. in vino lymphato. Secundam in quantitate: vt ſi quantitas menſuretur per virgã, ſiue per pondus, ſeu per alium modum, vt puta per modum ſextarium & huiuſmodi, ſiue in liquidis, ſiue in aridis, iuſtum pondus & iuſta mẽſura ſeruetur. Tertiam in qualirate, ꝙ non cõmutetur vinum corruptũ pro vino puro & ſano. Hæc omnia probantur extra de iniuris. & dam. da. in c. ſi culpa. vbi dr̃, ꝙ qui occaſionem damni dat, damnũ dediſſe videtur. Sed fraudans in ſubſtãtia illum, qui permutando putat accipere aliam ſubſtantiã: vel in quantitate, qui putat accipere aliud quantũ, vel in qualitate, qui putat accipere aliud quale dat damni occaſionem, quia nõ permutaret niſi credent aliam ſubſtantiã, aliã quãtitatẽ, & aliam qualitatẽ accipere. ergo vr̃ de præſumptione iuris, & ſm veritatem dediſſe damnum. Si autem inaduertẽter aliquis prædictorum defectuum in re vendẽda repertus eſt, venditor non peccar: tamen

Sententia Scoti.

C

Triplex fraus in ſubſtãtia, in quantitate & in qualitate.

D

cum peruenerit ad notitiam eius, recõpenſare tenetur damnum emprori illatum. Et hoc etiam vide in ſermone 35. art. 3. per totum. Secundò regula dicit, quòd ſeruẽt æqualitatem valoris incõmutatis. Quod patet per Aug. 13. de trini. c. 3. d. Vile velle emere, & carè velle vendere, reuera vitium eſt. Quod intelligit̃ de re vili & cara, quantum ad vſum. Nam frequẽter res, quæ in ſe nobilior eſt in eſſe naturæ, vſui hominũ minus vtilis eſt, ac per hoc minus eſt pretioſa, ſicut patet per Aug. lib. de Ciui. Dei, dicentem, quod melior eſt in domo panis, quàm mus: cum tamen omne viuum nobilius ſit ſimpliciter ipſo non viuo. Sed de hoc dicetur plenius ſermone 35. art 1. Tertio quoq; præter prædicta additur, ſecundum rectam rationem attendentem. ſ. naturam rei in cõparatione ad humanum vſum, propter quẽ iſta permutatio ſit. Talis autem æqualitas ſecundum rectam rationem non conſiſtit in indiuiſibili medio, immo in tali medio, qđ reſpicit ipſa iuſtitia commutatiua, magna eſt latitudo, & intra illam latitudinem non attingendo indiuiſibilem punctum æquiualentiæ ei & rei: & quo ad hoc impoſſibile eſſer cõmutantes attingere in quicunq; gradu circa extrema fiat, ſit vtique iuſte. Quæ autem ſit iſta latitudo, & quantum ſe extendat, quia idem eſt in permutationibus ſicut in emptionibus & venditionibus, ideo dicetur. inf. ſermone 35. art. 1. & 2. & etiam plura alia ad permutationẽ pertinentia ibidem ponuntur, vltra ea quæ dicta ſunt. Noranter aduertẽdum eſt, ꝙ cũ iſtis cõtractib. p̃dictis. ſ. donationũ, ꝑmutationũ, emptionũ & vẽdironũ, ſicut dictũ ẽ, cõueniũt mutua cõmutatio, cõductio & locatio. iõ q̃tũ ad cõductiões de illis ſuprapoſitas ſeruãda eſt ĩ eis iuſtitia cõſiderãdo ĩ his advſũ, ſicut ĩ illis ad dñiũ. Iniuſtitia aũt ex ꝑmutatione pater ex tribus cauſis. Primò ex deceptiõe, ſcdõ ex inuolũtario, tertio ex ꝓhibitiõe ſupioris, cui ꝑmutãs ſubeſt in ꝑmutãdo, ſicur latius. ſup. arti. 2. & c. 2. de donatiõib. dictũ eſt. Et ex hoc dici põt iniuſta ꝑmutatio, quę ſit ĩ alearũ ludis & hm̃oi, iuxta illud. ff. de aleat. l. vlt. & extra de vi. & hone. cle. c. clerici officia. Hęc Sco. Cęterũ qa q̃ putabamus lõgior fuit ſermo: ſi multa q̃ vlterius ĩ p̃ñti mã occurrũt explorare vellemus, verendũ ne aur ſermo grata breuitate carerer, aut largaexcelleſq; materies ex feſtinãtia, debita diligẽtia fraudaret. Pauſem⁹, ꝑinde hodie iã ſi placet, ac tãq̃ aĩalia mũda ruminem⁹ q̃ hodierno ſermone tota auiditate glutiuimus:

E

Notã due eſt ſenſus regulæ.

F

G

H

Iniuſtitia & permutatione patet ex tribus cauſis.

A atque præparemus vigiles mentes noſtras ad ea, quæ de hac materia dicenda ſunt, & maximè die craſtina, ad dirigendum mercantes & artifices in viam rectã, ne in operibus & mercimonijs amplius peccare velint, hoc miſericorditer largiẽte agno mundo & immaculato Dño noſtro Ieſu Chriſto, qui cum Patre, & Spiritu ſancto, &c.

DOMINICA QVARTA in Quadrageſima in mane.

B *De mercatoribus, & artificibus in generali.*

Sermo XXXIII.

E*Iice ancillam, & filium eius*, ad Gal. 3. & in epiſtola hodierna. dictum eſt in ſermone præcedenti de origine dominiorum, atque de rerum diuiſione, translatione & de contractuum diſtinctione, necnõ particulariter ſubiũctum eſt de permutatione rerum: nunc autem dicendum eſt de mercatoribus, & artificibus in
C generali, cum præſens materia magna ſit ianua ad multa, quæ in ſequentibus tractãda ſunt. Ad horum igitur intelligẽtiam notandum eſt, ſecundum Alexan. de Halis, ꝙ tria ſunt genera operum humanorum. Primò enim ſunt quædã, quę minimè poſſunt eſſe mala: ſecundò ſunt aliqua, quæ nõ poſſunt eſſe bona: tertiò quoq; alia reperire contingit, quæ poſſunt eſſe bona & mala. Primò inquam ſunt quædam opera, quæ mala eſſe non poſſunt, ſicut diligere Deum ex toto corde & ex tota anima, atque diligere proximum ſuum iuxta ſententiam Saluatoris, Matth. 22. Secundò quoq; ſunt opera alia,
D quę minimè poſſunt bene fieri, cum ex ipſa actus inordinatione ſm ſe omnino mala eſſe perhibeãtur, huiuſmodi ſunt blaſphemare Deum, odire proximũ, vſura, fornicari, & cetera ſimilia. Tertiò inſuper ſunt quædã alia opera, q̃ poſſunt & bene & malè fieri, ſicut dare elemoſynã, ieiunare, orare, & ſimilia, inter quæ mercatio cõputatur: quia non de ſe mala eſt, ſed ex circunſtantia temporis, & loci & ſimiliũ poteſt illicitè exerceri. Proinde Aug. in lib. de quæſtionib. noui & veteris teſtamenti, ſic ait: Fornicari hominibus ſemper non licet. Negociari autẽ aliquando non licet, ſicut ſi emãtur merces in Dei tẽplis, ꝙ abhorrere ſe oſtẽdit Dñs,

Operum humanorum tria genera.

Matth. 21. Quando Dei zelo armatus intrauit & eijciebat omnes vendentes, & ementes de templo, vt myſticè demonſtraret ꝙ in venditionibus & emptionibus de corde hominis, qđ eſt tẽplũ Dei, auaritia quoq; eijci debet, quę eſt ancilla, teſte Apoſt. ad Coloſ. 3. Auaritia, quæ eſt idolorũ ſeruitus. Ipſa enim ſeruit theſauris cõgregãdis, quia ſ. ſeruire facit nummis cũ filijs ſuis, qui ſũt omnes cõtractus illiciti. Sed quid dicit ſcriptura diuinitus inſpirata, Eijce ancillam. i. auaritiam antedictam: & filium eius. ſ. principalẽ, qui eſt amor tẽporalium rerum. Nã ſi in mercantijs, & artibus ancillã talẽ dñari cõtingit: mercator & artifex relictis diuitijs congregatis, in æternum peribit. Ideo dr̃ Prou. 30. Per tria mouetur terra, & quartũ quod ſuſtinere nõ põt: per ſeruum, cũ regnauerit: ꝑ ſtultũ, cũ ſaturatus fuerit cibo: per odioſam mulierẽ, cum in matrimonio fuerit aſſumpta: & per ancillã, cũ fuerit hæres dñę ſuę. Seruus regnans eſt corpus ſpũi prędñans. Stultus ſaturatus cibo, eſt affect⁹ repletus carnali deſiderio. Mulier odioſa in mrĩmonio cõiuncta, eſt mens elata, odioſa Deo, & dęmoni copulata. Ancilla hñs dñæ ſuę, eſt intelligentia ſolis terrenis, ac trãſitorijs diuitijs dedicata, cui caro dñatur de terra formata & i puluerẽ reuerſura: cuius tunc terrena intelligẽtia efficit̃ hęres, cũ ad tantã peruenit cęcitatẽ, ꝙ in ęternũ nõ credit relinquere diuitias cõgregatas. Hi ſunt de quib. ꝑs. ait. Oculos ſuos ſtatuerũt declinare in terrã. Et hoc eſt quartũ, quod terra ſuſtinere nõ põt: qa ſicut idẽ ꝑs alibi inqt: Dormierũt ſõmnũ ſuũ, & nihil inuenerũt oẽs viri diuitiarũ in manib. ſuis. Eijce ergo tu mercator & artifex hãc ancillã & filium eius de corde tuo: quos tũc illos eijcies: cũ ſm rectitudinẽ & iuſtitiã illa perficies, ne tibi cõtingat qđ ꝓpheta ait ꝑs. 51. Tota die iniuſtitiã cogitauit lingua tua, ſicut nouacula acuta feciſti dolũ. Vbi oñdit̃ triplex ſtudiũ iniuſti mercantis & artificis ad iniuſtitias exercẽdas. Primũ eſt ſtudiũ cordis ibi, Tota die iniuſtitiã cogitauit. Secũdũ eſt ſtudiũ oris ibi, lingua tua. tertiũ eſt ſtudiũ opis ibi, ſicut nouacula acuta feciſti dolũ. Et põt eſſe aliud thema in pręſenti ſermone. Et latius exponet̃ ſermone 44. arti. 1. c. 3. Igitur de mercatorib. & artificialib. & quibuſcũq; emptionib. & venditionib. generalẽ & vtilẽ doctrinã tradere cupientes, tria ad pñs cõſideremus. ſ. primò eorum licitã exercitationẽ, ſecundò eorum impiã abuſionẽ, tertiò eorum debitam reformationem. E F G H

Triplex ſtudiũ iniuſti mercatoris.

A

Articulus Primus.

Quòd triplici via oſtenditur licitam eſſe mercationem.

Mercantia licita ratione, et quia mercatura eſt triplex ſ. nauigatio deuictio. i fœneratio & negotiatio Ariſt. lib. 1. polit. negociatio ſi ſit ad finẽ honeſtum eſt licita vide D. Thom. q. 77. art. 4. Gerſon par. 1. tractatu de modo viuendi D. Amb. lib. 3. de officijs. Via natura mercatura eſt licita.

PRima autem conſideratio circa mercationẽ, eſt de eius licita exercitatione. Triplici enim via poteſt oſtẽdi, quòd mercantia licitè poteſt exerceri. Primò via naturæ, ſecũdò via ſcripturæ, tertiò via gratiæ ſeu ſanctæ eccleſiæ.

Quia ex lege naturæ oſtenditur licitam eſſe mercationem & maxime propter tria. Cap. 1.

PRimò quidem probatur via naturæ licitam eſſe mercationẽ. Quod nempe demoſtrari põt ex triplici vtilitate, quæ ſequi ſolet ex illa. Prima eſt vtilitas generalis, ſecunda eſt utilitas ſpecialis, tertia eſt utilitas particularis. Prima inquã eſt vtilitas gñalis. qđ ſm Sco. ĩ 4. di. 15. q. 2. patet ex manifeſtis neceſſitatibus, & commodis prouenientibus cõmunitati hominũ ex officio & exercitio ipſo mercandi. Conſtat enim, ꝙ multa deſunt vni patriæ ſeu vrbi, quæ in altera ſuperabundant. Illi quoque quæ in colendis agris, & in cęteris artibus mechanicis occupãtur, aut regimini reipublice, ſeu iuſtę militię operam pręſtant, cõmodè & opportunè adire non poſſunt terras, ad res quib. egent emendas & deferendas, nec inſuper ad hoc omnes induſtriam & peritiam habent: propter quod reipublicæ expedit, ꝙ huic officio aliqui ad hoc idonei mancipentur, quibus vtique meritò aliquod lucri emolumẽtum debetur, iuxta illud Apoſt. 1. Cor. 9. Nemo militat ſuis ſtipendijs vnquàm. nec reperirenẽ, qui abſq; lucro huic operi inſeruire vellẽt. Et meritò quidẽ, cum dñs Matth. 10. dicat, Dignus eſt

D mercenarius mercede ſua. Inſuper aduertẽdum eſt, ꝙ in mercatione cõcurrunt multa pro reipublicę ſeruitio & vtilitate, quæ iuſtè pręmium promerentur. Primò cõcurrit mercatorum induſtria, ſecundò ſolicitudo, tertiò labores, quartò pericula. Primò enim concurrit induſtria. Nã ſi mercatores non eſſent induſtrij in rerũ valorib. & pretijs, expenſis, periculis & cõmoditatib. ſubtiliter ęſtimandis: profectò ad hoc idonei nequaq̃ eſſent. Secundò concurrit vigilantia atq; ſolicitudo circa prædicta, quæ in tali exercitio plurimùm neceſſaria eſt. Tertiò cõcurrunt labores. Sæpius. n. tales multis laborib. hoc exercẽt, mare & aridã circũeuntes, & in illis ſępe multa incõmoda ſuſtinẽtes. Quartò in talib. cõcurrũt pericula multa, dum ſuas pecunias atq; merces ex illis emptas, necnõ & proprias perſonas multis periculis cõtingẽter exponunt. Quintò inſuper addi põt, ꝙ cum antedictis periculis & laborib. nõ ſemper lucroſis hoc exercẽt: & quia ex his omnib. reipublicę ſunt utiles & opportuni, patet ꝙ meritò lucrũ prædictis circunſtantijs cõpetens & diſcretũ inde pñt & debet rõnabiliter reportare. Ex quo vlterius ſequitur, ꝙ vſq; ad aliquã mẽſuram cõmodam & diſcretã poſſunt iuſto modo mertium ſuarum pretiũ augere. Secunda vtilitas ex mercatione proueniens, dr̃ ſpecialis. Omnes nẽpe, à quib. mercatores emunt, & quib. iterum reuẽdunt, ſaluo eorum rõnabili lucro, poſſunt ſpecialiter lucrum cõpetens inde habere, ſicut aſſiduæ docemur experiẽtia. Quia quod in una terra eſt abundans & uile, hoc idẽ in alia terra vel patria eſt neceſſarium, rarum & carum. Sed poſtq̃ agricolę, atq; artifices de ſuis artificijs vẽdendo lucrum cõgruum habuerũt, poſſunt ẽt mercãtes cum aliorum cõmodis inde cõpetens habere lucrum. Tertia vtilitas ex mercatione proueniens, eſt particularis. Nã ſicut ars, & induſtria artificis ſibi licitè ſit lucroſa, ſic ẽt induſtria mercatoris in rerum pretio, & valore prudentius examinando, & ad ſubtiliores minutias iuſtũ pretium perducẽdo, põt ſibi particulariter licitè valere ad lucrũ, & maxime cũ in hoc ſalua latitudine iuſti pretij cõiter proſit: cum per hoc ẽt diſcant ſubtilius penſare rerum pretia & ualores. Prætetea ex hoc uarię opportunitates & occaſiones ad res commodius vẽdendas atq; emẽdas habẽt in tẽporalib. & ciuilib. locum ſuũ, quod quidẽ manat ab ordine prouidentię Dei, ſicut & cętera tp̃alia bona. Proinde ſi p hoc mercatores lucranẽ, ex dono Dei prouenit potius, q̃ ex malo, dummodo ipſarum mercationũ lucrum menſuram debitam nõ excedat, ac debitis modis circunſtantijs fiat.

E

F

Secunda vtilitas ex mercatura.

Tertia utilitas.

G

H

Quia mercatio ſcripturæ teſtimonio licita comprobatur. Cap. 2.

Probatur ex ſacris literis mercaturam eſſe licitam.

SEcundò uerò uia ſcripturę ſacrę probatur licitã eſſe mercationẽ. Quod ſic patere põt. Nã ſi hoc de ſe. i. de ſui natura eſſet peccatũ ſaltẽ mortale, expreſsè ipſa ſacra ſcriptura in aliquo loco prohibuiſſet, & maximè cum ferè totus hic mundus, ſicut

A experiẽtiã patet, in hoc ſemper & publicè occupat. hoc aût nunq̃ fecit, niſi ſolũ aliq̃n rõne circumſtantiæ vitioſę, ſicut eſt mercari in Sabbato, vel in tẽplo, in quo actũ ipſum in ſe vr̃ cõcedere. Proinde Neemiæ vlt. dr̃, ꝙ nullus inferret onus in die Sabbati, & ꝙ negotiatores nõ venderent venalia in Sabbato. Vnde ſupponere & concedere vr̃, ꝙ cæteris diebus hebdomadæ hoc eis liceret.

Per gratiæ ſtatum etiam oſtenditur mercationem eſſe licitam. Cap. 3.

B Tertio quoq; õnditur eſſe licitã mercationẽ via grãe. Nã tpe grãe vniuerſalis eccleſia mercatores ſub congrua mẽſura lucrãtes nunq̃ dãnat, imo i ſtatu ſalutis iudicat, niſi alia crimina ſubſint. Ad hoc extra de do. inter vi. & vx. c. p vr̃as. Sed cõtra p̃dicta obſtare vr̃ Chryſ. ſuper illud Mat. 21. & eijciebat Ieſus oẽs emẽtes & vẽdentes de tẽplo. & ponit 88. di. c. eijciens. licèt pleriq; decretorũ textus. c. illud non habeat, quia palea eſt. Ibi. n. Chryſo. ait, ꝙ per hoc Chrs deſignauit, ꝙ mercator nũq̃ põt Deo placere, & iõ nullus Chrianus dẽt eſſe mercator: aut ſi voluerit eſſe, ꝑijciat de C eccleſia. Et paulo poſt. Qui emit et vendit, ſine periurio eſſe nõ põt. Ad quod dicẽdũ, ꝙ Chryſ. exaggeratiuè ibi locutus eſt. Pro eo ꝙ pauci sũt mercatores, q̃ debitã mẽſurã iuſtitię intẽdãt i ſuis mercationib. & obſeruẽt. & qui multis alijs vitijs ibi non peccẽt. aut abſq; dubio nõ eſt i hoc dicto ſequẽdus, cũ nullã habeat ꝑ ſe rõne cogẽtẽ, ſeu ſacræ ſcripturæ auctoritatẽ. Nã ex illo ſacræ ſcripturę loco, hoc non põt trahi, qa Chrs ibi irruit gñaliter cõtra oẽs emẽtes ac vendẽtes i tẽplo. Nõ. n. oportet oẽs fuiſſe mercãtes, loquendo de eis iuxta cõem formã. De quo tñ mercatore ꝓpriè Chryſ. ibi loq tur. patebit in vlt. art. c. ſubſequẽti. Aduertẽ D dũ eſt aût, ꝙ ſunt negocia queđã, q̃ vix pñt abſq; peccato fieri, ſicut patet de pę. di. 5. c. negociũ. Et à Doctorib. numerant. Primũ eſt cura rei familiaris, ſcđm eſt militia, tertiũ eſt ꝓcuratio, quartũ eſt adminiſtratio, qntũ eſt mercatio, de quo de pę. di. 5. falſas. & in c. qualitas, ſcriptũ ẽ: Qualitas lucri negociãtẽ aut accuſat, aut arguit: qa aut eſt honeſtus quæſtus, aut turpis. Veruntñ pęnitẽti vtilius eſt diſpẽdia pati, q̃ periculis negotiationis aſtringi: quia difficile eſt inter ementis vẽdẽtiſq; cõmertiũ nõ interuenire peccatũ. Hæc quinq; pericula poſuit Ray. Sextũ quoq; periculoſius his oĩbus eſt aduocatio.

Negocia quæ vix ſiunt ſine peccato.

Septimum autẽ non omittas. ſ. epiſcopatus E officiũ, quo nil miſerabilius, & periculoſiꝰ eſt, ſi perfunctoriè res agat, ſicut patet 40. diſt. ante oĩa. Hæc duo ultima addit Hoſtiẽ. Et ſimiliter habetur in c. negotiũ. ea. diſt. quia vt dicit glo. in d. c. qualitas. Naturale eſt contrahentibus adinuicem ſe decipere.

ARTICVLVS SECVNDVS.

De ſeptem circumſtantijs ex quibus mercatio illicita efficitur.

Secunda aũt cõſideratio circa mercationẽ eſt ex eius impia abuſione. Licèt autẽ ex iã dictis patet ꝙ mercãtia põt licite exerce F ri: tñ plurimũ difficile eſt. Ideo dr̃ Eccle. 27. Qui quærit locupletari, auertit oculũ. ſ. à iuſtitia & à Deo, quod declarãs ſubdit dicẽs: Quia ſicut in medio cõpaginis lapidũ palus figit: ſic ẽt inter mediũ emptionis, & vẽditionis anguſtiabit peccatis, q̃ quærit locupletari. Itẽ ex ſeptẽplici circunſtãtia fit mercãtia illicita. Primò ex circunſtãtia pſonæ, ſecundò ex circunſtantia cauſę. tertiò ex circunſtantia tẽporis, quartò ex circunſtantia loci, quintò ex circunſtantia conſortij, ſextò ex circunſtãtia cõmunis damni, ſeptimò ex circunſtantia modi. Sexta circunſtantia eſt Scoti, reliquæ Alexan. de Halis. G

Quia non licet eccleſiaſticis viris ſe mercationibus implicare. Cap. 1.

Primò quidem fit mercatio illicita ex circunſtantia perſonæ. Minimè enim licet clericis & eccleſiaſticis viris mercationi vacare. Ideo dr̃ ad Timoth. 2. Nemo militans Deo implicat ſe negotijs ſecularibus. 88. diſt. c. negociatorem clericum. Hiero. ait. Negotiatorem clericũ, & ex inope diuitem, & ex ignobili glorioſũ, quaſi quandam peſtem fuge. Et Auguſt. in H ſequenti. c. ait. Antequàm eccleſiaſticus qs ſit, licet ei negociari: facto iam, non licet. extra ne cle. vel mo. ſecul. neg. ſe immiſ. per totum. Pœna autem clericorum, qui ſecularibus negocijs ſe immiſcent, eſt ꝙ ſi ſe nõ correxerint, deponi debent. 91. diſt. clericus. extra ne cle. vel mo. c. ſed nec. Ita tamẽ, ꝙ religioſi diſtrictius quàm alij puniãtur, vt patet in d. c. ſed nec. Nam decet clericis ſanctè viuere, & nõ cupiditatibus, ſeu mercationib. vel lucris, ſed Deo adhærere, qui ſummũ bonum eſt. Vnde Greg. in expoſitione 47. diſt. c. bonorum. vbi dicit. Bonorum

Perſonæ circũſtantia dicitur 1 mercatura.

A norum operum inhærere non aliter valeamus, niſi cupiditatem a nobis, quæ omniū malorum radix eſt, abſcindamus. Radix em̄ omnium malorum eſt cupiditas. 1. ad Tim. 6. & de pœn. diſt. 2. ſi quis ſemel. §. quia radix. & eſt tex. Auguſt. homel. 8.

Quia niſi ex neceſſitate & pietate non licet etiam ſæcularibus exercere mercationem. Cap. 2.

SEcundo ſit illicita mercantia ex circūſtantia cauſæ. Secundum vero Alexan. de Hales etiam laico mercari nō licet,
B niſi propter duo. ſ. vel propter neceſſitatē, vel propter pietatem. Primo inquam propter neceſſitatem, vt ſcilicet ſatisfacere poſſet ſibi, & familiæ ſuæ, ſm̄ condecentiam ſtatus ſui. Secundo propter pietatem, vt. ſ. lucretur ad diſtribuēdum pauperibus & in alias pias cauſas prædictum lucrū: vtputa, ſm̄ Thom. 2. 2. q 77. intendit aliquis negociationi propter publicam vtilitatem, ne. ſ. res neceſſariæ ad vitam, patriæ deſint, & lucrum petit non quaſi per fine, ſed quaſi ſtipendium ſui laboris. & hoc etiam modo licet, quia pietas dici poteſt. Sed illicita eſt, ſm̄ Thom. vbi mercator finem principaliter
C in lucro ponit. Mercari. n. propter ſubſtantias cumulandas & propter improbam diuitiarum cupiditatem & curioſitatē, ſeu propter alium malum finem, illicitū eſt & culpa mortalis, & hæc prohibita ſunt omnibus, vt patet diſt. 47. c. omnes. & c. ſicut hi. His concordat Ray. Ex his apertius patet, ꝙ mercari vt ex lucro cumulentur ſeculi vanitates & pompæ in ſe, aut in vxore, & in familia ſua, illicitiſſimum eſt & ad culpā culpa. Tales vtique expenſæ immoderatæ inſatiabilis ſunt abyſſus, quæ inſatiabilem requirunt abiſſum lucrorum etiam iniquorū. Vnde Pſal. Abyſſus abyſſum inuocat. Ex his

Attendēde sūt circunſtātia conſiderā dicta Philoſophi 1. Politi.

D etiam colligi poteſt ꝙ mercans licet nullū mendacium, nullam fraudem, nullum periurium, nihilque aliud iniuſtum, quod committere ſolet hic hominum genus in mercationibus ſuis cōmittat: nihilominus non eximitur a mortali, ſi per iniuſtam cauſam licet alias iuſtè, exerceat mercantias. De huiuſmodi enim Eccl. 4. dicitur, vnus eſt & ſecundum non habet: non filium, non fratrē: & tamen laborare nō ceſſat in mercantijs, nec ſatiantur oculi eius diuitijs, nec recogitat. d. cui laboro & fraudo animam meā bonis. Sed & hoc mirabile eſt, ꝙ cum plurimi tales reperiātur, nullus qui de hoc conſcientiam ſibi faciat, inuenitur. Proinde ſm̄ fra-
E trem Aluarum in libro de planctu eccleſiæ, vendere carius quàm ematur, cupiditatis cauſa eſt peccatum, & turpe lucrum. 14. q. 4. c. quicunque. Ideo tale lucrum eſt pauperibus diſpenſandum. Et iterum turpe lucrū a Doctoribus reputatur, ſine neceſſitate emere res tempore, quo minus valent & ſeruare ad tempus carioris fori, vt tunc vendantur, & ad hoc facit. c. prædictum, quicunque. vbi de hoc text. expreſſe habetur.

Quia diebus feſtiuis mercari non licet. Cap. 3.
F

TErtio ſit illicita mercantia ex circunſtantia temporis. ſ. cum ſit diebus feſtiuis, orationi & deuotioni atque ſacris exercitijs deputatis, ſicut patet de mercatoribus, qui vadunt ad nundinas & mercata, atque vendunt & emunt in eis: & cōiter dimiſſis officijs ſacris, & verbo Dei, & nulla in tali die audita miſſa, inſatiabiliter inhyant ad temporalia lucra. ergo inſenſibiles effecti ad ſpiritualia & æterna, nulla eis ſapiunt, niſi tranſitoria & terrena. Propterea Baruch 3. de talibus dicitur: Exquiſierunt prudentiam, quæ de terra eſt nego-
G ciatores terræ Themam. Themam vero interprætatur auſter. Eſt enim auſter ventus meridionalis, qui eſt humidus & calidus: & ſignificat cupiditatem & auaritiam, quæ quidem differunt inter ſe. Nā cupiditas immoderatè concupiſcit non habita, ſed auaritia retinet iniuſte acquiſita. Primum enim in humiditate, ſecundum vero in caliditate ſignificatur: Contra tales clamat tertium præceptum Domini dicens, Exod. 20. Memento, o mercator, vt diem Sabbati ſanctifices, ideſt, ſanctis operibus, non mercationibus vaces. Item in eodem libro & loco
H dicitur, ſex diebus operaberis etiam opera tua. Leuit. 33. dicitur, Omne opus ſeruile non facies.

Cicunſtātia tp̄is attendenda in mercātia.

Quia in locis Deo dicatis & ſacris illicitum eſt mercari. Cap. 4.

QVarto illicitè mercatio exercetur ex circunſtantia loci. ſ. cum ſit in loco diuino & Dei cultui dicato. Contra tales Matth. 21. Dominus ardentiſſimū zelum oſtendit intrās templum Dei eijciebat oēs vendentes & ementes. In quo quidē actu feruido zeli aduertendū eſt, ꝙ non

tantum

A tantum vendentes, ſed ēt ementes in templo eiecit, eo ꝙ in vendentibus mali præſtabant occaſionē, necnon & hoc faciebāt indebito loco, atq; modo perturbatiuo orationis & diuini cultus. Quarta autem veneratione & reuerētia ſint digna templa Dei & loca Deo dicata, oſtēdit extra de immu. eccle. lib. 6. Decet domum Dei ſanctitudo; decet vt cuius ſactus eſt in pace locus, eius cultus ſit debita veneratione pacificus: ſitq; ad eccleſias humilis & deuotus ingreſſus: ſit in eis quieta conuerſatio: Deo grata, inſpicientibus placida. quæ conſiderantes nō
B ſolum inſtruat, ſed & reficiat conuenientes ibidem: quia dicit textus 88. diſt. in c. cōſequens. Domus mea, domus oronis eſt, &c. Item in eccleſia nihil inhoneſtum, nihilque incongruum fieri debet 43. diſt. c. nō oportet, & duobus capitulis ſequentibus, & 16. q. 7. c. & hoc. prohibetur quòd in ſacro loco, vbi orationibus vacandum eſt, mercationes non fiant.

Circūſtātia loci ſacri maximè attendenda.

Non licet charius vendere merces forenſibus & peregrinis quàm vendantur ciuibus in communi foro.

C *Cap. 5.*

QVinto non licet mercari conſiderata circunſtantia conſortij. ſ. cum res vēditur carius tranſeuntibus, quàm mercatoribus atq; manſuris & diſcreti, aut plus ruſticis & ignaris quàm ciuibus expertis, aut plus ſimplicibus quàm aſtutis. Contra quod extra de empt. & vendi. c. placuit. ſtatuit concilium ſacrum, ꝙ presbyteri moneant plebes ſuas, vt hoſpitales ſint, atque non carius tranſeuntibus vendant, quàm in mercato vendere poſſint. Et ſecundum Bernard. in præallegatis. ca. placuit. ad hoc
D per excommunicationem cōpelli poſſunt, 12. diſt. §. hinc etiam. Quod verum eſt, ſecundum Ionocen. ſi hoc notorium eſſet, & moniti emendare ſe nollent.

Circūſtātia comertij.

Quia mercari non licet cum reipublicè dāno, & quomodo condemnātur, & multis rationibus refelluntur retrangularum ſeu ſtramazorum contractus.

Cap. 6.

SExto eſt illicita mercantia ex circunſtantia communis damni. Ad huius intelligentiam notandum eſt, ſecundum Sco. in 4. diſt. 15. ꝙ tria ſunt hominum genera, E
qui cum vtilitate & commodo reipublicæ in mercationibus exercentur. Primi ſunt mercantiarum apportatores, ſecundi ſunt mercantiarum conſeruatores, tertij mercātiarum immutatores & melioratores. Primi inquam ſunt mercantiarum apportatores: quia portāt illas de patria quæ illis abūdat, ad patriam cui illæ vtiles & neceſſariæ ſunt. Ex quo ſequitur, ꝙ mercator talis qui affert res de patria vbi abundant, & transfert ad patriam quæ indiget illis, habet actum vtique reipublicæ vtilem & honeſtū. Secundi ſunt mercātiarum conſeruatores: qui quidem quantitatem quandoque magnam mercantiarum emunt, vt aptius ſuo F
tēpore ab emptoribus mercantiæ reperiantur venales, nempe mercantias de longinquo portātes non ſine graui incommodo, poſſent ſemper vendere illas: nec inſuper quilibet indigens eis poſſet ſtatim currere ad emendum eas. Ex his patet, ꝙ tales mercantiarum conſeruatores ſunt ad magnam reipublicæ vtilitatem. Tertij ſunt mercantiarum immutatores ſeu melioratores, qui ſcilicet induſtria ſua, labore & arte, aut tēporis varietate, quia ſcilicet res carior facta eſt, apportatas & conſeruatas mercantias varie meliorant, ſicut faciendo de lana pan G
num, de corio ſcarpas, de cera candelas, & conſimilia. Et tales reipublicæ etiam vtiles iudicantur. Omnes ergo ſupradicti, quia reipublicæ vtiles ſunt cōſideratis quinque, quę in c. 1. primi artic. pñtis ſermonis dicta ſunt, lucrum & commodum; quod merito reſpondeat ad quinque, quæ dicta ſunt reportare licitè poſſunt. His enim caſibus videtur lucrum, quæſitum ex opere & artificio, quod licitum eſt. 91. diſt. c. clericus. Tamen ſecundum Sco. vbi ſupra in trāslatione huiuſmodi negociatiua tunc ſiquidem iniuſtitia eſt, cum officit reipublicæ actus
eius, vel ſi immoderate recipit a republica H
vltra induſtriam, diligentiam, ſollicitudinē & pericula. His igitur præmiſſis iam clareſcere poteſt, qui ſunt reipublicæ mercatores vtiles, aut pernitioſi, Deo & hominibus merito odioſi: hi, videlicet qui, ſicut dictū eſt, nec mercantias transferunt, nec conſeruant, nec labore eorum & induſtria eorum res venales meliorātur. huiuſmodi quidem ſunt pernitioſiſſimos contractus frequentantes; quos contractus quidam nominant Stochos, quia multos impia crudelitate transfigunt. ab alijs nominantur ſtramazij, eo ꝙ retrorſum ruere faciunt diuitias aliorum,

Mercatura licita quādo, et quomodo

A rum, a quibuſdam biſtracti, quia bis deuorando ſubſtantias aliorum iniuſte trahunt. a quibuſdam dicuntur retrangolæ, eo quòd ſubſtantias aliorum retrahendo plures im pie ſtrangulant. ab alijs vero baractola dicuntur, eo quòd cõſumunt more baratriæ. Et forte hæc ſunt nomina demoniorum, a quibus huiuſmodi contractus reperti ſunt, vt dicitur extra de verbo. ſig. c. intelligẽtia. Intelligentia verborum ex cauſis eſt aſſumenda dicendi, ꝙ non ſermoni res, ſed rei eſt ſermo ſubiectus. & quòd diſpoſitio non cognoſcatur ex nomine, ſed ex effectu, patet in l. cum precario. ff. de præca. Quantum

B *Tres corruptelæ in mercib.* autem tales reipublicæ pernitioſi ſint, patet ex tribus, ſecundum Sco. quæ tres corruptelę dici poſſunt.

Prima. Prima corruptela eſt pretij incerti. Tales enim prædones, vt verius dicam, quàm mercatores contractibus ſupradictis efficiunt, quod ſimplices certificari non poſſunt de ipſo valore rei emendæ, quia modo emunt, vt ſine prædictis probo rum mercatorum conditionibus vendunt: Modo etiã vendunt, vt ſimili modo emant. Tales quidem regratiers. Gallicè nominantur, eo ꝙ prohibeant immediatam commutationem volentium iconomicè commu-

Secunda. tare. Secunda corruptela eſt pretij iniuſti,

C quia hi propter commodum proprium atque lucrũ faciunt quodlibet venale vel vſuale, carius emẽti, & vilius vendenti, quã id iuſtitia & ratio poſtulant, ex quo damnificant vtranq; partem, & per conſequẽs.

Tertia. toti reipublicæ pernitioſi ſunt. Tertia corruptela eſt periculoſi pretij. Nam propter corruptelas prædictas quaſi coguntur mercantes, ſi non ſint cauti & timentes Deum, vel in periculo animas ſuas ponere, ſi ſecũdum has corruptelas lucrari volunt, aut ſi ſe ſaluare deſiderant in licito modo mercãdi, ad pauperiem deuenire. Ex quibus om-

D nibus clare patet, ꝙ reipublicæ magnum ſequitur damnum. Proinde contra tales loquitur Chryſoſt. 88. diſt. c. eijciens. ficut in art. preceden. c. 3. dictum eſt. Tales quidem, ſecundum Chryſoſt. & Sco. deberent de patria exterminari ac expelli & in exilium dari, quia duo, vel tres tales in ciuitate magna corrumpunt totam ciuitatem ac multitudinem mercatorum. nec tamen alij mercatores in corruptelis prædictis contaminati excuſari poſſunt, maximè ſi antedictis malitijs per prudentes prouiſiones atque ſtatuta obuiare negligunt & obſtare. Quod autem remedium contra ſupradictos, ſit dandum mercantibus qui animas ſuas ſaluare volunt, patebit infra circa finem ſequentis ſermonis. E

De multis illicitis modis & abuſionibus, quibus vtuntur plerunque mercantes, atque artifices, qui in tres ſeptenarios abuſionum diſtincti ſunt, quod in tres particulas diuiſum eſt. Cap. 7.

Septimo mercari non licet ex circunſtantia modi. Multis enim & illicitis & iniuſtis modis pleriq; mercationes & artes exercent, quos per tres abuſionum ſeptenarios diſtinguemus, licet plures alij modi addi poſſunt. F

Prima particula huius capituli continet, ſeptem abuſiones artificum, atque mercatorum.

Primum abuſionum ſeptenarium ſubiungamus. Nempe plerique exercent mercationes & artes his ſeptẽ modis. Primo mendacijs, ſecundo periurijs, tertio duplicitatibus, quarto ſophiſticis verbis, quinto malitioſis circunuentionibus, ſexto ſimulatis occultationibus, ſeptimo damnoſis mixturis. Primo enim quidã mercantes, aut artifices, vendunt & emunt mẽ dacijs multis. Quod nihil aliud eſt, quàm moræ Iudæ Chriſtum vẽdere pro pecunia, ſicut patet 1 r. q. 3. c. abijt. Tanta nempe inter emẽtes & vendentes inueterata abuſio regnat, ꝙ nec emere, nec vendere ſciunt, ſine deceptione mendaciorum. vbi dicit tex. profecto qui veritatem pro pecunia negãt, Deum pro pecunia vendunt. Vnde de talibus Pſal. ait: Non eſt in ore eorum veritas, linguis ſuis doloſe agebant, ideſt continue agunt, ſcilicet vendentes. & de emptoribus Prouer. 20. ſcriptum eſt: Malum eſt, dicit omnis emptor, & cum receſſerit, gloriabitur tunc. ſ. proximum ſuum decepiſſe. nem pe iam inſtare videtur tempus peſſimi Antichriſti. de quo Apoc. 13. Ioan. ait, faciet ne quis poſſet vendere vel emere, niſi habeat in dextra vel in fronte characterem nominis beſtiæ. Per hunc characterem, mendacium deſignatur, eo ꝙ Antichriſtus homo mendax erit & incarnatæ omnino aduerſabitur veritati & charitati, eique omnes qui corde, ore, & opere mendaces erũt, vniuerſaliter adhærebunt: quod in charactere frõtis & dextræ denotatur. Vnde Iſa. 5. dicit Dominus. Væ vobis. ſ. qui mendaciter dicit bonum

G *Mercantia in mercibus.*

H

A bonum malum, & malum bonum.ſ.in vendendo atque emēdo. Aduertāt igitur tales, quòd ſecundum Thom. & Ricar. de me. vil. qui ſcienter & cum intentione decipiendi proximum mentiuntur, mortaliter peccāt: quia ſecundum Augu. tale eſt mendacium pernitioſum, ſicut ipſe ait 22.q.2.c.primū. & vltra hoc etiam ſi decipiūt, per prædicta mendacia, reſtituere obligantur. Si autem nocere proximo ſuo non intendunt, ſed ſe ſeruare indemnes: tunc ſecundum eos vèniale mendacium, niſi hoc ex aſſiduitate & mala conſuetudine fiat: quia tunc ſecūdum Hoſtien. mortale peccatum eſt: ſicut ebrie-
B tas, quæ cum aſſidua eſt, mortalis eſt culpa, vt patet 25.diſ.§.alias. Ideo dicitur Eccl.20. Potior eſt fur, quàm aſſiduitas viri mendacis. Secundo vendunt per iniurijs & multiplicibus iuramentis. Vnde 88.diſ.c.eijciēs. Chryſoſt.ait: Mercator ſine periurio & mēdacio eſſe non poteſt.i. difficulter eſſe pōt. *Mercatores mēdaces periurij, & deceptorij.* Magna nempe iuris abuſio eſt, neſcire vendere minutam cuiuslibet vilis mercis abſq; multiplicibus iuramentis, imo & periurijs multis. Aiunt enim frequentius, per fidem meam tantum conſiſtit mihi, per Deum tm̄ de hoc habere potui: ita Deus ſaluet aīam meam, ſicut veritatem dico: per corpus Xp̄i
C tantundem huic cōſimile venditum eſt. & conſimilia periuria multa, quæ ideo ab aliquibus frequentantur: quia ſicut propheta ait, non eſt timor Dei ante oculos eorum. O inſana rabies mundanę cupiditatis abſq; aliquo lucro, quod ſæpe contigit totiēs nequiter peccare. Contra tales mercantes. 88. diſt.c.quid aliud, Caſſio ait: Negociatores illi abominabiles æſtimantur, qui iuſtitiam Dei minimè conſiderantes per immoderatum pecuniæ ambitum polluuntur, merces ſuas plus periurijs onerando quàm pretijs. Tale quidem periurium, ſm Tho. & Ricar. ſi fiat intentione fallendi proximum, vt di-
D ctum eſt, mortale crimen eſt. Si etiam non decipiendi cauſa, ſed ex cōſuetudinis corruptela homo periurat, idem quoque dicendum eſt. Merito ergo, perſis antiquiſſimum fuit, vt filios ſuos vera dicere aſſuefacerēt, forum mercaturæ non apud ipſos eſſe inſtituerunt, quoniam mentiendi & periurandi locum ſibi eſſe perſuaſiſſent. Tertio quoq; *Attēdāt mercatores.* ſunt multi, qui vēdunt cum duplicitatibus: vtputa oſtendendo res ſanas, & tribuūt corruptas: oſtendentes res bonas & tribuunt malas, vel ſaltem minus bonas, & conſimilia, ſicut patet in vendentibus pannos integros, in quibus ſemper caput ſeu principiū potiùs eſt. E hoc quoque vitio duplicatis plurimum laborare ſolent ipſi mercatorū perſenetæ, ſeu ſenſales, qui propter lucrum cōtra iuſtitiam vtriq; parti.ſ.ementium & vēdentium placere concupiſcentes, quandoque ementem, quandoq; vendentem, quandoque vtrunque decipere non verentur, *Exēplū.* ſicut accidit cuidam ſenſali, qui vt ementibus vel vendentibus, vel ſaltem vni eorum parti mendaciter ſe redderet gratum, pro firmando pretio inter eos perſonaliter aſtās, clā ictu oculi, vel ictu pedis ementi vel vendenti pariter innuebat, vt mercatum inter eos concluderetur, tandemque poſt confir- F matum inter eos emptionem, ſi alter eorū de cara emptione, ſeu vili venditione lamētabatur, reſpōdere ſolebat, propterea clam innuebam tibi. Quarto mercatur ſophiſticis verbis. Sunt enim plerique, qui tam aſtute in mercando ſua verba ornant & componunt, ꝙ ad plures etiam contrarios ſenſus applicari poſſunt. Huiuſmodi enim experientia teſte, non tantum coram Deo, ſed etiam coram hominibus odibiles fiunt, ſicut Eccl.37. atteſtatur: Qui ſophiſticè loquitur, odibilis eſt. Quinto quidam mercantur circumuentionibus malitioſis & inuolutionibus pernicioſis. Videbis quandoque aliquos, qui de apotheca ſua maximè ſimplici G bus hominibus inſidiantur, ſicut inſidiatur aranea muſcis in foramini muri. cōtra quos 1. Theſſ. 4. dicitur: nemo circūueniat in negocio fratrem ſuum, quoniā vindex eſt Dominus. Et Oſee. 11. dicitur in perſona decepti: Circūuenit me Effraym in negociatione ſua, & in dolo domus ſuæ. Effraym creſcēs interpretatur, & ſignificat impios mercatores, qui per malitioſas circumuētiones in diuitijs malitioſis creſcunt, ſed iuſto Dei iudicio ſæpe euenit eis, quod Mich. 1. Dominus ait: De mercede meretricis.i. auaritiæ ſuæ rapinæ, vel vſuræ congregata ſunt, & vſque ad mercedem meretricis reuerten H tur. Inter os quoque circumuentores connumerandi maximè ſunt omnes mercātes, qui inter ſe conuentiones doloſas & pernitioſas efficiunt inter ſe, ſtatuendo ꝙ nullus de tali mercantia vendat vel emat, niſi tantum tales, ſeu inſimul paciſcuntur, vt vno pretio vendant, vt inde amplius lucrari poſſint: & tales monopoli nuncupātur. Aduertendum eſt tamē, ꝙ reperitur monopolon in neutro genere, & monopolus in maſculino genere. Monopolō enim mercatio eſt, quam aliqui ſoli ex condito exercent, & impetrant, ꝙ ipſi ſoli emere vel vendere

poſſent

A poſſent aut docere. Et dr̃ monopolon, a mo
nos, ꝙ eſt vnus & poló, ꝙ eſt vēditor, quaſi
vnus vēditor. vel dr̃ a polos, qđ eſt ciuitas,
quaſi vnus in ciuitate ſic vendens. Monopo
lus vero eſt ille, qui impetrauit ꝙ ſibi ſoli li
ceat vendere certas merces, & hēt penulti-
mā longam. Qui.n. hoc exercent perpetuo
exilio cōdemnenẽ bonis proprijs ſpoliatis.
C. de monopolis. l. vnica. Sexto mercanẽ q-
dā occultationib. ſimulatis, vtputa occultā
do defectū eq, vel nauis, vel cuiuſcūq; alte-
rius rei. QVAESTIO. Ideo merito quæri
pōt, an peccent hi, qui vendendo equos cō
ſueuerūt dicere ipſi emptori, ego vēdo tibi
B hunc equū pro vmbroſo, ꝑ ſtrumoſo, ꝑ in-
firmo, & ſic de conſimilib. defectibus, q ſo
lent eſſe in equis. modo equus ſuus venalis
hēt vnū de defectib. illis, quē ſi vere ſciret
emptor nō daret illius ꝑtij medietatē: nun-
quid talis vēditor, excuſatur eo ꝙ in gñe di
xit defectū equi? Dicendum, ꝙ talis vendi-
tor tenetur ei talē defectum dicere in ſpāli,
quia alias rē maculatam vendit cū detrimē
to proximi ſui, qđ quidem contra charitatē
eſt. Et licet vēditor expreſſerit talem defe-
ctum in gñali, non ſufficit tñ ꝙ ſic dicendo
dicit plura mendacia, dicendo ꝙ equus ha-
bebat multos defectus, quos tñ non hēbat.
C Proinde talis conſuetudo in fraudē fieri ſo
let, ne. ſ. emptores credāt defectum eſſe in
equo de his, qui a vēditore denominantur.
Idē quoq; de illis mercatoribus dicendum
eſt, qui vēdunt pannos, vel alias res, in qui-
bus defectus eſt talis, ꝙ ſi emptor ſciret nō
emeret eas. iō tales venditores nō excuſan
tur in tali caſu diceñ. Reſpice rē diligenter,
oculus paſcat te: quia hæc oīa fraudulenta
ſunt verba, cū ipſe ſciat certitudinaliter de-
fectum vendendæ rei. Ex hmōi.n. emptioni
bus ſæpe contingit & incurrit grāde pericu
lū ipſe emptor: tñ grauius periculū immi-
D net venditori, cū is in aīa falſitatis crimine
maculetur, & ad oē damnum reſtituēdum,
qđ exinde incurrit emptor, venditor obli-
gatur, extra de iniurijs. & dam. cap. ſi culpa.
vbi dr̃. Qui occaſionem damni dat, damnū
dediſſe vr̃. Idem quoq; eſt, qñ res plus iuſto
pretio venditur, pp latentem defectum, ēt
ſi talem defectū ignorauerit ipſe vendens,
eo ꝙ emptor damnificari non dēt ex igno-
rantia vēditoris. Septimo vero mercantur
quidam cum damnoſis mixturis, vt miſcen
do aquam vino, & conſimilia, quæ rei va-
lorem minuūt: & oīno ſunt contra cōes &
proprias intentiones emptorum. Contra
tales dr̃ Eſa. 1. Argentum tuum verſum eſt
in ſcoriam, ſcilicet permixtione ſtagni, aut E
plumbi: vinum tuum mixtum eſt aqua. Alia
littera habet ibi, Caupones tui & taberna-
rij tui miſcēt vinum aqua. propterea paulo-
poſt ſubdit, & coquam ſcoriam tuam, & au
feram omne ſtagnum.

Secunda particula continens ſeptem alias abuſiones vendentium & ementium. Cap. 8.

SEcundum abuſionum ſeptenarium ſub
damus. Primo ſunt qui variant ponde-
ra & menſuras, ſecundo quidam ven-
dunt tempus non ſuum, tertio quidam nō
ſoluunt termino cōſtituto, quarto ſunt qui F
dam promiſſam frangentes fidem, quinto *Ponderū*
ſunt quidam qui minus debito emunt, & *& menſu*
carius debito vendunt, ſexto quidam diffa- *rarum va*
māt aliorum merces, ſeptimo ſunt quidam *riatio.*
qui humectant mercantias. Primo.n. quidā
ſunt, qui pondera variāt & menſuras, cōtra
quos extra de emp. & ven. c. t. vt menſuræ.
QVAESTIO. Circa hoc quæri pōt, *Qō de pō-*
an vtens corruptis ponderibus, vel menſu- *derib. &*
ris, non per ſuperiorem, ſed plebeios in to *menſuris.*
ta vrbe communiter introductis, mortali- *Exēplum*
ter peccet? Ad hoc dicēdum, ſm quoſdam, *de Caupo*
ꝙ ſi ex hmōi corruptione aliq iuſto pretio *ne.*
fraudantur pro eo, ꝙ credunt menſuras & G
pōdera eſſe veras & iuſtas, ſicuti prius erāt,
tunc hmōi fraudator peccat mortaliter &
damnum fraudis reſtituere obligatur. Si ve
ro iuſto pretio non fraudantur, nec vtēs eis
vtitur ad fraudem iuſti pretij, non tenetur
aliquid reſtituere, quamuis peccet nō reue-
lando mēſuræ corruptionem his, quos cre-
dit eam latere. ſed fortè nō mortaliter pec-
cat, qñ corruptio eſt cōis, quia ſatis ex hoc
data eſt rō, ꝙ hmōi corruptionibus innote-
ſcat. Si autem oēs tam domeſtici q̃ forenſes
cōiter ſciunt ponderū quantitatem & men
ſurarum, q̃ nūc poſt factam corruptionem
vtuntur, tūc non cadit falſitas, ſiue fraus in H
ꝑdictis menſuris: ſed ſic ſe hēt, ſicut ſi prius
duplū vocaretur libra, nunc aūt mediū, vel
4. pars libra denoīatur. Si tñ corruptio talis
eſſet, ꝙ vnam menſuram ad emendū tene-
rent, & alteram ad vendendum: tunc niſi al
ter, cū quo mercatur, ſciat hoc, eſt ſemper
mortalis culpa. Prohibetur.n. hoc Deut. 25.
non habebis in ſacculo tuo diuerſa ponde-
ra, maius, & minus, nec erit in domo tua
modius maior, & minor. pōdus habebis iu-
ſtum & verum, & modius æqualis & verus
erit tibi. Hæc tñ non ſunt populo multū ꝑ-
dicanda,

A dicanda, ſed pro conſilijs dandis & confeſſionibus audiendis valde neceſſaria ſunt. Ad hoc etiam facit, quod habetur 24.q.1. c.non afferamus. Secundum autem Thom. menſuras venalium rerum neceſſe eſt eſſe diuerſas in diuerſis locis propter diuerſitatem copiæ vel inopiæ rerum: quia vbi res abundant, maiores menſuræ ſunt, ſeu eſſe conſueuerunt, & econuerſo. In quolibet tamen loco Rectores ciuitatis, vel loci, determinare debent quæ erunt menſuræ iuſtæ venalium: penſatis cõditionibus locorum & rerum venalium. proinde has menſuras B publica auctoritate, vel antiqua conſuetudine approbatas præterire non licet. & idem videtur de ponderibus iudicandum. Secundo quidam vendunt tempus nõ ſuum, ſed propter dilationẽ ſolutionis in mercibus pretium augmentantes, quod omnino prohibetur extra de vſuris.c.cõſuluit. Quia autem ſit ibi vſura, patet ratione. Fiunt enim ibi duo contractus.ſ.venditionis: & ratione huius non cadit ibi vſura. Secundo eſt ibi mutuum, quia ex termino dato in mercatia pretium augetur, quod nihil aliud eſt quàm ipſi ementi mutuare pretium mercãtiæ iam emptæ, atque ex tali mutuo accipere lucrum. C Sed de hoc latius dicetur in ſermone ſequenti, art.3.c.2. Eſt nihilominus aduertendum, ꝙ ſi abſque omni dilatione & expectatione ſolutionis homo alicui vẽderet rem pro pretio adhuc ampliori quã fuerit pretium principale, cum ſuperadiuncta vſura: nõ eſſet ibi peccatum vſuræ, ſed ſolum iniuſti pretij, ſeu iniuſtæ venditionis culpa. Tertio ſunt quædam, qui non ſoluũt in termino conſtituto, ad quod obligarunt ſe ſcriptura vel promiſſione, ei quandoque iuramento: contra quos eſt text.c.ſignificare.extra de pig. Quomodo autem tales obligẽtur ad intereſſe, dicetur in ſermone 42. art.1.& c.1. Quidam quoque expectant maD litioſæ monetæ mutationem, & ideo in termino ſibi dato nõ ſoluunt: proinde ex hac malitia, ſiue ex quacunque alia ſua culpa, debitor creditori non ſoluendo in termino ſibi dato, præſtat damni occaſionẽ, omnino ad condignam ſatisfationem, & reſtitutionem obligatus eſt, vt patet extra de iniur. & dam.da.c.ſi culpa. Quarto quidam frangunt promiſſam fidem & præſtita iuramenta, quæ fecerunt in ſocietatibus ſuis, vnde quodammodo nec eis ſeruanda eſt. extra de iureiur.c.3. Quinto inſuper quidã minus debito emunt, aut minus debito carius vendunt: & circa hoc ponamus aliquos caſus.

Vendere ipſi quid.

E *Caſus notabiles.* *1.Caſus.* Primus caſus eſt: Pone quòd quidã ſimplex habet lapidem pretioſum, quem vitrũ eſſe credit. Lapidarius vero cognoſcens eũ, emit illum pro vili pretio, quid iuris? Dicẽdum ꝙ illicitum eſt, quia ſcienter decipit proximum ſuum, qui de illo confiſus eſt, vnde ad iuſtum pretium reſtituere obligatur. Secus autem, ſi ille qui emit, credebat etiam vitrum eſſe, quia tunc ſm quoſdam reſtituere nõ tenetur, eo quòd per emptionem bona fide factam lapidem acquiſiuit. Sed conſulendum eſt ei, quòd de lapidis lucro prouideat venditori plus vel minus, ſecundum indigentiam ſuam. *2.Caſus.* F Secundus caſus, idem quoque dicendum eſt de illo, qui vendit campſori aurum pro metallo, & argentum pro ſtagno, & de conſimilibus. Tertius caſus pone etiam, quòd quidam videns theſaurum in agro meo, venit ad me & emit agrum illum pro pretio, quod valebat, ſi ſine illo theſauro extitiſſet, qd iuris? Dicendum, quòd emptor reſtituere obligatur, quia doloſe egit. Præterea rem magni pretij emit ſcienter pro modico pretio, & hoc vẽditore ignorante, ergo decipit eum. Si autem emptor tunc nihil de hoc ſciuiſſet, licitè retinere poſſet.

G

Quia decipere non liceat, etiam citra dimidium iuſti pretij.

CIrca hoc tamen notandum eſt, quòd licet ciuili iure cautum ſit, ꝙ ſi emptor ſeu venditor vltra medietatem iuſti pretij defraudetur, contractus ſit nullus, & ſit per iudicem irritandus: nihilominus in conſcientiæ foro licet fraudatio minor ſit, ſi procedatur ex vno vel ex plurib. iſtorum quatuor, condigna reſtitutio fieri debet. Verbi gratia, ſi procedat ex ignorantia, aut ex mentis leuitate aperta, ſiue præſumpta, ſiue quacunq; magna egeſtate vel neceſſitate ad hoc compellente: ex quibus H comprehendi poteſt, quòd talis contractus non procedit ex mere grata & gratuita voluntate, talis defraudatio in minus emẽdo, aut plus vendendo, non ſolum contra iuſtitiam eſt, ſed etiam contra charitatem & cõtra naturalem hominis pietatem, licet ex vtriuſque partis conſenſu talis cõtractus procedere videatur. Nam etiam ſecunuũ Ariſt. 3.Ethi. ignorãtia & aliqualis coactio excludit voluntarium. De hoc tamen plenius dicetur in ſermone ſequenti, art.2.c.2. Inter hos tales tenent principatum, qui ſtochorum, ſeu biſtractorum, aut ſtramazorum,

ſiue

A ſiue retrangularum, & conſimilium contra-
ctus efficiunt.

Iuſtum ꝑtiũ qd. & no. ꝙ eſt triplex ꝑtiũ inquã tũ piũ & moderatum.

QVAESTIO, Si autem quæratur,
quid ſit iuſtũ pretium rei venditæ ſeu emen
dæ: Dicendum eſt, ꝙ iuſtum pretium eſt, qđ
eſt ſecundum æſtimationem fori occurren-
tis, ſecundum quòd tũc res, quæ venditur;
in loco illo cõmuniter valere poteſt. Quia,
ſecundum Hoſtien. & Ray. iuſtum pretium
conſiderat reſpectu temporis contractus:
neque debet attẽdi quòd pluris ſit emptũ;
& minori vendatur, vel econuerſo, ꝙ plus
offeratur. Sed de hoc dicetur plenius in ſer
B mone 35. art. 1. c. 2. Item quando & quomo
do quis intelligatur decipi vltra dimidium
iuſti pretij, etiã dicetur in ſermone ſequen-
ti, art. 2. & ca. 1. Ex prædictis colligi poteſt
quòd licitè quis lucrari valet, transferendo
merces de vno loco ad alium: vendendo
tanto pretio, quanto in illo communiter
æſtimatur, & ſi ibi non ſint tales res, debet
inde ſumi moderatũ lucrum penſatis ſum-
ptibus, induſtria, ſollicitudine, periculis &
labore. Sexto inſuper quidam iniuſte diſ-
famant aliorum merces, vt ſuas carius vẽ-
dant: quod quidem pernitioſum mendaciũ
C eſt, ac mortale. 22. q. 2. c. 1. Et tales de illato
damno ſatisfacere tenentur, extra de iniu-
rijs, & dam. da. c. ſi culpa. Septimo quoque
ſunt quidam, qui ad decipiendũ humectant
mercantias ſuas, ſicut quandoque fit in pi-
pere, zizibero, croco, lana, caſeo & conſimi
libus, quę pondere mẽſurantur, & hi etiam
tale damnum reſtituere obligantur.

Tertia particula ſeptimi capituli continens alias ſeptem abuſiones ementium & vendentium. Cap. 9.

D TErtius abuſionis ſeptenarius ſubiun-
gatur. Primo ſunt quidam, qui in lon
ginquis partibus ſine vxore longam
trahunt moram. Secundo ſunt alij, qui miſ-
ſas audire negligunt atque alia ſacra. Ter-
tio quidã ſunt, proximi proditores. Quar-
to ſunt quidam falſi computatores. Quinto
ſunt quidam monetæ diminutores. Sexto
ſunt quidam malitioſe nocentes. Septimo
proximi peremptores. Primo inquam ſunt
plerique, qui in longinquis partibus ſine
vxore longam trahunt moram, & quando-
que inter infideles nationes. Tales autem
quantis carnalitatibus atque ſpurcitijs, tam
cum fidelibus, quàm cum infidelibus inqui
nẽtur, quis exprimere poſſet? Interim quo-
que proprijs vxoribus violandi ſacrum ma

Genera hoĩm q emunt & vendunt.

trimonium cauſas multiplices præſtãt. Sed E
ad hoc facit quod habetur extra de ſpon. in
præſentia. Ideo 27. q. 2. c. 1. §. 1. pro deſcri-
ptione matrimonij dictum eſt: Matrimoniũ
eſt viri mulieriſq; coniunctio indiuiduam
vitę conſuetudinem retinens. Quia, ſecun-
dum Goff. hac intentione in matrimonio
iungi debent, vt perpetuo ſimul remaneãt,
quamuis poſt cõtractum matrimonium, &
ante carnalem copulam poſſet alter inuito
altero religionem intrare: ſed poſt conſu-
mationem matrimonij non niſi volẽte, &
plerumque non niſi ſe ſimiliter conuerten-
te, vt patet extra de conuerſio. coniugis. ca.
vxoratus. & habetur extra de pręſcrip. illud F
quoque. ideo vnus alteri obligatur. Præte-
rea ad Corint. 7. Mulier poteſtatem ſui cor
poris non habet, ſed vir. Vnde extra de
coniugis lepro. c. 1. dicit textus. Cum vir &
vxor vna caro ſint, non debet alter ſine alte
ro eſſe diutius. Secundo ſunt quidam, qui
vt amplius lucrentur, miſſas negligunt &
alia ſacra. O Deus, quot inter fideles atque
infideles longam trahentes moram tantũ-
modo temporalibus inhyantes lucris, tan-
quam animalia viuunt abſque confeſſione
& cõmunione, & abſq; aliquo ſigno Chri-
ſtianitatis. Proinde 88. di. c. quoniam nõ co G
gnoui. Aug. ait. Merito dictum eſt negotiũ,
quia negat otium, quod malũ eſt: non quæ-
rit veram quietẽ, quæ eſt Deus. Et Eccl. 26.
Difficulter exuitur negocians a negligẽtia
ſ. diuinorum. & caupo a peccatis labiorũ.
Tertio ſunt quidam vẽdentes, proximi pro
ditores. Sunt nanq; pleriq; fidei bonæ poſ-
ſeſſores, qui tanta quandoque fiducia confi
dunt de venditore, cum aliquando ſit bo-
næ famæ quòd & mercis pretium & illius
pondera & menſuras ponunt in iudicio &
arbitrio eius: at ille non veretur nequiter
decipere eos. Ideo rationabiliter dicere po
teſt, quòd ſi venditor talis æſtimationis ſit, H
aut famę in populo, aut tam perfecti ſtatus,
quòd verbo eius plus ſtatur, aut non minus
quàm aliorum iuramento, tũc vix eſt quin
mortaliter peccet rei venalis pretium men
daciter alterando, aut mendoſe dicendo, tã
tum conſtitit mihi; aut tantum potui habe-
re de illo: quia perinde eſt, ac ſi emptor cõ-
mitteret ſe fidei venditoris, & hoc vendi-
tor acceptaret, & tandem contra fidem ac-
ceptam ac datam infideliter vẽderet ei ſua.
In quo quidem caſu fraudem reſtituere ob
ligatur, & vltra hoc mortaliter peccat, tan-
quam contra pactum datæ fidei agẽs. Quar-
to ſunt quidam falſi computatores, & ma-
xime

A ximè cum ruſticis & ſimplicibus perſonis denarios numerant, ſicut contigit cuidam ruſtico diebus noſtris: cui cum campſor numeraret floreni monetam, cœpit numerando dicere, al nome de Dio, & delli ſancti, 6.& 7. & 8.& 9.& 10. &c. vſque in finem. Ruſticus autem dum abiret, ſuſpicans deceptionem per ſeipſum, iterum numerauit, inuentaque fraude rediens, cum idem campſor eodem modo iterum numeraret. d. al nome de Dio, & de li Sancti, 6.7.& 8.&c. & iterum ſicut ante mendaciter reperiret, ait ruſticus ille, numera etiam denuo, & nō
B nomines Deum, neque Sanctos: qui cum coactus egiſſet, falſitas numeri cum rubore detecta eſt campſoris. Quinto ſunt quidam monetæ diminutores, ſeu electores. Sunt nanque plerique, qui groſſos argenteos vltra debitum grauiores diminuūt vſque ad iuſti ponderis quantitatem, aut maiori pretio alienant. Circa quod notandum eſt, ſm Thom. ꝙ ſi talis ſummatim emiſſet groſſos, & aliqui deficerent a debito pondere vel menſura: tunc quidem illicitum eſſet peiores cōmuni pretio, & meliores maiori pretio alienare: nam quod deficit peioribus, in melioribus ſuperabundat: ideo emētes pe-
C iores iniuſte damnificantur, quia non habent debitam ſuam menſuram. Si tamē deteriores groſſi iuſti ponderis ſunt, periculum non videtur, ſi emptor de grauioribus & melioribus lucraretur, quod tamen raro reperire contingit. Sexto ſunt quidam malitioſe nocentes, ſicut accidit cauponi cuidam, qui fingens ſollicitè miniſtrare in ſuorum hoſpitum menſa, iam venditum, vinum in vaſe vt illi iterum aliud emerent, malitioſe fundebat: atq; fingens hoc caſualiter factum, & talem fortuitam vini effuſionem futuri abundantiam figurare alta voce effuſo vino clamabat, abundantia, abundantia, abundantia.

Pulchra ſimilitudo.

D Cuius commentum cum quidam hoſpes intellexiſſet, caupone in alijs occupato e vegete extracta cauella totum vinum vegetis illius effudit. Cūque caupo a cæteris hoſpitibus quæreret, quis id egiſſet, reſpondit qui ſic effuderat vinum, abundantia, abundantia, abundantia. Deniq; accuſatus a caupone, cum officiali aperiret cōmentum proditionis eius, immunis euaſit non cum modico cauponis rubore. Septimo ſunt quidam, proximi peremptores, corrupta pro ſanis ex auaritia pretio venundātes: vtputa carnes, piſces, oua, & conſimilia cruda, vel cocta: ab hac corruptione non ſunt immunes, qui vendunt carnes, quæ a carnificibus decoriantur auxilio corrupti flatus. E maximum quoque periculum imminet aromatarijs & pigmentarijs illis, qui in ſyrupis & medicinis imponunt ea, q̄ ſciunt corrupta eſſe, ſeu nociua, vel non proficua, cum propter vetuſtatem iam perdiderint virtutem ſuam. Et ex hoc neceſſario habet ſequi vel grauior ægri infirmitas, vel mors, atque per hoc medici infamia atque culpa, ſi in talibus debitam animaduerſionem negligunt adhibere. Omnibus ergo ementib: atque vendentibus, qui prædictis tribus ſeptenarijs abuſionum aut aliqua eorū vtuntur: vtique contingit, ꝙ Chryſoſt. 88. diſt. ca. eijciens, ait. Quemadmodum enim triticū, aut aliquid tale cernis in cribro, dum huc & illuc iactatur, oīa genera paulatim deorſum cadunt, F & tandem in cribro nihil remanet, niſi ſtercus. Sic de ſubſtantia negociatorum nouiſſime nil remanet, niſi ſolum peccatum. Hæc ille. Pro concluſione omnium prædictorum Eſai. 24. c. inquit, Erit ſicut populus, ſic ſacerdos: & ſicut ſeruus, ſic Dominus eius: ſicut ancilla, ſic domina eius: ſicut emens, ſic ille qui vendit: ſicut fœnerator, ſic ille qui mutuū accipit: ſicut qui repetit, ſic qui debet, ſcilicet quia communiter omnes tales periclitantur.

Quis verus mercator.

ARTICVLVS TERTIVS. G

De moribus ac vita recti & veri mercatoris.

TErtia vero conſideratio circa mercationem eſt de eius debita reformatione. Qui enim deſiderat eſſe mercator rectus & verus, toto conamine nitatur prędictas ſeptem circunſtantias repenſare: atque quaſi ſeptem ſpecula contemplari, vt omnino ſciat, velit, & conetur abſtinere ab illis. Primo conſideret, ſi tunc eſt in clericali ſtatu, aut in futurum eſſe intendit. Secundo videat, ne in mercationibus occupetur, H niſi tātum ex ſui & ſuorum neceſſitate, aut quacunque honeſta ſeu miſerabili pietate, & non ex effrænata & inſatiabili cupiditate. Tertio caueat atque omnino deſiſtat in feſtiuis diebus a quocunq; mercandi actu, vt nunquam tūc ad mercata accedat. Quarto oīno abſtineat in locis ſacris atque Deo dicatis, vtpote in eccleſijs, cimiterijs & cōſimilibus quocunq; modo mercari, & quęcunque ſæcularia operari. Quinto videat, ꝙ iuſte vendat tam tranſeuntibus quàm cōmorantibus: tam ignorantibus quàm ſim-

plicibus

A plicibus, quam intelligentibus & diſcretis. Sexto mercari abhorreat cum damno reipublicæ, nullo modo ſibi ſuum proprium commodum præponendo, & contra frequentantes ſtramazos, aut retrangulas, ſiue biſtractos, & conſimiles ſęneraticos cõtractus, tanquam reipublicæ deſtructores, toto conamine ſuo inſurgat agendo fideliter, & operando efficaciter, iuxta poſſe ſuum, ne huiuſmodi cõtractus in ciuitate, vel patria frequententur. Septimo quoq; ſtudeat in mercationibus ſuis nullo vti mendacio, nec etiam iuramento: abhorreat oia periuria, nulla duplicitate vtatur, nec etiam duplicibus, B aut ſophiſticis verbis. Sit denique verbum ſuum verum & rectum in ore ſuo, non circumueniat quem aliquo modo, nec quoque mercantiarum ſuarum pernitioſè occultet vitium ſuũ, vel defectum: nullam falſitatis mixturam in venalibus ſuis imponat: vendendo, atq; emendo vtatur iuſtis ponderibus & menſuris: non vendat rẽ ſuã carius propter ſolutionis pretij conceſſum tempus: ſtudeat omnino ſeruare promiſſa, & ſoluere tẽpore inſtituto: cum ſocijs ſuis non faciat irritam fidem. Seruet etiam pręſtita iuramenta: in plus vendendo & minus emendo contra iuſtitiam non excedat: mercantias alienas non diffamet contra proxi- C mi charitatem: non falſificet merces ſuas quocunq; modo: abſq; vxore propria non diu moretur: tempore debito non dimittat frequentare eccleſias, audire miſſas, & auſcultare deuotè atq; attentè diuina officia, & maximè verbum Dei: ad minus ſemel in anno confeſſori perito, ac timenti Deum præuio conſcientiæ ſuæ examine integrè confiteatur peccata ſua, atq; cum præparatione multa ſemel in Paſchate accipiat ſacramentum. Annuatim ad minus cum ſocijs reuideat rationes. Teſtamentum & ſuã vltimam voluntatẽ in ſcriptis ſemper authenticè teneat præparatam. Si mercator repu- D tatur fidelis & rectus, ſumopere caueat, ne hi qui propter prædicta de mercede & pretio eius liberè in eo confidunt defraudatos ſe inueniãt & deceptos. Moneta aliquo modo non abutatur: dando vel recipiendo ſolutiones fideliter numeret atq; ſcribat: res pernitioſas & nociuas vt ſe ſeruet indẽnẽ nullo modo tradat aut vendat, & maximè ſi ſint cum periculo vitæ, vel etiam ſanitatis. Deniq; qui ſupradicta ſeptem diligentius obſeruabit, Dei adiutorio efficiet mercator lucroſus, famoſus, Deo & hominibus gratus, exemplar, & etiam ſpeculũ cupientium iuſtè mercari, confuſio oĩum infideliũ E mercatorũ. Nam ſicut 1. de anima ſcriptum eſt: Rectum eſt iudex ſui & obliqui. In talibus quidem verificabitur illud Eſa. 23. Erũt negotiatores eius, & mercedes eius ſanctificatæ Domino. Et ſequitur: Quia his, qui habitauerunt coram Domino, erit negotiatio eius. Et loquitur de iuſta mercatione, vel de ciuitate, vbi mercatio exercitatur iuſtè. Per ea igitur, quæ in præſenti ſermone dicta ſunt, patet licitam eſſe mercationem, & quibus circunſtantijs deprauetur & corrumpatur, ac breui concluſione per rectitudinis viam diximus mercatorem atq; artificem ad eijciendam prædictam ancillam F & filium eius, vt in præſenti cõſeruent conſcientiam puram & vitam immaculatam, & in futuro conſequantur gloriam ſempiternam, quã nobis omnibus largiatur triumphator mortis Dominus Ieſus Chriſt⁹, qui cum Patre & Spirituſancto regnat glorioſus in ſecula ſeculorum, Amen.

DOMINICA IIII.
in Quadrageſima
infra diem.

G

De temporis venditione.

Sermo XXXIIII.

A*Bijt Ieſus.* Ioan. 6. & in Euangelio hodierno. Nihil tantum propellit & effugat miſericordiam Dei, quantum crudelitas crimino ſi. Hinc Prouer. 15. c. ſcriptum eſt: Longe eſt Dominus ab impijs. non tantum videlicet in futuro, ſed etiam in præſenti Ac econtra de pietate. 1. Timot. 4. Apoſt. ait: Pietas ad omnia valet: H promiſſionem habens vitę, quæ nunc eſt, & etiam futuræ. Cęterum cum diuina pietas propter pietatem ad nos miſericorditer reuertatur, teſte Domino, Matt. 5. Beati miſericordes, quoniam ipſi miſericordiam conſequentur. ad pietatem, quæ erga indigentes in mercationibus exercenda eſt, dirigamus ſermonem, ne prædictum euangelicum verbum inter mercantes verificetur, quod irreuocabiliter ab eis abijt Ieſus. Proinde viſo in præcedentibus de mercantijs & artibus in generali, videndum eſt nunc de eis aliquid in ſpeciali.

A Sed quia ſæpe contingere ſolet, ꝙ datur Impiè in talibus contractibus terminus ſolutionis: ideo de ipſo termino, & venditione eius aliquid diſſeramus: & per hoc clarius innoteſcet, ꝙ verè ait Ieſus, quia pietas eiꝰ erga proximum receſſit, vt tempus propriũ hominis ſibiipſis in mercantijs & cupiditate vendatur in ſolutionis termino ſibi dato. Quamobrem opus eſt, ꝙ circa hoc triplicẽ terminum diſtinguamus. Primus dicitur terminus gratię, ſecũdus terminus vitę, tertius eſt terminus culpæ, ſeu nequitię, ac auaritię. Pro his autẽ tribus terminis Propheta ait in Pſal. 103. Terminũ poſuiſti. & hoc B quo ad primum: quẽ non tranſgredietur. & hoc quo ad ſecundũ: nec conuertent̃ operire terrã. & hoc quo ad tertiũ. Qđ verbum pôt eſſe aliud thema in pręſenti materia.

Articvlvs Primvs.

De termino, ſeu dilatione ſolutionis ex gratia conceſſa indigenti emptori, & quod hoc tripliciter virtuoſum eſt, & in quibus liceat vendere tempus per triplicem regulam demonſtratur.

C PRimus terminus dicitur gratię, qȧ ex ipſa lege gratiæ originem habet. Et de hoc Propheta ad Dominum ait: Terminũ poſuiſti. i. poni cõſtituiſti. Talis terminus fit, cum expectatio ſolutionis rei emptę vſque ad certum tempus per gratiam venditori liberè conceditur ipſi emptori. Et hic terminus non ſolum omni crimine caret, verũetiam eſt opus, primo pium, ſecundo iuſtum, tertio meritorium. Primo inquam prædicto modo terminum ſolutionis dare eſt opus pium. ſ. cum ſit indigenti, qui ſtatim ſoluere difficulter, vel minime poteſt. Traditur. n. ipſi emptori non tantum ipſa res empta, D verumetiam eidem de mutuo ſubuenitur. Nam pro tempore illò dato dilationis ad ſolutionem quodammodo mutuat venditor ipſi emptori pretium mercantiæ, quod pro eodem eſt, ac ſi venditor ſibi exburſaret denarios illos, & mutuaret emptori, vt idem prouidere poſſet neceſſitatibus, ſeu indigẽtijs ſuis. Nempe opus magnæ pietatis eſt artifici indigenti, qui non habet vnde artem exerceat & familiam ſuã nutriat, vendere, atq; tradere mercantiam, atque benignè expectare ſolutionem. Eſt certè hoc quaſi totam familiam ſuam paſcere, & ſuſtentare, & quaſi per eleemoſynãm nutrire, E ac quodam modo plura miſericordiæ opera exercere: Quia veſtit nudos, alit famelicos, potat ſitibundos, viſitat ægrotos, ſuſcipit vagos, educit incarceratos, & iuuenes & puellas ſæpe ſuſtinet ruituras. ac per hoc contrarium facere dici poſſunt, qui terminum vendunt, ſicut patet in c. conſuluit. & in c. in ciuitate. ext. de vſur. Secundo eſt opus iuſtum, ſecundum iuſtam naturæ legem, quam delucidat Dominus, Lu. 6. dicens, Quæcunq; vultis vt faciant vobis homines, & vos eadem facite illis. & habetur ad hoc tex. diſt. 1. c. 1. Ex qua quidem lege F tenetur homo non ſecundum facultatem ſuam ſolum, ac iuxta ementis indigentiam pro loco & tempore per dilationem ſolutionis mutuum dare, verumetiam principaliter mutuare, licet indigens nihil emeret ab eo, ſicut latius patebit infra Sermo. 37. artic. 2. Et ſic verificabitur verbum Prophetæ dicentis, Terminum poſuiſti. ſ. tu ſumme Deus in lege naturæ: quandoque eſſe neceſſarium dandum. ſ. indigenti. Tertio quoque per conſequens eſt opus meritorium, iuxta vendentis & terminum facientis intentionem & charitatem. Iuxta quod ſcribitur 15. q. 1. §. ex eo. in fi. vbi dicitur, ꝙ quilibet pro ſuorum actuum voluntate & G qualitate recipiet aut pœnam, aut gloriam. Ad hunc quoque intellectum exponi poteſt illud verbum Pſal. Domine, quis habitabit in tabernaculo tuo, aut quis requieſcet in monte ſancto tuo? & ſequitur: Qui pecuniam ſuam non dedit ad vſuram. ſ. ſed dedit terminum ſolutionis gratis. Ezech. 18. etiam dicitur: Vir ſi ad vſuram non accommodauerit, & amplius non acceperit, . ſ. propter conceſſum tempus ſolutionis, vita viuet & nõ morietur. i. præmium ſempiternum recipiet. Et hoc maius vel minus ſecundum latitudinem charitatis & ſinceritatem intentionis & affectionis, quæ H à Deo menſurantur in corde, ſicut patet Lu. 22. de vidua, quæ mittens in oblationem Deo duo æra minuta, plus quam omnes alij miſit. Et ad hoc facit c. ſi quid inueniſti. 14. q. 5. vbi dicitur, quod Deus intuetur cor. ſ. principaliter, non manum. Eſt etiam aduertendum, quod in aliquibus caſibus terminus, ſeu tempus ſolutionis, licet non ſit modo prædicto meritorium, tamen inculpabiliter poteſt vendi: & vt hęc veritas clarius pateſiat, tres veræ regulæ ſunt circa hoc notandæ.

Terminus ſolutionis triplex.

Opus iuſtũ de lege naturę.

Opus meritorium.

Quan-

A *Quando proprium venditoris tempus licite poteſt vendi, & quando non. Cap. 1.*

PRima regula hæc eſt, tempus proprium venditoris ab eo licitè poteſt vendi, quando temporalem vtilitatem temporali pretio appretiabilem in ſe includit. Ad cuius regulæ declarationem notandum eſt, ſecundum Gerard. Obdo. quod tempus dupliciter poteſt conſiderari. Primo modo, vt eſt quædam duratio, quæ conſequitur primũ motum. Et hoc modo tempus eſt quid commune omnium, & nullo modo vendi põt. Cuius ratio ponitur in c. qui manumittitur. 12. q. 2. ubi dicitur, quod commune eſt, non eſt particulariter ſingulorum. Secundo modo, vt eſt quædam duratio applicabilis alicui rei, quæ duratio, atque uſus eſt alicui conceſſus ad eius opera exercenda: & hoc modo tempus eſt proprium alicuius, ſicut annus equi mihi accommodati dicitur eſſe meus: & huiuſmodi tempus licitè vendi poteſt. Ex his patet, ꝙ licet tempus currẽs pro receptione mutui. i. tempus mutationis, non poſſet vendi ipſius mutui receptori, qnin à vendente committatur ibi vſura pro eo, quod ex natura mutui tempus illud non eſt præſtitoris, ſed potius receptoris. Ex hoc tamen non ſequitur, ꝙ nullum tempus licitè poſſet ſine vſura vendi: quinimmo per locum ab oppoſitis ſequitur potius regula ſupradicta. ſ. ꝙ tempus proprium venditoris, vt ſupra. Pateat iterum præfata regula per exemplum. Sit qui tibi ſoluere debeat poſt tres annos centum ducatos, ita quod antea minimè obligetur, poteſt tibi vendere illud tempus paciſcendo tecũ, quod mox tribuat tibi 85. ac propter intercurrens tempus trium annorum 15. ſibi retineat, & acquirat, cum tres anni pecuniæ, quam ille tibi tenetur, ſint quo ad hoc ſui iuris, propter quod poteſt vendere valorem illius. facit ad hoc l. ſi conſtante. §. quotiens. ff. ſolu. matrimo. Quod tamen eſt intelligendum de debito facto ex mutuo gratis dato. Si enim tempus illud nihil valeret, non amplius eſſet teneri ad mox ſoluendum quam teneri ad ſoluẽdum poſt tres annos, & non ante. Duo obiecta, ſi autem obijtias. Primo, quod qua ratione pecunia mutuata nihil vltra ſe valoris vendibilis habet, eadem ratione nec pecunia ad tres annos ſoluenda. & ideo vendere tempus eius 15. floren. videtur vſura. Dicẽdum ꝙ hic non venditur pecunia, ſed ipſius ſolutionis tempus, quod vtiq;, vt ſup. patuit, eſt uendentis. at econtra tempus pecuniæ mutuatæ non eſt præſtitoris, ſed receptoris vſq; ad terminũ ſibi præfixũ. ideo ſibi vendi non põt, quin cõmittatur vſura. Si verò is, qui poſt tres annos tenetur ſoluere centũ mutuaret tibi 85. & ex hoc vellet ſibi relinqui vel dari 15. tunc indubiè vſura foret, eo ꝙ venderet tibi tempus pecuniæ mutuatè: quãuis. n. pecunia ex ſe non valeat plus ſeipſa: tamen ex vtentis induſtria & facultate aliquẽ ualorem acquirit. ideo ille vſus ſiue facultas utendi poteſt ab eo, cuius ille uſus eſt, legitimè uendi. Si iterum ſecundò obiies, ꝙ cum habens centũ florenos facultatem habeat utendi eis, & poſſidendi eos non ſolum pro tribus annis, verũ etiam pro toto tpe futuro: ergo bene æque poterit uẽdere hanc facultatẽ futuri tpis, ſicut pręfatus debitor facit, qui non tenetur eos ſoluere ante tres annos. Ad hoc dicendum, ꝙ hic & ibi non eſt eadem ratio, neq; conſimilis. Nam habẽs pecuniam non põt eam inquantũ ratione pretij habet, ſeu nũmiſmatis vti, niſi mutuando, uel pro re altera cõmutando: utrobiq; aũt currit futurũ tẽpus non pro eo, qui pecuniam tradit, ſed pro eo cui mutuatur, uel in emendo cõmuttatur, ſeu appretiatur ultra ſimplicem uim pretij ſui. ſed debitor prefatus nihil mutuat, dum ſoluit 85. ſed potius debitum ſuum ſoluit. Et de hoc, quod ante tempus debitum ſoluit, uult aliquod pretium, quod quidẽ mutui pretium minimè dici poteſt: cum ut patet, nihil mutuet, ſed ſolum dici poteſt pretium anteriorationis ipſius ſolutionis. Sed quia anterioratio hæc pretio æſtimabilis eſt, ideo licitè uendi poteſt.

Margin: B — *Tẽpus in quo quis põt licite vendere.* — C — *Exẽplum* — D — *Obiectio.* — E — F — *Inſtantia* — *Solutio.* — G

H *Quod iura rerum pro futuro tempore poſſunt licite minus emi quam ſi omnes illæ res emptori præſentialiter traderentur. Cap. 2.*

SEcunda regula talis eſt. Ius rerũ pro futuro tẽpore põt licitè minus emi, quã ſi oẽs illæ res emptori pręſentialiter traderentur. Et ſm hanc regulam, quanto ius futurorum protẽditur in longiora tpa, tanto cæteris paribus poteſt minori pretio emi. Rõ huius eſt, quia in his in quibus ius rei, ſeu per rem differt ab ipſa re ab actuali poſſeſſione ipſius rei, poteſt ipſum ius emi,

A quamuis res ipſa non ſit, aut actualiter non tradatur. Sicut exempli gratia patet de iure molendinorum, & pedagiorum, & conſimilium fructuum futurorum, quod equidem emi poteſt non empto agro, nec fructibus eius adhuc exiſtentibus actu. Cōſtat autem, quod ius & actualis poſſeſſio rei præſentis cęteris paribus amplius valet, quā ſolum ius rei futuræ, aut quam ſolum ius abſq; actuali poſſeſſione non ſtatim tradita vel tradenda. Tutius eſt enim incumbere pignus, quam agere in perſonam. Inſuper ſecurius eſt rem habere & poſſidere, quam ſolum ius rei. Nam certitudo rei præſentis
B & præſentialis eius poſſeſſionis equidē maior eſt & præſtantior quàm certitudo rei futuræ, aut quam certitudo futuræ poſſeſſionis rei præſentis. Proinde non immeritò poteſt prima plus vendi, & ſecunda licitè minus emi. Sed aduertendum, quod pretiū debet eſſe rei venditę iuſtè proportionatū. Talis autem iuſtitia attendi debet à tempore contractus, vt. ſ. tantum detur, quantum res valet tempore contractus: non autem quantum valitura eſt toto tempore ſubſequenti: cum regulariter res ſm quod valet tempore contractus, debeat æſtimari, vt in fine 37. ſermonis latius apparebit. Ex quo patet, quod licet plus percipiat emens tem
C pore conſequenti, quam dederit: tamen illud quod recipit, eſt de ſorte propter verā venditionem & iuſtè ſactā tempore ipſius contractus. Vitium. n. & vſura eſt, quando minus pretium datur quam res valeat tempore contractus, à quo tempore iuſtum pretium iudicandum eſt. Non autem eſt vitiū, ſi minus pretium detur, quam in futuro daretur. Et hinc eſt, ꝙ emens annuos redditus mille ducatorum ad decem annos pro ſeptingentis ducatis mox ſoluendis, nō eſt ex abſoluta vi contractus vſurarius. Et nihilominus eſſet, ſi tunc mutuaret ſeptingentos ducatos vſq; ad decem annos ſic, quod quo
D libet anno redderentur ſibi centum, aut ꝙ vltimo anno redderentur ſibi multiplicati, hoc eſt mille ducati. Huiuſmodi autem ratio eſt, quia in primo caſu non eſt contractus mutui, ſed emptionis, qua verè tunc emitur & traditur ius futurorum reddittuum decennalium. ideo non eſt ibi anteſioratio ſolutionis habens mutui rationē; ſed potius eſt actualis ſolutio rei, ſeu iuriſdictionis actualiter emptæ & traditæ. In huiuſmodi autem contractu, quantum eſt de abſoluta vi & forma contractus, nō plus eſt ibi vſura, quam in eo qui emit equum,

Pretium debet proportionari rei vendite.

vel agrum centum ducatorum pro centum ducatis, quos etiam confeſtim ſoluit: ſicut etiam confeſtim recipit agrum, vel equum. E
Nec inſuper eſt peccatum iniuſti pretij, ſi prouentus redditum certi non ſunt omnino, ſed probabiliter poſſunt periclitari, ſicut vtique prouentus & fructus agrorum. immo etiam poſito, ꝙ ſint certi ſeo modo, quo eſſe poſſunt futuri redditus, certiores adhuc eſſe poſſunt in tātum minori pretio emi quam ſuis reddituum mille ducatorum primo anno habendorum, quantum plus valet ius proximorum reddituum mille ducatorum quamuis remotorū. his concordat Io. And. in additionibus ad Specu. Nec obſtat c. in ciuitate tua. & c. nauigant. extra de vſur. vbi dicitur, ꝙ qui plus vendit merces ſuas quam venditurus fuerat tempore contractus, propter temporis expectationem, ex eo ꝙ nō ſtatim ſoluitur pretium, peccat. F
Et ꝙ eodem modo videtur peccare, qui minus pretium ſoluit, quam ſit pecunia recipienda in termino prætaxato propter temporis expectationem, quia in caſu prædictorum decretalium non ius, ſed res ipſa venditur. quæ ſtatum traditur & pretium differtur. In hoc autem caſu ſtatim traditur pretium & ius recuperandi rem ipſam, & non ipſa res datur, & ſtat ipſa pecunia periculo emptoris iurium prædictorum. Eſt nihilominus aduertendum, ꝙ ſi hac intentione vſura fieret & in fraudem vſurarum eſſet, ibi non ex vi contractus, ſed ratione talis intentionis vſura eſſet, huiuſmodi autem fraus ineſſe præſumitur propter tria ſigna. G
Primum ſignum eſt, quādo huiuſmodi redditus etiam ſub forma præfata venduntur longè minori precio quàm deberent, aut quàm venderentur, ſi iuſtus emptor, & iuſti pretij repentinus ſolutor, reperiretur veram & maxime quando redditus iurium prædictorum quaſi ſine periculo ſunt. Præſumitur enim tunc, quòd non ſolum ſit ratione iniuſti pretij, ſed etiā quòd ibi ſit mutuum, quaſi anterioratio ſolutionis venditori egenti, vt ex hoc longe pro minori pretio habeantur, quàm alias haberentur, ad hoc facit c. ad noſtram. extra de emptio. & ven. Secundum quoque ſignum eſt, & hoc maximum, quando talis emptor ſolitus eſt exercere vſuras, aut contractus impios & iniuſtos. ext. de pigno. cap. illo nos. H
Pro tertio ſigno dici poteſt, ꝙ ſi iſte emit tm̄ minus, quantum verè eſt intereſſe ſuum cōiter æſtimandum, ſiue timendum, ne illi debitor ſoluat, aut quamuis eſt futurus labor

Fraus vſuraria quō in contrāctibus deprahendi ẽ per tria ſigna.

Primum.

Secundū.

Tertium.

A bor retrahendi, non eſt vſura; aliter ſic. Si vero alias vult diminuere pretium ſolum propter hoc, quod non ſoluit, ſed in futuro retrahet: plus manifeſta vſura eſt. Inſuper eſt notandum, quod talis emptio iurium, præſertim quando de hoc immineat litigium, ſi pro minori pretio fiat, nec valet cōtractus, nec iſte emptor poterit plus petere ab illo debitore, quam in veritate ſoluerit, etiam ſi reſiduum ſit ei donatum. C. mand. per diuerſas. & l. ab Anaſtaſio. quod pro cōmuni bono ſancitum eſt, ne litigia emerentur, & mouerentur.

Quæſtio. Circa prædictam regulā con-
B ſequenter quæri poteſt; ſi caſus contingat, ꝙ quædam ciuitas ex guerra multum anguſtiata vendat redditus ſuos, & quidam pro vili pretio emat, & demum facta pace emptor de redditibus illis lucratur decem pro vno: quæritur, an quid reſtituere obligetur? Dicendum, quod non, & hoc ratione dubij ac periculi. conſulendum eſt tamen illi, ꝙ largas eleemoſynas faciat de redditibus illius.

Quod licet propter tempus rem plus vendere, vel minus emere quam tunc valeat, quando non ex malitia contrahen-
C *tium, ſed ex propria natura contractus id procedat, & de hoc ponuntur aliqui caſus. Cap. 3.*

TErtia regula eſt hæc. Licet propter tempus rem plus vendere & minus emere quam tunc valeat, quando nō ex malitia contrahentium, ſed ex propria natura contractus id procedit. Et pro huius regulæ declaratione ponuntur aliqui caſus. Primus caſus eſt, quando quis ex gratia ſpeciali præſtat, vel vendit vinum, vel bladum in tempore, quo communiter minus valet: quod tamen proponebat firmiter ſeruare & vendere in tēpore cōiter & probabiliter

Caſus obſeruatione digni.

D magis caro. Poteſt idem pretium exigere, quod in hora præſtationis, vel venditionis probabiliter creditur affuturum in illo tempore magis caro: ſic tamen ꝙ aliquem certum diem illius temporis determinatè præfigat, quia ipſe non erat illud vendituru, niſi in aliquo vno die. Et etiam quia ſi ipſe de vno mēſe, vel hebdomada poſſet ex poſt facto ſibi eligere in diem, in quo plus valuiſſet, nimis pinguis fieret ſors illius: alias taxandum erit pretium ſm quod diutius & communius valuit in menſe illo, aut pretio mediocri inter carius & minꝰ carum illius menſis. Hoc autem modo propriè loquen- E
do nō propter tempus accipitur illud plus, ſed propter naturam rei, quę plus valet vno tempore quam alio. Cauſa autē, quare ſub tali pretio pōt vendere illud, vel cōmutare, duplex eſt. Prima, qa is cui præſtat, vel vendit, tenetur ſibi ad probabile æquiualens, ſeu ad præſeruandum eū à damno probabilis lucri. Secunda eſt, quia illud qđ in firmo propoſito dñi ſui eſt ordinatum ad aliquod probabile lucrum, non ſolum hēt rationē ſimplicis pecunię, ſiue rei, ſed etiam vltra hoc quandam ſeminalem rationē lucroſi, quā cōiter capitale vocamus. ideo non ſolum reddi habet ſimplex valor ipſius, ſed ēt F
valor ſuperadiunctus. Supradictus etiā caſus habetur ext. de vſur. c. in ciuitate tua. & c. nauiganti. Cum hoc concordat Alex. de Ales. Sco. autem in 4. in hoc caſu diſtinguit dicens; Feſtum B. Ioan. Baptiſtæ dicatur A, feſtum vero Natiuitatis Chriſti dicatur B, tunc ſi ipſe vendens frumentum, vel pelitias tradit eas in A, tunc diſtinguendū eſt, quia aut erat tunc rem ſuam venditurus, aut non, ſed in B. Si primo modo, tunc aut determinat ſibi, quod tunc currit pro A, & ſic miſericoridiam facit, quia proximi ſui indigentiam ſupplet antequam teneatur ſupplere eam, & inſuper ſolutionis tē- G
pus vſque ad B, expectat. Aut ſtatuit pretium magis quam ſit iuſtum pro A, & tūc vſurarius eſt, eo ꝙ vendit tempus, quod eſt contra c. conſuluit. ext. de vſur. Si autē venditurus non erat in A, ſed alias, qñ. ſ. ſm tēporis ſui curſum res melius vēdibilis eſſet, & amplius lucrari poſſet: vt puta in B, & tunc aut quando vendit ponit pretium certum, aut non, ſed in ſuſpenſo dimittit certificationem pretij pendentem ex aliquo futuro. Si primo modo, ſcilicet ſi ponit pretium ſecundum quod res valet, certum eſt quod etiam miſericordiam facit. Si vero plus quam tunc valeat, non tamen ita im- H
moderatum pretium, quin tempore ſolutionis veriſimiliter quandoque plus, quandoque minus res vendita valeat: tunc ratione dubij excuſatur, vt patet in cap. in ciuitate tua. & in cap. nauiganti. ext. de vſur. Si vero obijciatur contra hoc per illud cap. in ciuitate tua. ext. de uſuris. Dicendum, quod ibidem continetur monitio utilitatis, non præceptum neceſſitatis. Si autem determinationem prætij ex futuro ualore pendere relinquat. Aut igitur pro tempore determinato ſolutionis, aut in aliquo in quo non conſueuit

A res plus valere regulariter alias quam tempore ſolutionis etiam miſericordiam facit: verbi gratia, Concedo tibi has pelitias pro pretio, quod valebunt in hoc, vel in alio tépore citra: cum tamen in B, conſueuerit plus valere, quam in alio tempore citra B, Si autem velit pretium determinatum ponere pro tempore indeterminato hoc modo, vt ponat ſe in lucro tuto, vt in pluribus contingere ſolet, & alium in damno: puta volo ꝙ tãtum ſoluas mihi pro pelitijs iſtis, quantum valebũt in quocũq; tempore vſq; ad B, quando carius vendentur, tunc vſura eſt. Cuius ratio euidenter patet, quia ponit

B ſe vel partem ſuam, vt in pluribus contingit, in tuto; & illum cum quo contrahit, vt in pluribus in periculo damni: & tunc pro ſe habet illud, quod euenit in pluribus, & contra ſe illud, quod euenit in paucioribus. Eſt etiam ibi alia iniuſtitia, quia ſi ſuã rem vendere vellet, oporteret aliquo tempore determinato eum exponere ad vendendũ illam, & non in aliquo tempore particulari vago, & hoc modo cõtingere poteſt, ꝙ minus carum venderetur, quam in die cariſſimo inter A, & B, & per conſequens in tali pacto facit ſe certum de lucro, vltra quod humana induſtria pertingere poſſet. Cum

C his concordat Hoſt. & Io. And. & Arch. in c. vſura. 14. q. 3. Secundus caſus eſt de eo, qui venditurus non erat merces ſuas in loco illo, vt puta erãt poma granata, quę quis habuit in riparia Ianuenſi, vbi multũ abundant. Propoſuerat enim ea vẽdere Pariſijs, vbi ſatis carè venduntur. ſecundum. n. Inn. & alios, qui in hoc ſequuntur eum, licet illa vendere tantum, quantum Pariſijs vendere intendebat: quia quo iure vẽdere poteſt carius propter temporis dubietatem, ſicut patet ext. de vſur. c. in ciuitate tua. & c. fin. eodem iure illud poſſe videtur propter dubium loci. Contrariæ tamen opinionis eſt

D Hoſt. reprobans hoc ſimile dicens, ꝙ veriſimile non eſt, ꝙ aliquis talem emptionem faceret, niſi ex indigentia multa. Ex quo patet, ꝙ ſi in talem opinionem approbarẽtur quodammodo vſurarum baractariæ & pararetur vſurarijs via figmentis. Addit quoque, ꝙ expenſarum, laborum, & periculorum itineris ratio eſt habenda, ext. de vo. c. magnę. & c. quanto. de diuor. Hanc autem opin. Innoc. ſequitur Ray. in titu. de vſuris. ſed Ioã. And. hanc contrarietatem concordat, dicens, ꝙ ſi ſtatim ille emptor pretium ſoluit, putat opinionem Innoc. verãm. Sed ſi ſolutio pretij differatur, vt forte intelle-xit: tunc videtur procedere ratio Hoſtien. B

quia in dubio temporis poteſt venditori & emptori cõmodum prouenire, ſed hic nullum commodum fit emptori. Hanc diſtinctionem approbat Ioan. Cald. ext. de vſur. c. fi. & 17. q. Iſte tamen caſus non eſt multum prædicabilis, ne lata via paretur vſurarijs. Tertius caſus eſt econuerſo à primo, vt puta ſi res minus emitur quam valeat tépore emptionis: recipienda tamen in aliquo tempore, in quo poteſt veriſimiliter dubitari, vtrum plus vel minus valitura ſit, quam tempore quo empta eſt, non committitur ibi vſura: verbi gratia, In menſe Maij, quando frumentum eſt carum, eo ꝙ minus de illo reperiatur tempore illo. Emit. n. modiũ frumenti tribus florenis, cum tamen tunc valeat quatuor florenos, recepturus nihilominus frumentum in Auguſto, quando frumenti ſolet eſſe copia magna, & ſperatur ꝙ tunc tres florenos valebit. Talis caſus réputatur vſura, vt patet in c. nauiganti. ext. de vſur. Et ratio huius eſt, quia ratio huius dubij ponit æſtimationem in rebus ex ipſa natura rerum, quæ in tali tempore minus valere poſſunt, ſicut in prꝛallegat. c. patet. Vnde non minus datur cauſa temporis, ſed propter naturam rei, quæ minus valet vno tempore, quam alio. Et ſic dicendum eſt G

econuerſo in caſu primo. Et cum hoc concordat Alex. de Ales, & Hoſtien. Sed quid ſi res emitur minus propter temporis præuentionem? verbi gratia, Emit frumentum in herba pro quinq;, quod tempore meſſis valebat octo. Dicendum, quod talis vſurarius eſt, vt patet in c. in ciuitate. ext. de vſur. Tamen ſecundum Bernar. c. de vſur. l. 1. Dicendum, quod aut præſens numeratio eſt cauſa damni ipſius vendentis, & tunc eſt vſura: aut ſola conuentio eſt cauſa damni, quia de præſenti non ſoluitur pretium, & tunc contractus licitus eſt. Aut neutrum eſt cauſa damni, quia frumentum, quod eſt in H

herba, non plus valet tempore contractus: & ſimiliter tunc contractus non eſt vſurarius, vt patet. ff. de contrahen. emptio. l. fiſtulas. §. frumenta. & l. ſi debitor. §. veriſimile. & ff. de verbo. oblig. l. inter ſtipulantem. §. ſacram. Quæritur etiam, an ne committat vſuram, qui in vendendo concedit terminum, vt trahat melius emptores ad ſuã apothecam, non tamen res propter hoc carius vendit? Dicunt quidam, quod ſi emptores ex hoc incurrunt aliquod damnum, puta ratione qualitatis mercis, quia non habet tam bonas merces, committit vſuram,

Quæſtio cum ſua ſolutione.

& reſti-

A & reſtituere obligatur. ext. de vſur. c. conſuluit. In quibus autem caſibus ratio dubij, vel periculi excuſet vſuram, dicetur infra Sermo. 39. articulo primo, per totum. vbi ratio dictorum in præſenti c. diffuſius tractanda eſt.

ARTICVLVS SECVNDVS.

De tribus caſibus dubijs circa emptiones ad tempus, ideſt, ad hominis vitam.

B

SEcundus terminus denominari poteſt terminus vitæ. vnde Pſal. ſubdit: Quē non tranſgredientur, ſcilicet diu ſe viuere arbitrantes. Quia enim in præcedenti articulo dictum eſt de venditione temporis ex parte venditoris, merito etiam tractandum eſt de emptione ipſius temporis ex parte emptoris. Proinde circa contractus emptionum ad vitam pro triplici capitulo ad præſens quærantur tria.

Quando & quomodo licet emere ad vitam redditus prædiales, & conſimiles contractus in iure.

C

Cap. I.

PRimo autem quęri poteſt, an abſq; vſuræ vitio licitum ſit emere ad vitam redditus prædiales? Ad quod dicendum, ſecundum Alexan. Lombar. quod talis cõtractus licitè fieri poteſt, & hoc triplici ratione. Primo ratione veri dominij, ſecundo ratione dubij ſeu periculi, tertio ratione iuſti pretij. Primo autem hoc licet ratione dominij. Nam qui dominus eſt alicuius rei, etiam dominus eſt vſus illius. Manifeſtum eſt enim, ꝙ
D dominus alicuius rei verus ſicut rem in alterum ſimpliciter trāſferre poteſt: ſic etiam transferre poteſt vſumfructum retenta ſibi proprietate. Sicut patet manifeſtè in locatis. Videtur inſuper probari poſſe ex dominio vero, quod ſicut dominus rei tranſferre poteſt ſimpliciter dando, vel vendendo eam, vel retinendo proprietatem rei, & transferendo vſum: ſic poteſt dare vel vendere quo ad terminatum tempus ſeu particulare. Ex quo patet, quod licet vendi poſſunt, atq; emi redditus ipſi ad vitam ratione dominij veri. Secundo etiam licet ratione dubij, ſeu periculi. Nam ſicut patet in c. nauiganti. ext. de vſur. Si qui pānum, vinū, E
oleum, & ſimilia vendit, vt amplius quam valeant in certo termino recipiat, ſi tamen eo tempore contractus non fuerat venditurus ratione dubij, qui plus accipit quā dedit excuſatur in tali caſu, ſicut plenius dictum eſt ſupra in Sermo. 33. ar. 2. c. 3. Sed ſi in emptione, vel venditione reddituum ad vitam dubium eſt, vtrum vendens plus dat quam accipiet, quia. ſ. emens cito poteſt mori, & non percepta ſorte, & vtrum emens plus accipiat quam det, quia poteſt multū viuere & cito mori. Patet igitur, quod talis caſus ratione dubij, quod quidem prouenit ex parte ementis, atque vendentis, lici- F
tus vtique eſt cenſendus. Tertio talis contractus licitus eſt ratione iuſti pretij. Debet enim ſeruari in tali contractu æquitas naturalis iuris. ſ. inter ementem & vendentem ad hoc quod licitus ſit. Quod tunc ſit, ſi pretium quod datur ab ipſo emente, proportionetur rei datæ ab ipſo vendente. Vnde quando eſt in eo exceſſus, qui corrumpat hanc proportionem, ſiue ex parte ementis, ſiue ex parte vendentis: tunc quidem contractus tanquam illicitus reſcindi poteſt: puta ſi pretium notabiliter excedat rem, vel res pretiū eius. Notabiliter dico, quia pro- G
pter paruum exceſſum pretij vltra rem, vel rei vltra pretium talis contractus non vitiatur, ſed propter exceſſum notabilem atque clarum. Ideo ſtatutum eſt extra de emp. & vendi. c. cum cauſa. quod ſi quis deceptus eſt vltra dimidium iuſti pretij, poteſt recedere à contractu, vel poteſt agere ad pretij ſupplementum. In quo, c. glo. ait, quod dimidia pars iuſti pretij ſic habet intelligi, verbi gratia, Res valet decem, & pro quatuor datur. In hoc apparet, quod vendens in ſex deceptus eſt. Quia ergo ſex ſunt plus quam quatuor: patet ergo quod vltra dimi-
dium iuſti pretij venditor deceptus eſt. Pa- H
tet etiam iſta deceptio ex parte ementis: verbi gratia, Pono, quod res valeat decem & emptor ſoluit ſexdecim, ergo deceptus eſt in ſex, quæ ſunt plus quā pars dimidia, quæ eſt quinq;. & ideo poteſt agere ad recuperandum pretium, quod plus dimidio iuſti pretij dederat, quia vltra dimidium iuſti pretij deceptus eſt. Non autem ſic, ſi tantum in quinq; deceptus eſſet, quia quinque ipſum dimidium ſunt. ideo contra actorē non poteſt agere in foro iudiciali. De hac materia etiam dicetur Sermo. 35. art. 1. c. 2. Ex his patet, quod ſi in præfato caſu inter ementem & vendentem æqualitas obſer-

Quid eſt pretiū notabiliter excedere rem, & econtra.

A uetur, licitus eſt contractus de natura ſui. Dico autem de natura ſui, quia ex parte cõtrahentis poteſt eſſe vitium in contractu propter eius intentionem corruptam: puta ſi quis diues ad ſufficientiam habens, non propter vitæ neceſſitatem, ſed auaritia ductus, vt ditior fiat, tales redditus emit: tunc enim ex parte contrahentis eſt turpe lucrũ. Si autem quæratur, quæ æqualitas in hoc contractu ſeruanda ſit: Dicendum, quod tunc æqualitas obſeruatur, quando pretium tantæ quantitatis eſt, quod penſata ætate ementis, & ſanitate eiuſdem, ac periculis circa fructus poſſeſſionis, ſollicitudine & B labore, nõ apparet quis notabiliter habeat meliorem partem, an.ſ. ipſe emens, vel vendens. Si autem talis æqualitas notabiliter corrumpatur, certum eſt, quod contractus tunc omnino eſt cenſendus illicitus. Cum his concordat Bal. C. de vſur. l. ſi ea pactione. & idem ſentit Pet. Sed contra prædicta quidam tripliciter obſtant. Primo ſiquidem dicunt, quod hoc non licet, quia intentio plus accipiendi vſurarium facit, ext. de vſuris. c. conſuluit. Sed iſte qui tales redditus emit, facit hoc intentione plus accipiendi, credens tantum viuere, quod accipiet plus quam dedit. Ad hoc dicendum, quod C hic non agitur de vitio ex parte contrahentis, ſed de vitio contractus in ſe, ſcilicet, an ex forma ſua ſit vitioſus, vel nõ. Et dictum eſt ſupra, quod vitioſus non eſt, ſi inter ementem & vendentem æqualitas obſeruetur. qua ſeruata etiam ſi contingat ementem accipere plus quam dedit, fit vtique ſuum. & hoc ex natura contractus. Ad cuius pleniorem intelligẽtiam notandum eſt, quod eſt triplex contractus, in quo differentia magna eſt. Primo eſt contractus mutui, ſecundo contractus commodati, tertio contractus emptionis, & venditionis.

11 Primo eſt contractus mutui, & in hoc tan- D tum debet penſari ſubſtantia rei & ipſius valor, & non vſus, vel fructus, eo quod ratione vſus non licet ex mutuo accipere vltra ſortem, ſed ſufficit quod tantum mutuanti valor rei reddatur, & non eadem res numero reddi debet: cum in mutuo, ſicut prædictum eſt, pluries dominium transferratur. Secundo autem in commodato eadem res numero reddi debet: quia in eo dominium non transfertur, ſed pro vſu illius nihil recipi debet, alias accommodatum in locatum tranſiret. Tertio in emptione & venditione penſatur ſubſtantia & vſus rei. Ideo ſi emptor iuſto pretio emit & contingit, ꝙ propter poſſeſſiõis fructus percipiat E plus quam dedit, fit iuſtè ſuum & totum de ſorte eſt. Nam in emptione & venditione ſi plus accipitur, ſeu accipi ſperatur quam datum ſit, vitioſum non eſt, cum totum de ſorte ſit. Et hoc verificatur tam in emptione & venditione, quæ ſimpliciter ſit, quam in iſta, quæ ſit ad tempus, ſeu ad vitam. Nã eo iure, quo quis recipit aliquid plus quam dedit & fit iuſtè ſuum in poſſeſſionibus ſimpliciter emptis, eodem iure accipit aliquid plus quam dedit in poſſeſſionibus, vel redditibus ad vitam ſuam, eo ꝙ ſicut dictũ eſt, totum quod plus accipitur, eſt de ſorte, cũ ſubſtantiam rei, atque vſum & fructus illius emat. F Secundo etiam obſtãt quidam, inter quos fuit Goff. in tit. de vſur. qui ait, ꝙ qui pecuniam dant eccleſijs & recipiunt ab eis certas poſſeſſiones tenendas toto tẽpore vitæ ſuæ, vt poſt mortem eorum poſſeſſiones ad eccleſiam reuertantur, pecunia etiam apud eccleſias remanente, cõtractus eſt illicitus, eo ꝙ homines hodie multum viuere ſperant, & eo ꝙ taliter contrahentes ſe credunt amplius percepturos de fructibus dictarum poſſeſſionum, quam ſit pecunia quam dederũt: cum ſicut dictum eſt, ſola intentione mentali vſura cõmitti poſſit. Ad hoc dicendum, ꝙ verum eſt, ꝙ ſola G ſpes vſurarium facit in contractu mutui veri, ſeu interpretati, ſicut patet ext. de vſur. c. conſuluit. quia ibi ſperatur aliquid, quod non eſt de ſorte: ſed non ſic cõtingit hic, vbi vera venditio eſt. In hoc contractu põt etiam dubitari & quæri, quo iure vendens ad vitam, puta poſſeſſionem, pretiũ eius retinere põt, qñ emens poſt emptionem ſupervixerit parum. Ad quod dicendum, ꝙ illud à venditore licitè retineri poteſt rõne vel titulo emptionis iuſtæ. Nam ſicut dictũ eſt, talis contractus eſt licitus, quia incidit periculum & dubiũ ex vtraq; parte. Quando.n. iſte emit ad tempus, dubium eſt vtrũ H debeat ſuperuiuere plus vel minus: ideo talis incertitudo temporis facit æqualitatẽ in vtraq; parte. Cum.n. quis poſſeſſionẽ ſuam vendit ad vitam emẽtis, vendit tempus incertum, quia ignorat quantũ debeat ſuperuiueret emens. & cum indeterminatio tẽporis pendeat à natura, & non àb homine, ideo eſt præter hominis intentionẽ. Ex natura ergo cõtractus vere transfertur res in ementem. & qñ moritur, licet vixerit parũ, ex natura eiuſdem contractus reuertitur ad vẽdentem. Nec vř hic difficultas maior, quã in his, quę ſimpliciter venduntur: nam

Vide, & bene perpende.

ſi quis

A ſi quis emeret, equum & pro eo ſolueret cẽtum libras, conſtat ꝙ ſi prædictus equus in craſtinum moreretur, nihilominus uendẽs centum libras iuſtè retineret ſibi, quãuis ex re empta nullam vtilitatem conſecutus fuiſſet emptor. hoc quidem cõtingit eo ꝙ ipſe vendens rem ſuam iuſtè tranſtulit in ementem. talis ergo trãſlatio iuſta ſtatim facit precium eſſe uendentis.

Tertia oppoſitio.

Tertio quoq; modo obijciunt quidam dicentes, ꝙ qñ in cõtractu tam vnus q̃ alius habet potiorem partem, tunc cõtractus eſt illicitus.

Quorundam obiectiones.

Sic uidetur eſſe in propoſito. Nam ſæpe accidit, ꝙ uiri & mulieres. 25. annorũ redditus emunt ad vitam pro tã paruo precio, ꝙ infra octo an-
B nos recipiunt totam ſortẽ. et licet mori poſſent infra octo annos prædictos, probabiliꝰ tñ eſt ꝙ in duplo ſuperuiuere poſſint. Ex quo patet, ꝙ emens habet id in fauorẽ ſuũ, quod frequentius accidit, & quod probabilius eſt: & uendens in ſuum fauorem habet ꝙ rarò euenire contingit. & ſic patet, ꝙ eſt inęqualitas in cõtractu, & ideo illicitus eſſe uidetur.

Solutio.

Ad quod dicendũ, ꝙ ſolutio patet ex dictis, quia contractus iſte nõ debet illicitus iudicari, niſi qñ inter ementẽ & uendentem iuris naturalis æquitas non ſeruatur. In propoſito autem caſu talis æquitas non ui-
C tiari uidetur propter ementis ætatẽ: quia veriſimile eſt, ꝙ tm̃ ſuperuiuere debeat, quod multum lucrabitur, & ꝙ infra modicum tẽpus recipiet ſortem, & ſic potior eſt conditio ementis, q̃ ipſius uẽdentis. niſi forte mulier, ſiue iuuenis emens tot periculis & infirmitatibus expoſitus eſſet, ꝙ non uideretur apertè, quod iſtorum eſſet probabilius, aut ementem viuere per tm̃ tp̃s, ꝙ ipſe uendẽs læderetur notabiliter in cõtractu: aut ipſum mori infra octo prædictos annos. Debet igitur in tali contractu, ut licitus ſit, ementis
D ętas & infirmitas compenſari.

Contradictio quæ ſpetiẽ hẽt aliquã falſitatis ſoluitur.

Sed quidam contradicunt dicentes, ꝙ nõ licet alicui periculo ſe exponere, ſed talis eſt huiuſmodi ergo &c. Quia multi, ſicut dictum eſt, dicũt contractum eſſe illicitum. Ad hoc dicendũ, ſm̃ Landul. in 4. & 15. diſ. ꝙ talis emens nõ exponit ſe periculo damnoſo pp̃ cõtrouerſias Doctorũ. Vnde ſi quis hẽt intentionẽ, ꝙ nollet aliquid facere cõtra Deũ, & aliqđ facit de quo eſt cõtrauerſia inter Doctores: dato ꝙ id quod facit ſit malũ & cõtrariũ bonũ, crediť ꝙ nõ peccet. Hęc ille. Hęc aũt opinio non multũ videtur tuta: ſed ſecurior videretur & uerior illa, de qua dictũ eſt ſupra ſermone 33. ar. 1. in fine. Sed opinio Lãdul. nullo modo eſt populo prædicanda.

Quando & quomodo liceat emere hæreditariè prædiales hæreditates.
Capitulum. 2.

E SEcundo quærit, an liceat hęreditariè p̃diales. ſ. hæreditates emere? Dicendum, ſecundum quoſdam ꝙ ſic, dũmodo naturalis iuris æquitas obſeruetur.

Quæſtio cum ſua ſolutione.

quod tunc uerè ſit, quando in tali contractu tãta æqualitas obſeruatur, quod non propter aliquod apparet quis contrahentium habeat meliorem partem. Si uero apparet ꝙ precium minus ſit reſpectu rei iam emptæ: tunc ex parte ementis eſt corruptio æquitatis, & teneť
F emens ad iuſti precij ſupplemẽtum. & ſi eſſet precium ita paruũ, ꝙ eſſet minus dimediatæ iuſti precij, poſſet vendens in foro iudiciali recedere a contractu. Si aũt res empta parui valoris eſt, & preciũ ita magnũ, ꝙ notabiliter rem uenditam ſuperexcedit: tunc ex parte uendentis æquitas corrupta eſt & in foro cõſcientiæ tenetur prædictus uendens reſtituere quod accepit ultra iuſtũ precium. & ſi etiam exceſſus eſſet ultra dimidium iuſti precij, poteſt emens recedere a contractu. hic autem aliter uitium eſſe poteſt, puta ſi quis decipiens ſemetipſum cre-
G deret ꝙ redditus hæreditariæ pro tam paruo precio haberi poſſet, ſicut quando emitur ad uitam. Si. n. ſicut ſupra in præcedenti c. dictum eſt, qñ redditus emũtur ad uitam propter precij paruitatem illicitus eſt contractus: multo amplius quando hæreditariȩ emuntur. Secundum. n. Alex. Lomb. qñ uenditio a paupere facta eſt propter artam neceſſitatẽ, tunc emptio mutuationis locũ tenet: ideo iniuſta eſt propter neceſſitatẽ uendentis & malitiam ipſius ementis. quapropter quod plus accipitur, iuſtum titulum nõ habet poſſeſſionis. Proinde aduertendũ eſt, quod quando quis emit poſſeſſionem ſim-
H pliciter uel ad tempus, & hoc cauſa lucri, quod tantum ex natura temporis expectatur, non ex natura poſſeſſæ rei: quod tunc uitium eſt in contractu, & ita in iure dicitur turpe lucrum. Si vero huiuſmodi poſſeſſiõ ematur cauſa lucri, & talis emptio propter vendentis neceſſitatem fuerit minus iuſta, cũ ei teneañ ex charitate ſubuenire gratis: tunc in tali cõtractu vſuræ uitiũ eſt, non pp̃ ſe, ſed pp̃ ęquipollentiã rei: quia lucrũ, qđ ex tali contractu dignoſciť ꝓuenire, militat cõtra charitatẽ. Si vero poſſeſſionẽ q̃s emat nõ cã lucri primo & p̃ ſe, ſed ad ſui & ſuorũ uitȩ utilitatẽ atq; neceſſitatẽ: dũmodo in

emptione

A emptione ſeruetur æquitas naturalis iuris, ſi accreſcat proceſſu temporis pluſquam da tur: iuſtè fit illud ementis, quia illud accipit tanquam ſuum propter contractus ipſius na turam, & non ratione temporis, niſi valde per accidens. Si quis aūt obſtet, ꝙ ſi emunt̃ *Inſtantia* redditus hæreditariç pdicto modo, neceſſa-riò contingit fieri exceſſum notabilē ſupra ſortem propter hæreditariam ſucceſſionē: quod videtur iniuſtū. Ad hoc dicēdum eſt, ꝙ nec naturale ius, nec poſitiuū ius dictāt, *Solutio.* ꝙ iſte qui hęreditarie emit rem, teneatur tā tum dare pro ea, quantum probabile eſt, ꝙ debeat recipere ipſe per vitam ſuam & filij, B & nepotes & tota poſteritas eius. Quia ſm hoc, res q̃ hæreditarie emitur, minime ſub iuſta æſtimatione cadere poſſet. Sed qñ ta-xatur precium iuſtum, ſufficit ꝙ habeatur re ſpectus ad illum, qui emit & ad eius poſteri tatem vſq; ad certum gradum, puta vſq; ad filium, vel nepotes: nō autem oportet ꝙ ha beat reſpectum ad omnes, qui ei ſuccedere poſſunt vſque ad omne tempus, quia ſic res quæ venditur, æſtimari non poſſet.

In quo caſu liceat emere pecuniarios redditus hæreditarie ſeu ad vitam.

Cap. 3.

C *Quæſtio.* TErtio quæritur, an liceat emere pecu-niarios redditus hęreditarie, ſeu ad vi tam? *Solutio.* Ad hoc dicendum, ſecundum A-lex. de Hales, ꝙ talis contractus licitus eſſe poteſt. Ad cuius intelligentiam notandum eſt, ꝙ quadrupliciter poteſt eſſe vitium in contractu. Primo ex cauſa materiali, ſecun-do ex cauſa efficienti, tertio ex cauſa forma li, quarto ex cauſa finali. Primo ex cauſa materiali .i. ex parte rei, quæ emitur vel ven *Quō liceat emere pe cuniariū redditū.* ditur: puta quia res minime vendibilis eſt: vt homo liber, qui vendi non poteſt: nec ſpi ritualia vendi poſſunt, nec etiam vendi pōt aliena res. Et ſecundum hunc modum con-D tractus huiuſmodi ſecundum aliquos uitiā-tur, quia pecunia non poteſt vendi. et intan tum ſecundum eos, talis contractus uitiat̃, ꝙ ab actu emptionis declinat & cōtractum mutui intrat, ex quo non licet ſperare lu-crum, vt patet extra de vſur. c. cōſuluit. Sed tamen poteſt reſpōderi ad hoc, ꝙ in rebus noſtris tria habemus bona. Primo mobilia, ſecundo immobilia, tertio ius vtriuſque. Et ſicut diſtinguitur mobile, & immobile, & ius in vtriſq;: ita ipſum ius uendi poteſt, ſi-cut mobilia & etiam immobilia. Non ergo venditur ipſa pecunia, ſed ius percipiendi redditus ipſos pecuniales. Quãuis aūt pe-E cunia vendi non poſſet, tranſit tamen cum vendito iure. Videmus enim aliquod, quod emi non poteſt, & tamen cum aliquo alio *Quō cedit uitiū in contractibus.* tranſit, quod de iure emi uel vendi valet, ſi-cut iuſpatronatus, quod ſpirituali annexum eſt: & tamen tranſit cum venditione villæ, ſeu feudi, quę de iure vtique vendi poſſunt. Sic in caſu propoſito cōtingit. Venditur .n. ius, quo vendito pecunia tranſit. Ius enim percipiendi quolibet anno talem pecuniæ quantitatem ſuper bonis alicuius uenden-tis ſiue hæreditarie, ſiue ad vitā ipſius emen tis, non eſt pecunia, ſed diſtinguitur unū ab F alio. Verum eſt tamen, ꝙ alia ratione non poteſt vendi pecunia, quam ius patronatus. pecunia et non poteſt uendi, quia medium eſt in uenditione. Sed ius patronatus uendi non poteſt, quia ſpirituali annexum eſt. Se-cundo poteſt eſſe vitium in cōtractu ex cau ſa efficienti .i. ex parte contrahentis: ſicut eſt quando quis fingit ſe emere id, quod in pi-gnus intendit accipere. & tunc a uitio vſu-ræ non excuſatur, ar. ad hoc extra de pign. illo vos. et hoc modo poſſet aliquis dicere, ꝙ hoc vitium eſt: quia tantundem eſt ſic cō-trahere, ſicut mutuare. c. Prou. 10. quolibet anno: ita ꝙ ſic contrahens mutuat indirectè G & emptionem fingens mutuum facit. Poſ-ſet autem dici, ꝙ argumentum non valet, quia in tali contractu non eſt mutuum dire ctum, nec indirectum. Nā ubi mutuum eſt, mutuatus ipſi mutuāti in precio obligatur. ſed in tali contractu precium tranſit, & ius percipiendorum redditũum ſtat in lucro & periculo ipſius emptoris. Poſſet tamen in hoc contractu incidere vitium ex parte cō-trahentis propter cupiditatem & auaritiam eius: ſed hoc non accidit cōtractui ex natu-ra ipſius contractus. Tertio quoq; poteſt eſſe vitium in contractu ex cauſa formali .i. ex parte pacti appoſiti rei quæ tranſigitur, hoc eſt qñ apponitur pactū, quod repugnat H rei, quæ tranſigitur, ita ꝙ ipſa res non pati-tur apponi tale pactum, et hoc modo cōtin git eſſe uitium in ſimonia. Alio modo, quā-do pactum repugnat contractui. Hoc autem eſt, qando cōtractus eſt gratuitus, & tale vi-tium facit eſſe vſuram. Vſura ſiquidē eſt in hoc, ꝙ aliquid exigitur ex pacto rōne rei mutuatæ. Tale autem uitium non in prædi-cto cōtractu eſt, cum ibi non mutuū, ſed ue ra vēditio ſit. Quarto quoq; modo pōt in contractu eſſe uitiū ex cauſa finali .i. ex par te precij, & tale vitiū excluditur ab iſto con tractu, qñ proportionatur precium iuri, qđ venditur.

A venditur. Regulare ſiquidem eſt, ꝙ contractus emptionis, & venditionis illicitus eſt, cum in eo iuris naturalis æquitas nõ ſeruatur. Sed cum talis ſeruatur æquitas, ita ꝙ nõ eſt notabiles exceſſus precij ſupra rem uenditam, nec econuerſo, tunc licitus eſt cõtractus. Non ergo negatur, ꝙ talis cõtractus irritari non poſſet ex parte precij: ſed tamen ſicut vitiari poteſt, ita rectificari. Alio quoq; modo probant aliqui, hunc contractum licitum eſſe, quia licitè poteſt qs emere prædium emptum pro centum libr. & prædiũ emptum poſſet hæreditarie alicui pro ſe &
B pro hæredibus ſuis emi, hoc. ſ. pacto ꝙ recipiens prædiũ obligaretur pro ſe & pro ſuis hæredibus dare quolibet anno centum ſolidos danti precium pro ſe & hæredibus, & ſic mediante emptione & venditione precij talis habet pro. c. libr. c. ſolidos in quolibet anno, & nihil differt in conſpectu Dei, vtrum hoc habeat mediatè uel immediatè.
Prima oppoſitio. contractus ergo licitus eſſe uidetur. Fateor tñ, ꝙ non eſt honeſtus, nec decens, ſicut eſt contractus, quo emuntur redditus prædiales. Sed contra dicta arguunt quidam, dicẽtes hoc ideo nõ licere, quia pecunia ad hoc inuenta eſt, ut medium ſit inter ementẽ & vendentem, & non vt ematur & uendatur:
C propter quod emens vel uendens pecuniã, vtitur ea ad finem, ad quem non eſt inuẽta, & ideo peccat: et maxime quia talis contractus non videtur reduci poſſe, niſi ad cõtractum mutui. Ratio huius eſt, quia cum pecunia non poteſt emi uel vendi, cũ non ſit extremum emptionis vel uenditionis, ſed medium: ſequitur ꝙ non poteſt contractus iſte reduci ad emptionem vel venditionẽ. Certum. n. eſt, ꝙ locatio non põt dici, nec ẽt cõmodatum? ergo ad contractũ mutui neceſſe eſt eũ reduci. Sed in illo vt ſupra patuit, non licet ſperare lucrum. Ad hoc dicendũ, vt dictum eſt prius, ꝙ hic non emitur pecu
D nia, ſed ipſum ius, ideo mutuum dici nõ po
Secunda oppoſitio. teſt. Iterum quoq; opponunt D. ꝙ hic uidetẽ acceſſus lucri ad ſortem. Talis aũt acceſſus, ſeu ſucceſſiuus, ſeu ſimul factus contractum variare non poteſt, quia utrobiq; utitur ipſa vſura, cum vſura ſit quicquid accidit ſorti, ut patet. 14. q. 3. c. pleriq;. Sed ſi fiat acceſſus ſimul, puta ſi qs dat. c. libras, ut recipiat viginti in uno anno, uſura eſt. Eodẽ modo ſi quis dat decem, vt recipiat viginti in duobus vel tribus annis, vſura eſt. Hoc quidẽ cõtingit, qñ emuntur pecuniales redditus in certis annis, lucrum non ſolũ æquatur ſorti, ſed etiam excedit ſortem. & quamuis talis exceſſus per ſucceſſiuam perceptionem redditùum fiat: tñ hoc cõtractum non ratificat, ſed condemnat: quia non differt, utrum talis excreſcẽtia ſimul vel ſucceſſiue recipiatur. Ad quod dicendum, quod hic non eſt exceſſus lucri ad ſortem: quia in venditione, ſicut prædictum eſt, totum de ſorte eſt. B

Articulus Tertius.

De iniuſta & vſuraria venditione temporis, & de triplici pretio mercantiarum.

F

TErtius eſt terminus culpæ. et de hoc Propheta ait, Neq; conuertentur ope rire terram. ſ. iuſti. videlicet ſicut faciunt qui inſatiabili cupidine flagrant, vt ſine termino eorum diuitiæ cumulentur, uendentes terminum ipſi emptori, qui non põt ſtatim ſoluere precij mercantiæ. Ad intelligentiam dicendorum poteſt in re vẽdenda triplex precium cõſiderari. Primum dicitur iuſtificatum & limitatum, ſcm vero augmentatum, tertium autem minoratum.

De triplici pretio iuſto rei vendibilis iuſtificato & limitato pro dilatione ſolutionis. Cap. 1.

G

PRimum precium uendibilis rei dicitur iuſtificatum & limitatũ. Et circa hoc prænotandum eſt ꝙ ſcm Sco. in 4. diſt. 15. q. 2. et ẽt ponitur in ſermo. 32. circa finẽ, et latius in ſermone ſequenti, artic. 1. c. 2. penſatio valoris vſualium rerum uix aut nunꝗ poteſt a nobis fieri, niſi ſecundum coniecturalẽ ſeu probabilem opinionẽ. Et hoc quidem nõ punctualiter ſeu ſub rõne & menſura indiuiſibili in plus & minus, ſed ſub aliqua latitudine competenti, circa quam etiã diuerſa hominũ capita & iudicia in æſtimatione probantur differre. ideo varios gradus & modicam certitudinem multumq; ambiguitatis iuxta opinabilium modum in ſe includit, licet quidam plus & quidam minus. Concordat in hoc Tho. Vnde aduertendum eſt, ꝙ huiuſmodi primi precij. ſ. iuſtificati & limitati, poteſt etiam diſtingui triplex limitatis gradus etiam iuſtus. Primus poteſt nominari pius, ſecundus diſcretus, tertius uero rigidus. Primus eſt precij minoris, ſecundus eſt mediocris, tertius eſt maioris. Verbi gratia, ſint decem petiæ panni eiuſdem bonitatis & artificij, atque expenſæ. harum tamẽ decem

Vide Scotum in 4. diſt. 15. Vide Martinum Nauarum ti. de Cõtractibus. Summa Antonini H

A cem petiarũ propter uaria capita, & diuerſas ſnĩas circa illas a varijs varia æſtimatio fiat, & tandẽ reperiẽtur ipſi æſtimatores circa illas variari, vtputa quidam æſtimabunt quãlibet illarum preci quinquaginta ducatorum: & hoc dici põt precij limes & gradus pius. alij quinquaginta cum dimidio, & talis dici põt limes & gradus diſcretus. Quidam vero alij quinquagintauno, & hoc dr̃ limes aut gradus rigidus & ſeu er⁹. Propter varietatẽ ergo emptorũ & venditorum aliquę iſtarũ petiarum panni pro pecunia numerata vendentur. l. ducatis, aliquæ. l. cũ dimidio, & aliquæ dabuntur pro. lj. Nunc ali-
B quis venit, qui nõ habet denarios vnde præſentialiter ſoluat, dilationẽ ſolutiõis poſcit. Si igitur venditor tunc non ſtatim ſoluẽdus propter hmõi expectationem precium augeat, non tñ vltra vltimũ limitem iuſti precij, ſed ſtat in ſummo ideſt. lj. ita ꝙ quantũcunq; ſolutionem ampliori tpe gratis, ſeu ex pacto expectaret, nunq̃ ob hoc ultra illũ limitem iuſti precij aliquid acciperet: nõ eſt ibi ex vi contractus vſura, ſm ſnĩam magnorum Doctorum. Rõ huius eſt, quia talis non vendit terminũ, nec pp expectationem accipit vltra iuſtũ precium rei, quam vendit: quamuis non faciat gratiã remiſſionis pre-
C cij deſcendendo ad. l. Quod quidem libẽter faceret, ſi ille ſtatim ſolueret. Nam aliud eſt non facere gratiam aliam pro eo quod facit gratiam expectationis: aliud eſt propter expectationem ſimpliciter excedere iuſtũ precium. Stat igĩt talis in limite rigidi gradus, qui adhuc eſt iuſtus. ſed ſi ille ſolueret, ſtatim condeſcenderet vſque ad limitem gradus pij, ideſt, vſque ad quinquaginta.

De pretio augmentato propter dilationem ſolutionis pretij rei emptæ.
Cap. 2.

D SEcundum precium rei venditæ dr̃ augmentatum ſeu multiplicatũ. Quod quidem fit, cum a vẽditore quia emptor de re empta precium non ſoluit ſtatim, ſed terminum petit, vltra debitum iuſtitiæ augmẽtatur: Verbi gr̃a. Vult propter terminũ ſex menſium de qualibet petia prædicti panni. 54. vel 55. ducatos, & q̃nq; vltra, quod quidem manifeſta vſura eſt, vt patet extra de vſur. c. conſuluit. Quod eſt uerũ, ſm Bal. qñ res, quæ emitur aut venditur, conſiſtit in numero, & pondere, & menſura, quia ſolũ in his vſura cõmittitur. Secus ſi vendatur domus vel p̃dium, præſertim tñ cum emptor

Pratiũ augmentatum ex ſolutiõis dilatione et purgatiõe

interim percipit rei emptæ utilitatẽ, vt patet. C. de act. emp. l. curabit. Sed hunc Theologi non ſequuntur, vbi precium rei uenditæ ſit taxatũ, ſm Frã. Marionis. qua rõne ſit ibi uſura, dictum eſt in p̄cedenti ſermone, arti. 2. & in 2. particula. c. 7. Sed quia mercãtes iniuſti ad excuſandas excuſatiões in peccatis pro ſe habere conãtur quaſdam in hoc defenſiones, ideo de eis cum rñſionib⁹ ſuis aliquas ſubiungamus. Primo equidẽ dicũt, ꝙ mercatori lucrari licet, ex quo pro cõi utilitate laboribus & expenſis & multis periculis ſe exponit, vt. ſ. in prin. præcedẽtis ſermonis dictum eſt. quare iuſtum eſt, vt inde reportet competẽs lucrum officio ſuo. Sed F
hoc facere non põt, niſi vendendo merces ſuas ſic precium taxet, ꝙ penſatis oĩbus laboribus periculis, & expenſis circa merces ſuas factis vel fiendis lucretur decẽ, uel quindecim pro centenario. hoc quoq; agere nõ põt, niſi pro expectatione ſolutionis uſque ad hoc augeat precium ſolutionis mercium ſuarũ, ut. l. penſata hmõi expectatione cum cæteris circunſtantijs lucretur finaliter ipſa decem vel quindecim. Ad quod tripliciter rñdetur. Primo dicendum eſt, ꝙ licet mercator, ſicut dictum eſt, ꝑpter dictas cauſas lucrari poſſit, non tñ modo illicito, ſicut cõ- G
tingit uendendo terminum & obſeruando alios illicitos modos. Item ſc̃do ſicut intuẽtibus licita patet ex prædictis, ſequeretur ꝙ dato ꝙ mercator merces ualoris. c. ducatorum pro mille ducatis emiſſet, tunc ſm p̃fatam poſitionem poſſet per quemcunq; illicitum contractum eas licite uendere ſic, ꝙ vltra mille ducatos lucraretur decẽ uel quindecim pro centenario, quod patẽter irrationabile eſt. Item ſequeretur tertio, ꝙ ſi in terra uel tpe maximæ cariſtiæ merces ſuas magno precio emiſſet, poſſet propter hoc ĩ loco uel tpe, in quo merces illæ eſſent uiles, vendere illas precio maiori q̃ emiſſet ſaltẽ H
propter expectationem ſolutionis, quod quidem manifeſtè abſurdum apparet atq; iniuſtum. Secundo ẽt dicunt, ꝙ non intendunt merces ſuas carius vendere propter tp̄s, ſed propter recuperandum damnũ, quod ex dilatione ſolutionis incurrunt: quia ſi prædictos denarios ſtatim poſt mercium uẽditionem haberent, poſſent cum illud multũ lucrari, quod facere non poſſunt, quia ſtatim non ſoluuntur. Ad quod ẽt tripliciter rñdetur. Primo dr̃, ꝙ ſi talis uenditor inde lucrari poſſet, poſſibile ẽt foret non lucrari, inſuper & perdere capitale. Nunc aũt, quia non ſtat in periculo talis dãni, non põt ſtare in

Quõ libatio.

certitu-

A certitudine talis lucri. Inſuper & ſecundo, quia hr̃et lucrum de re non ſua. ſ.de mutuo dato in ẽptione. Propterea tertio mercator non põt in pactũ deducere recõpenſationẽ dãni, qđ cõſiderat̃ ex hoc ꝙ ſua pecunia nõ lucrat̃, cũ non põt uẽdere quod nondũ eſt: & põt ab habendo multipliciter impediri, ſm Tho. Tertio quoq; dicunt hoc facere, quia ſæpe apparet ꝙ debitores non ſoluunt in termino aſſignato, & circa requiſitionem taliũ denariorũ oportet eos facere expẽſas magnas. Ad hoc dupliciter rñdetur. Primo dr̃, ꝙ licet multi quib⁹ termin⁹ conceſſus ẽ,
B in termino non ſoluunt: multi tñ ſunt, qui ĩ termino aſſignato ſoluunt: & tñ p̃ciũ, qđ propter tp̃s mercib⁹ additũ eſt, non minuit̃ ab his qui ĩ dato termĩo ſoluũt: quare ęquæ utriſq; vendere terminũ, ĩequalitas & iniuſtitia eſt. Scd̃o dicendũ, ꝙ concedit̃ ex̃ de ſi deiuſ.c.peruenit. ꝙ rõne itereſſe ſi debitor non ſoluit in termino ſibi dato, ꝙ creditor tunc ſeruari dẽt indẽnis: nec tunc eſt ibidẽ vſura, cũ vſura ſit, qa rõne mutui ſperaſti lucrũ. hic aũt talis excreſcẽtia nõ recipit̃, niſi rõne dãni vitãdi, nõ lucri habẽdi. Quarto inſup dicũt ꝓpter ĩpotentiã & inopia hoc facere ipſorũ emptorũ. Nã ſi uellent uendere abſq; p̃dicti termĩ dilatione ꝓpter dena-
C riorũ indigentiã & paupertatẽ multorũ, raros poſſent reperire emptores. Ad qđ dicẽdũ, ꝙ doloſa ẽ mĩa iſta, quæ ſub ſpẽ pietatis ae ſubſidij charitatis cõtra ꝓximũ ĩdigentẽ crudeliter ſerpit. Et vbi fingit ſe ĩtẽdere pietatẽ principaliter, ſolũ quęrit & intendit ꝓpriũ lucrũ & cõmoditatẽ. Secundo dicendũ eſt, ꝙ non eſt hic pietas, ſed ĩpia crudelitas, ſub ſpẽ pietatis addere ĩdigentiã indigenti: ꝙ eſt ei, qui nõ p̃t ſtatim ſoluere, operã dat̃ per precij augm̃, ꝙ tardi⁹ & difficilius poſſet ſoluere, quod tenet̃. Tertio dicendũ, ꝙ tũc nempe op⁹pium erit & dicet̃, qñ abſq; precij augmento ſolõni p̃ſtaret dilationẽ, ſicut
D ĩ pricipio p̃ñtis ſermonis dictũ eſt. Quinto dicunt, ꝙ hoc faciunt ut conſeruent ſe in tali mercatione: cum multi ſint, qui ẽt poſt datam dilationẽ nunq̃ pretiũ ſoluunt. Talibus utiq; rñdendũ eſt, ꝙ eorum conſcia bene p̃t ſtare merito inquieta, cum de tali termino dato culpã habeant & aĩam cum ſubſtantia perdant. hoc ſolum bonũ ſibi ultimo reſeruantes, ꝙ non ꝓximo de ſua ſubſtantia, ſed diabolo de ſua aĩa ſatisfacere obligantur. Notanter autem aduertendum eſt, ꝙ ſi quis intelligere uelit qñ in quolibet mutuo uero uel interpretato uſura ſit: ſemper recurrendum eſt ad ipſum tp̃s, in quo contractus, & uſuraria mutuatio facta eſt, prout refert̃ ad tempus ſolutionis, pro quo facta eſt: Verbi gr̃a, Tradidi tibi modium frumẽti in Natali, ſm ꝙ ualebit in Pentecoſte, quia traditionis tempore creditur probabiliter in Pentecoſte amplius ualiturum: tunc quicquid plus uſurario modo accepero, ſatisfacere teneor, & non plus, neque minus. & hoc ſiue pluſquam accepero ualeat, ſiue minus quã in Penteco. valuerit, & ſic de conſimilibus. E

De impijs mercatoribus immo deſtructoribus ciuitatum qui vendunt merces quas ſtatim pro minori precio recepturi ſunt. & de remedijs dandis artificibus vt cum ſalute animæ non obſtantibus illis iuſtè lucrari poſſint. Cap. 3. F

TErtium uero precium rei uendendæ dicitur minoratum, ſicut patet in uendendo pannum vel equum pro centũ florenis ei, qui mox eſt ſibi reuenditurus ꝓ xc. Primus enim dominus panni uel equi, tradidit illi xc. flor. & quandoque. lxxx. Ille uero qui primo emit, nihil tũc ſoluit primo domino rei. Patet igitur, ꝙ ideo ſecundus reuendidit primo uendenti pro precio ſatis minori, quia ſub quadam mutui ratione potiusquã ſub reali ueritate ſolutionis tradidit ille ſibi. xc. vel lxxx. ab eodem debens rehabere centum, quos quidem ipſi primo uendenti non ſoluit. Ideo talis contractus uſurarius eſt, & omnium malignitate ac duplicitate plenus. Et talis contractus eſt ille, de quo ſup. in ſerm. præce. in ſi. 2. c. plenius dictum eſt. Aduertendum eſt tñ, ꝙ ſi quis abſq; intentione reemendi rem a ſe uendẽdam abſque fraude uendidiſſet equum pro c. florenis, & tamen ab emptore ſimiliter cuicunque emere uolenti reemeret illũ ſimpliciter pro minori precio, non eſſet uſura, poſſet tamen eſſe peccatum iniuſti precij. Poſſet ẽtiam in hoc reemptio taliter circũſtantionari, quod non eſſet ibi peccatum minorationis iniuſtæ: tamen talis contractus fieri ſolet in fraudem uſurarum. ideo hoc ultimum non eſt utile prædicare, niſi cum iſta additione. Sed cum prædicti ementes precio minorato ſint artium & legitimarum mercationũ, inſuper & ciuitatum ꝓ cõmodo proprio deſtructores: qđ remediũ dabit̃ laniſicib⁹ & alijs mercatorib⁹, quę ob illud preciũ ultra iuſtitiam minoratum nequeunt uendere pannos aut merces ſuas,

Pręciũ rei uendite qñ dr̃ minoratũ G

H

quia

A quin multum amittant de capitali, ſi ad terminum plus vendere volunt dictas merces, quandoq; etiam niſi vendant ad terminum non poſſunt reperire emptorem? Inſuper talis eſt in ciuitate quandoq; conſuetudo pro cõi bono iam longo tẽpore introducta. Ad hoc autem dicendum eſt, ꝙ ſi talis cõſuetudo de ſolutionis dilatione introducta ſit ꝓ cõi bono, & non in fraudem vſurarum, ſed pro expeditione mercantiarum: tunc diſtinguendum eſt: quia aut mercator uẽdit merces ſuas ad terminum ultra quantitatem iuſti precij propter ipſam expectationem, aut

Quõ attẽditur conſuetudo & ſolutionis dilatione.

B ſm iuſti precij quãtitatem. Si primo modo, non eſt dubium quin cõtractus. vt ſupra dictum eſt, vſurarius ſit, cum in eo expectatio temporis ſub precio iniuſto cadat, contra. c. conſuluit. ex. de vſur. Si uero ſcdo modo, qa ſm quantitatẽ iuſti precij vẽdit, licet terminum tradat & pro termino ꝑcio maiori uẽdere uideatur, non tñ eſt ibi uſura. Nec primo obſtat, ſi pro minori precio daret, ſi ſtatim ſibi pecunia ſolueretur. Quod quidẽ ꝑt per ſimile in alijs debitis apparere, quemadmodum ſi alicui aliquid debeatur ad certũ terminum, qñ de eo quod eſt ſibi debitũ aliquid dimitteret, ſi reliquum citius ſolueretur. Conſtat nẽpe, ꝙ ille dimittere ſibi poſſet, & tñ ab uſura immunis eſſet, concord.

C Gerar. Ob. Ideo dicendum, ꝙ licet ſit uſura plus accipere pp tẽporis dilationem, ſicut dictum eſt: non tñ eſt vſura, qñ creditor precium minuit, ſi ſtatim ei ſoluitur propter tẽporis breuitatẽ. Nec ſecundo ẽt obſtat, ſi qs dicat ꝙ ad denarios numeratos illa mercantia tñ nõ poſſet uendi, quantũ cum ꝑdicto termino aſſignato, & ꝙ res tm̃ ualer quantũ uendi ꝑt. ff. trebell. l. j. §. ſi hęc res. liẽ quod licet plus conſtiterit, ſi cũ tali termino plus uendatur, q̃ cum denarijs numeratis poſſet vendi, illud plus recipitur ultra ſortem. Ad hoc dicẽdum, ꝙ ſi ꝑſuppoſitis prius dictis,

D quod non ex natura contractus ẽt mercantiæ, ſed ex malignorũ mercatorum malitia in vendendo illicito modo terminũ, & minorando iuſtũ precium, licet obſeruet̃ iuſtę mercationis via: tñ iuſtis mercatorib⁹ relinquitur ſemita, quãuis ꝑbumbrata & arta, ꝙ licito modo mercari poſſunt. Proinde reb⁹ ſic conſtantib⁹, ſi lanifex & mercator tm̃ uẽdit pannos, & merces ſuas ad terminũ, pro quanto venderet ad denarios numeratos, ſi prædictæ impietates ceſſarent, non ſibi ędificat ad gehennam. Et cum dr̃, quod tm̃ res ualer, quãtum vendi ꝑt. Dicendum, ꝙ verũ eſt, ſi pro tanto quantũ valet, permittat̃ vendi, & non obſtent malitiæ ꝑdictę. His cõcor

E dat Tho. in quadã ſua rñſione, cum foret de hac materia requiſitus. Deniq; ante tꝑs tem poris breuitate placeat breuiare ſermonẽ, vt famelici die craſtina conueniamus tẽpeſtiuẽ ad multa conſideranda, q̃ de emptionib⁹ & venditionib⁹ vtilimẽ tractanda ſunt, hoc præſtante Dño Ieſu Chriſto, qui veritatũ hñs clauẽ aperit & nemo claudit, claudit & nemo aperit, cui cũ p̃re & ſpũ ſãcto ſit honor & gloria in ſecula ſeculorũ, amẽ.

F

FERIA SECVNDA poſt iiij. Dominicam Quadrag.

Quo precio examinari debeant res venales & de culpa uendentium res maculatas.

Sermo XXXV.

INuenit in templo vendentes, Io. 2. & in euangelio hodierno. Porrò ad ea, q̃ de mercationib⁹ dicta ſunt, alia q̃dã occurrunt, q̃ ꝑteriri non debẽt:

G non ꝙ iterãda ſint q̃ dicta ſunt, ne faſtidiũ generent (qđ abſit) quæ ꝓferunt pro aĩarũ ſalute: ſed qa materia mercantiarũ ampla & vtilima eſt, plura ſupra intacta tractare neceſſe eſt. Cęterũ ſummopere cauẽdũ eſt, ne inueniat Dñs uendẽtes & emẽtes in tẽplo: ſicut in verbo ꝓpoſito de Iudęis trãſgreſſorib⁹ Ioh. ait. Nẽpe in tẽplo uendere uel emere, pctm̃ eſt. Vnde myſticẽ deſignat̃, qđ in tẽplo eccleſię Dei, cũ Dei offenſione, minimẽ mercandũ ſit. Huius quidẽ rei difficultatẽ ꝓpheta aduertẽs in pſal. 7. ait. Qm̃ nõ cognoui negociationẽ, introibo i potentias Dñi. Dñe memorabor iuſtitiæ tuæ ſolius. Quod ꝑt eſſe aliud thema in præſenti ſermone. vbi

H ꝓpheta oſtendit tria neceſſaria eſſe mercãti atq; negocianti, ut nõ offendat in tẽplo cõſciæ ſuæ, aut in tẽplo eccleſię Dei. Primũ eſt intelligentia clara, ſm eſt intẽtio recta, tertiũ memoria ſana. Primũ eſt intelligentia clara: iõ dicit, Qm̃ non cognoui negociationẽ. hęc lr̃a eſt Caſſio. Textus aũt nr̃ habet, Qm̃ non cognoui lr̃aturã: Non cognoſcere aũt lr̃aturã, ſeu negociationẽ, eſt non tm̃ intellectũ hr̃e in negociationib⁹ implicatum, qđ ſicut fieri ſolet, intelligẽtia ſit i eis oĩno obruta atq; ſubmerſa & a lumine verę fidei aliena. Scđo ei neceſſaria eſt intẽtio recta. ſ. ad Deum.

Tria mercãti ſunt neceſſaria.

A ad Deũ. Vnde ſubdit, Introibo in potentias Dñi. quę. ſ. ſunt potentiæ æternales, non deficientiæ tꝑales. Tertio eſt ibi neceſſaria, memoria ſana: iõ ait ꝑs. Memorabor iuſtitię tuæ ſolius. i. vltimi iudicij, qñ de iuſtitia miſericordiã comitem non habebit, qñ implebit quod ipſe per prophetam ait. Cũ accepero tꝑs. ſ. iudicij, ego iuſtitias iudicabo. Sed quid actur' eſt Deus contra nequitias, qũ ipſe iuſtitias iudicabit? Hæc tria negociator obſeruans i tẽplo Dei minime offendit. Ad hoc qdem ſeruandũ circa venditionum & emptionũ contractus talis regula, ſm Sco. vbi ſup. ante oĩa prænotanda eſt. Regula. Dñi rerũ iuſtè eas uendunt uel emũt, ſi ſine B fraude ſeruent æqualitatẽ ualoris in vẽditis & emptis ſm rectã rõnem. Quæ regula hẽt exponi in emptionibus & uenditionib', ſicut. ſ. in ſerm. 32. c. vlt. de permutationibus expoſita eſt. ſed ultra prædicta pro huius regulę declaratione & pro triplici arti. pręſentis ſerm. per ordinem quærantur tria.

Regula.

Articvlvs Primvs.

Sub titulo quæſtionis vbi quæritur vtrum res pluſquam valeant licitè vendi poſſint ſeu etiam minus emi.

C Primo quæratur, an res plus q̃ valeant, licitè poſſint vendi, ſeu ẽt minus emi? Ad cui' qõnis intelligentiam primo tria per ordinẽ prænotanda ſunt: ſecũdo uero quæſtioni reſpondendum eſt: tertio reſpõdemus ad ea, quæ dici poſſent nobis circa hæc.

Quod ad ſolutionẽ quæſtionis tria ante omnia prænotanda ſunt. Cap. 1.

Primo inquam tria per ordinẽ pręnotanda ſunt. Primo, notandum eſt, ꝙ ualor rerũ dupliciter ſumi D ꝑt, ſm Sco. in 4. di. 15. c. 4. Prim' eſt valor naturalis, ſcđs eſt uſualis. Primus inquam valor eſt naturalis. i. ſm bonitatem naturæ a Deo i re creata. & hoc modo mus, formica, vel pulex, plus ualẽt q̃ panis, quia hñt vitam, aiam, & ſenſum, ſed non panis. Secũdus valor dr̃ uſualis, qui. ſ. ſumit̃ in reſpectu ad uſum noſtrum. & hoc modo quãto aliqua ſunt uſibus noſtris utiliora, tanto amplius ualent. & ſecũdum hoc panis plus valet, quam mus vel bufo. Quia autem emendi uel uendendi actus ad uſus humanæ uitæ merito ordinãtur. Inſuper ſunt quidam uſus humanæ uitæ, ideo in eis ualor ve- E nalium rerum, ſecundo modo ſumitur, & non primo modo. Secundo quoq; prænotãdum eſt, quod huiuſmodi valor uel uſus venalium rerum etiam tripliciter conſiderari poteſt. Penſatur. n. in re uenali, primo eius uirtuoſitas, ſecundo eius raritas, tertio eius complacibilitas. Primo inquã penſatur eius uirtuoſitas: videlicet ſm ꝙ res ex ſuis realibus uirtutibus & proprietatibus eſt noſtris utilitatibus uirtuoſior & efficacior, & hoc modo optimus panis triticeus plus ualet ad noſtrum uſum quam hordeacius: & fortis equus ad uictoriam uel bellum, plus quam aſinus uel roncinus. Secundo penſatur rei F uenalis raritas. i. ſecundum quod res ex ſuæ inuẽtionis raritate & difficultate magis nobis neceſſariæ ſunt, pro quanto uidelicet ex earum penuria maiorem ipſarum indigentiam, & minorem facultatẽ habendi & utẽdi habemus. Et ſecũdum hoc idem bladum plus ualet tempore cariſtiæ & penuriæ ſeu famis, quam tꝑe quo multum apud oẽs abũdat. Sic quoq; quatuor elementa apud nos precij uilioris æſtimantur propter eorũ copiam, quam aurum & balſamum, quãuis illa de ſe magis ſint neceſſaria noſtrę uitæ. Tertio penſatur rei uenalis cõplacibilitas. i. ſecundum quod magis uel minus bene pla- G cita eſt uoluntati noſtræ in habẽdo illam, & uti illa. Vti. n. put hic ſumit̃, eſt rẽ in uolũtatẽ facultatis aſſumere uel hr̃e: & iõ non modica pars valoris utibiliũ rerũ ex bñplacito volũtatis pẽſat̃, ſiue pl', ſiue min' cõplacẽtis i uſu hui' vel illius rei ad illã hñdã ad nutũ, iuxta qđ unus equ' gratior ẽ uni, & ali' alteri; & unũ ornamentũ uni, & aliud alteri, & hoc mõ un' rẽ alteri uiliorẽ multũ appciat̃ & ſibi reputat precioſam & carã, & ecõtra. Tertio ꝑnotandũ eſt, ꝙ hmõi penſatio ualoris uſualiũ rerũ, ſicut patuit. ſ. ſerm. 32. arti. 3. c. 3. et ẽt in ꝑceden. ſerm. arti. 3. & c. 1. patet, vix aut nunq̃ ꝑt a nobis fieri, niſi p cõiecturalẽ & ꝓbabilẽ opinionẽ, & hoc nõ pun H ctaliter ſeu ſub indiuiſibili rõne ac mẽſura ĩ plus & min', ſed ſub aliqua latitudine cõpetẽti reſpũ tꝑm, locorũ, & pſonarũ: circa q̃, vt dictũ ẽ, diuerſi diuerſimodè eſtimãt res.

Valor rerum duplex.

Q̃uo res pēſari debent.

Quid reſpondendum eſt ad præſuppoſitam quæſtionem. & ꝙ valor rerum tripliciter innoteſcit. Cap. 2.

Secundo aũt qõni rñdẽdum eſt, ad quã ſaluo meliori, iudicio prænotatis pręcedentibus reſpondemus, ꝙ res non pñt licitè

A licitè vendi plus q̃ valeant, nec ẽt min⁹ emi penſato eorũ valore in reſpũ ad uſum nr̃m & ad ,pbabile iudiciũ humanæ æſtimationis mẽſurantis valorẽ rei infra limites latitudinis cõpetentis. Quæ autẽ ſit latitudo iſta, & ad quid ſe extẽdat, tripliciter i noteſcit. Primo iure, ſc̃do cõſuetudine, tertio diſcretione. Primo inq̃ innoteſcit iure. Iura.n. cõtractũ reſcindunt, qñ emptor vel vẽditor vltra dimidiũ iuſti precij defraudat̃, quia tunc cõtract⁹ ẽ nullus, & eſt p iudices irritandus: nihilom⁹ ſi iſra illud appareat notabilis fraus, eſt corrñdẽs reſtõ facienda, ſm Sco. in 4. di. 15. q. 2. & hr̃. s̃. ſerm. 32. c. vlt. Hoc aũ t itelli
B go, ſi defraudat⁹ hmõi exceſſum ignoret: qa ſi ſciens & aduertens q̃titatẽ exceſſus libere cõſentit i tale pciũ & contractũ, iã nõ eſt defraudat⁹, quia pt rẽ ſuam abſq; oi precio dare: ſic ſm bñplacitũ ſuũ põt ẽt eam ,p ſua centeſima parte iuſti precij cõdonare: nec i hoc fit ei aliq̃ iniuſtitia, niſi fortè conſenſus eius fieret ex aliqua quatuor cãſarũ, de quib⁹. s̃. ſerm. 33. arti. 2. & 3. particula. 3. c. dictũ ẽ, ad ſi. De hac ẽt materia hr̃ in gl. 10. q. 2. hoc ius. vbi dr̃; ꝙ ſi i uenditione pl⁹ offerat̃ q̃ res valeat, eccleſia recipere non pt, nec dẽt, ſed tm̃ iuſtũ precium, ſi predicta gl. rectè intelligat̃, ſm Archi. i c. prealleg. & ſm Bal. in l. in cãę. §. Põponius. ff. de minor. licet lex dicat,
C ꝙ contrahentes ſeinuicẽ pñt decipere, nam eccleſia i ſuis contractib. nõ dẽt dolum facere, ex̃ de dona. per tuas. Rõ vero, quare lex totaliter hanc ęqualitatẽ nõ ,phibet ẽ, quia ſm Tho. lex dat populo, i quo ſunt multi a virtute deficientes. vnde ſolũ mõ ,phibet ea, q̃ deſtruunt humanũ cõuictũ. Alia aũt quodãmõ permittere vr̃, qa nõ punit ea. punit .n. tm̃mõ exceſſus magnos, ut cũ quis deceptus eſt ultra dimidiũ iuſti pcij: tunc qdẽ ad reſtõnẽ cogit. Verũ eſt vbi abſq; ſcãdalo pueniri pt alias nõ tolerat.n. eccleſia crimen pp ſcandalũ. vt patet. 4. diſ. deniq;. & 7. q. 1. quotiens. & 9. q. 1. ordinationes. ꝙ 24. q. 4.
D ipſa pietas & c. non põt. Similiter rõne multitudinis, ut patet. 50. di. vt conſtitueret̃ & in oib⁹. c. preall. Sed lex diuina, q̃ non ſolũ dat̃ populo, ſed ẽt virtuoſe, nihil ipunitũ relinquit, qđ contrariũ eſt uirtuti. Iõ ſm diuinã legem illicitũ reputat̃, ſi emendo vel vendẽdo ęqualitas non ſeruet̃. Vnde tenet̃ qui pl⁹ recipit, ei recõpẽſare, qui dãnificat⁹ eſt, ſi ſit notabile dãnũ. Parua quidẽ additio uel diminutio æq̃l t tẽ iuſtitiæ tollere non videt̃. Hæc no. ſm Tho. Inſuper eſt notãdum, ꝙ ſi res minus dimidia parte iuſti precij cõparatur: in ptãte emptoris eſt ſupplere precium iuſtum uel recedere a contractu. ex̃ de emp. E
& ven. c. cũ dilecti. De hac materia habetur ſerm. 10. arti. 2. c. 1. Secũdũ quoq; Sco. vbi s̃. hmõi latitudo conſuetudine innoteſcit. Nã ſicut per experientiã patet, conſuetudine relinquit̃ ipſe permutantib⁹, ꝙ pẽſata mutua neceſſitate reputent ſe mutuo dare æquiualens & hinc & inde recipere. Durum quidẽ vr̃ inter hoĩes contract⁹ eſſe, in quib⁹ cotrahentes non intendant aliqd de rigore iudiciali ſibi mutuo relaxare, vt ,p tãto oĩm cõtractum cõcomitet̃ aliqua donatio vera. Et ſi iſte eſt mod⁹ cõmutantiũ, fundat̃ quaſi ſuper legẽ naturę: dicentẽ, hac hoc alteri qđ, tibi vis fieri. Satis igit̃ ,pbabile eſt, ꝙ nõ qñ F
contrahentes mutuo ſunt contenti ſibi mutuo remittere uolunt, ſi aliquo modo, nõ tñ enormi deficiunt a iuſtitia iſta. Tertio quoque patet diſcretione, ſm Tho. 2. 2. q. 77. carius uendere & uilius emere rẽ, q̃ valeat, eſt illicitũ & iniuſtũ, niſi res q̃ uendit̃, in detrimentũ cederet uenditoris, qui de illa re magnã indigentiã hẽt. Proinde in tali caſu iuſtum preciũ erit, ſi non ſolũ reſpiciat̃ ad rẽ, q̃ uendit: ſed ẽt ad damnũ, quod uẽditor ex uenditione incurrit, & ſic licitè pt rem uendere plus q̃ ualeat ipſi venditori. Aduertendũ eſt tñ, ꝙ licet multũ iuuet̃ emptor ex re, q̃ emit, ſi uenditor non dãnificat̃ ex carẽtia ei⁹: non tñ pt propter hoc preciũ augeri, qa G
vtilitas quæ ſuperuenit emptori, non eſt ex cõditione uendentis, ſed ementis. Et quidẽ iniuſtũ eſt alteri uendere, quod non eſt ſuũ: ſeu uendere ementi, qđ eſt ementis. cõcor. Sco. vbi s̃. addens, ꝙ idem dicendum eſt de permutationibus. Põt ẽt addi illud, de quo s̃. ſerm. 33. arti. c. 2. & i. 3. particula. c. 7. Oĩa at ſupradicta de permutationib. ſicut de ẽptionibus & uenditionibus intelligẽda ſunt, & econuerſo, ſicut patet in ſerm. 32. art. 3. c. 3.

Vide quæ hab. D. Thom. à quo accepit Silueſter 22. q. 77.

Reſpondetur ad tria obiecta quæ fieri poſſunt contra prædicta. Cap. 3.

Tertio quoq; ad tria, quę obijci pñt, reſpondeam⁹. quęrebat̃.n. i ,ppoſita qõne, an res licitè poſſent pl⁹ uendi q̃ ualeant, uel ẽt minus emi? Et primo obijcitur contra qõnem, ꝙ ſic. Nam licitum mihi eſt rei meæ ſtatuere precium, quod ego uolo: nec aliquod ius compellit me dare uel commutare rẽ meã abſq; precio mihi placito & a me pretaxato. Sicut ecõtra nullus cogit̃ rẽ alteri⁹ emer vltra pciũ beneplacitũ ei. ſi igit̃ cõtract⁹ emendi & uẽdendi merè uolũtari⁹ ẽ: igit̃ taxatio pcij uenaliũ rerũ merè uoluntaria erit, & per cõſequẽs ſortiet̃ ius & forũ H

Obiectio prima.

merè

A mere voluntarium, iuxta illud vulgare ac legale dictum, tm̃ res valet, quantum vendi pôt. Ad hoc dicendum, ꝙ licet de iure non cogar rem meã vendere: cogor tñ in actu, & contractu vendendi formã, & regulam iuris & iuſtitiæ, & æquitatis debitæ ſeruare: & iõ in effectu vẽdendi licet mihi rei meæ iniuſtum pretium ponere, & accipere: quia tũc non impono, vt ſimpliciter meæ, ſed vt in alterũ commutandę. H mõi aũt impoſitio efficaciter ſeu commutatiue includit acceptionem pretij præualẽtis. accipere autem pualens, eſt iniuſtũ, quia inæqualitatẽ includit. Præterea, ſm Hoſti. licet aliquis ab initio
B cogi ñ poſſet rem ſuã vendere, vel alienã emere, vt patet extra de contrah. emp. l. dudũ. ſi tñ expoſuerit rem venalẽ, & ptium offeratur, ſi pro iuſto pretio dare non vult, cogi pôt per iudicem, ꝙ iuſto pretio vẽdat. ff. de offi. præfe. l. 1. §. cura carnis. Secũdo vero obijcitur, ſi res non pñt, plus vendi q̃ valeant, vel minus emi, fere tota cõitas vendẽtium contra iuſtitiã peccaret: quia quaſi oẽs volunt care vendere, & vile emere. Dicendũ ꝙ hoc non eſt verũ de cõitate iuſtorũ, ſed de ſola cõitate iniuſtorũ, & cupidorũ: iuſtus nẽpe non vult contra iuſtũ ptium
C aliqd vẽdere, vel emere, inquantũ iuſtus: ſecus de iniuſto, q oĩa vult, licet iniuſta. Tertio obijcit, ꝙ ſm ordinem iuris, & iuſtitię, & charitatis, cõe bonum præferri dẽt priuato, vt patet in auth. res, q̃. C. de lega & l. cõia. & in c. bonæ. extra de poſtu. præla. ſed cõi ſaluti hoĩum prolapſum expedit, ꝙ taxatio ptij venaliũ rerũ, non ſit pũctalis, nec ſm abſolutũ rerũ valorẽ, ſed potius ex cõi conſenſu vtriuſq; partis vẽdentiũ. ſ. & ementiũ ptaxetur libere. Hoc. n. minora pericula pcĩ fraudũ includit, illud vero vix pôt fieri ſine pcõ, qa pũctal. & abſolutus valor rerũ vix poſſet fieri ſeu alicui certitudinaliter pa
D tet ad plenũ. ergo vt dictũ eſt, expedit hæc taxatio, &c. Et de hoc ẽt ſup. dicebat ſerm. 32. c. vlt. Ad hoc ẽt dicendũ eſt, ꝙ ſi cõſenſus vtriuſq; partis i tale pretiũ, vel taxationẽ non pôt cenſeri inuolũtarius rõne ignorãtiæ, & imperitiæ aut rõne leuitatis mẽtis apertæ vel præſumptæ, aut rõne cuiuſcũq; magnæ egeſtatis, aut rõne neceſſitatis ad hoc compellentis: tunc ratio pdicta bene procedit vtrumq; tunc concludit, aliter nõ. Licet eñ æſtimatio noſtra in taxando rei pretium, ſeu valorẽ, non ſit punctualis, nihilominus pôt, & dẽt illud ſub congruis litibus mẽſurari, alias excederet congruam, & probabilẽ menſuram, & ẽt regulam rõnis.

ARTICVLVS SECVNDVS. E

Sub titulo ſecundæ quæſtionis, in qua quæritur quis valor in rebus, ſeu quæ obſequij vtilitas in contractib. taxari dẽt.

PRo ſecundo art. quæri pôt, an ſm valorẽ vtilitatis ementium, vel quodcumque obſequium more conducti o reci piẽdum poſſet pretium taxari, vtputa ſi potio, vel herba medicinalis valeat me liberare a morte, & reſtituere impretiabilem ſanitatem: an dans iuſte poſſet a me exigere pretium ſanationi æquiualens vel impreciabile: Dicendum ꝙ ſi pretium rerum noſtræ F vitæ neceſſarium taxaretur ſm æquiualentiam eius, ad quod particulariter cõfertur nobis, quodlibet talium pretium quaſi impreciabile eſſet. Nam cyphus aquæ homini ſitienti, aqua carenti morituro, valet in caſu iſto infinitam ſubſtantiam auri, & longe amplius. Non ergo debent res hoc modo taxari, quod probari poteſt triplici ratione. Primo ratione nequitiæ, ſecundo ratione iuſtitiæ, tertio ratione eminentiæ.

G

Quod propter tria nequitia eſset taxare pretium rerum, ſecundum vtilitatem quã cõferunt illis qui eis vtuntur. C. 1.

PRimo inquã pretium venalium rerum non eſt taxandum prædicto mõ rõne nequitiæ. Tria eñ mala ex hoc ſuperuenirent. Primum, quia hoc haberet inæqualitatem: ſm, quia induceret importabilem difficultatẽ: tertium, quia euacuaret oẽm pietatem. Primo, quia haberent inæqualitatem. Cum. n. in contractibus ciuilibus, & humanis finalis ratio ſit cõe bonum, idcirco taxationis pretiorum æquitas fuit, & eſt menſuranda per reſpectum ad cõe bonum, & prout expedit cõi bono, quia nihil iniquius eſt, quã pro particularibus, & priuatis commodis, cõi & vniuerſali bono præiudicare, qđ vtique fieret, ſi res dicto modo taxaretur. Præterea quodcumq; commodum, qđ ex empta re conſequit emptor, oĩno extra ipſum vendentem eſt, & illud commodum, quod conſequitur emptor, oĩno cõſequitur vt ex re ſua. Præterea ſi vẽditor ex hoc cõſeq̃tur aliã maiorem vtilitatem, conſequitur ex re oĩno non ſua: qđ vtiq; inęqualitas eſſet atq; iniuſtum. Secundo inſuper eſſet malũ, quia induceret importabilẽ difficultatem: nã in hoc ipſo pticularis diſſolutio forti⁹, & dif- *Pretiũ rerũ venalium, quo taxandũ.* H

A ſicilius cõtinetur, & importabile onus, qđ
& in ꝓpoſito ſpãlius declarari põt: v.g. Si
ꝑ pugillo aquę vel ignis mihi ſumme neceſ
ſarij, teneor tibi dare quãtũ valet vita mea,
ad q̃ mihi confert: tunc eadẽ rõne in conſi
mili caſu tu pro pugillo aquæ tibi ſimiliter
neceſſarię tãtumdẽ tenebaris mihi dare. qđ
vtiq; iniquũ & intollerabile onus eſſet. Ter
tio quoq; malũ eſſet, quia euacuaret oẽm
pietatẽ. nã tale æquitatis genus miro modo
oĩs pietatis, atq; humanitatis eneruatio, &
eradicatio eſſet, præcipuè in caſib. ipſius ne
ceſſitatis maiori humanitate & pietate indi
B gẽtib. Abſit ãt, ꝙ virtuoſa & vera ęqtas pie
tati, & humanæ ſocialitati ſic ĩpie aduerſet̃.

Quod eſſet iniuſtum, & contra cõe bonum taxare res, & obſequia ſecundum vtilitatem, quam cõferret, & ſecundum quẽ modum prædicta taxanda ſunt. Cap. 2.

SEcundo quoq; ꝑtiũ rerũ ñ eſt ta
xandũ ꝑdicto mõ rõne iuſtitiæ.
Quia ei pretiũ rerũ, & obſequio
rũ, ſicut prędictũ eſt: eſt taxandũ
ad ordinem cõis boni. Iõ in hmõi primo &
principaliter attẽdẽda eſt cõis taxatio & ę-
C ſtimatio a cõitatib. ciuilib ſcã cõiter, q̃ qui-
dẽ in hmõi cõprobat̃ tres circunſtãtias ob-
ſeruare. Primo ei obſeruat q̃ndã lr̃alẽ ordi-
nẽ vtibiliũ rerũ, 2. obſeruant q̃ndam cõem
curſum copiæ, & inopiæ, 3. obſeruat pericu
lũ & laborẽ, & induſtriã adductionis rerũ
ſeu obſequiorũ. Primo inq̃ obſeruat quen-
dã naturalẽ ordinẽ vtiliũ rerũ: nã ſunt quę-
dã, q̃ vſui nr̃o 1. ſunt meliora, ſeu vtiliora:
2. ſunt quædã durabiliora: 3. ſunt quædã de
lectabiliora. Primo. n. ſunt q̃dã, q̃ nr̃o vſui
ſunt meliora ſeu vtiliora. Nã quædam, ſunt
D quaſi materia, & mãlia aliorũ, vt sũt elemẽ
ta reſpũ mixtorũ, ſicut ẽt, & eorũ vſus ẽ in
nobis materialior q̃ ſit ſuorũ notabiliũ mix
torũ, ſicut patet in vſu reſpũ vini, & in vſu
terræ reſpũ panis vel tritici. Scđo ſunt quæ-
dã nr̃o vſui durabiliora. Sũt ei quædã, q̃ ſm
ſui naturam alijs corruptibiliora ſunt, & in
nr̃is vſib. cito corrumpunt̃: imo quorundã
vſus eorũ eſt conſumptio, ſicut patet in vſu
panis & vini, cibi & pot⁹. quædã aũt dura-
biliora ſunt in vſu ſuo, ſicut equ⁹, aurũ & ſi-
milia. Tertio ſunt quædã vſui nr̃o delectabi
liora, qa ſunt naturaliter alijs pulchriora, &
gr̃oſora: iõ vſui nr̃æ voluntatis nr̃iſq; ſenſi-
bus cõiter placabiliora ſunt, ſicut patet ĩ co
loribus tincturarũ, veſtiũ, & gẽmatũ, & in
odore aromatũ. & in diuerſis ſonis muſica

Quæ ſeruiũt vſui nr̃o, quorum vtilitas cõpenſari dẽt.

liũ inſtr̃orum. Quia igit̃ in eis cõis ordo na
E turæ cõcurrit cũ cõi ordine nr̃i vſus: hic eſt
ꝙ cõis æſtimatio in pretijs ꝑfert vltima pri
mis, & talis æſtimatio ſequẽda. Scđo quidẽ
obſeruat in hoc cõem curſum copiæ, & ino
piæ ſeu paucitatis, & abundantię: qa cõe eſt
verbũ, ꝙ oẽ rarũ, carũ eſt: vñ nimia familia
ritas, & abundãtia parit cõtẽptũ. Quato. n.
rari⁹, & difficili⁹ rẽ adire poſſumus, & hr̃e,
tanto ſup. nr̃am ſacultatẽ altius, & mirabi-
lius æſtimamus. ardua. n. nobis, & inſolita
admiramur. Et iõ vbi aurũ vel triticũ mul-
tũ cõiter abũdat, ñ tãti ꝑtij æſtimat̃, ſicut qñ
grãdis cõiter inopia eſt ipſorum. Et idẽ eſt,
F vbi eſt magna copia vel inopia medicorũ,
ſeu aduocatorũ, aut pugillũ, vel foſſorũ, q̃a
vbi taliũ eſt penuria, pñt cari⁹ locare opera
ſua. Tertio inſuper obſeruat laborẽ ac peri-
culũ, & induſtriã traditionis rerũ vel obſe-
quiorũ. Nã merces ſeu obſequia operoſa,
quæ cũ maior labore, & periculo cõiter du
cunt̃ vel fiunt, plus in ꝑtio cæteris parib. põ
derant̃. vñ in terris, quæ cõiter plus diſtãt a
mercib. Franciæ, vel vltra marinis, ipſæ mer
ces ſunt cõiter cariores. Quæ ẽt maiorẽ in-
duſtriã exigunt cæteris parib. maioris pre-
tij cõiter æſtimant̃. Hinc eſt, ꝙ plus dat̃ ad-
G uocato ſeu medico, q̃ foſſori, ſeu ſciſſori la-
pidũ, quãquã plus corpore laboranti min⁹
ꝑtium dat̃, ſicut architectori, qui cũ maiori
peritia & ĩduſtria foſſori ſeu ſciſſori ꝑcipit,
& agenda demonſtrat. ꝑp hoc ẽt bladũ eſt
maioris ꝑtij, q̃ herbæ ſilueſtres in medicina
lib. efficaciores, qa non tãto, & diuturno la
bore, & induſtria excoluntur, nec cũ tantis
expenſis eorum ſufficientia cõiter obtinet̃.

Quod pretia rerum taxanda ſunt ſecundum variam rationem. iuxta modum æſtimationis a communitatibus ciuilibus communiter factæ. Cap. 3.

H TErtio aũt pretiũ rerum non eſt taxan-
dum ꝑdicto mõ rõne eminentiæ. Nã
ſicut ex præcedẽtibus patet, priuſquã
attendẽda eſt principaliter in rebus taxatio
& æſtimatio pretij a cõitatibus ciuilib. cõi-
ter facta, eo. modo ipſa obſeruat oẽm gra-
dum, & ordinẽ officiorum, & dignitatũ eis
annexarũ. vñ maiora ſtipendia dantur duci
q̃ militi, & militi quàm ſcutiſero vel pedi-
to. Cuius rõ eſt triplex. Primo rõne ſingula
ritatis: nã ſicut ex dictis patet, ſi ad altiora
officia debite exequenda exigitur maiora
peritia, & induſtria: & amplior ſollicitudo
mentalis, ac etiã multo, & diuturno ſtudio
atq; experientia, & labore multiſq; pericu
lis

Nõ eſt taxandũ ꝑtiũ rerũ. ſcdum earũ emmẽtiam.

A lis,& expenſis acquirit̃ peritia, & induſtria talis,& et qa pauci ſunt, & ad hoc rari idonei, iõ in maiori pretio æſtimantur. Secundo rõne dignitatis:ad honorem.n.& vtilitatem ciuilis cõitatis facit,ꝙ ſuperiores reuerentius, & cumulatius in quadam ſenſibili ſuperioritate,& dignitate ſeruentur,licet ipſi ſuperiores, & maximè ſi ſunt in perfectionis ſtatu:in ſeipſis exẽplar, & opera hũilitatis,& ſanctitatis debeãt exhibere potius q̃ cultus tẽpalitatis. Tertio quoque rõne neceſſitatis,& æquitatis.nã officia ſuperiora,vt ſæpius egent plurib.ſumptib. dux eñ exercitus ad totum exercitũ, & diuerſorũ
B ꝓliorum concurſum debite gubernandum plurib.eget,q̃ quicunq; inferiorũ. Circunſtantijs igit̃ in ꝓceden.c.& in iſto cõiter obſeruatis taxant̃,& taxanda ſunt rõnabiliter precia, iuxta qđ toterabilius,& ſalubri' cõitati expedit oĩb.hincinde,& ex oĩ parte pẽſatis. Singuli aũt in ſingulis ſuis ſeu ſingularibus cõtractib. vel exactionib. ſumptuum ſequi debent formã, & regulã cõium æſtimationũ,& taxationũ,ne pars turpiter, & irregulariter,& inobediẽter ac indecenter diſſonet a ſuo toto, ne quilibet pro libito ſuo præiudicet,& communi vtilitati,ac per
C conſequens communi iuſtitiæ & pietati.

ARTICVLVS TERTIVS.

Etiam ſub titulo quæſtionis in qua quæritur an ſit culpa mortalis rem vendere maculatam, & de triplici macula, quæ in re uendibili eſſe poſſet.

PRo tertio articulo quæri poteſt, an ſit culpa mortalis,rem vẽdere, in qua ſit aliqua macula, quæ nota a vendente ipſi ementi minime propalatur? Ad quod dicendum, quòd tripliciter in re vendenda macula eſſe poteſt. Primo defectione, ſe-
D cundo admixtione, tertio corruptione.

De triplici defectu,quæ in re uendibili põt eſſe,& quid dicendũ ſit de utentibus corruptis ponderibus uel menſuris. Cap.1.

PRimo in re vendẽda põt eſſe macula defectione. Vñ,ẜm Tho.2.2.q.77.& Scot.in 4.diſt.15.q.2. ſciendum eſt,ꝙ circa rẽ vendẽdã triplex defectus cõſiderari põt. Primus ẜm ſubam,ſcđus ẜm quãtitatem,tertius ẜm qualitatẽ. De his dictũ eſt.ſup.ſermo.33.ar.3.c.3. qa ſic cõtingit in permutatione,ſicut in emptio.& vendi.& ex his, quæ allegata ſunt ibid. patet ꝙ licitũ non eſt vendere ꝓ E
vero auro alchimicũ autũ,& argentũ, quia non eſt adeo purũ & perfectũ, nec eaſdem ꝓprietates hẽt.ſicut verũ.Non.n.hẽt ꝓprietatẽ lætificandi,aut virtutẽ contra certas infirmitates,aut hmõi, q̃ hẽt aurũ verũ, imo venenoſum,eſt vt dr̃.Si vero ꝑ alchimiã fieret verũ aurũ,non eſſet illicitũ vẽdere illud ꝓ vero,qa nihil ꝓhibet artẽ vti aliqũb.cauſis naturalib.ad ꝓducendum veros & naturales effectus, queadmodum ait Aug.in li. de Trini.de his, quæ fiunt arte demoniorũ. Inſuper qđ dictum eſt de venditore,intelligendum eſt de ipſo emptore vtputa qñ vẽditor crederet rẽ ſuã minus pretioſam eſſe, F
quam eſſet:v.g. vendit aurum pro pretio ſatis minori,qaputat id eſſe aurichalcum;aut aĩal ſanũ,qđ credit eſſe infirmum: ꝙ ſi emptor cognoſcit hoc, iniuſte emit, & iuſtum pretium ſatisfacere obligatur, vt plenius patuit ſermo.33.art.2.c.7.in particula 2.

Quid dicendum ſit de his, qui in rebus uendibilibus utuntur mixturis falſis. Cap. 2.

SEcundo quoq; in re vendẽda põt eſſe defect' admixtione.ſ. falſas G
mixturas aut cõpoſitiones occulte addendo, ſicut faciunt quidã aromatarij, vel artifices in artib.ſuis. Circa *Conſideratio digna.*
qđ notandũ eſt,ꝙ ſi tales ꝑꝑ hmõi cõmixtiones vltra extremos lites iuſti ꝑtij vẽdũt, totũ illud,qđ eſt ſup. iuſtũ ꝑtium,ſatisfacere obligant̃. Si vero per hoc ñ intẽdunt,niſi iuſtũ ꝑtium citius aut fortius extorquere: tunc ad ſatisfactionẽ ñ obligant̃. Si tñ certitudinaliter,aut multũ ꝓbabiliter ſciunt iuſtũ ꝑtiũ non exceſſiſſe. ſi tñ dubitãt,tũc q. dẽ tenent̃ ꝓ eo, ꝙ de fraude ſua certi ſunt. Notandum aũt,ꝙ qđã ſunt additiones fictitiæ,ꝙ quaſi in nullo mutant valorẽ venalis rei,nec augent,& qdẽ in talib.ñ peccant,ſi H
fiat ſola intentione ſobriũ, & iuſtũ ꝑtiũ extorquendi. Aliæ vero admixtiones,q̃ virtutẽ terũ & valorẽ notabiliter minuũt: & sũt oĩno contra ꝓprias, & cões intẽtiones emptoris,il'æ oĩno illicitæ ſunt, q̃uis tñ nihil vltra iuſtũ ꝑtiũ hẽret. Et puto ꝙ taliũ vſus ſaltẽ in frequentatione ſua mortalis ſit culpa.ſicut patet in illis,q in vino nebiliũ miſcẽt,vt flauior in eo eluceſcat color: cũ tñ, vt dr̃,tale nebilõ in vino mirabiliter capiti, & ſtomacho ſit nociuũ. Si tñ virtutis minutio modica ſit,& pretiũ iuſtũ:tũc ñ puto niſi pctũ veniale.Sed inſtãt vẽditores vini, &

A plures alij dicētes : quilibet pōt miſcere rei ſuæ quod vult, ſaltem antequā eam venalē exponat, non autem poſt vini præconizationem. Sed contra hos eſt, ꝙ conſtat eis quòd lex & conſuetudo communitatis eſt, ꝙ vēdatur vinum purum, aut ꝙ eis commixtio publicè exprimatur. Intentio autem, & credulitas oium ementium eſt, emere vinū purū, & ſimilia : ergo contra vtrumq; horum fraudulenter incedunt, cum ēt eorū intentio corrupta ſit auaritia : licet autē in ſua re commiſcere de ſe licitū ſit, non tn̄ cū intentione, & affectu illâ alijs contra cōe ius, & cōtra eorū intētione vendēdi. alias in vino B ſuo vendendo toxicum licitè miſcere pn̄t.

Quid dicendum eſt de his qui uendunt res corruptas, & maculatas. Cap. 3.

TErtio in re vendenda pōt eſſe macula corruptione. Pro quo notandum eſt, ꝙ venditor corruptiones, & defectus illos, ex quib. emptor vltra iuſtum pretium enormiter falleretur, tenetur ſibi pandere, ſi tn̄ nouit eos, vel de eis veriſimiliter opinatur. aliter ex hoc ipſo dat occaſionē dupliciter. Primo damni, ſecundo periculi. Primo damni, ſi pp hoc res ſatis pretij ſit C minoris, & ipſe tn̄ ptopter hoc ptetiū non minuit. Secundo periculi, vtpote ſi nauis, quā vendit, tale vitium hēt, ex quo emptor cum ea nauigaturus periclitetur, & periculum incurrere pn̄t. Idem quoq; de defectu equi, ex quo miles illum emēs in fluuio ſeu in bello ruere ſtatim ac periclitari haberet. Idem eſt de defectu ſyroporum, & medicinalium cōfectionum, quas apothecarij ſeu pigmentarij vendunt: túc venditor tenetur reſtituere omne damnum inde cōtingens, iux. c. extra de iniurijs. & dam. in c. ſi culpa. Scriptum eſt : qui occaſionem damni dat, damnum dediſſe vr̄. vbi vero iſta 4. concur-D rant. ſ. ꝙ nullum periculum immineat emptori, nec in vendendo iuſtum pretium, aut ſaltem non nimis notabilitet excedatur: & emptor cenſeatur in emendo ſatis induſtrius, & res venalis pro libito ſibi examinanda exponitur diligenter: tunc venditor non tenetur defectus illos manifeſtare, & maxime vbi eos non celat, niſi ſolum vt de re habeat iuſtum pretium ſuum. Nec ēt tenetur manifeſtare vitium manifeſtum, puta cum equus monoculus eſt, vel cū vſus rei, quia ſi non competat vni, poteſt tn̄ competere alteri, & venditor pro hmōi vitio de pretio ſubtrahat quantum oportet : quia ſi manifeſtaret vitium rei, emptor forte nollet pretium iuſtum ſibi dare. In fine notandum eſt, quòd omnia quæ ponuntur ſupra in ſermo. 32. de donationibus. in art 2. c. 2. etiam intelligenda ſunt de emptionibus, & venditionibus. Ex præcedentibus patet regula ſupradicta. ſ. quòd Domini rerum iu ſte eas emunt vel vendunt, ſi ſine fraude ſeruent æqualitatem valoris in emptione, & venditione ſecundum rectam rationem. Quod omnibus nobis miſericorditer largiri dignetur iuſtus, qui iuſtitias dilexit, & æquitatē vidit vultus eius, Dominus noſter Ieſus Chriſtus, qui cum patre, & Spiritu ſancto viuit, & regnat in vnitate ſpiritus ſancti Deus. Per omnia ſecula ſeculorum, Am̄. E F

De illo ꝙ vēdit res corruptas

Venditor non tenetur manifeſtare vitium manifeſtum.

FERIA TERTIA poſt iiij. Domin. Quadrag.

De uoragine uſurarū, ubi declaratur quid ſit uſura in quibus committi poteſt, & quas excuſationes aſſumunt qui defendere nolunt uſuram.

Sermo XXXVI.

NOlite iudicare ſecundum faciem, ſed ſecundum iuſtum iudiciū iudicate. Io. 7. & in Euā. hodierno. Ois quippe iniuria tāto capitalior G eſt, quanto q̄ fallit maioris amicitiæ ſimulat veritatē. Ecce vſurarij charitas ſimulata, & crudelitas palliata: dum ſeruire ſe pp mutuum prætendit, ſubam proximi deuorare intendit. Hinc illud Matt. 5. volēti mutuare a te, ne auertaris. Chryſ. ait. Similis eſt pecunia vſurarij morſui aſpidis. Percuſſus. n. ab aſpide, quaſi delectatus vadit in ſomnum, per ſuauitatē ſoporis moritur, quia tunc venenū latenter per oīa mēbra currit. Sic qui ſub vſura accipit ſub tpe, quaſi beneficium ſentit: ſed vſura per oēs eius facultates decurrit, & totū conuertit in H debitū. Ecce quod exitus manifeſtat, quod antea cœlebat. ſeruire oſtendebat, & deuorare intendebat. Proinde vſurarius ſimilis eſt ſcorpioni, qui lingua ſuauiter lingit, & cauda mortifere pungit. Ideo de talibus in verbo propoſito Dominus nos admonet dicens, nolite iudicare ſecundum faciem. i. ſm apparentem amicitiam: ſed iuſtum iudicium. i. verum iudicium iudicate. Nec quidem falluntur in hoc iudicio ſolū mutuum recipientes, ſed incomparabiliter amplius interdū ipſi, inſuper mutuātes. Nā decepti, imò decipientes ſeipſos, pauperi & inopi ſeruire ſe iudicant, dum eorum ſubſtātiam

Exēplum de vſura quæ cōparat veneno aſpidis ſurdæ.

vſque

A vſq; ad conſumptionẽ deuorant, non intelligentes neq; intelligere volentes, qđ Dñs Mat. 10. diuitibus præcipit dicens. Gratis accepiſtis, gratis date. q. d. gratis accepiſtis diuitiarũ donum, iõ gratis date indigenti mutuũ, iuxta illud Lu. 6. Mutuũ date, nihil inde ſperantes. ſicut de hoc latius in ſerm. ſeq. dicetur. Et quodlibet prædictũ Chriſti verbũ põt eſſe thema in pñti ſermone. Inter hos quoq; male dijudicantes connumerari põt quiddam hoium genus, qui & ſi non ſunt vſurarij manifeſti. mutuantes tñ aliquid inde ſperant. Hi nempe manifeſti vſurarij coram Deo, licet occulti ſunt mundo: palã faciũt corruptam ſuam intentionẽ, qñ ſi non remunerant ad libitum: eſtimant & dñt eos ingratos. Ad iudicandum igitur ſm iuſtum iudicium de vſura, ne quilibet prędictorum fallatur, de ipſa ad pñs tria diligenter conſideremus. Primo eius deſcriptionem, ſecundo eius commiſſionem, tertio eius excuſationem. Hoc eſt qũo deſcribatur, in quo cõmittatur, & a quibuſdam qũo excuſatur.

Gratis accepiſtis et gratis date.

B

Articvlvs Primvs.

De triplici deſcriptione vſuræ.

C Primo vero conſideremus vſurę deſcriptionem. Tripliciter. n. deſcribatur ad pñs. Prima autẽ deſcriptio Ambroſij, ſecunda Hoſtien. tertia vero ſit magiſtralis.

Prima deſcriptio Ambroſii. Cap. 1.

Primo vſura deſcribitur ab Ambr. 14. q. c. 3. plerique. vbi dr, quodcũq; ſorti accedit, vſura eſt. Et cũ hac deſcriptione concordat. c. 1. & vlt. q. eiuſdem. Et in hac deſcriptione tãguntur tria. Primũ, cum dicit quod vſura eſt quodcũq;. Nam ſicut patet in dicto. c. plerique. vñ hæc deſcriptio ſumpta eſt, Ambro. ſnialiter ait, qa ſiue ſit pecunia, ſiue ſit ſpes, vel fructus, vel ligna, vel quodcũque aliud ſit, ſi accedit ſorti, vſura eſt. Scđm tangit, cum ſubdit ſorti. Licet. n. ſors dicatur ſignũ diſtinctiuum rerũ, ſicut patet Prou. 16. Vbi dr ſortes mittuntur in ſinum. Nihilominus ſumitur hic ſors, pro re iuſte poſſeſſa in diuiſione aliquarũ rerum ſiue poſſeſſionum, & hoc modo in ſacra pagina poſſeſſiones filiorum Iſrael ſortes denominantur. hoc ẽt mõ ſumitur ſors res. ſ. iuſte poſſeſſa. Vel aliter, ſm Legiſtas: ſors eſt debita quãtitas mutuatæ rei in materia occurrenti. Tertiũ ſubdit: accedit, quod quidem ſicut in ſequenti art. c. 1. patebit, vſura ſolũ in mutuo cadit. Goff. huic deſcriptioni ſuperaddit dicens: vſura eſt quodcumque accedit ſorti, intentione præcedente vel pacto, & licet Goff. addidit: hoc tñ tenendum eſt, quod etiam Ambro. & alij in prædictis. c. præallegatis. eiuſdem ſententiæ extiterunt, cum noſſent Dominum, Lu. 6. præcepiſſe, date mutuum nihil inde ſperantes. ſcilicet intentione. Quaſi dicat, minus etiam paciſcentes in vſuræ clara expreſſione & pactione.

Vſura qđ ſecũdum Ambro.

D

B

Secundo deſcribitur vſura ab Hoſtienſi. Cap. 2.

F

Secundo vſura ſic deſcribitur ab Hoſtienſe. Vſura eſt quodcumque ſolutioni rei mutuatę accedit ipſius rei vſus gratia pactione interpoſita: vel hac intentione habita in cõtractu, vel exactione habita ex primo facto. In qua quidem deſcriptione ſex per ordinem tangit. Primo dicit quodcunque, ſicut ſupra expoſitũ eſt. Scđo ſubdit, ſolutioni rei mutuatæ accedit, quod ideo dicit, qa vſura ſicut ſupra patuit, ſolum in contractu mutui veri vel interpretati locum habet. Tertio addit, ipſius rei vſus gratia. qđ ideo addit, quia ſi non vſus ipſius gratia. i. gratia conſumptionis, ſed loco pœnæ apponeretur, & abſq; fraude fieret, ſecus eſſet, extra de arbi. ca. dilecti. 12. q. 2. fraternitas. Quarto ſubnectit, pactione interpoſita. i. interueniente expreſſa cõuenientia pacti, quia tũc expreſſa vſura eſt. Quinto ſubdit, vel hac intentione habita in cõtractu: quia ſicut inf. patebit, ſi principalis intentio in contractu fuit velle remunerari, vſura ẽ. Sexto addit, ex actione habita ex poſt facto. nam ſi vltra prædicta exactio non eſt habita ex poſt facto, & debitor vere gratis aliquid offerat, licitè recipi põt: tamen cum conditionibus quæ infra. ſermo. 37. artic. 2. q. 5. ponentur. De prædicta aũt diffinitione dantur verſus.

Vſura ſecundum Hoſt.

G

H

Quicquid adeſt ſorti ratione rei mutuatæ:
Si petat exigat, intendat, ſit ſemper vſura.

14. quæſt. 3. cap. vſura.

Tertio vſura deſcribitur a magiſtris. Cap. 3.

Tertio vſura ſic declarabitur a magiſtris. vſura eſt lucrũ ex mutuo principaliter intenrum. In qua deſcriptione ponunturtria. Primum eſt, ꝙ vſura eſt lucrum. Lucrum. n. proprie ſemper abũdantia nuncupaẽ, ſiue illud incrementũ qđ qs hẽt ex voluntaria cõmutatione vltra ea, quæ

Vſura de finii magiſtraliter

A quæ prius erant ſua: & vtiq; genus eſt, quia omnis vſura eſt lucrum, ſed non conuertit, quia non oē lucrum eſt vſura. Primũ equidem patet. Nam ſi quis tũ recipit quantum dedit & non plus: tunc ſicut nõ recipit Lucrum, ſic neq; vſuram. Rurſus ſi quis plus recipiat q̃ mutuauerat: & tale receptum non ſit ei lucrũ, quia. ſ. alias erat ipſius recipientis, non eſt vſura: V.g. Depoſitarius raptor, vel alias debitor mutuantis mutuo prius recepto reddit cũ mutuo depoſitum vel rem receptam, vel alias debitam, & niſi ille mutuaſſet non aliter redditurus, non põt dici vſuram recipere. Ad hoc facit extra de vſu-
B ris. c. 1. in fin. cum his, quæ notantur ibid. in gl. fi. Secundum ẽt patet, quia in contractu locationis, venditionis, conductionis & ſimilib. eſt dare lucrum, nec tñ ibi eſt vſura. Secundo in deſcriptione dr̃, ex mutuo, qḋ eſt tanquam dr̃ia diſtinguẽs vſurã a lucris, q̃ non ex mutuo acquiruntur. Nam illa proprie loquendo non dicũtur vſurę, iuxta no. in c. in ciuitate, extra de vſu. Tertio in deſcriptione additur, principaliter intentum: quia ſi hoc principaliter non intẽdit, ſed ſecũdario, & debitor aliquid mere gratis oſferret, ſicut infra patebit, non eſt vſura. Dr̃
C autẽ vſura ab vſu rei. Vel dicitur quaſi vſus æris. i. pecuniæ. Item quare vſura ſolum in cõtractu mutui committatur, in primo art. & in 2. c. ſequentis ſermonis patebit.

Articvlvs Secvndvs.

Vbi declaratur in quo contractu, & in quibus rebus committatur vſura.

SEcundo conſideremus vſuræ commiſſionem. Circa quod tres fundamentales circa dicenda notificemus per ordinem veritates, ſub ordine triplicis quæſtionis. Primo quæritur, in quo contractu com-
D mittitur vſura: ſecundo, in quibus rebus: tertio, quare ſolum committi ſolet in tribus generibus rerum.

Quod vſura non ſolum in contractu mutui committatur. Cap. 1.

PRimo quæritur, in quo contractu committitur vſura? Dicendum, ſm omnes Doctores, q̄ proprie non committitur niſi in cõtractu mutui. Mutuum dr̃, quia aliquid meum, fit per aliquod tempus tuũ. Circa quod aduertendum eſt, q̄ ſicut in 1. c. præcedentis art. patuit, vſura eſt quicquid accedit ſorti. **E**
hoc aũt ſolum in mutuo cadit, ſicut plenius dicetur in ſequenti ſermone. 2. c. primi art.

Vſura quo modo, & in quo cõtractu cõmittitur.

Quod vſura ſolum committitur in his quæ conſiſtunt in numero pondere & menſura. Cap. 2.

SEcundo quæritur, in quibus rebus committatur vſura? Dicendum q̄ præſuppoſito, ſicut prædictũ eſt, q̄ vſura ſolum in mutuo committatur, neceſſe eſt q̄ in illis rebus quibus mutuum interuenire põt, in eis ſolũ & non in **F**
alijs cõmittatur vſura. Hæc quidẽ, ſm Alex. de Halis in triplici gñe diſtinguuntur. Nã quædã mutuantur ſub certo numero, ſicut pecunia: quædã ſub certo pondere, ſicut aurum & argentum &c. quædã ſub certa menſura, vt granũ, vinum, oleum & ſimilia. Et in his ſolũ proprie cõmittitur vſura. Rõ huius eſt, quia ſolæ illæ res, circa quas conſiſtit mutuum, habent a natura vel arte ſibi conſtitutum valorem, quem tranſcendere minime poſſunt, niſi contrà naturam, vel artẽ vitioſe agatur. Cũ igitur vſura tranſcendere faciat rem mutuatam vltra ſuum valorem, relinquitur, quòd in eis ſolum ſit poſſibile fieri. Res enim, quę habent determinatum valorem a natura, ſunt quæ ponderan- **G**
tur, vt aurum, & argentum: & quæ menſurantur, vt vinum, oleum & frumẽtum. Res autem, quæ habẽt determinatum valorem ab arte, ſunt quę numerantur, & in his ſolis committi poteſt vſura, ſicut latius dicetur in ſermone 38. c. 1. art. 1. & de hoc habetur textus Inſtit. quibus mo. re contra. obliga. Gauf. tamen obijciens contra Ray. qui prædictis conſentit ait, vſuram poſſe committi etiam in alijs rebus, vtputa ſi pro pecunia mutuata recipiam vnum equum, vel prædium, aut veſtem, & ſimilia vltra ſortẽ, vſura eſt, ſicut patet. 14. q. 3. c plerique. Hæc ta- **H**
men obiectio leuiter tolli poteſt. Cui reſpõdẽdum eſt, quòd diſtinctio fieri debet inter vſuram, quæ ab vſurario exigitur: & rem illam, in qua prædicta vſura committitur. Nã vſura, quæ ab vſurario exigitur, proprie loquendo eſt illud lucrum, quod exigitur vltra ſortem, ſeu vltra mutuũ datum. Res vero, in qua dicta vſura cõmittitur, eſt ipſum mutuũ, de quo gignitur ipſum lucrũ. Quãuis ergo quælibet pars fœneratori accedere poteſt, tanquam vſurarium lucrum dictum: tamen lucrum non gignitur, niſi de ſolis illis tribus generibus rerũ: Propterea

De his rebus q̃ mutuantur.

Vſura, q̃ ab vſurario exigitur.

rectè

A rectè dicitur, ꝙ vſura in illis ſolis tribus rebus habebat perpetrari. poteſt quoq; idem breuius & clarius dici, videlicet ſi ponderatur præmium, quod datur, illud poteſt eſſe aliud a prędictis. Si vero ponderat id, quod mutuo datur, cui proprie & vere vſura accedit, illud ſemper conſiſtit in ꝓdictis trib.

Ratione oſtenditur quare ſolum in his, quæ conſiſtunt in numero pōdere et menſura committitur vſura.
Cap. 3.

B Tertio quoque quæri poteſt, quare ſolum in tribus prædictis generibus rerum vſurarium mutuū committi habeat, & non in alijs. Ad quod dicendum, ꝙ in mutuo debitor rem mutuatam ſub eadē identitate reſtituere non tenetur, ſed ſub certitudine eiuſdem valoris ſiue ęqualis valoris, ſi ſeruari debet vera iuſtitia inter mutuantem & illum, cui mutuum datur. Certitudo autem æqualis valoris ex natura rei nō reperitur, niſi in rebus illis, quarum valor penſatur ex numero, pondere, aut menſura. Quapropter ratio mutui ſolum conſiſtere debet in rebus, quæ ad habēdam certi-
C tudinem ſui valoris poſſunt vel numerari, vel ponderari, vel menſurari. & hoc reperitur in tribus generibus rerum prædictis, iō ſolum in illis cadit vſura. Vel, ſm̄ Ale. Lób. ratio, quare in his tribus generibus rerū ſolum committitur vſura eſt, quia vſura eſt q̄dam ſuperabundantia illicita proueniēs ex vſu alicuius rei. Superabūdantia autem eſt quædam excreſcentia reſpectu alicuius iniuſti lucri. Sicut igitur iuſtum lucrum & æquum, ratione, cuius tollitur ſuperabundantia talis, terminatur & certificatur: ita ſuper abundantia iſta: ſed æquitas & iuſtitia in re-
D bus, quæ veniunt in hominum vſu his tribus certificari poſſunt. ſ. nuermo, pondere & menſura. Nam res vel ſunt actu diſtinctæ, & in talibus cognoſcitur æqualitas, vel inęqualitas in ipſo numero. Nam numerus eſt ratio primæ diſcretionis, & ideo in diſcretis æqualitas & inæqualitas per numeros cognoſci poteſt. Vel res ſunt indiſtinctæ, & in talibus æqualitas & inæqualitas cognoſci nō poteſt, niſi duobus modis. Primus per menſuram aliquam determinatam in re, quæ habet quantitatem faciliter diuiſibilem, ſicut vinum, frumentum, oleum & ſimilia. Secundo per certum & determinatum pondus, ſicut in his, quæ non ſunt faci-

Vſura quō eſt ſuperabundantia illicita

liter diuiſibilia, & quorum ęqualitas conſiſtit in pōdere, qualia ſunt aurum, argentum & ſimilia. Sicut igitur in his tribus æquum & iuſtū determinatur: ita tria iſta ſunt materia ſuperabundantiæ, quam vocamus vſuram, quia extremorum, & medij vna materia eſſe debet. E

Articulus Tertius.

De quindecim excuſationibus ſeu defenſationibus, quibus quidam nituntur excuſare vſuram, & de ſolutionibus efficaciſſimis earundem. F

Tertio conſideremus vſurę excuſationē, ideſt argumēta & rationes, quas ad excuſandas excuſationes in peccatis pro defenſione ſua vſurarij aſſumere ſolent, ſeipſos miro modo decipiētes, & malitias ſuas & cupiditates palliātes. Et vt ſenſibilius & clarius argumēta ſua intelligamus, in quindecim defenſiua ſcuta per ordinem diſtinguamus. Ad quorum deſtructionem, confractionem & combuſtionem rationes lucidas & ignitas quaſi iacula ſcuto, ideſt cui libet rationi eorum, ſubito opponemus, vt G verificetur, quod miſticè de hoc Pſal. ait. Et ſcuta comburet igni prælucidus & feruidus Prædicator.

Vſura ac cuſatio.

Defenſio prima ipſius vſuræ, & ſolutio eius. *Cap.* 1.

Primum ſumunt ſcutum dicentes: Conſtat nempe quòd mutuatio atq; res, quæ mutuo datur, aliquā commoditatē & vtilitatem confert illi, cui præſtatur & mutuatur. Ergo ſecūdum naturalem æquitatem poteſt huiuſmodi commoditas & vtilitas pretio ęſtimari & merito compenſari. Ad quod ſcutum H comburendum & confringendum dicendum eſt, quòd ſicut latius in ſermone. 38. art. 1. c. 3. & 7. dicetur, res mutuata non cōfert ei, cui facta eſt aliquam vtilitatem, aut commoditatem differentem a rei conſumptione vel alienatione, & ideo non eſt vendibilis alio pretio vltra pretium mutuatæ rei. Præterea commoditas eius eſt ex ſola ratione eius operationis, cui mutuum datum eſt: aut ex eius induſtria vel ſuorum. Et ideo non debet illam emere, quaſi non ſuam, cum manifeſta iniuſtitia ſit ſuam propriam rem precio comperare.

A *Defenſio 2. vſuræ, & eius ſolutio.*
Cap. 2.

SEcundum quoq; ſcutum eorum
tale eſt. Licet vnicuique in con-
tractibus ſe ſeruare indemnem.
& hoc maxime, ſi ab illo cui mu
tuum dat, precibus inducatur. Quod quidē
facere non poteſt, niſi accipiēdo aliquid vl-
tra ſortem, & hoc ex pacto alias eſſet incer
tum. Similiter dans, volūtarie dat: quia nul
lus eum ad hoc cogit, ſed voluntate ſua ac-
cipit pecuniā & reddit vltra ſortem, & ſic
B dominium poteſt transferre in alium. ergo
transfert: ergo alius. ſ. vſurarius alienū non
habet. Dicunt etiam, iuſtum quidem, & æ-
quum eſt, ꝙ damnum creditoris ſeu præſti-
toris recompenſetur ſibi a ſui mutui rece-
ptores: ſed præſtitor præter ſubſtantiam pe
cuniæ mutuatæ ſibi ſubtrahi pecuniæ præſti
tæ aliquem vſum, q̧ eſſet, vel ſaltem poſſet
eſſe lucroſus: ergo vltra ſubſtantiā pecuniæ
mutuatæ debet aliquo alio diſcrete recom-
penſari. Ad primum dicendum, ſm Sco. in
4. diſt. 15. q. 2. ꝙ ſi non vult damnificari, pe-
cuniam ei neceſſariam reſeruet ſibi, quia
nullius eū neceſſitat ad faciendū talem mi-
C ſericordiā ꝓximo ſuo. Sed ſi miſericordiā
facere vult, neceſſitatur ex diuina lege, ꝙ
eam non faciat vitiatam. Ad ſm idem ait:
quia etſi dominium transferat, tñ recipiens
reſtituere obligatur: ſicut in mutui datione
transfertur dominium, & tñ debitor tene-
tur tantūdem reſtituere creditori. Hæc Sco.
Ad tertium dicendū, quòd ſi præſtitor erat
prius ex pecunia præſtita mercaturus, aut
aliquod lucrum ex ea ſoluendo vel emen-
do acquiſiturus, aut damnū aliquod immi-
nens licitè ſaluaturus; & cum hoc ſola pieta
te fraternę neceſſitatis, & inſtantia precum
D inductus tradidit ſuam pecuniam ſub tali
conditione, ꝙ mutuum recipiens teneatur
ſibi ad intereſſe præſati lucri & damni: tunc
licitè accipitur & exigitur aliquid vltra pe-
cuniam mutuatam. Non tñ aliquid præua-
lens præfatę pecuniæ inquantum iam quaſi
habebat in ſe vim & valorem intereſſe præ
fati: ſed qñ præfactis conditionibus exclu-
ſis aliquid mutuatur: tunc nō poteſt dici ꝙ
præſtitor ex ratione mutui ſe damnificet in
aliquo præualenti ſimplici & abſoluto pre
tio pecuniæ mutuatæ. iō hoc amplius mini-
me exigere pōt. Ex dictis patet, ꝙ dū eme-
re velles merces, & quidam amicus inſtan-
ter te roget, ꝙ ſibi mutues denarios, cum
quib. empturus eras illas, & tu ex precibus
eius ceſſas ab illa mercatione, ex ſola pieta- E
te ei prædictam pecuniam mutuando, licite
quidē ei dicere potes, volo ꝙ mihi reddas
tm̄, quantū habiturus eſſem in tali loco de
mercibus illis, ſi illuc deferrem eas, dūmo-
do recipias in te periculum, quod cōcurrit.
Qđ quidem idem licet, ſm Ray. & Hoſtiē.
quia tanquam intereſſe, recipis inde lucrū.
Idem quoq; dicendum eſſe, ſm Hoſtien. ſi
volebas emere terram vel vineam, ſeu do-
mum valentem ſingulis annis flor. decem,
ad inſtantiam amici tui ceſſaſti a tali emptio-
ne, & mutuaſti ei dicens ei, volo quòd mihi
ſoluas tantum, quantum expedite redderet F
illa terra, vel domus deductis ſumptibus, &
labore, & etiā periculo, ſi quod eſſet. licet
ergo hoc modo ratione intereſſe, aliàs
non. ſed de hoc plenius in ſermone. 42. art.
2. cap. 2. agetur.

Quō licet cuiq; deſeruare indemne.

Tertia defenſio vſuræ cum ſua ſolutione.
Cap. 3.

TErtium vero ſcutum eſt hoc. æquū &
licitum eſſe vſ ſeruitiū pro ſeruitio,
& grām pro grā reddi, ac per conſe-
quens æquum, & licitū eſt ſub hoc certo pa
cto firmari, ꝙ ille teneatur p̄ſtitori ad conſi G
milem mutuationē, aut ad ſeruitiū vel bene
ficiū æquiualens mutuo dato, vt patet in c.
cum officijs. extra de teſt. et. ff. de peti. hęre.
ſed & ſi lege. §. conſuluit. Ad qđ dicendum
eſt, ſicut patet in c. ſi fœneraueris. 14. q. 3. in
gl. fi. ꝙ pro gratia mutui impenſa non pōt
iuſte exigi amplior gratia, aut aliud quàm
gratia. Nam ſi ex debito iuſtitiæ gratia exi-
gatur, iam gratia non eſt grā, ſed potius gra
tiæ venditio, vel grāæ commutatio dici dēt.
licet ergo præſtitor poſſit, cum poſtea egue
rit, conſimilem mutui grām exigere potius
per modum grāæ & gratitudinis, q̄ per mo-
dū venalis iuſtitiæ: non tñ ſequitur ex hoc, H
ꝙ de re mutuata aliquod pretiū ſuperabun
dans exigere poſſet. Quare ergo ad cōſimi-
lem mutuationē præſtitori ſub pacto aſtrin
gi derogat gratiæ, quæ competit mutuo ex
ſua ſpecie. Io dñt quidam, talem cōtractum
illicitum eſſe. Secundum enim Alex. de Ha
les: qm̄ mutuans pōt ſperare illud, ad quod
accipiens obligatur, quia in cōſimili caſu. ſ.
neceſſitatis tenetur accipiens mutuum illi,
qui ei dedit dare. ſimiliter ēt ſi non dediſ-
ſet prius: ideo pōt mutuās hoc ſperare a re-
cipiente, non tñ ex vi mutui, ſed ex charita
te recipientis mutuum. mutua enim benefi
cia accedūt charitatem: & quia etiā ex præ-
cepto

Quō defenditur vſura.

A cepto Dei debet indigēti mutuum dare bene igitur concedi poteſt, ꝙ mutuans valeat mutuum ſperare ab eo, quæ recipit in conſimili caſu, quia ad hoc alius obligatur. Tñ ſi hac intentione mutuum ſibi tradit, non eſt ſibi meritorium, quia nō ponit Deum finē mutui. Ideo dr̄ Lucæ 6. Mutuum date, nihil inde ſperantes. ſ. ab homine, ſed à Deo ſperare retributionem. Hæc Alex. de Halis. Secundum verò Bal. de Peruſio obligatio vſurarum ideo prohibita eſt, quia talis obligatio aut dicimus ꝙ contrahitur re, aut cōſenſu. Si dicimus ꝙ contrahitur re, hoc eſt falſum. ff. ſi cer. pet. l. rogaſti. §. ſi tibi. Si verò

Intentio ſpectanda in cunctis præcipue in contractib. quia intentio tua operi tuo finem imponit.

B dicimus ꝙ contrahitur cōſenſu, hoc eſt iniuſtū: quia omnis obligatio relatiua requirit extremum æquipollens. Quod ſic probatur. Debitor, qui promiſit vſuras, habet dominium vſus: quia vſura non conſiſtit, niſi in rebus mutualibus, in quibus vſus rei non diſtinguitur à dominio rei, & ſic indebitè fit. Et ſi dicatur, ꝙ non pręſtat eā pro re, ſed pro beneficio. Rñdetur, ꝙ remuneratio beneficio huiuſmodi à iure naturali non eſt taxata, nec ab aliqua ratione intellectus: quapropter deducere voluntatem ad neceſſitatem & obligationem informē, non eſt ſ͞m

C metas iuſtitiæ naturalis: & licèt ſit ex debito amicitię, non eſt tñ ex debito iuſtitię. Ex quo non inducitur neceſſitas, ſed ſpōtanea volūtas, ſ͞m Tho. Ad hoc facit extra de vſuris. c. conſuluit. vbi dr̄, ꝙ omnis vſura & ſuperabundantia prohibetur: vnde nō eſt tantum contra charitatem, quę eſt virtus Theologica, ſed ēt contra temperantiam, quæ eſt virtus moralis. Et ideo etiā per Ariſto. vſuræ dicuntur omne naturaliter prohibitum lucrum. Hæc Bal. C. de vſur. in rub. Huius quidē ſententiæ fuit Tho. ſecunda. 2. q. 78. Vbi ait, ꝙ pro pecunia mutuata nihil expectandum vel exigendum eſt, niſi beniuolen-

D tiæ affectus, qui ſub æſtimatione pecuniæ minimè cadit. ex illo enim ſpontanea mutuatio procedere poteſt. repugnat ei nihilominus obligatio ad faciendum impoſterū, quia obligatio talis poſſet pecunia æſtimari. Et ideo lucrum eſt, quod mutuanti ſibi ſimiliter remutuetur, ſed non licet ei per pactum obligare debitorem ad mutuum impoſterum faciendum. Concordat cum hoc etiam Hoſtien. ſ͞m prædicta etiam dici pōt, ꝙ non licet ſolum recompenſationem mutui ſub certo pacto firmare: verumetiā nec ſpē de hoc principaliter habere, quia hoc eſſet cōtra illud Luc. 6. Mutuum date, nihil inde ſperantes. Si tñ principalis intētio eſ-

Pro pecunia mutuata nihil eſt exigendum communi conſenſu omnium Theologorum.

E ſet ex charitate, & tñ ſecundariò homo aliquid inde ſperaret: minueret debitum, ſed non eſſet peccatum ſaltem mortale. Secundum autē Tho. poteſt homo ex mutuo ſperare rē, cuius vſus ſine pretio inter amicos concedi ſolet. ſic ut commodatur liber, ſed non domus. Ex his etiam patet, ꝙ ſperare poſſum iniuriæ remiſſionem. v. g. Intuli iniurias Guilhelmo, ex quo me perſequitur vindictam quærens, ſubeo. ex hoc ad mei tutelam expenſas multas, mutuū ei do, vt parcat mihi. Licet vtiq; mihi ſ͞m quoſdā, quia licet cuicunq; vexationem ſuam redimere. extra. de ſimo. dilectus. & c. ad aures. Si qs

F autem obſtet, ꝙ edicto cauſam dedi ꝑpter vexationem, non redimo, ar. extra de æta. & qual. or. c. 1. Dicendum, ꝙ ſi ego peccaui iniuriando, & ille etiam peccat vindictam deſiderando atq; quærendo: præterea hic nullum lucrum paciſcendo proſequor, ſeu conſequor ſiue ſpero, ſed tantum damnum euito meum: Credo tñ ꝙ hoc tutius fieret, ſi poſt pęnitentiam offenſionis cōmiſſæ & quæſitā ab offenſo humilem remiſſionem per mutuum talis pax, ſeu remiſſio quæreretur, ſi aliter fieri non poſſet. De his etiam latius dicetur ſermone ſequenti, ar. 3. c. 1. in fine.

G

Quarta vſuræ defenſio & illius plenaria ſolutio. Cap. 4.

QVarto ſcuto vtuntur dicentes: Receptio beneficij non adimit receptori poteſtatem dandi, nec præſtitori licentiam recipiendi. immò potius augere videtur. ſed ante mutuum datū licebat mutuanti ſperare & recipere aliquid ab altero: multomagis licebit poſt mutuum datū. Ad hoc dicendum eſt, quòd aliud eſt recipere amplius per modum meræ gratiæ, &

H abſque aliqua fraude & impuritate vſuræ: & aliud eſt recipere illud per modum debiti & cum prauitate vſuræ. Quantum ad primum non fit homo impotentior ex mutuo præſtito, immo potentior quàm prius eſſet, quod Dominus inſinuat Lucæ 6. dicens, Mutuum date, vt ſup. Nec ſimpliciter dicit, nihil ſperantes, ſed nihili inde id eſt ex ipſo contractu mutui: vt ſcilicet nulla vſuraria ſpes, nullumq; vſurarium pactum verè & interpretatiuè, ſeu expreſsè vel tacite ibi interueniat quo quō. Qui autē poſſet homo recipere tali libero modo, etiam poſt prædictam ſententiam Chriſti, habetur ar. ad hoc. 14. q. 3. vſura. di. 88. de elogijs. diſt. 77.

Quando vſurarius ſe excuſat, ſed inualida eſt excuſatio.

A di.77. in ſingulis. diſt. 69. ſi officia. & diſtin. 61. quis proderit. Quãtum autem ad ſecundum fit im potentior, quia poteſt talis receptio ex triplici reſpectu effici vitioſa. Primò reſpectu mutuantis, ſecundò reſpectu recipientis, tertiò reſpectu circunſtantis. Primò reſpectu mutuantis. Nam qui recipiunt amplius, aut ſe præparat recepturos, de facili in ſuis lucris incidunt intẽtionem vſurarij lucri, & per conſequens in cauſam vſuræ. Ad tale igitur vſuræ periculum penitus præcauendum, plus tenetur vitare receptiores munuſculorũ poſt mutuum datũ, quàm ſi nunquàm talibus aliquid pręſtitiſſet.
B Et licèt hoc verum ſit & ſecurum, ſi tamen pura intentione aliquid ſuſcipit mutuans ab illo, qui illud mere gratis offert: non peccat. Nam ſicut dicitur. 1. q. 2. c. ſicut. nulla enim oblatio ſuſcipienti culpæ maculam ingerit, quæ non ex ambientis petitione proceſſit. Secundò reſpectu ſuſcipientis ſcilicet mutuum illud. Nam præſumitur, ꝙ non merè gratis amplius reddat, ſed ut mutuum ſibi datum tẽpore longiori retineat. vel ut iterum in futuro cõſimile mutuum, ſi eguerit ſibi fiat ab illo, ſeu quia vereť mutuantis offenſam ſcilicet ne reputet eũ ingratum, ſi ſibi vltra redditionem mutui nihil
C impendat. Tamen ſecundum Guil. creditor tali modo aliquid recipiens bona fide, non tenetur de bona fide conſumptis, nec etiam de extantibus, quàmdiu probabiliter credit quòd ex ſola dilectione dederat ei. Inſuper ſecundum quoſdam, quando debitor non gratis dat, licet creditor gratis mutuum tribuat: ſi debitor aliquid habet de bonis creditoris, & per retentionem ſibi conſulat, de vſura quam illi dedit, in foro pœnitentiali compelli non debet ad reſtitutionem. Tertiò reſpectu circunſtantis: quia habet ſpeciem mali exempli, & incurrit homo faciliter periculum propriæ infamiæ.
D Nam præſtitor amplius recipiens de facili creditur eſſe vſurarius. Et ſic in amplius recipiẽdo, alios deędificat, & ſeipſũ infamat.

Quinta defenſio vſuræ cum ſua ſolutione. Cap. 5.

QVintum ſcutum aſſumunt dicentes: Equidem dare pro gratia mutui ſibi facti modica munuſcula vel encenia quaſi in nullo lędit ipſum danrem, & eſt opus & ſignum etiam gratitudinis, & prouocat mutuantem & alios ad gratiam mutui libentius faciendam & exercendam: ergo vř. quòd ſaltem talia recipere licet propter mu- E
tuum datum. Ad hoc quidem ex præcedentibus ſatis reſponſum eſſe videtur. Qđ autem dicũt, quòd dare huiuſmodi munuſcula prouocat pręſtitorem ad utiliorem gratiam iterũ libentius mutuandi: potius poſſet dici ꝙ prouocat eum ad talem gratiam corrumpendam, inducendo intentionem vſuræ non tamen negandum eſt, quin ſi gratis & purè poſſint dari & recipi, quòd vitium uſuræ non ſit ibi.

Quid dicendũ ad alteram defenſionem.

Sexta defenſio uſuræ & eius ſolutio. Cap. 6.

F

SExtum ſcutum inſuper aſſumunt dicentes: qua ratione licet locare equum uel domum ſic, ꝙ ultra rem locatam recipiã aliquod pretium pro ipſa locatione, eadem ratione vt videtur, licet locare vinum, bladum, & pecuniã, vt aliquod pretium vltra ipſum recipere valeam. Ad hoc dicendum, quòd in re locata, ſiue conducta differt eius vſus & fructus à rei alienatione, ſiue conſumptione, ſicut patet in vectura, ſiue æquitatione equi, aut in habitatione domus cõductæ. Præterea vtilitas talis vſus non prouenit ex ſolo actu & induſtria ipſius vtentis, ſed etiam & principalius ex virtuali efficacia rei vtilis. Vnde ſi in mutuatis rebus vera ratio locationis detur, & conſimilis vſus locatæ rei: tunc vtiq; vltra ipſam licitè exigi amplius poteſt. Vnde ſi quis pecuniam in ſaccis ſigillaris alicui locet, vt ab ipſis viſirantibus credatur diues, & amplius honorer & timeatur, aut ſola pputatione eius aliquod periculum vel detrimẽtum euitet: tunc vltra ipſam aliquod recipitur pretium ſuæ locationis, quia talis locatio non fuit mutuatio, nec eius vſus fuit conſumptio, aut alienatio eius. Concor. in hoc Tho. & Hoſtien. & habetur ff. commo. l. 3. §. ſi. & l. ſequenti. Et 14. q. 3. c. ſi ſęneraueris. in glo. H
Sed de hac differentia inter locatum & mutuatum, dicetur latius in 1. arti. c. 3. ſequentis ſermonis.

Quando vſus a fructu differt in re locata.

G

Septima defenſio uſuræ cum eius ſolutione. Cap. 7.

SEptimum ſcutum eorum eſt, cum dicũt, quòd malũ culpæ permittitur à Deo tanquàm bonum. Sed ſenerari id eſt ad vſurã pręſtare in Dei permiſſionibus poſitum eſt. Vnde Deut. 28. dicitur: Benedicet cunctis operibus manuum tuarum, & ſęneraberis genti-

A gentibus multis, & ipſe fęnus à nullo accipies. Ad hoc dicendũ, quòd in hac permiſſione ſumitur fęnerari generaliter, pro mutuare. Et hoc potius, vt ſonat in habitum, ſeu poteſtatem mutuandi, quàm prout ſonat in actum. Eſt enim huius verbi ſenſus, ꝙ in tantum abundabor, quòd omnib. poteris mutuum dare, & non egebis, quòd tibi mutuum tribuatur. Vel ſecundum Alex. de Hal. in pręalleg. verbo Deut. ponitur conſequens pro antecedenti. Eſt enim ſenſus. Tãtam habebat abundantiam, quòd poteris multis gentibus, ſi volueris fęnerari. Nõ eſt B ergo hæc intentio Dei permittere fęnerationem, ſed abundantiam tantum, ad quam poſſet & ſolet fęneratio conſequi. Ad hoc quoque faciunt multa, quæ in ſermone 38. dicuntur. & maximè circa finem.

Alexander in loco citato.

Octaua uſuræ defenſio & eius ſolutio. Cap. 8.

OCtauum eorum ſcutum eſt hoc. Naturale iniuſtum nulli vtiq; debet fieri ſed Deut. 23. conceditur fęnerari alieno. Dicitur enim ibi, non fęneraberis fratri tuo ad uſuram pecuniam, nec fruges, nec quamlibet aliam rem, ſed alieno. Ergo C hoc non eſt naturale iniuſtum, ſeu contra ius naturale. Ad hoc etiam facit verbũ Ambroſij, quod habetur 14. q. 4. c. ab illo. vbi dicitur: Ab illo exige vſuram, cui nocere meritò deſideras. cui iure inferãtur arma, huic legitimè auferuntur uſuræ. Et tandẽ infert: Vbi ius belli, ibi ius uſuræ. Conſtat autem, quòd iure belli non licet facere contra ius naturæ, ergo &c. Ad hoc dicendum, ſecundum Alex. de Hal. & alios Theologos, licèt alij aliter dicant, quòd non fęnerari fratri eſt ibi poſitum pręceptoriè, tanquàm iuſtum naturale. quod verò ſubditur, ſed alieD no, eſt permiſſio comparatiua, & eſt ibi poſitum permiſſoriè ea. ſ. ratione, qua permittuntur minora uitia, ne fiant peiora, iuxta quod Deute. 24. permiſſa fuit in lege repudiatio uxoris. ſ. dato libello repudij, fieri diuortium, & ad vitandum vxoricidium. Inſuper cũ eſſent auari, ne. ſ. eſſent fures, aut in ſuos fratres vſurarij: permiſſum eſt eis poſſe uſuras exigere ab alienis. Vel tam ad hoc, quàm ad ſequens verbũ Ambroſij dici poteſt, ꝙ aliud eſt ſuo exteriori ſpẽ vſurę non aliena, ſed propria exigere & quaſi redimere atque debitam iuſtitiam auctoritate debita exercere: & aliud eſt realiter pactũ vſuræ facere. Lex enim potuit Iudæis præ-

Quomodo patri non eſt fenerandũ.

mium iuſtum concedere de illis ſolum Gẽ- E tilibus, quorum terra fuerat Iudæis à Deo data: aut de quibuſcunque alijs, quos iuſtè & ſecũdum Deum poterat expugnare, depauperare & exterminare. Hos etiam poterant vſuris, ſicut & alijs iuſtis pęnis opprimere. & conſimiliter hodie fieri poſſe, ſecũdum aliquos. Vnde ſi quis tua iniuſtè uſurpat, & non potes illa rehabere, niſi ſub forma uſuræ, licet tibi ſecundum iura canonica, ſicut ex dicto Ambroſij patet, ſub tali forma recuperare tua, niſi ex tali ſpecie actiuum ſcandalum aliquibus miniſtres. Nã multa de ſe licita ſunt propter tale ſcandalũ F euitanda. Hoc quidem ex illa litera Deute. trahi poteſt: nam cum ait, non fęneraberis fratri tuo, ſed alieno, &c. per alienum quidem non ſignificat quemcunque hominẽ alienigenam, ſed eos alienos tantum, qui terram Iudæis, vt pędictum eſt, à Deo datam detinebant iniuſtè. A talibus enim, ſic iuſtè poterant Iudæi ea quæ poſſidebant, ſicut prædiximus etiam armis auferre, bellum iuſtum habentes contra eos: ſicut etiã iuſtè poterant uſuras accipere, vt ſic ſua recuperarent ab illis, qui iniuſtè poſſidebant. Sic etiam hodie fieri poteſt in ſimilibus caG ſibus, niſi cauſa ſupradicta obſtaret. Alex. verò ait: ſi placet, exponatur ſic dictũ Ambroſij, ab illo exige vſuras & quaſlibet exactiones. Hoc enim licet facere contra paganos. Terra enim, quam poſſidẽt, noſtra eſſe debet. ideo iuſtè poſſumus tam exigere ab eis, quibus iuſti nocere deſideramus. Inſuper idem Alex. addit, quòd alij iſtud ad literam intelligunt eſſe dictum: quia ex quo iuſtum bellum mouetur, ex edicto principis ab hoſtibus licitè vſura exigitur. Dumtamẽ non fiat cupiditatis vitio, ſed charitatis zelo. ſ. vt ſic macerentur vſuris, qui non poſſunt macerari armis. Nam cum eos poſſuH mus occidere & omnia bona eorũ noſtra facere. ſ. iure belli valemus. & hæc videtur fuiſſe intentio Ambroſij. Vnde poſt pędictum verbum ſtatim ſequitur. Quem bello vincere non potes, ab hoc vſuram exige, quem non ſit crimen occidere. Tamen propriè loquendo in hoc ſenſu nomen uſurę trahitur à propria ſignificatione, quia non eſt vſurpatio alienę rei. Hæc Alexan. de Halis.

Alex. vbi ſupra.

Nona

A

Nona defenſio cum ſua ſolutione. Cap. 9.

Reſponſio ad inſtantiam adductam.

NOnum ſuperaddunt ſcutum dicentes: Non enim cõtra charitatem eſt vſura,cum ſcilicet vertat ſe in vtilitatem vtriuſque partis. Ad quod dicendũ, ꝙ licèt quandoque non ſit contra charitatem tanquàm aliquid inutile:eſt tamen cõtra eam, tanquam aliquod inhoneſtum uitioſum,& malo admixtum.Nã ſicut in præcedenti caſu tactum eſt, & in ſermone 38. B arti. 1. per totum plenè dicetur, vſurarius contractus eſt omnino contra legem naturæ.Ex quo manifeſtè cõcluditur, quòd omnino eſt contra charitatem, & aliud eſſe non poteſt.

Decima defenſio uſuræ & eius ſolutio. Cap. 10.

DEcimum ſcutum ſubdatur. Dicunt enim licet accipere lucrũ de re ſua. Res autẽ mutuata eſt ipſius mutuantis:nam quamuis transferat eam quantum ad ſubſtantiam,retinet tamen ſibi poſſeſſionem quantum ad valorem. Ad hoc dicen- C dum, ꝙ vnuſquiſque licitè poteſt recipere lucrum de re ſua, dummodo res illa ſit apta nata lucrificare ex ſui natura. Res autẽ mutuata non eſt ex ſui natura apta nata lucrificare immo ꝙ lucri faciat eſt omnino contra naturam ſuã, ſicut patebit ſermone 28. arti. 1.c.2.

Vndecima defenſio uſuræ cum ſua ſolutione. Cap. 11.

Quomodo in contractu una domus poteſt facere aliã domum.

VNdecimum ſcutum ſumunt quidam dicentes. Domus eſt quid artificiale, nec ex ſui natura eſt apta nata facere D domum. Et tamen experientia teſte apparet, ꝙ per licitum contractum una domus poſſet facere plures domos. Nam poſſet aliquis pro penſione domus vſque ad certum tempus recipere aliam domum, & iterum vſque ad tempus aliam,& ſic de multis: & ſic vna domus faceret plures domos. ergo eodẽ modo ex pecunia fieri poſſet, & per conſequens contractus vſurarius & illicitus non videtur. Ad hoc dicendum eſt, ꝙ cauſa quare pecunia non parit pecuniam, non eſt quòd ſit artificiale aliquid,ſed quia habet ſibi præſtitum & determinatum valorem ab ipſa arte,ſicut latius in ſermone 38. art. 1.c.2.patebit.Ideo minimè creſcere poteſt in ſuo valore taliter, ꝙ ex ea recipiatur vltra ſortem, niſi ex cupidine mutuantis. E Non autem ſic dici poteſt de domo: quia licet ſit quid artificiale,non tamen habet ſibi præſtitum & determinatum ualorem ab ipſa arte, quapropter excreſcere poteſt in ſuo ualore ita,quòd ſine aliquo vitio pro ea recipi poſſet lucrum.

Duodecima defenſio uſuræ & eius ſolutio. Cap. 12.

Quomodo & non actio poteſt eſſe bona, vel mala.

DVodecimum ſcutum ſumunt dicentes. F ſi contractus malus eſt ex reſpectu præſtitoris,erit etiam malus reſpectu mutui receptoris & maximè ꝓpter duo. Primo, quia tota vis contractus ex vtriuſque concordi cõſenſu procedit, ac per conſequens & malitia eius. Secundo, quia velle ꝙ alter mortaliter peccet, vt ipſe indigentiam ſuam corporalem ſupplere poſſet, aut temporalem vtilitatem cum illius culpa reportet,eſt prauum & impium, & maximè ſi ad hoc illum ſuis precibus inſtanter inducit.Ad hoc dicendum, ꝙ ſicut eadẽ actio reſpectu agẽtis poteſt eſſe mala & reſpectu patientis, vel cõſulentis bona & meritoria, quando ſcilicet ille nõ conſulit eã, G niſi ſolum inquantum bonã & propter bonũ: ſic recipere mutuum ad vſuram poteſt eſſe licitum,licèt ſic præſtare ſit malũ. quia recipienti poteſt per ſe & abſolutè diſplicere illã vſuram, & poteſt cõſentire in ſolam eius redditionem abſque hoc ꝙ conſentiat in acceptionem vſuræ, inquantum ſcilicet vitioſa eſt: & tunc licet contractus mutui vſurarius ſit ex vtriuſque conſenſu,non eſt tamen à conſenſu iſtius inquãtum eſt vitioſus niſi per accidens. Nec dat vſurario occaſionem vſuras accipiendi, ſed mutuandi. Nec placet ei vſurarũ acceptio, ſed mutuatio quæ eſt bona,quia eſt ſubuentio ſuæ neceſſitatis. H Secundum autem Augu. aliud eſt bene vti malo,aliud malè vti bono.Nã bene vti malo,non eſt malum,ſed bonum.Et ideo bene uti malo vſurarij bonum eſt.Vtitur enim ille bene, qui pro ſua neceſſitate mutuum quærens & abſque vſura habere non valens,dat illam,non tamen eius vitio delectatus,ſed ſola propria neceſſitate compulſus ſeu inductus. Eſt tamen notandum, ꝙ mutuum recipiens in duobus caſib. mortaliter peccat. Primò,quando abſque rationabili neceſſitate hoc agit, eo ꝙ tunc malo alterius malè vtatur. Secundò,quando aliquem

quem

A quem nolentem ſimpliciter dare, nec etiam ſub vſura tanquàm Deum timẽtem homo pro ſua neceſſitate ad pręſtandum ſub vſura inducit, quia tunc talis non bene utitur malo illius in eo præexiſtẽte, ſed potius eũ incitat & inducit ad malum, quod nõdum habebat. Prius.n. de ſe permittere mori, ꝙ aliquem ad Deum mortaliter offendẽdum incitare. Præterea aliud eſt in ſua neceſſitate ad vſurã accipere ab eo, qui ad hoc volũtarius eſt, vel eſt ad vſuram mutuaturus: & aliud eſt illa ſuſcipere ab eo, qui ad illã inducendus eſt: ſicut aliud eſt recipere iurm per idolum factũ ab idolatria aliter nolẽte
B iurare, aut aliud iurm firmum nõ reputãte: & aliud eſt inducere eum non ſolum vt iuret, ſed ẽt vt per idola iuret. hoc vtiq; criminoſum eſt. Primum verò, ſm Aug. in ep. ſtola ad Plebiculam, licitum eſt de his tamẽ latius dictum eſt in lib. de Chriſt. rel. ſermone. 35. circa principium.

Decimatertia defenſio uſuræ cum ſua ſolutione. Cap. 13.

Decimumtertium ſcutũ aſſumunt dicentes, ꝙ qui mutuũ recipit ab vſurario, poteſt, ſcit & vult rem ſuam
C vſurario dare. Dicitq; ei, ego do tibi hãc pecuniam pręter ſortem, ergo ſuperabundantia iſta proprij vſurarij eſt, & iuſte, quia ex dono illius eſt, qui habet ius dãdi. Ergo vſurarius non ſibi vſurpat rem alienã. Ad hoc
Alex. vbi ſup. dicendum, ſm Alex. de Hal. ꝙ ille qui accepit mutuum, non habet ius dandi vſurario, quia Dñs contradicit, Luc. 6. dicens, Mutuũ date, nihil inde ſperantes. Sicut ſi aliquis haberet feudum ab aliquo dño temporali, nõ poſſet transferre dominium illius feudi domino contradicente. Cum igitur Dominus omnium cõtradicat, nullus põt vſurario da
D re ſuperabundantiam præter ſortem.

Decimaquarta defenſio uſuræ, & eius ſolutio. Cap. 14.

Quartumdecimum ſcutum eorũ tale eſt. Eſto ꝙ ſi fiat contractus, mutuo tibi pecuniam iſtam, vt des mihi tãtum præter ſortem. Ergo ſm hanc formam ſuperabundantia, quã accipit vſurarius, data eſt ſibi, ergo eſt ſua. Ad hoc Alex. de Hal. rñdet dicens, ꝙ quibuſcunq; verbis cõtractus mutetur, nihil in cõtractu mutatur. Nã ſemper eſt peruerſa intẽtio fœnerantis, qua cupit rẽ alienã manentẽ alienã facere ſuã. Ideo ſi quis timore, qui poſſet eadẽ in cõſtante virum, diceret nõ conſentiens aio, accipio te in vxorẽ, indicaret matrimoniũ nullum eſſe. Similiter cum iſte neceſſitate coactus dicat, ego do tibi tantũ pręter ſortem, & aio diſſentiret, iudicabitur donatio nulla eſſe. Ergo vſurario nihil eſt datum de tinet ergo rem alienam inuito domino. E

Decimaquinta defenſio uſuræ cum ſua ſolutione. Cap. 15.

Decimumquintum ſcutũ ſumunt dicentes: Maius peccatum eſt homicidium, ꝙ ad vſuram mutuũ dare. ſed F
in aliquo caſu nõ ſolum occidere licet, verumetiam qñq; meritorium eſt, vt patet in iuſto iudice, qui maleficũ iuſtè damnat ad mortẽ. ergo ſimiliter dare ad vſuram in aliquo licitum erit. Ad quod rñdet Alexan. de Hal. ꝙ quamuis occidere ſit peccatũ in ſe, non tñ ſm ſe, quia qñq; licet. Dare autẽ ad vſurã eſt peccatũ in ſe, & ſm ſe, quia nunꝗ in aliquo caſu licet, ſicut patebit ſermone 38. art. 1. per totũ. propterea nõ eſt ſimile. Ex dictis patet, quõ vſura magiſtraliter deſcribitur, in quib. etiã cõmittitur, & quõ fallaciter excuſat, vt cognita veritate iã reſipiſcant, qui circa vſurã tã erroneè delirauerunt, qđ eis miſericorditer largiat mia piiſſimi ſaluatoris, qui cũ Pře, & Spũ ſancto regnat glorioſus in ſęcula ſęculorum, Amen. G

FERIA QVARTA poſt iiij. Domi. Quadrag.

De mutuo & quomodo & quando quilibet teneatur mutuum dare gratis.

Sermo * XXXVII. H

Quamdiu in mundo ſum, lux ſum mundi. Ioan. 5. & in Euangelio hodierno. vt præcedenti ſermo ſequens cohæreat, tenetis dictum ſuperius ex deſcriptione vſuræ ſolum in contractu mutui interuenire vſurã. Proinde neceſſariũ eſt de ipſo mutuo ſpãlem exhibere ſermonẽ. Lumen de hac materia ſumẽtes ab illo, qui in vero propoſito de ſe ait, Quandiu in mundo ſum, lux ſum mũdi. Hanc quidẽ lucẽ nobis adminiſtrauit, cũ Luc. 6. c. ait, Mutuũ date nil inde ſperantes. Quod verbum poteſt eſſe aliud thema in pñti ſermone. In quo

A ſacratiſſimo verbo triplex myſterium demonſtratur. Primũ rectæ mutuationis ibi, Mutuum. Secundũ debitè obligationis ibi, date. Tertium gratæ & puræ intentionis ibi, nihil inde ſperantes.

ARTICVLVS PRIMVS.

In quo circa mutuum quæruntur tria.

PRimum myſterium, quod continetur in hoc ſacratiſſimo verbo, eſt rectæ mutuationis, quia Dominus ait, Mutuum. Ad maiorem intelligentiam eorum, B quæ de mutuo dicenda ſunt, ad præſens quæruntur tria.

Quid eſt mutuum & vnde dicatur. Cap. 1.

PRimò enim quæritur, quid ſit mutuum. Et dicendum, ꝙ mutuum dicitur quaſi meum tuum. (*Mutuum vnde.*) Quia id, quod à me tibi mutuo datur, ex meo fit tuum, ethymologia eſt. Res etenim mutuata illius vtique fit, cui mutuo erogatur. ff. de re. tre. & ſi cert. pet. l. mutuũ. C §. appellata. Eſt nihilominus aduertendum, ꝙ reperitur mutuo, as, actiuum verbum: & mutuor, aris, verbum deponens. Differunt tamen, quia mutuo, as, dantis eſt mutuum. Vnde mutuare dicitur, quaſi mutuo dare, vt mutuo denarios tibi. i. mutuo do tibi. Sed mutuor, aris, eſt recipientis, quaſi mutuo recipere. Vnde mutuor denarios a te. i. mutuo recipio denarios à te. (*Quæ ſunt res, quas mutuamus.*) Hinc ps. ait. Mutuabitur peccator, & nõ ſoluet. Et Exo. 12. Pręcepit Dominus filijs Iſrael, vt mutuarentur vaſa à vicinis ſuis, & expoliarent Aegyptum. quilibet ergo caueat abuti his verbis. Item mutuo & commodo & accommodo differunt: quia commodamus, vel accommodamus illas res, quæ in eodem eſſe D debent reddi: ſ. quæ non tranſeunt in poſſeſſionem recipientis, vt equum, mantellũ, & huiuſmodi. Sed illas res mutuamus, quę tranſeunt in dominium recipientis, vt denarios. Vnde accommodo vel commodo tibi equum. i. non ad proprietatem, ſed ad commodum, ſeu ad vtilitatem, & ad conſimilem vſum, ad quem ego habeo, do tibi. i. ad equitandum, non vt ſit tuus. Vnde commodare dicitur, quaſi cum modo temporis ad alium transferre & dare. & ethymologia eſt. Sed mutuo denarios, cum ſint mei: dando fiunt tui. Ex his patet, quæ ſit differentia inter mutuum & commodatum. De E differentia autem illorum verborum tales dantur verſus.

Mutuo vult dantẽ, ſed mutuor recipientẽ.

Et iterum.

Mutuo tradẽtis eſt, ſed mutuor recipiẽtis.

Hæc ſententia eſt Catholicon.

Quod ſolum in contractu mutui veri & interpretati committatur uſura. Cap. 2.

SEcundo inſuper quæri poteſt, in quo contractu committitur vſura. Dicendum, F ſecũdum omnes Doctores, quòd vſura non poteſt committi, niſi in mutuo vero vel interpretato, ſicut in præceden. ſermo. art. 1. per totum ſatis patuit. Quare autem ſolum in cõtractu mutui committitur vſura, (*In quibus committatur uſura.*) ratio eſt, ſecũdum Alex. Lomb. quia cum vſura ſit vitium & peccatum, neceſſe eſt ꝙ ſit in aliquo contractu vitium ſortiente. quod autem vitium ſit, aliquid recipere vltra ſortem, in primo arti. pręcedentis ſermonis patet. Tale nempe vitium cadere nõ poteſt primò in contractu emptionis, nec venditionis, nec in contractu locationis, nec in contractu commodati. Primò vſura G cadere nõ poteſt in cõtractu emptionis, & venditionis, quia in tali contractu non accipitur aliquid, quod accedit ſorti. Nã ſi quis pro. c. emat agrum, ac in fine anni fructus inde percepti valeant decem talis excreſcẽtia de ſorte eſt. (*Si cadit in contractu emptionis, et venditionis vide Aſteſanũ. & Franciſcum de Platea in ſuo libro de reſtitutione.*) Eodem modo ſi quis merces, quæ in vno loco abundant pro minori pretio, & aliquid lucratur dum vendit eas in alio loco, vbi deficiunt, lucrum eſt de ſorte, & ideo licitum eſt. Ex his patet, quòd in contractu emptionis & venditionis lucrum non accedit ſorti, ſed eſt de ſorte. Secundò non cadit vſura in contractu locationis, & hoc propter eandem cauſam. Proinde id, quod datur pro re locata, eſt vtique H merces, non vſura. Tertiò quoque non poteſt eſſe vſura in commodato: quia ſi pro re commodata aliquid datur, commodatum tunc in locatum trãſit, vt iam verè dicatur locatum, non commodatum. Ex his patet, quòd vſura eſt vitium alicuius contractus: ſed vt patet, non emptionis, nec venditionis, nec locationis, nec commodati, neceſſe eſt ergo, ꝙ ſit mutui. Hanc rationẽ ſequitur quædam glo. 14. q. 3. c. quòd autem. quæ ait, ꝙ ſunt duo cõtractus, qui de natura ſui gratuiti ſunt. ſ. mutuum & commodatum. Mutuum autem ſi non gratuitum, non eſt iam

A iam mutuum, ſed vſura: Commodatum verò ſi non eſt gratuitum, non eſt vſura: ſed tunc deſinit eſſe commodatum & trãſit in locatum. Illud verò, quod accipitur pro cõmodato, aut accipitur ꝑ re illa, aut pro vſu illius rei. Iterum ſi pro re ipſa aliquid accipitur, aut eſt pecunia, aut alia res. Si pecunia, iam non eſt commodatum, ſed emptio & venditio dici debet. Si autẽ eſt alia res, tunc permutatio nominatur. Si autem accipitur pro vſu rei, aut eſt pecunia, & tunc eſt locatio. Si autem erit alia res, erit cõtractus innominatus, ſcilicet do ut des.

B *Quod triplici ratione in locatione, & non in mutuo poteſt homo aliquid accipere ultra ſortem.. Cap. 3.*

TErtiò quæritur, quare plus in locationis contractu quàm in mutuo poteſt homo accipere ultra ſortem? Licèt hoc dubium tactũ fuerit in præcedenti ſermo. arti. vlt. c. 6. tamen adhuc dici poteſt, ꝙ mutuum à locatione differt triplici ex reſpectu, ſeu ratione. Primò ratione charitatis, ſecundò ratione proprietatis, tertiò ratione vtilitatis. Primò quidem differt locatum à mutuo ratione charitatis. nam, ſecundum Alex. Lombar. in mutuo eſt cõtractus gratiæ ſeu charitatis. In locato verò eſt contractus iuſtitiæ & æquitatis. Mutuum ergo de ſui natura debet eſſe gratuitũ, aliàs venditur charitas, & gratia, quæ in mutuo communicatur. Quæ quidẽ venditio nihil aliud eſt, niſi abuſio charitatis, & gratiæ corruptela. In locato verò nõ ſic. Vnde ſicut ſup. in præcedenti ſermo. dictum eſt, c. 6. art. 3. ſi mutuatis reb. vera ratio locationis, & cõſimilis vſus rei locatæ datur: tunc vltra ipſã licitè amplius exigi poteſt: vtpote ſi floreni aurei ex ſua inſpectione, vel deportatione valerent aliquibus morbis, vt faciũt aliquę gemme aut ſi abſque ſui conſumptione aliquibus obſequijs vtiles eſſent: vt ſunt aurei & argentei cyphi: tunc vtique poſſunt licitè locari, & cum ipſis pretium locationis recipi. Probantur hæc 14. q. 3. ſi fœneraueris. vbi in glo. Poſſet quoque in locato committi vſura, ſicut patet. inf. ſerm. 39. art. 2. c. 2. Secundò differt mutuum à locato ratione proprietatis. Secundum enim Ioan. And. extra de vſur. circa ſi. in locato remanet ꝓprietas rei locatæ apud locantem. ff. loca. l. nõ enim. Proinde ſi ad eum, & non ad aliũ rei propriæ peruenit lucrum, equidem iuſtum eſt, cum nullus cogatur de proprio beneficium facere. 10. q. 2. c. precariæ. in ſi. In mutuo verò mutuans nõ retinet dominiũ mutuatæ rei, ſed ſicut patet ex præcedentibus, transfertur in eum, cum mutuum daẽ. Propterea minimè iuſtum eſt, ꝙ res fructificet ei, cuius non eſt. i. mutuati, & non fructum, ſed damnum faciat ei, propter periculum dico eius, in cuius dominium trãſlata eſt. Ideo aperta quidem iniuſtitia eſt, ꝙ tibi vẽdam rem tuam & pro tempore quo iam aperte eſt tua: ꝙ apertiſſimè in mutuo contingit. Iuſtitia igitur hoc expoſcit, quòd vſus rei tibi à me mutuatę & omnis vtilitas ex ea proueniens pro toto tempore, pro quo tibi à me mutuata eſt, ſit omnino tua, non mea. Cum hoc concordat Sco. Tertiò differt mutuum à locato ratione vtilitatis, quia de locato homo ſuſcipit fructum. Vnde Chryſ. 88. diſt. c. eijciẽs, ait: Hĩs agrum, arando accipit ex eo fructum: habens domum, vſum manſionis capit ex ea. Et ideo qui locat domum vel agrum, vſum ſuũ dare videtur, & quodãmodo videtur mutuare cum lucro lucrum: ex pecunia repoſita nullum uſum capis. Hæc ille. Sed obijcitur: nonne homo amplius lucratur, & maiorẽ fructum ſuſcipit ex denarijs, quàm cũ agro & domo? Dicendum ꝙ de denarijs homo ſuſcipit fructum: nam ſi ex uſu denariorum homo ſuſcipit fructum, non prouenit principaliter ex denarijs, ſed ex ingenio utentium eis. at econuerſo de domo uel agro. nam licèt fructus per ingenium hominis capianẽ ex eis, principaliter tamen fructus atque utilitas ex illis cum ingenio hominis originem habent. Preterea damnum & periculum mutuabilium rerum nõ ad mutuũ dantem, ſed ad mutuum recipientem: & econtra in quibuſcunque locabilibus euenire probatur. Nam omne damnum & periculum & quæcunque deterioratio rei locatæ imminet, ſi ex culpa eius qui locationem accepit, non ſuperuenit, ad locantem deuoluitur, quia locatus equus aut domus ueteraſcunt & conſumuntur atque per uſũ deterioràtur. Moritur equus, ruit uel comburitur domus, quæ omnia pertinent ad locantis damnum & detrimentum. Contrarium uerò in mutuo ex ſui natura contingit, quia omnia prædicta pertinent ad mutui receptorem: nec imminet aliquod periculum de pecunia illa in mutuum dãti, ſed tantum recipiẽti. quapropter cui imminet periculum rei, iuſte eius fructus contingit, & non econuerſo. 14. q. 3. c. ſi fęneraueris, cum

Mutuum a locatione differt. C

D

E F G

Damnũ & periculum rerũ mutabilium. H

A cum ibidem notatis. Iniuſtum equidē eſt, ꝙ ad eum ſpectet commodum, ad quem non ſpectat periculum, vt c. 1. de cenſib. in cle. & l. ſecundum naturam. ff. de reg. iur. Huius ſentētiæ eſt Ioan. An. Hoſtien. Goff. & Doctores omnes hoc cōmuniter tenēt. Præterea, ſm Alex. de Hal. mutuū propriè non deterioratur per vſum, prout pecunia: ſed locatū ſic, vt domus, vel equus. ad hoc facit. c. eijciens. 88. diſt.

Articvlvs Secvndvs.

B *Quando quilibet obligatur proximo ſuo mutuum dare gratis.*

SEcundum myſterium, quod cōtinet verbum Chriſti, eſt debitæ obligationis, qa præceptoriè ſubdit, Date. Ad cuius præcepti intelligentiam aduertēdum eſt, quod Matth. 5. Præcepit Dñs dicens, volenti à te mutuari ne auertaris. Ideo naturalis lex obligat & præcipit diligere proximum, ſicut ſeipſum. & hoc nō tantum affectu, ſed etiā pro loco & tempore, cum opere & effectu. Proinde Luc. 6. propriè propoſitum verbū hanc naturalē legem expreſsit dicēs, Prout vultis ut faciant vobis homines, & vos facite illis ſimiliter. Nempe ad proximum di C ci nequaquàm poteſt verus affectus, niſi ꝓ loco & tēpore condignus ſubſequatur effectus. Hinc 1. Ioan. 3. dr̃ per Apoſtolum ſanctum. Filioli non diligamus verbo, neq; lingua. ſ. tantum: ſed opere & veritate. i. veraci operatione atque effectu. & 7. q. 5. c. omnis, dr̃: Qui negant miſericordiam faciendam indigentibus & neceſſitatem patientibus, ipſum Chriſtum negant, qui eſt miſericordia ſumma. Sed quia hoc naturæ præceptum, de quo hic loquitur Chriſtus, eſt affirmatiuum, obligat ſemper, ſed nō ad ſemper, ſed per loco & tēpore occurrenti. Ideo D in debito mutuandi duo principaliter confid anda ſunt. Primo facultas ſubſtantiam habentis; ſecundò indigentia mutuum poſtulantis. Primò inquàm conſideranda eſt facultas ſubſtantiam habentis. Et circa hoc tria genera hominum reperire contingit. Primò enim ſunt quidam, qui habent facultatum penuriam: ſecundò reperiuntur quidam, qui habent facultatum ſufficiētia: tertio reperiuntur, qui habent facultatū abundantiam. Secundò cōſideranda eſt indigentia mutuum poſtulantis Et circa hoc tria genera hominum reperiuntur. Primò enim ſunt quidam habentes neceſſitatem vltimā aut extremam. Secundò ſunt alij, qui habēt B neceſſitatem artam, ſed non extremam & vltimam. Tertiò quoque qui habent neceſſitatem communem ſcilicet nō artam, nec extremam, ſed mediam quodammodo. Ad reperiendam igitur veram mutui obligationem id eſt quādo, cui & quomodo quilibet obligetur mutuum dare, omnia prædicta genera hominum quadam ingenioſa diſcretione & arte vario modo computanda ſunt, vt bene de hoc veritas poſſet reperiri. Et de hoc ſubdatur exēpli cauſa modus: cui concordat Alex. de Halis.

Regula ad reperiendam verā mutui obligationem.

E *Quibus tenetur mutuum dare facultatum penuriam ſeu indigentiam habet. Cap. 1.*

PRimò ſunt, qui habent facultatū penuriam, ſeu indigentiam nō extremam. Et tales ſi ipſi vel ſui non ſunt in extrema neceſſitate, tenentur dare mutuum ſolummodò primis, id eſt eis qui ſunt in neceſſitate extrema, clara & manifeſta. Cuius ratio eſt, quia & ſi ipſi penuriam patiuntur, non tamen deficiunt, neque moriuntur. Hi verò qui ſunt in neceſſitate extrema, manifeſta G & arta, iam moriuntur, niſi eis ſubueniatur ſtatim. Sed quia in extrema neceſſitate omnia communia ſunt, illis tanquàm de ſuo ſubueniri debet. 47. diſt. ſicut patet. 12. q. 1. c. dilectiſſimis. Sed quid ſi hi, qui habent facultatum penuriam, non habent aliquid corporale, quod conueniat ſubuentioni illorum, qui ſunt in neceſſitate extrema: nunquid à ſubuentione mutui liberati ſunt? Dicendum quòd non: quia adhuc aliquid eis mutuo communicare tenentur. Nam vltra datum, ſeu mutuatum à manu. habent aliquid aliud mutuandum quod triplex mutuum, licèt impropriè nominari poteſt. Primum eſt mutuum operis, ſecundum eſt mutuum oris, tertium eſt mutuum cordis. Quorum quodlibet pro loco & tempore homo communicare tenetur, ſi non poteſt de numero denariorum aliter ſubuenire. Primum quidem mutuum communicandum eſt operis id eſt obſequij. quia etiam inimico in extremitate degēti obſequium præſtare debemus. In cuius myſterium. 23. Exod. præceptum eſt. Si videris aſinum odientis te iacere ſub onere, non pertranſibis, ſed ſubleuabis cum eo. Quis inquàm aſinus te odientis, niſi corpus inimici tui? quod

De mutuo dicitur mutuū quaſi de meo tuum, vt dum do tibi rē meā ad tēpus. Vide bab. lib. 4. di. 15. q. 11. Alexā. 3. par. q. 66. mem. 1. & Gersō par. 2. ſuorum operum. de contractibus par. 1.

Quæſtio. Solutio. Mutuum operis.

A quod tunc quidẽ ſub onere iacet, qſi in extrema neceſſitate manet. Quod utiq; præcipiente Dño ita inſenſibiliter non pertranſire debemus, quin iuxta poſſe mutuum talis ſubuentionis charitatiuũ cõicemus. Scdm eſt mutuũ oris, quod eſt dulce uerbum.;conſolatio verbi ſuauitas oris. Quod quidem etiã pro loco & tẽpore in tali corporis extremitate egentib⁹ impendere obligamur, dum uerisimile eſt ꝙ ẽt tali immineat extremum periculũ animę, oĩno tale mutuũ oris cõicare tenemur, ſicut ſæpe cõtingere ſolet his, qui ex diuino & humano iudicio ducũtur ad mortẽ uel propinqui ſunt morti. Audi ad hoc Eccleſiaſticum.c.18.dicẽtẽ.Non ne ardorem refrigerabit ros: ſic & verbum melius q̃ datum. Tertium eſt mutuũ cordis:nam & ſi ei qui in extremis eſt, nec ope re, nec ore mutuũ præſtare vales: adhuc aliquid tibi eſt, ꝙ ei mutuo cõicare teneris. Habes cor, habes affectum. habes, vel ſaltẽ habere tenetis animum piũ, cordis compaſſionẽ teneritudinem mentis, ei mutuũ præbe cordis. Da ei cor per compaſſionẽ, euiſcera temetipſum, recolens Apoſtoli verbum. 1. ad Timoth.4. pietas ad oĩa ualet, promiſſionem habens uitæ, quæ nunc eſt & futuræ. Et iterum Mat.5.dr. Beati miſericordes, qm̃ miſericordiam conſequentur. Et iterum dicitur Eſa.58. cum effuderis eſurienti animã tuam. ſ. per cordis compaſſionem. ecce mutuum cordis. & aĩam afflictam repleueris. ſ. compaſſiua pietate. tunc orietur in tenebris. ſ. etiam peccatorũ tuorum. lux tua. i. gratia tua ad veram conuerſionem illuminans mẽtẽ. Pro quib⁹oĩbus Mat.5.glo.ait. Si deeſt facultas, da affectum obſequium vel uerbum.

Secũdum mutuum oris.

B

Mutuum cordis.

C

Quibus obligantur mutuum dare qui habent ſufficientiam facultatum.

Cap. 2.

D SEcundo ſunt quidam, qui habent facultatum ſufficientiam:& hi duobus generibus hoĩum ex præcepto mutuum, iuxta poſſe præſtare tenentur. Videlicet his, qui neceſſitatem habent artam, & ſi nõ extremam:& his, qui habẽt neceſſitatẽ extremam. Quod ſic intelligendum eſt. ſ. ꝙ ſi p̃dictus habens facultatum ſufficientiam habet aliquid, quod non ſit neceſſariũ ſuſtentationi naturæ ſuæ, nec etiam illorum quib⁹ prouidere tenetur: vt ſunt filij, vxor, familia, ſerui & cæteri conſimiles:& tanta ſit notabilis neceſſitas ex parte duorum generũ hominum, ſcilicet eorum, qui habent neceſſitatem extremam, ꝙ immineant probabilia ſignificat extremæ neceſſitatis: nec in promptu appareat qui ſubueniat & mutuũ preſtet: tunc huiuſmodi habens facultatum ſufficientiam ex neceſſitate pręcepti tali indigenti ſubuenire & mutuum præſtare tenetur. nec eſt expectanda extremitas ultima, quia fortè non poſſet iuuari natura, iam fame uel ſiti uel frigore ſeu quocunque alio cruciatu conſumpta. ad hoc etiam uide infra, ſer.38.art.1.c.10.

E

Quibus tenentur dare mutuum qui abundant in facultatibus huius mundi.

Cap. 3.

F

TErtio ſunt quidam, qui habent facultatis abundantiam. Et hi tenentur ex præcepto mutuum dare omnibus prędictis tribus hominum generibus, videlicet eorum qui habent neceſſitatem extremã, artam & communem. Quod quidem habet ſic intelligi. ſ. ꝙ huiuſmodi in facultatibus abundantes quicquid ſuperfluum habent ſuſtentationi naturæ ſuę & illorũ, quibus prouidere tenentur, ſicut ſupra dictum eſt, & quicquid habent ſuperfluũ decentiæ ſui ſtatus, tenentur de illo præſtare mutuum quilibet. ſ. prædictorũ neceſſitatem patienti, ſiue neceſſitas ſit extrema, ſiue arta, ſiue communis. Quod quidem ſi talis non facit, nec proponit bona ſua melius diſpenſare, uel æque bene: mortaliter peccat. Et ſic intelligitur illud. 1. Ioan.3. qui habuerit ſubſtantiam huius mundi, & uiderit fratrẽ ſuum neceſſitatem habentẽ, & clauſerit uiſcera ſua ab eo, quomodo charitas Dei manet in eo? Et iterum. 47. diſtin. cap. ſicut hi: Ambroſ. ait: non minoris eſt criminis habenti tollere, quam cum poſſis & abundans ſis, indigentibus denegare. Si autem multitudo indigentium occurrat, quibus omnibus ſubuenire non poſſet, tenetur homo cęteris paribus ſubuenire plus indigenti: nec tamen conſiderare oportet omnes euentus, qui poſſunt accidere in futurum, quia hoc eſſet in craſtinũ prouidere, quod Matt. prohibet Dominus dicens, Nolite ſolliciti eſſe in craſtinum. Ad quod præceptum etiam quilibet ſecularis obligatur. hoc autem neceſſarium, atque ſuperfluum diiudicari debet, ſecundum ea quæ probabiliter, & ut in pluribus accidere ſolent. Sed quidam obijciunt dicentes: Hæc ſubſtantia, & hæ diuitiæ meæ ſunt, ego ipſe ſudo-

Qui tenẽtur ex pręcepto mutuũ dare.

G

H

A ſe ſudoribus & ſollicitudinibus meis mihi illas coadunaui; & ego mihi illas acquiſiui. Quare quod meum eſt, alijs debeo erogare? ſi diuitijs egent multi, ſic damnum eorũ: acquirant ſibi laboribus multis, ſicut & ego feci. Talibus dicendum eſt, ꝙ ſuperfluum ſuſtentationi eorum & ſi illorum ſit proprium, quantum ad ſuæ naturæ ſuſtentationem, ſeu auctoritatem miniſtrandi: tamen quantum ad vſum, illorũ eſt, in quibus ſunt ſigna probabilia neceſſitatis extremæ, niſi ſubueniatur eiſdem. A ſimili quoq; aliquo modo dico de ſuperfluitate decentiæ ſui ſtatus reſpectu indigentium citra prædictã ne-
B ceſſitatem extremam. Contra illos autem, qui de ſuperfluo prędictis modis nolunt indigentibus ſubuenire, ac ſua dicũt eſſe, quæ habent, di. 47. c. ſicut hi. Ambro. ait in perſona eorum dicẽs: Quid iniuſtum eſt, ſi aliena non inuadam propria diligentius ſeruo? Et exclamãdo ſubdit: O impudens, dic tu quæ propria dicis, quæ? & quibus reconditus in hunc mundum intuliſti? qñ in hanc ingreſſus es lucem, quando de ventre matris tuæ exiſti: quibus quæſo facultatibus, quib⁹ ſubſidijs ſtipatus ingreſſus es? Et poſt pauca. Proprium nemo dicat, quod commune eſt. Et addit, eſurientium panis eſt, quem tu detines: nudorum indumentũ eſt, quod tu re-
C cludis: miſerorum redemptio eſt & abſolutio pecunia, quam tu in terra fodis. Tantorum te igitur ſcias inuadere bona, quantis poſſes præſtare quod uelis. ſ. ſolũmodo pro te ipſo. Et licet tranſgreſſores huius præcepti non ſemper lege puniantur humana, puniuntur nihilominus lege diuina. Nam ſecũdum Auguſt. de libero arbi. multa impunita iuſtè relinquuntur a lege humana, quæ tamen iuſtè iudicantur lege diuina. Ex his patet, in quo caſu intelligitur eſſe præceptum de mutuo dãdo, & in quo non, quia Dominus Lu. 6. ait, Mutuum datę.

Quorundam obiectio.

D

ARTICVLVS TERTIVS.

De triplici intentione quæ interuenire poteſt in mutui datione.

TErtium quoque myſterium cõtinetur in verbo Chri, quod eſt puræ ſeu gratæ intentionis. Vnde ſubdit, Nihil inde ſperantes. Propter quod talis regula notanda eſt, ſecundum Sco. in 4. diſ. 15. q. 2. ad iuſtè contrahendum mutuum, oportet ſeruare æqualitatem in numero, pondere & menſura, exceptis caſibus, de quibus patet

Scotus in 4. di. 15. q. 2.

E in ſermone 43. Ait enim Dominus, nihil inde ſperantes, ſcilicet, ꝙ communiter poſſet pecunia æſtimari. quia, ſcilicet intentio in mutuo dando debet ſolum ex charitate moueri. Poteſt tamen diſtingui, ſecundum glo. extra de vſur. c. conſuluit. Intentio triplex in mutuo dando. Prima. ſ. charitatis, ſecunda tepiditatis, tertia cupiditatis. In prima charitas eſt cauſa mutui, in ſecunda mutuũ eſt cauſa ſpei, In tertia vero ſpes eſt cauſa mutui, ſecundum Bal. de Peruſio.

In mutuo dando triplex intẽtio obſeruatur.

De mutuo dato ex charitate circa quod incidenter plura quæruntur. Cap. 1. F

PRima eſt intẽtio charitatis, in qua charitas eſt cauſa mutui. Hoc quidem eſt, quando in mutuo dãdo homo ſolum ex charitate mouetur, nec ex eo intendit hr̃e aliquam tpalem vtilitatem, ſed ex mera gr̃a, & abſq; aliqua impuritate vſuræ mutuat egenti. Circa hoc aũt quærũtur plura. Primo quæritur, an pro mutuo tali intentione tradito ac inde recepto liceat recipere poſtea aliquod donum? Ad quod dicẽdum, ꝙ ſi probabiliter pręſumitur dari illud gratis ex amicitia propter beneficium præteritæ mutuationis contractã, tunc licitè recipi põt. Si vero præſumitur, ꝙ ſolum ſit quaſi in precium mutuationis,
G tunc recipi non debet, immo ſic receptũ debet ipſi danti reſtitui. Si aũt qui ipſum mutuum recipit expreſſe diceret, ꝙ non dat illud rõne mutui facti vel fiendi ſiue ſeparati, tunc ſatis præſumi põt ꝙ illud gratis dar, niſi obſtent aliquæ circunſtantię prius tactę in præceden. ferm. arti. 3. c. 4. Secundo quęritur, an pro depoſito pecuniæ abſq; intentione lucri inde habendi tradito ac inde recepto, liceat poſt modum ab eo apud quem fuit depoſitum, accipere pro hac depoſitione aliquod donum, puta. c. liber. Ad hoc dicendum eſt, ꝙ cum receptor & cuſtoditor depoſiti ſeruiat in hoc ipſi depoſitario po-
H tius quam econuerſo, non uidetur quod ratione depoſiti inquantum depoſiti, intẽdat ſibi dare aliquod donum. Vnde videtur ꝙ hoc faciat, quia ille depoſito ut mutuo vſus eſt. Si tamen concurrerent in tali dono conditiones, quæ in præcedenti quæſtione poſitæ ſunt. & ultra hoc depoſiti cuſtoditor diceret expreſſe, ꝙ non dat illud ratione mutui, vel depoſiti facti vel fiendi, nec ſperati, nec eſt uſus illo ut mutuo, nec ſic uti talibus depoſitis conſueuit, tunc præſumendũ eſt, ſi eſt multum fide dignus & homo verax & rectus,

Prima q̃ô. *Solutio.* *Secunda quæſtio.* *Solutio.* *Condĩones requiſitæ ad mutuum.*

A rectus, quod dat gratis ſubſequens donum,
communiter tamen res ſuſpecta eſt, & ha-
Caſus. bet ſpeciem mali. Tertium quoque du-
bium ſubiungamus. Pone, quod debitor v-
ſurarij ſocio ſuo pecuniam mutuauit, eo ſci
licet pacto, quod ipſe conſtitueret vſurario
ſortem & vſuras inde currentes. Quæritur
nunc, ſi talis mutuans vſurarius dici poſſet.
Iohan. Cal. in ſua repetitione. ca. ſi. extra de
vſur. in hoc caſu diſtinguit dicens: Quia
aut talis ſecundo mutuans ſocio ſub dicto
pacto omnino intendebat tunc ſatisfacere
vſurario creditori ſuo de pecunia illa, ſic ſe-
cundo dicto ſuo ſocio mutuata, aut non.
In primo caſu nec vſurarius eſt, nec etiam
B peccat, quia hic non fit ſtipulatio vt vſura-
rum, ſed ut euitetur damnum, nec ſibi ali-
quid creſcit. 14. quæſt. 4. ſi quis oblitus: ibi,
aliqua incrementa. & cap. quoniam. ibi, ad
quæſtum. non enim tenebatur cũ ſuo dam-
no ſocio ſubuenire. 14. quæſt. 5. c. ſi non li-
cet. ff. de præſcrip. verb. quæ ſeruandorum.
Talis enim ſolum damnum euitat, quod po
terat licitè euitare, nec in ea pecunia germi-
nare probatur, & ſic in eo deficiunt ratio-
nes prohibitionis vſuræ. Præterea ſatis in-
conueniens videretur, quod priusquam vſu
rarius qui recipit vſuras inde currentes ad
reſtitutionem tenetur, quod iſte etiam tene
C retur qui facit id ſolum vt ſocio prof..., &
ſine quacunque utilitate, vt dictum eſt. In
ſecundo autem caſu, quando tunc non in-
tendebat hic ſecundo mutuans ſatisfacere
dicto ſuo vſurario creditori primitus mu-
tuanti, cum tamen ceſſent rationes iam di-
ctæ, talis peccabit. Et ſi a ſocio vſuras re-
cipit, tenetur reſtituere eas, ſecundum Iohã.
prædictum. Et hęc diſtinctio mihi placet,
Quæſtio. cum æquitate ſit plena. Quarto quæri po
teſt, an liceat mutuum dare ad captandum
amorem & beneuolentiam debitoris: Di-
cendum quod ſic, vbi ſpes principalis non
D protenditur vlterius. Nam ſi ultra princi-
paliter mutuans intenderet lucrum, eſſet
Declaratio. vſura. Verbi cauſa, Mutuo Papæ, vel Impe-
ratori, vel alteri, vt captata beniuolentia
pręedictorum poſſim conſequi aliquod be-
neficium, ſiue caſtrum vel ſimilia. Tunc
vſura vtique foret, ſecundum Io.
Cal. vbi ſupra. De his, quæ fa-
ciunt ad hunc caſum di-
cetur infra de inter-
eſſe, ſermo. 42.
cap. vlti-
mo.

Quod tepiditas ſiue defectus charitatis li- E
cet non ſit mortale minuit tamen
meritum in mutuo dato.
Cap. 2.

SEcundo in mutuo dato poteſt eſſe in-
tentio tepiditatis, in qua mutuum eſt *Intentio tepiditatis.*
cauſa ſpei. quod cõtingit cũ mutuãs,
licet principaliter moueatur ex charitate:
ſecundario tñ mouetur propter aliquã tem
poralem vtilitatẽ: ita tñ ꝙ ſi illa ceſſaret, ni-
hilominus mutuaſſe vellet. Hęc talis inten-
tio nõ tollit, ſed minuit plus vel minus ſm
maiorem vel minorem reſpectũ ad cõmo- F
dum tpale. Huius ſniæ ſunt Ber. & Alanus
ſup. c. conſuluit. ex̃ de vſur. Receptio tñ hu-
iuſmodi temporalis pp mutuũ data, magis
apta eſt corrũpere hanc intentionẽ tepidi-
tatis, q̃ illam quæ eſt charitatis. Et iõ ex ſe
patet, ꝙ fortius obſtaculum hẽt. Ex his, igiẽ
patet, ꝙ ſperare aliquid ſecundario, non eſt
mortale, & forte quñque nec ueniale, ar. ad
hoc 61. di. quod proderit. & 59. di. ſi officia.
Similiter nec etiã ex tali ſecundaria ſpe ali-
quid recipere aliter videtur eſſe pctm̃, quã
ſm quod fuit in intentione mutuum datũ,
ar. 1. q. 2. quam pio. Et nihilominus aduertẽ
dum eſt, ꝙ ſi ille qui mutuum dedit cũ intẽ G
tione charitatis, obſeruare debet de oblatis
ſibi gratis illas circunſtantias, de quibus in
præced. c. fecimus mentionem: quanto ma-
gis ille, qui mutuum dedit cum tepiditate,
cum ipſe propinquior, ſit corruptioni cupi-
ditatis, quam ille, ſicut prædictum eſt.

Quod intentio cupiditatis etiam ſine ex-
preſſo pacto remunerationis in mutuo
facit vſuram. & hoc tripliciter con-
tingere poteſt. Cap. 3.

TErtia quoq; intentio cupiditatis eſt. ſ. H
cum ſola ſpe lucri, uel prĩcipaliter pp *Intentio cupiditatis.*
aliquod lucrũ quis mutuum præſtat, li
cet non interueniat pactum, & tunc princi
paliter ſpes eſt cauſa mutui. Talis inq̃ in iu-
dicio aiarum profecto vſurarius eſt cenſen-
dus, ſicut expreſſe eſt caſus ex̃ de vſur. c. cõ-
ſuluit. quod. c. ſuper Dominicum verbũ fun
datur, Mutuum datæ, nihil inde ſperantes,
Luc. 6. Et ibidem ſubditur. Si mutuum datis
eis, a quibus ſperatis, quæ eſt uobis gratia?
Et hæc vſura eſt periculoſior q̃ quæ fit cum
pactione expreſſa, quia hoc in foro commu
ni minimè repeti poteſt. Poteſt ẽt de hoc ra

A tio dari. Nã ſicut datum, quod tradiẽ ex intẽtione donandi, ſortiẽ veram ratiõnẽ doni & amittit verã rationem mutui: ſic ſi mutuum daẽ ex ſpe & intentione lucri eo ipſo rõnẽ mutui amittit gratuiti, & ſortitur rationem mutui vſurarij, & ſic ſola intentio & voluntas faciendi vſuras, facit peccatum vſuræ in corde, ſicut intentio vſuraria exteriori operi iuncta facit hominẽ extrinſecus vſurariũ opere, quod patet attendenti naturam vſurarum, ſm diffinitiones datas, vel poſitas in præcedenti ſermone, & maximè in 3. c. art. primi. Scd̃m ei Alex. de Hales in 3. cum diuerſæ ſcientiæ diuerſas habeant conſidera-
B tiones, a diuerſis ſcientib⁹ idem diuerſimode conſiderantur. Hinc eſt, ꝙ ſm leges humanas voluntas ſola nõ facit vſurariũ, quia lex humana cohibet manum, non animum. Scd̃m vero legem diuinam, quæ animũ cohibet: ſola uoluntas vſurariũ facit. Ad hanc materiã faciunt dicta in præcedenti ſermo. arti. 3. c. 3. Sed vt plenius huius intentionis vſurariæ ueritas pateſiat, quædam quærãtur.

Intẽtio cupiditatis vſuraria.

Primo quæritur, ꝙ cupiditatis intentio vſuraria dici valeat. Et dicendũ, ꝙ talis cupiditatis intentio in contractu tripliciter cõtingere poteſt. Nam qñq; antecedẽs, qñq; ſubſequens, & qñq; conſequens. Primo. n. quã-
C doq; eſt antecedens, vtpote anteꝗ̃ mutuum detur, ſeu qñ datur mutuum: & tunc in contractu cadit uſura, ſicut patet ex Dominico verbo, Mutuũ dateẽ &c. Sed quid ſi mutuans prius mutuũ datum ſe recognoſcens mutat propoſitũ, & intentionẽ rectificat ſm regulam charitatis, nunquid liberè & ſpontè donata reſtituere obligatur? Dicendũ ſm quoſdam, ꝙ licet ab initio habuerit intentionẽ corruptam: poſtꝗ̃ eam mutauit in bonũ, poteſt liberè, & ex mera gr̃a oblatũ recipere ſine culpa, ſm tñ ea, quæ dicta ſunt in ſermone præcedente, arti. 3. c. 3. & 4. De reſtitutione aũt intentionalis vſuræ, ſatis diximus in
D Quadrageſimali de Chriſtia. reli. in tractatu de reſtitutionib⁹, ſerm. 37. arti. 2. c. 4. Secundo aũt hæc cupiditas eſt intẽtio ſubſequẽs. quæ tunc contingit, cũ quis mutuat prorſus gratis & abſq; aliqua intentione lucri percipiendi, tñ lapſu tpis cupidine præualẽte nõ tñ exigit ſortem, verumetiam vult in mente, & oſtẽdit ore, vel opere, propter mutuũ factum aliquid ſibi dari. Et talis non tñ cõmittit vſurã & reſtituere obligatur, verumetiam quicunq; in ius talis mutui ſuccedit mutuanti, ſicut filius hæres patris, & conſimiles alij. Et hoc eſt ſñia Archi. 14. q. 3. c. 1. Tertio cupiditatis intentio qñque eſt conſe-

quens, ſeu concomitans, quia. ſ. conſequitur
E ſeu concomitatur, quando exhibetur lucrũ. Verbi cauſa, mutuans nullũ intendebat lucrum ex mutuo, quod præſtabat. Deniq; ꝓ mutuũ ſibi factum debitor mutuanti aliqđ præmiũ donat in recompenſatione mutui iam accepti. idq; creditor propter eandem cauſam libenter acceptat. Hoc equidem caſu cupiditatis intentio conſequens & cõcomitans eſt, & cõmittitur tunc vſura. Quod aũt talis intentio concomitans de præſenti uſurarũ faciat, probatur. Quia ſi talis intentio facit vſurariũ pro futuro; ergo & ſimul pro pñti. Nempe conſimilis culpa probatur eſſe uelle hr̃e lucrũ de mutuo, quod nũc fa-
F cit pro uſu eius futuro, ſicut velle hr̃e cras lucrum de mutuo pro eius vſu præterito. i. ꝙ heri, uel ante fecit. Vtrunque enim uelle, eſt uelle iniuſtè concomitationis. ſ. qua acceptum præualet dato: ſiue in qua pro minori quod datur maius. vel pro pauciori ampli⁹ acceptatur. Confirmatur aũt hoc, quia omnis ratio qua probatur mutuationem uſurariam de ſe eſſe malam, ſimiliter probat ſiue præcedat, ſiue ſuccedat, ſeu etiam concomitetur intentio lucri, ſicut clare patet diligenter hoc conſideranti. Item cũ exterior actio non requiraẽ ad rationẽ uſurariæ culpæ, qn immo abſq; omni pactione exteriori per ſolam intentionẽ uſurxriã quis contrahit culpam, ſicut prius patuit: ſequitur ꝙ per ſolã intentionem præſentẽ, & ſi nulla talis præ-

Actio exterior non requiritur ad actionẽ uſurariã culpa.

ceſſit, iudicabitur mutuans uſurarius in iudi-
G cio aiarum. Sequitur ẽt hoc ex dicto Ray. q ait, ꝙ ſi creditor tãtummodo propter Deũ, & omnino ſine lucri intentione mutuũ tradit, debitor tamen propter mutuũ acceptũ vel ulterius retinendum ei aliquid dederit, ipſe creditor ſatiſfacere obligaẽ. Cõſtat nẽpe, ꝙ ſi ad hoc tenetur, nec illud obſeruat, pctm̃ incurrit, & hoc non ꝓ aliud, niſi qa iam intendit hr̃e lucrum illud pro mutuo a
H ſe facto, ſicut & propter mutuũ illud debitor lucrũ dedit, ergo non ſolũ lucrũ illud ex mutuo uſura eſt, qđ extitit preinrẽtũ ꝓ expectationem, ſed ẽt illud, quod eſt intentũ ꝓ acceptionẽ & volitionẽ pñtẽ, ſm ꝑmiſſum modũ. Hęc quoque ſñia roborari videẽ ex verbo Hieronymi, qui. 14. q. 3. c. putant, inquit, ſcripturam appellare uſurã, oẽm ſuꝑ abundantiã ꝓ mutuũ ſuſceptũ, quicquid ſit illud. Hęc ſm Grego. de Arimino in q. de monte circa diffinitionẽ uſuræ. Inſuꝑ quæri ꝑt, an ſit uſura qñ mutuans recipit eandem rem in genere numero, pondere & mẽſura, ſumpto genere prout ſumitur a Iuriſtis, &

contin-

Mutuãs recipiens eandẽ rẽ in genere an cõmittat uſurã

A contingit ꝙ ſolutionis tempore res maioris
æſtimationis eſt q̃ eſſet tẽpore contracti mu
tui? Dicendum ſm Hugo. & Arch. poſt eũ.
14.q.4.c.ſi quis clericus. ꝙ non eſt vſura. ꝓ
quo facit lex quæ dicit, ꝙ reſtitui debet res
eiuſdem bonitatis in qualitate.ſ.intrinſeca.
ff.ſi cert.pet.l.cum quid. Sed neceſſe nõ eſt,
ꝙ ſit eiuſdem æſtimationis: immo ſi actum
fuerit, quo tempore redderet, illius tempo-
ris ratio haberi debet quo ad æſtimationem
eius, alias haberet̃ ratio temporis, quo peti-
ta fuit, vt eo.tit.l.vinum. Et no.glo.in dicto
ca.ſi quis clericus. Si ergo creditor tenetur
recipere eam, ſi vilior facta eſſet quo ad æſti
B mationem: ergo non peccabit recipiendo
precioſiorem, ſecundum eum. Secundũ tñ
Hugonem, ſi hęc intentio mutuantis praua
eſſet, tunc peccatum foret. Quidam tamen
cir a hoc magiſtraliter diſtinguere ſolent di
centes: Quod aut eſt veriſimile ꝙ ipſa mu-
tuata res precioſior nõn erit tempore ſolu
tionis, aut probabiliter dubitatur. & tunc in
his duobus caſibus nullum uitium eſt. quod
probatur in c.ſi. extra de vſur. aut veriſimi-
le eſt ꝙ peior erit: & tunc aut creditor non
erat pecuniam ſeruaturus, ſed interim con-
ſumpturus: & tunc eſt vſura. Aut erat ſerua
turus: & tunc aut creditor debitori aufert li
C bertatem liberandi ſe, & tunc etiam eſt vſu
ra? In his enim caſibus exonerare ſe voluit
& onerare debitorem. Aut talem libertatẽ
non aufert debitori, & tunc non eſt uſura;
quinimmo mereri non poſſet, ſi bona intẽ-
tione requireret debitorem ante ipſum ter-
Nota. minum vt ſoluat, ne oneretur. Sed ſi habe-
ret intentionẽ corruptam, quia diceret ſibi,
ꝙ non poſſet vſq; ad terminum retinere, vt
ſe releuaret a damno, licet ei nõ auferat fa-
cultatem ſe liberandi: tunc & ſi vſura nõ fo
ret, nihilominus pctm̃ eſſet. talis diſtinctio
magnę inn.tit̃ æquitati, maximè in foro cõ
Queſt.3. ſcientiæ, ſm ꝙ no.Io.Cal. in repetitione.c.
D c.ſi.ex̃ de vſur. Tertio inſuper quęri pt̃, vtrũ
ſi dñi mutuant pecuniã ruſticis, vt poſſeſſio
nes eorum colant, nihilominus de fructibꝰ
poſſeſſionum earundem iuſtè eiſdẽ colonis
ſatisfacientes vel aliunde iuſtũ precium ſua
rum operarũ tribuẽtes, in conſciæ foro vſu
rarij ſint cenſendi? Dicendum, ſm Greg. de
Arimino in qõne de impręſtitis Venetiarũ,
ꝙ duplex põt eſſe ſatisfactio erga p̃dictorũ
dñorum colonos pp mutuũ exhibita a co-
lonis. Prima fit ex iuſtitia, ſcd̃a ex nequitia.
Prima quidem ex iuſtitia fit: nã & ſi ſic mu-
tuantibꝰ dñis exhibeant̃ a colonis operę illę
ſi non ſunt eis ad lucrum, cũ eas iuſto p̃cio
emant, ſicut ponit̃ in prædicto caſu. ideo nõ E
eſt vſura. Pateat hac ratione, exemplo & au
ctoritate. Primo pateat per hoc exemplum.
Nã videtur ꝙ dñs conducat colonũ ad cer-
tum tp̃s pro precio iuſto, & precium tradit
tanquã colonus incipiat operari dicatq; co
lonus demum ſe minimè laboraturum ſeu
operaturũ, niſi dñs ei mutuet certam ſum-
mam, at dñs ei mutuat vt ipſe operet̃, alias
ei non mutuaret, niſi colonus operas, pro
quibus ei ſolutum prius fuerat, impẽderet.
In hoc caſu dñs non committit vſuram; cũ
de mutuo non recipiat lucrũ, eo ꝙ non re-
cipiat niſi ſuum, & id quod ẽt non interue-
niente mutuo ſibi debitũ erat. Vnde ſic mu- F
tuando non peccat: Quin potius ſi pctm̃ in
hoc caſu ex aliqua parte committitur: pec-
cat colonus qui debitas operas dño ſuo de-
tractat, & iniuſtè illum grauat ut mutuet.
Secundo pateat ratione. Nam ſi in caſu præ
dicti dubij mutuans vſuram reciperet, tene
retur eam reſtituere, ſicut oĩa iura clamant.
Sed hoc nullus ſanæ mentis ſentiret: qa tũc
colonus duplum iuſti precij reciperet, & do
minus duplo iuſto precio emeret operas e-
ius, quod vtiq; impium eſſet. Tertio hoc idẽ *Idem probatur auctoritate.*
clareſcat auctoritate. Si ei talis mutuans vſu
rarius eſſet, & per conſequens ad reſtõnem
obligatus? tunc non liceret alicui mutuare G
iniuſtè detinenti ſuã poſſeſſionem, aliquam
pecuniæ quantitatẽ, & ipſam poſſeſſionẽ in
pignus accipere non computando fructꝰ in
ſortem: quod tamen eſt falſum, vt patet ex-
tra de vſur.c.1. Alij quoq; addũt, ꝙ huic eſt
ſimile: Verbi gr̃a, Occupaſti rem meã, vel ꝑ
potentiam uim mihi facitis in rebꝰ meis, aut
mihi non reſtituis rem, quã tibi mutuò de-
di, vel locaui uel commodaui. aut mihi nõ
ſoluis de operibus, cum quibus tibi ſeruiui,
& deſiſtere non vis ab iniuria, necuis mihi
reſtituere mea, niſi tibi mutuẽ mille: quo fa
cto deſiſtit iniuriari & reſtituis mihi mea
ẽt hoc quoq; ex parte mea. Profecto nõ eſt H
vſura, cũ nihil lucrer, immo potiꝰ perdã lu-
crũ ꝙ fortè habuiſſem ex illis mille. Redi-
mo.n.vexationem meã, & meũ recupero:
me quoq; defendo, quod licet, ad hoc ex̃ de
ſimo.c.dilectus. Scd̃a quidẽ ſatisfactio dño
exhibita a colonis fit ex nequitia. ſ.dñi ſatis
factionẽ ex mutuo recipientis. Nã ſi ex mu-
tuo aliqd dñs detraheret a colonis de iuſto
p̃cio operarũ eorũ: aut ſi p̃ter operas iuſtè
emptas quædam alia ab eis exigeret & colo
ni impenderẽt: tunc quidẽ manifeſta vſura
eſſet. Hęc ſñia p̃ſati Doctoris. Quidam etiã
dicũt, ꝙ ſi ciuis mutuat ciuitati & cõitati ſeu

A domino, vt ex hoc euitet collectas iniuſtas, non committit vſuram. Secus ſi hoc agit vt effugiat iuſtas, quia in prima mutuans dãnum euitat, in ſecunda mutuans lucrum captat. Similiter nõ committit uſuram, ſi quis propter mutuum conſequitur vt ſibi ſoluatur debitũ, a quo debitor iniuſtè fuerat abſolutus: aut ne a ſe petatur illud, de quo iniuſtè ſuerat condemnatus: ſeu illud, quod per factum inſtrm ſoluere tenebatur. Ex ſupradictis luculenter apparet intentio Chriſti prę cipientis, mutuum datæ, nihil inde ſperantes. Quod ſeruare nobis largiri dignetur huius præcepti dator & illuſtrator Dominus B Ieſus Chriſtus, qui cum patre & ſpiritu ſancto viuit & regnat in ſecula ſeculorũ. Amẽ.

FERIA QVINTA poſt iiij. Dominicam Quadrag.

Quod lege naturæ ſcripturæ & ſanctæ eccleſiæ prohibetur vſura.

Sermo XXXVIII.

C ADoleſcens tibi dico, ſurge. & reſedit, qui erat mortuus & dedit illum matri ſuæ, Lucę 7. & in euang. hod. Videte proceſſum luminis dignationisq; diuinæ. aduertite gradus. Præceſſit die heſterno lumen fidei ad ea, quæ de mutuo dicta ſunt, intelligendũ. Hodie merito ſubſequitur ſpiraculum vitæ ad reſurgendum a mortali uſura, quod proficere maxime comprobatur in homine antequam ſeneſcat, priusquam terrenorũ cupido omnino abſorbuerit mentem in ſenectute, antequam fiat homo inueteratus dierum malorum. Hi maxime parent dño imperanti ac dicenti, Adole D ſcens tibi dico, ſurge, & reſedit. ſ. viuus, qui erat mortuus: quia reſurgit per alienarum ſatisfactionem & vitæ emendationem, qui erat ante mortuus per uſurariam prauitatẽ, ac incipit loqui per ueram confeſſionẽ. Porro tria ſunt, quæ obſunt ne a culpa maxime vſuræ homo reſurgat. ſ. ſi ſit pſeueranter ſeu conſuetudinariè, publicè & ſtudioſè, & de his tribus per ordinẽ, quaſi aliud thema in pſal. 54. propheta ait, Non defecit: ecce primum. De plateis ei⁹: ecce ſm vſura: ecce tertium. Eſt ei uſura conſummatum ſtudiũ cupiditatis. Per primum fit, ne homo reſurgere poſſit: p ſm, ne velit: per tertiũ, ne ſciat.

Quæ nocẽt neq; reſurgat a peccato vſura.

Per primũ talis uſurarius deſpicit legem naturæ, per ſm legem ſcripturæ, per tertiũ legem eccleſiæ. Quæ quidem leges oẽs militant contra vſurã. Sed qui prædicta tria nõ habet, facilius ſcit, vult & põt reſurgere ab eadem. Quod in reſurrectione huius adoleſcentis myſticè deſignatr. Primo contra perſeuerantiam eſt adoleſcentiã: ſecũdo cõtra publicationem inuerecundam confeſſio pura & vera, quia cępit loqui: tertio, cõtra ſtudium datus eſt matri ſuæ, quæ eſt eccleſia. Ad hanc ergo ſpiritualem reſurrectionẽ homines hęc tria inducunt, per quæ prohibetr uſura. Primo præcepta naturæ, ſecundo pcepta ſcripturæ, tertio præcepta eccleſiæ. F

E

ARTICVLVS PRIMVS.

Vbi per duodecim rationes oſtenditur quod vſura eſt contra legem naturæ.

PRimo quidem prohibetur uſura præceptis naturæ, quod oſtendunt xij. rationes, per quas apertiſſimè innoteſcit, uſurã eſſe cõtra legem naturæ. Et eſt pctm nõ tantum in G ſe, ſed etiam ſecundum ſe. Primæ autẽ quatuor rationes ſunt magiſtri Gerardi de Senis ordinis Eremitarum, quas recitat abbreuiatè Io. An. in ſuis mercurialibus in regula, peccatum.

Gerardus Sen. ord. Eremita.

Quod vſura eſt contra legem naturæ quia facit rem naturalem ſuper valere naturæ ſuæ, & rem artificialem ſuæ arti. Cap. 1.

PRimo enim uſura eſt contra legẽ naturæ, rõne exceſſus. Facit. n. rẽ naturalem ſuperualere ſuæ naturæ, & rem artificialem ſuæ arti ſuperualere. Quod quidem eſt contra legẽ na H turæ. Ad cuius intelligentiam aduertẽdum eſt, ꝙ ſicut ſup. ſermo. 36. artic. 2. c. 2. tactũ eſt, rerũ illarum in qbus uſura committi pt, quędã ſunt naturales, quædam artificiales. Naturales ſunt aurum, uel argentũ, quæ mutuo dant ſub certo põdere, vel menſura, vt granũ, oleum & vinũ. Artificiales vero ſunt illæ, quæ ſub certo numero numerant. Vſura igit in his duob⁹ cõmittit. ſ. in naturalibus & artificialibus, quæ facit ꝙ res naturales ſuperualeant ſuæ naturæ, & artificiales ſuæ arti. Primo quidẽ cõmittitur uſura in rebus natura-

Vſura cõtra legem naturæ.

A naturalibus. Quod patet: quia natura dedit præfatis naturalibus quendam determinatum atque taxandum ualorem. ſ. ꝙ certitudinaliter cognoſci poſſet earũ ualor. Ponderalib' quidẽ, ſicut eſt aurũ uel argentũ, dedit De' naturam ꝙ earum valor in ſpẽ ſua ex ſolo põdere pẽſari põt, ita quodquã diu ſub eodẽ pondere manent, ſub eodẽ precio perſeuerant, nec in ſuo ualore quolibet minuunt, niſi in ſuo pondere adimantur. Et licet qñq; augeri uel minui videant, hoc non contingit ex augmento vel diminutione ualoris, quod fit in eis, ſed tm̃ propter augmẽtum ſeu diminutionem valoris aliarum rerum, in quas cõmutandæ ſunt.

Attendãt qui cõtrahũt ĩ res põderãt.

B Et ſicut dicimus de reb', quæ conſueuerunt ponderari, ita, ſuo modo dicendum eſt de reb' quæ cõſueuerũt menſurari, ut frumentũ, oleum, & vinum & ſimilia. Hñt.n.a natura hmõi determinatum valorẽ in ſpẽ ſua, ſm quam ualor earum ex ſua menſuratione penſatur. et hoc taliter, ꝙ quandiu manent in eadẽ menſura, manent in eodem valore, nec in eodẽ augentur uel minuuntur, niſi ex mõ quo de ponderalib' dictum eſt. Quod aũt dixi de p̃fatis reb': de quibuſcũq; naturalib' aliis minime dici põt, eo ꝙ in ſui natura nõ habẽt aliquid determinatũ, ex quo poſſet earũ ualor penſari & certitudinaliter cognoſci: cũ

C ualor earum nõ penſet aliquo intrinſeco neceſſario, ſed ex diuerſis extrinſecis cauſis & contingentib', Verbi grã. Valor huius vineę uel agri qñq; penſatur ex loco, quandoque ex tpe, quandoq; ex condõnib' perſonarũ; quandoq; ex alijs circunſtãtijs, quę poſſunt multipliciter variari iuxta augm & diminutionem: & ſic de quibuſcunq; naturalib' rebus, quæ non ponderantur, nec menſurant. Hoc quidem ideo contingit, quia De' & natura non determinant, nec taxant talibus rebus ualorem, ſed uoluit ipſum multipliciter uariari ſm augm & diminutionem ualoris, qui eſt in alijs reb' ſm diuerſas circunſtãtias

Valor rerum circa quid attẽdatur.

D extrinſecas & variè contingentes. Patet ergo ad propoſitũ ex præmiſſis, ꝙ contractus uſurarius cõmittitur in reb' naturalibus: qa facit res naturales, quæ ponderantur ſuperualere ſuę naturæ, ſeu ſuo ualori, quem a natura habent determinatũ atq; taxatum ſecundum certum pondus & ſecundum certam menſurã. Nempe per dictum contractũ exigit fœnerator ultra pondus & ultra mẽſuram ipſi' mutuatæ rei, ac per conſequens facit ꝙ dictæ res in ualore ſuum pondus & ſuã menſuram tranſcendunt: quod quidẽ, vt patet, contra naturam eſt, cum Deus per naturam conceſſerit ualorem tali mutuatæ rei iuxta ſuũ pondus, quo ponderãtur, & iuxta ſuam menſuram qua menſuratur. E Scđo cõmittitur vſura in reb' artificialib' quæ numerantur, ſicut pecunia, cui' ualor in numero compenſatur, eo ꝙ ars ſuo modo denarijs artificialib' adinuentis ualorem pręſtitit iuxta numerationẽ eorum. Proinde ſicut cõtractus uitioſus eſt & contra naturã, eo ꝙ facit præfatas res naturales tranſcendere valorem ſuum, quem hñt a natura ſecũdum certum pondus atq; menſuram: ſic ẽt in artificialibus, ſicut in denarijs uitioſus erit eo ꝙ facit eos tranſcendere ualorem, quem habent ſibi præſtitum ab ipſa arte.

F

Quod vſura eſt contra legem naturæ, quia facit ꝙ res mutuata quæ non generat fructum faciat lucrum. Cap. 2.

SEcundo quidem vſura eſt contra legem naturæ ratione fructus. Facit.n. vſura ꝙ res mutuata, quę non generat fructum, faciat lucrum, quod ẽt eſt contra naturã. In quacunq;.n. re hoc quidem uniuerſale eſt, quod non generat lucrum, niſi quod faciat fructum: quinimmo non videtur aliud eſſe lucrum, q̃ fructus ipſius rei, ſeu per fructũ aliquid acquiſitum. Quod autẽ uſura faciat rem non generantem fructum, generare lucrum, manifeſtè apparet. G Nam ſicut ex pręcedenti.c. patet, res mutuabiles, in quib' uſura committi ſolet: habent a natura uel arte ſibi determinatũ ualorem, ac per cõſequẽs in eo minimè excreſcere poſſunt, neque ex hoc ipſo fructum generare ualent. Naturale utiq; eſt, ꝙ res quæ generat fructum, ſemp creſcat in ualore cum ipſo fructu: atq; maioris eſt ualoris, cum eſt ſub fructu, q̃ quando permanet ſine fructu. Cum igitur uſura res habentes determinatum ualorẽ, & per conſequens non fructificantes, facit excreſcere in valore: relinquitur ꝙ faciat rem non generantem fructum, generare lucrum. Proinde ſecundum Philoſophum.j.Pol.c.6. vſura H dicitur a cothos, quod eſt partus, quia contra naturã rei. ſ. mutuabilis & pecuniæ, vult vſurarius ꝙ pecunia pariat. ſ. lucrũ, vbi non generat fructum. Hoc tamen miraculum facit vſura, quia per eã aurum naſcitur ex argento, ut ponitur di.47.c. ſicut. Ex hac quidem ratione ſecundum prædictum Gerardum, colligi poteſt quędam ratio, quam aſſignant pleriq; Doctores, per quam probare nituntur, quod vſura eſt contra legem naturæ dicentes, Quod in cõtractu vſurario fœnerator

Vſura eſt contra legem naturæ ratione fructus.

A neratoꝛ acquirit lucrum de re nõ ſua, eo ꝙ
De cõtra ctu feneratio. exigit lucrum de mutuo. Quod quidem mu
tuum tranſit in dominium debitoris, quia
mutuum eſt, ꝙ de meo fit tuum, vt patet. ff.
de rebus cre. & ſi cer. peta. l. mutuum. §. ap-
pellata eſt. Hæc quidem ratio licet videatur
pulcherrima atq; apparens, tamen præfato
Doctori dubia reputatur. Nam licet propo-
ſitio maior, veriſſima ſit: minor tamen vi-
detur omnino falſa in aliqua parte. Cum e-
nim dicitur, ꝙ fęnerator lucrum acquirit de
re non ſua, dici poteſt ꝙ hoc falſum eſt in
minore. quia pecunia, quam ipſe mutuo tra
dit, quamuis tranſeat in dominium debito-
B ris quantum ad identitatem ſubſtãtię, eo ꝙ
debitor non tenetur reſtituere eandem pe-
cuniam ſm ſubſtãtiam: remanet tñ dicta pe
cunia in dominio fœneratoris quantum ad
idẽtitatem ſiue æqualitatem valoris, & hoc
videtur ſufficere. Nempe ipſe fęnerator de
pecunia, quam mutuat, non exigit lucrum
inquantum talis eſt ſubſtantia, ſm quem mo
dum ad eum non pertinet, nec eam repete-
re pt, ſed exigit lucrum de ea inquantũ tanti
valoris eſt, ſm quem modum ad eum perti
net: quia remanet in dño ſuo, & ſemper li-
citè põt repetere eã. Contra hoc tñ, & bene
Io. An. in mercurial. in regula, Pctm, ĩquit:
C hic Doctor non aduertit, ꝙ ſi debitor hñet
vnum ſcrinium ducatorũ, nõ eſt dare ꝙ cre-
ditor ſit dñs vnius ex illis, habet aũt perſo-
nalem actioné contra debitorem. Hæc ille.
Quapropter dictus modus dicendi ſm eũ,
nihil ualet. Vel ſi aliquid valere debet, hoc
modo oportet corrigere prædictã rõnem.
Quõ vſura dicitur contra naturalem uſum: Non equidem dici põt, ꝙ vſura contra natu
ralem legem ſit, quia uſurari' in ea acquirit
lucrum de eo, quod non eſt ſuum, ſed quia
acquirit lucrũ de eo quod non eſt aptum na
tum generare lucrum, eo quod nõ generet
fructum. Qui aũt præfata ratione utuntur,
confirmat illam dicentes, ꝙ pecunia mutua
D ta cum ſuo periculo trãſit in debitoré. Ideo
videť iniuſtum, ꝙ de pluri ultra ſortem gra-
uetur. Sed nec confirmatio iſta valere videť,
& maxime ꝓpter duo. Primo quia ſæpe cõ-
tingit, ꝙ non tm̃ res mutuata, ſed ẽt res cõ-
modata qñq; ſtat ad periculum illius, cui cõ
modatur, ſicut patet de equo accõmodato:
qui quidem remanet ad periculum illi', cui
commodať. Idem quoq; eſt de pecunia ac-
cõmodata ad oſtentationé, quæ remanet ad
periculum illius cui accõmodata eſt, & hoc
non obſtante, cõceditur ꝙ licitè exigatur lu
crum de rebus accommodatis. Cõtra hoc &
bene Io. An. vbi ſ. ait. Hoc ẽt non bene ad-
uertit, quia ꝓ cõmodato, ꝙ ſui natura opor E
tet eſſe gratuitum non recipit merces: tunc
.n. locatio eſſet, ut not. de vſuris, cõqueſtus,
in glo. 2. vltra mediũ. Secũdo, quia dici poſ-
ſet ꝙ ille qui pecuniam mutuo ſuſcipit, de
ea poteſt licite grauari quantum ad duo. pri-
mo, quantum ad periculum. ſecundo, quan-
tum ad reddendum lucrum: & hoc propter
aliam & aliã cauſam. vtputa grauabitur de
periculo, inquantũ efficitur conſeruator pe
cuniæ ad ſuum profectum. Grauabitur etiã
de lucro, inquantum mutuãs ab eo exigere
poteſt beneficium pro ſeruitio ſibi impen-
ſo in diuerſis grauaminibus, nec tamẽ hoc
erit contra iuſtitiæ æquitatem. Attamen Io. F
An. vbi ſupra ait, Videre meo inſeparabilia
ſeparat & facit, quod ſequitur.

Quod vſura eſt contra legem naturæ, quia
vſus qui venditur in vſura non differt
in valore ab ipſa ree mutuata.
Capitulum 3.

TErtio eſt vſura contra legem naturæ
ratione vſus, qui. ſ. in valore non dif-
fert ab ipſa re mutuata. Quia vſura fa
cit ꝙ illa, quæ habent eundem valorem, v-
num eorum per alterum in valore excre- G
ſcat, quod eſt contra naturam. Patet enim, *Vſura eſt contra legem naturæ ratione vſus.*
quod quando aliqua duo ſic ſe habẽt, quod
unum per alterum in valore ſe excreſcit, ne
ceſſe eſt quodlibet illorum habere diſtin-
ctum ſuum valorem. Quod quidem ex duo
bus patere poteſt. Primo, quia unum eorũ
ſine altero concedi ſeu alienari non poteſt.
Secundo, quia vnũ eorum ſine altero conſu
mi non valet: immo eadem alienatione alie
nantur, & eadem conſumptione cõſumun-
tur, ſicut patet diſcurrendo per ſingulas res
mutuabiles & earum vſus. Hoc quidem di-
ci non poteſt de alijs locabilibus rebus, in
quibus vſus rei & ipſæ res diſtinctum ualo- H
rem ſecundũ ſuam naturã hñt: ꝓp quod alie
nari poteſt unum eorum altero non aliena-
to, ſicut patet in domo vel equo & conſimi
libus rebus. Quia ergo uſura facit, quod res
mutuata excreſcit in valore per vſum, cum
tamen habeat omnino eundem ualorem cũ
ſuo uſu: relinquitur ꝙ faciat habentia eun-
dem valorem unum excreſcere in valore ꝑ
alterum, quod contra naturam eſt. Alij auté
dicunt, ꝙ ideo vſura eſt contra naturam, qa
venditur ſeparatim ab ipſa re vſus mutuatę
rei: qui tamen non differt a rei vtibilis
conſumptione vel alienatione: quia ſic eſt
inſepa-

A inſeparabilis à ſubſtantia rei, quod idem eſt dare, vel vendere earum vſum, & econuerſo. Sed vſus pecuniæ, vel nummorum, inquantum talium, & vſus bladi, vel olei, & conſimilium, quæ conſiſtunt in numero, pondere, vel menſura, eſt idem, quod eorũ alienatio, vel conſumptio. Ergo idem eſt huiuſmodi res dare, vel vẽdere earũ vſum, & econuerſo. Hæc tamen ratio videre meo quo ad aliquid vera eſt, ſed quo ad aliquid videtur falſa. Vera eſt enim cum dicit, ꝙ vſus mutuatæ rei inſeparabilis eſt ab ipſa re, quia habet eundem valorem cum ea. Nec poteſt concedi, vel conſumi, ſeu alienari ſi-

B ne ea, ſicut in præcedenti ratione oſtenſum eſt. Sed quo ad aliquid videtur falſa, cum dicitur, ꝙ in contractu vſurario vendatur vſus ſeparatim ab ipſa re. Nam eoipſo, ꝙ habet eundem valorem & inſeparabilem, non poteſt vnum ſine altero alienari, ſeu concedi. Quapropter dicendum non eſt, quod in contractu vſurario vſus alienatur ſine ipſa re: ſed quod contractus vſurarius facit, quod vſus addit ad valorem mutuatæ rei, cum tamen non habeat ab ea diſtinctũ valorem, ſicut præcedens ratio demõſtrat.

C *Quod vſura contra legem naturæ eſt, quia facit quod res mutuata ad aliquod finale per abuſum trahatur: ad quod nec principaliter, nec communiter ordinata eſt.* Cap. 4.

Vſura cõtra legem naturæ.

QVarto inſuper eſt vſura cõtra legem naturæ ratione finalis effectus, ſcilicet ad quem trahit contra ipſam naturæ legem. Facit enim vſura, quod res mutuata ad aliquod finale, per abuſum trahatur ad quod nec principaliter, nec communiter eſt ordinata, quod eſt contra naturam. Ad cuius intelligentiam eſt notandum, quod res quæ ab aliquo eſt poſſeſſa

D abſque aliquo vitio ordinari poteſt ad aliquem vſum duplicem. Primo ad proprium & principalem, qui ipſi competit poſſidenti propter neceſſitatem vel vtilitatem. Secundo ad alium ſecundarium vſum, ſicut de calciamento poni poſſet exemplum: qđ quidem ſecundum ſuam formam primo ordinatur tanquam in proprium finem in ipſam calciationem: ſecundò ordinatur tanquã in ſecundarium finem in commutationem alicuius rei, quæ ipſi poſſidenti congruentior eſt, quam ipſum calciamentum, vel propter ſubleuãdam eius neceſſitatem, aut conſeruandam eius neceſſitatem. Ad E quæcunque igitur dictorum vſuum, ſeu finium ordinetur ipſum calciamentum, fit ſine vitio & abuſu. Sed ſi quis propter malitiam, ſeu cupiditatem ipſum ordinaret in aliquem alium vſum, vtpotè quia cum eo capere vellet animal alienum, vt furaretur illud: tunc eo abuteretur & ageret vitioſe. Sic in propoſito in contractu vſurario res, in quibus committitur vſura, nec ordinatur in ſuum principalem vſum, qui ei debetur ſecundum propriam formam: nec etiam in aliquem ſecundarium vſum, qui debeatur eis propter ſubleuandam ipſius poſſidentis neceſſitatem, vel propter conſeruan- F dam eius debitam honeſtatem, immo diſtrahuntur in quendam alium vſum, qui propriè eſt abuſus, cum originem habeat ex cupidine & malitia poſſidentis. Et quo ita ſit, patet ſi diſcurramus per ſingula genera rerum, in quibus committi conſueuit vſura, ſcilicet conſiderando primo illa, quæ menſurantur: ſecundo ea, quæ ponderantur: tertio ea, quæ numerantur. Primo quidem conſideremus hoc in rebus, quæ conſueuerunt menſurari, ſicut frumentum, vinum, & oleum: quodlibet enim licitè ordinari poteſt in duplicem vſum, ſcilicet in eum qui ei competit propter ſubleuandam G eius neceſſitatem, vel eius conſeruandam honeſtatem, ſcilicet ipſius poſſidentis: verbi gratia, Vinum ordinatur tanquam in proprium & principalem finem, ſcilicet in potum, quia talis vſus competit ei ſecundum naturam. Poteſt etiam ordinari in commutationem alterius rei, quæ magis neceſſaria eſt, quam eſt illud vinum, vel propter ſubleuandam eius neceſſitatem, vel propter conſeruandam eius honeſtatem. Si quis igitur ordinat vinum in alium vſum propter ſuam malitiam, ſeu cupiditatem, eo is abutitur, & contra naturam vini agit. Sed hoc vſurarius facit, quia ad mutuum ordinat vinum, vt de illo recipiat vltra ſortem, qui H quidem vſus vino accidit propter vſurarij cupiditatem, & ideo eſt abuſus. Secundo idem dicendum eſt de rebbus, quæ ſolent ponderari, ſicut aurum & argentum, quibus homo vti poteſt ad conſtruendum vaſa, ad ipſius domus decorem, vel ad eccleſiæ ornamentum. Et hic videtur eorum primus vſus. poteſt quoq; quilibet eorum vti ad commutandum in alias res, quæ neceſſariæ ſunt ad vitam, & hic eſt eorum ſecundus vſus, qui eſt licitus & honeſtus. Sed ſi quis dictis metallis

In contractu rerum quo committitur vſura.

vtitur

A vtitur ad mutuum dandum,vt pro eis recipiat vltra ſortem,ſicut facit vſurarius, omnino abutitur eis. Tertio quoq; ad idem dici poteſt de rebus, quæ numerari ſolent, ſicut ſunt denarij. Poteſt enim quis vti denarijs ad commutandum in alias res, quæ ſunt neceſſariæ humanæ vitæ: & hic videtur proprius eorum vſus, quia propter tales commutationes inuenti ſunt. Poteſt etiam illis vti ad commutationes faciendas in denarios alios,qui magis congruunt regioni,in qua eſt, vel ad quam ire intendit. Et hic videtur eorum ſecundus vſus,qui ſicut infra patebit, ſermo.39.artic.3.c.1.& 2.
B conuenienter permiſſus eſt. poteſt enim in eo æquitas iuſtitiæ conſeruari. Sed ſi quis denarijs vtitur ad mutuum cum iſta intentione, ſcilicet quod de eis,vel pro eis recipiat vltra ſortem, ſicut vſurarius facit: abutitur ipſis, quia facit, quod denarij pariant denarios. Quod quidem non competit eis, nec in hoc conſiſtit eorum vſus, & hęc videtur extitiſſe intentio Ariſtotelis primo Politicor.c.6. vbi vocat vſuram, ſicut ſupra patuit, quaſi de denariorum partum. propter quod dicit eam eſſe maximè præter naturam. quod ideo eſt, quia nec à natura, nec etiam ab arte denarijs competit talis vſus, & talis partus. Sed propria

Ariſt.quo vocat vſuram.

C hominis cupiditas & malitia adinuenit vtens eis ad quod non ſunt ordinati, contra illud quod habetur 22.q.2. is autem. & iterum in clemen.de relig.do. quia contingit. Ideo ſecundum Philoſophum vbi ſup. pecunia inuenta eſt, vt per eam commutatio fiat inter ementem & vendentem propter neceſſaria vitæ, & non vt pecunia augeat pecuniam. ideo qui intendit pecuniæ augmentum, vt faciat vſurarius contra naturam peccat. Poteſt etiam ſecundum Philoſophum, duplex pecunia à nobis diſtingui. Prima dicitur iconomica & neceſſaria, ſecunda dicitur translatiua & impia.
D Prima eſt iconomica & neceſſaria, quæ ex terræ fructibus & animalibus procuratur. hac vtitur iconomicus propter neceſſaria vitæ, & quidem laudabilis eſt, quia debitum habet finem. In hac pecunia iconomicus finem ponit deſiderio ſuo, quia eam non concupiſcit niſi pro neceſſarijs vitæ: nec in infinitum appetit eam, quia ea, quæ ſunt ad finem, appetuntur finitè. Secunda verò pecunia eſt translatiua & impia, quæ vt dictum eſt, attendit pecuniæ partum, & meritò condemnatur, eo quod appetat pecuniam in infinitum. Ea quippe, quæ ſunt ad finem, appetuntur finitè. E
Sed finis appetitur in infinitum, vnde & ſanitas, ſed non potio,in infinitum deſideratur: quia potio non deſideratur, niſi inquantum eſt vtilis ſanitati. Proinde Philoſophus ait, quod hæc pecunia iuſtè vituperatur, quia non eſt ſecundum naturam, & rationabiliſſime odio habetur, & non eſt ad debitum finem, cum pecunia inuenta ſit propter neceſſaria vitæ, ſed translatiua eſt vtique ad illum finem, quem intendit auaritia inſatiabilis; & cupido. Hinc eſt quod Philoſophus, vbi ſupra, ait, quod oboleſtita eſt odioſa, quia ex nummiſmate obolos ſtatuit. Dicitur etiam F
oboleſtita, quando obolus, ideſt, paruum pondus pro alio eiuſdem generis datur ad augmentum ipſius. Hæc quidem omnia, quæ Philoſophus dicit, declarat quod non ex alio inſtinctu ſentire videtur, niſi ex ratione naturalis æquitatis in ipſa commutatione ſeruandæ.

Pecunia duplex diſtinguit.

Oboleſtita quid.

Vſura eſt contra legem naturæ,quia facit, quod pecunia plus vendatur, quam appretiabilis ſit. Cap. 5.

QVinto inſuper vſura eſt cōtra legem naturę ratione appretiationis. Conſtat enim quod pecuniam, inquantum eſt pretium venalium rerum, nullus vendit vel cambit,niſi iuxta pretium,quod illa habet: vtpotè nullus vendit centum ducatos nouos pro centum ducatis nouis. Inſuper,cum quis ſoluit alicui centum ducatos, ex illo quidem ſolutionis actu nihil debetur ſoluenti. ergo qua ratione in actu vendendi, ac ſoluendi plus ſeipſa non valet, eadem ratione nec in actu mutuandi:& maximè cum vſuraria mutuatio quaſi ſit quædam venditio eius. Sume ergo quod horum duorum volueris, aut quod H
mutuatio ſit ſimplex donatio, ſic tamen quod præfixo tempore reddetur æquiualens eius, aut ꝙ ſit venditio:& neutro modo habebis,quin ſit apertè iniuſtum ex ea accipere pluſquam ipſam.

G *Vſura cōtra legem naturæ ratione appretiationis.*

Vſura

A *Vſura eſt contra legem naturæ, quia facit, quod de dubia re, & incerta ſumatur ſecurum & certum. Cap. 6.*

Vſura ratione dubitationis contra legem naturæ.

SExto inſuper vſura eſt contra legem naturæ ratione dubitationis. De lucro quidem dubio, atque incerto, & variè contingente cum futuro periculo perditionis exigere certum lucrum ſine omni periculo cuiuſcunque perditionis vel damni, apertè iniuſtum, & contra legem naturæ eſt, præſertim quando lucrum illud per ſe
B non prouenit ex re tradita pro lucro illo. ſed hoc fuit in vſurario contractu. Proinde vſura vocatur lucrum vltra ſortem. 14.q.3. cap. plerique. quia eſt vltra capitale, & vltra dubiam & fortunatam ſortem mercatorij lucri.

Quod vſura eſt contra legem naturæ, quia venditur proximo id quod propriè ſuum eſt, & quod gratis ei natura dedit. Cap. 7.

Septimo modo appropriationis.

SEptimo eſt contra legem naturæ ratione appropriationis. Quod enim gratis proprium illi dedit, qui mutuatur mutuans ſibi vendit. Vendit enim illi pro-
C priam eius induſtriam, ac proprios eius actus: quod quidem iniuſtum eſt, & contra naturam naturalis appropriationis, qui dedit viro induſtro, quod propria induſtria illi proſit. Conſtat enim quod pecunia, inquantum eſt pretium venalium rerum, nullum confert lucrum, niſi per induſtriam illius mercantis, ſeu illa vtentis. Hanc vero nō recipit homo cum pecunia ab eo qui eum mutuum præbet. ſed vendere vtilitatem prouenientem ex pecunia per ſolam mercatiuam induſtriam eius, cui mutuata
D eſt, nihil aliud eſt quam vendere ſibi propriam induſtriam, & actus ſuos, quod eſt contra naturam. Et hanc rationem tangit Scot. in 4. diſtin. 18. quæſt. ſecunda. & addit, quod hæc eſt ratio, quare per oppoſitum fructus pignerum germinantium computātur in ſortem. ſ. quia nō ſunt ex induſtria recipiētis, ſed ex natura germinantium rerum.

Vſura eſt contra legem naturæ, quia eſt inuito domino accipere, & contrectare rem alienam inuito domino. Cap. 8. E

Item ratione dominationis.

OCtauo eſt contra legem naturæ ratione dominationis. Eſt enim vſura contrectatio rei alienæ manentis alienæ, & hoc inuito domino, vt probetur voluntas abſoluta, non conditionata, ſeu comparata. Debitor enim ſimpliciter nollet aliquid dare vltra ſortem. magis tamen vult aliquid vltra ſortem dare, quam pecunia illa carere. Sicut enim ſcienter cognoſcere alienam vxorem manen- F
tem alienam, eſt malum in ſe, & ſecundum ſe: ſic ex mutuo accipere rem alienam manentem alienam, & eam contrectare vt ſuam, contra ius naturale eſt, quia rapinam facit, vt patet 14.q.4.c.ſi quis. vbi Ambroſius ait: Si quis vſuram accipit, rapinam facit. Iniquum ergo eſt, quod ille, qui non eſt dominus rei, lucrum recipiat ſcienter de re aliena. Et hæc eſt ratio Alexan.de Ales. & Scot.in 4. atque Richar. de me.vil.qui tenent, quod id, quod accipitur vltra ſortem, ex vi mutui non tranſeat in dominium creditoris recipientis. Quam etiam opinionem Bonauen. & Scot. in 4 di.Hugo & Raymun.in titu.de decimis, te- G
nent.prædicta tamen ratio nihil valet apud illos, qui tenent, quod dominium vſuræ in vſurarium tranſit.

Vſura eſt contra legem naturæ, quia pro æquali plus exigitur, quam æquale. Cap. 9.

Ratione æquitatis vſura eſt contra legem naturæ.

NOno eſt contra legem naturæ ratione æquitatis. Æquitas quippe naturæ dictat, quod pro æquali non exigatur amplius æquale, aut quodcunque æquiualens: ſed per vſuram plus exigitur, quia conſtat, ꝙ nulla res valet plus ſeipſa, cum ſibi in augmentatione & diminutione H
ſit omnino æqualis: ergo ex quo pro ſextario tritici tanti pretij redditur mihi ſextarius æqualis pretij & menſuræ, non poteſt exigi abſq; aperta æquitatis & æqualitatis læſura. Et idem eſt de omnibus, in quibus mēſura pretij & appretiationis præfixa eſt. quod regulariter contingit in rebus, in quibus vſura cōmitti ſolet: quę ſicut ex præcedentibus patet, conſiſtunt in numero, pondere, & menſura.

Contra

A *Contra legem naturæ eſt vſura, quia qui potens eſt mutuum dare gratis homini indigenti: non vult dare ſicut obligatur, niſi ſub ſpe mercedis. Cap. 10.*

Item rōne vnitatis.

DEcimo eſt contra legem naturæ ratione vnitatis. Secundum enim Scotum in ſuo tractatu de contractibus & vſuris, ſi quis habeat pecuniam pro aliquo tempore inutilem ſibi, ſi proximus indigens eſt, & mutuo petit illam, ſi non mutuat ei illam & ſine omni ſpe vſurarij lucri, moraliter peccat, quia contra præceptū naturæ facit. B Sicut enim naturaliter in corpore humano patere poteſt, ſtomachus de alimento non ſuſcipit præter illud, quod eſt ſibi neceſſarium: reliquum vero communicat alijs membris. Sic cum omnes ſumus vnum corpus in Chriſto Ieſu, Chriſtianus habens pecuniam ſibi inutilem, tenetur illam de neceſſitate proximo communicare, qui poteſt ſibi facere aliquam vtilitatem. Et ex hoc colligitur, ꝙ vſura eſt contra legē naturæ. Equidem contra naturam partium naturalis corporis eſt, ꝙ vnus communicet alteri cum ſpe alicuius retributionis vltra ſortem, cum dicat Apoſt. ad Rom. 12. Multi vnum corpus ſumus in Chriſto Ieſu. Hæc ille. Ex his patet, ꝙ maximè in hoc caſu intelligitur eſſe C præceptum verbum Chriſti, dicens Lu. 6. Mutuum datæ nihil inde ſperantes. Proinde multum in confeſſionibus grauandæ ſunt conſcientię quorundam cupidorum & auarorum, mortuos detinentium denarios in capſa, aut ſub terra abſcōdentium eos. Contra quos Amb. 47. diſt. c. ſicut hi. ait, Miſereor redemptio & abſolutio eſt pecunia, quam tu in terra defodis. fodiendo abſcondis. Sed de hoc ſermo. 37. artic. 2. per totum latius dictum eſt.

D *Vſura contra legem naturæ eſt, quia per eam liberalitas & gratia venundatur. C. 11.*

VNdecimo eſt contra legem naturæ ratione liberalitatis. Eſt enim vſura liberalitatis & gratiæ venditiua. cū enim mutuum dare ſit ex ſpecie ſua gratiæ atq; liberalitatis opus, ſicut & ſimplex donatio: conſtat quod vſura mutui gratia venundatur, & per vendendi frequentiam, vſum, & officium, atque negotium vtique vertitur in abuſum: & ſic naturæ liberalitatis & gratiæ aduerſatur. E Quāto ergo venditio gratiæ magis contraria eſt, magiſque gratiæ & liberalitatis contemptiua: tanto dedicare ſe illi maiorem, ac duriorem obicem liberalitatis & gratię imprimit in abutenti affectu, & vita. Hic ergo originem habet, ꝙ tantum irreuocabiliter, & impœnitenter obdurantur corda dedicantium ſe vſuris, ſicut plenius patebit inf. ſermo. 47. artic. 3. cap. 2.

F *Quod vſura eſt contra legem naturæ, quia contra præceptum eſt fraternalis dilectionis: per quod quilibet obligatur ſubuenire proximo indigenti. Cap. 12.*

Vſura eſt contra legem naturæ ratione fraternæ charitatis.

DVodecimo & vltimo eſt contra legem naturæ ratione fraternæ charitatis. Ex lege. n. naturę quilibet obligatur indigenti proximo ſubuenire, quemadmodū vellet ſibi ſubuenire, ac tanto amplius prouidere illi tenetur, quanto proximus indigentior eſt. Ideo graue peccatum eſt, ſi velit ſibi vendere, quod ei obligatur liberaliter erogare. ſed vſurarius nedū non ſubuenit proximo indigenti, quinimmo proximum iam penuria & paupertate oppreſſum per vſuram grauiori pondere premit: vnde merito Exo. 22. vſura oppreſſio G proximi nuncupatur. Ideo dicitur ibi, Si pecuniam mutuam dederis populo meo, pauperi, qui habitat tecum, non vrgebis eum quaſi exactor, nec vſuris opprimes. A Propheta quoq; dicitur de Meſſia: Ex vſuris & iniquitate redimet animas eorum. ſ. tanquā ab oppreſſionibus impijs & iniuſtis. Conſtat. n. ꝙ impia oppreſſio pauperis legi naturę vndiq; aduerſatur: cum etiam ſolū eius neceſſitati nō ſubuenire, ſit cōtra ordinem naturalis legis, & fraternę dilectionis. Hinc 1. Io. 3. dicitur, Qui fratrem ſuū viderit neceſſitatē patientem, & clauſerit viſcera ſua ab eo, quomodo charitas Dei manet in eo? H

ARTICVLVS SECVNDVS.

Quod vſura præceptis ſacræ ſcripturæ prohibita eſt, & quædam ſoluuntur opiniones, quæ à Iudæis fieri ſolent.

SEcundo prohibetur vſura ſacrę ſcripturę præceptis. Et circa hunc artic. tria ad præſens conſideremus. Primo prohibitionem, ſecundo oppoſitionem, tertio ſolutionem, ſeu declarationem.

Quod

A *Quod in multis ſcripturæ locis tam veteris, quam noui teſtamenti prohibetur vſura.*

Cap. 1.

Vſura prohibeť in veteri teſtamẽto. PRimo conſideremus vſuræ prohibitionem. Primo prohibetur in veteri teſtamento. vnde Ezech. 18.cõnumeratur vſura inter horrenda & deteſtanda ſcelera æterna morte in futurum puniẽda. Vbi primo multis ſceleribus grauibus numeratis ſubiũgitur ibi, ad vſuram non accõmodauerit, & amplius non acceperit. Demum etiam ſubinfertur:
B Si vir iuſtus genuerit latronem, & ad vſuram dantem, & amplius non accipientem, & homicidam, & adulterantem, & idolatram, nunquid viuet? non viuet. Cum vniuerſa deteſtada fecerit, morte morietur, & ſanguis eius in ipſo erit. Propheta quoque ait in Pſal. 54. Vidi iniquitatem & contradictionem in ciuitate, & labor in medio eius & iniuſtitia, & non defecit de plateis eius vſura & dolus. Et iterum in Pſal. Domine, quis habitabit in tabernaculo tuo, aut quis requieſcet in monte ſancto tuo? Et ſubditur: Qui pecuniam ſuam non dedit ad vſuram. Et iterum Prouer. 28. Qui congregat
C diuitias de vſuris & fœnore liberali in pauperes.i.viro miſericordi congregat eas. Iterum Leuit. 25. habetur, Non accipias à fratre tuo vſuras, nec amplius quam dediſti. Et paulo poſt, Pecuniam tuam non dabis ei ad vſuram, & frugum ſuperabundiam non non exiges. Vnde Neemię 5. Increpaui ma giſtratus & optimates, & dixi eis, vſuras ne exigatis à fratribus veſtris. Et ſequitur, Centeſimam pecuniam frumenti, vini, & olei, quam exigere ſoletis ab eis, date illis. Secundo prohibetur in nouo teſtamento. vnde Lu. 6. vnico verbo omnem vſuram Dominus prohibuit dicens, Mutuum date, ni-
D hil inde ſperantes. Quod latius declaratum eſt ſupra, ſermo. 37. per totum.

Quod Iudæi opponunt vſuram non eſſe prohibitam eis in lege, niſi ſolum illam accipere à fratribus ſuis. *Cap. 2.*

SEcundo conſideremus oppoſitiones. A quibuſdam.n.contra opponitur, & maximè à Iudæis dicentibus, ꝙ accipere vſuram nõ prohibetur in lege, niſi à fratribus ſuis.i.à Iudæis, immo de alijs conceditur. vnde Deuter. 23. dicitur, Non fœnera-

ueris fratri tuo ad vſuram, ſed alieno. Ad E
quod verbum licet in ſeq. c. reſponſuri ſimus tamen ſup. ſermo. 36. articu. 3. c. 6. ſatis etiam dictum fuit.

Quintuplici ratione prædicta oppoſitio opinio Iudæorum ſoluitur.

Cap. 3.

TErtio cõſideremus ſolutionem illius verbi Deuter. 23. ſupradicti. Quinq; enim rationibus ſolui põt oppoſitio prędicta. Prima eſt, quia in plurib. auctoritatibus ſupraſcriptis in 1. c. pręſentis articu. abſque aliqua determinatione, & abſolutè F
improbantur vſurę, ſicut patet ẽt in verbis Ezech. Pſal. & Salo. & aliorũ. Secunda eſt, quia aut per ſe ſunt malę, aut nõ. Primò vero ſi per ſe ſunt malę, tunc ſp & vbiq; ſunt malę. Secundo, ſi nõ ſunt per ſe malę, cum qñq; mutuũ recipienti aliquo modo vtiles eſſe poſſunt, tunc prohibeť ſola vtilitas fratris: & maximè cũ pauci reperiãtur faciles ad mutuandũ abſq; ſpe cõmodi tẽporalis. Tertia rõ, quia naturalis proximitas, & fraternitas ad hoies oẽs eſt: & hoc multiplici ex reſpectu. Primo reſpectu cõis creationis, ſecundo reſpectu diuinæ imaginis, tertiò reſpectu vnicę ſpeciei hominũ, quarto reſpectu propagationis ex eodẽ primo pa- G
tẽte Adã, quinto reſpectu euangelij Chriſti Lucę in parabola Samaritani. Quarta rõ eſt, qa aut cõtractus vſurarius cõtinet in ſe abſoluiè iniquitatẽ, aut ęquitatẽ. Si iniquitatẽ, ergo per ſe, & vbiq; apud oẽs eſt malus. Si æquitatẽ, ergo nõ deberet prohiberi à fratre. Quinta rõ, quia hoc præceptũ eſt cerimoniale. Cerimoniale equidẽ eſt quicquid ĩ ſe nihil hẽt boni, ſeu vtilis, vel dãnoſi: ſed ſolum habet aliquid ad ſignificationem, vel ad determinationem & obſeruationem aliquorum moralium. Conſtat autem quod in mutuo vſurario & non vſurario eſt inuenire per ſe bonum vel malum. H

ARTICVLVS TERTIVS.

In quo oſtenditur, quod tota ſancta eccleſia deteſtatur vſuram.

TErtio prohibetur vſura preceptis eccleſię. Habet.n.eccleſia catholica tres prohibitiones, quib' perſequuntur crimina & peccata, & maximè vſurariam prauitatem. Prima eſt decretorum, ſecunda Doctorum, tertiam legum. Et omnes ſuo modo perſequuntur vſuram.

Quod

A *Quod Decreta vſuram impugnant.*
Cap. 1.

Vſurā decreta impugnant.

PRimam autem prohibitionem frequentat eccleſia contra vſuram, & hæc eſt auctoritās decretorū, .ſ.ſanctorū Conciliorū, & Summorum Pōtificum. vnde 14.q.4.c.nec hoc. Leo Papa ait: Nec hoc quoq; prætermittendum duximus eſſe, quoſdam lucri turpis cupiditate captos, quæ vſurariam exercent pecuniam, & à fœnore volūt diteſcere. Quod nos, vt non dicamus in eos, qui ſunt in clericali ordine conſtituti: ſed etiam in laicos cedere, quæ Chriſtianos ſe dici cupiunt cō-
B dolemus, ꝙ vendicari acrius in eos, qui fuerunt cōfutati.i.conuicti, decernimus vt omnis peccandi oportunitas adimatur. Et iterum ext. de vſur.c. quia in omnibus. Alex. III. ait: Quia in omnibus ferè locis ita crimen vſurarum inualuit, vt multi alijs negotijs prætermiſſis, quaſi licitè vſuras exerceant: & qualiter vtriuſq; teſtamenti pagina condemnetur, ne quaquam attendunt. ideo cōſtituimus, vt vſurarij manifeſti, nec ad communionem admittantur altaris, nec Chriſtiana, ſi in hoc peccato deceſſerint, accipiant ſepulturam: nec oblationes accipiat quiſquam &c. Et iterum in c.ſuper eo. idem ait: Cum vſurarum crimen vtriuſque teſtamenti pagina deteſtetur, ſuper hoc diſpenſationem aliquam poſſe fieri non videmus: quia cum ſcriptura ſacra prohibeat
C pro alterius vita mētiri, multo magis prohibendus eſt quis, ne etiam pro redimenda vita captiui vſurario crimine inuoluatur. & c.conſuluit. Vrbanus III. ait: Quęrenti, an in iudicio animarum ille cenſendus ſit vſurarius, qui ex propoſito amplius accipiendi, abſq; tamen conuentione mutuat, aut qui propter datam dilationem ſolutionis amplius vendit merces ſuas: Reſpondet ille, Quicquid in his caſibus tenendum ſit,
D ex euangelio Lucæ manifeſtè cognoſcitur, in quo dicitur: Mutuum date, nihil inde ſperantes. Et ideo ad taliter recepta reſtituenda in animarum iudicio ſunt efficaciter inducendi.

Vſura crimen deteſtabile in vtroq; teſtamēto.

Quod eccleſię Doctores tam noui, quam antiqui impugnant vſuram.
Cap. 2.

SEcundam prohibitionē vſuræ frequentat eccleſia. Per Doctores etiam in Decretis ponuntur. vnde 14.q.3.ſi fœneraueris. Aug. ait: Si fœneraueris hominem. E
.i.ſi mutuum dederis alicui pecuniam tuā, à quo pluſquam dediſti expectes accipere, non pecuniā ſolum, ſed aliud aliquid pluſquam dediſti expectes accipere, fœnerator es, & in hoc improbandus, non laudandus. Et in c.putant. Hiero. ait: Putant quidā, vſuras tantum eſſe in pecunia, quod prouidēs diuina ſcriptura, omnis rei aufert abundantiam, vt pluſquam dediſti nō recipias. Item alij pro pecunia fœnerata ſolent munuſcula diuerſi generis accipere: & non intelligunt ſcripturam, vſuram appellare ſuperabundantiam. Et quicquid illud eſt, ſi ab eo quod dederint, plus acceperint. Et in c.plerique. Amb. ait: Plerique refugientes præcepta F
legis, cum dederint pecuniam negotiatoribus, non in pecunia vſuras exigunt, ſed de mercibus eorum tanquam vſurarum emolumenta accipiunt. Ideo audiant quid lex dicat: Neque inquit vſuram eſcarum accipies, neque omnium rerum. Et iterum 14. q.4.c.quid dicam. Aug. ad Macedoniū ait: Quid dicam de vſuris, quas & leges & iudices reddi iubent? an crudelior eſt qui ſubtrahit aliquid, vel eripit diuiti, quam qui trucidat pauperem fœnore? Et in c.ſi quis. Amb. ait: Si quis vſuram accipit, rapinam G
facit, vita non viuit. Et 14.q.5.c.nolite. Auguſt. de verbis Domini ait: Nolite eleemoſynam facere de vſuris & fœnore.

Quorundā opinio

Quod leges Imperiales non approbant vſuras eo modo quo quidam putant, & qua ratione lex ciuilis vſurarios punire non curat. *Cap.* 3.

TErtiam prohibitionem quodammodo habet eccleſia contra vſuram ſalſtem non dando vſuræ (vt quidā putant) fauorem, videlicet Imperiales leges. Ad intelligentiam tamen in hoc c.dicendorum quatuor notāda ſunt. Primo notan H
dum eſt, quod omnia iura in lege naturali fundata reperiuntur, & ab ipſa lege naturæ quodlibet ius ſumit officium ſuum. Primo enim ipſius legis naturæ officium eſt prohibere omnia vitia & peccata per ſolam eorum cognitionem, quia docet vitia cognoſcere, & ad illa deteſtanda inclinat. Secundo autem ius diuinum officium habet à lege naturæ. Tertio ius canonicum à lege naturæ officium habet dirigere in commune bonum, ſecundum quod congruit ſocietati humanæ: quæ nō ſolum ciuiliter,

Leges imperiales nō approbant vſuras.

ſed

A ſed etiam regulariter viuat ſecundum fi-
dem in Deum tendendo, & vitam aliam
expectando. Nam cum ius canonicum
quædam ſit explicatio diuini iuris, necceſ-
ſe eſt, quod idem terminus ab eiſdem fina-
liter intendatur. tale quidem commune
bonum hoc modo acceptum non poteſt
nutriri, conſeruari, & promoueri, niſi per
quandam cęleſtem amicitiam, quam chari-
tatem vocamus, ſine qua impoſſibile eſt tē-
dere quemquam in vltimum finem. ſ. Deū.
Quarto inſuper ius ciuile officium habet à
lege naturæ dirigere in commune bonum,
B ſecundum quod congruit humanæ ſocieta-
ți ciuiliter viuenti: ſecundum quem modū
commune bonum habet nutriri, conſerua-
ri, & promoueri per legalem iuſtitiam, &
per ciuilem amicitiam, & hoc ſolum offi-
cium ſufficit ei. Secundo notandum eſt, ſe-
cundum Magiſtrum Gerard. de Senis ordi-
nis Eremitarum, quem recitat Ioan. And.
in mer. in regula, peccarum. quod malum
duabus de cauſis permitti poreſt. Primo
propter bonum, quod inde oritur: ſecun-
do propter maius malum, quod inde vita-
tur. Vt autem maius malum vitetur, tribus
modis permittitur malum. Primo, vt vite-
tur malum ſpirituale in anima, quod eſt
maius: per malum corporale in corpore,
C quod eſt minus. Secundo, vt vitetur vnum
malum ſpirituale, quod eſt maius per mi-
nus malum ſpirituale, ſicut ſæpe permitti-
tur minus peccatum, vt ſcilicet vitetur ma-
ius. Tertio, vt vitetur vnum malum corpo-
rale maius per aliud corporale, quod eſt mi
nus. Et de his no. ne cle. vel mo. c. 3. in glo.

Triplex conceſſio iuris diſtingui poteſt.

Tertio notandum eſt, quod triplex conceſ-
ſio iuris diſtingui poteſt, ſecundum dictum
Magiſtrum Gerardum de Senis vbi ſupra.
Prima eſt cōceſſio remouens punitionem,
ſecunda eſt addens prohibitionem, tertia
eſt ſubdens ſubuentionem, atque fauorem.
D Prima quidem eſt conceſſio remouens pu-
nitionem. ſ. & dimittens pœnam: ſecun-
dum quem modum Beatus Gregorius ſcri-
bens Anglorum Epiſcopo, de obſeruantia
ieiunij Quadrageſimæ, permiſit inordina-
tum eſum carnium in diebus Dominicis
Quadrageſimæ, ſicut diſt. 4. c. deniq;. patet.
vnde ibidem ait: De ipſa vero die Domini-
ca hæſitamus, quid nam dicendum ſit, cum
omnes laici, & ſeculares ipſa die more ſo-
lito, & cæteris diebus accuratius cibos car
nium appetant, & niſi noua quadam auidi-
tate vſq; ad medias noctes ſe ingurgitent,
non aliter ſe huius ſancti temporis obſer-
E uationem ſuſcipere putant. quod non vtiq; ra
tioni, ſed voluptati, immo cuidam cæcitati
mentis aſcribendū eſt. Vnde nec à tali con
ſuetudine auerti poſſunt: & ideo cū venia
ſuo ingenio relinquēdi ſunt, ne fortè peio-
res exiſtant, ſi à tali conſuetudine prohi-
beantur, vt Salomon ait, Qui multū emun-
git elicit ſibi ſanguinem. Hæc autem indul-
gentia, ſecundum glo. in prædicto c. fuit ſimplex
permiſſio per ſolam indulgentiam pœnæ,
nec loquitur ibi de venia culpæ. Hoc qui-
dem modo per ſimplicem permiſſionē con
cedit ius ciuile cōtractum vſurarium, quia
non punit eum, & hæc videtur fuiſſe inten
F tio Aug. in 2. de libero arbir. dicens: Videt̄
mihi legem iſtam, quæ populo regēdo ſcri-
bitur, rectè ita permittere, & diuinam pro-
uidentiam vindicare. Ex his patet, quod ius ci-
uile prohibere hēt primo & per ſe, & per
pœnæ comminationem vitia illa, quæ poſ-
ſunt domeſticam & ciuilem amicitiam im-
pedire. Sed quia in contractu vſurario à mu
tuum recipiente interuenit voluntas, licet
non abſoluta, tamen cōditionata, & ex hoc
non apparet euidenter prædictam amicitiā
impediri, ideo per aliam prohibitiouem &
pęnam tali contractui deſinit obuiare, eum
G relinquens diuino iudicio puniendum. vn-
de Aug. lib. 1. de lib. arbi. ait: Lex iſta, quę re-
gendis ciuitatibus fertur multa concedit,
atq; impunita relinquit, quæ per diuinam
prouindentiam vindicantur. Neccesſario
tamen talis contractus iure canonico pro-
hibetur, eo quod ex fine quem intendit, habet
neceſſariò omnino vitia prohibere: quia oīs
mortalis culpa obuiat charitati, per quam fi
delium mentes diriguntur in Deum. Hinc
eſt, quod omne peccatum, quod prohibetur à
ciuili iure, quod manat à iure naturali, etiā
prohibetur à canonico iure. Secunda au-
tem eſt conceſſio addens prohibitionem,
H quæ idem eſt quod permiſſio tollens impedi-
mētum: ſecundum quem modum Iudæi inter nos
habitantes in ſui ritus obſeruantia ab eccle
ſia permittuntur. vnde Greg. 45. diſt. de ip-
ſis Iudæis in c. qui ſinceras. circa finem, ſic
ait: Omnes feſtiuitates feriaſque ſuas, ſicut
hactenus tam ipſi, quam parentes ipſorum
per longa colentes retro tempora tenue-
runt, liberam habeant obſeruandi, celebran
diq; licentiam. Hæc autem permiſſio quā-
uis glo. ſentiat, quod ſit ſimilis primæ: alijs ta-
men & non indictè videtur, quod non ſit ſimi-
lis illi, quia non videtur ita ſimplex prohibi
tio ſicut illa, immo ſe habet per additionē
ad eam. Nam illa cōceſſio permittebat ma-
lum-

A lum per ſolam indulgentiam pœnæ, eo ꝙ non fuerat facta prohibitio dicti mali per comminationem alicuius pœnę. ſed hæc permiſſio ſecunda plus facit, quia non ſolū permittit prædictum malum, ſed obſeruantiam ritus Iudæorum, ſubtrahendo comminationem, vel inflictionem pœnæ, ſicut in prima: ſed etiam remouendo impedimenta Chriſtianorum, qui impedire vellēt obſeruantiam dicti ritus. Hāc verò ſecundam conceſſionem non prohibet vſurario contractui ius ciuile, quia tunc tolleret impedimenta à volentibus facere vſurā, quod falſum eſt. quinimmo ſicut permittit fieri præ-

B dictum contractū, ita quoq; permittit præſtare illa impedimenta, quæ facit ius canonicum, vel ſtatuta ciuitatum, aut dominorum contra prædictum turpem cōtractum. Tertia eſt conceſſio præſtans fauorem & ſubuentionem atque iuuamen, ſm̄ quē modum permittit eccleſia clericum à ſeculari poteſtate quandoq; occidi: & hæc conceſſio ſe habet per additionem ad præcedentem regulam, quemadmodum ſecunda ad primam. Nam in iſta conceſſione non tantum contrahitur comminatio pœnæ, ſicut in prima: ſed vltra hoc tollitur impedimentum, per quod occiſio clerici poſſet impedi-

C ri, ſicut accidit in regula præcedenti prædicta. & vltra præſtatur iuuamen in iſta tertia regula, quod nō fiebat in aliqua regularum prædictarum. Nam clericū, qui dignus eſt morte, degradat & punit eccleſia, & ipſum tradit in manibus iudicis ſecularis vt occidatur, iuxta illud 1.Cor.5. Ego iudicaui tradere homini hominem Sathanę in interitum carnis, vt ſpiritus ſaluus ſit in die Domini noſtri Ieſu Chriſti. Prædicta patent ext. de vſur. nouimus. & de pęn. c.2.lib.6. Nec quoque hanc conceſſionem dat vſurarijs ius ciuile, quia iuuamen, vel auxilium minimè præſtat eis. Si enim ius ciuile per-

D mitteret vel concederet contractum vſurarum ſecundo modo.ſ. ſubtrahendo impedimenta, per quæ impediri poteſt: vel etiā tertio modo, videlicet præſtando auxilia, per quæ prædictus contractus fieri poſſet: neceſſario ſequeretur ꝙ prædictum ius naturali iuri, ac iuri canonico contrariaretur. qđ quidem omnino eſſet inconueniens, cum prędictum ciuile ius, & canonicum, ſicut dimus, in iure naturali fundata ſint: ideo iuri naturali contrariari non poſſunt, nec etiam ſibi inuicem aduerſari. Nec etiam ius ciuile aduerſatur diuino iuri per talem permiſſionem non puniēdo: cum permiſſio talis non ſit per oppoſitionem, ſed per omiſſionem, E

quia relinquit talem contractum prohibendum & puniendum iuri canonico & diuino, ſicut ſuperius dictum eſt: illis.n. magis incumbere videtur. Quarto eſt notandū, ꝙ Imperator mādauit ſeruari ea, quæ in Niceno concilio facta ſunt, quia non vult illa, quæ in prædicto cōcilio prohibita ſunt, inter quæ eſt vſura, vt patet diſt.47.c.quoniā à iure ciuili permiſſa ſunt per duas vltimas conceſſiones.ſ. per amotionem alicuius impedimenti, vel per conceſſionem alicuius auxilij. nō tamen ideo intendit, quod quæcunq; ibi prohibita ſunt, prohibita ſint à ciuili iure per pœnæ cōminationem. vel poteſt dici, ꝙ Imperator mandauit illa ſeruari per approbationem, quia approbauit tanquam ritè ordinata. Non autem mandauit ſeruari quæcunque ibidem ſunt per pœnæ comminationem, quia propriè non pertinebat ad eum, ſicut ſuperius dictum eſt, quia lex naturę ſtatum ſeculare nō arctat ad tam ſpiritualia opera, ſicut ſtatum ſpiritualem, dummodo ipſis operibus ſpiritualibus nō aduerſetur, & maximè per duas vltimas cō ceſſiones. Si autem contingeret, ꝙ ius ciuile in aliquo caſu, vel aliquo tempore de futuro per pęnæ comminationem contractū vſurarium prohiberet: hoc faceret in obſequium canonici iuris: vtputa, quia pęna per ius canonicum cōminata non ſufficeret, vel quia non poſſet per eccleſiaſticum iudicem ſufficienter executioni mandari. Ex iam dictis patet, ꝙ cōtrouerſia, quæ inter aliquos Iuriſtas eſt de permiſſione contractus vſurarij, rationabilis nō videtur, quia vtraq; pars poteſt dicere verum. Nam qui dicunt, ꝙ talis contractus eſt permiſſus, & debet permitti à iure ciuili, intelligunt ꝙ permiſſus ſit ſimplici permiſſione, non comminante, neq; infligente pęnam: & verum dicunt. ſi verò intelligunt quod permiſſa ſit permiſſione aliqua duarum vltimarum conceſſionum.i. tollente impedimentum à facientibus vſuras, vel permiſſione præſtante iuuamen eis, falſum eſt. Eodem modo dicendū eſt de alijs cōtrariæ partis. Nam ſi dicit glo. & illi, qui eam ſequuntur, quod contractus vſurarius non eſt permiſſus in ciuili iure, & intelligunt de ſecūdo, vel tertio modo permiſſionis, verum dicunt. Si vero intelligūt, quod non ſit permiſſus ſecundum primum modum conceſſionis, falſum dicunt. Hæc not. Magiſter Gerardus de Senis prælleg. Sed obijcitur, quod lex Iuſtiniani permittit vſuras centeſimas, & ſexageſimas, &

Imperatoris edictū de obſeruantia eorum, quæ in Cōcilio Niceno ſunt determinata.

F G H

ſuppo-

A ſupponendum eſt ꝙ permiſit bene. Ad hoc
rñdet Alex. de Hal. in 3. diſt. ꝙ permiſit cō-
paratiua permiſſione vſuras leuiſſimas exi-
gi, ne accideret peius, quia tunc proni erāt
homines ad vſurarium lucrum. iudicās igit̃
minus malum ſuſtineri leues vſuras quàm
graues: conceſſit illud, ſicut. ſup. de libello
repudij. ſermo. 36. art. 3. & c. 8. dictum eſt.
Hæc Alex. qui concordat cum his, qui. ſup.
in præſenti. c. dicta ſunt. Et licet pleriq; Do
ctores iuris ciuilis dicant, ꝙ ſm leges vſu-
ra permiſſa eſt: tamen hodie per textū cle.
de vſur. c. ex graui. §. ſi. hoc teneri prohibitū
eſt. vbi habetur, ꝙ tenens, ꝙ dare ad vſurā
B non ſit peccatum, tanquàm de hęreſi iudi-
cari poteſt, ſecundum Anto. de But. extra
de vſu. ſup. Rub. in fine.

Epylogatio omnium ſupradictorum in præſenti ſermone.

EX omnibus autē, quæ in præſenti ſer-
mone dicta ſunt cōcludendo, colligi
pōt ſm prædictum Gerar. de Senis,
quòd nullo iure permitti pōt vſura: nec pp
aliquod bonum, quod inde oriatur: nec pp
aliquod maius malum, quod inde euitetur.
Primò enim ius naturale non pōt cōcede-
C re cōtractum vſurariū: quia illud quod eſt
Ius naturale ſecūdum Gerardum. ſimpliciter contra ius, nullo modo cōcedi
pōt ab eodem iure: alioquin ſimul eſſet cō-
tra ipſum, & nō cōtra ipſum, inquātum ab
ipſo cōceſſum. Sed ſicut ex 12. rōnib. ſup. in
1. art. patet, cōtractus vſurarius ſimpliciter
Ius diuinum. cōtra naturale ius eſt. Secundò ius diuinum
& prædictum cōtractum vſurarium mini-
me concedere pōt: nam ſicut dictum eſt, cū
ſit ſimpliciter contra ius naturale, relinqui
tur vlterius qđ ſit contra ius diuinum. quia
ius diuinum à naturali iure deriuatum eſt.
ergo quicqd eſt cōtra ius naturale, neceſſa
riò eſt cōtra ius diuinū. & hæc manifeſtāt
D ſcripturarum prohibitiones, quæ. ſup. in 2.
Ius canonicum. art. dictæ ſunt. Tertiò ius canonicum, ppter
prædicta non pōt prædictum cōtractum cō
cedere: quia cōcederet, vt ſit contra vetus
& nouum teſtamentū. extra eo. tit. c. ſuper
eo. Nam vt ibi dr̃, ſacra ſcriptura prohibet
pro alterius vita mentiri, vt patet. 22. q. 2.
ne quis ergo multomagis (ſicut cōcluditur
ibidē) prohibēdus eſt quilibet, ne pro redi-
menda uita captiui uſurarij crimine inuol-
uatur: cum tñ illud videatur potiſſimū bo-
nū, quod ex vſuris prouenire pōt. Vlterius
ēt non pōt dici, ꝙ in dicto cōtractu diſpen
ſatio cadat propter ipſum maius malū ſpiri
tuale, q̃ ſit aliud malū, quod incurrit in cō- E
tractu prædicto. Nam malū, quod incurrit
vſurarius per pręfatum contractum, q̃ ma-
ximum ſit, patebit. inf. ſerm. 43. 44. & 45. p
totum. propter quę oīa, quia terribilia sūt,
concludo ꝙ ius canonicum nullo mō con-
cedere, uel permittere debet contractū uſu
rarium propter maius malū vitandū: quia
regulariter loquendo non apparet aliquod
maius ipſo, quod per ipſum valeat euitari.
Quarto autē ius ciuile pōt concedere & cō *Ius ciuile.*
cedit pręfatum cōtractum cōceſſione acce
pta in pn̄ti. c. primo modo, quod eſt idem
quod ſimplex permiſſio per indulgentiam F
pœnæ. ſecundo uero uel tertio genere per
miſſionis ius ciuile nō permittit uſuras, q̄a
nō prohibet impedimenta fieri uolentibus
fęnerari, nec fęnerantib. dat aliqua iuuamē
ta. Io. An. hic addit dicens, hoc dictum nō
uideo poſſe defendi, niſi dicatur, leges ue-
teres per Auth. eſſe correctas. Nā certū eſt
leges ſtatuere modum uſurarum, ut C. de
uſur. eos. permittunt illas peti in iudicio,
permittunt pro illis non ſtipulatis pignora
retineri. quod plus eſt, ſtatuunt certis caſib.
illas ex mora deberi, & his ſimilia. Igit̃ cō-
cludo ex omnib. ſupradictis, quod uſura oī
lege meritò prohibet̃. Vnde ſm Inno. Ho- G
ſtien. & Io. And. ſi non oī lege prohiberet̃
uſura & fęnerari liceret, ferè inde ſequerē-
tur innumerabilia mala. Nam homines nō
intenderent agriculturæ, niſi fortè quando
aliud agere non ualerent. Proinde tanta ca
riſtia inſurgeret, quòd omnes pauperes fa-
me perirent. nam & ſi terram haberent ad
colendum, animalia & alia inſtrumenta ne
ceſſaria habere neſcirent, quia à ſe paupe-
res non ualerent habere, nec inſuper à di-
uitibus haberent illa, quia diuites propter
ſecuritatem & maius lucrum potius pone-
rent pecuniam ad uſuram quàm ad mino-
ra & minus cauta lucra. Inſuper dato quòd H
aliquis diues aliquid in talibus poneret: ta
men uictualia eſſent ita cara quòd paupe-
tes non haberent unde uiuere poſſent: ex
quo fidelibus maximum periculum immi-
neret. Patet igitur ex ſupradictis, ſicut Ec-
cleſiaſtes 10. auaro ſcilicet uſurario. nihil
eſt ſceleſtius. A quo ſcelere eruat omnes
uſuratios miſericors & miſerator Domi-
nus, illuminans eos lumine ueritatis: &
inungens eos oleo pietatis, attrahens eos
munere poteſtatis, & demum cum eis om-
nes nos in Domino gloriemur, qui in tri-
nitate perfecta glorioſus, & laudabilis ui-
uit & regnat in ſæcula ſæculorum, Amen.

A

FERIA SEXTA poſt iiij. Domin. Quadrag.

De contractibus vſurarijs, & de ſecuritatibus mercantiarum, & de varietate multiplici cambiorum.

Sermo XXXIX.

Culpa in contractibus vſurarijs quadruplex.

I*Am fetet, quatriduanus eſt.* Io.xj. & in Euang hodierno. Quadruplex nempe culpa hoc tẽpore in cõtractibus vſurarijs committi ſolet. Prima eorũ

B

conſenſu, ſecunda in eorũ operatione, tertia in eorum continuatione, quarta in eorum perſeuerantia. Sed hęc quarta eſt, quę per fame corruptionem, ſeu diffamationẽ in homine cupido et auaro iam fętet, quia quatriduanus eſt. Ad comprimendum autẽ hunc fętorem circa hanc contractuum materiam tria ordinatè cõſideremus. Primò, quando in contractu ab vſura excuſat dubium vel periculum: ſecundò, quando eſt mutuum palliatũ: tertiò, qñ licet cambium.

ARTICVLVS PRIMVS.

C

Vbi oſtenditur, quando in contractu dubium uel periculum ab uſura excuſat.

PRimò conſideremus, quando in contractu ab vſura excuſat dubium vel periculum, & quãdo non. Ad cuius intelligentiã ante omnia notandæ ſunt tres regulæ.

Tres regulæ.

Prima eſt hæc. In mutuis veris vel interpretatis ſpe lucri principaliter factis, dubiũ ſeu periculum à fęnore non excuſat. Ad cuius regulæ & duarum ſequentium regularũ

D

intelligentiam prænotandum eſt, ꝙ nulla conditio ſeu circunſtantia aliquem actũ ex n[illegible]ra ſua vitioſum excuſare valet, niſi ſm ꝙ ab eo rationem vitioſitatis remouere poteſt: v. g. Oſeæ 1. ait Dominus ad Oſęam. Vade, ſume tibi vxorem fornicariam, & fac tibi filios fornicationum, quia fornicãs fornicabitur terra à Dño. Ecce licitè propheta fornicatur: nec ob aliã cauſam ſibi licebat, niſi quia ex pręcepto Dñi fornicatus eſt. Et iterum, cum Hebręi in expoliatione Aegyptiorũ. Exo. 12. Excuſentur à furto: ex alia cauſa non eſt, niſi quia ex præcepto Dñi. i. Dei, qui eſt Dñs vniuerſalis, ſeu generalis vniuerſorum: res non ſuę factæ ſunt ſuę. ſic

E

in propoſito, ſi dubium ſeu periculũ excuſare debet crimen vſuræ veræ vel interpretate, hoc nõ poteſt eſſe niſi qñ dubium vel periculum virtutem haberet tollendi rationem vſuræ veræ vel interpretatæ. Sed quia quando in mutuis veris vel interpretatis ſi principaliter fiunt ſpe lucri vitium annexũ eſt: ideo dubium & periculum de ſui natura à tali mutuo vitioſitatem non tollunt, vt patet extra de vſuris. c. nauiganti, in prin.

Secunda regula eſt, dubium vel periculũ à fęnore non excuſat, niſi apud lucrantem includatur dominium atq; vſus rei periclitantis, cum qua lucratur. Primò quidem dominiũ, quia ex re ſua homo lucrari debet.

F

Secundò vſus, quia vſus rei ex quo lucrum prouenit, debet mediatè, vel immediatè ad lucrantem pertinere. Qñque igitur in mercandi cum actum periculum mercium, vel pecuniæ nullo modo reſpectu àctus mercãdi ſpectat ad ipſum primum mercantẽ ſiue tradentem, ſed ſolum cum res traditę ſunt; tunc eoipſo earum vſus & dominium quò ad actum illum mercandi ſpectat ad ſolum illum, cuius periculo currũt: res enim perditur domino ſuo.

Tertia regula eſt hoc. periculum ſeu dubium à fęnore non excuſat, vbi in cõtractu

G

cauſa temporis nõ proprij aliquid plus ſperatur. Huius regulæ ratio eſt, quia ibi ſemp præſumitur eſſe mutuum verum, ſeu interpretatũ cum ſpe lucri propter intercurrens tempus. Hæc etiam regula ſatis ex pręcedẽtibus regulis patet, & etiã ex regula ſupra poſita in ſermone 30. 4. art. 1. c. 1. Igitur his præmiſſis aduertendum eſt, ꝙ in contractu & in mutuo vero & interpretato quadruplex dubium ſeu periculum cõtingere põt. Primũ eſt capitalis, & nõ lucri: ſecundũ eſt lucri, & nõ capitalis: tertium nec capitalis, nec lucri: quartum capitalis, & lucri.

H

Quando in contractu poteſt contingere periculum capitalis & non lucri, & quando eſt vſura, & circa hoc ponuntur quatuor caſus. *Cap. 1.*

PRimum dubium ſeu periculum in contractu cõtingere poteſt. ſ. capitalis & non lucri. Er de hoc ponamus quatuor caſus. Primus caſus eſt, ſi quis mercatori nauigaturo per mare tradat centum ducatos ſic, ꝙ ſi nauis cũ capitali periclitetur, non teneatur ſibi red-

Primus caſus obſeruatione dignus.

dere

A dere capitale: ſi tamen in mercando amiſerit, ſemper ſibi totum capitale reddat. & ſi lucratus fuerit habeat partem lucri, & hæc eſt vſura, ſicut ad literam habetur hic caſus extra de vſur. c. nauiganti. Ratio autē, quare ibi eſt vſura, quia eſt cōtra primam & ſecundam regulā. Nam licèt capitale currat ad periculum tradentis, quamdiu eſt in itinere vel in mari, & ſic pro illo tēpore currat vt ſuum: in actu tamen & vſu mercandi & cōmutandi currit ſolùm ad periculum mercatoris, cui traditum eſt: & ideo reſpectu illius actus & vſus, eſt ipſius mercātis. B propterea per talem actum ipſi lucratur, ſicut & ſoli ipſi perditur. In hoc etiam caſu, vt ſępius, alia ratio vſuræ contingere ſolet. Nam primus pecuniæ traditor non acciperet ſuper ſe periculū maris aut itineris, niſi probabiliter præſumeret partem ſuā etiam cum hoc toto periculo tutiorem, atque vtiliorem ſibi quàm mercatori, eo ꝙ rarius in mari vel in itinere amittunť, quā per vſum commutandi & mercandi. Secundò addamus alium caſum: v.g. Mutuat quis in Venetijs centum: vt inde cētum & viginti recipiat in Cypro hac cōditione adiuncta, ꝙ ſi in mari vel in terra denarij, vel mercatio C nes inde emptæ periclitentur, debitor non teneatur reddere vltra medietatem. ſi verò non patiatur impedimentum, teneatur ad totum. Ad hoc dicendnm, ſm Hoſtien. ꝙ talis contractus vſurarius eſt: quia ſm eum aut recipiens non expendit pecuniam illā, & ſic impium eſt ꝙ creditor ab eo exigat, quod non habuit. aut expendit, & ſic conſumitur pecunia & efficitur alterius: res. n. enim empta de pecunia illa, efficitur debitoris, quia pecunia ſibi mutuata efficiť ſua. ideo nō debet creditor lucrum exigere de re debitoris, qua vſus eſt & inde lucratus. Si verò quis obſtet, ꝙ hoc licitum eſſe vř, quia creditor in ſe periculū aſſumpſit. D Dicendum, ꝙ ſibi imputetur, quia ſuſceptio talis periculo in nullo eum excuſat, ſicut ſupra in prima & in ſecunda regula patuit. Concor. Ray. & adhoc facit. c. nauiganti. de vſur. Addamus tertium caſum: v.g. Recipit quis pecuniam vltra mare vehendā, & ibidem reddendam pro certo pretio ſibi conſtituto, nunquid committitur vſura? Dicendum, ſm Inno. extra de vſur. circa finem, ꝙ non cōmittit vſuram, ſiue in ſe recipiat periculum, qui portat eam, ſiue non: quia operarium, ſeu cuſtodiæ locatio eſt. Idem ſētit Hoſtien. nec eſt contra aliquam regularum ſupradictarum, quia nullum eſt lucrum. Ait

Secundus caſus.

Opinio Hoſtienſis.

Tertius caſus.

nihilominus Innocentius, ꝙ vbi nō accipit E pretium tantum vt portet, ſed negotiator mutuo dat illam vt cum ea negocietur, tūc eſſet vſura: quia pecuniȩ nullus eſt fructus, ſi teneatur in arca, nec deterioratur in vſu 88. diſt. eijciens. Quartus caſus addi poteſt, puta cum in mercando capitale currit ad periculum tradentis: ita ꝙ quicquid mercādo vel alio inculpabili modo perdatur, perdiť traditori ipſius capitalis: lucrum aut fixum eſt, & in tali caſu certū eſt, ꝙ mercator, cui capitale traditum eſt, emit totum futurum lucrum capitalis prædicti tāto pretio, quantum probabilitas futuri lucri cum vtilitate propria poſſet rationabiliter æſtimari. Talis quidem contractus ſm quoſdā, illicitus F eſt: tñ ſm Gerar. Obdonenſem, licitè fieri poteſt, & hoc multiplici ratione. Primò ratione periculi, ſecundò ratione lucri, tertiò ratione vitādi damni. Primò rōne periculi. Nam in tota mercatione fienda ex hoc capitali, capitale ad periculum tradentis currit. Secūdò rōne lucri, quia totum lucrū quod peruētturū æſtimetur probabiliter aliquem valorem habet, quæ poteſt aliquo pretio iuſto æſtimari, & per conſequens etiam iuſtè vendi. Tertiò rōne vitandi damni: quia iſte qui dat ſuum propriū capitale, iuſte poteſt G inde exigere intereſſe. Idem patet à ſimili. Detur enim, ꝙ aliquis tradit equum ſuum ad ſeptimanam ſub pretio competenti, vel conducat eum in prelijs, & alijs ſibi neceſſarijs. tandē ille, cui equus traditus eſt, emit totum futurum lucrū annuæ conductionis equi: ſicut enim hoc licitè emi poteſt, ita & ibi. Credo igitur ꝙ ratione contractus hoc nulla committatur vſura, niſi hoc fieret in fraudem vſurarum, ita ꝙ illud capitale non eſſet verè ſm rem traditū pro capitali, ſed potius pro mutuo & ad vſurarium lucrum. Quia tunc eſſet cōtra primam regulam, cū eſſet ibi mutuum interpretatum, & per cō H ſequens eſſet cōtra ſecundam regulā, quia apud lucrantem perueniret lucrum de re, cuius non haberet dominium, nec vſum.

Quartus caſus.

Adducuntur diuerſæ rationes ad prædicta.

Quod quandoque non in contractu cadit periculum, ſeu dubium lucri, & non capitalis, et quandoque ibi eſt vſura. Cap. 2.

SEcundum dubium ſeu periculū in contractu, eſt lucri, & non capitalis. Vnde qñcunq; capitale alicui traditū eſt, ipſi tradenti certum ita ꝙ in omnem euentū totum ſibi reddendum ſit, tunc quidem non

A ſufficit incertitudo lucri. Et de hoc poni-
mus tres caſus. Primus caſus eſt, ſi dicat tra
do tibi centum ducatos mihi omnino red-
dendos: & ſi inde lucratus fueris, tantũ da-
bis mihi de lucro, vel quãtum tibi placebit.
Si verò nil lucratus fueris, nihil mihi dabis,
niſi capitale manifeſta vſura eſt, quantũ ad
totum illud; quod de lucro vltra capitale re
cepturus eſt: Ratio eſt, quia capitale nõ cur-
rit ad periculũ primi tradentis, quia eſt con
tra duas primas regulas. ideo talis quicquid
percipit de lucro, ſecundum Bal. extenuat
ſortem. nõ eſt enim hic ſocietas, nec ex ſor
ma contractus, nec ex natura. non ex for-
B ma, quia eſt contractus mutui: nec eſt ex na
tura, quia contra naturam ſocietatis, quòd
vnus habeat caput ſaluũ, & alius caput fra-
ctum. ff. pro ſocio. l. minus. Et id, quod legi
tur extra de dona. inter vir. & vxo. c. per ve
ſtras. debet intelligi, quando pecunia datur
ad partem lucri & damni, quia tunc contra
ctus licitus eſt. Hæc ille. Secundum etiam
glo. in c. plerique. 14. q. 3. talis contractus
vſurarius eſt. Quidam autem dicunt eſſe li-
citum, & hoc ex vi pacti, quia cõtractus ex
lege conuentionem recipiunt, extra de re-
gu. iur. contractus. lib. 6. Azo. tamen & Ac-
curſius & multi Doctores, & melius, con-
C trarium tenent in l. ſi non fuerit. ff. pro ſo-
cio. quia talis non eſt uera ſocietas, cum ſit
contra eius naturam. ſocietas enim, vt inf.
patebit, quædã fraternitas eſt. ff. pro ſocio.
l. verum. 1. reſp. Quare ſequitur, ꝙ tale pa-
ctum non ſit præter, ſed contra naturã con
tractus. vnde non valet, extra de preca. c.
vlt. ff. eo. cũ precario. cũ ſocietas ſit quod-
dam genus fraternitatis, vt in prȩalleg. l. ve
rũ. Et hȩc eſt ratio ſpecialis, quare ex vi pa-
cti talis ſocietas valere nõ poteſt, quamuis
in alijs cõtractib. pactum oppoſitũ teneat.
Secundum enim Hoſtien. licèt non de iure
D ſocietati, ſed ex vi pacti talis contractus li-
citus dici poteſt: nihilominus nec eſt oĩno
equus: Hiero. in animarum iudicio cõſulit,
ꝙ ſi is qui pecuniam recipit, ipſam fortuito
caſu amitteret, is qui illi dedit, ei remittat.
Inſuper ſecundus caſus ponatur: vtputa vi-
dua quædam tradit mercatori centum duca
tos cum inſtrõ, ꝙ reddat ſibi dimidium vel
duas partes lucri abſq; omni periculo capi-
talis: intẽdit tamẽ firmiter apud ſe ꝙ quic-
quid de capitali debito modo mercãdo per
deretur, ſibi & nõ mercatori perditur. ſed
ne decipiatur à mercatore, hoc illi non ma
nifeſtat. Quæritur nunc, an talis vidua vſu-
raria dici poſſet: & an ſatisfacere tenetur
quicquid inde lucrata eſt? Ad cuius quȩſtio E
nis rñſionem, tria prænotanda ſunt. Primò *De vidua*
notandum eſt, ꝙ talis vidua tradẽs capitale *trahente*
ſibi ſub tali forma, mortaliter peccat. Qđ *capitali*
pater triplici rõne. Prima eſt, quia ſeipſam *alicui ad*
coram illo mercatore diffamat: & etiã corã *fanus.*
omnib. ſcientib. hoc factũ. & eoipſo dat eis
occaſionẽ ſcandali, vel exemplum ſcãdali-
zandi, qđ eſt cõtra illud Apoſt. 1. Timot. 5.
Ab omni ſpẽ mala abſtinete vos. Secunda,
quia facit opus ex ſuo genere criminale, ſal
tem quo ad hoc exponit illũ periculo per-
dendi & reſtituẽdi ipſum capitale: ſicut. n. F
exponere aliquẽ periculo mortis, vel prȩci
pitij intendendo ipſum præſeruare ab ipſa
morte vel à præcipitio, nihilominus grauit-
ter peccat: ſic ẽt eſt in propoſito. Tertia, qa
dat occaſionẽ, ſi ipſa præuẽta, inſperatã vel
ſubitanea morte decederet, ꝙ ſui hæredes
vellent ꝙ talis cõtractus in robore ſuo ma
neret: & ꝙ ſi perderetur totum vel pars ca-
pitalis nollent, nec percipient tale damnũ.
Secundò eſt notãdum, ꝙ talis mulier ſaluo *Secundo*
ſemper meliori iudicio, reſtituere nõ teneẗ *notandũ.*
cõpetens lucrũ inde acceptũ. quod ſic pro-
baẗ: nã actus morales totã rõnem ſui moris
cõtrahunt à voluntatis actu, à quo. ſ. cauſan
tur. Vnde ſi idẽ actus à beſtia fieret, ſeu ab G
amente vel à quocunq; non habente vſum
rõnis, nihil penitus haberet de rõne mora-
li. quia ergo exterior traditio iſtorũ cẽtum
ducatorũ manat à contraria voluntate inte
riori formæ cõtractus, quia vult firmiter ꝙ
capitale illud currat in mercationib. ad dã-
num ſuũ, ſicut ad ſuũ lucrũ, quamuis exte-
riori cõtractu ad cautelam exprimat cõtra-
riũ, ne. ſ. mercator ille fictè vel indebitè per
dat ſibi debitum capitale. ideo traditio exte
rior vt ex tali voluntate ꝓcedens realiter à
vitio vſuræ ſegregat illã, & capitale ſic tra-
ditũ realiter currit ad periculũ viduæ, quæ H
dedit ad illud, & ĩõ realiter currit vt ſuum.
Tertiò prænotandum eſt, ꝙ illa mulier prȩ-
cauere tenetur, ne ex ſua repentina morte, *Tertio no*
ſeu ſubtractione mercator ille damnificeẗ *tandum.*
propter pactum vel inſtrumentum primò
cõfectum, & ne etiam poſt caſualem & in-
ſperatam mortem talis cõtractus appareat
in ſcandalum hoc ſciẽtium. Ad cuius caſus
intelligẽtia facit diſtinctio poſita in ſequẽ.
articu. c. 1. in 4. caſu & etiam alio diſtinctio
poſita. ſup. ſermo. trigeſimoſeptimo. artic.
3. cap. 3. Tertius quoque ſubdatur caſus. *Caſus no-*
Verbi gratia, Rolandus tradidit ipſi Guil- *tabilis.*
helmo centum florenos ad fideliter ope-
randum in tali arte, ſeu in tali mercatione

& hoc

A & hoc vſque ad annum cum tali adiecta cõ
ditione, ꝙ in fine anni ſi qd lucratus fuerit,
totam ſortem ac triplicem lucri ſortem ipſi
Rolando debeat conſignare. Si verò ſuper-
uenerit damnum, ipſe Rolan. damnum triũ
partium, & ipſe Guilhelmus dãnũ quartæ
partis debear ſuſtinere, quid iuris? Dicendú
ꝙ talis cõtractus illicitus eſt. Cuius rõ eſt,
quia ſi cõtingat talem pecuniã, ſeu illa quæ
ex ipſo ſunt empta diuino iudicio periclita
ri, ipſe Guilhelmus debitor quartæ partis ſẽ
tiet dãnum, quia quicquid cõtingat, quarta
pars ſortis ipſi Rolando creditori reddẽda
eſt: ideo quicquid ipſe Roland. cõſequiť de
B lucro de illa quarta parte, quæ nõ ſubiacet
periculo eius, vſurariũ eſt. Qđ autẽ recipit
de triplici parte, quæ pertinẽt ad eius peri-
culum, licitũ eſt. Erit autẽ talis cõtractus li-
citus, ſi addať in pacto, ꝙ ſi ad dãnum ſiue
periculum illius aut nũcij ſua culpa euene-
rit, ꝙ ad ipſum Rolãdum intelligiť pertine
bit. nihilominus tale damnũ, Rolandus à di
cto Guilhelmo non tenebiť acceptare, niſi
Rolandus per tres fideles, vel aliter ſm re-
gulas iuris de hoc fecerit plenã fidẽ. Hñt tñ
prædicta intelligi ſm debitum æquitatis: nã
ꝙ deductis ęſtimationib. laboris ipſius de-
bitoris & expen. factis de bonis eiuſdem
C in illa mercatione, vel arte ſacta diligenti
examinatione & computatione ſupereſſe
reperitur, illud diuidendum eſt.

Quod in contractu quandoque non cadit dubium, ſeu periculum capitalis nec etiam lucri, & de ſecuritatibus quæ fieri ſolent in mercantijs depoſitis. Cap. 3.

TErtium dubium ſeu periculum eſt in
contractu nec capitalis, nec etiam lu
cri, ſicut contingit in manifeſtis vſu-
ris. Inſuper quodãmodo contingere ſolet
D his, qui ſecurant mercãtias ſuas & in depo
Quatuor varia ſecuritates. ſitis. Et circa hoc dubium ſeu periculum di
ſtingui poſſunt quatuor variæ ſecuritates.
Prima eſt tolerabilis, ſecũda eſt culpabilis,
Prima. tertia eſt variabilis, quarta eſt execrabilis.
Prima eſt ſecuriras tolerabilis. & vr clarius
de hoc caſu rei veritas innoteſcar: ſciendú
ꝙ in facto talis occurrit caſus. Mercator q-
dam mittit per mare, ſeu per terrã aliquas
mercantias, & nolens ſe periculo totaliter
exponere, quærit aliquem qui de prędictis
mercibus faciat ei fidelem ſecuritatem: vi-
delicet ꝙ ſi aliqua pereãt, de prędictis om-
nibus ſatisfaciat. Huiuſmodi autẽ ſuſcipiẽs
in ſe periculum tale cũ mercatore conuenit
manualiter recipere certas pecunias pro E
quolibet centenario valoris ipſarum mer-
cantiarum. Vertitur nunc in dubium, an ta
lis ſecurans poſſet inde licitè ſuſcipere tale
lucrum? Et ſaluo meliori iudicio vř dicen-
dum ꝙ ſic, & hoc maximè propter tria. Pri
mò propter conditionem locationis, ſecun
dò proprer ceſſationem ſortis, tertiò pro-
pter experimentationem communis utili-
tatis. Primò quidem propter conditionem
locationis. Nam vř eſſe contractus locatio-
nis, quaſi illi ſecuratori licet conductionem
dictarum mercium vſque ad talem locum
ſuo periculo & cũ æqua mercede. & quic-
quid datur pro locato, merces eſt, non vſu F
ra. Sed obijciunt quidam di. c. nauigãti, ex- *Obiectio*
tra de vſur. Rñdeo, quia id cum hoc caſu ef- *quorundam.*
fectualirer idem eſſe vř. Videor enim ꝙ ti-
bi mercanti prædictas mutuem merces, &
pro eo ꝙ ſuſcipio in me periculum perci-
pio aliquid vltra ſortem. Ex quo videtur ꝙ
hic ſicut ibi committitur vſura. Ad hoc di- *Solutio.*
cendum, ꝙ prædictum. c. nauiganti. loqui-
tur in caſu multum diuiſo: nam receptum
vltra ſortẽ, de quo dicitur ibi, mutuum dire
ctè concernit, in quo omnino ſuperabun-
dantia prohibetur, vt 14. q. 4. c. ſi quis obli-
tus. & c. ſequenti. ſed in caſu iſto non ſic. G
Non enim propter mutuum, quod ibi non
eſt: ſed proprer factum. i. propter ſecurita-
tem, quam fecit de mercibus antedictis, re
cipit tale lucrum. Secundo talis contractus *Secundo.*
licitus eſt propter ceſſationem ſortis. Non
enim eſt contra primam & ſecundam regu
las, quia non eſt ibi mutuum, cum non ſit
ibi ſors. ergo non poteſt dici, ꝙ aſſecurans
lucrum recipiat vltra ſortem, ſine fundamẽ
to nullum ædificium durat. 1. q. 1. cum Pau
lus. Ad eſſe enim vſuræ oportet interucni-
re ſortem & amplius vltra ſortem, vt patet
ſup. ſerm. 33. art. 1. c. 1. Sicut ad eſſe cuiuſli-
bet entis duo ſunt neceſſaria ſcilicet ſubſtã H
tia & forma. extra de ſpon. tua nos. Tertiò *Tertio.*
videtur eſſe licitus talis contractus propter
experimentationem communis utilitatis,
eo quòd inde ſequitur reipublicæ commu-
ne bonum, & vtilitas mercatorum. Multæ
ei mercationes fieri poſſunt & fiunt, quæ
ceſſarent ſi non reperirentur tales aſſecu-
rantes. Secunda eſt ſecuritas culpabilis,
quia illicita eſt. Hæc tali modo conſueuit
fieri. tu mutuum ſuſcipis ab aliquo aliquã
pecuniam, qua tu eges, & ego ſatis do pro
te, vel ad hoc ſcriptam ſecuritatẽ facio cre
ditori tuo cum hoc. ſ. pacto, ꝙ ego habeam
à te vnum vel duos florenos pro centena-

Cõtractus ſecunda ratione illicitum videtur eſſe.

Primo.

A rio de tali ſecuritate,quam pro te facio. Talis quidem contractus duplici ratione illicitus eſſe videtur. Primò, quia eſt ibi mutuum indirectum:ſecũdò,quia ibi ceſſat periculum. Primò,quia ibi cadit mutuum indirectum,eo ꝙ aſſecurans ſtat ibi loco mutuantis & fit contra duas prædictas primas regulas.Præterea aſſecurans eſt ibi ac ſi mutuando ad certum tempus cum additione duorum vel trium pro centenario ſuam pecuniam rehaberet. paria enim vr̃ creditori ſatiſdare aliquid pro hoc recipiendo à creditore,& mutuare recipiendo aliquid vltra ſorté.

Secundo. Secundò hoc nõ licèt, quia ibi ceſſat B periculum eo ꝙ fit ſine periculo aſſecurantis. nam ſi me conſtituo debitorem creditoris tui, pro hoc accipiendo vnum vel duos florenos,& contingat me tuo ſoluere creditori, tu mihi reſtituere obligaris tãquàm meus debitor veræ ſortis. Et ſic patet ꝙ ſũ ſecurus contra regulas in principio huius ſermonis declaratas. Ideo quod plus das, vſura vr̃ eſſe.Quia vt dictum eſt,idem effectualiter eſſe vr̃, ac ſi tibi antea mutuaſſem cum pacto recipiendi prædictum lucrum. Sed ſi hoc procedit cum pro te tuo creditori ſolui,quãto amplius ſi ei nõ ſoluo.Nempe effectualiter idẽ eſt ꝙ ſi tu debitori ſol-C uis,liberas me. Quod nempe ideo eſt ac ſi mihi ſoluentis reſtituiſſes, & pro eo mihi dediſſes vnum vel duos florenos.nec ratio dictat ꝙ melioris debeam eſſe conditionis, cum non ſoluo,quàm cũ ſoluo,ſicut prædictum eſt. Sed obſtant quidam dicentes, ꝙ iſtud lucrum non recipitur mutui ratione, ſed talis contractus eſt potius venditio crediti mei, ad quòd acquirendum & conſeruandum ſubij ac ſubeo multas expenſas,ſicut in mercantibus quotidie patet:quia &, ſi pro te creditori tuo non ſoluo, nihilominus teneris mihi ad ea. Ad quod dicendũ, ꝙ talis venditio crediti cum huiuſmodi lu-D cro non poteſt fieri cum actu illicito.i.cum mutuo indirecto,ſicut in prædicto caſu cõtingit fieri. Eſt igitur talis in foro conſcientiæ ſimilatus & fictus ſatisfactor, & ad ſatisfaciendum ſingulariter obligatus, & in foro eccleſiæ poſſet ad ſatisfactionem compelli ſecundum quoſdam, ſi fictus ſatisfactor & verus creditor probaretur.

Tertia ſecuritas. Tertia eſt ſecuritas variabilis,ſicut patet in depoſitis. Vnde pone, quod depoſui pecuniam apud campſorem ſine aliquo pacto:talis autem campſor negociatur cũ pecunia mea ac reſpondet mihi decem pro cẽtum, quid iuris. Dicunt quidam ꝙ aut ego depoſui cũ ſpe lucri,& tunc eſt:vſura aut principaliter E ſine tali ſpe,& tunc ſecus eſt. & de hoc ſtatur dicto meo,quia hęc quæſtio de cõſcientia eſt.Sed ſecundum Bal. de Peruſio dicendum eſt, ꝙ aut depoſui cũ ſpe,& tunc quia illicite vſus eſt pecunia mea depoſita ei, ideo omne lucrum inde prouenieus mihi reſtituere obligatur, quia ex re mea locupletior factus eſt,ar.ff.de neg.geſt. l.qui ſine vſuris.Aut vſus eſt licite, quia depoſueram ad numerum,& tũc aut dat ex liberalitate,aut ex æquitate,aut ex neceſſitate. Primò ſi dat ex liberalitate ſciens ſe non teneri retribuere mihi aliquid, & tunc ſi à principio non habui animum fœnerandi, licitè F poſſum recipere & retinere,quia mera donatio eſt. Secundò ſi ſoluit credens ſe ex quadam æquitate teneri,quæ ſæpe ad reſtituendum mercantes mouerit, & tunc eſt idem dicendum. Tertiò ſi ex neceſſitate, quia ſcilicet credebat ſe vſurariè obligari, cum non obligaretur: tunc etiam licitè recipere poſſum,ſi etiam à principio non habui animum fœnerandi,aliàs illicitum eſſet recipere quicquàm. Nam obligatio anthidotorum iuſtam parat receptionem per errorem ſoluti, vt ff.de fideiuſ. l. ſi teſtis.§.1. niſi eſſet error facti, vt quia putabat per G ſuum procuratorem eſſe promiſſum, cum tamen non eſſet: quia tunc nec de iure iudiciali,nec de iure conſcientiali illud reſtituere poſſum. Sed de depoſito aliquid dicetur in 3.ſequen.arti.c.2.

Quarta ſecuritas. Quarta autem ſecuritas execrabilis dici poteſt,quia ſcilicet cum ea etiam omnis manifeſta vſura execrabiliter frequentat: Vtputa ſi quis mutuans centum ducatos velit inde aliquid vltra ſortẽ habere, quia ibi non ita ſecuri ſunt, ſicut ſi illos haberet in arca:immo mutuando multis periculis amittendi exponit eos nõ excuſatur propter tale periculum ab vſura.Periculum ſiquidem hoc caſu nihil à ratione & natura mutui differt: vel ſaltẽ ſic ſibi H inſeparabiliter connexum eſt, ꝙ non plus habeat de ratione vendibilis quàm habeat mutuum inquantum mutuum. Propterea proinde eſt ex periculo hoc lucrari, ſicut lucrari ex ſolo mutui actu. Nam & ſi mutuãs tantæ dementiæ eſſet,ꝙ abſque omni ſecuritate pignoris, vel teſtimonij aut ſcripturæ mutuum daret, cum expreſſa pactione vſuræ,& ſic de rehabendo ſortem,non tantum vltra ſortem in periculo remaneret,tamen tale periculum eum ab vſura non excuſaret, quia agit contra præceptum Domini. Luc. 6. dicens, Mutuum date nihil inde ſperan-

A ſperantes. Præterea per hoc periculum non tollitur ius idemnitatis ipſi præſtitori, quia receptor tenetur ſibi ad omnimodam identitatem & ad reſtituendum plenè æquale. Iniquum autem eſt, ipſum ad reddendum obligari. Item manifeſtè patet quòd eſt contra duas regulas in principio huius ſermonis poſitas.

Quod in contractu cadit quandoque periculum ſeu dubium capitalis & lucri & etiam poteſt eſſe in caſu ibi uſura. Cap. 4.

B *Quartum dubium.* Quartum dubium & periculū eſt capitalis & lucri, & tñ poteſt ibi eſſe vſura. v. g. cum quis mutuat cētum ad decem annos, ita ꝙ ſi infra decennium mortuus fuerit alter ipſorum, liberatus ſit, qui debitū acceperit à debito mutuo. Si verò ſuperuixerit quilibet illorum, dabit qui mutuum accepit 200. ei, qui mutuum dedit, in tali caſu vſura eſt: quia tale periculū, ſm Alexan. Lomb. non excuſat: nam talis contractus non tendit ad æqualitatem iuſtitiæ, cum hæc ſuperabundantia, non eſt ex labore, nec ex vſu rei propriæ, nec recom-
C penſatione alterius rei reducitur ad ęqualitatem iuſtitiæ. Periculum autem non excuſat, vbi cauſa temporis aliquid plus accipitur. Sed vbi non cauſa temporis ſuperabundantia accipitur, tunc ratione dubij, vel periculi excuſare non poteſt, ſcilicet quando incidit dubium ex natura rei. Quando autē excuſat dubium, ſatis dictum eſt. ſup. ſermone 34. art. 1. quaſi per totum in tribus regulis. & melius in præſenti arti. in alijs trib. *Secundus caſus.* regulis. Secundus caſus talis eſt. Statuit ciuitas pro communitatis vtilitate, ꝙ quicunque ciuis habens vel habiturus eſt filiā, ſi infra annum natiuitatis ipſius puellæ tra-
D dit communitati 70. ducatos, cum filia peruenerit ad annum 15. rehabeat à dicta communitate quingentos ducatos, vt nuptui filiam tradat. Si verò filia ante 15. annū defuncta fuerit, prædictus ciuis antedicto 70. ducatos amittat. Quæritur, an ratione talis periculi, ſeu dubij licitus ſit contractus? Dicendum ꝙ non: quia eſt cōtra iuſtitiæ æqualitatem. Quod patet triplici ratione. Primò, quia ſicut ſuperius dictum eſt, in mutuis veris vel interpretatus ſpe lucri principaliter factis dubium ſeu periculum à fęnore non excuſat, ſicut patet extra de vſu. in c. nauiganti, & in c. in ciuitate tua. Item ſm Doct. vſura eſt lucrū ex mutuo principaliter intētum. Et iterum. 14. q. 3. in c. plerique. dictū eſt: vſura eſt quicquid ſorti accidit. Quod E quidem, ſicut manifeſtè apparet, contingit in prædicto caſu. Præterea ſi talis mutuaſſet tali intentione, & pacto alicui particulari perſonæ, vſuram vterq; cōmiſiſſet. Multo fortius uſuram committit taliter mutuādo cōmunitati: cum magis teneatur ſubuenire ei in neceſſitatib. ſuis, quàm alteri ſingulari perſonæ. Nam cōmune bonū præferendum eſt bono particulari. proinde Aug. ait: Cōmunia proprijs, & non propria cōmunib. anteponas. Et in auth. res quæ. C. communia de leg. Et extra de poſtul. pręla. c. bo- F
næ. Secundò quia apud tradentē prædictos denarios non remanet ipſorum dominiū, neq; vſus: vnde iuſtè lucrari poſſit. Nā ſicut ex dictis in principio præſentis ſermonis patet, dubium aut periculum à fęnore non excuſat, niſi apud lucrantē includaꝰ dñium atq; vſus rei periclitantis, cum qua lucraꝰ. Nempe ex re ſua, nō ex aliena homo lucrari debet. Inſuper vſus rei, ex quo prouenit lucrum, debet mediatè vel immediatè pertinere ad ipſum lucrantem: quæ duo non concurrunt in præfato caſu: nā dominium & vſus dictorum denariorum tranſierunt in cōmunitatem. Tertiò, quia cauſa tēporis G non proprij aliquid plus ſperatur. Nā ſicut ex pręcedentib. patet, periculum ſeu dubiū ibi concurrens, nō prouenit ex natura rei, ſed ex tempore tantū, quod non eſt tradentis, ſed ipſius cōmunitatis. Præterea tale lucrum non prouenit ipſi tradenti ex ipſius induſtria, aut ex eius labore, nec inſuper ex ſolertia & ſolicitudine eius, aut ex recompenſatione alterius rei. vnde tale lucrum poſſit reduci ad iuſtitiæ æquitatem: ſed tantum prouenit ex tempore, quod eſt ipſius communitatis propterea talis contractus vſurarius eſt. H.

ARTICVLVS SECVNDVS.

Quod in varijs contractibus per mutuum palliatum uſura committi ſolet.

Secundò conſideremus, quando eſt in contractu vſura per mutuum palliatum. Poteſt autem vſurarium mutuum quadrupliciter palliari. Primò in contractu emptionis, ſecundò in contractu locationis, tertiò in contractu ſocietatis, quartò in contractu commiſſionis. Et in omnibus his contractibus cadere poteſt vſurarium crimen.

A *Quod in contractu emptionis & commutationis per mutuum palliatum cadere poteſt uſura. Cap. 1.*

PRimò verò poteſt eſſe mutuũ palliatum & vſurarium in cõtractu emptionis & cõmutationis, cũ ſcilicet fit in fraudem vſurarum. *Sex caſus conſiderandi.* Circa quod cõſideremus ad præſens ſex caſus. Primus caſus eſt de emptione ad redimendum. *Primus.* v.g. emit quis agrum ſatis minori pretio quàm valeat ſub tali conditione, ꝙ poſt quinque vel ſex annos, ſiue quãdo-B cunque placuerit vẽditori, pro eodem pretio reddat ei illum agrum. Circa hunc caſum tenẽdum eſt, ꝙ emptor ſub ſpecie emptionis pretium agri mutuare intendit: & propter tale mutuum lucrifacere annuos fructus agri vſura eſt, licèt ab eccleſia, ſm Archid. ex hoc condemnari nõ poteſt. Sed ſi hoc non facit in fraudem, licitus eſt contractus, ſecundum eundem. *De cõtrahendis doloſa intentione præſumi põt per tria ſigna hoc manifeſtatur.* De huiuſmodi enim doloſa intẽtione præſumi poteſt per tria ſigna. Primum ſignum eſt, quando pretium quod tunc datur, modicum eſt reſpectu valoris rei. Secundum eſt, quando aliquid ſoluitur vltra receptam ſummam: C puta res fuit vendita pro centum florenis, & ponitur in pacto ꝙ ſi venditio reſcindatur, ſoluentur 130. Tertium ſignnm eſt, quãdo emptor ſolet exercere vſuras & vſurarios contractus: & maximè cõſimiles vſurarias emptiones. Probantur autem hæc extra de emp. & vendi. ad noſtrã. de pign. illo nos. Quartum ſignum poteſt addi. ſcilicet quando fit contractus emptionis cum pacto de reuendendo infra decennium ita tamen ꝙ infra quinquennium inſtrumentum reuenditionis nequaquàm facere teneatur. Secundum Hoſtien. & Ioan. And. in nouel. talis D contractus vſurarius æſtimatur. Quidam tamen dicunt, ꝙ pauciora ſigna requiruntur ad hoc in foro iudiciali. Et nihilominus aduertendum, ꝙ ſi emptor agri ſimplici intentione illum emit & pretio iuſto, ſemper paratus illum reſtituere, ſi venditor voluerit redimere agrum non eſt ibi vſura: quia nulla interuenit ratio mutui, ſed ſola emptio pura & ſimplex. per contrarias verò circunſtantias atque ſigna de ſimplici intentione præſumi poteſt. In iudicio autem animæ ſtandum eſt in his conſcientiæ confitentis, ſe puram & ſimplicem intẽtionẽ habuiſſe. *Secundus caſus.* Secundus caſus eſt, cum fit contractus venditionis ſub pacto de redimendo infra decennium, ita tamen ꝙ ante quinquennium E inſtrumentum reuẽditionis nequaquàm facere teneatur. In hoc caſu, ſecundum Hoſtien. eo ipſo detegitur ipſa fraus, vt ipſe notat, & poſt eum Ioan. And. in c. ad noſtram. extra de emp. & vendi. in nouel. Et ſic patet, ꝙ eſt vſura. Tertius caſus poteſt addi: *Tertius caſus.* Verbi gratia, Emens equum aut bladũ, aut fructus agri iã ſeminati minori pretio quã probabiliter valeat, vel quàm aliter tunc eſſet empturus vel habiturus: pro eo quòd ſoluit pretium priuſquàm recipiat rem emptam, committit vſuram. Ratio huius eſt, quia emptor per quandam rationem mutui credit pretium venditori ante rei emF ptæ receptionem. Conſtat autem quod ex natura emptionis, ſeu commutationis non tenetur pretium rei emptæ tradere antequàm rem emptam recipiat. Nam omnes commutationes, ſibi inuicem pariter & ad paria obligantur. Quia ergo propter mutui rationem ibi intercedentem quaſi pro pretio mutui accipit ſeu retinet aliquam partẽ debiti pretij rei emptæ: idcirco intercedit, hoc caſu vſura. Quartus caſus eſt, cum quis ſub ſpecie commutationis bladi pro blado ante meſſes tradit alteri bladum vetus, vt in meſſibus recipiat nouum: & præualens vſuram committit, ſecundum Goff. Ideo G dico præualens, quia illud vetus ſeruatum vſque ad meſſes, tantum probabiliter ualuiſſet, quantum nouum pro illo receptũ: non eſt ibi vſura, ſed potius æqualitas dici poteſt, quãuis præſtitor reportaret ex hoc aliquam vtilitatem renouationis ſui bladi, ob quam cauſam poſſet diutius conſeruari. Et hoc quidem eſt iuſtum. Nam ſi ego ſine tuo damno & præiuditio aliquam conſequor vtilitatem: non ex hoc ſum tibi iniuſtus aut iniurioſus. Si tamen ante meſſem venditurus erat illud vetus, ſed mutuauit alteri ad preces, tunc debet & poteſt inde habere æquiualens pretium, quod tunc inde H habuiſſet, ſi illud tunc vendidiſſet. Ad habendam autem intelligentiam diſcretam in dicto caſu & in conſimilibus eis diſtinguẽdum eſt. Quia aut eſt veriſimile, quòd res mutuata non erit pretioſior tempore ſolutionis, aut hoc probabiliter dubitatur. Si primo modo, tunc aut mutuans ſeruaturus non erat rem, quam mutuo tradit, ſed interim conſumpturus, & tunc eſt aut erat ſeruaturus: & tunc aut creditor aufert debitori libertatem vſura: ſe liberandi, & tunc eſt vera vſura. In his enim caſibus, ſe exonerare voluit, & onerare debitorem. Aut talem

A lem libertatem non aufert debitori, & tũc non eſt vſura: imo mereri poteſt, ſi bona in tentione ante terminum debitorem requirit vt ſoluat, ne ſcilicet grauius oneretur. Si enim habet intentionem corruptam, & dicit debitori, quòd poteſt vſque ad tempus mutuum retinere, vt ſe a damno releuet. Licet enim non auferat facultatem ſe liberandi: tunc & ſi non committat in hoc vſuram, nihilominus peccat. Si aũt ſecundo modo, tunc ibi nullum mutuum erit, vt patet in ca. fi. extra de vſur. Talis diſtinctio maxime in foro pœnitentiæ innititur æquitati. Ad hoc facit alia diſtinctio Scoti, quæ

B copioſior eſt, & ponitur ſupra ſermo. 34.

5. Caſus. art. 1. c. 3. Quintus caſus eſt de eo, qui vendit frumẽtum vel vinum pro pretio, quod in inſtanti currit: cum hoc quòd ſi plus valeat vſque ad paſca, vult quod illud plus ſibi detur. Si vero valebit minus, non ideo vult quòd pretium minuatur. Secundum enim Hoſtien. talis vſurarius eſt. C. de ſolu. l. penul. ff. de dam. infe. l. qui bona. §. ſi quis. Et hoc no. Arch. 14. quæſt. 4. §. 1.

6. Caſus. Sextus caſus eſt de eo, qui tempore meſſium vel vindemiarum emit frumẽtum vel vinum, vt tot menſuræ paſcali tempore ſibi

C reddantur. Talis enim contractus vſurarius eſt. 14. quæſt. 3. cap. vſura. Secundum enim curſum regionis, & communem opinionem, tunc temporis talia cariora ſunt. Talis autem opinio æſtimanda & ponderanda eſt, extra de ſepul. certificari. ff. de flumi. l. 1. in prin. Nec obſtat, quòd quandoq; contrarium accidit, quia ad hoc non aptantur iura. ff. de lega. l. nam ad ea. & 14. diſt. erit autem lex. Qui contrafecerit, in foro conſcientiæ ad ſatisfactionem inducendus eſt. extra de vſur. conſuluit. & in c. in ciuitate. Clericis autem talis contractus omnino illiciti ſunt. 88. diſt. per totum, extra ne cle.

D vel mo. c. 1. & c. ſecundum Inſtituta, & extra de vi. & ho. cle. cum ab omni. Hæc notat Hoſtien. extra de vſur. c. vlt.

Quod in contractu locationis interuenire poteſt mutuum palliatum, & vſurarium lucrum. Cap. 2.

Mutuum palliatũ. Ecũdo etiam poteſt eſſe mutuum palliatum, & vſurarium lucrum in contractu locationis: vtputa ſi locator æſtimat valorẽ rei locatæ, & locat eam hac conditione adiuncta, quòd qualitercunq; perdatur vel deterioretur, vult eiuſdem pretij rem ſuam recuperare. Hoc quidem fit in fraudem vſurarum, quia res æſtimata intercidit loco pecuniæ. nec vera locatio eſt, quia locator rem ſuo periculo tradit, pro qua conſtituitur ſibi merces. Dicitur enim locator, qui rebus ſuis permittit aliquem vti interueniente mercede competenti aut conuenientj. vnde ſi permitto te vti domo mea mercede conuenienti: tunc ego dicor locator, & tu conductor, extra de loca. & condu. cap. 1. & ca. præterea. Eſt nihilominus aduertendum, quòd locatio aliquando dicitur firma. extra de loca. & condu. noſtra nobis. Fit enim quandoque in perpetuum, aliquando ad certum tempus, & ſi moriatur conductor infra certum tempus, ei ſuccedit hæres. Secus autem eſt in vſufructu, qui quidem perſonalis eſt, & moritur cum perſona. Eſt inſuper alius contractus, qui ſecundum glo. extra de loca. & condu. cap. potuit, eſt medius inter locationem & venditionem, qui emphyteoſim nominatur. de quo habetur in dicto cap. potuit. Talis contractus in hoc accedit ad venditionem: quia quando celebratur, aliquid datur, quemadmodum in venditione datur pretium. ſed nihilominus differt ab ea, quia per venditionem dominium ipſum transfertur: ſed in hoc contractu dominus retinet ſibi dominium. quapropter magis videtur accedere ad naturam locationis: quia ſicut locator ſibi dominium retinet, & annis ſingulis aliquid recipit: ita & hic, quia emphyteota in ſingulis annis conuentum canonem, ideſt cenſum ſoluit. Emphyteoſim eſt nomen Græcum, & eſt idem quòd melioratio in locato. Nam antiquitus ſterilia tantum per hunc contractum concedebantur, & meliorationes receptorum erant. Demum permiſſum eſt fieri de ſterilibus & fructuoſis. conſiſtunt autem tantum in rebus ſolis. Quidam hunc contractum vocant datio ad liuellum. Sciendum eſt enim, quòd poſſeſſio certæ eccleſiæ in emphyteoſim de nouo perpetuum non poteſt dari, extra de reb. eccl. non alie. c. nulli. Si tamen poſſeſſio ipſa prius emphyteotica erat, & libere ad eccleſiam peruenit, poterit etiam alteri in perpetuum in emphyteoſim dari, hoc tamẽ cum grano ſalis, prout habetur in ca. ex parte, extra de feud.

E (margin) *Alius contractus.*

F G H

Quod

A *Quod in contractu ſocietatis poteſt interuenire mutuum palliatum, & vſurarium, & quòd talis contractus poteſt tripliciter variari. Cap. 3.*

De cõtractib. vide F. Baptiſta in ſua regula, & F. Frãciſcũ de Platea in ſuo lib. de reſtitutionibus.

Tertio quoque poteſt eſſe mutuum palliatum, & vſurarium in contractu ſocietatis. Eſt enim ſocietas fraternitas quædam. ff. pro ſocio. l. verum. Proinde impium eſt, quòd committatur ibi vſura, vel turpe lucrum. Quod quidem fit, quando inter ſocios æquitas non ſeruatur. Eſt autem circa hoc aduertendum, ſecundũ Thom. 2. 2. q. 78. quòd ille, qui in ſocietate committit pecuniam ſuam artifici vel mercatori, pecuniæ dominium non transfertur B in illum, ſicut contingit in mutuo: ſed remanet eius, qui dedit illam ita ꝙ cum periculo illius mercator cum illa negociatur vel artifex operatur. ideo licitè recipere poteſt inde partem lucri prouenientis, videlicet tanquam de re ſua. Hæc ille. Inſuper eſt notandum, ꝙ contractus ſocietatis tripliciter poteſt variari. Primo modo fit, quando ſunt duo quorum vnus ponit pecuniam tãtum, & alter operam corporalem. ff. pro ſocio. l. 5. §. 1. Secundo modo fieri ſolet, quando vnus ponit pecuniam, & operam, & alius tantum operam, vel tantum pecuniam. Tertio autem modo fit, quando ambo in ſocietatem pecuniam, & operam ponunt: & in his omnibus æquitas eſt ſeruanda, ne aliquid fiat in fraudem vſurarum. Quia ſecun C dum Goff. lucra & damna, communia eſſe debent. Concor. in hoc Hoſtien. & nota. 14. q. 3. ca. plerique. Proinde tale pactum fieri poteſt. videlicet quòd acciperem quartam lucri, & tu alias tres, vel conuerſo tu quartam, & ego tertiam, ſecundum quòd conueniemus, quia tua vel mea induſtria æſtimari deberet, vt patet Inſti. de ſocietate. §. 1. Et ſimiliter quòd ſecundum rata diuidatur dãnum. Poſſet inſuper fieri non expreſſa prædicta æſtimatione perſonę: ſed committendo diſcretioni eius, qui pecuniam recipit, D vt aſſignet partem lucri & damni, inquantum ſ. ſibi videtur iuſtum. Et tãdem ſi eſſet aliquis exceſſus aut defectus concorditer inuicem remitteret ſibi. Sed notandum eſt, quòd quando vterque ponit pecuniam, & operam, & alter eorũ plus de pecunia vel opere, vel de vtroque ponit, tunc ſecundũ Nicolaum de Maſter. lucrum eorum debet eſſe æquale, non æqualitate quantitatis, ſed proportionis, ſi nihil aliud expreſſum erat.

Cõtractus ſocietatis tripliciter põt variari, quia cõtractus eſt obligatio mutua, vltro, citroque, ex nobilitate partium ſurgens.

Quod autem contractus ſocietatis in vſurarum fraudem fieri poſſit, ponuntur aliqui E caſus. Primus caſus eſt talis. Quidam ponit in ſocietate operam tantum, alius ponit triginta florenos ad tertiam partem lucri, & damni, hoc eſt ad lucrum, & damnum decem florenorũ, viginti florenis ſemper remanentibus ſaluis. In tali enim caſu, niſi ille qui operam ponit mercedem recipiat laboris, quem ſuſtinet pro cõmertio decem florenorum, quorum lucrum & damnũ ſpectat ad illum, qui pecuniam dedit, talis qui dedit eã, vſurarius eſt. Ratio huius eſt, quia viginti florenos mutuaui mercanti pro cõmertio decem florenorum pertinẽtium ad F lucrum, & damnum eius, qui pecuniam dedit, cum recepturus ſit 20. florenos, qui nõ ſtant periculo ſuo, ſicut & illius, qui operã gerit. ergo æque bene deberent ſtare triginta ad lucrum illius, qui operam ponit. Nam conueniens eſt, quòd habeat emolumentum, qui habet, & onus. Ideo ſi iſte qui operam gerit, nihil habeat pro mercede laboris exhibiti in lucro, qui accedit illi qui pecuniam dedit: vſuram committit. Quia poſito hoc caſu, is qui pecuniam dedit pro viginti florenis, nihil habere debet ad ſimilitudinem mutuantis: qui ſicut ſup. ſermone G 37. art. 3. c. 3. latius dictum eſt, ratione mutui vltra ſortem nihil recipere poteſt. Cum ergo contrahitur ſocietas, ita quòd vnus ponit pecuniam, alius operam, ſicut dictũ eſt, licitum eſt: dum tamen ſeruetur æquitas ſocialis. Sed hoc non eſt in propoſito caſu. Nam ſi mercator recipiens pecuniã, & ponens operam: poſtquam merces emit, eas perderet amitteret vtique 20. florenos, & operam corporalem. Collator autem pecuniæ nihil perdit, niſi tantummodo decem florenos, & non operam corporalem. Caſus ergo nequaquam licitus eſt, ſed fit in fraudem vſurarum. Secundus caſus eſt de H eo, qui credit mercatori. cap. ducatos, ſic ꝙ medietas currat ad periculum mercatoris, & alia ad periculum tradentis: & tandem ambo æqualiter lucrentur, & perdant. Tũc enim perinde eſt ac ſi medietatem currentem ad periculum mercatoris ſibi mutuaſſet, & ratione talis mutui mercator nullum ſalarium habeat de induſtria ſua, & opere quo reliquam medietatem pro tradente in mercationes deducit. Et ideo perinde eſt ac ſi mercatori, cui quinquaginta libras mutuaſſet diceret: Trado tibi alia quinquaginta, & propter mutuum, quod ego feci tibi, deduc mihi eas abſque alio ſtipendio, cum

A tamen talibus pro ſtipendio quarta pars lucri ſoleat aſſignari abſque hoc, ꝙ in capitalis perditione abſque culpa ſua facta nihil penitus perdat: Ideo talis contractus eſt illicitus. Tertius caſus eſt de eo, qui in ſocietatem dat pecuniam mercatori, & cõuenit ſecum, quòd det ſibi certam partem de lucro, & nihil dicit de damno. In hoc caſu diſtinguẽdum eſt, quia ſi intendit habere lucrum & non damnum, vſura eſt, extra de vſuris.c.conſuluit. Si autem intendit participare lucrum & damnum, licet de damno nihil dicat: tunc contractus licitus eſt. & li-
B cet de damno non exprimatur, tamen intelligi habet de illo, ſicut de lucro, vt patet In ſti.de ſocieta.§.illud. Sed pone quòd negociator, qui recipit pecuniam ad mercãdum, paciſcitur cum eo qui illã ſibi tradit dicens. Volo in fine pro induſtria mea, & labore meo habere 20.flor. nolens in eis ſentire aliquod damnum. Nunquid licet? Dicendum ꝙ ſic. Sed iſte eſt contractus locationis, nõ ſocietatis, quia talis negociator pro tali pretio operas ſuas locat. & hoc modo nihil ẽt ſentit de lucro. Poſſet quoque paciſci quòd non ſolum deberet habere illa viginti ſine aliquo damno, ſed etiam talem, & talẽ par-
C tem de lucro atque nullam de damno. Sepe enim contingit quòd tanta eſt induſtria ſocij, vt plus conferat ſocietati, quàm ipſa pecunia: Vtputa ſi ipſe ſolus nauigaret, vel ſolus peregrinaretur. ff.eo.tit. ſi non fuerit.§. 2. Et tunc ex pacto partem non ſentiret dãni, & tamen participaret in lucro. Sed in rei veritate tunc illa reciperet, vt nõ ſocius ſed ratione ſalarij ſui. Ad materiam ſocietatis faciunt omnia, quæ ſupra in præſenti art. dicta ſunt, & etiam quæ dicentur in ſermone ſequenti, per totum, vbi de ſoccidis dicturi ſumus. Inſuper & in ſequenti.c. dicentur.
D Circa hoc quæruntur tria. Sed nunquid qui debet ponere operam. ſ. nauigando, & circumcirca negociando debet eam ponere ſumptibus ſuis, an ſocietatis? Dicendum, ſecundum Bal. de Peruſio, & Ia. de Are. quòd quando proficiſcitur cauſa ſocietatis debet habere expenſas de corpore ſocietatis, exceptis his quas feciſſet domi. ar. ff. de peti. hære. l. ſed ſi lege. §. quod autem. quia non dicitur lucrum, niſi deductis expẽſis. ff. pro ſoc. l. mutuis. hoc etiam tenet Cyprianus. Secundo quæri poſſet, an in diuiſione ſocietatis, quæ quandoque poſt longa tempora fit, multiſque laboribus ac ſudoribus præcedentibus ſi non inueniatur, niſi tantum capitale ſaluum, debeat habere illæ qui poſuit illud, an debeat æqualiter diuidi. Circa hoc
E diuerſi diuerſa ſentiunt. glo. in lib. r. C. pro ſoc. dicit, quòd debet æqualiter diuidi, niſi aliud actum ſit, & hoc propter tres rõnes. Primo ratione communionis, ſecundo ratione operationis, tertio ratione amiſſionis. Prima reſpicit contractus principium, ſecunda medium, tertia terminum. Primo autem ratione communionis: quia tale capitale videtur a principio communicatum, ſicut dicimus in ſocietate omnium bonorum, quòd vnuſquiſque videtur alteri communicaſſe, quod primo proprium erat, de proprio in commune tranſit. ff. pro ſoc. l. 2.
F Secundo ratione operationis: quia ille qui poſuit operam, intelligitur pretium operæ poſuiſſe: quod quidem pretium lex aſſimilat, & coæquat pecuniæ poſitę ex altera parte. vnde perinde eſt, ſi vnus ponit decem, & alius operam, ac ſi vterque poneret decem. ſed tunc certum equidem eſt, quòd ſi diuiſionis tempore non reperirentur niſi decẽ, quilibet deberet habere quinque. ergo ita in propoſito eſt. Tertio ratione amiſſionis: quia ſi ille, qui operam ponit, perdit operã: ergo qui poſuit pecuniam pro parte perdet pecuniam t alias ſequeretur abſurdum. ſ. ꝙ vnus per totum perderet, & alius nihil. Et
G hanc partem tenet glo. de iure. De conſuetudine autem dicit, quòd capitale debet eſſe ſaluum, & ſi eſt ita conſuetum, intelligitur etiam tacite hoc actum: quia conſuetudo in tacitum pactũ deduci videtur. ff. loc. l. licet. Sed quidam dicunt, quòd conſuetudo illa non valet, ſimiliter nec pactum eo, ꝙ per tale pactum contractus traheretur ad naturam vſuræ. Nam ſicut in vſura eſt periculum debitoris, & nihilominus creditor vſuras recipit: ita hoc eſſet periculum receptoris: periculum inquam perditionis operarum, & nihilominus ſi operæ aliquem attuliſſent fructum, lucrum commune eſſet.
H Ad hoc reſpondent quidam dicentes, quòd non eſt verum quòd ex hoc ad naturam fœnorum trahantur, ſicut patet in ſequenti quæſtione, & notatur. ff. eo. l. cum duobus. §. item ex facto. Tu vero dic ſecundum Iac. de Are. quòd non ſolum de conſuetudine, ſed ẽt de iure eſt quòd capitale ſit ſaluum, quare enim ſocius meus debet habere pecuniã. Et ſi dicis, quia ponit operam. Rñdeo, quòd pretium operæ intelligitur eſſe correſpondens interuſorio pecuniæ, non autem ipſi ſorti. ideo ſi vnus ponit commoditatẽ operæ. equidem alter ponit commoditatẽ pecuniæ, non autem proprietatem. Finge autem,

A autem, q vnus ponat in ſocietate M. milia: alter operam tantum: tunc hic nulla poteſt eſſe proportio, niſi de commodis operæ, & commodis pecuniæ: non de ipſa totali ſorte. per idem expreſſum eſt, quando in ſocietate ponitur ſpecies ex vna parte, puta pecus, & ex alia parte opera paſtoralis, quia ſola damna aut commoda in obuentionibus communia ſunt, non autem ipſum pecus, vt patet in §. ſi in coeunda. ff. pro ſoc. l. ſi duobus. Vt dicamus quòd in dubio poti⁹ intelligatur in ſocietate poſitus vſus rei, q̃ ipſa res: & hoc facit ad quæſtionem ſoccidæ ouium, quòd fœtus, lanæ, lac & huiuſ-
B modi ſunt communia: ſed non oues ſoccidæ datæ. Verũ eſt etiam, q licet capita principalia mortua ſunt, tamen ſocietas in fœtibus durat. ff. pro ſoc. l. ſi illud, qd. ff. de pign. l. grege. in prin. Et quod dico q oues in ſocietatem datæ non ſint communes: intellige quòd capitale meum nõ eſt commune, ſed melioramentum, & deterioramentum eſt commune; v. g. dedi agnos in ſoccidam, tunc quatenus tunc valebant agni tãquam capitale meum ante omnia detrahã illud. quod autem creſcit, puta quia agni, caſtrones effecti ſunt, aut porcelli porci, tractu té-
C poris illud diuidetur tanquam inter ſocios. & ſi dedi equam in ſoccidam, & tractu temporis deteriorata eſt: facta inter nos æſtimatione pro medietate deteriorationis periculum, & damnum ad me pertinet: pro alia vero medietate pertinet ad te. nam hæc eſt natura ſocietatis: quæ natura tanquã quoddam intrinſecum oibus cõtractibus ineſt: quia nihil aliud eſt quàm diſpoſitio quædam, quam lex vel conſuetudo ſtatuit ſuper contractum, vt ff. de pac. l. ſi vnus. §. pactus. verſ. quod eſt in ſpem dotis. Tertio quæritur, ſi ipſum capitale perditum eſt ſeu dimi-
D nutum varia ſuperueniente fortuna: nunquid ille, qui operã ponit, teneatur aliquid conferre ei, qui pecuniam dedit? v. g. In diminutione ponamus, quòd in ſocietate poſuerim viginti, & tu operam ſolam, & de iſtis 20. ſunt perditi 10. nunquid tu teneres mihi reficere quinque? Et videtur quòd ſic, quia damnum debet eſſe commune, vt patet in præallegatis. l. ſi non fuerint. nam ſi totum damnum eſſet meum, foret hoc tũc contra naturam ſocietatis. ſed contrarium determinauit glo. in d. l. ſi non fuerint. §. 1. ſuper verbo, ſolus. d. quòd ille qui ponit operam ſolam, nũquam ſe obligaſſe videtur ad damnum ſortis: ſufficit enim damnum perditarum operarum: & hoc probat dicẽs q correlatiuorum eadem eſt naturã. vnde E
dicit. De capitali nihil lucratur ponens operam, ita etiã de capitali nihil damnificatur. Si autẽ lucraretur, ita damnificari deberet, quia de contrarijs eædem dãtur regulæ. C. de ſur. l. manifeſtiſſimi. §. ſed cũ in 2. in tex. ibi, vbi enim eſt periculm, ibi & lucrũ. Sed Petrus dicit, quòd aut pecunia eſt ſtatim perdita, & tunc damnum debet eſſe commune: aut poſt operas præhabitas, & tunc ſufficit operarum damnum. & hanc opi. dicit Ci. eſſe ęquiorem. ſed Iac. de Are. inquit indiſtinctè quòd damnum debet eſſe commune, vt in l. cum duobus. §. quidam. & l. ſi id quod. §. item Celſus. Tu vero dic, q quatenus eſt commune lucrum, eatenus debet F
eſſe commune damnum, & non aliter vt prædixi. & ideo primam opinionem tene. hæc omnia Bal.

Ad prædictam materiam faciunt plura, *Solutio præcedentiũ.*
quæ infra dicentur in ſermone ſequẽti, art. 1. & c. 3. vnde ſi cõtracta eſt ſocietas ad partem damni, & ad partẽ lucri, qui perdit operàm, tertiam opinionem tenet: nec poteſt conquæri, qui perdit operas, nam etiam alter perdit interuſurium temporis. Sed ſi non apparet, qualiter cõtracta ſit ſocietas, intelligitur contracta ſecundum conſuetu- G
dinem regionis, & inter mercatores ſecundum conſuecudinem mercatorũ, vt in Aut. de fideiuſſ. §. ſi. & ff. de ædil. edic. in l. quod ſi nolit. §. quia aſſidua. & C. de fideiuſ. l. fin. hæ tres ſupradicta quæſtiones ſunt ſecundum Bal. de Peruſio in l. 1. pro ſocio.

Quando contractus commiſſionis ſit licitus aut non. Cap. 4.

QVarto quoque poteſt eſſe mutuum palliatum, & vſurarium in contractu commiſſionis, licet etiam quædã ſocietas dici poſſit. Ad cuius intelligen- H
tiam quæri poteſt, an committens pecuniã bonæ fidei cuidam mercanti, vt iniuſte lucretur, & habebat partem in lucro, licitè agat. i. an talis contractus ſit licitus? Ad hoc *Pecunia cõmiſſio poteſt fieri duobus modis.*
dicendum quòd pecuniæ commiſſio poteſt fieri duobus modis. primo modo cũ translatione dominij. ſecundo modo ſine tranſlatione dominij. Primo modo cum trãslatione dominij in toto vel in parte, vtpote ſi fiat tranſlatio pecuniæ ſeu rei commiſſæ in dominium illius, cui cõmittitur: & tunc pro pecunia ſic cõmiſſa aliquid ſperare non licet alicui, ſicut ſperare nõ licet lucrum de re non ſua, quia mutuum eſt, ac per conſequens

A quens inde ſperare non licet aliquid, prohibente Domino Luc.6. Mutuum date nihil inde ſperantes, & ad hoc faciũt omnia, quæ dicta ſunt in ſermo.36.& 37.per totũ. & extra de vſuris.c.conſuluit. Secũdo modo ſine translatione domininij talis commiſſio poteſt fieri.ſ.quando tota res cõmiſſa remanet in dominio committentis, & tali modo cõmittens poteſt ſperare lucrũ, ſicut de re ſua:quia pecunia vel alia res cõmiſſa eſt, ſicut committitur aliquid ſeruo vel miniſtro, qui negociatur de rebus Domini ad eiuſdem vtilitatem: ac per conſe-B quẽs quod excreſcit ſorti, ſicut rei propriæ iuſto titulo poſſidetur. Nec eſt ſimile de mutuo, & commiſſo, quia in mutuo pecunia ſtat periculo illius, qui eam accepit, non ſic autem de pecunia, quæ commiſſa eſt, quæ ſtat periculo committentis, ideo de tali pecunia poteſt licitè ſperare lucrum. oportet tamen ꝙ tota pecunia ſit commiſſa, quia ſi partim commiſſa eſſet, & partim mutuo data, poſſet ibi eſſe de vſuræ vitium. Si enim quis committit centum alicui, vt ſibi mutuet medietatẽ, & aliam retinet dominio ſuo, ita ꝙ iſte cui committitur debeat de illa aliquod lucrum negotiari, tunc tale lu-

C crum vſuræ vitium habet, quia non ſperat ſolum ex re commiſſa, ſed etiam ex mutuo dato: ideo ex mutui adiectione in toto cõtractu vitium generatur: ſicut enim in Logica locutio iudicatur falſa propter falſi adiectionem, licet directè ſignificet veritatem, ſicut ſi dicatur, homo volans eſt animal, ita in moralibus iudicatur actio vitioſa, quando vitio commiſcetur. ſic & in propoſito eſt. Si quis obijcit, quòd ſi in commiſſione aliarum rerum, quæ de ſe pariunt fructum, ſicut ſunt ager, & vinea, poteſt aliquid ſperare: tñ in commiſſione pecuniæ q̃ de ſe nullum fructum parit, non videtur aliquid ſperari poſſe. Nec ſperatum ſi accipi-

D tur, videtur poſſe iuſto titulo retineri, quia gratis non datur, nec labori proprio redditur, nec per aliam rem propriam recompenſatur. propterea videtur ſimplici poſſideri iniuſte. Ad hoc dicendum, ꝙ in tali commiſſione pecunia non parit pecuniam immediate, ſed magis ex hoc contingit quòd quis negociatur emendo vel vendendo, & ideo talis excreſcentia lucri magis eſt de rebus, quæ per commiſſam pecuniam iuſta commutatione acquiſita ſunt, quàm ſit ex parte pecuniæ iam commiſſæ. hæc notat Alexan.Lom.

ARTICVLVS TERTIVS. E

De cambijs, & de varietate eorum.

TErtio conſideremus, quando licet cãbium, ideſt quando ars campſoria licita ſit. Circa quod notandum eſt, ꝙ triplicia ſunt genera cambiorum. Primo ſunt quædam artificialia, ſecũdo ſunt quædam realia, tertio ſunt quædam caſualia, de quibus per ordinem nunc videbimus.

De cambijs artificialibus, & de arte campſoria, & quomodo eſt inuenta. F
Cap. I.

PRimo quidem ſunt quędam cãbia artificialia, de quibus tria conſideremus. Primo quomodo ſunt inuenta, ſecundo, quomodo ſunt neceſſaria, tertio, quomodo ſunt licita. *Circa cãbia artificiata.*

Primo conſideremus, quomodo ſunt inuenta. Ars enim campſoria, ſecundum Philoſophum primo Politic. caſu & fortuna forte primitus inuenta eſt: ſed demum per experientiam artificialis eſt facta. Solet enim nummiſma in regione propria quàm in alia plus valere. accidit ergo G forte, aliquos quædam habere nummiſmata, quæ non multum appreciabantur in regione ſua, eo quòd propria non eſſent regioni illi. Illis ergo caſu venientibus cum eis ad alias rægiones, in quibus propria erant, accidit eos pro nummiſmatibus plus recipere quam valeret in regione ſua, & videntes inde habere lucrum, arte campſoria vſi ſunt, & tali modo hæc ars originem ſumpſit. Demum conſiderantes homines, quæ nummiſmata in aliquibus partibus plus valerent, vt melius expenderentur propter lucrum inde H inuentum mittebant vel portabant illa, & ſic propter conſuetudinem in artificiale exercitium hoc conuerſum eſt.

Secundo conſideremus, quomodo ars campſoria eſt neceſſaria, neceſſe eſt eñ eſſe campſores in diuerſis regionibus. primo propter nummiſmatum diuerſitatem, ſecũdo propter peregrinantes, & circumeũtes diuerſas regiones, tertio propter commutationes rerum, ſine quibus ſtare nõ poteſt humana vita. hoc quidem commodo fieri non põt præter commutationem rerũ ſine nummiſmatum vſu, cum in diuerſa loca

remota

A remota res, & quandoque etiam denarij ſine periculo ad permutationem faciendam portari non poſſint, ſed campſor per cambium tali neceſſitati ſupplere poteſt.

Permutatio cāpſorie artis ꝑꝑ 4. licita eſt.

Tertiò cōſideremus, quomodo licita eſt. permutatio enim campſoriæ artis propter quattuor maxime licita eſt. Primo, quia nō habet mutui rationem eo ꝙ propter dilationem temporis non ſperatur lucrum. Secundo, quia campſori ſpem vel numero nō redditur ſors eadem eo ꝙ tribuit monetam vnius gnis, & recipit alteri⁹, puta dat groſſos, & recipit florenos, & ſic de alijs. Tertio B inſuper, ſm Arch. 14. q. 3. c. 1. in gl. Nō pōt dici empt. vel vendi. proprie loquēdo: quia emptio vel venditio proprie conſiſtit in appretiabilibus rebus, quarū pretia in nummiſmate menſurantur. Sed hoc genus fit in ſola permutatione nummiſmatis diuerſorū generum, ideo non eſt emptio vel vēditio, ſed ſimplex permutatio dici poteſt, & licita, niſi cambientes de diuerſis generibus nummiſmatum cariſtiam inducere intendant Quarto inſuper, & non indocte, putāt quidam hoc licere ratione intereſſe. ſ. propter labores & expenſas ſalariorum, penſionum, & ſimilium, quæ campſor habet ꝓ- C pter hanc artē, quapropter ex ea viuere poteſt. vnde Apoſtolus ait. 1. Corint. 9. Nemo militat ſuis ſtipendijs vnquam. Licita ergo ſunt cambia iſta, dummodo debito fiāt cum moderamine, & diſcretum inde ſuſcipiatur lucrum. Circa igitur hæc cambia ponuntur aliqui dubitabiles caſus. Primus caſus eſt de illo, qui dat marcā argenti pro alia marca argenti certo tēpore, & termino ſoluenda aut recipienda. dubitatur autem nunc, an hoc ſit vſura? Dicendum ꝙ ad hunc, & ſimiles caſus reſponderi poteſt ſecundum diſtinctionem ſuprapoſitam in ſermone 30. D art. 1. c. 3. vbi eſt tertia regula, & idem iudicium eſt quando datur ſpecies pro ſpecie, puta frumentum pro frumento, vinum pro vino, oleum pro oleo, & ſic de alijs. Secundus caſus eſt de eo, qui habet pecuniā ſpecialem, quam timet futuro tēpore ſuo pretio minorari iuxta Dominorum ordinationes, aut ciuitatum ac regionū ſanctiones. Proinde propter hunc timorem non vult dare mutuo pecuniam ſuam, niſi in æquali pretio ſibi reſtituatur, in quo eſt, cum ei mutuo datur. v. g. quidam habet argēteos groſſos, qui nunc valēt. 5. ſolidos cum dimidio, & timet ꝙ futuro tempore auctoritate maiorum reducantur ad quinque. Quapropter facto mutuo, & diminuto pretio tempore,

Circa cābia ponūtur aliqui 1. Caſus.

& termino conſequenti non vult recipere E numero tot groſſos, quot mutui tēpore ipſe dedit. Quibuſdam videtur ꝙ talis committat vſuram: quibuſdam alijs verius videtur iudicio meo, hunc caſum licitum eſſe, quod triplici ratione probant.

Hunc caſum qbuſdā eſſe licitū triplici rōne ꝓbatum. Prima.

Prima, quia aliud eſt in mutuo ſperare lucrum, atq; aliud eſt vitare damnum ſuum. Primum quidem non poteſt fieri ſine iniuria Dei, qui tale lucrum prohibuit, Luc. 6. Nec etiam ſine iniuria proximi, cui mutuū debuit gratis dare. Qui autem ſuum euitat damnum, nec Deo iniuriatur, cum hoc nulla lege prohibitum ſit, nec etiam proximo F fit iniuria, cum non lædat proximum, qui ſuū euitat damnum. in propoſito igitur caſu magis quærit vitare damnum quàm lucrum habere. Secunda ratio eſt, quia debitor non minus recipit mutuationis tempore quàm reddere teneatur, eo ꝙ tempore quo ab eo mutuum receptum eſt, tantū valebit, quantum reddere nunc tenetur. Nec etiam veriſimile erat, groſſos minus valituros quàm valent tempore, quo mutuo dati ſunt cum minoratio talis pecuniæ non accedit ex dilatione temporis ſed ex voluntate ipſius legiſlatoris.

Tertia ratio eſt, quòd debitor pecuniam G non accipit, vt ſeruaret eam vſque ad tempus, quo veriſimiliter tantum valitura erat, ſed vt ea vteretur, vel ſaltem vti poſſet tempore iſto, quo habebat valorem ſuum.

De cambijs realibus, & quomodo tripliciter variātur vbi de depoſito quædam tanguntur. Cap. 2.

Vide qſo ſūmiſtas ī materia cābiorū: q̄a res eſt difficilis ꝑꝑ varietates incidentes.

SEcundo ſunt quædam cambia, quæ realia dici poſſunt, quia vt plurimum realiter deducuntur. Ad quorū intelligentiam notandum eſt, ꝙ ſicut patere poteſt per ea quæ dicta ſunt ſupra ſermone 36. art. 2. per totum, vbi nulla interuenerit ratio mutui, nulla poteſt ibi eſſe vſura. ideo ſi ibi aliquod vitium eſt, erit aliud ab vſura. vnde H pro generali regula tenendum eſt, ꝙ quicūque aliquid ab altero recipit, nihil ſibi dando niſi tempore ſolutionis vel redditionis accepti, non committit vſuram aliquid lucrando ratione illius talis accepti. Pro hac regula declaranda notandum eſt, ꝙ in his cambijs naturalibus tripliciter poteſt interuenire lucrum. primo ratione cuſtodiæ, ſecundo rōne patriæ, tertio ratione monetæ.

In cābijs tripliciter pōt inuenire lucrū

Primo ratione cuſtodiæ ſeu depoſiti: vtputa ſi abſque periculo & labore deportationis

A tionis de vna terra in aliam reddat mercatori cum proprio lucro depoſitum, vel eius æquiualens: vt cum epiſcopus pergens Romam deponit in Auinione mille ducatos alicui mercatori habenti tabulam pecuniæ Romæ: ille mercator accipit ab Epiſcopo ducatos decem, vt præfatos mille ducatos reddat ſibi Romæ indemnes: in tali caſu, licet ibi non ſit vſura: tamen ſecũdum quoſdam ibi eſt turpe, & indecens lucrum: & maxime propter duo. Primo, quia mercator ille abſq; periculo, & abſque expenſis, & etiã ſine deportationis labore facit eos Epiſcopo in Roma dari. Secundo, quia antequã reddat eos, poteſt ex traditis ſibi ducatos in Auinione lucrari & mercari: non tamen vt prædiximus, eſt ibi vſura, cum ipſe nihil mutuauerit epiſcopo, nec ad reſtitutionem illorum decem ducatorum ſecundum quoſdam obligatus eſt: quia vera ſeruiuit epiſcopo in aliquo æquiualenti, quãuis hoc faceret abſque ſuo periculo & labore: ideo indecentia talis lucri non continet ſimpliciter iniuſtitiam, imo potius quãdam æqualitatem. Credo autem ſaluo meliori iudicio, quando tali cambienti qui de hoc facit artem, imminerent circa hanc artem expenſæ péſionum, operarum, ſalariorum factorum, & diſcipulorum, inſuper pericula & labores, ſicut plerumque talibus contingere ſolet, quòd ex his cãbijs poteſt ſumere moderatum lucrum, & maxime ratione intereſſe, ſicut de cambijs præcedentibus dictum eſt. Secus autem de eo, qui hanc nõ exerceat artem, nec propter hoc opus imminent ſibi pericula, nec habet inde labores, neque expenſas, ex quo ratione intereſſe poſſet inde habere lucrum. & ſecundũ hoc conſentiendum eſt primæ opinioni. ſecundum enim Bal. extra de plus pe. c. 1. Pone caſum, quòd numero campſori Peruſij. c. pro 90. quæ mihi Pariſijs dari facit: talis quidem contractus licitus eſt iure gentium & neceſſarius, & inuétus naturali ratione, eo quòd campſor ſubijt pericula maris, & damna nunciorum, vt patet. ff. de nau. ſœno. l. periculi. & ff. de act. & oblig. l. traiectitiæ. §. de illo. & ff. de verbo. oblig. l. qui Romæ. §. Callimacus. & ſi aliquid plus lucratur ipſe campſor, ex iuſtitia quidem, & licite lucrum ſumit, quia induſtria accedit rei licitæ, vt patet. ff. de leg. fal. l. ſi heres. Præterea licitũ eſt numerãti, 10. paciſci quòd reddantur nouem tantum: quia minuere ſortẽ non eſt peccatum, augere autem ſic. & eſt tex. notabilis. ff. ſi cer. pe. l. rogaſti. §. ſi tibi.

In cãbijs eſt turpe lucrum ꝓpter duo.

B (margin letter beside "antequã reddat eos")

C (margin letter beside "ctorum, & diſcipulorum")

D (margin letter beside "quidem contractus licitus")

Secundo in talibus cambijs poteſt interuenire lucrum ratione patriæ: de quo duos caſus ponamus, in quo poteſt primo prouenire lucrum ex parte dantis, ſecũdo ex parte recipientis. Primo ex parte dantis: v. g. plus enim valet florenus Senenſis Senis, q̃ alibi: ſimiliter florentinus: ſimiliter ducatus Venetijs, & Romanus Romæ: & ſic de conſimilibus. ideo ſi pura, & ſola ratione cambij propter monetam plus valentem in propria patria quàm in aliena interueniat lucrum, non credatur ibi vſura. v. g. ſi quis vltramõtanus mille ducatos Venetos Venetias intendebat ferre, & ibi cambire ſeu expendere eos, & inueniens cãpſorem in patria ſua habentem tabulam cambij in ciuitate Venetiarum: ſibi tradit eos tanquam cãbiens eos in Venetijs, ac per conſequẽs ad ſorum cambij Venetiarum: tunc ſi nihil aliud hic intendit, nõ eſt ibi vſura: licet plus prædicti ducati Veneti valeant Venetijs q̃ alibi, vbi eos tradit. verumtamen ſi ex hoc ꝙ prædictos ducatos prius tradidit vltra montes quàm recipiat in Venetijs cambiũ eorum intendit aliquod lucrum acquirere: tunc prior traditio induit mutui rationem, & eſt ibi vſura. Secundo poteſt prouenire lucrum ex parte recipientis, & tunc fieri ſolet tale cambium alio cõuerſo modo, & dicitur cambium per litteras: v. g. In Florentia exiſtens indigeo pecunia Venetijs, do tibi in Florentia 107. vel 106. florenos, & tu in Venetijs per litteras tuas facias mihi conſignare 100. ducatos Venetos: licet eñ tu inde lucreris, tamen talis contractus licitus eſt: tum quia eſt quædam permutatio nummiſmatis ad nummiſma: non ratione pecuniæ, quæ de ſe fructum non parit, ſed ratione patriæ ſuperuenit lucrum: tum quia eſt ad vtilitatem vtriuſque partis: neque eñ ſine tali cambio mercãtiæ exerceri poſſent: tum ratione intereſſe, ſicut de expenſis ratione cuſtodiæ dictum eſt. Tertio quoque in prædictis cambijs lucrũ interuenire poteſt ratione monetæ. ſunt nempe monetæ ſiue nummiſmata quædam, quæ non tantum in propria patria, ſed quaſi vbique maiorẽ habent valorem ſeu curſum quã aliæ multæ monetæ, ſicut patet de ducatis Venetiarum, de Bolonis antiquis & ſimilibus. Inſuper eadem numiſmata, quæ in tali maiori pretio ſunt adhuc magis in vna patria quã in alia currunt, & carius æſtimãtur. Si quis igitur tradat mille florenos Florentinos alicui vltra montes, vt ſibi citra montes reddatur pecunia præualentior, aut totidem Florentini

E (margin letter beside first line)

F (margin letter beside "pendere eos")

G (margin letter beside "tunc prior traditio")

2. pót interuenire lucrum.
1. ex parte dantis.

H (margin letter beside "eſt ad vtilitatem")

A rentini floreni in terra, vbi plus valent, vſuram committit. Sed pone quòd aliquis pecuniam mutuet ad certum rempus, recepturus alterius generis monetam aut aurũ vel argentum, aut aliam ſpeciem, nunquid cõmittit vſuram? Ad hoc dicendum, ſecũdum Goff. & Hoſtien. quòd ſi non facit hoc, vt in æſtimatione lucretur, vſurarius eſt, ſicut hi qui de nundinis in nũdinas mutuare ſolẽt: hanc vſuram omnibus execrabilem omnibus iudicat Hoſtien. vnde quandocunque ſub ſpecie venditionis vel commutationis, vel alterius liciti contractus veletur & ſub- B ornetur, cum excedat centeſimam vſuram, & quodcunque nomen imponatur ei, ex quo fraudulenter & mala intentione fit, & aliquid ſorti accedit, vſura eſt, extra de vſu. conſuluit. 14. q. 3. c. plerique. Secundum ẽt Alex. Lõ. dicendum eſt, quòd ille qui mutuat pecuniam alterius generis ad certũ terminum: peccat ſi ratione termini dati vult habere pecuniam, quam probabiliter credit amplius valituram in termino dato, q̃ ſit pecunia quàm ipſe dederat. Operatur. n. excreſcentiam propter dilationem temporis. Poteſt etiam fieri circa hæc diſtinctio, q̃ C ſupra poſita eſt ſermone 37. c. vlt. in q. 2. Pone etiam caſum, quòd Petrus exiſtẽs Ianuæ emit a Rolando Turonenſes recipiẽdos in Francia talibus nundinis: quæritur nunquid liceat? Dicendum, ſecundum Alex. Lom. ꝙ ſi emens plus vel minus dat propter temporis dilationem: vel quia plus vel minus dimittit pecuniam ſuam vendenti, vel promittenti dare Turonen. in Francia, vtputa ſi vſque ad nundinas ſunt tres mẽſes, & minus dedit emens pro libris Turonenſium, quàm ſi eſſent tantum duo, contractus tũc non videtur licitus, & maxime ſi pecuniam in termino recipienda plus valitura probabiliter crederetur: vel ſi ſic emens communiter lucraretur. hoc autem poſito videtur D mutuum eſſe indirectum: vtputa ſi quis dat minus probabiliter vel communiter accidentis, contractus excuſaretur.

Propter duo cõtractus nõ eſt licitus.

De cambijs caſualibus, & fortuitis; quæ cambia ſicca ſolent a quibuſdam nuncupari. Cap. 3.

Tertio ſunt quædam cambia, quæ caſualia ſolent nominari: a quibuſdam tamen denominantur cambia groſſorum. Celebrantur autem tali modo: nam cum indigeam in Florentia decem libris groſſorum, ibi recipio pro illis a campſore 106. florenos, aut plus vel minus, ſecũdum ꝙ tunc Florentiæ talia cambia currunt, ideſt ſecundum ꝙ ibi valent decem libris groſſorum: demum inde ad vnum menſem teneor ſibi reſtituere tm̃, quãtum inſ. 10. dies computandos a die celebrati contractus valebunt decem libri groſſorũ in ciuitate Venetiarum: quæ quidẽ aliquando valẽt plus, aliquando vero minus: ideo campſor aliq̃n perdit, aliquando lucratur: licet communiter inde ſuſcipiat lucrum nummi: ideo cambia iſta exercentur atque frequentantur: talis autem contractus omnino illicitus eſt. F primo, quia eſt contractus mutui: ſecundo, quia ſperatur lucrum nummi: tertio, quia eſt cum damno proximi. Primo, quia eſt contractus mutui cum intentione recipiendi vltra ſortem hinc ad mẽſem: quod prohibitum eſt, ſicut latius ſermo. 37. ar. 1. c. 2. dictum eſt. Nec obſtat, ꝙ prædictæ libræ groſſorum quandoq; valeant minus, quia intentio mutuantis eſt ex tali mutuo lucrũ habere. Præterea dubia & pericula in vſura non excuſant, ſicut patet extra de vſur. c. nauiganti. Secundo eſt illicitus, quia ſperat lucrum nummi, de quo nullum poteſt egredi lucrum, vt patet. 78. diſt. c. eijciens. Tertio eſt illicitus, quia eſt cum damno proximi. ſ. G recipientis pecuniam cambij: cum experiẽtia teſte, quæ magiſtra eſt omnium de elec. in c. quàm ſit. lib. 6. talia cambia ſint hodiernis temporibus ſubmerſio, & deſtructio omnium ciuium, qui talia cambia frequentare probantur. Ex prædictis ſatis patere poteſt, quando in contractu ab vſura excuſat damnum, periculum vel dubium: & quando eſt mutuum palliatum, nec non q̃n liceat cambium, vt a fœtore impiorum cõtractuum cum Lazaro reſurgamus, atque reſurgant qui in eis olim corrupti erãt: hæc illis præſtante Domino noſtro Ieſu, qui mortuis dat vitam, impijs dat gratiam, & H iuſtis dat gloriam ſempiternam, quam nobis ipſe concedat, qui cum patre, & Spiritu ſancto glorioſus in ſæcula ſæculorum viuit regnat, Amen.

Talis contractus eſt oĩno illicitus eſt.

SABBATO.
poſt iiij. Domin. Quadrag.

De ſoccidis animalium.

Sermo XL.

Ego ſum lux mundi Ioan. 8. & in Euangelio hodierno. Nemo quippe vere hoc verbum

A verbum dicere valet, niſi Dominus Ieſus Chriſtus,qui inquantum Deus, & inquantum homo ſolus poteſt tenebras de anima effugare. vnde vbi ſup. ſubdit dicens: Qui ſequitur me,nõ ambulat in tenebris.ſ.ignorantiæ,vel culpæ: & per conſequens nõ veniet ad tenebras gehennę,quæ terminus eſt prædictarum tenebrarum. proinde Matt.8. ait Dominus,ꝙ peccantes eijcientur in tenebras exteriores.i.in vltimas tenebras. Sed per Chriſtum facta eſt veritas contra tenebras ignorantiæ: & gratia propter tenebras culpę, & gloriam in fine miſericorditer largietur contra tenebras gehennæ. Ad
B illuminandum ergo tenebras ignorãtię noſtrę, ne in alias incidamus,ad præſens ambulemus in lumine ſuo in materia contractuum ſoccidarum. Ad intelligentiam igitur ſoccidarum & aliorum contractuum, qui inter ſe variè commiſcentur, ante omnia tria notanda ſunt.

Tria notanda.

Primo eſt notandum, quod quandoq; in ſoccida & in alijs contractibus mutui ratio commiſcetur, ſi ratione ipſius mutui fiat in his potior conditio præſtitorum, quam mutuantis ab illo, ſemper pro tanto eſt ibi vſura pro quanto ob rationem mutui veri,vel interpretati fit potior conditio præſtitoris.
C & ex hoc patet lata ianua ad multos caſus vſurarios tam ſoccidarum, quam aliorum contractuum diſcernendos: & ad eorum intricationes propter variam commixtionem ipſorum cum cęteris cõtractibus diſſoluendas & enodandas.

Secundo autem prænotandum eſt, quod in ſoccida,quæ eſt quædam ſocietas in contractu animalium, duo concurrunt.ſ.ſocietas, & locatio, quia ex his duobus ſoccida compoſita eſt. ideo qui diſcernere vult, quando ſoccida licita ſit, vel non, duo debet conſiderare. Primo id,quod eſt formale in vera ſocietate pecunię appoſitę: quia ſ.ille, qui mutuat pecuniam mercatori ad veram ſocietatem, tenetur in ſe periculum fortuitum retinere. Secundo debet conſiderare id,quod eſt formale in locatione:qa locãs retinet in ſe periculum caſuale ipſius rei locatæ. ſi ergo in ſoccida apud eam dantem remaneat fortuitum periculum: tunc ibi non eſt vſura: licet, ſicut infra patebit,
D poſſet eſſe iniuſtitia ex vtraq; parte, & maxime ex parte ſoccidam dantis.

Ad diſcernendum quãdo ſoccida licita ſit,duo ſunt conſideranda. Platea in ſuo de reſtitutionibus.

Tetio eſt notandum,quod quando communiter non percipitur,& probabiliter dubitatur,an illius, vel iſtius deterior conditio ſit in forma contractus, & pacti adhibi-
E ti in ſoccida, ſeu in quacũnque alia ſocietate: tunc ibi non eſt peccatum. vbi autem conditio alterius notabiliter deterior appareret, ad arbitrium boni viri peccatum eſt ex parte præualentis, ſi hoc ſcienter facit: & talis præualens totum quod vtlra debitum iuſtitiæ recipit, ipſi decepto obligatur reſtituere,cum id perpendit. Inſuper aduertendum ꝙ locator dicitur ille,qui domum, ſeu animalia tradit alteri,qui illa vtatur,ſeu cõducat. vnde ſm Catholicon, locare dicitur in reſpectu ad conducere. nam conducit hoſpitium,qui pro eo dat pretium. Conducere igitur eſt ſimul ducere, aliquibus ducatum prębere,& mercede conſtituta aliquid
F dicere. vnde verſus:

Conducit pretium tradens prabenſq; ducatum:
Qui capit,ille locat,conducit qui pretium dat.

Circa igitur materiam ſoccidarum, tres articulos ſubiungamus.

ARTICVLVS PRIMVS.

De ſoccidis ouium, & aliorum animalium minutorum.

PRimo ponamus caſus de ouibus
G & alijs animalibus conſimilibus minutis, de quib⁹ tractemus tria capitula. primũ erit de quatuor caſibus licitis, ſecundum erit de tribus caſibus illicitis,tertium de tribus caſibus licitis, licet omnes variari poſſent.ſ.à licito ad illicitum,& econuerſo.

De quatuor caſibus licitis in ſoccidis ouium. Cap. 1.

PRimum capitulum de quatuor li-
H citis caſibus.

Quatuor caſus liciti.

Primus caſus eſt, cum fit ſocietas hoc modo, videlicet quando quis habens xx.capita ouium, inijt ſocietatem cum alio habente totidem & communicant ad inuicem ipſas oues & earum periculum & emolumentum & expenſas circa paſtum earum: & vltra hoc quandoq; paciſcũtur ſimul ꝙ de earum fętibus capita morientia reparentur,vel de earũ velleribus & pellibus emantur alia ad augmentũ gregis. In hoc vero caſu, quia nulla interuenit ratio muti, nõ põt eſſe vſura: q̃uis ſi in huiuſmodi pactis alteri conditio potior eſſet vel deterior,tũc ibi vitiũ iniuſti ptij eſſe poſſet.

A Secundus caſus eſt, cum Petrus tradit in ſoccidam Ioanni decem oues, & ipſe Ioan. ponit alias decem oues, & iterum petrus addit alias decem oues contra operas & expenſas, quas facit ipſe Ioannes in alendis pecoribus: demum in fine anni eas æqualiter diuidunt, & talis contractus licitus eſt.

Tertius caſus addatur, & pone ꝙ Petrus dat Ioanni in ſoccidam centum oues, paciſcẽs ſecum ſibi ſatisfacere de labore & expenſis, quas faciet pro prędictis ouibus cuſtodiendis: hoc addito, ꝙ prædictus Ioãnes de prædictis ouibus ſoluet tertiam partem & iter ad tertiam partem lucri & damni: ta
B lis.n. contractus licitus eſt, quia Petrus ſatisfacit Ioanni de labore ſuo. Ex quo patet, ꝙ Ioannes nihil ponit in ſoccida, nec operas, nec quicquam aliud, ſed propter fructũ ſeu lucrum obligat ſe ad ſoluendũ tertiam partem ouium prædictarũ: & hoc licitũ eſt.

Quartus poteſt addi caſus, qui talis eſt: Petrus tradit in ſoccidam Ioanni centum oues, paciſcens ſecum, ꝙ prædictus Ioãnes de ouibus habeat medietatẽ in principio, in medio, & in fine: & talis contractus licitus eſt, dummodo Petrus fortuitum ſibi retineat periculum.

C *De tribus caſibus illicitis in ſoccidam ouium. Cap. 2.*

Tres caſus illiciti.

SEcundum capitulum ſubiungatur de tribus caſibus illicitis in ſoccidis ouiũ. Primus caſus eſt, cum quis certa capita ouium tradit in ſoccidam certo pretio æſtimata, cum hoc.ſ. pacto, ꝙ de prouentibus recipiat totum pretium antequã alius aliquid de ipſis prouentibus recepturus ſit: aut etiam ſub tali pacto, ꝙ de fętibus reparentur capita quolibet caſu moritura antequam alius aliquid de prouentibus recipere debeat, quod eſt quaſi oues tradere im-
D mortales: talis verò contractus impius & vſurarius eſt. Si tamen poſt prædictam æſtimationem pretij ouium, aut cum reparatione earum de fętibus conttactus ſocietatis ſic fieret, quod quantum leuat ouium paſtus & cuſtodia paſtoralis, tanto melior fieret portio ſocietatis in recipiente & cuſtodiente, ac paſcente oues: tunc vero non eſt ibi vſura, nec peccatum iniuſti pretij.

Secundus caſus eſt, cum quis habens viginti oues, tradat alicui eas æſtimatas 20. lib. hoc.ſ. pacto, ꝙ ſibi teneatur reddere medietatẽ.ſ. 10. libras, quicquid contingat poſtea de ouibus: tunc quidem perinde eſt E ac ſi creditor dediſſet debitori mutuo decem libras, per quas emptis decem capitibus contraxiſſet ſocietatem cum ipſo debitore habente alia decẽ capita, ita quod fiant communia, & ipſi ſint ſocij in periculo & & prouentibus: tunc pro quanto ex contemplationibus mutui grauat debitorẽ creditor in contractu præfatæ ſoccidę, pro tanto eſt ibi vſura.

Tertius caſus eſt, de eo, qui emit oues à pauperibus, vel non pauperibus, quas minimè habent, & ſcit, vel credit eas non habere, ac pro tali emptione dat aliquam pecuniæ quantitatem: & quaſi iam à venditore F illa animalia accepiſſet locat illa vendenti pro certa annua penſione: talis quidẽ contractus vſurarius eſt, & fit in fraudem vſurarum, vbi talis preſtitor aliquid lucrari debeat vltra ſortem.ſ. vltra pecuniam, quam prius dedit. Si autem credit illa illum habere & ſine fraude emit, tunc non eſt vſura: ſi .ſ. capitale ſtat ad periculum eius, quia tunc eſt vera locatio.

De tribus alijs caſibus etiam licitis in ſoccidis ouium. Cap. 3. G

Tres caſus ouiũ.

TErtium capitulum addatur etiam de tribus caſibus ouium, qui licitè poſſunt & ſolent fieri.

Primus caſus eſt, quando quidam tradit oues cuidam monaſterio ſub tali conuentione, ꝙ de qualibet oue recipiat annuatim duos ſolidos, cum longè plus valeant fructus earum, puta quatuor vel quinque annuatim. Sed addit, quod etiam ſi omnes prædictæ oues moriantur, vult prædictum fructum. inſuper ſi multum multiplicentur omnes ipſius monaſterij ſint. Inſuper quod poſt mortem tradentis etiam ſi centuplarentur, ad ipſum monaſteriũ veniant: ſecundum enim Hoſt. talis contractus licitus eſt, nec poteſt etiam petere reſtitutionem, ex quo in ipſa traditione non fuit læſa, quamuis mortalitas ouium ſequeretur: H niſi iam oues vtiq; infectæ eſſent & ad mortem paratę, & hoc monaſterium ignorauerit, nec proſpexerit mortalitatem venire poſſe. ff. de mino. l. verum. §. ſi locupleti. Conſulo tamen tradenti in hoc caſu, quod inſpecto lucro de ouibus à monaſterio habito, quod forte fuit paruum, & longo tempore inſolidum habuit, lucrum non exigat, aut remittat partem: & ſic ſentiat partem damni,

A damni, nec cum iactura monaſterij locuple
tari velit, ext. de re.iu.locupletari.li.6. Ca-
ueat igitur inſuper talis tradens, quod niſi
in hoc contractu conuentus cõſentiat, non
tenetur conuentus de ouibus Abbati, vel
Cellario, vel huiuſmodi cum prædicto pa-
cto datis. ext. de depo. c. 1. hæc ſecundum
Hoſtien.

Secundus caſus eſt talis, pono quod Pe-
trus tradit viginti oues Ioāni vſq; ad duos
annos tali conditione, quod ipſe Ioannes
teneatur eas & earum fructus & fętus cum
diligentia paſcere & ſeruare.ſ.ſuis expen-
ſis: fętuum vero & fructuum earum me-
B dietatem ipſi Petro fideliter conſignare &
dare, atq; in fine termini eaſdem oues, vel
alias, quæ eis occaſione temporis extabunt
ipſi eidem aſſignare: ſi tamen ipſæ vel ali-
qua earũ, aut ipſarum fętus vel fructus, cul-
pa, aut dolo ipſius Ioannis, vel eius nuntij
perierint, vel deuaſtati fuerint, ad damnũ
ipſius Ioannis ſpectat. Si vero diuino iudi-
cio, vel caſu fortuito hoc euenerit, ad Pe-
trum habet pertinere, dummodo Ioannes
prædicto Petro de huiuſmodi faciat plenã
fidem. talis quidem contractus licitus eſſe
videtur, quia ſatis videtur æqua & bona
C conditio vtriuſq;.

Tertius caſus eſt, ſecundum Bal. de Peru
ſio in l. 1. C. ꝓ ſocio. verbi gratia, dedi oues
in ſoccidam ad quinquennium: & de con-
ſuetudine eſt, ꝙ in fine quinquennij diui-
dantur oues, & fructus earum, oues inte-
rim naturaliter perierunt, nunquid ruſticus
ad aliquid obligatus eſt mihi? Dicendum
ꝙ in tali caſu poteſt contingere damnum
triplex. Primo ex natura, ſecundo ex for-
tuna, tertio ex culpa.

Triplex dãnũ qđ in tali caſu contingere pōt.

Primo quidem in tali caſu poteſt interue
nire damnum ex natura, & in hoc caſu, qa
fuiſſent perituræ etiam penes me, ideo re-
ſtituere non tenetur, etiam ſi fuiſſet extima
D tæ: nam in contractibus non ordinatis ad
dominium transferendum æſtimatio em-
ptionem non facit, vt ff. pro ſocio. l. cũ duo
bus. §. damna. ff. locati. l. 3. & hoc propter re
gulam traditam. ff. de contrahen. emptio. l.
cum manu fata. §. nemo.

Secundo poteſt contingere tale damnũ
ex fortuna, vnde ſi perierunt fortuito caſu,
cui reſiſti non potuit, tex. dicit in prælleg.
§. damna. ꝙ periculum eſt commune: pro-
inde ſi oues æſtimatæ erant 20. lib. tunc ru-
ſticus tenetur mihi reſtituere 10. nam ſi ni-
hil reſtitueret, totum damnum foret vtiq;
meũ, ꝙ eſſet cõtra illũ tex. in §. damna. qui
dicit, ꝙ damnum eſt commune. Ex hoc pa- E
tet, ꝙ aliter iudicamus de caſu fortuito, &
aliter de caſu naturali.

Tertio verǫ contingere poteſt ex culpa,
vnde ſi culpa ruſtici damnum illud ſuperue
niret, ipſe ad emendam tenetur totius. ſ.
quantitatis, quia ante tempus diuidendæ ſo
cietatis omnes oues erant meæ, licet æſtima
tæ traditæ fuerint, ſicut prædictum eſt. Ad
hoc facit C. de pac. l. ſi paſcenda pecora. &
etiam dicto §. damna. in l. cum duobus. ff.
pro ſocio. Si vero poſtquam oues æquali-
ter partiri debebant damnum interuenerit
ruſtici culpa, tunc non tenetur mihi, niſi ad
dimidij pretij partem, quia in plus me non
damnificauit. Ex dictis iam patet ſecundũ
ꝙ ſi prædictum damnum interuenit ex na- F
tura, pertinet ad tradentem: Si ex culpa,
tunc pertinet ad vtrunq;: Si ex culpa, per-
tinet tantum ad recipiẽtem plura, quę per-
tinent ad hanc materiam dicta ſunt in ſer-
mone præcedenti, art. 2. c. 3.

Ponderãda ſunt. q hic dĩ Auctor. & ĩ hac materia vide Franc. de Platea.

Articvlvs Secvndvs.

De ſoccidis boum & animalium groſſorum.

G

SEcundo ponamus caſus pertinentes
ad boues & alia animalia generis groſ-
ſioris, de quibus etiã tractabimus tria
capitula. Primum erit de quatuor caſibus
licitis, ſecundum de tribus caſibus non lici-
tis, tertium iterum de tribus alijs caſibus
licitis, licet omnes à licito ad illicitum, &
econuerſo ab illicito ad illicitum poſſint
multipliciter variari.

De quatuor caſibus licitis circa ſoccidas boum. Cap. 1.

PRimum capitulum ſit de quatuor H
caſibus licitis in ſoccidis boum.
Primus caſus eſt talis: Petrus
tradit Ioãni bouem & vitulũ ad
nutriendos ad annum: hac. ſ. conuentione,
ꝙ in fine anni vendatur, & Petrus ante om
nia ſuum extrahat capitale, deinde diuidi-
tur lucrum. In hoc caſu duo neceſſaria ſunt
ad hoc ꝙ licitus ſit. Primo, ꝙ Petrus reti-
neat in ſe periculum fortuitum capitalis:
alias illicitus eſſet contractus. Secundũ eſt,
ꝙ ſi animalia minus venderentur quam fue
rint empta: non tamen ex hoc Ioannes te-
netur ipſi Petro ad ſupplendum pro capi-

Quatuor caſus liciti in ſoccidis boum. Primus ĩ quo ſunt neceſſaria duo.

A tali deficiente, quia tunc eſſet capitale ſaluum: quod eſt contra ea, quę dicta ſunt ſup. ſermo. præcedenti, art. 1. c. 2. ex quo patet, ꝙ talis contractus eſſet vſurarius.

Secundus caſus talis eſt: pone ꝙ Petrus locat Ioanni duos boues, volens quolibet menſe duas minas, ſeu duos ſextarios frumenti, & retinet ſibi prædictorū boum periculum: quid iuris? Dicendum ꝙ talis locatio ſit licita, dummodo tñi ſit lucrum, ꝙ reſpondeat vtilitati, quæ poteſt haberi de bobus, alias illicita eſſet. nam ſi nulla de bobus vtilitas adueniret, nihil dare deberet: aliter meteret vbi non ſeminauit, quod vtique illicitum eſt, atq; iniuſtum.

B Tertius caſus addatur, & pone ꝙ Petrus locat Ioanni duos boues æſtimatos cū hac cōditione. ſ. ꝙ Ioan. laboret ſibi cum dictis bobus in anno 12. bubulcas. i. menſuratas terræ, & in fine anni boues vendi debeant, atq; per totum ſuū capitale prius retrahere debet, & Ioan. debet habere medietatem lucri dictorum boum, quid iuris? Dicendū, ꝙ talis contractus licitus eſt, ſi ipſe Petrus obſeruat duo. primo, ꝙ retineat ſibi periculum dictorum boum: ſecūdo, ꝙ promittat ipſi Ioan. ſe ſatisfacere de labore, quem ſuſtinebat in laborando terras: & hoc ad arbitrium boni viri: quę ſatisfactio computetur C in hoc, ꝙ dat ſibi medietatem boum. Sed ſi nullum lucrum fieret de bobus, tunc Petrus recompenſare tenetur pro expenſis factis à Ioãne, de ipſa. ſ. boum ſorte: vno prędictorum duorum deficiente, contractus illicitus eſt.

Quartus caſus addatur iterum: nam eodem modo licitum eſt boues locare ad laborandum ad quartam patem lucri & damni, dummodo locans boues laboranti promittat competenter ſe ſatisfacturum pro labore, quem ſuſtinet: ſiue fiat ſatisfactio de expenſis factis ex parte dantis, ſiue de ſorte boum, ſi ibi non fuerit lucrū, alioquin con-D tractus illicitus eſſet.

De tribus caſibus non licitis in ſocidis boum. Cap. 2.

Tres caſus illiciti in ſoccidis boum.

SEcundum capitulū eſt de tribus caſib⁹ non licitis in ſoccidis bonum.

Primus caſus eſt, quando quis locat boues ad medietatem. ſ. pro certis ſextarijs bladi eo. ſ. pacto, ꝙ ſi moriantur, vel deteriorentur, conductor ſubeat periculi medietatem. ſi autem meliorentur, habeat medietatem commodi. In hoc enim caſu, quia tradens boues ſub ſpecie locationis quaſi E mutuat, ſeu commodat boues ſuos: ideo in in tali locatione datur potior conditio locatori & deterior conductori: quia vix, aut nunquam poteſt habere conductor tantum commudum de melioratione boum, quantum poteſt habere damnum de morte ipſorum, niſi ſextaria, quæ pro conductione dimidij bouis darentur, ſufficienter æquiualerent conductioni quartæ partis. i. d. midij bouis, puta ſi bos ad arãdum pro anno ſufficienter pro quatuor ſextarijs conducatur, ꝙ dentur duo ſextaria pro dimidio bouis. Prædictorum ratio eſt, quia in hoc concurrit duplex cōtractus. vnus. ſ. emptionis medietatis bouis, propter quod medietas ta- F lis concurrit ad periculum ſuſceptoris. Secundus contractus eſt cōnductionis. ſ. alterius medietatis. ſi igitur pro expectatione ſolutionis pretij emptionis primæ medietatis non vltra iuſtum pretium conductionis ſecundæ medietatis grauetur, nulla eſt ibi vſura, nec etiam iniuſtum pretium. Si verò locator apponit prędictum pactum, quia timet, ꝙ conductor nimis grauaret bouem, ſi de huiuſmodi pacti periculo non timeret firmiterq; proponeret, quod ſi bos ſine cōductoris culpa aut nuntij eius pereat, nihil de illo periculo exiget ab eodem: tunc non eſt illicitum ex hoc reſpectu, ſed quia con- G tractus in forma vſurarius videtur. primo propter ſcandalum moraliter peccant, eo quod hoc ſcientes, quia rectam eius intentionem non vident, ſcandalū inde ſumunt. Secundò, quia eius hæredes etiam neſcientes eius intentionem poſſent repetere capitale. Si quis obſtet in præfato caſu non eſſe vſuram, quia conductor in ſe ſuſcipere poteſt periculum & fortuitos caſus rei conductæ quantum eſt de natura contractus. Dicendum, quod in præfato caſu ſunt duo cōtractus: vnus eſt locationis & conductionis: & alius eſt ſocietatis. ſ. in periculo, ac melioratione, & deterioratione bouis. H Contractus quidem ſocietatis de ſui natura exigit æqualitatem proportionis, ſicut patet in præcedenti ſermo. art. 2. c. 3. vnde quantum ego in ſocietate do, vel facio, tantum proportionabiliter inde recipiam. Si autem propter mutuum mihi factum pars ſocietatis meæ deterioratur, pro tanto eſt ibi vſura.

Secūdus caſus eſt talis. Pett⁹ tradit Ioan. duos boues ęſtimatos xx. florenis, vt. ſ. cum eis laboraret ad annum tali pacto, quod ipſe Ioannes teneatur eos fideliter enutrire expenſis

A expenſis ſuis, atq; in fine anni prædictos boues, vel extimationem prædictam cum quarta parte lucri, ſi inde lucratus fuerit, vel tantum minus ipſa æſtimatione, quantũ portat quarta pars damni, ſi inde ſuperuene rit damnum, tunc teneatur ipſi Petro dare vel conſignare, nunquid talis contractus li citus erit? Dicendum ꝙ iſte caſus eſt ſimilis illi, de quo in præcedenti ſermone dictum eſt, art. 1. c. 2. in caſu tertio. Proinde videtur hic dicẽdum, ſicut ibi dicebatur. ſ. ꝙ eſt illicitus. Eſſet autem licitus talis caſus, ſi adderetur in pacto, ꝙ ſi damnum aliquod ſine culpa ipſius Ioan. aut nuntij eius interuene B rint, quod ad ipſum Petrum integrè pertineret: nihilominus tale damnum Pet. à prædicto Ioan. non tenetur acceptare, niſi ipſe Ioan. per tres teſtes fideles de hoc faceret plenam fidem. Aduertendum eſt etiam, ꝙ prædicta debent intelligi ſm debitũ æquitatis: nam ꝙ deductis æſtimationibus operum & laborum ipſius debitoris expenſis factis de bonis eiuſdem & in bobus etiam in operatione eorum facta diligenti & fideli examinatione & æſtimatione, ſi quod ſupereſſe reperitur, id ſiquidem æſtimandum, ac diuidendum eſt.

Tertius caſus addatur, & pone ꝙ Petrus C tradit Ioanni vnam vaccam quinq; libris æſtimatam, cum tali. ſ. pacto, ꝙ ipſe Ioan. teneatur eam, & omnem eius fructum cum diligentia ſeruare & cuſtodire ſumptibus ſuis, fructumq; eius, & fœtum non alienare ſine licentia Petri, atq; de fructibus eius & fœtibus prioribus tantum Petro dare & cõſignare, donec ſit ſibi de prædicto pretio ſatisfactum integrè: deinde aſſignare ſibi dimidium in futuro de fructibus & fœtibꝰ talis vaccę: ſi tamen vacca vel eius fructus & fœtus culpa ipſius Ioannis, aut nuntij eiꝰ quocunq; modo perierint, ipſe Ioannes integrè reſtituere teneatur. Si autem diuino D iudicio, aut fortuito caſu ſuperuenerint antedicta, pertineat damnum ad ipſum Petrum: quęritur, quid iuris? Dicendum ꝙ talis contractus licitus eſſe videtur, ſm quoſdam. nam licet Pet. prius ſortem ſuam recipiat: tamen inconueniens non videtur, cũ in ſe ſuſcipiat periculum fortuiti caſus, & diuini iudicij. Sed verior ſententia eſt, quæ tenet, ꝙ talis contractus illicitus eſt: nã euidenter apparet, ꝙ potior eſt conditio locatoris, quã conductoris, quia poterit euenire, ꝙ poſtquã Pet. ſuam ſortem receperit, vacca cũ oĩ fœtu & fructu peribit. & ſic de oĩbus expenſis & laboribus habitis circa vaccam ipſe Ioan. nihil habebit, quod iniu E ſtum eſſe videtur: ideo verius dicendum eſt, ꝙ talis contractus illicitus eſt.

De tribus caſibus iterum licitis in ſoccidis boum. Cap. 3.

Tertium capitulum eſt de tribus caſibus licitis in ſoccidis boum. *Tres caſus liciti ſ ſoccidis boum.*

Primus caſus eſt iſte, locat Petrus Ioanni duos boues æſtimatos viginti florenis, cum tali pacto, quod vbi conſuetũ eſt dare pro duobus bobus duodecim frumenti ſextaria, det ſibi ipſe Ioan. octo, ita tamẽ F ꝙ ſtet ad periculum tertiæ partis boũ: nunquid licitum eſt contractus? Dicendum, ꝙ ſic, ſi tamen Petrus ſatisfacit Ioanni de ſuo labore: & tunc licitum eſt, ꝙ Ioannes obligat ſe ad periculum tertię partis boum: alias non.

Secundus caſus eſt, cũ Petrus locat Ioãni duos boues, paciſcens ſecum, ꝙ det ſibi ſextarium frumenti quolibet menſe, nec de periculo mentionem facit. In hoc caſu aduertendum eſt, quod ſi Petrus vult capitale habere firmum, tunc quidem vſura eſt: ſed ſi intendit fortuitum periculum in ſe ſuſcipere, tunc caſus licitus eſt. Sicut etiã eo- G dem modo hoc licitum eſt agere in vectura equi, ſi tunc inſuper morientur boues per Ioannis incuriam, eos ſatisfacere teneretur.

Tertius caſus eſt, emit Petrus duas vaccas, & eas tradit Ioanni ſub hoc pacto, ꝙ illas paſcat, & cum eis terram colat, ita tamen quod ipſe Petrus de primis fructibus illarum recipiat medietatem pretij earum: quo recepto medietas agricolæ, atque alia medietas ſit Petro, & æqualiter diuidantur fructus, hoc addito ꝙ agricola det quolibet anno vnum ſextarium tritici ipſi empto ri. ſ. Petro, qui terram colit ipſis vaccis: & ſi moriantur vaccę, æqualiter communicẽt H damnum: nunquid licet? Dicendum quod cõtractus licitus eſt: ſed magis eſt contractus locationis ſocietatis, quia locat vnam vaccam, quæ eſt ſua pro vno ſextario tritici annuatim, & pro paſtu vaccę: & fœtus eſt eius fructus: ſed de alia nihil recipit, quia non ſua, ſed agricolę eſt.

A **ARTICVLVS TERTIVS.**

De ſoccidis, quæ poſſunt fieri vario modo de ouibus, & etiam de bobus.

TErtio ſubdamus caſus pertinentes ſimul ad oues & ad boues, licet multi prædictorum caſuum ad hoc duplex genus animalium applicari poſſint, & de hoc ponuntur tantummodo duo caſus.

Duo caſus ad oues & boues.

Primus eſt, cum quis locat animalia pro certa quantitate frumenti, ſeu pro quacunque annua re: talis quidem contractus licitus eſt, dummodo conductor non grauetur
B ex immoderata mercede: licitum quoque eſt in tali contractu apponere pactum, ꝙ damnum & lucrum rei locatæ commune ſit: ſed non licet paciſci, ꝙ ſolum ſit conductoris, niſi de eo, ꝙ procedit ex culpa ſua.

Secundus caſus eſt talis: habet quis xx. capita, & tradit illa paſcenda & cuſtodienda ſub certa mercede pecuniæ vel participatione prouentuum gregis, ſic tamen ꝙ dominus retinet ſibi periculum capitum prædictorum: in tali quidem contractu nõ eſt vſura, quia in eo nulla interuenir ratio mutui. ſecus autem eſt, ſi dominus ſibi periculum non retineret: ſed conductori imputaretur, quia tunc contractus eſſet illicitus.
C Sed vt auidius & attentius mane diei ſequentis capiatis materiam impreſtitorum, ſeu locorum, ſeu montis, quę ampliſſima & difficillima, atq; vtilima & neceſſarijſſima vobis eſt: præmonitos vos eſſe volo, ac ad audiendum ſollicitos gratiam mihi veritatem huius rei aperiendi, & vobis ſeruandi præſtante Dño noſtro Ieſu Chriſto, qui cũ Patre & Spiritu ſancto in vnitate glorioſus triũphat & viuit in ſecula ſeculorũ, Amen.

DOMINICA V. in Quadrag. quæ eſt Domi. in paſſione, de mane.
D

De impoſitis Venetorum, & de monte Florentinorum, ac de Ianuenſium alijs locis, quæ idem in ſubiecto ſunt.

Sermo XLI.

REpromiſſionem accipiant, qui vocati ſunt æternę hæreditatis in Chriſto Ieſu Domino noſtro. *ad Heb. 9.* & in epiſtola hodierna: En aſſum heſternę promiſſioni fidelis, locuturus de materia impreſtitorum, locorum, & montis, E
quam vſq; ad hunc diem diſtuli, eo ꝙ eius dignitas ferialis diei non patiebatur moleſta breuitate arctari. Repromiſſionem ergo recipiant cum Apoſtolo, vobis loquor, qui vocati ſunt æternæ hæreditatis. hoc eſt per repromiſſionis obſeruationem, quam vobis vocatis feci in præcedenti die propter obſeruantiam eorum, quæ dicentur, conſequantur gloriam ſempiternam, quam omnes iuſti hæreditabunt in Chriſto Ieſu Domino noſtro. Res.n. quam præ manibus habemus apprime grauis eſt, atque dubia, & magnum vndiq; periculum profert. Non ſum ego profundi ſenſus, nec adeo perſpicacis ingenij, vt noui quippiam in hac ma- F
teria ex me adinuenire queam: ſed eſt fons indeficiens ſapientiæ Dei, qui fidelibus, atque Doctoribus ſuis patet: de quorum riuis haurire intendo, ex me non audens in tanta re, tamq; dubia aliquid temerariè diſfinire: vnum tamen fidenter dico, ꝙ ſicut Prouer. 11. Salomon dicit: Qui timet laqueum, ſecurus erit. & Pſal. de homine iuſto inquit: Poſuiſti firmamentum eius formidinem. ſ. in materia occurrenti: & quodlibet prædictorum poteſt eſſe thema in præſenti ſermone. Ad rem deniq; veniamus, verba ſtatuti ciuitatis Florentię circa materiam montis. Ad intelligentiam igitur di G
cendorum notandum eſt, ꝙ montis de Florentia caſus ſeries talis eſt: Communitas Florentina pecunia egens imponit quædã onera ciuibus ſuis, quæ vulgariter preſtantiæ nuncupantur: & ad has ſoluendas omnes ciues ſuos compellit. Statuit quoque vſquequo reſtituat ſortem ipſis creditoribꝰ dari vltra ipſam ſortem quinq; pro centenario quolibet anno: ex hoc.n. quinq; contingit, ꝙ prædictis creditoribus, vel ab eis iura habentibus tantum reſponſum fuit de acceſſione prædicta, atq; per tantum tempus, ꝙ aliquando acceſſio adæquata eſt ſorti, aliquando nõ in totum, aliquãdo inſuper ip- H
ſam excedit ſortem. Cæterum ad conſcientiarum exonerationem ſtatuit ipſa ciuitas, ꝙ quicquid prouiſum eſt per ordinationẽ prædicti Cõmunis dari debere talibus mutuantibus pro dono damni & intereſſe, ſeu pro prouiſione vel merito dictorum creditorum intelligatur debere dari & recipi, & detur & recipiatur, & peti & recipi poſſit pro ſpontaneo, libero, & mero dono, & donationis titulo, & taliter recipiat, & recipere intelligatur quilibet talis creditor à Communitate prædicta: & hoc pro damnis

De præſtimonijs, et de cãbijs vide quæ diffuſe habent oẽs Sũmiſtæ, Angelus, Silueſter, Antonina & Tabiena, vide & tractatum Gaetani.

Mõtis de Florentia caſus ſeries talis eſt.

nis

A nis & intereſſe, & pro aliqua remuneratio-
ne diſcreta, atque ita & taliter illud totum
recipiat vnuſquiſq; creditorum, prædicto-
rum, ſicq; petere & exigere valeat, ꝙ nullo
modo quo ad conſcientiā, nec quo ad mun
dum reſtituere obligetur. Statuit quoq; il-
lud ſic receptum abſq; vlla alia liberatione,
vel ſine per dictam ciuitatem fiendam ſine
vllo conſcientię ſcrupulo, vt ſibi verè dona
tum in perpetuum valeat retinere. Super-
addidit etiā ꝙ præſens prouiſio & omnia
& ſingula in ea contenta in prædictorū cre
ditorum fauorem ſingulis diebus pro fu-
turo tempore, donec per ciuitatem prædi-
B ctam fuerit renouata, intelligatur ſingulis
diebus & horis ſingulorum dierum de no-
uo condi & renouari, & de nouo condita
& renouata: & ſic effectum ſuum ſingulis
dictis horis & temporibus ſortiatur, atque
lex præſens loquatur, ac ſi ſingulis vicibus
& temporibus condita eſſe, extendendo
etiam eas ad quantitates in præteritū iam
receptas per quoſcunq; creditores ciuitatis
prædictæ. ſ. ex cauſis memoratis. Item quod
ſibi ſolum vendicet locum in ciuibus ciui-
tatis prædictæ & diſtrictualibus ſuis, ita ta-
men ꝙ per hoc non præiudicetur ciuitati
prædictæ in aliquo iure ſibi q̃ ſito, ſeu quæ-
C rendo in poſterum vigore alicuius vltimæ
voluntatis ſactæ vel fiendæ. Inſuper ciuitas
præmemorata ſanciuit huiuſmodi credita
cum iure percipiendi tales acceſſiones &
fructus in alios poſſe alienari, cum hoc ni-
hilominus pacto, ꝙ ciuitati liceat redimere
dictum debitum creditori ſoluendum pro
pretio & redemptione dicti iuris ad ratio-
nem 28. vel 30. &c. pro 100. & ꝙ talis cre-
ditor teneatur ad dictam rationem reuēde-
re dicto Communi ad omnem voluntatem
eius, remanēti venditori prædicto lucro fa-
cto vſq; ad tēpus dictæ venditionis: & ad
hoc ſæpe ſæpius ſtatuit vel cōſtituit ſupra-
D dictum ad liberandū, & per illum liberant
oēs. hæc licet taliter qualiter dicta ſint, ver
bis ſtatuti morem geſſi: conſimiles quoque
cōtractus in Ianua, & in Venetijs frequen-
tantur. Additur quoq; in Venetijs, quia ei⁹
ſtatus ſecurior eſt, ꝙ multi domini diuites
& magnates dubitantes de inſtabilitate ſui
ſtatus voluntariè ponunt ad impreſtita pe-
cunias multas: ex hoc prouidere volen-
tes ſibiipſis & ſuis filijs in ſtatu, in quo ſta-
tu perderent, aut eis conſilia aduerſa veni-
rent. Quidam quoq; licet videantur cogi
prædictas pecunias ſoluere, non tamen ex
ciuitatis charitate, ſed ex ipſa cupiditate
ponunt eas quandoq; propter magnitudi- E
nem lucri, quia quādoq; dantur decem, vel
octo pro centum. variantur tamē nomina
horum contractuum in ciuitatibus prædi-
ctis: nam in Florentia vocantur mons: in
Ianua dicuntur loca: in Venetijs vero im-
preſtita nominantur. Tria igitur hominum
genera hos contractus frequentant, ſicut
per experientiam patet: primi ſunt coactè
ſoluentes, ſecundi ſponte ponentes, tertij
verò liberè ementes: & de his tribus tres
concluſiones per ordinem ſubiungamus.

Articvlvs Primvs. F

In quo oſtenditur quare mutuare coactus licite exigere poteſt intereſſe damni & probabilis lucri.

PRimo quidem tractandum eſt de
his, qui coactè ſoluunt, de quo ſit
concluſio talis: preſtare coactus
licitè pōt exigere intereſſe dam-
ni & probabilis lucri. Ex hac quidem con-
cluſione talis veritas, ſeu correlariū ad pro
poſitum elici poteſt, ꝙ coacti per Venetos,
Ianuenſes, & Florentinos preſtare, Cōmu-
nitati pecunias licitè poſſunt pro ſuo inter- G
eſſe aliquid recipere vltra ſortē. & hoc ex
triplici ratione. Primo ratione dominij cō
pellentis, ſecundo ratione damni emergen
tis, tertio ratione lucri ceſſantis. quarto in-
ſuper ſubiungamus, in quibus caſibus ius
prædictorum denariorum ſic coactè ſolu-
torum licitè transferri poſſit.

Quod coactio voluntatis in mutuo facta excuſat accipere aliquid vltra ſortem. Cap. 1.

PRimo quidem prædictis ciuibus H
licet aliquid accipere, vltra ſortē
ratione dominij compellentis.
Poſſunt quidem prædictæ ciui-
tates rationabili cauſa requirente, & maxi-
mè pro Reipublicę defenſione, vti perſo-
nis ſubditorum ſuorum, multo fortius pe-
cunijs eorum: nam & ſi ad generalem col-
lectam cameræ fiſcali applicandam nemo
imponere poſſit ſine Principis permiſſio-
ne, vt l. 1. C. de exac. trib. lib. 10. & eo. lib. de
excu. l. placet. tamen collectam ſpecialem
vnaquęq; ciuitas & vniuerſitas pro neceſ-
ſitate ſibi incumbente indicere poteſt, vt

Præſtat coactus et quomodo An liceat aliqd accipere vltra ſortē.

A l. omnes. C. de ope. pub. de quo eſt clare notabilem glo. in l. 1. §. ꝙ ſi nemo. ſuper verbo, procóſul. ff. quod cuiuſq; vniuer. nomi. & hoc Legiſtæ tenent. Ex dictis, atq; experientia demonſtrante patere poteſt, ꝙ tales ciues ad talia ſoluenda onera, & poſſunt cogi, & de facto coguntur. Hæc quidem coactio & violentatio de ratione mutui multum aufert, intantum quod verius dici poſſet dominatiua coactio, vel tyrannica rapina, quam ſolutio ciuium voluntaria. Dominatiua quidem coactio quando Communitas, ſeu Rex ex iuſta cauſa cogit ciues ad præſtandum pecuniam, ſeu bladum & ſimilia. Tyrannica verò merito tunc dici pôt,

Coactio dominatiua.

B quando hoc fit ex cauſa irrationabili & iniuſta. hæc ratio videre meo, multum ponderanda eſt: quam tamen multi non ponderantes deuiant à veritate iuris, grauantes, ꝙ minimè grauandum eſt: cum enim de natura vſuræ ſit, ꝙ fiat in mutuo volũtario, & non in coacto, & in facto hoc coguntur ciues. Sequitur ꝙ tale violentum mutuum, non vitium vſuræ ſapiat, ſed mutuantem ad poſſe intereſſe recipere iuſtè diſponat. Prçterea qua lege prohibente non poteſt ciuitas licitè ſuadente ratione, iuſtitia & honeſtate releuare ſuos ciues, ſicut comprimere & grauare: poteſt grauare, poteſt & releuare: vult grauare, vult & releuare: volun-

Violentũ mutuum.

C tariè grauat, voluntariè releuat: ei licet ciues ſuos grauare, quare non liceat etiã releuare? cũ generalius licitè poſſit ciues ſuos releuare potius quam grauare. verbi gratia, ſi eos vt faciant iniuſtum bellum grauat, iniuſtè grauat, & tamen taliter coactos ſi de iuſto lucro præmiat, iuſtè remunerat. Ex quo patet ꝙ grauare quandoque licet, quãdoque non, licet remunerare generalius licet. Præterea tanta eſt in tali Cõitate, & in grauando & in releuãdo volũtas libera, ꝙ pecunia habita in tali coactione, nec repeti pôt, nec ex ea ſp idẽ pretiũ datur: ſed qñq;

D maius, quandoq; minus, ſm meliores, vel deteriores ciuitatis cõditiones. Ex hoc patet, ꝙ tales ciues coacti aliqd recipere poſſunt à tali Cõitate, qa coactio excuſat eos. facit ad hoc ext. de re. iu. ꝙ nõ. vbi dr, ꝙ nõ eſt licitũ in lege, neceſſitas licitũ facit. Ex hoc patet de conſe. diſ. 5. c. diſcipulos. & 2. q. 1. c. ſicut eadẽ cauſa. vbi dr, Neceſſitas legẽ non habet. nec tales hoc modo grauati poſſunt de ſuo damno aliter prouidere niſi accipiẽdo qđ à Cõitate voluntariè offerẽ, ſeu vendendo, qđ quidẽ inſuper eſt damnoſum, cũ centũ vendatur quãdoq; pro xxvij. quãdoq; aũt plus, quandoq; vero minus.

E Præſentem tamen rõnẽ non pondero multũ, licet a pleriq; in tali caſu ſoleat aſſignari, cum ẽt adduci poſſet pro libero mutuante. Nec obſtat ſi quis obijciat, ꝙ talis modus à Cõitate ordinatus inuitat hoies ad peccandũ, eo ꝙ inducat ciues ad ſperadũ & ad recipiendũ pluſquã dederint & vltra ſortem. Ad qđ dicendũ, ꝙ hoc tunc verũ eſſet, qñ ſoluens ſpe lucri principaliter moueretur: ſed tales ſoluentes nõ principaliter ſpe lucri mouẽtur, ſed ſecũdaria ſpe moueri poſſunt, q̃ quidem ſpes non facit vſurariũ, iuxta not. per gl. in c. cõſuluit. ext. de vſu. Inſuper idem declaratũ eſt plenius ſup. ſermo.

Reſolutio dicendorum.

F 37. art. 3. c. 2. Et quis quæſo experientia teſte, quæ magiſtra oium eſt, de electione. quã ſit, li. 6. quis inquam primaria ductus intentione ad quinq; pro centenario Cõitati voluntariè mutuaret, cõſiderato ꝙ longè plus lucraretur exponendo eos in alios vſus licitos & honeſtos, vbi haberet denarios ſuos etiam tutiores. Cũ etiã ſi vellet vẽdere centũ mutuata Cõitati, non centũ, ſed xxv. vel xxx. tm̃ poterit rehabere, cũ ſi emeret centũ poſſeſſionẽ vel domũ, cõiter tantũdem reuendere poſſet. nec inſuper obſtat, ꝙ coacta & inuita Cõitas ſoluit, vt dicunt quidã, cũ minimè cogi poſſit à ſubditis ſuis. ſoluit

G .n. voluntariè iuſta, rõnabili & honeſta cauſa regulata, ſicut in principio huius ſermonis patet. Inſuper ſi ſolueret ẽt inuitè, non conſtat creditoribus ſuis, maximè cum in reformatione ſua, ſicut ſup. in principio patet, contrarium Cõitas aſſeueret. & non in certis, ſed in dubijs locus ſit coniecturis. ff. de verb. obl. l. continuus. §. cum ita. cũ concor. ſuis. Notandum eſt tamen, ſm Fredericũ de Senis, ꝙ ſi poſt coactionem quouis caſu contentatur quis eſſe creditor alicuius, vt. ſ. gratia mutui recipiat vltra ſortem; vſurarius ſit: quoniam ſola ſpe, ſeu intentione aliquid recipiendi vltra ſortem gratia mutui vſurarium facit. tamen ſi tales recipiũt

H quinque velut gratuitum donum, ſperantes recipere illa, non propter mutuum, quamuis mutuum in cauſa ex parte Communitatis, ſed illa ſperat tanquam à perſona grata pro ſeruitio ſibi facto, minimè vſurarij dici poſſunt. concor. cum hoc Tho. ſecunda. ſecundæ. q. 77. articu. 2. faciunt ad hæc, quæ dicta ſunt ſupra, ſermone 36. artic. 3. cap. 4. de intentione. Inſuper addi poſſunt ad ſententiam Frederici, quæ de intentione antecedente & ſubſequente & conſequente dicta ſunt ſermone 37. cap. vlt. Ex his patet, ꝙ præ-

A quòd prædicti ciues ſic coacti poſſunt prædicta recipere ultra ſortem. pateat hoc etiam per exemplum: pone quòd quis vult vel pecunijs ſuis in mercantia, nec illam propoſuerat mutuare: denique ab amico requiſitus inſtanter, quod vſque ad certum tempus ſibi mutuet pecuniam illam, ex charitate ſibi liberè mutuat eam abſque omni fraude vſurarum: addito tamen quod prædictus ſi in termino ſtatuto non ſoluat, tantum teneatur ſoluere ultra ſortem. Tali vtique caſu elapſo termino & mutuo non ſoluto poteſt mutuãs exigere & recipere prędictam pœnam a creditore ratione ſui in-

B tereſſe: ſi, vt prædictum eſt, pœna non ſit appoſita in fraudem vſurarum. extra de arbit. cap. dilecti. & 12. quęſt. 2. fraternitas. ſed de hoc latius in ſequenti ſermone, articulo tertio, capitulo primo dicetur. Et ſi in prædicto caſu licet, vbi non multa uiolentia patet, niſi detentio rei ultra terminum conſtitutum contra domini voluntatem: quanto magis licebit ciui ratione intereſſe ſumere antedicta, cum pecunia ſua, & contra uoluntatem ſuã & auſertur & detinetur, quaſi ſemper non tantum per aliquot tempus, ſicut in præfato caſu detinere videtur. Aliud quoque exemplum ſimile ſubiungamus:

C creditore damnificato ex longa mora ſolutionis ratione damni poteſt aliquid accipere vltra ſortem. extra de fideiuſ. cap. peruenit. ergo & mutuare coactus tali coactione, quod nunquam redditur ei capitale: & ex his non parum damnificatus poteſt recipere vltra ſortem. Conſequentia patet: nempe ſi quis illorum duorum crimen vſurarium deberet incurrere: is quidem, qui voluntariè mutuaſſet, potius incurreret illud crimen, quam qui mutuaſſet inuitè: eo quod, ſicut dictum eſt, nullus uſurarius effici poteſt, niſi uolens dare mutuum ad vſu-

D ram, quemadmodum Lucæ 6. capi. Dominica verba ſonant: Mutuum date, nihil inde ſperantes. Aſſecutat quoque plurimum a Communitate tale premium recipientium mentes, quod tale lucrum ab illa donatur ſponte. nam, vt dicit canon, oblatio nullam culpæ maculam ingerit, quæ non ex ambientis petitione proceſſit, vt dicitur. 1. quęſt. 2. c. ſicut epiſcopum. & cap. cauſa. & q. in c. quam pio. & decima-tertia, quęſtio ſecunda. queſta.

Pōſandũ illud verbum nihil inde ſperãtes non dicit accipientes ꝙ maius eſt quia ſi ex mutuo nõ licet ſperare multominꝰ licet accipere.

Quod coacti mutua dare ratione emergentis damni poſſunt licitè aliquid recipere vltra ſortem. Cap. 2.

E Secundo quidem ciuibus antedictis licet aliquid recipere vltra ſortem ratione damni emergẽtis, quod videlicet ſibi peruenit eis ex ſolutione præſtantiarum: hanc nempe rationem intantum experientia monſtrat, ꝙ omnino negari non poteſt: quot etenim ciues antedictarum ciuitatum propter onera prædictarũ præſtantiarum intelleximus ſua mobilia & immobilia diſtraxiſſe? quot ditiſſimos ad paupertatem, immo quandoque ad mendicitatem deue-

F niſſe? quot orphanos, viduas & pupillos totam ſuam expoſuiſſe ſubſtantiam? Proinde mirum non eſt, ſi prædictæ ciuitates taliter ſtatuerunt quod habite reſpectu ad quantitatem pecuniæ mutuatæ aliqua quota talibus ſoluentibus detur in euitationem emergentis damni. Præterea a præ[d]ictis, communitatibus tali modo mutuare coacti, & ex hoc damnificati, ſuæ vtiq; indemnitati prouidere non poſſent, ſi nõ liceret eis aliquid

G recipere ultra ſortem. Inſuper ꝙ ſine peccato ſuo ſed artatus a ſuo ſuperiore, qui vt ſupra patuit, eum artare poteſt: homo non habeat uiam iuris, vnde ſibi ſatisfaciat & ſatisfacere poſſet de damno ſuo: nimis vtiq; uider durum, nec alius modus eſt, nec magis conſonus iuri & rationi, q̃ ꝙ ipſa communitas, cuius cauſa ciuis talis damnificatus eſt, ſatisfaciat competenter: & hoc non ex ſolo habito capitali, quoniam adhuc remaneret damnum: ſed per id, quod ultra capitale fit: ad hoc autem de iure tenetur: facit ad hoc extra de fideiuſ. ca. peruenit. Amplius non ob aliam cauſam in alijs contractibus conceditur, quod quis poſſet recipere vltra ſortem, niſi ratione intereſſe, ideſt

H euitandi damni, ſicut in ſequenti ſermone plenius apparebit. igitur ſic in propoſito ſieri licet. Pateat hoc etiam per exemplũ verbi gratia, ſi per potentem dominũ & ſuperiorem meum aut per inuaſores ſtratarum, aut per prædones me dãnificari contingat: licet non poſſim facere ꝙ ferueꝛ indemnis de facto: nihilominus habeo ius, ex quo habeo reſtitui pro damno meo: & ſi reſtituit, licitè recipere poſſum quod mihi reſtitui debet. Sic utique in caſu noſtro contingit, quia prouidetur ciui a cõitate ꝑ dãno ſuo. Item talis communitas per experientiã clarè intelligens talibus præſtantijs damnificari ciues ſuos, ne per defectũ mẽbrorum peccat

Licet aliquid accipere vltra ſortem reſpectu dãni emergẽtis uel lucri ceſſantis. Vide Nauarũ in ſuo Manuali in tracta. de cõtractib. Caſus notandus.

A pereat totum corpus, dictante ipſa lege naturæ, q corpus ſubueniat membris, ſicut & corpori ipſa membra: ſponte & liberè tanquam pia & diſcreta ſuorum ciuium mater, prouidet emergenti damno ciuium ſuorū, ſtatuendo q quilibet ciuis pro centū annuatim habeat quinq;, & de ſuo liberè diſponere poteſt. igitur & ciues poſſunt illa recipere hoc modo: nec videtur ad hoc ſufficiens impugnatio contra prædicta: ſed hæc ratio procederet hoc modo pro dāte ciuitati mutua etiam ſponte. Item communitas pro libito minimè diſponere poteſt contra diuinam legem, ſicut plenius in ſequenti articu-

B lo apparebit: quare hoc aſſumptum, ut hic aſſumptum, poſſet eſſe dubium vniuerſaliter ſumptum.

Quod mutuare coacti licite poſſunt aliquid accipere vltra ſortem ratione ceſſantis lucri. Cap. 3.

TErtio vero ciuibus ſupradictis licet aliquid accipere vltra ſortem ratione ceſſantis lucri: ponatur ſimile. népe ex retentione debiti uel mutui vltra legitimum tempus a dn̄o præconceſſi impediti a lucro, quod licitè negociādo uel alio modo

De lucro ceſſante apud mercatores.

C licitè lucrati fuiſſent: licitè exigere ſeu recipere poſſunt recompenſationem ſui damni & ceſſantis lucri ſm̄ diſcretum iudiciū prudentis uiri conſiderantis, ſi uel quātum eo tempore alij ſimilem negociationē uel artē exercentes cū æquali pecunia lucrati eſſent. Inſuper arbitrari deberet, an illi fuiſſent nō mutuando, ſed aliquid iuſtè agendo lucrati, vel non. Non tñ dico q talis retinēs obligetur ſatisfacere totum lucrū, quod ex tunc illis probabiliter proueniſſet, ſi eam habuiſſent: immo tm̄ inde ſubtrahi deberet, quantum perditionum dubietas in mercationibus uel emptionibus contingentium, pen-

D ſanda eſſet & peritorum iudicio probabiliter æſtimanda. hæc eſt cōis ſententia peritorum, ſicut latius dicetur ſermone ſequēti arti. 2. c. 3. Præterea amiſſio talis lucri quædā damnificatio eſt hmōi præſtitoris: & ideo eo ipſo q mutuans poteſt iuſtè exigere, intereſſe emergentis damni, ſicut in præcedēti c. oſtenſum eſt, pōt iuſtè exigere damnū æquiualens damnificationis prædictæ ceſſantis lucri. Si igitur in hoc caſu cuilibet licet aliquid dicto modo accipere ultra ſortē: eadem utiq; ratione prædictis ciuibus licitum eſſe euidenter apparet. probo etiam, q eis magis liceat quam prædictis: nam diſcreta ratio dictat, q in propoſito caſu poſt E quam capitale uiolenter detentum non potuit ipſi præſtitori vel mutuāti perdi, vel periclitari: ſicut poterat in mercādo vel negociando. Ideo tm̄ debet ſibi ſubtrahi de ratio nabili probabili lucro, quantum præponderat incertitudini certitudo præfata. Sed ciuibus antedictis non tantum aufertur & retinetur: ſed etiam nunq̄ redditur capitale eorum: quapropter pinguiorem remunerationem quā præfati merito ſuſcipere poſſunt. Si quis autem obijciat, q pecunia quam cōmunitas debet, non valet niſi ſeipſa nec ex ſeipſa poteſt fieri lucroſa. Dicendum, q pecunia illa domino ſuo veriſimiliter valuiſſet plusq̄ ſeipſam propter induſtriam, qua illa fuiſſet uſus: non ſolum ad præcauenda damna, quæ ſibi ex eius abſentia contigerunt: ſed etiam ad lucra per mercationum induſtriam cumulanda: & non ideo habuiſſet ex ſe, ſed ex induſtria domini ſui. & ideo receptor pecuniæ non ſolum priuat dominum ſuum pecunia ſua: ſed etiā toto uſu & fructu exercitandæ induſtriæ in illa ſeu per illam. Si quis ſecundo obijciat, q pecunia illa a cōitate ſic ablata atq; retenta nō habet aliquam mutui rationem: non enim habet rationem capitalis, ſeu depoſiti: ſed ex mutuo nullum lucrum creditor ſortiri poteſt G quin vſurarium eſſet, ac per conſequens & indebitum. igitur &c. Rn̄deri poteſt, quod licet pecunia illa non habeat realiter vim capitalis: habet tñ iterpretatiuè ſeu ablatiuè: quia ex quo dn̄s uſus fuiſſet illa ut capitali ſuo, cōitas non abſtulit ſibi ſolam ſimplicē pecuniæ rationem, ſed & rationem etiā capitalis, & ideo ſibi tenetur tanquam de capitali, & ex tali ratione cōitas ſatisfacit ciuibus ſuis. De hac materia plus dicetur in ſequenti ſermone, arti. 2. c. 3. Nec inſuper obſtat, ſi quis tertio obijciat quod nō uidetur eſſe intentio communitatis remunerare ciues ratione intereſſe damni emergentis, H aut lucri ceſſantis. nam ſi prædicta intentio remuneraret amplius remuneraret eum, q magis damnificatus eſſet quā q minus: cuius contrarium manifeſtè apparet. Ad hoc dicitur, quod ſi hoc poſſibile eſſet, æquum utique foret: ſed cum hoc impoſſibile ſit de quolibet particulariter ad cōmunitatis notitiam peruenire. Inſuper ſi de quibuſdam notitia foret, ne inuidiæ liuores & ſcandala in populo orirentur de imparitate ſolutionis & ſatisfactionis: ideo pro communi bono ſanciuit q pari ſatisfactione remunerētur, & hoc vtiq; bonū eſt, ar. extra de cōſtit. cum

De lucro ne contingat error attendendum eſt q lucri 18 et finis debent eſſe ſub fine cęleſte. Vide Gerſ. part. 1. de laude ſcriptorum et de lucro turpi vid. Gab. li 4. di 15. q. 13. art. 1. Tho. in 4. ſcripto di. 15 q. 8. ar ti. 2. Alexā de Aleſ. par. 4.

Obiectio.

Solutio.

A cum omnes.cum ibi nota. 50.diſ.vt conſtitueretur. Ad quod nota. de regulis iur. qui ſcandalizauerit.in glo.Simile quidem uidemus in collegio magiſtrorum & ordinatorum: ꝙ qui prior eſt in tempore, prior eſt in ſede. Quotiens igitur per experientiam videmus magiſtrum uel Doctorem præcedere alios plures, qui vtique dignus non eſſet ſoluere corrigiam calciamentorum illorũ. hæc probantur extra de maio.& obedi. c.1. & cap.ſtatuimus.& vtrobique cum ſuis cõcordantijs multis.

Articvlvs Secvndvs.

B *Quod illicitum eſt aliquid accipere vltra ſortem his qui ad dicta impræſtita denarios voluntarie ponunt.*

SEcundo tractandum eſt de his, qui in dicto monte ſeu impręſtitis ſiue in locis ſponte denarios ponunt, licet talis modus rarius obſeruetur. nam communiter volentes talem contractũ facere emũt ab his, qui tales denarios ibi habent & uẽdere volunt, & de his & circa hoc proxenetæ habẽtur, vel a communitate tanquam ab alijs ſolent emi, quod idem eſt quod ſponte ponere. C Et de hoc talem ponamus concluſionẽ, *Concluſio* videlicet ſponte ponentes pecuniam ſuam ſuper impræſtita & loca & ſuper Florentiæ montem, & ex pacto ultra ſortem aliquid recipientes, vſurarij ſunt, & reſtituere obligantur. Pro hac concluſione lucidius declaranda circa eam quadruplicem intẽtionem conſideremus. prima eſt intẽtio charitatis, ſecunda eſt intentio cupiditatis, tertia eſt intentio contrarietatis, quarta eſt intentio veritatis.

D *Quod in feruentis charitatis intentione ſponte mutuat ſuæ communitati liberè ſibi oblata ab ea etiam ultra ſortem licitè recipere poteſt. Cap. 1.*

PRima eſt intentio charitatis. Circa hoc aduertendum eſt, ꝙ poſſunt eſſe quidam, licet rari, veri reipublicæ amatores, qui videntes imminentes neceſſitatem ac pericula ciuitati ſuæ ſponte ex charitate ſaltem principaliter mouentur ſuam pecuniã mutuare cõitati ſuæ: & de talibus non loquitur concluſio antedicta. Nã tales licitè recipere poſſunt, quod ſpõte eis a cõitate offertur, ſicut *Senſus cõcluſionis.* & ij, de quibus dictum eſt in arti. pręcedẽti. E Nam non minus pręmiari meretur uoluntaria charitas q̃ coacta neceſſitas, eo ꝙ non minor ratio eſſe poſſit & damni emergẽtis & lucri ceſſantis in uoluntaria charitate, q̃ in coacta neceſſitate. vnde 2. ad Corinth. 9. Apoſtolus ait: Hilarẽ datorem diligit Deus. et habetur etiã hoc. 28. q. 1. ſic enim. vbi de hoc latius textus poſitus eſt. Si tamen ſponte mutuans credit ſuam communitatẽ, aut dominum propter exercẽdam iniuſtã guerram, aut aliam iniuſtitiã cauſam tali pecunia indigere, tunc ſponte talibus pecuniam mutuare eſt omnibus malis inde ſequentibus efficacem cauſam miniſtrare: & tunc nõ ſolum non poteſt licitè aliquam remunerationem inde accipere, F verum etiam oĩbus dãnis & malis, quæ ſine ſuo tali fauore data non fuiſſent, nec facta, iuxta poſſe ſatisfacere obligatur, iuxta illud extra de iniur. & dam. da. in c. ſi culpa. vbi dicitur: Qui occaſionem damni dat, damnũ dediſſe uidetur. Sed incidit dubium circa prędicta, quod de facto quotidie accidit. *Dubium.* pone ꝙ imponit impræſtantiæ onus cum incremento conſueto vel condecenti per illos recipiendo duntaxat qui ſoluerint infra certum tempus: nunquid infra dictum certũ tempus ſoluentes, qui alias infra illud tempus vtiq; non ſoluiſſent, G peccent intm̃ ꝙ percepta reſtituere obligentur? Similiter pone, ꝙ etiã quotidie contingit fieri, de menſe Nouembris indicitur onus atq; ſtatuitur ꝓ his, qui ſoluerint infra menſem, ꝙ in Cal. Ianuarij incipiat lucrum dictum: qui vero ſoluerint poſt dictũ menſem, incipit in cal. Septembris: peccantne ita ſoluentes, qui aliter infra illum menſem non ſoluiſſent: Dicendum ſ̃m quoſdã, *Solutio.* ꝙ ex quę mutuũ, quod eſt in hoc caſu principale fundamentum atq; ſubiectũ, non eſt ex intentione corruptum: quia tales ex charitate mouentur, vel ſaltem non primaria intentione lucri: aut fuerunt coacti, ſicut patuit in articulo præcedenti, H ideo non corrũpitur ædificium ſuperædificatum, ſeu qualitas ſubſequens inde: quę eſt ut percipiat uel citius accipiat prædictũ lucrum: propterea non poteſt dici ibi eſſe vſura. probatur inq̃. Nam ex hoc tale lucrum licitũ eſt, ideo non eſt licitum illud deſiderare: quod quidẽ per ſimile intelligi poteſt: verbi cauſa, donat mihi cõitas M. ſi infra menſem ad exercitũ vado, aliter non: aut mihi etiam donat M. recipiendo infra ſex menſes, ſi infra mẽſem ad exercitum pergo: ſi aũt poſt menſem, quinquaginta tm̃, ſed. M. infra annũ percipiẽda.

Nempe

A Nempe ſi vt illa citius conſequar, ſeu vt illa alias non conſecuturus acquiram, migrauero infra menſem, nullam tunc cõmitto uſuram ſeu pc̃m. Nec obſtat, ſi dicatur hic non eſſe mutuũ, ſicut in caſu noſtro: quia ex quo ſicut dictum eſt, licitum eſt lucrum ratione dñij cõpellentis & damni emergentis & lucri ceſſantis: ideo inter hunc caſum & illum in principali radice nulla eſt cõ diuerſitas. igit̃ & nulla alteratio in diſpoſitione iuris.

Multiplici argumento probatur ꝙ ſponte ponens denarios ad præſtita ex intentione cupiditatis nihil inde recipere poteſt. Capitulum 2. B

Spontè ponentes denarios ſuper mõtes ſperantes aliqđ accipere ultra ſortem vſurarijs ſũt multis rationibus. Primo.

SEcunda intentio eſt cupiditatis. Circa hoc notandum eſt, ꝙ ſponte ponentes denarios ſuper montes ſperantes aliquid accipere vltra ſortem, vſurarij ſunt: & hoc quidem probatur multiplici argumento vel ratione. primo ratione intentionis, ſecundo ratione particularitatis, tertio ratione trãſlationis, quarto ratione infructuoſitatis, quinto ratione prohibitionis, ſexto ratione ſimilitudinis, ſeptimo ratione dubitationis. Primo inquam ratione intentionis. C ſ.cupiditatis: quam qui habet dans ſponte mutuum, cõitati.ſ.cum intentione principali remunerationis, vſurarius eſt, etiamſi nulla pactio de hoc exterius interuenit, ſicut patet extra de vſur.c.cõſuluit. Et quicquid ex mutuo illo receperit, reſtituere obligat̃ ſi poteſt: & ſi non poteſt, mortaliter peccat, ſi ſatisfacere cum poterit, non opponit: & hoc ſiue intentio ſupradicta ſit mutuũ añs, ſiue ſubſequens, ſiue cõſequens, ſicut ſupra ſermone.37.arti.3. & ca.3. plenius dictum eſt. Nam omne lucrum ex mutuo principaliter intentum, vſura eſt, ſicut latius patet ſupra in ſermo.36. arti.1.ca.3. in deſcriptione D vſuræ. ſed illud lucrum eſt ex mutuo principaliter intentũ. ergo eſt vſura. Secundo probatur rõne particularitatis. nã prædicta vendicant ſibi locum, cum perſona particularis atq; priuata mutuat alteri perſonæ priuatæ. ergo multo fortior de illo, quæ mutuat communitati: qm̃ magis peccare uidet̃, qui fœneratur cõmunitati, cui amplius obligatur, quam quæ fœneratur ſingulari perſonæ. Proinde Auguſtinus ait: Charitas communia proprijs, & non propria communibus anteponit. & in c. bonæ de poſtu. pręla. Magis enim intendendum eſt bono cõmunitatis, quã perſonæ particularis: ac per conſequens magis tenetur homo gratis mutuare & benefacere communitati ceteris paribus, quam ſingulari perſonæ. ergo contrarium facere maius peccatum eſt. E Tertio probatur hoc ratione tranſlationis: quia talis mutuans in communitatem dominiũ pecuniæ illius transfert: & per conſequens pecunia illa nõ remanet ſua, vt in l.ij.ff.ſi cert. pet. ex quo ſequit̃, ꝙ ſi pro pecunia illa aliquid recipit vltra ſortẽ: recipit de non ſuo, ideo uſurarius eſt. hæc quidem conſequentia patet, qm̃ ſupra in ſermone.38.arti.1.per totum, eſt plenè monſtratum per xij. rationes, quare etiam in lege naturæ uſura prohibita ſit: inter quas in 8.cap. ratio aſſignatur, F ꝙ prohibita eſt eo ꝙ mutuans antedictus recipit fructũ de eo, quod non eſt ſuũ, quod vtiq; facit mutuans antedictus: ideo vſurarius cenſendus. Quarto probatur idem ratione infructuoſitatis. pecunia quidem non eſt apta nata facere fructum, ergo talis quærit fructum de eo ꝙ non eſt aptum natum facere fructum, vt ponit Innocen. in rubrica de vſur. Ex quo ſequitur ꝙ iſte, qui non coactus liberè ponit, vſurarius eſt. conſequentia tenet ex præcedenti motiuo. hoc quoq; argumentum roborari poteſt per dicta in ſermone.38.articulo primo. ca.2. vbi ponitur ſecunda ratio, quare vſura eſt cõtra legem naturæ. G Quinto quoque probatur ſ.hoc idem ratione prohibitionis: Lucæ etenim 6. præcipit Dñs dicens, Mutuum date, nihil inde ſperantes ergo mutuans obligat̃ nihil inde ſperare ſeu recipere vltra ſortẽ: ex quo verbo ortum habuit.ca.cõſuluit. extra de vſur. & ibi allegatur prædictum Dominicum verbum. Sexto inſuper probat̃ ratione ſimilitudinis. nam ſi quis ſuper vnã vineam ſiue agrũ liberè præſtaret c. ex quo deductis expenſis mutuans annuatim reciperet.x. lapſis decem annis teneretur reſtituere agrum: quoniam ex fructibus ſors mutui extincta eſt. probatur hoc extra de pigno. H ca. illo vos. & l.j. & ij. C. de pign. act. ergo ſi iſte liberè mutuauit. c. & ſingulis annis recipiat, decem elapſis decem annis ſors erit extincta, & per conſequens vlterius recipere non licebit. eadem enim ratio in vtroq; eſt, vt manifeſtè apparet. nã in tali caſu ponitur pecunia loco agri uel domus. Septimo quoque probatur hoc idem ratione dubitationis. quærit.n. Alex. de Ales. Quid de illo qui dubitat de aliquo, an ſit ſymonia vel contractus vſurarius, ſiue non: eo ꝙ quidã Legiſperiti eſſe dicunt ſymoniam vel vſuram, quidam non: quid igitur faciendum,

cum

A cum hoc ignoretur?& huic dubitationi reſpondet dicens, ꝙ talis ab huiuſmodi contractu abſtinere debet, ne diſcrimini ſe cōmittat. Melius eſt enim ut incidat in temporale damnum, quam in damnum ſpirituale, ideſt, minus malum eſt. ſed iſte caſus eſt talis, ergo hoc agēs diſcrimini ſe committit: & ſicut in ſequenti c. apparebit, talis peccat mortaliter. Sed contra hoc, quod hic dicit Alex. & contra illud, quod ſicut dictū eſt, dicetur in ſequēti. 4. c. videtur ꝙ dictum eſt ſupra ſermone 34. arti. 2. cap. 1. in fine. Quæ contrarietas ſecundum aliquos ſolui poteſt per id, quod dictum eſt ſupra ſermone 34. articulo ſecundo, in fine.

B

De multiplici argumento, quo quidam probare conantur, quòd ſponte ponentes denarios ad impræſtita ſupradicta poſſint aliquid recipere vltra ſortem, & de improbatione eorundem. Cap. 3.

Impugnatio ſecundæ intentionis, ſeptem argumētis. Tertia eſt intentio contrarietatis, eo ꝙ plerią; ſeptem contrarijs argumentis ſeu rationibus impugnant prædictam ſecundam intentionem. Dicūt enim prædictum contractum licere. primo ratione indemnitatis, ſecundo ratione donationis, ter C tio ratione communis vtilitatis, quarto ratione liberalitatis, quinto ratione poſſeſſionis, ſexto ratione nobilitatis, ſeptimo ratione permiſſionis. *Primo.* Primo inquā dicunt hoc licere ratione indēnitatis: vnde ſic arguunt. Ponens liberè ad impræſtita ſeu ſuper montem &c. pecuniam ſuam, poteſt ſe licitè ſeruare indemnē: ergo & aliquid accipere ultra ſortem. Antecedens patet. cōceditur. n. ꝙ coactus ratione intereſſe poteſt aliquid accipere vltra ſortem. ergo in propoſito caſu, quia iſte aliter pateretur damnū. *Solutio.* Ad qđ rñdeo, ꝙ concedo antecedens, & nego conſequentiam: qm̄ ſi vult ſeruari indemnis, nō D mutuet cōitati pecuniam ſuam, ſed ſibi retineat, & ſic ſe ſeruabit indemnē. Sed ſi mutuat liber, mutuet & nihil recipiet ultra ſortem, quia aliter agit contra dictum Chriſti, Luc. 6. Mutuum date, &c. *Secundo.* Secundo dicunt hoc licere ratione donationis. vnde ſic arguunt. Accipiēs mutuū poteſt liberè donare de ſuo ſibi mutuū danti & transferre dominium, quod in re ſua habet in ipſum mutuantem & facere mutuum rei ſuæ: & per conſequens mutuans poteſt recipere illam rem tanq̃ rem ſuam, non obſtante ꝙ ſit ultra ſortem: hoc autē fit in ciuitatibus antedictis liberè ponētibus ad impræſtita ſua pecunias ſuas. ergo licitum eſt. E *Solutio.* Ad hoc reſpondeo concedens añs, & cōſequentiam, & totum vſq; ad illam partem: hoc aūt fit in ciuitatibus antedictis. qm̄ nō liberè donāt, ſed pro pecunia iam recepta: ideo minimè illud recipere licet. Ad hoc uide ſupra ſermone. 36. articu. 3. cap. 13. hoc quidem per exemplum patet. Nam ſm̄ Bonauen. in 4. diſt. 21. & ſecundum Alex. de Hale. & Scotum in 4. diſtin. 21. q. 1. cōfeſſor non poteſt manifeſtare peccatum ei per confeſſionem manifeſtatum etiam de licentia cōfitentis, eo ꝙ confeſſor ligatus eſt, non tm̄ ex iure pœnitentis, ſed etiam ex iure eccleſiaſtico & diuino, ſuper quo non poteſt talis pęnitens diſpenſare: extra de pę. & re. omnis. & F de pœ. diſt. 6. c. ſacerdos. ita & in propoſito noſtro: non enim ligatur uſurarius aut quilibet alius ad non recipiendum aliquid ultra ſortem ex mutuo dato ex ſolo iure ſingularis perſonæ: ſed ex præcepto diuino, ſupra quod diſpenſari non pōt recipiens mutuū: ideo licet huic mutuanti de ſuo licitè poſſit dare: non tñ ſic poteſt ſibi liberè dare ꝙ mutuans licitè recipere poſſet ꝓ pecunia, quā illi mutuauit aliquid vltra ſortem: poſt conſilium utique eſt mandatum. ait enim dñs: Mutuum date, ecce conſiliū; licet ſit quandoque præceptum, ſicut patet ſupra ſermone 35. arti. 2. patet. Et additur, nihil inde ſperantes: ecce præceptum, quod obligat ſemper & ad ſemper. propterea ſi quid recipit G hoc modo, reſtituere debet: & ſi poſtea ille donauerit, liberè recipere poteſt: nihilominus additis cōditionibus, quę ponuntur ſermone 36. arti. 3. cap. 4. *Tertio.* Tertio quoq; hoc licere dicunt ratione communis utilitatis: vnde ſic arguunt. Quilibet de ſuo, in quo plenum ius & dominium habet, diſponere pōt in licitis & honeſtis pro ſuo libito voluntatis, vt patet in l. in re. capitulo manda. ergo & tota communitas hoc poteſt. conſequentia patet, quoniam in cōſenſu totius communitatis intelligitur conſenſus ſingu H larium perſonarum, ſm̄ Sco. in quarto. Licita quidem & honeſta ſunt, quæ in commodum & ſalutem reipublicæ fiunt: quapropter illæ communitates potuerūt ſic diſponere de rebus ſuis, ꝙ ponens tantam pecuniæ quantitatem tantum recipiat cum modis ſupra notatis: & per cōſequens alius recipere pōt. conſequentia patet, qm̄ ad hoc illa mutua facta ſunt, ſ. ad cōmodū & ſalutē ciuitatū illarū. *Solutio.* Ad hoc dicēdū eſt, ꝙ cōcedēdū ē añs & ꝑ cōſequēs & cōſequētia prima. Inſuper

A Inſuper & aſſumptũ, dummodo non ſit cõtra legem iuſtè principantis & ſignanter ipſius Dei: contra cuius legem videntur poſita talia impręſtita & ſupradicti cõtractus in ciuitatibus prædictis, nam bonum commodi habet diſtingui contra bonum honeſti: Nempe animæ ſalus ſaluti corporis & rerũ temporalium præferenda eſt. 12. q. 5. c. præcipimus. & ad hoc vide glo. in c. ille. 22. q. 5. vbi glo. ait, ꝙ maius damnum eſt in amiſſione vnius animæ, quam mille corporum.

Quarto. Quarto quoq; hoc dicũt eſſe licitum ratione liberalitatis. Proinde arguunt dicentes: Petrus de eo quod ſuum eſt, liberè & B plenariè poteſt dare Martino, in l. j. ff. de dona. & in c. quã periculoſum. 7. q. 1. & ex hoc Martinus licitè recipere poteſt. ergo & tota cõitas poteſt de ſuo ipſi Martino liberè ꝓuidere, & ſic ipſe poteſt illud licitè acceptare. cõſequentia patet, qm̃ plenius ius habet cõitas tota, q̃ quodlibet membrum ipſius ciuitatis: & quã aliqua ſingularis perſona ſupra ſuum propriũ. Nam poteſt confiſcare & põt reſtituere, quod non põt ſingularis perſona, eo ꝙ non poſſet poſt deſtructionẽ recuperare, vt patet. ff. ꝙ cuiuſq; vniuerſ. nomine. l. item eorũ. & ſic per conſequens põt in cõitatis vtilitatem prouidere. & ſignãter C illis, quorũ intereſt. Reſpondeo concedẽdo aſſumptũ, dummodo ſuperior lex nõ ſit in oppoſitũ, ſicut ſup. dictũ eſt ĩ ſermone prę- *Solutio.* ſenti in rñſione. Ad argumentum ſecundũ: nempe ſingularis perſona aliquid liberè de ſuo nõ poſſet dare pro pecunia ſibi mutuo data, ita ꝙ mutuans licitè illud recipere poſſet, cum ſicut ſupradictum eſt, ſit cõtra pręceptũ ſuperioris iuſtè principantis mandantis, mutuũ date nihil inde ſperantes, ut patet Luc. 6. & cap. conſuluit. extra de vſur.

Quinto. Quinto etiam licitum eſſe dicunt ratione poſſeſſionis, ex quo ſic arguunt. Iſta quæ ponuntur ad impræſtita ſupradicta, montes & D loca, non ſunt mutua, ſed poſſeſſiones. ergo poſſunt homines ex illis tanq̃ ex poſſeſſionibus recipere annuatim fructum, ſicut fit de poſſeſſione: pãtet vtique antecedens eo ꝙ pecunia illa nũquam reſtituenda eſt: nec repeti poteſt, ſed tanquam poſſeſſio poteſt vendi nunc carius, nunc vilius, ſecundum conditionem & ſtatum ciuitatum antedictarum, ſicut etiam de poſſeſſionibus contingere ſolet. conſequentia patet, qm̃ eundem locum tenet pecunia in hoc contractu, quẽ teneret ſi ex ipſa emiſſet annuum fructum *Solutio.* tãti precij. Rñdeo & primo nego aſſumptũ, cum quid ſit in veritate hmõi cõtractus vocabulum manifeſtat. Nam in Venetijs non E poſſeſſiones, ſed impræſtita. i. mutua noiantur. nec a proprio ſignificato vocabulorum eſt regulariter recedendũ. ff. de legat. 3. l. nõ aliter. nec ſunt ſicut ager, ſed ſicut mutua: ſed alio q̃ cõi mõ, cũ rehaberi non poſſint: nec ſicut poſſeſſiones, qm̃ impignoratã poſſeſſionẽ ad me reuocare poſſum: poſſum ẽt vendere iuſto precio, ſed impręſtita illa nõ, qm̃ non poſſunt vẽdi. c. pro c. ſed longè minori precio, quod ſatis videtur abſurdum. ſ. ꝙ de c. florenis non hñtur centum floreni. Conceſſo aũt antecedente nego conſequẽtiam. & ratio eſt, quia pecunia nullũ alium vſum hẽt ꝓter expõnem, ex agro aũt hñtur F fructus ex labore humano. Eſt. n. ager aptᵘ natus fructificare, pecunia aũt non. Inſuper ager eſt meus, & ſi de eo recipio fructũ, utique de re mea accipio fructũ. Pecunia aũt a me liberè mutuata vtiq; non eſt mea: ideo non ſic licitè poſſum ex ea recipere fructũ, ſicut ex agro meo. nec ẽt verũ eſt, quod aſſumitur. ſ. ꝙ eundem locũ teneat ibi pecunia poſita, quem teneret ſi emiſſet annuum fructũ: qm̃ ibi vera venditio eſſet, hic vero mutuum eſt, ſicut patet infra in 3. arti. c. 2. atq; in 13. arg. Sexto inſuper aſſerunt, hoc licere ratione nobilitatis & ſingularitatis: ideo *Sexto.* G arguunt, d. prędictæ ſunt notabiles ciuitates in tota Italia, immo in tota Chriſtianitate, in quibus huiuſmodi contractus exercẽtur: magni Domini ponũt ſponte ad impręſtita antedicta. Itẽ religioſi, inter quos ſunt ualentes uiri & in ſacra Theologia Doctores. Inſuper & deuoti religioſi ac timentes Deum: immo deuoti ciues & deuotiſſimæ mulieres ponunt & emunt, de quibus non de facili credẽdum quod ſint ſpretores animarum ſuarum, nec corruptæ famæ. 1. q. 7. c. ſancimus. quare tenendum eſt, tales contractus licitos eſſe. Reſpondeo concedendo primam partem antecedentis: & quantũ ad ſecundam partem nego conſequentiam. *Solutio.* H Nempe in Italia ſunt aliæ ab iſtis ſpectabiles ciuitates, vt Roma, Mediolanum, Bononia, Senæ, Peruſium, Neapolis, & aliæ plures extra Italiam Periſius, Londoniæ, Brugis, Colonia, Gandauum, Antuerpia, in quibus nullatenus exercentur tales cõtractus, quæ ciuitates libenter prouiderent commodis ſuis, ſicut tres iſtæ pręnominatæ, ſi ſalua conſcientia hoc facere poſſent. M. fortè reperientur in tota Chriſtianitate, in quibus exercitarentur tales contractus, uel ſaltem tm̃ quantum frequentantur in ciuitatibᵘ antedictis. Secundo dico ꝙ in illis ciuitatibᵘ antedi-

A antedictis nõ cõſenſerunt omnes, ſicut ego per experientiam noui: licet tamen habeãt ibidem in dictis impræſtitis denarios non ſponte poſitos, ſed ex coactione ciuitatis, ſicut prædictũ eſt: & ſi ſunt ibidem quidã ſpõte, minimè mirũ eſt, qm̃ & multi abſq; aliquo rubore publicè mutuãt ad vſuram. Nec inſuper eſt admirandum, ꝙ magni Dñi ponant pecunias ſuas ad impræſtita illa, qm̃ & magni Principes vſurarij aliqñ ſunt, & diu extiterunt: inſuper & prædones aliqui etiã dñi non bene informati, an liceat hoc dubitantes de ſtatu ſuo, ſicut prædictum eſt, ne totam ſubſtantiam ſuam ſubito perdere poſ B ſint, tales ibi denarios ponunt. Quod aũt religioſi de talibus impræſtitis recipiant fructus, non deducit mutua illa licita eſſe. Ipſi enim cõiter nec ponunt in præſtantijs pecunias, nec ẽt emunt mutua illa: ſed modus eorum cõiter talis eſt. Nam quidam habentes pecunias ad mutua illa. quas. ſ. coacti ſoluerunt, aut alias in prædictis impræſtitis licito modo adepti ſunt, in vltimis uoluntatibus ſuis pro eleemoſina dimittunt prædictis religioſis pecunias illas, ſeu redditus illos, vel partem illorũ, ut partem hanc deputati per Dñium Venetorũ, vtputa Procuratores ſan C cti Marci, mittãt prædictis religioſis. illam autẽ partem pro eleemoſina recipere pñt, dummodo liberè largiatur. Si vero antedicti religioſi dictam eleemoſinã aut tales redditus habere ſolicitant, & prętẽdunt ius habere in illis, videant conſcientias ſuas. nam licèt quidam, ſicut ſupra monſtratum eſt, poſſint ex impræſtitis aliquid recipere ultra ſortem, non tñ omnes, ad quos deueniunt ipſa impræſtita, ſicut ex præcedentib⁹ patet. Proinde ſi de fęnebri pecunia aliquid daĩ, puta ꝙ denarij montis relicti religioſis fuerunt a teſtatore empti, vel ſponte in monte poſiti, non coactè ſoluti: tunc quidem completa ſorte a receptione talium abſtinẽdum eſt. l. poſſunt quandoque etiam prædicti reli D gioſi aliter legitimè excuſari. Conſtat enim ꝙ nullius efficitur vſurarius. niſi uolens aliquid recipere vltra ſortem, ſicut ex præcedẽtibus patet. Si igitur prædicti religioſi non recipiunt illas pecunias ſeu eleemoſinas ab ipſis impræſtitis pro pecunia, quam ibi liberè poſueruſt, vel quam ſponte emerunt mõdis antedictis, vſurarij non videntur, ſed apparet quod recipiant eleemoſinas iure ipſorum, qui illas iuridicè eis relinquere potuerunt, & ius ſuum in eos legitimè transſulerunt, licèt non: & qualecũque, iuxta ea quæ in præcedentibus circa materiam iſtam dicta ſunt. Septimo quoq; credũt quidam putantes hoc licitum eſſe ratione permiſſionis & taciturnitatis. proinde arguunt dicẽtes, Eccleſia, Papa, Cardinales & plerią; alij prælati iſtos contractus frequentari intellexerunt in ciuitatibus antedictis: nec tamen aliquid attentauerunt contra eos per admonitiones, reprobationes, aut per excommunicationes. quapropter de negligentia argui poſſent, ſcilicet ꝙ tantum periculum in eccleſia permiſerunt regnare in animarum diſcrimine, eis non prouidendo de aliquo remedio ſalutari. quia igitur his contractibus non prouiderunt, ſed eos pertranſeunt ſic intactos, uidentur eos tanquam licitos quodammodo approbare. Cõfirmatur hæc ratio. quia ciuitates præfatę hos contractus frequentant tanquam iuſtos & eos fore licitos aſſerunt: ergo ſi contractus vſurarij ſunt, tenent & approbant & affirmant ſaltẽ implicitè, & ex conſequenti licitum eſſe dare mutuum ad vſuram, quod eſt contra Dominicum verbum. Luc. 6. Mutuũ date, &c. Ex quo ſequitur manifeſtè quod errant in fide. quapropter ſic per eccleſiam procedẽdum eſſet contra prædictas, ciuitatum, communitates, ſicut contra hæreticos. Nec tamẽ circa hoc prouidit, & longa tempora ab ortu illorum contractuum iam fluxerunt. ergo verſimile non videtur hos contractus vſurarios eſſe, vel aliquo modo iniuſtos. Reſpondeo ad prædicta, & primo nego ſecundam partem aſſumpti, quoniam prouiſiones communis iuris & decretales factæ contra vſuras, contra iſtos contractus ſunt, & omnes ſubditos ligant, niſi exempti uel priuilegiati ſint. Sed quod ex mutuo aliqs intendere poſſet aliqnid accipere vltra ſortem ex priuilegio Papæ, abſurdiſſimum atque falſiſſimum eſt: tum quia eſt contra legem naturæ, ſicut ſupra ſermone 38. artic. primo, per totum plenè monſtratum fuit: tum quia eſt contra legem ſcripturæ, ſicut patet vbi ſupra, articulo ſecundo, & maximè contra præceptum Dei, & negatiuum, quod eſt, non furtum facies. tum quia eſt contra legem gratiæ, hoc eſt contra uerbum Chriſti Luc. 6. dicentis, Mutuum date nihil inde ſperantes: tum, quia eſt contra determinationem eccleſiæ, vt in cap. conſuluit. & in c. ſuper eo. extra de vſur. Alexander iij. ait. Cum vſurarum crimen vtriuſq; pagina teſtamenti deteſtetur: ſuper hoc diſpenſationem aliquam poſſe fieri, non uidemus

Margin notes: Dictũ auctoris. — Septimo. — Nullus efficitur vſurarius niſi uolens aliquid recipere uoluntarie ultra ſortẽ. Conſidera bene.

Section letters (right margin): B, F, G, H

A demus: quia cum ſcriptura ſacra prohibeat
pro alterius vita mentiri. merito plus pro-
hibendus eſt quis, ne etiam pro redimenda
vita captiui vſurarum crimen inuoluatur.
hæc ille. Ex his verbis colligit̃ primo, ꝙ nõ
eſt aliqua diſpenſatio poſita in vſura. ſecun-
do quoque colligitur, ꝙ neque pro ſuſten-
tatione viduarum, pupillorum, vel quorũq;
aliorum darę mutuũ ad vſuram aliquo mo-
do licitum ſit, ſicut falſiſſimè ſabulãtur, pro
quo facit. ca. non eſt putanda. 1. q. 1. 32. q. 8.
c. vnico. & maximè compenſato quod nec
liceat hoc pro redẽptione captiui, ſicut nec
licitum eſt pro alterius vita mentiri. Cum
B ſecundum Apoſtolum ad Ro. 3. non ſunt fa-
Obiectio. cienda mala, vt ueniant bona. Si quis for-
tè miretur quod contra tales eccleſia non
procedit, propter ꝙ hoc videtur permittere
Solutio. tanquam licitum. Ad hoc poteſt dici, ꝙ ec-
cleſia etiam hunc contractum permittit eo,
ſcilicet modo permiſſionis, de quo ſupra ſer
mone. 38. arti. 3. cap. 3. de prima permiſſio-
ne particulatim & bene declaratũ fuit, per-
mittit. i. non punit. Ad cõfirmationem etiã
dico, ꝙ dubito antecedens, & nego conſe-
quentiam pro negatione antecedentis, & ſi
ad partem aliquam declinarem, potius nega
rem illam, quoniam ſpectabiles uiri de ma-
C teria iſta ſæpe dubitant, & inquirunt, ſicut
manifeſtè apparuit, Florentiæ in noſtro Ca
pitulo generali ibidem celebrato anno Do-
mini 1354. ad quod utiq; conuenerunt mul
Gulielmꝰ de Crem. ti valentes viri, inter quos fuit magiſter Gu-
lielmus de Cremona, qui poſtea utique fuit
epiſcopus Papien. vir ingentis ſcientiæ &
magnæ famæ. & tunc quidem ad Generalẽ
ordinis noſtri miſſi ſunt quidã ciues ex par-
te communitatis inſtantiſſimè perorantes,
vt materiam iſtorum mutuorum pertracta-
rent & declarare vellent pro ſerenitate con
ſcientiarum ſuarum, an contractus præfati
eſſent liciti, an non. Interrogant etiam quo-
D tidie de hoc particulares perſonæ prędicta-
rum ciuitatum, ſicut patet peritis religioſis,
qui ibi conuerſantur. Immo contra tales
ementes ibidem tempore noſtro extitit ſæ-
pius prędicatum, & hoc dominium & po-
pulus patiẽter ſuſtulit, ſicut ego ipſe per ex-
perientiam uidi. Quomodo igitur dicendũ
eſt, illos tenere firmiter illa licita eſſe. con-
ſequentia etiam nihil valet, quoniam cum
hoc quod aliquis teneret illa mutua licita
eſſe ſtaret, quod non teneret licitas eſſe vſu
ras. Oporteret enim ipſum ſic arguere. Iſte
tenet hæc mutua eſſe licita, & iſte tenet hæc
mutua eſſe uſuras. ergo iſte tenet vſuras E
eſſe licitas: ſed tunc minor eſt neganda,
vel concluſio ſequeretur ordine debito.
fortè enim quod aliqui vſurarij credunt v-
ſuras eſſe licitas, ſicut ego quoſdam cogno-
ui, licet tales ne tanquam hæretici punian-
tur, hoc non manifeſtent, per quod ſoluitur
quod obijcitur ad illic contenta.

Confirmatio ſecundæ concluſionis, ſcilicet quòd de impræſtitis ſponte poſitis non licet aliquid accipere vltra ſortem. Cap. 4. F

QVarta eſt intentio veritatis. Pro ro-
boratione autem huiuſmodi ſecun-
dæ concluſionis, & huius ſecundi ar
ticuli, ſic efficaciſſimè argui poteſt. Iſtæ *Primũ argumentũ.*
communitates & ſpectabiliores earum du-
bitant, vtrum hi contractus ſint liciti, an
vſuræ, ſicut prædictum eſt. ergo in hoc
dubio ſe prædictis contractibus exponen-
tes exponunt ſe periculo mortalis culpæ.
quare ſicut contemptores mortaliter pec- *Secundũ.*
cant. Secundo ſic, iſti dubitant, an iſti
præſati contractus ſint vſuræ, ergo ſe ex-
ponentes in hoc dubio ſcienter, ſe expo- G
nunt periculo vſurarum: quare videntur
ſaltem mente vſurarij: nam non dimit-
tunt per hoc, quod poteſt eſſe, quod ex
hoc contractu ſit vſurarij.

Tertio ſic iſti dubitant, an iſti contractus *Tertium.*
ſint vſurarij. ergo conſentientes de hoc du
bitant, an reſtituere obligentur, & per con
ſequens, tenendo & retinendo cum iſta o-
pinione, continuè ſtant in periculo & di-
ſcrimini ſe exponunt mortalis culpæ, & ſic
continuant mortalem culpam uel reſtituũt.
& per conſequens tunc ſic ſe habent, ac ſi
uſurarij extitiſſent. nec alius modus appa-
ret, quam per ipſam reſtitutionem, quod H
poſſint a vinculo mortalis peccati abſolui,
ſicut etiam de cæteris vſurarijs diceremus.
igitur in talibus dubijs, dicit textus, quod
eſt tutius abſtinere, vt in capitulo in ciuita-
te, extra de vſur. quod quidem directè lo-
quitur in contractu dubio vſurarum. ad
idem facit. l. adoptiuus. §. ſeruilis. ff. de ritu
nup. ibi, in re dubia &c. & de ſpor. capitu- *Pro ſalute animæ*
lo iuuenis. & de pœn. diſtinct. 7 capitulo *tutior uia*
baptizatus, in finè. Item pro ſalute animę *eligenda*
eſt ſemper via tutior eligenda, vt patet in *eſt.*
capitulo illud, extra de cle. ex com. min. &

in c.

A in capitu.ad eius diſtin. 5. volentibus igitur ſaluare animas ſuas hæc eſt tutior via, ſcilicet a talibus cõtractibus abſtinere, quàm in tantam peritorum dubitatione alteram partem eligere minus tutam. Eſt ſi quidem graue in re dubia certam ferre ſentẽtiam. 1. quæſt. 3. cap. grauem, & 30. quæſt. vlt. cap. iudicante, & hoc maxime in cauſa ſeu in facto proprio, ſicut eſt iſtud, emere vel non emere. Nempe in re propria neque iudex neque teſtis, neque arbiter quis eſſe poteſt. C. ne quis in ſua cau. l. vna, & l. nullus. ff. de teſt. & l. penult. ff. de arbit. Nam amor & cupiditas, quæ verſantur in proprio facto, B peruertunt humanum iudicium, vt in cap. quarto, 1. quæſt. 3. Si ergo periti in hoc dubio diſſident inter ſe, & opinio illa quæ habet, quòd contractus iſte, & articuli ſubſequentes ſint liciti, non ſit tuta pro animarum ſalute. Sequitur quòd ab iſta ſpontanea denariorum poſitione, & ipſorum emptione debeat quilibet abſtinere, donec Apoſtolicus tanquam Papa, non tanquam particularis homo, ſed tanquam vicarius Dei, ad quem ſpectant dubia, quæ de nouo emergunt decidere, conſulant, vt patet in capitulo per venerabilem. §. rationes. ex- C tra qui fi. ſint leg. & in l. de cum nouo. C. de leg. quòd autem per Papam licet non per bullam declaratum ſit, ſicut referam, mihi conſtat. Legi enim in quarto ſuper ſententias magiſtri Guilhelmi de Cremona, episcopi Papien. quòd cum quidam vir prædiues, & in pecunijs potens prædicto mori intenderet ponere quandam magnam pecuniæ, quantitatem in vna prædictarum trium ciuitatum pro eleemoſinis in perpetuum diſpẽſandis pauperibus habito a prædicto Domino Guilhelmo ob cauſam illius de hoc conſilio peritorum, factaque de prædicta materia montis, & impræſtitorum in D florenti ſtudio Papien. diligenti diſcuſſione cum materia propter contrarias opiniones adhuc dubia permaneret occurrentibus alijs cauſis miſſus eſt antedictus Dominus Guilhelmus Ambaſciator ad Papam Vrbanum VI. tunc in Ianua commorantem. Rogauit ergo eum præfatus diues inſtanter, quòd de præfata materia conſuleret Papam: eique de ſua intentione circa poſitionem prædictæ pecuniæ in eleemoſynis diſpenſandum propoſitum reuelaret. Cui tandem Papa reſpondit, quòd bene fecerat de tali caſu eum conſulendo, eo quòd caſus arduus eſſet: aſſeruitque illum vſurarium eſſe. prædicta autem ego legi in libro ſuo proprio; quem ille præfatus epiſcopus E Papien. compoſuit, & in morte reliquit. Cum igitur Papa prædictus eſſet peritiſſimus homo, ſatis ponderanda eſt reſponſio atque ſententia ſua. Quæ autem ſententia ſequenda ſit in contraria opinione Doctorum, vide in ſequenti ſermone, art. primo, cap. ſecundo, in fine.

Factū cu iuſdā viri diuitis.

Articvlvs Tertivs.

Quòd ſponte ementes impræſtita ſupradicta cum intentione recipiendi aliquid vltra ſortẽ vſurarij ſunt. F

Tertio inſuper tractandum eſt de his, qui in dicto monte impræſtitis ſeu locis aliquid iuris libere emunt. Et de hoc datur talis concluſio. Libere emẽs impræſtita illa proponens aliquid recipere vltra ſortem, vſurarius eſt, & lucrum inde habitum reſtituere obligatur. Et ad declarationem huius concluſionis triplex veritas ſubiungitur. Prima eſt probationis, ſecunda eſt defenſionis, tertia eſt cõfirmationis.

Multiplici argumento approbatur, quod ementes talia impræſtita cum lucri intentione illicite agunt. Cap. 1. G

Prima veritas eſt probationis. Nã probatur prædicta concluſio triplici modo. Primo ratione, ſecũdo declaratione, tertio concluſione. Primo ratione, & hoc tripliciter. Primo ſic. Vera eſt prædicta concluſio: qm̃ talis libere emens ſe ponit in eodem ſtatu, in quo vtiq; foret ſi libere tantam pecuniam poſuiſſet. ergo cum homo ponẽs vſurarius ſit, ergo ſequitur ꝙ etiam iſte. aſſumptum H patet. Si em̃ libere emo centum florenos, qui ſunt ad impreſtita ſupradicta, ſperans quolibet anno me recepturum quinque, in illo ſtatu pono me, in quo me ponerem, ſi libere emerem cẽtum, recepturus quinque in quolibet anno imperpetuum, ergo &c. Confirmo rationem ex ſola voluntate, vel principaliter quis vſurarius ſit, vt patet in c. conſuluit, extra de vſur. & 13. quæſt. 3. c. qm̃ multi. Cum igitur iſte voluntatie velit & intendat accipere vltra ſortem: ſequitur ꝙ vſurarius ſit mentalis, & actualis, & per conſequens reſtituere obligatur, quod recepetit vltra ſortem. Secundo ſic iſle emẽs centum pro ipſis recepturus quinque pro

Probatio concluſionis tripliciter modo.

A ſuluit. Præterea ille in iudicio animæ vſurarius eſt cenſendns, qui eo propoſito pecuniam mutuat, & tradit, licet conuentione ceſſante, vt plus inde recipiat, vt patet extra de vſu.c.conſuluit, & 14.queſt.3.c.ſi fœneraueris. Sed talis emptor efficitur creditor, & eo propoſito pecuniã mutuat, vt licet omni conuentione ceſſante recipiat vltra ſortem, nec alias mutuaret, ſicut ex eius intentione iam patet. ergo talis in iudicio animæ vſurarius eſt. Præterea quicumque alteri tradit quouis mediante contractu, & B plus ſorte recipiat, vſurarius eſt, ſicut patet 14.quæſt.3.c.vſura.& ca.plerique. Sed talis emptor huiuſmodi eſt, ſicut patet ex intentione eius, & affectu.ergo vſurarius eſt cenſendus. Confirmatur ſic.ſi emptor ſimpliciter, & abſque velamine aliquo fieret creditor cõitatis, & reciperet vltra ſortem, vſurarius eſſet. Sed iſte ſub emptionis velamine æque fit creditor ac ſimpliciter tradidiſſet cõmunitati: ergo vſurarius eſt. Tertio probatur concluſio antedicta multiplici alia concluſione, quæ ex dictis colliguntur. Prima concluſio eſt. Primus creditor nũquam ponere poteſt prædictum emptorem in loco ſuo cum oĩbus illis circumſtantijs, cum quibus eſt ipſe, cum ipſe violenter creditor C ſit. Secunda concluſio eſt, ꝙ ſi talis emptor cogeretur emere a communitate, ſicut extitit primus, ab vſura eſſet excuſatus, vbi principaliter non eſſet contentus vltra ſortem accipere ratione mutui, ſicut ſupradictum eſt. Tertia quoque eſt. Si talis emptor daret centum pro illis centum, quinimo ſi daret etiam vltra, non minus vſurarius eſſet, ex quo ſola intentio recipiendi vltra ſortem gratia mutui hominem vſurarium facit. Quarta eſt, quòd primum non ſolum coactio, ſed intẽtio recta excuſat: quia ſi placeret cogi, illicitũ foret, eo quòd coa- D ctio tranſiret in voluntarium. Quinta eſt non ideo quia libere emit, & creditor voluntarius ſit emptor iſte, vſurarius eſt: ſed quia intendit recipere vltra ſortem. Hæc eſt ſnia Federici de Senis, de verboad verbum.

Tertio ꝓbat̃ cõcluſio multiplici alia concluſione.

De multis argumentis quibus quidam probare conantur, quod licet emere dicta impreſtita cum ſpe lucri, & quomodo omnia cum rationibus efficacibus refelluntur. Cap. 2.

SEcundo autem eſt veritas defenſionis. Multis nempe argumentis nituntur quidam impugnare opinionem, quæ in præcedenti capitulo poſita eſt. Ponemns igitur E illa, & ad quodlibet intendimus reſpondere. Primum argumentum eſt hoc. Habens ius & liberum dominium in aliquam rem, in alterum illnd transferre põt, & per conſequens alius licitè poteſt acceptare: ergo cum mutuare coactus annuatim habeat ius in cẽtum, ſequitur ꝙ licitè & libere poteſt ipſum in alterum transferre, & ſic alteri licitè vendere. Inſuper, & alius licitè emere, quod vtique eſt probandum. Confirmo rationem: aliqua ratio eſt, propter quam poſſum rem meam alteri vendere vel donare, F & ipſius ius in alterum tranſmutare. Nec quidem videtur alia ratio, niſi quia ad me pleno iure dominium eius ſpectat. ergo & in propoſito poſſum licitè vẽdere illud ins, quod habeo in redditibus illis. Ad hoc rñdeo & concedo antecedens, ſed nego conſequentiam illam. Ergo cum mutuare coactus &c. Antecedens quidem concedendum eſt. Cum enim non eſt prohibitio ſuperioris, nec eſt inſuper indiſpoſitio ex parte recipientis vel dantis, & liberum eſt ex parte dantis, ſicut etiam ex parte recipien- G tis: tunc quidem translatio poſſibilis eſt, ſecundum Scotum in 4.diſtin.15.quæſt.2. vt plenius dictum eſt ſupra ſermone 32. artic. 3.cap.1.& 3. Verbi gratia, ego enim ſum liber Dominus agri mei a nullo homine in hoc dependens, & alius ſnſcepturus, & non prohibitus, tunc quidem poſſum ius, quod in illo habeo tranſmutare in talem hominem. Sic nempe procedunt donationes, ſicut venditiones. ſic etiam in aliquibus ab ipſo Principe ſubiectiones. Sicut enim patet ſupra ſermone trigintaduo.art. primo, cap.3. Licet ſecundum Scotum, primus inter homines paternus fuerit principatus, quo videlicet pater naturaliter filio H principabatur conſecutus eſt, & pollicitus, qui huic potuit eſſe annexus, multi ab eodem patre a quo illi deſcenderant habuerunt initium, quibus alter poterat ciuiliter dominari, & dicendo ius inter eos. Sed etiam vna communitas de alterius potentia & ſagacitate confidens, & de ſe diffidens, potuit illi alteri libere ſe ſubijcere, & tunc vltra ius habere in illam communitatem. vel ſi vna ciuitas confideret de prudẽtia vnius perſonæ, ſe illi ſubmittere poſſet, & in hoc caſu ille haberet ius in illam ciuitatem. Ex quo patet, quòd non intendo negare, quòd vnus habẽs ius in aliquam rem, non poſſet illud in alium transferre.

Impugnatio opinionis ꝑ aliqua argumenta.

Solutio.

Sco. in 4. diſt. 18.

A Sed dico quòd non quilibet conſideratis conditionibus diuerſorum,ſecũdum quod in arguendo pro concluſione apparet. Cõſequentiam autem nego, quoniam primus ratione intereſſe,ſicut ſupra in primo artic. patet,poteſt recipere vltra ſortem. Sed in ſecundo non eſt intereſſe, ſeu vitatio damni. ideo ceſſat cauſa, quæ reperitur in primo,propter quam recipere poteſt. facit ad hoc caſus extra de appella. cum ceſſante. vbi textus habet, quòd ceſſante cauſa ceſſat effectus, & idem habetur 1.quæſt.7.ca. pro remedio. extra de pœni. & remiſ. cum infirmitas. vbi hoc idem dicitur. qua propter mirum non eſt, ſi non poteſt primus tale *Solutio.*

B ius in ſecundum transferre. Et nihilominus aduertendum eſt,quòd ſicut in præcedenti c.dictum eſt, ſi ſecundus cogeretur accipere mutuum primi, & eadem forma qua primus: tunc etiam ipſe ratione ſui intereſſe poſſet recipere ſicut primus. Secundum enim quòd volenti conſiderare euidenter poterit apparere,quòd huiuſmodi emptiones fiunt in fraudem vſurarum,ſicut ſtatim infra patebit. Quis vtique alias audiuit tale forum, quòd emam centum florenos pro triginta, aut pro vigintiquinque florenis.

C Si enim emerem liberum aut rem aliam, quæ conſtitiſſet centum florenis, & nunc emerem pro triginta tolerabile eſſet.

Sed quòd nunc ego emam vnum florenum pro tertio floreno, iſte eſt vnus contractus extra omnes contractus mundi. Ad confirmationem vero concedo aſſumptum,quantum ad primam partem:ſed nego ſecundam: quoniam vt patet, ſecundum Scotum vbi ſupra, ſermone trigintaduo,capitulo primo,requiritur etiam aptitudo ad recipiendum ex parte paſſi. actus enim actiuorum ſunt in patiente bene diſpoſito,vt ait Ariſto.2.de anima. Requiritur

D etiam quòd non ſit contra prohibitionem ſuperioris, ſicut de hoc ſupra in reſponſione præcedentis argumenti dictum eſt.

Secundum argumentum eſt hoc. Petrus qui coacte mutuauit cõmunitati, & annuatim recipit 10. tenetur Martino annuatim in decẽ aſſignat Petrus Martino ſuum annuum redditum, quem quidem recipit ex mutuo facto, & tunc ſemper Martinus conſtitutus eſt in loco Petri. vel ergo Martinus abſque peccato recipit iſta decem,aut non. Si primum,ergo potuit Petrus ius, & dominium quod habebat, licitè in alium transferre, & ſic habetur intentum. Si non,ergo nec Petrus cum hoc recipiat nomine ſuo, & loco petri Martinus & cõſtitutus ſit. Propterea ſi Petrus recepiſſet illa decem, Martinus licitè ab ipſo Petro recipere poſſet, & hoc quia illam libere dabat, & ſibi etiam tenebatur. ergo etiam a dantibus Petro potuit Martinus licite recipere in caſu noſtro. Conſequentia tenet, quoniam eadem eſt pecunia, & eadem ratio, quia voluntas Petri eſt ad eundem finem. Quare, &c. reſpõdeo & admitto caſum, & cum quæritur ſi Martinus peccat recipiendo illa decem &c. Dico quòd vel martinus recipit iſta decem nomine Petri, vel nomine ipſius Martini. Si primum, nõ quidem ex hoc peccat: nam accipit ſolutionem a Petro, & non agit iure ſui in hoc caſu,ſed iure Petri: verbi gratia,Petrus tenetur Martino in decem, & dicit, vade ad procuratores Sancti Marci, & ibi accipias pro me decem, quæ ibi habere debeo. tunc Martinus accipit a procuratoribus antedictis illa decem, ſicut acciperet alius procurator Petri, & hoc modo licitum eſt. Si autem accipit nomine ſuo illa decẽ, quia accipit ius illius mutui inſolutum ac de illo mutuo agit,ſicut de mere ſuo: tunc adhuc diſtinguo, quia vel Petrus aliunde habebat vnde ſatisfaceret ipſi Martino, ad quod poterat ſe reducere pro ſatisfactione ſua, aut non, & hoc ſcienter. E *Solutio.* F G

Si primum, tunc dico quòd Martinus completa ſorte capitalis Petri vltra recipere nihil poteſt: nullum enim intereſſe ad hoc allegare poteſt, quoniam ad alia ſe reducere poterat, & imputet ſibi: ſi ex hoc conſequitur damnum. Si detur ſecundum, ſcilicet quòd nõ erat aliquid aliud, ad quod Martinus ratione ſui intereſſe ſe reducere poſſet: tunc ſiquidem licet.

Sicut enim damnificatus fuerat Petrus, ita in illa coactione Martinus qui ius habebat in rebus Petri.

H Tertio arguunt quidam ex illa regula iuris,quæ habetur extra de regulis iuris,libro ſexto, vbi dicitur, quòd nemo poteſt plus iuris transferre in alium, quàm ſibi competere dinoſcatur. iſta eſt regula textus. Ex qua quidem regula videtur ſequi, quòd quantum iuris quis habet in aliquam rem, tantum in alium transferre poteſt. ergo ſequitur, quod prius illatum fuit.

Ad quod reſpondeo concedendo aſſumptum, & conſequens. Sed ſi conſequens vniuerſaliter accipiatur, tunc nego conſequentiam. Antecedens eſt, nemo poteſt plus, niſi quia non plus iuris transfert, quæ vna negatiua eſt, ex qua non ſequitur *Solutio.*

A ſequitur q; in quemlibet quodlibet ſuũ ius transferre poteſt. Ideo notandum eſt,quod argumentum a contrario ſenſu colligi non poteſt, nec debet, quando in iure reſultaret abſonus intellectus, vt patet in glo. c.ſignificaſti,de foro competen.& in l.cum patrum.C.de condit.in ſer.

Quarto quoque ſic argui poteſt. illa quæ ſunt in mutuis,poſſeſſiones ſunt: igitur ita libere vendi poſſunt, ſicut & certæ poſſeſſiones.hoc argumentum ſupra in 2.artic.c. 3.eſt deductum in probando præcedentes concluſiones. Similiter ſextum & ſeptimum cum ſuis confirmationibus etiam hic
B poſſunt adduci. ſed quia ibidem diſtinctè poſita ſunt,ea hic rurſum replicare non eſt
Solutio. neceſſe. Ad hoc quartum argumentum reſpondeo & nego aſſumptum. Nam vere non ſunt mutua. Vel ſi vis vocare poſſeſſiones omne quod poſſidetur, & ius, & alia,vt dicit textus Auguſtini 1.quæſt.3.cap. totum,& l.regula.ff.de petit.hæred.concedo antecedens, & nego conſequentiam. Pro cuius rei declaratione notãdum, quòd ſi mutuo Petro centum florenos, ita quòd eos teneat ad libitum ſuum, & tamen ſingulis annis, quibus qui tenebit illos dabit
C mihi decẽ ſaluo nihilominus capitali, conſtat quòd vſurarius ſum.Nunquid talis poſſit dici contractus venditionis, vt iſta ſit poſſeſſio,& non potius contractus mutui. In hoc ſiquidem caſu de capitali nil petere poſſum, cum in Petri poteſtate ſit pro libito retinere. Si quoque contingit Petrum retinere capitale, nihil amplius recipiam de dicta vtilitate, ſicut in Venetijs, & in alijs prædictis locis contingere ſolet. Si enim communitas Venetiarum reſtitue-
1.Caſus. ret illis, qui ibi poſuerunt pecunias ſuas, nihil amplius daretur illis. Nunc vero ponamus quòd cogar ad mutuandum Petro
D illos centum florenos, & darentur mihi decem quolibet anno: ſi alius emit etiam ius,quod in illis habeo libere, quis dubitabit hoc fieri in fraudem vſurarum ſub prætextu, & pallio venditionis? ſic quoque in fraudem vſurarum fieri ſolent venditiones ad redimendũ. de quibus ſupra ſermone trigintanouem,articulo ſecundo, & c.1. dictum eſt. Talis enim ſe ponit in ea conditione, qua foret ſi primo libere poneret pecuniam illam. Inſuper & manifeſtior eſt vſura, cum iſte emat centum pro triginta. Quis enim non ſuſpicaretur hoc fieri in fraudem vſurarum, cum accipiat tunc tantum, vel plus pro triginta,quàm acciperet pro centum, ſi primo poſuiſſet centum, vt E
ſit quotidie Venetijs & Florentiæ?

Quinto arguunt quidam dicentes,quòd prædicti contractus liciti ſunt, quoniam prædictæ ciuitates aut cõmunitates ſe poſſunt conſtituere cenſuales eorum, qui prædictas pecunias ponunt ad prædictos contractus. Cenſus enim liciti ſunt, ergo &c. Et quia ſemper in meliorem partem declinandum eſt, maxime vbi ſunt directores tot ſpectabiles viri, quot ſunt in ciuitatibus antedictis. Videtur tenendum quòd iſti agunt non ſicut reſpondentes vſurarijs de vſuris, ſed ſicut de cenſibus domi- F
nijs prædictorum, quia in dubio præſumendum eſt de vno quoque bonum, niſi expreſſe contrarium videatur, vt in capitu. vnico,de ſcruti. in textu, & in gloſa, & in capitu.dudum, de præſumptio. & in l.cum pater.§.rogo.ff.de lega.2. Confirmo etiam rationem iſtam, quia licet alicui vendere rem ſuam, & poſtea de illa facere cenſum emptori cum voluntate emptoris, vel facere vnum cenſuale de re ſua:ergo & prædictis ciuitatibus videtur ſimile licere facere de rebus ſuis, & ſic ipſos feciſſe credendum eſt, & per conſequens abſque peccato. Ex quibus ſequitur illa licite poſſe vendi,& licite emi,& ſic licite de vno in alium G
transferri & transmutari. Ad prædicta *Solutio.*
duo argumenta reſpondeo ſimul, & dico caſus poſſibiles eſſe, ſed non ſic eſt in contractibus prædictarum ciuitatum:quoniam nec ſe conſtituunt cenſuales, nec de ſuo aliquid vendunt. Quod quidem poteſt tripliciter apparere. Primo, quoniam nec ciuitas, nec domus, nec ager vel prouincia eſt, de qua talis cenſus reddatur, neque vendatur. Secundo, quia de his fructibus prædictæ ciuitatis diſponunt ad libitum ſuum, quandoque plus, quandoque minus, quandoque etiam nihil de talibus prouidendo, & hoc abſque conſenſu H
illorum,ad quos pertinere deberet,ſi forẽt veri cenſus aut veræ venditiones. Præterea prædicti emptores, aut domini nullum recurſum habere poſſunt ad prædicta in aliquo caſu, ſed ipſæ communitates diſponunt pro libito de eiuſdem, ac ſi nulli alij ius aliquod haberent in eis. Tertio quoque ex quo fuerunt inchoati iſti contractus, ſi facti fuiſſent veræ venditiones, vtique per emptores iſtarum cõitatum omnia fuiſſent aſſumpta.patet, qm̃ cum ſummam maximã pecuniarum ſingulis annis teneantur creditoribus ſuis, quaſi immaginabiles flore-

A noru̇ miliones vtique recepiſſent, ad cuius quantitatis valorem vna communitatum illarum minime forſam ſe extendere poſſet. Proinde & ſi quid dicere vellent, ꝙ hmôi conttactus formaliter, & expreſſe vſurarij non poſſent dici, nihilominus negare non poſſunt ꝙ nô ſapiant vſurariam prauitatē, vel quòd ſint vſurarij, aut fiant in fraudem vſurarum, vel melius dici pôt quòd cenſus eſt ſcriptura, qua quis confitetur ſe poſſidere tributarios agros.ff.de cenſib.l.forma.& ff.de proba.l.cenſus, & ſit cēſus in ſignum ſuperioritatis ſeu cognitionis.l.côperit.C. B de præſcrip.30. vel 40.an ideo per cenſum probatur ſubiectio, extra de cenſi.c.oîs aîa. Quæ oîa ſicut aperte patet, ſunt extra propoſitum nr̄um in fraudem vſuraru̇. Sexto quoque arguunt dicentes, ſi Petrus mutuat Ioanni.c.libras hac condictione, ꝙ ſi nô reſtituerit vſq; ad duos menſes, ſoluat poſtea. c.& decem. Elapſo ſiquidem termino, nec facta omnium ſolutione, omni fraude vſurarum deducta tenetur Ioannes Petro in c. 10. Has autem rationes & iura poterit Petrus cuidam alteri cedere.ſ.Germano, ſiue nepoti.ergo & vendere, vel ſaltem in alterum ius transferre. Antecedēs poteſt pro- C bari per ea, quæ dicētur in ſequenti ſermone, art.3.ca.1. Et quantum ad aliam partem patet, quoniam de hoc facere poteſt enchenium, cui voluerit, ſcilicet tanquā de re ſua. ad hoc facit quod habetur in §. ex conditionali Inſtitutio.de verb.oblig. vbi dicitur ꝙ in obligatione conditionali ante euentum conditionis ſola ſpes eſt in obli.côcor. tex. in l.cedere diem.ff.de verb.ſign.

Solutio. Ad hoc reſpondeo & concedo aſſumptum primum, & ſecundum. quoniam.c.& 10. termino iā elapſo facta ſunt capitale. Sed ſi terminus elapſus non eſſet, ſecus vtique foret, quo- D niam tunc nullum poſſet dici eſſe ius, nec etiam intereſſe ex parte alicuius iſtoru̇. Nô enim apud Ioannem habentur niſi. c. & c. Martino poteſt donare, ſed non illa alia 10. Et quia ratione intereſſe fuit abſque fraude vſurarum adiecta pœna, vbi non ſequitur intereſſe Martini non aderit cauſa, propter quam recipere habet vltra ſortem. ſed ſi ſequeretur Martini damnum etiam ſi non interueniſſet de hoc aliquod pactum, teneretur de facto mutuo bona fide Martino ſatisfacere, ſecundum quòd in ſequenti ſermone art.1.ca.2.patebit. Septimo inſuper arguunt quidam dicentes. Pono caſum ꝙ vendam pretio iuſto meam poſſeſſionem Petro ammota omni fraude vſurarum, & prius ea emo de fructibus illius poſſeſſionis tantum, quantum poſſem habere E pro illa pecunia, & non plus communi ęſtimatione, & ad perpetuum mihi, & hæredibus meis, & hoc ab emptore pro ſe, & hæredibus ſuis, tunc ſiquidem contractus iſte licitus eſt. Igitur poſſum eodem modo conſtituere pecuniam meam. Antecedes quidem habetur ab Innocentio extra de vſur. in cap.in ciuitate tua, ſuper illo verbo, ex forma. Vbi Innocen. poſt principium gloſæ ſuæ de verbo ad verbum ſic ait. Alijs videtur, & ſorte melius, quòd ſi quis emit redditum conſtitutum ante contractum, F vel venditam actionem ſiue côſtitutus fuerit in re, puta in domo vel poſſeſſione, vel in alijs rebus huiuſmodi, ſiue in perſona, vtputa ſerui, liberi vel ruſtici, vel actio, vel nomen. Item ſiue certus ſit redditus, puta quia reddit decem. ſiue incertus, vtputa quia reddit quartam fructuum, qui percipiuntur de aliqua domo, vel de operis alicuius perſonæ. Item ſiue ſit perpetuus contractus, puta quia extenditur ad hæredes vtriuſque contrahentium: ſiue ſit ad vitam hominis, ſiue ſit ad certum tempus vſque ad quinque annos. Item non refert ſi redditus ſit in pecunia, vel in alijs rebus ſiue in G facto: ſemper in omnibus præmiſſis reputant contractus licitos, quia eſt ibi purus, & licitus contractus venditionis. Nam ibi eſt pretium, ſcilicet certæ pecuniæ quantitas. Item ibi eſt merces, ſcilicet certus redditus, vel cauſa, vel annona.C.ſaccro.ec.l. iubemus, in princip. & Auth. de non alie. re.ecc.col.ſecunda, §.ab Anaſtaſio. & C.de hæredi.vel act.vendi.per totum. Et in ſumma Innocen. ſubdit ibi, nec obſtat, quòd in perpetuum ſit, & quòd ex eo infra certum tempus plus recipiatur, quàm fuerit pretium: quoniam ex quacunque poſſeſſione iuſto pretio empta plus recipietur in- H fra breue tempus quàm fuerit pretium emptionis. Et addens rationem inquit: quoniam hic non eſt mutuum, ſed mera venditio rei. Additur etiam, ſi detur in emphyteoſim, tunc erit pretium certum, nec erunt expenſę, & tamen forte plus recipiet iſte in viginti annis, quàm antea tribuiſſet.

Solutio. Ad hoc reſpondeo negando conſequentiam dato antecedente. In primo enim contractu vera venditio eſt. In hoc ſecundo nec eſt venditio, nec locatio, niſi eſſet ſicut infra dicet in ſermone quadrageſimoſecundo. artic.3.capit.3.ad fin.ad oſtentationem: ſed merum mutuum eſt. ac ſi dicerem

mutuo

A mutuo tibi centum, ita quòd mihi decem ſingulo anno des, ſicut paulo ante prætactum eſt. primus enim contractus licitus apparet in iuribus eccleſiaſticis. Quidam enim reddunt annum redditum in frumento, & vnum modium, alius duos, alius vero decem florenos, alius viginti, & ſic de alijs. Hoc poteſt etiam apud laycos fieri, qui poſſunt vendere iſta iura, & libere,& ſic poſſent emi in pecunia annui fructus, & etiam in alia re, & eſſet venditio vera. Sed quòd conſtituatur pecunia, & pro ipſa aliquid recipiatur, non poteſt intelligi quomodo licitum ſit. Nam in caſu B prædicti argumenti,quo in quæſt. de monte, ſeu de impræſtitis male vtitur Petrus de Aucharano inde longam conſequentiam falſo trahens, neque venditur pecunia, neque emitur pecunia, neque fructus habetur ex pecunia, vt perſpicaciter patet intuenti. Sed in pecunia, & hoc licet. Nec mirum, ſi licet, quia debitas habet circunſtantias ſecundum Innocen. argumen. ſeu dictum. Octauo quidam arguunt dicentes. Talis poteſt facere elemoſinas de introitibus illis, ergo &c. Aſſumptum probo ſic.quoniam illa ſunt ſua, ex quo ſequi- C tur quòd illa in alium transferre poteſt, & debite. Non enim videtur quomodo magis debite aliquod ius transferri poſſit, quàm in elemoſynarum largitione. Ad hoc reſpondeo quòd ſemper loquendo de coacto,concedo antecedens: dummodo redditus illius anni ſint ſui, ita quòd habeat eos, vel tranſierit terminus habendi eos. pro quo facit quod habetur in l. qui actio- *Solutio.* nem. ff. de regu. iur. Vbi dicitur quòd qui actionem habet, rem habere videtur. ſed non in caſu, in quo non ſint ſui, ſed de capitali vtique poteſt. de fructu autem non, niſi ſint ſui, quoniam ſine licentia veri domini de alieno facere eleemoſynam non D poteſt. nam elemoſyna de malis acquiſitis fieri non debet. 14. quæſtio. quinta, per totum,& 1.quæſtio. 1. cap. non eſt. Ex hoc patet quòd completa ſorte illi quibus hæc legata ſunt, niſi ſint filij, vel alij hæredes, qui participarent in damno, recipere non poſſunt fructum. Poſſent etiam omnia antedicta, de quibus facta eſt mentio, licite vendi, & non licite emi, ſecundum quendam modum loquendi: quoniam ipſi emptores modis ſuperius declaratis non poſſunt eſſe idonei. Poſſunt etiam licite vendi,& emi, ſed non vt accipiatur aliquid vltra ſortem.

Nonò quidam arguunt dicentes, forma E contractus equidem inſpicitur ad hoc, vt quis vſuraris cenſetur. extra de vſur. cap. in ciuitate, in glo. ſecunda. Sed quia forma contractus emptionis & venditionis de ſe licita eſt. ſequitur quòd ex tali emptione nô debet emptor vſurarius reputari.

Ad hoc dicendum, quòd forma contra- *Solutio.* ctus inſpicitur ad hoc vt quiſque vſurarius cenſeatur in iudicio eccleſiæ, vt patet in ca. ad noſtram, extra de emptio. & venditio. Sed quo ad Deum, & in iudicio animæ nô forma contractus inſpicitur, ſed intentio contrahentis conſideratur, vt habetur extra de vſur. cap. conſuluit in text. & in glo. Ex quo patet, quòd talis emptor non ex F forma contractus vſurarius eſt, quæ de ſe eſt licita: ſed ex intentione, quam habet.

Decimo arguunt quidam dicentes: differētia inter emptorem & venditorem eſt, quòd ſemper periculum ad emptorem ſpectat, & emolumentum, ff. de actio. & emp. & vendi. l. ſecundum naturam, & ideo fructus, & partus rei emptæ ad ipſum emptorem ſpectant, vt C. de actio. emptio. & venditio. l. fructus, & l. penult. Ergo ad ipſum emptorem ex vi contractus liciti ſpectant iſta quinque, quæ promittit, & dat communitas annuatim, cum ſint fructus rei emptæ. G ergo poteſt iſta licite acceptare.

Ad hoc dicendum, quòd vtique verum concluderetur, ſi illud intereſſe eſſet fructus rei emptæ, ſicut argumentum ſupponit. ſed hoc eſt falſum. Non enim eſt fructus ipſorum centum florenorum, quia nullus ex pecunia fructus eſt, vt patet 88. diſtin. c. eijciens, & multomagis non ſunt ipſorum iurium. Ex quo patet, quòd argumentum ex falſa imaginatione procedit.

Vndecimo quoque quidam arguunt dicentes, quòd vſura in mutuo ſolum locum habet, cum in nullo alio contractu contrahi ſeu committi poſſit, vt notat Hoſtien. in H ſumma de vſur. §. primo, & de hoc etiam plenius dictum eſt ſupra, ſermone trenteſimoſeptimò, artic. primo, ca. ſecundo. vnde in diuina pagina vſura tantummodo in mutuis prohibetur, iuxta illud Lucæ 6. Mutuum date, nihil inde ſperantes: ſed in caſu noſtro non eſt contractus mutui, ſed emptionis & venditionis. ergo in eo nulla poteſt committi vſura. Dicendum eſt *Solutio.* ad hoc, quòd verum eſt, quòd in ſolo contractu mutui directè, & per ſe vſura habet committi: ſed indirectè, & per accidens in contractu emptionis & venditionis com-

A mitti poteſt, cum ſit in fraudem vſurarum, extra de emp.& ven.c.ad noſtram. & etiã extra de pig.c.illo vos. Et ſic eſt in propoſito noſtro. Duodecimo quidam arguunt dicentes, ꝙ pericula & dubia quib. ſe mercatores exponunt in mercantijs ſuis, licitè de eis lucrari poſſint, ex quo a ſimili patet quòd in caſu prædicto liceat ipſi Martino emptori recipere prædicta quinque, cum in emendo talia veriſimiliter multis periculis ſe exponat, vtputa propter tyrannum, aut propter aduerſitates communitatis, quibus coacta eſt communitas ſtatuere non ſolum non dare quinque annuati, ſed
B forte nunquam reſtituet quicquam, cum ſit hoc in propria ſua libertate.

Solutio. Ad hoc autem dico, quòd dubia & pericula vſurarum nullo modo excuſant, ſicut patet extra de vſur.cap. nauiganti. Ideo etiam tale periculum non excuſat, cum ſit contra tres regulas poſitas ſupra ſermone trigintanouem, circa principium, vide ibi diligenter. Item dico ad argumẽtum, quòd non ſolum propter pericula, & dubia licet mercatoribus de ſuis mercantijs aliquid lucrari, ſed quia mercantiæ exercentur mediantibus illis rebus, de quibus poteſt fructus aliquis prouenire, quod non contin-
C git de huiuſmodi venditione: nam talis emens mediante pecunia, cuius (ſicut dictum eſt) nullus poteſt eſſe fructus, ſub emptionis velamine fieret creditor, & reciperet vltra ſortem.

Decimotertio, etiam arguunt & dicunt, quòd talis contractus non eſt vſurarius, quia vel talis contractus vſurarius eſſet inter primum, ſcilicet Petrum, & inter ſecundum, ſcilicet Ioannem, vel inter ſecundum, ſcilicet Ioannem, & communitatem, quia non committitur vſura, niſi inter vſurarie contrahentes. ſed inter ſecundum,
D & communitatem nullus eſt contractus, vel ſaltem nullus interuenit contractus mutui. ergo nullus eſt ibi contractus vſurarius conſequentia patet ex iam dictis. Antecedens probo: quia mutuum non conficitur, niſi quando de meo fit tuum: hoc addito quòd tantundem mihi reddatur, & in eodem genere. Confirmatur: quia contractus, qui fit inter primum & ſecũdum poſſet fieri de iure etiam ignorante communi-
Solutio. tate. Ad hoc dicendum, quòd quando dicitur ille contractus eſt vſurarius, vel inter primum, ſcilicet Petrum, & ſecundum ſcilicet Ioannem, vel inter ſecundum, ſcilicet Ioannem & communitatem: Dico ꝙ talis

contractus eſt vſurarius, tam inter primum E
& ſecundum, quàm inter ſecundum & cõmunitatem, ſed diuerſimode. Pro quo aduertendum eſt, ꝙ talis cõtractus poteſt dupliciter conſiderari, ſcilicet vel ex forma cõtractus, vel ex contrahentis intẽtione. *Cõtract9 vſurarius Diuerſimode.* Hæc quidem diſtinctio habetur extra de vſur.c. conſuluit, in textu, & in gloſa. Si igitur conſideretur primo modo, contractus iſte ſi contrahitur inter primum, & ſecundum tantum, non eſt vſurarius. Si vero ſecundo modo conſideretur iſte contractus, tũc quidem tam inter ſecundum, & communitatem, quàm inter primum & ſecundum, vtrobique vſurarius eſt, diuerſimode ta- F
men. nam primo cum mente contrahitur inter primum & ſecundum: ſed ſecundario etiam cum mente contrahitur inter ſecundum & communitatem. Nam ſecundus primo, & immediate intendit, & ſic facit ꝙ intrat locum primi, vt ſi fiat creditor communitatis, ad hoc vt recipiat vltra ſortem. ſed talis intentio vſuraria eſt, ſicut patet ex præcedentibus, & hanc habet ſecundus etiam cum primo. nam mediante forma contractus ſecundus intendit quòd communitas ſibi remaneat obligata ad dandum ſibi ſortem, quam ipſa debebat primo, & etiam vl- G
tra ſortem, ſicut debebat primo. Ex quo patet ꝙ ſecundus vſurarie contrahit, non propter formam, ſed propter maculatam intẽtionem: nam quicquid agunt homines, intentio iudicat omnes. Secundario etiam mediante contractu facto cum primo contrahit ſecundus, licet nõ explicite, ſed implicitè cum, communitate vſurarie ex intẽtione, & affectu: cum igitur dicitur ꝙ inter ſm & communitatem nullus contractus eſt, dico ꝙ hoc eſt falſum: eſt enim contractus mutui inter eos tectus ſub velamine emptionis, imo contrahitur mediante em- *Auctoris determinatio.*
ptionis cõtractu. hoc autem maniſeſte pro- H
batur. Mediante eñ hoc contractu emptor habet actionem ex empto, ſuper communitatem. Inſti. de empt. & vendi. §. pretium. ergo communitas obligatur iſti emptori, & eſt debitrix ipſius, ſicut ante erat primi. ergo ipſe emptor eſt creditor communitatis, ſicut & primus. & hoc non niſi mediante huius emptionis & venditionis contractu contrahitur mutuum inter emptorem & communitatem: aliter emptor non eſſet creditor communitatis, & communitas nõ eſſet debitrix eius. Eſt igitur contractus mutui, quod erat probandum. Sed dato pro falſo, quòd nullus eſſet contractus mutui

inter

A inter ſecundum & communitatem, adhuc non valet conſequentia antedicta, quia etiam cótractus venditionis, & emptionis vſurarius eſſe poteſt. extra de empt. & véd. c. ad noſtram. & extra de pigno. illo vos. & de hoc ſup. ſermo. 39. art. 2. c. 1. latius dictú eſt. Per hoc patet ad confirmationem argu. Nam licèt talis contractus fieri poſſet de iure etiam ignoráte communitate, non tamé propter hoc tollitur quin ſecundus contrahat cum cómunitate modo, quo dictú eſt, ſ. cum intentione. pro quo facit quod hr̃. l. 1. & per totú. & plus val. quod agit̃. & extra. c. 1. quod met. cau. & etiá in c. humanæ aures. 22. q. 5. vbi textus ait, ꝙ ſemper ad intétionem recurrendum eſt, quia intentio non debet deſeruire verbis, ſed verba intentioni. B hæc quinq; vltima arguméta ſupradicta & ſolutiones eorú ſæpe fratris Frederici de Senis ſunt. Nonnulli plurimum admirant̃, ꝙ præfatæ ciuitates vbi huiuſmodi contractus quotidie frequentantur, noluerunt negligétes fuerunt habere de hac materia veritatem determinatam, & irreſragabilé ab aliquo generali Concilio, cum in Italia & extra Italiam noſtris temporib. plura Concilia celebrata ſunt. Præterea poteſt etiam C ſic dici, ſm Legiſtas ꝙ iſti emptori competunt actiones vtiles ex mutuo, quæ directè competebant ipſi primo creditori cótra ipſam communitatem, vt patet. l. 1. & 2. C. de acti. & obli. hinc dr̃ ceſſionarius creditor primi debitoris, & propriè creditor etiam in materia ſtatutorum, ſm Bal. in l. per diuerſas. C. mandati. Et ita inficiari nó poteſt ꝙ emptor non ſit debitor communitatis, nec mirum quia etiam in pleriſque partib. iuris inter ignorantes quaſi contrahitur, puta in aditione hæreditatis: & quotiés ignorantis negotia geruntur vtiliter. Item vbicunque lex dat actiones vtiles ex equitate.

Solutio ſecundú legiſtas.

D *Quod non liceat emere talia impreſtita cum lucris intentione multiplici ſimilitudine comprobatur.* Cap. 3.

TErtia eſt veritas cófirmationis. nam argumenta præcedentis ca. quæ militant aduerſus ſeu contra hanc tertiá concluſionem: licet ſint ſufficienter ſoluta: tñ pro maiori firmitate prædictæ concluſionis & pro maiori infirmitate prædictorum argumentorú ponamus vná aliam concluſioné, quæ talis eſt. Pôt homo aliquod ius in aliquá rem habere, quod ius in quélibet aliú non pôt transferre. quod multipliciter

Concluſio.

E probari pôt. & loquor de ipſo habente ius ita ꝙ nó eſt poteſtas ad hoc ex parte ipſius habentis ius. hoc probo primò in Papa: ná Papa habet ius in Papatum, nec tñ pôt illud in alium tranſmutare. ergo nó quilibet habens ius aliquod in aliq̃ rem, pôt illud in ré transferre. Añs patet: quoniá voléti ſibi obijcere opponeret ius Papatus, & quicqd faceret ex decretalib. vel decretis, & alijs magnis excerpta conſecratione ex iure Papatus facit. Secunda pars patet: quoniá per Cardinales eligit̃ Papa, vt patet plenè extra de elect. c. vbi periculú. lib. 6. ergo &c. Idé argumentú eſt de Imperatore, quo ad officium ſuum. Secundò probo de ſacerdote. F habet. n. ſacerdos ius abſoluendi ſubditum ſuum à peccatis ſuis: tñ ius illud transferri non pôt in quemlibet alium. ergo &c. qm̃ in ſacramento ſacerdotij illud ius, & poteſtas confertur ei, ergo &c. Secunda patet, quia nó pôt illud in laycum transferre. Tertio probo de vaſallo. Ipſe. n. vaſallus ius habet in feudum: & tñ illud in quélibet aliú transferre non pôt. quantum. ſ. ex auctoritate ſua eſt, ergo &c. Aſſumptú quo ad primá partẽ patet. quoniá ex iure, quod habet in feudum, ſi in feudo vexaret̃, defenderet feudú. G Secunda patet, quoniá ſi auctoritate propria illud in aliú transferret, & ſignáter de exceptis ſine licentia dñi principalis á feudo caderet & á iure, quod prius in illo feudo poſſidebat. ergo non in quélibet pôt transferre ius illud. Quartò probo ſic. ná det princeps caſtrum Rolando & ſucceſſorib. ſuis ex ipſo deſcendentib. ita tñ ꝙ non poſſet illud alienare. caſus eſt poſſibilis, & qñq; cótingit. Et ſequitur ꝙ Rolandus habet ius in prædicto caſtro, & tñ nó pôt ius illud in aliú tranſmutare. Aſſumptú patet: qm̃ cótra quencunq; aliú ſe tueret̃ ex iure, qd̃ habet in illud caſtrú, ne perderet illud. Iterú patet. Et ſcd̃a patet ex caſu: imo addatur in caſu, ꝙ ſi ipm̃ caſtrum quocunq; attétaret alienare, cadat á quocúq; iure, qd̃ hét H in eo. Quintò etiá probo, ſi princeps iuſtè principans faciat decretú, ꝙ nullus ſubditus ſuus det aliqd officiali ſuo: quod ſi dare attétauerit, ſit illud ſiſci. ſequit̃ ꝙ nullus ſubditus principis antedicti ſit, qui dñium vel ius quod habet in aliquám rem in quélibet officialem transferre poſſet id. poſſibile eſt antecedens & ſæpe accidit, quátum ad primam partẽ, & poteſt fieri ſecunda eodé modo. Sextò quoq; ſic probo, & tágo potétiá ſuſcipientis. iudex in caſu iuridicè pôt occidere Petrú, qa videlicet homicida eſt, & ꝑ conſe-

Aſſumptum probatur.

Alia probatio.

A conſequens habet ius occidendi Petrum, nec tamen poteſt illud in quemlibet alium transferre, ergo &c. Aſſumptum ſatis clarum eſt, quãtum ad primam partẽ, & quantum ad ſecundam: quoniã non poteſt illud ius transferre in ipſum Petrum occidẽdũ, ergo non in quamlibet. cõſequentia patet & aſſumptum: quoniam non poteſt aliquo iure humano Petrus, nec alius homo occidere ſeipſum. de quo habetur tex. in c. ſi nõ licet. 23. q. 5. Septimò quoque ſic probatur. quidam habet ius in pecunia ſua, quod ius transferre non poteſt in Minorem fratrẽ. ergo non in quemlibet, &c. Aſſumptum pa-
B tet, quoniam frater Minor in pecunia non poteſt habere ius: qua propter alius nõ poteſt illud transferre in eum. conſequentia tenet, quoniam quantumcunque frigiditas eſſet frigefactiua ſimpliciter, non tamẽ eſſet frigifactiua non ſuſceptiui frigiditatis: non eſſet enim frigifactiua ipſius cœli, nec etiam ignis. ergo ſi frater Minor nõ eſt ſuſceptiuus in ſe iuris pecuniæ nullus poteſt eam in fratrem Minorem transferre. & antecedens apparet, quoniam ex profeſſione regulæ ſuæ inhabilis eſt. Nam iuxta præceptum regulæ ſuæ, non poteſt recipere pecuniam per ſe, vel per interpoſitam perſonã.
C non tamen hoc eſt populo prædicandum. Octauò etiam ſic. facit princeps decretum ꝙ nullus ſuus officialis recipiat aliquid ab aliquo ſubdito ſuo. ꝙ ſi aliquid aliud officialis attentauerit in oppoſitum, ſit illud fiſci. Et ſequitur, ſicut ſuperius arguebatur, ꝙ nullus ſubditus dñi ius quod habet in aliquàm rem, poteſt in aliquem officialem ſuum transferre. conſequentia patet ex ipſo arguendi modo facto in præcedenti. Nonnò argumentum fieri poteſt contra dãtem & recipiẽtem: v.g. Habet vir ius in corpus vxoris ſuæ quo ad carnis commixtionem:

Perpẽde hoc argumentum.

D nec tamen poteſt illud transferre in alium, nec etiam alius poſſet acceptare, ergo &c. Aſſumptum quidem eſt Apoſtoli. 1. Cor. 7. Vir nõ habet poteſtate ſui corporis, ſed mulier: & mulier nõ habet poteſtatem ſui corporis, ſed vir. ſecunda etiam patet, quoniã talia adulteria eſſent. Decimò quoque addatur. facit princeps decretũ, ꝙ nullus ſuus officialis aliquid recipiat ab aliquo ſubdito ſuo: nec aliquis ſubditus ſuus det aliquid officiali ſuo. quod ſi ſecus factum fuerit, ſit fiſci. & ſequitur, nullum ſubditum quem habet princeps, poſſe transferre ius quod habet in aliquàm rem in officialem dicti principis. patet modus arguendi ſuperius. Vndecimò argui poteſt. Deus habet ius vniuerſale ſuper omnia creata: ſed non poteſt E
illud in aliquem alium trãsferre, & de hoc pertranſeo. Duodecimò, beneficium elemoſynam facientis, caritatiuè & deuotè Miſſam celebrantis, deuoteque pro altero exorantis, de iure debitum facienti elemoſynã celebranti & deuotè oranti, nõ poteſt quilibet prædictorum in alterum traſferre, & ſe illo expoliare, quin iſtud habeat & etiã plus. ergo &c. conſequentia patet, & ſimiliter antecedens: quoniam vel peccaret & ſic non in ſe, nec in alterũ transferre poſſet. vel mereretur, & tunc maius præmium deberetur. Præterea in caſu, in quo propo- F
nens ſic transferre non peccaret, haberet actum procedentem ex charitate, & diuina dilectione, per quem ſic transferre proponeret, & ex dilectione proximi, in quẽ attenderet ſic transferre, & per conſequens meritorium, quare augmentum gratiæ ſoret. Præterea tunc poſſet exiſtens in charitate & in virtute ſecundum Dei legem ius in alterum tranſmutare, & hoc modo ſe totaliter expoliare: quod non eſt vtique bene dictum. Item ſi quis acquiſiuit ex ſuis operibus magnam famam, in quã vtique habet ius: non tñ poſſet illud transferre in alium.
ergo &c. cõſequentia patet & aſſumptum G
apparet de beato Petro, Paulo, Franciſco, & ſic de alijs ſanctis. Inſuper de Alexãdro Magno, Scipione, Iulio Cæſare, & ſic de alijs quàm pluribus: verum ſermo in longum proceſſit, quoniã locus amplus eſt & grandia continens, & paucis minimè explicãdus: hęc ſaluo meliori iudicio ſentio eſſe vera: ꝗ ſi vera ſunt, vel quæcunq; circa hæc ſint alia veriora, clarificet & aperiat veritas veritatum, & illuſtrator mẽtium Dominus Ieſus Chriſtus, qui cum Patre, & Spiritu ſancto in veritate viuit, & regnat per infinita ſæcula ſæculorum, Amen. H

ITEM EADEM DOMINICA de Paſsione infra diem.

De intereſſe & in quibus caſibus, & quare liceat accipere vltra ſortem.

Sermo XLII.

Siquis ſermonem meum ſeruauerit, mortem non videbit in æternum. Ioan. 8. c. & in Euangelio hodierno. Dulce verbum, amabilis vox, ac ſententia omni animaduerſione con-

A condigna. Ait enim Dominus: Si quis ſermonem meum ſeruauerit, mortem non videbit in æternum. Seruare ſiquidem verbũ Dei eſt corde, ore, & opere illud cum perſeuerantia cuſtodire. nam, teſte Apoſtolo ad Rom. 10. Corde creditur ad iuſtitiam, orę autem confeſſio fit ad ſalutem. Et de opere propheta ait: Memores ſunt mandatorum eius ad faciendum ea. Talis inquàm verbũ Chriſti obſeruans mortem non videbit in æternum. Beata enim vita in viſione & in fruitione Dei conſiſtit. & ideo per excluſionem mortis gehennæ, quæ huic viſioni oppoſita eſt, conſecutio beatitudinis denota-

B tur: propterea ait, mortem non videbit in æternum ideſt non experietur. ſumitur.n. ſecundum Aug. hic videre, pro experiri: eo modo & genere loquendi, quo videre plerunque ſumitur pro ſorti & certa experiẽtia omnium ſenſuum exteriorum & interiorum, ſicut ſumitur Exo. 20. Quando aliquando Domino cum Moyſe in monte Synai ac mandata præcipiente cunctus populus, vt ibi dicitur, audiebat voces. quòd aut ſeruans verbum Chriſti in æternum non viſurus ſit mortem, ratio eſſe poteſt, quia ſemen eſt verbum Dei, vt dicitur Luc. 6. Vita

C ſiquidem ſempiterna in verbo Dei cõſiſtit, ſicut in quodam principio ſeminandi. quia ſcilicet finaliter perducit ad beatam vitam; ſicut virtute ſeminis producitur fructus. Et ideo ſicut ille, qui ſeruat ſemen à corruptione, peruenit demum ad fructum: ſic ſeruans diuinum verbum, peruenit ad beatitudinis ſtatum. Sed quia ſicut ſupra ſermone 37. patuit, Dominus præceperat Luc. 6. Mutuum date, nihil inde ſperantes: ad dilucidando quoſdam caſus, in quibus videtur eſſe vſura & non eſt, ne indebitè quis mortem incurrere videatur, de caſibus in quib. licet accipere vltra ſortem, differendũ eſt.

D Sed primò conſiderandum eſt, quid ſit ſors. ſecundum enim Alexan. Lombardum, li. 3. ſors accipitur duobus modis. Primò modo ſumitur pro ſigno diſiunctiuo rerum, ſicut Prouer. 16. in fine ait Salomon, ſortes mittuntur in ſinum. & Numeri 34. Dedi vobis terram in poſſeſſionẽ, quam diuidetis ſorte. Et iterum propheta ait. & ſuper veſtem meam miſerunt ſortem. Secũdo modo accipitur ſors pro re iuſtè poſſeſſa in diuiſione ſcilicet aliquarum poſſeſſionum: & hoc modo Numeri 34. Vocantur poſſeſſiones filiorum Iſrael. Ex quo patet quòd res iuſtè poſſeſſa, ſors meritò appellatur. Vnde verſus.

Sors notat euentum ſignat quoque ſors capitale, E
ſecundum Catholicon. Tertio modo & magis propriè poteſt dici ſors quãtitas mutuo data explicitè uel implicitè. vel ſors eſt capitale creditoris expreſſi vel palliati: quia uſura non poteſt committi, niſi circa ſortẽ & capitale rerum mutabilium. accipiendo igitur ſortem hoc modo in contractu contingit eſſe vſuram vel non: ex hoc quòd aliquid accidit ſorti, vel eſt de ſorte. nam ſi aliquid accidit ſorti, vſura eſt. verbi gratia, ſi aliquis poſſedit aliquam domum vel fundum, fructus inde excreſcens de ſorte eſt, non accedit ſorti. vnde ſi quis iuſto pretio emat aliquam rem, ipſa ſecum portat ſortẽ F
ſuam. & ſi qua excreſcentia inde prouenit, eſt idem de ſorte. Eodemque modo in locatione contingit. commodatum verò ſi remanet in natura ſua, non recipit excreſcentiam ſortis, ſed magis in alios contractus tranſit, ſicut ſupra ſermone 37. art. 1. c. 2. patuit. & ſic trãſeundo lucrum inde habitum fit de ſorte, ideo ibi non cadit vſura. In mutuo autem ſemper excreſcẽtia eſt extra ſortem: proinde quia accedit ſorti, minimè licitum eſt aliquam excreſcentiam ratione mutui acceptare, cum nõ liceat accipere ratione ſortis, niſi quod eſt de ſorte. Ex hoc autẽ G
ortum habet, quòd in re pignorata fructus debent computari in ſortem: alias eſſet ibi vſura. in re autem vendita non eſt ſic. quòd autem homo teneatur computare fructus in ſortem, quãdo data pecunia recipit rem titulo pignoris, clarè patet extra de vſur. c. 1. & 2. & c. conqueſtus. Et ex his patet quia in mutuo lucrũ accidit ſorti: ideo non licet accipere excreſcentiã ipſius mutui ratione. propterea omnes Doctores in hoc concordant, quòd in mutuo non licèt aliquid accipere vltra ſortem: & quòd ſolum in contractu mutui veri vel interpretati, & non in alio, cadit vſura, ſicut ſupra dictum H
eſt ſermo 37. art. 1. c. 2.

In mutui, ſemper eſt excreſcentia.

QVÆSTIO.

His igitur prænotatis meritò quæri poteſt, vtrum in aliquo caſu de facto licet accipere ultra ſortem, id eſt utrum contractus vſurarius ſit in aliquo caſu conceſſus, vel permiſſus à iure. Ad quod dicendum ſimpliciter quòd non niſi fortè loquamur de permiſſione primo modo dicta ſuprà ſermone 38. art. 3. c. vlt. ſecundum quam permiſſionem ius ciuile permittit uſurã, ſicut ibidem latius dictum eſt. Habet enim ſe ius ciuile vniformiter affirmatiuè ad omnes vſuræ caſus, quia in omni caſu ſecundum illam

An liceat ultra ſortem aliquid accipere.

A illam permiſſionem vſura permittit. Ius verò naturale, diuinum atque canonicum ſe habẽt vniformiter negatiuè ad omnes vſurarios caſus: quia in nullo caſu aliquo triũ modorum permiſſionis in ſermone prædicto & cap. prædicto vſuram permittit. Nã pari ratione qua prohibente in uno caſu, in quolibet prohiberi debet, cum de ſui natura ſit mala. Proinde pari ratione, qua eam concederent in vno caſu, deberent eam cõcedere vel permittere in quolibet caſu. qđ apparet eſſe falſum ex dictis ſupra ſermone 38. per totum. Ex his igitur patet, ꝙ impropriè dici ſoleat ꝙ in tali, & tali caſu, B aut in tali terra, in tali contractu permittitur vſura: quia in nullo caſu breuiter eſt permiſſa. vnde quando aliqui caſus ab vſura à Doctoribus eximuntur, non eſt intelligendum ꝙ in illis caſibus committatur vſura, ſed ꝙ in eis prima facie aliquid ſimile concurrat vſuræ, ſicut in proceſſu præſentis ſermonis in multis caſibus diffuſius patebit. Huius ſententiæ eſt Ioan. An. in mercur. in regula, peccatum. articu. 4. Et in hoc etiam concordant communiter omnes Doctores. Et eſt circa hoc notandum, ꝙ ſecundum Alex. Lomb. cum vſura de ſe ſit quid C malum, ſicut ſupra patet ſermone 38. per totum, ideo ipſa remanente ſub ratione illicita & mala, nullo modo in ea cadit diſpenſatio, ſicut patet clarè extra de vſur. c. ſuper eo. vbi Alexan. 3. ait. Cum vſurarum crimen vtriuſque teſtamenti pagina deteſtetur, ſuper hoc diſpenſationem aliquàm poſſe fieri nullo modo videmus. Quia cum Scriptura ſacra prohibeat pro alterius uita mentiri: multomagis prohibẽdus eſt quis, ne pro redimenda vita captiui vſurarũ crimine inuoluatur. Poſſet tamen aliqua circunſtantia in contractu à tali vſuræ excreſcẽtia tollere vitij rationem, ita ꝙ mutuanti tale mutui incremẽtum licitè fieri poſſet. & hoc poteſt contingere triplici ratione.

Conditiones in cõtractibus obſeruanda.

D Primò ratione damni emergentis, ſeu occurrentis, ſecũdò ratione lucri ceſsãtis, tertiò rõne debiti poſtulantis, vel requirẽtis.

ARTICVLVS PRIMVS.

Quod ratione intereſse id eſt damni euitandi licet in varijs caſibus accipere vltra ſortem.

PRimò quidem tollitur vltra ſortem vſurariæ excreſcentiæ vitium ratione damni emergenti. i. ratione intereſſe. Eſt enim intereſſe quædam euitatio damni, ſecundũ E Thomam ſecunda ſecundæ. q. 78. art. 2. Itẽ intereſſe eſt recompenſatio damni. Innoc. autem in apparatu de ſenten. excommunica. c. ſacro inquit, quòd intereſſe eſt æſtimatio damni, quod idẽ eſt. Et circa hoc quæri poteſt, an pro intereſſe. i. pro occurrenti damno euitando paciſci liceat aliqnid ultra ſortem. Dicendum quòd homo poteſt paciſci pro intereſſe damni emergentis. Et hoc quidem tripliciter. Primò pro damno de præterito, ſecundò pro damno de præſenti, tertiò pro damno de futuro.

Plures caſus ſunt in quibus non poteſt paciſci pro intereſse damni emergentis de præterito. Cap. 1. F

PRimò quidem poteſt homo paciſci pro intereſſe damni emergentis de præterito. & de hoc ponẽtur ſex caſus. Primus caſus eſt, cum fideiuſſor pro debitoris defectu compulſus eſt, fortè quia iurauit ſoluere creditori vſuram & capitale: tunc quidem à debitore repetet eã, & omnia debita quæ occaſione debiti habuit repetere poteſt à debitore, quia ſeruari debet indemnis. extra G de fideiuſ. 1. c. & 2. & extra de foro compe. c. fi. lib 6. Quia totum hoc intereſſe eſt creditoris. ff. manda. ſi fideiuſſor. & ff. de admi niſt. rerum ad ci. perti. l. 2. §. vlt. concordant Tho. Ray. & Alexand. de Halis: Sed de hoc caſu dilıgẽtiſſimè atque doctiſſimè tractat Ioan. And. in mercu. in regula peccatum, de reg. iur. lib. 6. Sed ſecundum Alexan. de Hal. rectè aduerti in tali caſu non eſt vſura, quia non attendit fideiuſſor accipere ultra ſortem.

Primus caſus obſeruatione dign⁹.

Secundus caſus eſt, quando numerans ſiue mutuans incurrit damnũ ex hoc, ꝙ iſte qui accipit mutuum, non reddidit in termino aſſignato, extra de fideiuſ. peruenit. debet enim mutuaus ſeruari indemnis, H ſed de hoc latius dicetur infra art. c. 2.

Secundus ſi mutuãs incurrit damnũ.

Tertius quoque caſus eſt, ſecundum aliquos ratione moræ, vt ſi debeas mihi cẽtum ad terminum certum, & in termino ſoluere noluiſti: ex quo oportuit me pecunias recipere ſub vſuris, teneris mihi ſoluere vſuras illas, ſi ſolui eas. Quidam tamen dicunt hoc verum eſſe, ſi primò obſeruentur hæc duo. Primò, ꝙ ſibi dicere debeo: Si mihi meum non reddis, oportebit me recipere ad vſuram, quia alias non teneretur. Secundò ꝙ nõ poſſum aliter mutuo inuenire niſi

Tertius caſus.

Duo obſeruãda.

per

A per vſuram. Si verò non ſolui, non teneris me liberare ab obligatione prædicta, ſecundum Alexand. de Halis, & Hoſtien. Innocē. & Ray. Ad hoc etiam facit. ca. peruenit, extra de fideiuſ. & c. cōſtitutus. Nec eſt in hoc intereſſe cauſa lucri captādi, ſed cauſa damni vitandi, ſecundum etiam Bal. C. de vſur. l. vſura. Pone quod emi à Petro lapides, uel ligna & ſimiliter res, ex quibus naturaliter non percipitur aliquis fructus, & vt ſoluere pretium accepi illud mutuo ſub uſuris, ac vendenti ſolui. ſed ipſe non tradidit mihi lapides, ſeu ligna, ſed fuit in mora, nunquid tenetur reddere illas vſuras? Dicendū *Reſolutio.* quòd ſic: tanquàm intereſſe. & ad hoc habe B tur notabilis tex. ff. de act. emp. l. Lucius Titius: ſecundum unam lecturam. Et idem dicendum eſt in ſimilibus contractibus, puta in locationibus, & conductionibus. Hæc il- *Quartus caſus.* le. Quartus caſus eſt, cum vendo tibi prædiū & trado tibi illud & inde percipis fructus, & tamen ad terminum pretium mihi non ſoluis. hoc ſuppoſito potero elapſo termino repetere uſuram, cum fructus rei venditæ facias tuus, & tamen mihi non ſoluiſti. Hunc caſum ponit glo. extra de vſuris. cap. conqueſtus, & ait quòd hic non accipitur aliquid ſicut in vſura, ſed ſicut in in- C tereſſe. deci maquarta. q. quarta. quoniam. Et quando dicitur quod vſura eſt quicquid accedit ſorti, intelligi habet in mutuo. & quando aliquid exigitur in fraudem uſurarum, aut quando ex pacto aliquid exigitur, vel fit cauſa lucri & non cauſa damni vitandi: quia ſi præcisè fiat cauſa damni uitandi, non utique eſt vſura. etiam res in pignus daretur mihi, poſſem inde recipere fructus etiam ſi tranſcendant quantitatem intereſſe. Nam licèt talis res à venditore non poſſet peti, tamen fructus eius percipere poſ- D ſet, poſtquàm contra voluntatem ſuam res *Quintus caſus.* vendita detinetur. Quintum caſum ponit eadem glo. verbi cauſa, ſi uendo tibi prædium tali pacto, quòd quandocunque ſoluero tibi pretium agri quod mihi das, ager reuertatur ad me. facit ad hoc. C. de pact. inter emptorem & venditorem. l. ſecunda. In tali caſu emens lucrabitur fructus, ſi ſit pretium iuſtum. quando autem ſit iuſtum, vel non, latius de eo dictum eſt. ſup. trigeſimono. articu. ſecundo. cap. primo. Aboletur autem in hoc caſu uſuræ vitium propter venditionem rectam ad æquitatem iuris naturalis: ſeu propter æquitatem ſeruatam *Sextus caſus.* inter ementem & uendentem. Sextus caſus eſt in contractu locationis, in quo licite percipit homo aliquid vltra ſortem id eſt E vltra hoc quod dat. & quare hoc in mutuo fieri non poſſit, dictum eſt ſupra ſermone. 37. arti. 2. cap. 3.

Quod homo licite paciſci poteſt pro intereſſe damni emergentis de præſenti ubi oſtēditur quare pignus dotis uxoris marito non computatur in ſortem. Cap. 1.

SEcundò poteſt homo paciſci pro intereſſe damni emergentis de præſenti quodammodo & de hoc ponatur caſus extra de vſur. ca. ſalubriter. vbi dicitur, ſanè generum ad fructus poſſeſſionum, quę F ſibi à ſocero ſunt pro numerata dote pignori obligatæ, computandos in ſortem non credimus compellendum, & de hoc aſſignās cauſam ſubdit, cum frequenter dotis fructus non ſufficiant ad onera matrimonij ſupportanda. tunc etiam traditio illorum reddituum non habet rationem mutui, ſed potius quandam compenſationem ſubleuationum oneris coniugalis, quæ pro ueniret ex dote ſoluta: vnde interim ſtat vice & quaſi pro dote, vt ſic fructus dotis marito cedant propter matrimonij onera ſupportanda. C. de iur. dot. pro oneribus. Sed G ad hoc quòd maritus lucretur fructus rei dotalis, requiritur quòd ſuſtineat onera matrimonij. ff. de excep. doli. pater. in prin. Itē oportet quòd poſſeſſio. rei dotalis tradita ſit. ff. ſolu. mat. l. de diuiſione. Nam fructus, qui ante matrimonium recepti ſunt, reſtituuntur mulieri, nec lucra marito reddunt. C. de vſur. l. videamus. §. ante. Alia quoque cauſa de hoc caſu aſſignatur ab Hoſtien. ſcilicet vt dos ſalua maneat mulieri. Item ſecundum quoſdam, ſi fructus ſuperant onera matrimonij, non poteſt maritus recipere niſi quantum ſe extēdit matrimonij onus, quia ceſſante cauſa, ceſſat & effectus. extra de appel. ca. cum ceſſante. aliter continge- H ret eam conſumi: & ſic multum in hoc res publica læderetur. Sed aduertendum eſt, ꝙ *Obſeruatio.* in hoc caſu non ideo aboletur uſura, quia fructus illius poſſeſſionis a genero percipiuntur intuitu pecuniæ à ſocero ſuo detentæ, ſed quia gener onera matrimonij portat, quòd ſatis innuitur in præall. decr. ſalubriter. ideo dici poteſt, quòd dicti fructus à genero percipiuntur in damni ſui recompenſationem, quod inde ſequitur propter pecuniā dotalē, quæ ſibi ſoluēda differtur. Circa hunc caſum inſurgunt dubia quædā.

A Primò pone, quòd gener non recipit pignus ſed cautionem de numeranda dote, certa die: & interim ex pacto ſuſcipit certos denarios pro libra: nunquid committit vſuram? Videtur ꝙ non, vt in prælleg. c. ſalubriter. tamen contrarium ibidem firmat Ioan. An. ad tex. illum reſpondens, ꝙ loquitur de fructu ſubmiſſo iudicio Dei: & ad rationem tex. dicit reſponderi per c. per noſtras, in fine, extra de donat. inter virum & vxor. pro quo bene facit ꝙ ibi legitur in vltima gloſa. Secundò pone, quòd gener poſſeſſionem ſibi ſic obligatam cum iure, quod ibi habet, concedit alteri ſummã pe-
B cuniæ quæ ei promiſſa fuerat pro dote ab eo recepta: nunquid talis recipiens talẽ poſſeſſionem poterit lucriſacere perceptos fructus, ſicut poterat gener vſque dum ſoluta fuerit ei pecunia ãndicta? Dicẽdum, ſm Ro-
Rodonenſis. doneñ. ꝙ ſi gener animo donãdi transfert totum ius, quod habet in pignore in talẽ, non propter contractum pecuniæ, quã accepit ab eo, ſed propter amicitiam & affinitatem: vel quia aliter ſibi coniunctus eſt, & iſte numerat ſibi pecuniam propter gratiã & dilectionem, & non propter lucriſaciendos fructus: tunc quidem non eſſet vſura, quia vera ratio mutui non eſt ibi. Aboletur
C enim tunc in hoc caſu vſuræ vitium, quia gener gratis ſibi cõceſſit ius, quod in poſſeſſione habebat, & per conſequens ſibi cõdonat fructus, quos quidem ipſe percipere poteſt. Si tamẽ in pactum ſit ductum, ꝙ gener numeranti pecuniam illam reddere teneatur, ſi ipſe voluerit, vſura eſt: ſi numeraſs pecuniam vellet, lucriſacere fructus & propterea mutuauit. Tertiò pone, ꝙ vir vendat
Tertio. alicui illos redditus pro pretio totius dotis mox ſibi ſoluendo ſic, ꝙ ſi pater ſponſę det poſt longum tempus emptori redditũum pręfatam dotem, non computando empto-
D ri redditus perceptos in ſortem: tunc videbitur emptori etiam vſuram committere, quia non poteſt dici tunc ꝙ propter ſubleuationem oneris coniugalis perceperit redditus illos, ſicut dici poteſt de marito ſponſæ: poſſet tamen dici, quòd ſi ex amicitia ſpõſæ & abſque fraude vſuræ emit redditus illos prædicto modo, quòſi ultra mille libras prius in emptione datas poterit inde tantũ percipere, quantum ius & poſſeſſio mille librarum datarum præualet iuri futurorum reddituum per plures annos aſcendentium vſque ad mille libras, iuxta formam & regulam ſuperius datam de emptione iuris annuorum reddituum futurorum decẽ an-

norum, de quo ſupra ſermo. 34. artic. 2. c. 1. E
dictum eſt. Quarto inſuper poteſt quæri, *Quarto.*
nunquid hæredes mariti habebunt priuilegium mariti, de quo in primo caſu ſupra dictum eſt, videlicet ꝙ non teneantur cõputare fructus in ſortem de poſſeſſione, quã ſocer obligauit genero ſuo pro dote filiæ ſuæ. ſicut non tenebatur maritus, & hoc quamdiu relictam alere obligatur, cum nõ teneantur reſtituere dotem vſque ad annũ poſt mortem mariti ſui. C. de re vxo. ac. l. vna. Dicendum, ꝙ Ioan. An. poſt Hoſtien. in prælle. c. ſalubriter, rationem illam quæ redditur de onere coniugali, arguit ꝙ ſic.
Demum contrariũ determinat, quia in hoc F
caſu ratio eſt diuerſa ab illo. Nam hæredes ſe ſtatim poſſunt expedire de muliere reddendo ei pignus vel rem obligatam, quod quidem nõ poteſt maritus. Et quòd ſoluto matrimonio deſinit eſſe dos. & ſecundum Bal. mutatione perſonæ mutaſ priuilegiũ, quotiens immediata cauſa eſt ipſius priuilegij, vt C. de ipſo. luc. deſcrip. l. 1. lib. 10. li. citatio. §. fi. ff. de publi. Quinta quoque addetur quæſtio talis. deſ ꝙ ſoluto matrimonio mariti hæredes obligant mulieri præfatam, ſeu aliam poſſeſſionem pro dote ſua, quia non habent vnde ſoluant: nũquid fructus computabuntur in ſortem? Dicendum G
quòd ſic. ff. de ſolu. l. Titia. & imputet ſibi mulier, quia non recepit inſolutum. nõ eſt enim eadem ratio in primo & in ſecundo caſu, & ideo nõ eſt idem ius, quia maritus ſuſtinet onera matrimonij, & nõ uxor. hæc no. B. Innoc. & Hoſtien. & Anto. de Butr. in c. ſalubriter. Sit ergo cauta mulier, ne recipiat rem in obligationem, licet faciat diſtrahi eam, vel recipiat inſolutũ. ff. de regu. iur. l. à Diuo. Alioquin ſicut dictum eſt, fructus ſunt computandi in ſortem. ſortè etiã poſſet dici, ſi mulier non eſt ſufficiens talẽ cautelam habere & non ſit ſibi ſoluta dos H.
poſt interpellationem legalem, debeant alimẽta ſuſcepta per mulierem computari in intereſſe non ſolutæ dotis ſuo die. & nõ in ſortem, maximè ſi ipſa mulier aliunde non habet bona, vt communiter contingere ſolet. Cogitabis, quia huius opinionis quidam reperiuntur.

Incidens quæſtio circa varias opiniones plurimorum Doctorum.

Ratione huius & aliarum variarum opinionum meritò quæri poteſt, an Doctorib. contrariantibus circa ali- *Quæſtio.*
quid

A quid agibilium & agere ſecundum unam
opinionem, ſit abſq; periculo mortalis cul
pæ. Agere verò ſecundum aliã ſit in dubio:
ſi quis agatur ſecundum partem dubiam,
Opinio aliquorũ. mortaliter peccat. Alicui videtur, ꝙ ſic, iuxta illud Eccl. 3. Qui amat periculum, in illo
peribit. Contra, quia tũc multi eſſent in du
bio mortalis culpæ & æternę damnationis.
Dicendum, ſecũdum Henricum de Gandauo in quodlibeto ſuo, quòd primò conſide
randus eſt Doctorum ſtatus, ſcilicet quales
inuenti ſunt in determinationib. ſuis: vtrũ
mendaces, vel veraces, ſeu dubij, ſecũdum
B maius & minus qualis vitæ, ſi veritatem
amãt facto vel verbo, qualiter inſtructi sũt
de eis, quæ determinãt: qua affectione mo-
uentur, qualia etiã alias determinauerunt,
vel amicis eorum, qualia cõcilia dederunt,
aut coniunctis ſuis in conſilij caſu. Secun-
dò videnda ſunt fundamenta eorum & ra-
tiones in ſententiãdo in tali caſu; quorum
ſunt efficaciores & expreſſiores auctorita-
tes. Tertiò conſideranda eſt auditorum cõ-
ditio, vtrũ ſic ſint literati, ꝙ poſſint diſcer-
nere & comparare determinationes eorũ.
vel an ſint ſimplices, quos oportet fidem al
teri adhibere. & vtrum vtraq; pars Docto-
C rum ſit eis æqualiter nota, vel altera tantũ.
Si auditor ergo eſt peritus & nouit ſtatum
Doctoris, qui ſententiauit contra partẽ pe-
riculoſam habere omnes bonas conditio-
nes iam dictas vel plures quàm alius, & ra-
tiones eius efficatiores, & auctoritates ex-
preſſiores, ſi ſe exponit periculo, mortali-
ter peccat, quia contra dictamen rationis
agere comprobatur. Si verò auditor eſt ſim
plex, & non poteſt diſcernere inter Docto-
res, & credit fide dignos illos, qui dicunt
dubiam partem, talis ſic ſe exponens peri-
culo illi, non peccat mortaliter, quia nõ re
D putat illud periculum, licèt ſit in rei verita
te. niſi eſſet tale, quod foret de naturali iu-
re vel regula fidei, quod ſcire quilibet obli-
gatur: quia tunc ſimplicitas vel ignorantia,
Solutio opinionis. niſi ſit inuincibilis, non excuſat. Et per hoc
patet ad primum. Ad ſecundum nulli ſunt
in periculo mortalis culpæ, niſi periculo
contra conſcientiam ſe exponant. Hęc ille.

Quod homo paciſci poteſt pro intereſſe damni emergentis de futuro de quo plures ponuntur caſus. Cap. 3.

TErtiò poteſt quis paciſci pro intereſſe
damni emergentis de futuro. & de hoc
ponuntur aliqui notabiles caſus. Primus ca E
ſus eſt, quãdo aliquis emit fructus alicuius *Primus caſus.*
caſtri vel villę, quia licèt ſatis plus percipiat
de fructibus, non tenetur inde aliquid re-
ſarcire: & hoc incertitudinis ratione. ff. de
hæred. vel act. ven. l. cum hæreditatem. & l.
ſeq. ſecundum Hoſtien. & Archi. tres alios
caſus ad hoc capitulum pertinentes vide
ſup. ſermo. 34. art. 1. c. 3. Item in præcedenti
ſermone, per totum, articulo primo, poni-
tur caſus de impreſtitis Venetorum, & lo-
cis Ianuenſium, & monte Florentinorum.

ARTICVLVS SECVNDVS.

F *Quando licet accipere vltra ſortem ratione lucri ceſſantis.*

SEcundò quoque tollitur ultra ſortem
uſurariæ excreſcentiæ vitium ratione
lucri ceſſantis, quod eſt etiam intereſ-
ſe & euitatio damni. Ad huius tamen ple-
niorem intelligentiam pro tribus capitulis
quærantur tria.

Quæritur an ſit vſura tradere. C. ducatos ſub pacto quòd ſicut conſimiles centum ducati apud unum mercatorem fidelem lucrantur, uel perdent ſic iſti lucrantur vel perdant. Cap. 1. G

PRimò enim quæritur an cõtractus *Prima quæſtio.*
ille vſurarius dici poſſit, quo qs
tradit alteri cẽtum ducatos, mox
in ſuis domeſticis neceſſitatibus
expendendos. Tradit inquàm ſub hoc pa-
cto, quòd ſicut conſimiles centum ducati
apud Ioannem mercatorem legalem lucra-
buntur vel perdent, ſic iſti lucrent vel per-
dant. Dicendum eſt quòd à magnis Docto *Caſus dubius propter tria.*
ribus caſus iſte valde dubius reputatur, &
maximè propter tria. Primo, quia talis hoc
pactum in fraudem vſurarum adinueniſſe H
videtur: ſecundo, quia ſicut patet. 88. diſt.
c. eijciens, pecunia ex ſe ſola minimè eſt lu
croſa: nec ualet niſi ſeipſam, ſed ex indu-
ſtria mercantium fit propter eorum nego-
tiationes aliquãdo lucroſa. ſed nihil eſt hic
tale. Tertio, quod efficatius eſt, quia de tri-
bus eſt unum in hoc contractu. Nam aut il-
la pecunia eſt tradita per modũ mutui, aut
per modum depoſiti, aut per modum capi-
talis, vt. ſ. in perſona tradentis emptionib.
& mercationibus deputetur. Primo ſi per
modum mutui, tũc eſt ibi manifeſta uſura;

quia

A quia mutuum ſicut ex præcedẽtibus patet
cedit in dominium eius, cui mutuum factũ
eſt. vnde non debet lucrari, neque perdere
niſi ſibi. Secundò verò ſi per modum depo-
ſiti, tunc etiam ſola ipſa reddi debet ab-
ſque omni lucro, quin potius ille qui tale
depoſitum ſeruauit, remunerandus eſt: &
tamen ex forma præmiſſi caſus patet, ꝙ nõ
eſt tradita per modum depoſiti. Tertiò inſu
per non eſt tradita per modum capitalis,
quia tunc in pacto eſſet, ꝙ ille teneretur eã
Talis contractus illicitus. ſolis mercationibus fideliter deputare. Hęc
quidem vltima ratio fortiter probare vr̃, ꝙ
pecunia ſic tradita nõ poteſt habere niſi ra
tionem mutui tantum. Ex quo quibuſdam
B & non indoctè talis cõtractus illicitus eſſe
vr̃. & huius ſententiæ eſt Innocen. extra de
vſur. c. fi. & ibid. Ioan. And. idem dicit.

Quæritur an ſit uſurarius qui rogatus ex pietate tradit centum ducatos ex quibus mercaturus erat inde aliquid noles niſi ſolum illud quod mercando probabiliter proueniſſent. *Cap.* 2.

Quæſtio. SEcundò quęritur, an committat vſuram
is, qui tradit centum ducatos, ex quibus
erat per ſe aut per aliũ mercaturus, aut
aliqua quæcunque lucroſa empturus, & ſo-
C la pietate & neceſſitate ac inſtãti amici ſui
prece eos ſibi aliquid tradidit, inde aliquid
nolens niſi id, quod ſibi inde probabiliter
perueniſſet, & hac ſola de cauſa ſub forma
præcedentis contractus contrahit pactum
ſecum, non quidem ad ſemper, ſed ad ali-
quid rationale tempus. Ad quod dicendum
Licitus cõtractus triplici ratione. ſm magnos Doctores, ꝙ talis contractus li
citus eſſe vr̃ pro eo, ꝙ non tradit ſibi ſolam
ſimplicis pecuniæ rationem, ſed etiam tra-
dit ſibi capitale ſuum, ideo meritò poteſt
& debet ſibi tenetur tanquàm de capitali.
de hoc ꝙ licitus ſit contractus, triplex ratio
D dari poteſt. Primo enim licet hoc ratione
æquitatis, ſecundo ratione indennitatis, ter
tio ratione utilitatis. Primo autẽ licet hoc
ratione æquitatis & pietatis. Nã equum &
pium eſt, in neceſſitate ſeruire amico. Inſu
per non eſt iniquum, ſi ratio capitalis, quã
iſte iam in expreſsa intentione & quaſi in
facto habebat, ſibi ſeruire indemnis. Secun
do licet ratione indemnitatis. Nam ſicut in
ſequenti art. c. 1. patebit, retentor mutui ul
tra præfixum tẽpus domino obligatur, qui
illo fuiſſet vſus tanquàm capitali ſuo: ita ꝙ
reſpectu talis aſſumit ex tunc rationem ca-
pitalis, quàmuis nullus in ex mutuo illo
mercetur. Tertio quoque licet ratione uti- E
litatis. Nam extra de vſur. in c. nauiganti, di
citur, ꝙ qui pannum, vel granum aut àlias
merces vendit, vt amplius quàm ualeant in
certo termino recipiat pro eiſdem: ſi tamẽ
ea tempore contractus non fuerat venditu
rus, vſurarius non reputatur, ſi ueriſimiliter
creditur ꝙ tempore ſolutionis prætaxato
tantum ſint valitura? Ecce ꝙ hic notãter di
cit, ſi tempore contractus non fuerat ven-
diturus. illa quæ conditio hac ſolà ponitur
ratione, quia ſi tunc fuerat illa venditurus,
tunc pro futuro tempore prætaxato apud
eum vendibilis non habuiſſet rationem.
Quia ergo pro illo tempore futuro habuit F
apud eum rationem vendibilis: ideo licitè
illa vendit ſm valorem illius futuri tempo
ris probabiliter creditum. Ergo cõſimili ra-
tione, quia iſte ſua pecunia iam habet ratio
nem capitalis, poteſt ex ea ratione ſui capi-
talitatis exigere in præfato caſu. Si. n. exce-
pto caſu neceſſitatis & pietatis, & inſtãtis
precis amici hoc faciat, tunc eoipſo con-
uincit, ꝙ plus vult vti vt vſurario mutuo,
quàm in merecationib. aut in lucroſis em-
ptionibus, vt capitali uero. & ideo ex tunc
de contractu uſurario nullatenus excuſat.
Si etiam homo alicui mutuaret pecuniam
ad certum tempus, quia credit ꝙ ille tunc G
non ſolueret, & ſi ex tunc teneretur ad in-
tereſſe probabilis lucri, conſtat ꝙ talis uſu-
rarius eſſet, & quicquid inde ultra ſortem
acciperet, uſura foret: quia patens eſt, ꝙ nõ
tradit eam fideliter ut ſimplex gratuitũ mu
tuum, ſed potius ut uſurariũ: & ideo trãſla
tio præfati termini iuſtam rationẽ capitalis
ſibi minimè poteſt dare. ergo ſic eſt in pro-
poſito caſu, ſi principalis tradendi intentio
ſit, quia prælegit per hãc uiã lucrari pluſ,
quã per viam mercandi illicitum eſt: prædi
cta autẽ credo eſſe uera, niſi qui tale mutuũ
recipit in tali neceſſitate conſtitutus ſit, ꝙ il H
le qui ei mutuum tribuit ex vi illius præce-
pti, quod hr̃ Luc. 6. Mutuũ date, nihil inde
ſperãtes, neceſſario obligaretur illi mutuũ
dare iuxta diſtinctionẽ ſuprapoſitã, ſer. 37.
art. 2. per totum. nam qñ, vt ibi dr̃, homo tẽ
net ex illa neceſſitate mutuũ proximo ſuo
dare pp duo nõ debet inde ſuſcipere lucrũ.
Primo, quia cõtra præceptũ de mutuo dan
do quodãmodo venderet charitatẽ: Nam ſi
ſi eſt obligatus ex charitate recipiẽdo præ-
miũ, eſt ei vẽdere charitatẽ, quod eſt uſura.
Scdo, quia ſi recipiẽs mutuũ in prædicta ne
ceſſitate eſt, impium eſſe vr̃ ꝙ per acceptio
nem hmõi lucri ad maiorem neceſſitatem
deueni-

A deuenire cogatur. Si tñ mutuans ex illo mutuo ad maiorem vel conſimilem neceſſitatẽ ueniret, aut ex mutuo illi dato non paruum damnũ incurreret: tunc ratione dãni emergẽtis intereſſe recipere poteſt, iuxta ea, quę in præcedẽti arti. dicta ſunt. cum hoc etiam concordat Antonius de Butrio.

Quæritur an tenens mutuum, vel debitum vltra tempus legitimum a domino præconceſſum teneatur reſtituere intereſſe damni: & etiam lucri quod inde probabiliter proueniſſet. Cap. 3.

B

Tertia qõ TErtio quæritur, an tenẽs mutuũ vel debitum vltra tp̃s legitimum a Dño præconceſſum, teneatur reſtituere totum intereſſe damni: & ẽt lucri, quod inde ꝓbabiliter proueniſſet? *Sententia quęſtionis.* Ad hoc dicendũ, ꝙ omnes periti cõiter in hoc conſentiunt, ꝙ ex tunc tenetur ad totum intereſſe damni, ex tunc creditori ex hoc prouenientis. Et hoc intelligo, vbi ex culpa ſua proueniat defect⁹ ipſe ſoluendi. quia vbi abſq; omni culpa ſua ſit impotens ad ſoluendum, nõ ſic ſtrictè eſt loquendum. non tamen tenetur ad totũ lucrum, quod extunc illi probabiliter proueniſſet, ſi eam habuiſſet. immo tãtum ſubtrahi debet, C quãtum perditionum dubietas in mercationibus vel emptionibus contingẽtium penſanda eſt, & peritorũ iudicio probabiliter æſtimanda. cum hoc concor. Tho. ſecunda ſecundæ. q. 78. Nam fauorabilior eſt cauſa damnum vitantis, quam lucrum captantis. Inde eſt, ꝙ qui pecuniam mutuat, ſi occaſione illius mutui labores ſuſtinuit fortè itineris, uel alias de re pignorata: poteſt tantum recipere fructum, quantum ſibi ſatis fiat, ſm Anto. de Butrio. extra de vſur. c. conquæſtus. Et ex hoc caſu alij conſimiles colligi poſſunt, quod notabile eſt. hæc tamẽ non ſunt propter periculum populo prædicanda. D Eſt nihilominus aduertendum, ꝙ ſi creditor ex illa pecunia nihil feciſſet, nec facturus fuiſſe ſupponitur: vnde lucrum aliquod conſequi poſſet, vtpote quia pro certo ſupponitur quod eam ſimpliciter expendiſſet, ſeu in arca ſeruaſſet, tunc ad nullum intereſſe lucri obligatus eſt. *Triplici rõne quidã ab hoc caſu excipiunt debitũ uſurarum.* Sed quidam ab hoc caſu excipiunt debitum vſurarum, hoc eſt id ꝙ quis ex vſuris lucratus eſt. Et hoc ex triplici ratione. Primo ratione voluntarij, ſecundo ratione dñij, tertio ratione cõſueti modi. Primo inq̃ ratione uoluntarij, quia licet pactũ de danda vſura ſit de ſe & abſolutè inuoluntariũ ex parte mutuũ accipientis: E eſt nihilominus voluntariũ ex occurrẽti conditione. & ideo non ſimpliciter ab vſurario accipitur, & tenet contra voluntatẽ illius. ideo ad nullum damnũ ſibi inde proueniens præterq̃ ad ſolam vſuram reddẽdam ſm eos, tenetur. Secundo ratione dominij. Nam vt dicunt, dñium vſurariarum rerum verè vſurarij eſt. vnde non tenetur ad idem numero ſatisfaciendum, ſed ad æquiualens ſolum. fur vero vel raptor aut mutui retentor, ex quo tranſit tempus ſibi conceſſum, non habet dominiũ in re, quam debet & tenet inuito domino. & ideo tenetur ad intereſſe, quia dñm verum damnificat in re F ſua, & in commoditatibus, quas ex re ſua traxiſſet. Tertio ratione conſueti modi. ſcilicet qui cõiter obſeruatur in vſurarum ſatisfactione: quia nũquam videmus aut legimus vſurarios compulſos aut inductos ad reſtituendum, niſi ſolum in incrementum vſuræ. *Dubitatio.* Sed nunquid qui recipit domũ in pignus pro centum mutuatis vſque ad annũ hoc. ſ. pacto quod ſi non ſoluat in termino, cadat debitum in commiſſum, & pignoratio cadat in venditionem, poteſt tenere domum ſibi pignore obligatam eo ꝙ debitor nõ ſoluit in termino, cum domus valeat ſatis plus. *Solutio.* Dicendum ꝙ ualor domus penſari debet, G & quantum excedit preciũ, & computari debet, etiam ſi creditor recipit vſufructum de domo illa. Nam ſi recipit, tunc iudicari non poteſt, ꝙ in aliquo damnificatus ſit. vnde ſecundum aliquos non tm̃ nõ poteſt retinere ſeu recipere domum, verum etiã vſumfructum reſtituere obligatur, vel ipſum computare in ſortem. Si tamen damnificaretur de pecunia ſua: tunc ſicut ex præcedentibus patet, poſſet petere intereſſe. Si uero creditor non recipit vſufructum domus, cum illa ſuperfluitas domus ualoris cadat in debitoris pęnam, ſuppoſita utriuſque bona fide, quando contractus mutui celebratus fuit: tunc dicẽdum eſt, ſecundum ꝙ H in ſequenti c. dicetur de tertia pęna, quę cõuẽtionalis ibi denominatur. & hoc, ſicut dictum eſt, niſi factũ ſit in fraudem uſurarũ. Eſt inſuper notandũ, ꝙ ſi a preſtitore mutui ſub aliquo precio ſeu lucro talis vltra terminum detentio concedatur: tunc eo ipſo cõmittitur vſura, quia ex tali conceſſione ſortitur potius rationem volũtarij mutui quam inuitæ detentionis, ad hoc facit. cap. conſuluit, extra de vſur. plura quæ dicta ſunt in præcedenti ſermone. arti. 1. cap. 3. pro præſenti materia facere comprobantur.

A **Articvlvs Tertivs.**

Quod propter triplex debitum poteſt homo accipere vltra ſortem nec eſt ibi vſura.

TErtio quoque tollitur ultra ſortẽ vſurariæ excreſcentiæ vitium, ratione debiti poſtulantis. In multis enim caſibus vltra eos, qui in præſenti ſermone numerati ſunt ex debito requirenti poteſt ultra ſortem excreſcentia recipi ſine culpa, & maximè propter triplex debitum. Primo propter debitum ſeueri- B tatis, ſecundo propter debitum æquitatis, tertio propter debitum charitatis.

Quando licet exigere pœnam appoſitam in contractu, vel quamcunque aliam pœnam a iure, uel a iudice illata, & an liceat acquirere ab hoſtibus per vſuram. Capitulum primum.

PRimo enim poteſt accipere ultra ſortem propter debitum ſeueritatis. C ſcilicet quia ſeueritas iuſtitiæ hoc exigit. & circa hoc quærantur plura. *Primo q̃.* Primo quæritur, an ſit vſura in contractu mutui, ſi interpoſita ſit pœna detentori vltra terminum præfixum ſibi: & an iuſtè exigi poſſit illa pœna? *Solutio.* Dicendum, ſecundum Scotum in quarta di. 15. q. 2. ꝙ ſi talis pœna appoſita eſt, abſq; doloſa intentione vſurarij precij ſeu lucri: tunc petitor eam poteſt exigere: verbi gratia, ſm eundẽ ibi ſupra: Ego indigeo pecunia mea ad mercandum, a te rogatus concedo tibi eam vſque ad certum diem, adijciens pœnã conditionalẽ, quod niſi tali die ſoluas, quia mul tum damnificabor, ſoluas poſtea tantum vltra ſortem pęna autem hęc licita eſt, quia li- D cet me ſeruare indemnem premonendo illum, cum quo contraho. Signum aũt, quod non ſit in fraudem vſurarum eſt, quãdo creditor magis vellet pecuniam ſuam ſibi ſolui in certo præfixo die, quam in craſtino cum adiecta pęna. Et per oppoſitum in fraudem vſurarum eſt, qñ vult diem illum tranſire ſpotius q̃ pecuniã de illo ſibi ſolui. Aliud quoque ſignum addi poteſt, & non licet tunc exigere illam conuentionalem pęnã, ſi pręſtitor probabiliter credit & ſperat, ꝙ receptor mutui pœnam illam incurrit. Alexan. *Triplex pęna.* autem Lombar. diſtinguit triplicem pœnã. Prima dicitur pęna canonica ſeu legalis: ſecunda uero iudicialis. tertia eſt pœna conuẽ E tionalis. Prima enim dicitur pęna ſiue vſura canonica aut legalis. de qua. 12. q. 2. ca. in legibus. De qua verbi gratia, ponatur caſus de quinq; pro centum, quæ ex vi ſtatuti dat tutor pupillo, quę non tanꝗ uſuram, ſed tãquam pœnam legalem tutor pupillo ſoluit, arg. in pręallegato c. in legibus. ſit autẽ hoc, ne tutores aut negligentia ſeu malitia infidi pupillis fiant. Nam de pecunia emere debuit poſſeſſiones pupillo vel dare quinq; ꝑ centenario. Hoc nihilominus firmum tene, ꝙ pupilli pecuniam non poteſt credere tutor ad rationem v. vel alterius quantitatis anterioris vel ulterioris pro cẽtenario, quia F omnino vſurarius eſſet, & ad ſatisfaciendũ ipſe obligaretur. Secunda pœna eſt iudicialis. i. impoſita a iudice propter puniendam cõtumaciam debitoris. & hęc exigi poteſt, vt patet. 23. diſt. c. quanquam. in fine.

Secunda quæſtio. Secundo autem circa hoc quæritur, an qui recipere debet pecuniam ab aliquo, qui eſt impotens ad ſoluendum, unde eius poſſeſſionem recipit inſolutum, ſm ſen entiã communitatis, quæ tamen ualet plus quam ſit ipſum debitũ, teneatur reſtituere ſuperfluum valoris ipſius poſſeſſionis, & an ſit abſolutus, quia auctoritate communitatis poſſidet eam? G Dicendum ꝙ ſi creditor non percipit aliquam utilitatem de dicta poſſeſſione, *Solutio.* non tenetur reſtituere illud, quod plus poſſeſſio ualet: nec eſt peioris conditionis quam quælibet alia priuata perſona, quę niſi de pignore percipit emolumentum, valorem rei excedentem debitum reſtituere nõ tenetur, quando ſcilicet ex pacto mutuũ cadit in commiſſum, potiſſimè in hoc caſu, quia talem poſſeſſionem tenet ex iudicato communitatis. vnde ſi debitor damnificatur, maximè ex culpa ſua, imputet ſibi, quia a communitate non damnificatur, niſi per accidens, cum dicta communitas non poſuerit creditorem in illam poſſeſſionem ad H inferendam iniuriam, ſed ad obſeruandam iuſtitiam: Et hoc intelligi debet, quando bona fides interuenit ex parte creditoris, qui ex communitate cõſequitur proprietatem poſſeſſionis. Si autem creditor fraudem cõmiſiſſet in ipſam rem, ſcilicet uilificãdo eã, dicens quod poſſeſſio tantummodo ualet. c. & nihilominus ualet M. & inſolutum accipit eam: tunc totum illud, quod valet ultra quam fuerit debitum, creditor in foro conſcientiæ reſtituere obligatur, eo quod illicitè egit committendo dolum & fraudem. Aduertendum eſt tamen, quod ſi debitor

A bitor qui ſub pœna infra certum tempus promiſit debitum ſoluere impeditur paupertate,ſeu alia iuſta neceſſitate , non tenetur pęnam ſoluere ultra ſortem , nec licitè poteſt ab eo peti , ſi in iudicio hoc probari poteſt.extra de ſolu.c.Odoardus. *Tertia pœna.* Tertia vero eſt pęna conuentionalis. id eſt de con ſenſu partium appoſita, ut ſaltē pęnę metu debitum certo die ſoluatur. & hanc etiā licet exigere.extra de arbi.c.dilecti.12.q.2.c. Fraternitas. Apponitur autem talis pęna vt pacta ſeruentur. extra de pę.conſtitutus. dum tamē intentio ſit recta.Quia,vt prędiximus , ſi creditor ea intētione det mutuū,
B quia credit aut ſperat pęnam eſſe ſoluendā, tunc non aboletur vitium vſuræ , cum ipſe mutuet cauſa lucri: & cum ipſe ſperet lucrati pœnam,quæ quidem ſpes deſtruit eius liberalitatem & gratuitum mutuū. *Concordatio hoſt.* Prædictis concordat Hoſti.&addit ꝙ conuentionalis pœna prǽſumitur eſſe vſura, quando.ſ.talis ſolet exercere vſuras , aut ſtipulatur pęnas in menſes uel ſingulos annos , in Auth. vt nullus mutuans agricol.colla.4.poſita.c.de vſur.auct.ad hæc. De intereſſe etiā lucri talis detentionis ſ̄m quoſdam, tenendum eſt idem, quod in præcedenti capitulo dictum eſt:tamen in omni euentu petere pœnam
C non uidetur honeſtum,immo nec licitum : quando ſcilicet ſine ſua culpa factus eſt impotens ad ſoluendum, uel ad promiſſa ſeruandū, quare puniri non debet. vnde ſi abſque dolo & fraude in contractu pęna appoſita fuit,ꝙ ſi in tali termino ſeu loco nō ponit merces,ſubeat talem pęnam : ſi ex eo ꝙ non habuit merces, damnificatus eſt : videt quibuſdam quod poſſet petere ſaltem uſq; ad intereſſe,niſi ille fuiſſet legitime excuſatus:quia tunc eum non liceret grauare .

Tertia quæſt. Tertio quæritur,an ſtatutum vel conſuetudo ſecundum conſcientiam ualeat, qua ordinatur quod miſſus in poſſeſſionem lucre
D tur fructus ad rationem quandoq; pro centenario? *Solutio.* Dicendum quod Bal.in l.accepta.c. de vſur.quæſt.18.terminauit quod ſic, cum talis lucretur illos ratione &nomine intereſſe, quod etiam dicit no.in Auct. de exhi. re. §.ſi vero.in glo.quę incipit,quod leges. quæ glo.ſecundum eundem, ſingularis eſt. Nec mirum,cum hoc propter nimiam contumaciam auctoritas prætoris facere poſſet,vt l. Fulcinius.§.finali. ff. ex quibus cau. in poſſe.eatur.Sciendum tamen,quod Bar. in l.ſi finita. §.Iulianus. ff. de damn. infect. ad finem. inquit , quod licet gloſ. in auct. ſupradicta id dicat, ſcilicet quod de conſuetudine immiſſus lucretur fructus:tamē conſuetudo illa non eſt iuſta , ſecundum eum , E cum ſit contra ius diuinum in fraudem vſurarum : quare dicit eos computandos in ſortem . Alij vero circa hoc diſtinguunt & bene, dicentes , quod ſi pręſupponatur in fraudem eſſe factum, tunc Bart. verum dicit: ſed ſi non,quia in locum pœnalis legis ut attrahatur ad ſatisfaciendum , uel loco intereſſe, ſcilicet propter moram ſtatutum, vel conſuetudo emanaſſe videtur, tunc procedit glo.& dictum Bald. quod tamen verum intelligo in eo , qui iuſtè miſſus eſt: non tamen ex ordine, ſed ex cauſa. Si enim in veritate creditor non foret, ſeu iuſta cauſa non ſubeſſet : ſe conſcientia recta capitali ſeu ſortem retinere non poſſet, ſic etiā F nec fructus nomine intereſſe. *Quarta quæſtio.* Quarto quoque quæritur,an liceat ab hoſtibus exigere vel recipere vſuras . hoc quæro propter verbum Ambroſij, quod ponitur.quartadecima quæſtio.4.capitulo ab illo.vbi dicitur,ab illo exige vſuram,cui nocere merito deſideras: cui iure inferuntur arma,huic legitimè auferuntur vſuræ: quem bello vincere non potes,ab hoc uſuram exige.quem non ſit crimen occidere, ſine ferro dimicat qui vſuras exigit. ſine gladio ſe de hoſte vlciſcitur, qui fuerit uſurarius exactor inimici . ergo vbi ius belli,ibi ius vſuræ. Hæc G Ambroſ. *Solutio circa quam eſt triplex opinio.* Ad quod dicendum, quod hic eſt triplex opinio Doctorum , ſecundum Alexandrum Lombar. Prima eſt , quod licitum hoc eſt.& huius ſententiæ eſt Hoſtien. allegans illud Deuteron.23. Non fœneraberis fratri tuo.ad vſuram,ſed alieno. Huic etiam ſententiæ adhærere videtur Ioh.An. Hoc etiam proprie ſonare uidentur , verba illius capitu.ab illo, ſi diligenter examinentur. Huius ſententiæ eſt Gregorius de Arimino ſn quæſtione de impræſtitis Venetorum. & hæc opinio videtur mihi eſſe vera.
H & tunc aboletur vſuræ vitium , quia ſolus Deus verus eſt dominus omnium rerum , & bona temporalia dantur hominibus ad colendum verum Deum & Dominum vniuerſi. vbi igitur cultus Dei non eſt,ſicut ab inimicis Dei , vſuræ legitimè exiguntur. Quia hoc non ſit cauſa lucri , ſed cauſa fidei & fraternæ dilectionis ratione , ut ſcilicet inimici debilitentur & reuertantur ad Deū. Inſuper quia bona quæ habent , non ſunt eorum , ex quo ueræ fidei ſunt rebelles. ideo ad catholicos deuoluentur. Proinde ex prædicto decreto dixerūt quidam , quod ab hoſtibus licitè poſſumus accipere vſuras:

A ras: nam omnia eorum bona poſſumus au-
ferre, vt patet. 23.q.7.c.2. & quibuſcunque
inſidijs contra illos uti, ſcilicet occultando
ab eis illa, per quæ eos poſſumus expugna-
re, quia propoſitum noſtrum non tenemur
aperire eis. 23.quæſtio.2. Dominus. Ex hoc
etiam dixerunt, quod Chriſtianus poteſt ac
cipere vſuras a Iudæis ſiue a Saracenis, ſicut
a cæteris hoſtibus catholicæ fidei. de hoc e-
tiam aliquid dictum eſt ſupra ſermone vi-
Secunda opinio. geſimoſexto. arti. 3. cap. 8. Secunda uero
opinio eſt eorum, qui dixerũt quod dictum
decretum non intelligitur de aliquibus infi
delibus: ſed ſolum de reipublicæ inimicis,
B quibus licitum eſt apertè & per inſidias no
cere. a cæteris autẽ, qui ſeruire parati ſunt,
non licet accipere, vt patet 23.quæſt. 8.cap.
diſpar. vbi Alexand. Papa ait: Diſpar nimi-
rum eſt Iudæorum & Saracenorum cauſa.
in illos enim, qui Chriſtianos perſequũtur
& ex vrbibus & proprijs ſedibus pellunt;
iuſtè pugnatur. hi vbiq; ſeruire parati ſunt.
Tertia opinio. Tertia autem eſt opinio gloſæ, quæ ſuper
præſato decreto inquit, quod verbum Am-
broſij negatiue intelligi habet. ait enim, ab
illo exige vſuras, cui merito nocere deſide-
C ras. quaſi dicat, nulli debes deſiderare no-
cere: ergo a nullo vſuras exigere debes: &
ſecundum hunc intellectum a nullo licet
vſuras exigere, ſiue Chriſtiano, ſiue Iudæo,
ſiue pagano. Archid. autem in præallegato
cap. ab illo, recitat opin. Hug. qui poſt plu-
rima, licet non ſe firmet, tamen ſentire ui-
detur, quod nullo caſu licet vſuras recipe-
re, nec etiam ab hoſtibus, cum generaliter
prohibitæ ſint. & idem dixit in cap. ſi quis.
ea. cauſa & quæſtione.

De triplici caſu in quo licet accipere vltra ſortem ratione æquitatis. Cap. 2.

D

SEcundo quoque poteſt homo recipere
vltra ſortem propter debitum æquita-
tis. quia ſcilicet æquitas hoc requirit.
Prim⁹ caſus obſeruatiõe dignus. & de hoc ponamus tres caſus. Primus
caſus eſt, quando eccleſia recipit a ſuo va-
ſallo in pignus feudum, quod ab eo tenet:
tunc enim ex æquitate eccleſia non tenetur
fructus computare in ſortem. & de hoc
habetur textus extra de vſur. capitulo con-
quæſtus. vbi dicitur, quod monaſterium de
tinens terram titulo pignoris, debet com-
putare fructus in ſortem, & recepta ex
fructibus ſorte terra debitori reſtitui de-
bet. & hoc niſi terra ſit de feudo mona- E
ſterij: tunc enim, ſecundum gloſam. ec-
cleſia non tenetur fructus computare in
ſortem. Interim tamen non debet reci-
pere ſeruitium a vaſallo, nec tunc eſt vſu-
ra: quaſi dicere velit, quod ideo caſus iſte
licitus eſt; quia ab eo uitium vſuræ aufer-
tur, eo quod eccleſia ratione feudi non di-
citur recipere alienum. acciperet enim a-
lienum ſi interim vaſallus ad hoc ſeruitium
teneretur. tollitur ergo in hoc caſu vitium
vſuræ ratione feudi, quia talem excreſcen-
tiam feudum ſub licito ponit. hoc idem
habetur extra de feud. cap. 1. vbi determi-
natur, quod in tali caſu fructus debent com F
putari in ſortem, ita tamen, quod vaſallus
interim non tenetur ad ſeruitium. Sed ex
hoc caſu dubium ſurgit, an in feudo hoc
ſolum eccleſia habeat locum, cum hoc nõ
ſit priuilegium eccleſiæ, quod apparet ex-
tra de feu. cap. 1. vbi ad conſultationem fa-
ctam Papa reſpondet. Præterea ſi eſſet vſu- *Inſtãtia.*
ra, Papa non poſſet aliquem priuilegiare
contra præceptum Dei. 25.q.1. ſunt quidã.
ſed eſt intereſſe tantum, quia nõ recipit ſer-
uitium a vaſallo, ut ſupra dictum eſt. Dicen *Solutio.*
dum, ſecundum Bern. quod hoc idem licet
in quocunque feudo laicali: quia ibi eſt ea-
dem ratio, ergo eſt idem ius. extra de con- G
ſti. tranſlat. Nam licet reſpectu laico execra-
bilis ſit uſura, execrabilior tamen eſt reſpe-
ctu clericorum. extra de vſur. c. 1. & 2. quia
multa licent laicis, quæ clericis prohibẽtur.
88. diſt. c. fornicari. extra ne cleri. vel mo. ſe
neg. ſę. in. c. 1. Sed quid ſi uaſallus eccleſię, *Dub.*
uel domino ſeruire uelit pignoratione du-
rante prædicta, nunquid ſi uelit computare
ac recipere fructus licitum erit ei. Dicen- *Solutio.*
dum quod ſi in hoc caſu conueniant, debẽt
computari, extra de pact. c. 1. ſi uero in hoc
non conueniant, computari non debent,
vt no. Ber. & Hoſtien. extra de feu. c. 1. quia
res de facili reuertitur ad id, quod ſibi ius, H
& natura ab initio conceſſit. ff. de pact. l. ſi
vnus. §. pactus. & §. ſeq. extra de officio de-
len. ſuper quæſtionum. §. porro. videtur ta-
men dicendum, quod ibi eſſet notabilis di-
ſproportio inter fructus feudi, & ſeruitium
vaſalli, vel etiam per vaſallũ non ſtaret, quo
minus ſeruitiũ exhiberet, tunc eccleſia non
faceret fructus ſuos. quod ſentit Antonius
de But. extra de feu. c. 1. ibi dum dicit, maxi
me ſi ſeruitium fructibus diſproportionatẽ.
Ratio igitur, quare in hoc caſu aboletur uſu
ra, quia vaſallus non eſt dñs feudi, quãuis ĩ
eo habeat utilę dñium, & ſcđm aliquos non
eſt ma-

A eſt maior domino. Præſumitur etiam velle dare; quia ad antidota eſt naturaliter obligatus. Ex his patet ꝙ æquitatem côtinet iſte caſus. Secundus caſus æquitatem continens ſubiungatur, qui talis eſt: quãdo eccleſiæ poſſeſſio clerico in beneficio eſt alligata, & laicus tenet eam iniuſte & uiolenter, ſecundum Alexan. de Hales poteſt tunc clericus huius beneficij fructus percipere vltra ſortem, ut patet extra de vſur. c. 1. vbi mandatur quod fructus computetur in ſortem, quãdo poſſeſſio loco pignoris obligata eſt, niſi fortè beneficium eccleſiæ fuerit, quod redimi debet de manu laici. Sed hoc, ſe-

Secundus Caſus.

B cundum Alexand. de Hales non fit lucri cauſa, ſed vt res eccleſiæ eo modo de manu laici redimantur, ſicut in prædicta decretali patet. tunc quidem eccleſia ſeu clericus fructus taliter receptos retinere poteſt, nec eſt ibi vſura, cum ſuum tantum recipiat. Idem quoque eſſet de laico, quia hoc modo licet redimere poſſeſſionem de manu detentoris iniuſti. Si autem licitè quis res eccleſiæ haberet in feudum, tunc ſiquidem in ſortem computandi eſſent fructus, ſecundum Bern. Innocentium, & Hoſtienſem. extra de vſur. capitulo primo. Aboletur autem vſuræ vitium in hoc caſu, ſecun-

Opinio Alexandri de Hales.

C dum Rich. quia hoc fit non cauſa lucri, ſed vt res eccleſiæ de manu laici redimantur. Hęc etiam decretalis prædicta dicit. Simile quoque habetur de decimis, ſecundum Ray. nam ſimiles decimas tenet iniuſtè, nec poteſt eccleſia illas recuperare: poſſunt redimi de manu illius abſque periculo ſymoniæ, dum tamen hoc de auctoritatę epiſcopi fiat, quia in talibus iudicijs auctoritas multum excuſat. extra de rerum permuta. quæſitum. poſſunt etiam recipi in pignus, ſicut quælibet alia poſſeſſio, quam miles detinet violenter atque iniuſte, nec tenetur ſic recipiens fructus computare in ſortem,

D dum tamen non pertineant tales decimæ ad eccleſias alienas, quas recuperare non debet. extra de deci. ca. interdicimus. Idem quoque dicit intelligendum de omnibus poſſeſſionibus emptis, & de illis fructibus iniuſtè perceptis, quia ſcilicet tales poſſeſſiones in pignus recipi poſſunt, fructibus non recomputatis in ſortem. Tertium etiam caſum æquitatem in ſe continentem ſubiungamus de eo, qui pecuniam præſtat ad pompam, poteſt etiam talis recipere vltra ſortem, ſicut ſupra ſermone 36. articu. 3. cap. 6. dictum eſt. Scotus enim in quarto diſ. 15. queſt. 2. ait, ꝙ pecunia habet aliquem vſum utilem ex propria natura, vtpote ad uidendum vel ornandum tanquam diuitem poſſidentem: & ad iſtum finem locari poteſt; ſicut equus vel aliquid aliud locabile; & pro tali uſu retento dominio precium recipi poteſt, & ex toto contractus locationis eſt vel venditionis. Aboletur autem vſuræ uitium in hoc caſu, quia non eſt ibi mutuum, ſed locatum, & in locatione licet aliq̃d accipere ultra ſortem, ſicut ſupra in prę allegato ſermone. c. 2. patet. quia ergo talis pecunia locatur, & a cõductore locanti eãdem numero reddi debet: ideo ibi non eſt vſura. In tali quidem pecunia non transfer- B

Quo debitum uſura abolet.

tur dominium in mercatorem, nec ſtat periculo eius, ſed periculo commodantis, ſicut ſi locarentur argentea vaſa. Idem ſentit Hoſtienſ. & habetur. ff. commodati. l. iij. §. fin. & l. ſeq. Addit etiam Scotus, quod idem in numero deberet reſtitui, niſi fortè ſufficiat locanti æquale in pondere & valore. E

In quibus caſibus vltra ſortem datum ex charitate recipere licet. Cap. 3.

TErtio poteſt homo recipere vltra ſortem propter debitum æquitatis aut charitatis, & hoc in caſu, ſcilicet quando abſque omni intentione vel pacto datur aliquid vltra ſortem. Sed limitandus eſt caſus iſte, ſecundum illa quæ ſupra dicta ſunt ſermone. 37. articulo tertio, capitulo quarto. Aboletur in hoc caſu vſurę uitium, quia uſura ideo illicita eſt, quia corrumpit liberalitatem & gratuitum, quod in mutuo eſſe debet. gratuitum autem non deſtruit gratuitum, ſed magis adauget illud: ideo in tali caſu recipere licet. Eſt nihilominus aduertendum, ſecundum Durandum, quod ſi mutuantis intentio corrupta fuerit ita, quod mutuum non dediſſet, niſi ſub ſpe lucri, tunc nihil recipere poteſt, & receptum reſtituere obligatur, licet illud debitor dederit ex charitate, ſiue ex quacunque alia cauſa. Si tamen debitor ex ſola dilectione dat aliquid creditori, non poteſt illud repetere, nec poteſt reſtitutionem ſibi conſulere, niſi forte habeat aliquid de ipſius creditoris bonis. Item, ſecundum Thomam, in quæſtionibus de malo. quæſtio. tertiadecima, articulo quarto. ad primum: ſicut creditor licitè poteſt minus recipere ſua propria uoluntate, ſic & ſua propria uoluntate poteſt amplius dare debi-

G H

Multi caſus liti apparentes vſurarij.

A debitor,& ille cui dat licitè id recipere poteſt. Ex prædictis patet, quod in multis caſibus prima fronte apparet, quod concurrat vſura: & tamen liciti ſunt contractus. Adſit igitur ex Dei munere ipſa charitas, per quam quilibet veſtrum euadere poteſt vſurariam prauitatem:idipſum præſtãte Domino noſtro Ieſu Chriſto, qui cum patre & ſpiritu ſancto regnat in gloria per infinita ſecula ſeculorum. Amen.

FERIA SECVNDA poſt Dominicam de Paſſione.

B

Quantum vſura aduerſetur Deo, & vſurariũm idolatrare facit.

Sermo XLIII.

Duplex ſitis bona et mala quę nunquam expletur.

SI quis ſitit,veniat ad me, & bibat,Iohan.7. & in euangelio hodierno.Conſtat nempe eſſe duplicem ſitim : vnã,quam generat amor Dei : aliam, quam generat amor ſui. per primam deſiC derantur æterna, per ſecundam uero concupiſcuntur terrena. Vna finem habet Deum, vna alia pro fine habet mundum. Vna autem permanens expectatur: alia vero tranſiens & deficiens comprobatur. Impoſſibile quidem eſt animam arbitrij libertate præditam una iſtarum carere : ſicut etiã impoſſibile eſt utranque inſimul poſſideri, Domino atteſtante, Matthæi 6. Non poteſtis Deo ſeruire & mammonæ. Proinde æternorum ſitis præeligenda eſt. Hæc eſt illa, quæ ſatiat: altera vero cruciat:iſta perficit, altera quidem deficit,teſte Apoſtolo. 1.Corinth.13. dicente, Charitas nunquam exci-
D dit. De ſecunda vero. 1.Iohan.2. dicitur, Tranſit mundus & concupiſcentia eius.Ad primam igitur inuitat nos Dominus in propoſito verbo dicens,Si quis ſitit, veniat ad me & bibat, Ad ſecundam trahit mundus & concupiſcentia eius.Hæc ſecunda,cũ plenè captiuauerit mentem,prorumpere facit in vſurariam prauitatem, quæ cum creuerit maiorem ſitim cupidinis gignit, ſicut plenius in ſermone.45.cap.1.apparebit. Cum autem uſura occupauerit hominem infœlicem,facit eum impium contra Deum, ſæuũ & iniquum contra proximum,atq; nequã, & prauum contra ſeipſum. de illo primo agemus in præſenti ſermone,de reliquis vero in ſequentibus dicturi ſumus. Deniq; ad E ſitim diuinorum nos uocat Dominus,ſicut in pſal. 49. Propheta teſtatur dicens: Deus deorum Dñs locutus eſt.& uocauit terrã: a ſolis ortu vſque ad occaſum. quod verbum poteſt eſſe aliud thema in præſenti ſermone. In quib9 verbis triplex uocatio inſinuatur. Prima eſt perſonalis,ſecunda eſt naturalis, tertia eſt ſpiritualis. Prima vero eſt perſonalis. & de hac ait,Deus deorum Dominus locutus eſt. ſcilicet carnẽ aſſumpſit, & contemptum terrenorum prædicauit. Proinde Iohan.15. Si non ueniſſet, & locutus fuiſſet eis,ſcilicet de contemptu mundi, F & ultra contra vſuram : peccatum non haberent. Secunda eſt uocatio naturalis.& de hac ſubdit,uocauit terram.id eſt terrenos& auaros. Tales autem Ierem.22. Admonens dicit:Terra,terra, terra audi ſermonem Domini. Ecce terna citatio. Prima eſt corruptio naturalis, ſecunda eſt infirmitas accidentalis, tertia eſt peremptoria citatio, & finalis, ſcilicet ipſa mors. Tertia eſt vocatio ſpiritualis:& de hac ſubdit,a ſolis ortu. id eſt ab infantia, in qua oritur eis ſol gratiæ per baptiſmum, vſque ad occaſum, id eſt vſque mortem, in qua occidit eis ſol. id eſt omnis ſpes gratiæ & ueniæ. Sed quid e- G ueniat talibus contemptoribus diuinorũ & dilectoribus mundanorum, atque vſurarũ, per vſuræ conſiderationem intelligamus. Facit nempe uſura aduerſariũ Dei, non ſolum quia facit aduerſari triplici legi eius, ſcilicet naturę, ſcriptæ & gratiæ. verum etiam quia tres abominationes ſeu abominabiles impietates generant contra Deum in anima.primo enim facit Deum derelinquere,ſecundo facit idolatrare,tertio facit Deũ impugnare.

Triplex vocatio.

Terna citatio.

Tertia vocatio.

Quid facit uſura.

ARTICVLVS PRIMVS.

Quod vſura facit vſurarium in tota anima ſua derelinquere Deum. H

PRimo enim vſura generat in anima vſurarij primam impietatem, quia facit derelinquere Deum : & hoc quo ad omnes tres animæ uires. Nam verè cum intellectu Deum non credit, cum memoria in Deo non ſperat, cum voluntate Deum non amat.

Quod

A *Quod vſurarius in intellectu Deum non credit. Cap. 1.*

PRimo enim cum intellectu Deũ non credit. quanto enim corporeus oculus fit pinguior terræ, tã to minus ac minora uidet. Sic nẽ pe oculus noſtræ mentis propinquius affigi tur terrenis & tranſitorijs rebus: tanto amplius lumen fidei perdit, per quod Deus cognoſcitur & uidetur : & omnia quæ Dei ſunt clarius cognoſcuntur. Proinde vſurarij cæci ex terrenis effecti uſuram non credunt eſſe peccatum, nec percipere valent,
B qua ratione debeat eſſe malum: quia ſicut propheta ait, Oculos ſuos ſtatuerunt declinare in terram. Tres enim cæcitates ſeu infidelitates per vſuram in vſurarij anima generantur. nam primo non obhorret infernum, ſecundo non deſiderat paradiſum, tertio in veritate non veneratur aliquod eccleſiæ ſacramentum. Prima vero cæcitas in uſurarij anima generatur, quia non abhorret infernum. Cum enim uſuram non credit eſſe peccatum, minime ueretur ſupplicium ſempiternum pro illa, et pro alijs ſceleribus ſubiturum. Ideo omnem iniquitatem, omnem iniuſtitiam, omnem de-
C nique impietatem perpetraret, & in infernalem voraginem omnium ſcelerum atque flagitiorum ſe præcipitaret: niſi forſitan timore ſecularis pęnę a talibus abſtineret. quia ſicut dicitur Eccl. 10. auaro autem & auaritia nihil eſt ſceleſtius. hoc autem non ſolum ratione colligimus, ſed & quotidie experimentis aſſiduis dolentes nimium experimur. Secunda cæcitas eſt, quia non deſiderat paradiſum, cum nullum aliud credat eſſe, niſi ſæculum præſens. Et licet Deus velit eſſe grati mutui merces, uſurario cęco non ſufficit Deus, cum ipſum nõ quærat ad diuitias ſempiternas. Proinde de talibus Ie-
D remiæ 2. lamentabiliter Dominus conqueritur dicens, Populus meus, ideſt vſurariorum congeries, mutauit gloriã ſuam in Idolum, ideſt in nummum, quem plus diligit q̃ gloriam paradiſi. Tertia vero cęcitas eſt. quia non venerantur in ueritate aliquod eccleſiæ ſacramentum. Et licet miſſas quandoque audiant aut diuina, non tamen illa audiunt quaſi ſancta & vera, ſed ne omnino populo abominabiles fiant. Denique quia omnino de diuinis cæci & ignari ſunt, ridiculoſa quædam frequentant, oſculantur deturpando depictas imagines ſanctorum in pariete, manibus impudicis illorum vultus

Tres cæcitates per vſurã cõ mittũtur.

contrectant, vultuque ſuo deinde confricant. & ſi quando in alto loco fuerit imago depicta, capitergum ſeu birretum ad vultũ eius proijciunt, & illud demum inſipidè oſculantes, & conſimilia, quæ non a vera deuotione procedunt, ſed ſtultitiam, hipocriſim & manifeſtam ſimulationem oſtendũt. Licet autem quandoque in eccleſijs genuflectant ad imaginem crucifixi, tamen minimè illi credunt. proinde effecti ſunt ſimiles cuidam furioſo, qui coactus a ſuis cuſtodibus ante crucifixum flectere, ut patrocinium impetraret: alta uoce ad crucifixũ ait, Ieſu Chriſte, ego te adoro, ſed non tibi credo. Nempe ſi Chriſto crucifixo uſurarius crederet, proculdubio ab vſura ceſſaret, & male acquiſita ſatiſfaceret diligenter. E F

Quod vſurarius ſperans in mundo deſperat de Deo. Cap. 2.

SEcundo cum memoria in Deo non ſperat. Hinc Auguſtinus ait, de Deo deſperare eſt ſpem poſuiſſe in creaturis. In tantum enim talium mens rapitur ad terrena, q᷑ obliuiſcuntur Dei creatoris ſui. vnde de eis lamentatur Dominus per prophetam dicens, Obliuioni datus ſum tanquam mortuus a corde. Verè mortuus eſt in talium G
corde, cum totus uigor & ſpes illorum ſit in his caducis rebus. Derelicta igitur ſpe & confidentia, quam in Deo tenentur habere, in tribus ponũt talem ſpem & fiduciam ſuam. Primo in ſuis malitijs, ſecũdo in ſuis diuitijs, tertio in ſuis conſanguineis. Primo enim confidunt & ſperant in ſuis malitijs. conſiderant multa (accumulaſſe aſtutijs) cautelis & circumuentionibus ſuis: delectant egiſſe, gloriantur feciſſe, confidunt ſimilia & forte maiora adhuc ꝑpetrare poſſe. quos propheta dirè increpat dicens, Quid gloriaris in malitia qui potens es in iniquitate? Audiant huiuſmodi infelices H
quid illa ſancta Iudith. 6. ait. Non derelinquis præſumentes de te Domine. & præſumentes de ſe & de ſua uirtute gloriãtes humilias. Et iterum Ieremiæ 4. dicitur. Sapientes ſunt, ut faciant mala: bene autem facere neſcierunt. Secundo confidunt in diuitijs ſuis, quos conſiderantes illuminatę & timoratę mentes admiratiua compaſſione, & intellectiua deriſione ſtupent, quod tota illorum ſpes ſint diuitiæ tranſitoriæ & fallaces. Proinde propheta ait: Videbunt iuſti & timebunt, & ſuper eum ridebunt & dicent, Ecce homo qui non poſuit Deum

Derelicta ſpe Dei cõfidentia ĩ tribus ponunt ſpẽ, & fiduciam. Primo.

A adiutorem ſuum, . ſed ſperauit in multitudine diuitiarum ſuarum, & præualuit in vanitate ſua. verba ſunt ſacra & miro ſenſu, & lumine plena, ideo ſaporanda & magno pondere perſcrutanda ſunt. Ait enim. Videbunt iuſti, ſcilicet hominem ſupradictũ: Ex qua quidem viſione fiunt iuſti prudentiores, ſicut Prouerbio. 21. dicitur. Multato peſtilentæ ſapientior erit paruulus: ex illo quoque fiunt cautiores, & etiam humiliores. ideo ſubditur, & timebunt. Fælix, quem faciunt aliena pericula cautum. Inſuper intelligunt malos irriſione dignos, & ideo infertur, ſuper eum ridebunt. quia cla
B re cognoſcunt Deum deridere tales. vnde propheta ait. Qui habitat in cœlis, irridebit eos. & dicent, ſcilicet ipſi iuſti, ecce, demonſtratiue ad confuſionis exaggerationem: homo, ab humo, quia ex cupidine, quã terrena dilexit, totus terrenus effectus eſt, qui non poſuit Deum adiutorem ſuum. ſcilicet ſperando in eo. qui verè ſicut ait pſalmus. Protector eſt omnium ſperantiũ in ſe: ſed ſperauit in multitudine diuitiarum ſuarum, ſcilicet non conſiderando quod Sophoniæ, ideſt ſcriptum eſt, Argentum & aurum eorum non poterunt eos liberare in die furoris Domini, ideſt in die
C mortis, quando furor mortis diſcutiet illos. & præualuit in uanitate ſua, ideſt, in acquirendo diuitias & uana tẽporalia. Quod animaduertens Apoſtolus. 1. Timoth. 6. ait, Diuitibus huius ſeculi præcipe non ſublime ſapere, neque ſperare in incerto diuitiarum, ſed in Deo viuo, qui præſtat nobis omnia abunde. Tertio huiuſmodi homines confidunt in ſuis parentibus ſeu parentelis & conſanguineis, neſcientes quod hi ſæpe amplius quam alij cum deſiderio expectant eorum mortem: nec plus diligent illos in reſtituendo, quam illi dilexerunt ſe metipſos in fine nihil faciendo, ut ueniat
D ſup illos illa maledictionis imprecatio, de qua Hierem. 17. dicitur. Maledictus homo, qui confidit in homine & ponit carnem brachium ſuum, ideſt, confidit in parentibus, quibus bona ſua reliquit, quod extrahent eum de profundo lacu inferni. Et ſequitur, beatus uir qui confidit in Domino, & erit Dominus fiducia eius. ſcilicet dum in vita ipſe proprie ſatisfaciet aliena.

Quod vſurarius cum voluntate non diligit Deum. Cap. 3.

E Tertio cum voluntate Deum nõ amat, ſed totum ſuum affectum effundit ad tranſitoria mund. Vnde Auguſtinus ſuper epiſtolam ad Phil. ait: Hoc ab homine colitur, quod præ cæteris diligitur. Contingit autem hoc fieri maxime triplici ratione uel modo. Primo per affectualem concupiſcentiam, ſecundo per affectualem complacentiam, tertio per affectualem lætitiã. Primo per affectualem concupiſcentiam, Concupiſcunt enim animæ vſurariorum deſiderare poſſeſſiones mũdi in omni tem- F pore. nec aduertunt quod per prophetam hoc prohibet Dominus dicens, rapinas nolite concupiſcere. vbi a rapina vſuræ, non tantum prohibet manum, ſed etiam animum: Nempe diuitiæ vſurarum ideo rapinæ dicuntur, non tantum quia rapiuntur iniuſtè, uerum etiam quia per ardentem concupiſcentiam rapiunt mentes. quod Dominus Matth. 6. inſinuare volens ait: Vbi eſt theſaurus tuus, ibi eſt & cor tuum. Iob quoque in vigeſimo capitulo, in perſona vſurarij ait: Iccirco. Id eſt propter hanc improbam cupidinem rerum cogitationes meæ variæ ſuccedunt ſibi & mens mea per diuerſa rapitur. Ideo quidam ait. Nõ credas quæcunque audis, nec dicas quæcunque noſti, nec concupiſcas quæcunque uides. Secundo effundunt ſemper affectualẽ complacentiam. Proinde & de talibus erat diues ille, quem Apocal. 3. Spiritus veritatis durè increpat dicens. & dicis, quia diues ſum, & locupletatus, & nullius egeo: & neſcis, quia tu es miſer & miſerabilis & pauper & cæc. & nudus. Et iterum per prophetam admonet dicens: Diuitiæ. ſ. iuſtæ etiam acquiſitæ, ſi affluant, nolite cor apponere. Ille nempe cor diuitijs apponit, qui illis per affectualẽ complacentiam totò corde adhæret, ſicut in H perſona talium ait propheta, Adhæſit pauimento anima mea. Tertio effundunt ſe per affectualẽ lætitiã exultantes in diuitijs ſuis. de quorum numero erat diues ille, qui Lucæ 12. dicebat, exultando, anima mea habes multa bona. Ecce ſapida atq; ſaporoſa concupiſcentia temporalium rerũ, qua cumulauerat multa repoſita. Ecce diligentia cuſtodiæ in annos plurimos. Ecce ſpes uana, quia nunquã credit ſe derelicturum illa. Requieſce. ecce ignauia ocioſa & pigra. Comede, ecce inhiãs gula. Bibe: ecce ebrietatis demẽtia: Et epulare: ecce uita luxurioſa. Vbi notari

Triplici modo vſurari⁹ cõcupiſcit.

Septẽ gaudia quibus de diuitijs, vſurarij, fruunt.

A tari poſſunt ſeptē gaudia, ſeu ſeptem exultationes, quibus de diuitijs vſurarij & auari loco Dei fruuntur in hac præſenti vita. Sed attende, quid ſequitur, & vide finem illorum. Dixit autem illi Deus: O tu, qui tibi longa tempora modo in diuitiarum lætitia ſpondebas, hac nocte repetent animam tuam à te. ſcilicet dæmones exactores, quibus illam ſeruaſti, ſecundum gloſ. Quæ autem paraſti, cuius erunt? ſcilicet an filiorum, vel conſanguineorum, aut aliorum, illa cum inhianti fame expectantium deuorare, vt non ſæpe, ſed ſemper verificetur de eis, quod Propheta ait: Relin-
B quent alienis diuitias ſuas, & ſepulcra illorum domus illorum in æternum. Tunc nempe relinquunt alienis, quæ in diuitijs cumularunt, quando remanent his, qui ab eis alieni ſunt corde & charitate. licet ſecundum carnem cariores propinqui ſunt.

ARTICVLVS SECVNDVS.

Quod vſuræ faciunt vſurarium idolatrare attribuendo nummo cultum Sanctiſſimæ Trinitatis.

C SEcundam abominabilem impietatem generat in anima vſura contra Deum, quia facit animas idolatrare. Nam per ipſam vſurarij attribuunt ipſi creaturæ, qđ ſolum cōpetit ipſi creatori. Hinc ait Apoſt. ad Ephe. 4. Auaritia, quæ eſt idolorum ſeruitus. quia ſicut idolatræ ſubdunt ſe idolo, ita auari ſubdunt ſe nummo. vnde ſuper prædictum verbum Apoſtoli glo. ait: Auari Deus eſt nummus. Attribuunt enim auari & vſurarij nummo, primo potentiam Patris, ſecundo ſapientiam Filij, tertio clementiam Spirituſſancti.

D *Quod vſurarius attribuit nummo potentiam Patris. Cap. 1.*

Nūmo attribuunt potētiam Patris.

PRimo attribuunt nummo potentiam Patris, dum per opera demonſtrat quod plus poteſt in eis nummus, quam Deus. vnde 47. diſtin. c. omnes. Greg. ait: Omnes huius ſeculi dilectores in terrenis rebꝰ fortes ſunt, in cœleſtibus vero debiles. Nam pro temporali gloria vſq; ad mortem deſudare appetunt, & pro ſpe perpetua, nec parū quidem in labore ſubſiſtunt. Pro terrenis lucris qualeſcunq; iniurias tolerant, & pro E
cœleſti mercede, vel tenniſſimi verbi ferre contumelias recuſant. Terreno iudici tōta etiam die aſſiſtere fortes ſunt: in oratione verò coram Domino ve vnius horæ momento laſſantur. ſæpe nuditatem, deiectionem, famem pro acquirendis diuitijs tolerant, atq; honoribus & earum rerum ſe per abſtinētiam cruciant, ad quas adipiſcendas feſtinant: ſuperna autem quærere tanto magis diſſimulant, quanto magis ea tribui tardius putant. Hæc ille.

Quod vſurarius attribuit nummo ſapientiam filij Dei. Cap. 2. F

Nummo attribuūt ſapientia Filij.

SEcundo attribuunt nummo ſapiētiam filij Dei. tanta enim fuit ſapientia filij Dei, quod poſtquam carnem noſtram aſſumpſit, per diſcipulos ſuos per vniuerſum orbem omnem idolatriam extirpauit. Sed auaritia impia inter Chriſtianos idolatriam innouauit, ac multiplicauit. In huiuſmodi myſterium Oſeæ 10. dicitur, Secundum multitudinem fructus ſui Iſrael. i. Chriſtiana gens. multiplicauit ſibi altaria, ſ. ad vſuram parata, iuxta vbertatem terræ ſuæ exuberauit ſimulachris ſuis. Et Hieronymus in epiſtola ad Ruſticum monachum G
ait: Æſtimato malo pondere peccatorum leuius videtur alicui peccare auarus, quam idolatra: ſed non mediocriter errat: non enim grauius peccat, qui duo grana thuris projicit ſuper altare Mercurij, quam qui pecuniam auarè, cupidè, & inutiliter ſeruat, & congregat. Ridiculum videtur, quod aliquis iudicetur idolatra, quia duo grana thuris offert creaturæ, quæ debuit Deo offerre: & ille non iudicetur idolatra, qui totum ſeruitium vitæ ſuæ offert creaturæ.

Attribuit vſurarius nummo clementiam Spirituſſancti. Cap. 3. H

Nummo attribuūt clemētiā Spiritus ſancti. qui ponunt in theſauris ſpem ſuā.

TErtio autem attribuunt nummo clemētiam Spirituſſancti, dum per opera monſtrant amplius transformare poſſe mentes eorum amor nummi, quam amor Dei. Habet. n. nummus auarorum, & vſurariorū Deus, quēadmodū Spiritſſanctꝰ ſuos ſpirituales ſtatus, hēt viſiones, hēt extaſin, habet quoq; orationē. Proinde in diſt. 47. c. ficti. Amb. ait: Sicut hi, qui inſaniam mētetrāſlati ſunt, nō iā res ipſas, ſed paſſiones ſuę fantaſias vident: ita & mens auari ſemel

A ſemel vinculis cupiditatis aſtricta, ſemper aurũ, ſemper argentum videt, ſemper redditus computat. ecce viſiones Dei nummi. Et ſequitur, gratius aurum, quam ſolem intuetur. & hæc eſt extaſis nummi. Et additur, ipſa enim oratio & ſupplicatio ad Dominum aurum quærit. ecce ipſius nummi oratio manifeſta. vel dici poteſt, ꝙ vſura aduerſatur toti ſanctiſſimæ Trinitati.

Vſura aduerſatur toti ſanctiſſimæ Trinitati.

Primo poteſtati Patris.

Primo poteſtati Patris, quia vendit tempus, quod ſolius eſt Dei, & gratis ad vitam hominis eſt conceſſum. vnde Act. 1. Dominus ait, Non eſt veſtrum noſce tempora vel momenta, quæ Pater poſuit in ſua poteſtate. Si igitur non eſt noſtrum noſce tempora, multo minus eſt noſtrum illud vendere. B Poinde Dominus, Matt. 10. ait: Gratis accepiſtis, gratis date.

Secundo veritati Filij.

Secundo aduerſatur veritati Filij, quia facit mendacem Chriſtum, qui, Io. 12. ait, Niſi granum frumẽti cadens in terra mortuum fuerit, ipſum ſolum manet. Et idem 1. Cor. 15. Apoſt ait: Inſipiens tu, quod ſeminas nõ viuificatur, niſi prius moriatur. ſed vſura multiplicat granum & denarium abſq; eorum morte.

Tertio bonitati Spiritusſancti.

Tertio aduerſatur bonitati Spiritusſancti, qui quidem omnia gratis donat, ſicut Matt. 6. Dominus ait: Solem ſuum oriri facit ſuper bonos & malos, pluit ſuper iuſtos C & iniuſtos. ſed vſura gratias vendit. nã mutuare ex ſua ſpecie opus gratiæ eſt, quod vſura venale reddit. contra quos, Lu. 6. Dominus ait: Si mutuum datis eis, à quibus ſperatis, quæ eſt vobis gratia? q.d. nulla.

Articvlvs Tertivs.

Quod vſura generat in anima ſeu am blaſphemiam contra Deum, & contra errorem eorum, qui dicunt ciuitatem ſtare non bene poſſe ſine vſurario manifeſto.

D

Tertiam abominabilem impietatem, immo crudelitatem vſura in anima generat contra Deum, qui facit eum blaſphemare. Quot hodie inter Chriſticolas mentes dementes reperiuntur, qui credunt, quin potius manifeſtè aſſerunt, populum ſine aliquo manifeſto vſurario nõ poſſe ſtare. Ecce primo terribilis blaſphemia contra Deum, dum ſibi opponitur impoſſibilia præcepiſſe, cum in multis locis ſcriptura, ſicut patet ſup. ſer. 38. art. 2. c. 1. & 3. omnino & abſolutè prohibuerit vſurariã prauitatem. E Secundo etiã blaſphematur Chriſtus, qui ſicut Lu. 6. dicitur, Præcepit mutuũ gratis dari. cõtra quos blaſphemos ait Hierony. dicẽs: Anathema ſit, qui dixerit Chriſtum præcepiſſe aliquid impoſſibile. Tertio quoque blaſphematur eccleſia ſancta, quæ tam acerrimè in ſacris canonibus ex decretis vſuram perſequitur, & impugnat, atq; dicentes vſuram non eſſe peccatũ, tanquam hæreticos eſſe puniendos decernit, ſicut patet ext. de vſur. c. ex graui. i ſi. in Cle. vbi dicitur: Sanè ſi quis in errorẽ inciderit & pertinaciter affirmare præſumat, exercere vſuras non eſſe peccatum, decernimus velut hæreticum puniendum, locorum nihilominus ordinarijs & hæreticæ prauitatis inquiſitoribus diſtrictius iniungentes, vt F contra eos quos de huiuſmodi errore diffamatos inueniunt, aut ſuſpectos tanquam diffamatos, aut ſuſpectos de hæreſi procedere non omittant. Quarto blaſphemantur omnes Sancti Doctores, atq; mendaces æſtimantur, dum vſurã, quam ipſi condemnant, in populis neceſſariam eſſe temerariè affirmant. Et licet quilibet Chriſtianus, qui non vult ruere in tot blaſphemias, firmiter credere obligetur, maximè quod eſt humano generi, & cuilibet populo abſq; manifeſto vſurario ſtare: nihilominus hæc fides vera valet lucide ipſis fidelibꝰ rationibus declarari, ſi conſideremus tria. G Primo ea, quæ ad hanc falſam opinionem inducunt: ſecundo, quæ ab illa retrahunt: tertio, quæ huic falſæ opinioni non credere cogunt.

Tria inducunt populum in errorem illum quo dicunt ciuitatem non poſſe ſtare abſq; vſurario manifeſto, & publico. Cap. 1.

Primo quidem conſideremus, quæ populos ſic opinari inducunt. H Circa quod aduertendum eſt, ꝙ ad hoc ſic credendum tria inducunt eos. Primum eſt neceſſitas, ſecundum eſt commoditas, tertium eſt vtilitas.

Circa hoc aduertenda tria ſunt.

Primum quidem ad hoc inducit neceſſitas, quæ triplex aſſignatur. prima, quia rarus inuenitur mutuator: ſecunda, quia rarus inuenitur emptor: tertia, quia rarus inuenitur iuſtus appretiator.

Prima neceſſitas.

Prima inquam neceſſitas eſt, quia rarus inuenitur mutuator, quæ gratis mutuare velit: quapropter in neceſſitatibus egenorum,

A rum, vt dicunt, neceſſe eſt poſſe habere recurſum ad aliquem ſub vſuris publicè mutuantem. Quibus dicendum eſt, quod licet hoc pro vero ſupponi poteſt.ſ.quod rarus, qui gratis mutuare velit reperiatur, tamen indagãda eſt ratio vnde hoc prouenire con tingat: quæ quidem maximè eſt diſſuetudo mutua gratis dandi,& quæ inoleuit abu ſio ſub lucro fęnoris mutuandi. hæc igitur neceſſitas, quæ ex vitio originem habet in eis,qui ei cauſam præſtant,non excuſat culpam,ſed aggrauat noxam, cũ ex impia con ſuetudine originem ſumat.

Secunda neceſſitas Secunda neceſſitas ad hoc impellens eſt, quod rarus inuenitur emptor. nã licet quis B habeat aliquid,quod poſſit pignori dari: nõ tam cito reperiri poteſt,cui valeat vendi,& interim qui indigens eſt plura incommoda portat. His quoq; reſponderi poteſt, ꝙ ſicut infra dicetur, communis vtilitas particulari præponenda eſt. vnde Aug. Charitas communia proprijs, & non propria communibus anteponit. & in authen. res quæ. C.communia de lega. & ext. de poſtu.præla.c.bonæ. ſed væ infęlici mundo, quia vt ait Apoſt. ad Philip.2. Secundo enim omnes,quæ ſua ſunt quærunt,& nõ quæ Chriſti Ieſu.

Tertia neceſſitas. Tertia verò, vt aiunt, neceſſitas eſt, quia rarus inuenitur iuſtus appretiator, qui.ſ.rẽ C iuſto pretio emere velit. Dicendum, quod malum ſpirituale nunquam perpetrari, neque permitti debet propter aliquod commodum temporale. Secundo inducit populum ad ſic credendum ipſa commoditas. Nam vt dicũt propter facilitatem,quã præſto habent mutuum habendi à publico vſurario,ſubuenitur indigentijs & neceſſitatibus ſuis. Quibus reſponderi poteſt, quod ſi veritas bene penſetur, duplex hominum genus mutuum accipit ſub vſuris. quidam propter neceſſitatem,quidam propter iniquitatem, quidam propter cupiditatem. Primo caſu, quidam accipiunt propter ne-D ceſſitatem, qua.ſ.ad hoc aliqua neceſſitate compulſi ſunt, nec aliunde ſibi ipſis ſubuenire valent. Ad quod dicendum eſt, quod commoditas hæc, & neceſſitas in re publica non eſt attendenda, quando communiter in ea inde ſequitur maius damnum, quã ſit ipſum commodum: cum ſicut infra latius patebit hic cadat damnoſa vtilitas, & pernitioſa commoditas ad commune bonũ. Præterea ſi ſuſcipiens tale mutuũ pauper eſt, & in paupertate ſua indiget adiuuari & ſubueniri, per hunc modum de paupere pauperior ſit, & inde amplius opprimitur & grauatur, vnde ſubleuari videtur. B Ex his igitur patet,quod neceſſitas hæc pro ximi, quam quidam inaduertenter aduertunt,ſecundum rei veritatem habere publi cum vſurarium non excuſat, ſed amplius aggrauat & condemnat. Secundo ſunt quidam, qui mutuum ſub vſuris accipiunt propter iniquitatem. ſ. vt ludere poſſint, ſeu vt ſectentur melius luxurias ſuas, impleant gulam, atque vanitates & voluptates in ſe & in ſuis pro libito voluntatis ſectentur. & forte talium, quam præcedentium non minor eſt numerus, & pro talibus publicos vſurarios ordinare & ſuſtentare, nihil aliud eſt quam fauere iniquitati F & aperire vias impietati, proinde cuilibet taliter fauenti Propheta ait: Si videbas furem,ideſt vſurarium, currebas cum eo, & cum adulteris portionem tuam ponebas.ſ. dum publico vſurario fauebas. Tertio vero ſunt quidam,qui mutuum accipiunt ſub vſuris propter cupiditatem,ſicut facere ſolent quidam artifices, & mercantes,qui viduarum dotes ſub vſurario mutuo recipiẽtes,quærunt non ſuæ neceſſitati parere, ſed ſuæ inſatiabili cupiditati diuitias cumulare. Sunt inſuper quidam, qui à publico vſurario pro minori vſura mutua quærunt, vt ea G alijs pro maiori diſpenſent. Pleroſq; etiã reperire contingit, qui verecundantes, aut timentes in vita,ſeu in morte reputari vſurarij,dant ad partem vſurarij lucri vſurario manifeſto, & hi ſunt qui maxime eos defenſant, & eis fauent. Tertio quoque inducit populos ad ſic credendum vtilitas.ſ. quam ſibi putant inde euenire. Nempe multi ſunt, qui pro paruo tempore denarijs indigentes mutuum ſub vſuris accipiunt, ſperantes paucis in diebus tale onus deponere, paruumq; inde incommodum reportare. Nam ſi rem,quam pro pignore ponunt, vendere vellent, vel em- H ptorem tam cito non reperirent, aut ſatis pro minori pretio, quam poſcat iuſtitia darent. Inſuper quandoque rem venditam iterum emere neceſſe haberent. Ex quibus omnibus grauius quam de vſura, vt aiunt, incommodum reportarent, & aliunde ſuæ indigentiæ prouidere nõ poſſent. Ad hoc quidem reſpondendum eſt, quod quia tales continuum mellitum vſuræ venenum ſenſibiliter non aduertunt, dum traijciunt illud: ideo non ponderant damnum, ſed experientia teſte, paulatim inſenſibiliter labente tempore, vt plurimum

A mum reperiunt ſe in fine deceptos, & in rebus conſumptos, & diuerſimodè deuoratos, & ſecundum propoſitum ſuum rariſſimè euenire. Inſuper ſi alicui euenire contingat, attamen communi vtilitati, quæ particulari præferenda eſt, pernitioſum eſſe probatur. Dicam fortius, præſupponatur, quod per prædictam conceſſionem multa vitarentur mala, vtpotè damnum in rebus, periculum in perſonis. Item propter hoc plurima ſequerentur bona, ſcilicet pauperum ſuſtentatio, mercantiarum ſalutio, & ſimilia: nihilominus non debet talis libertas dari, neque talis contractus fieri. B Nam mala, quæ vitari poſſunt per dictam conceſſionem, vt patet, ſunt temporalia & corporalia. ſed nullum malum debet committi ſpirituale, nec etiam permitti propter aliquod malum temporale, ſeu corporale vitandum, nec propter quodcunque tale bonum adipiſcendum. Adhæc fortius addam, quia dato, quod talem conceſſionem, ac per contractum vſurarium in aliquo caſu aliquod ſpirituale malum euitaretur, regulariter tamen non videtur illud poſſe eſſe maius quam peccatum illud, quod committitur in tali contractu, ſi bene conſiderentur ea, quæ iam dicta ſunt in præſenti ſermone, & quæ dicentur in duo- C bus alijs, qui nunc ſequentur. ideo non debet homo tranſgredi Dei præceptum propter quodcunque bonum particulare, quod ſibi, vel alteri prouenire poteſt. ad hoc faciunt, quę dicta ſunt ſupra ſermo. 38. articu. 3. capitu. 3. & maximè in ſecundo notabili.

Quod tria ſunt, quæ trahere à prædicta fallaci opinione poſſunt. Cap. 2.

D *Tria trahūtur ex hac falſa opinione.* SEcundo conſideremus, quæ ab iſta falſa opinione, quod in populo ſit neceſſarius publicus vſurarius, retrahunt: quæ triplex vtilitas eſt. Prima generalis, ſecunda temporalis, tertia vero ſpiritualis.

Prima eſt vtilitas generalis: nam ſi non haberetur vſurarius manifeſtus, his quibus pecunia opus eſt, quando demum non inuenirent alium ſubuentorem, res ſuas venales exponerent. ex quo ſequeretur communis practica, atque commune commercium, & tranſitio mercantiæ, & vtibilium rerum. *Hanc vtilitatē triplex hominū genus participare noſcuntur.* Hanc quidem vtilitatem triplex hominum genus participare noſcuntur, ſcilicet pauperes, & diuites, & mediocres. B

Primo pauperes, quia ſcilicet venderent res ſuas pro neceſſitatibus ſuis. & licet non ſemper venderent illas pretio iuſto, tamen omnibus circunſtantijs hinc inde penſatis communiter ad minus damnum pauperibus proueniret taliter vendere quam pro mutuo pignori dare, ſicut latius infra patebit.

Secundo verò hanc vtilitatem participarent diuites, vel quicunque ementes, qui pro commodo ſuo, ſeu pro reuendendo emerent res illas venales: & ſic poſſent exercere artem ſuam.

Tertio quoque hanc vtilitatem partici- F parent homines mediocres, atque communes, à primis emptoribus pro loco & tempore reemētes: dum recipere poſſent pręſto, quod quærunt, atque veriſimiliter pro meliori foro reperire debent.

Secunda vtilitas inde veniens dicitur tēporalis, ſeu ciuilis, quia triplex conſeruatio inde conſequitur. Prima eſt conſeruatio ciuilium rerum, quia ciuium ſubſtantia remanet inter eos, ac econtra ſi in manibus vſurarij præſcribuntur talia pignora, iam præſcripta tranſmittere ſolent ad alias partes, vbi carius venduntur. Secunda eſt conſeruatio denariorum. nam ſiue G res illæ emantur, ſiue vendantur, ſemper denarij remanent inter ciues: nec omnes in vno irreplebili, & inſatiabili ſacco vſurarij congregantur, cumulantur, & concluduntur. Tertia eſt conſeruatio ciuitatis atque terrarum: tum quia ex præcedentibus conſeruationibus imminentibus periculis, ac guerris, ciuitas, vel terra melius habet vnde poſſit in ciuibus ſuis obuiare preſſuris: tum quia ceſſante fęnore populi non tam durè flagellantur à Deo, ſicut in ſequenti cap. plenius diſſeretur.

Tertia quoque vtilitas inde proueniens H eſt ſpiritualis. Tria enim bona ſpiritualia inde ſequuntur. Primum eſt peccatorum diminutio, ſecundum eſt dilectionis generatio, tertium charitatis augmentatio & obſeruatio. *Tria bona ſpiritualia.*

Primum bonum eſt peccatorum diminutio. nam ex tali vſurario manifeſto innumerabilia peccata multiplicantur, incredibiles mercationes oriuntur, & grauiſſimæ excommunicationes, & ad ſatisfaciendum obligationes importabiles acquiruntur, ſicut in Quadrageſimali de Chriſtiana religione ſermone 35. per totum, & maximè in fine, patet. & de hoc aliquid in ſequenti cap.

A cap. dicetur. Secundum bonum eſt dilectionis generatio. nam mutua dilectio, quę ex diſſuetudine alterutrum ſubueniẽdi extincta fuerat inter ciues, viuificatur propter mutua ſeruitia facta & acceptata: domeſticantur ſimul & intrinſecantur ſiluestria corda: efficitur vera ciuitas, quæ dicta eſt ciuium vnitas. Tertium bonum eſt charitatis augmentatio & conſeruatio. nam ſicut ex diſſuetudine ſibi mutuo ſeruiendi naſcitur ruditas & aſperitas cordium inter ciues, & ex aſperitate faciliter iniuriæ oriuntur, ex quibus rixæ, diſſentiones, diuiſiones, ſectæ, & etiam guerræ ſumunt originẽ B & fomentum: ita ex multis ſeruitijs generata charitas inter ciues creſcit, conualeſcit, & mirabiliter conſeruatur.

Tria malorum genera, quæ ex manifeſtis vſuris venire ſolent, retrahere ſolent à præfata mala & falſa opinione. Cap. 3.

TErtio conſideremus, quæ prædictæ falſæ & hæreticæ opinioni non cogunt credere. Proinde conſiderent populi, quam grauiora damna ſuperueniãt C eis ex publico vſurario, quam ex venditione ſuarum rerum. Circa quod aduertendum eſt, quod tria ſunt genera malorum grauiſſimorum, quæ conſueuerunt ſuperuenire in populis ex vſuraria prauitate, maximè ſi publica ſit. Prima ſunt temporalia, ſecunda ſunt ſpiritualia, tertia ſunt corporalia. Prima quidem ſunt temporalia, & hæc mala, ſeu dãna ad quatuor reduci poſſunt. Primum eſt pignorum deſtructio, ſecundum ipſorum præſcriptio, tertium denariorum conſumptio, quartum eorum ad vnum locum reductio.

Tria genera malorũ grauiſſimorũ. Prima, q̃ ad quatuor reduci poſsũt.

Primum quidem damnoſum malum eſt, D pignorum deſtructio. nam multa pignora, quę publico vſurario dantur, ſicut ſunt laneę & lineę veſtes, & alia ſupellectilia à tineis conſumuntur, ſeu à muribus roduntur, & vario modo deſtruuntur.

Secundm malum eſt pignorum præſcriptio. ſæpe nanque contingit, quod pro mutuo pignus ponens ſperat in paucis diebus recolligere illud, tamen non ceſſat tranſire tempus de die in diem, prælabitur annus, & dum ſperabat illud recolligere in paucis diebus, ſuperuenientibus impedimentis non recolligit multis menſibus, ita vt demum in præſcriptione tranſire neceſſe ſit. Et quia tales publici vſurarij communiter volunt, quod pro duplo, vel etiam E in triplo valeat pignus, quam mutuum ſuum, & tranſacto anno totum communiter perditur pignus. Ideo conſideretur quantum ſit damnum ſuperueniens hoc modo à publico vſurario volentibus mutuari.

Tertium quidem damnum eſt denariorum conſumptio. nam paulatim denarij in in populo minuuntur, dum quotidie, atque continuè die, noctuque vſura, vt cancer ſerpit: & quaſi inſenſibiliter ſubſtantiam ciuium rodit, atque conſumit. Quod qui hoc clarè intelligere cupit, multiplicet F lucrum vnius floreni, qui ab vſurario mutuo detur pro quinquaginta annis ad præmium vnius bolognini pro menſe: hoc addito pacto, quod nunquam ſoluatur vſuræ meritum, niſi in fine quinquageſimi anni, ſemper omni anno fęnus de fęnore multiplicando. Et ſi bene norit artem multiplicandi, diſcet quod tantum aſcendet vſura, & ad tantum numerum florenorum, quod nulla ciuitas in Italia reperitur, neque forte in toto mundo, quæ poſſet commodè ſoluere tale fęnus.

Quartum damnum eſt ipſorum denariorum, ac diuitiarum ad vnum locum reductio. G Regulare vtique eſt, quod quantumcunque diuitiæ, ac denarij ad pauciores, ac pauciora marſupia reducuntur, peiores ſtatus ciuitatis & terræ iudicium eſt: quemadmodum deficientis naturæ apertiſſimum ſignum eſt hominis morituri in breui, cum naturalis calor extremitatibus derelictis ſolum ad cor & ad interiora ipſa reduci videtur. & ſi hæc ad paucos reductio diuitiarum periculoſa eſt ſtatui ciuitatis, multo grauius periculum imminet, cum reducuntur & coadunantur hæ diuitiæ & denarij in manibus Iudæorum, quia tunc naturalis ciuitatis calor, qui eius diuitiæ dici poteſt, H non recurrat ad cor, neque ſubuenit ei, ſed per fluxum peſtiferum currit ad apoſtema, cum omnes Iudæi, & maxime fęnerantes ſint capitales inimici omnium Chriſtianorum. miror nempe non parum, & ab admiratione ceſſare non valeo, quomodo in Chriſticolis tanta regnet inſania, tanta vecordia dominetur: & tanta ignorantia, immo cęcitas obtenebrauerit eos, quod non aduertunt conſummatam, ac excogitatam malitiam Iudęorum, qua vtuntur cum conuerſantur inter Chriſtianos. Cum enim Chriſticolæ ſint

A ſint omnes regenerati in ſanguine eius, qui eſt primogenitus mortuorum, & Princeps Regum terræ, Apoc. 1. Tanquam veri Reges iuſto dominio habent diuitias ſuas. à quibus Iudæi, Dei iuſto iudicio, priuati ſunt propter incredulitatem & duritiem cordis ſui. Habent inquam Chriſtiani diuitias temporales, corporales, & etiam ſpirituales: has quidem, quia non valent Iudæi violentia auferre, ſurripere nituntur malitia & varia cautela, ſaltem diminuere moliuntur: diuitias temporales Chriſticolarum publicis vſuris extorquent, vt patet. diuitias corporales, ſcilicet ſanitatem & vitam auferre conantur, dum contra omnia eccle-
B ſiaſtica inſtituta corporum medicos omnino eſſe procurant, quibus etiam ignotantiſſimis & ruſticanis mira inſania potius multi Chriſtiani adhærent, atq; de ſanitate & vita ſua in eis totam fiduciam ponunt, quam in peritiſſimis medicis Chriſtianorũ. Quot autem Chriſticolas vel ignorantia vel malitia nocent, nouit Deus. Diuitias etiam ſpirituales, ſcilicet fidem, & eccleſiaſticorum præceptorum obedientiam cum cæteris ſpiritualibus theſauris vetorũ Chriſticolarum ſuis blanditijs venenatis, & amicitijs exquiſitis, & muneribus toxicatis, & conuerſationibus ſimulatis, & proditioni-
C bus excogitatis, & libertatibus ac fauorib⁹ acquiſitis rapere, diſpergere, conſumere, deuorare, & diſſipare non ceſſant: ſecum ad inferos Chriſtianorum inſenſatorum trahentes animas infelices.

Secunda genera malorum ſpiritualium, quæ ad quatuor genera reduci poſſunt.

Secunda verò malitia, quæ ſuperuenit populis ex vſurario manifeſto, ſunt mala ſpiritualia, quæ ad quatuor genera reduci poſſunt. Primum ſunt mortales offenſiones, ſecundum maiores excommunicationes, tertium grauiſſimæ obligationes, quartum difficilimæ mercationes.

I Primum genus malorum ſpiritualium inde veniens, ſunt mortales offenſiones.
D nam quicunque ſine legitima cauſa. i. ſine neceſſitate, ab vſurario etiã manifeſto ſub vſuris mutuum ſuſcipit, mortaliter peccat, ſicut ſupra in ſermone 38. artic. 3. cap. vlt. latius dictum eſt. Eodem modo peccat, qui eorum recipit oblationes, vt patet ext. de vſur. quia in omnibus. Simili modo peccant omnes ſcienter eorum eleemoſinas recipientes, vbi faciant illos impotentes ad ſatisfaciendum male ablata certa. peccant inquam, niſi aliqua legitima cauſa excuſantur. Peccant quoque grauiſſimè quicunque locant, vel alio titulo concedunt aliquam domum ad exercendum vſuras, E
& omnium peccatorum, quæ ex illo fœnore patrantur, participes fiunt. Inſuper vltra hæc ſi ſint Patriarchæ, Archiepiſcopi, vel Epiſcopi, incurrunt ipſo facto ſuſpenſionem, ſi ſunt clerici & minores, excommunicationem. ſi eſt collegium, vel vniuerſitas, interdictum incurrunt. Et ſi talem ſententiam per menſem ſuſtinuerint, extunc interdictæ ſunt terræ eorum, quandiu prædicti vſurarij ibidem commorantur. ſi vero laici ſunt, eccleſiaſtica cenſura per ordinarios compelli debent, vt patet ext. de vſur. in c. vſurarum. lib. 6. Multæ etiam aliæ offenſiones veniunt in populis propter vſurarios manifeſtos, quas cauſa breuitatis omitto. & etiam, quia ſatis copioſè colligi F
poſſunt in Quadrageſimali de Chriſtiana religione, ſermo. 35. per totum.

Secundum autem malum ex manifeſto vſurario veniens, ſunt maiores excommunicationes, quia multi incurrunt maiorem excommunicationem propter indebitum fauorem talibus datum. nam, ſicut patet ext. de vſur. c. ex graui. in cle. excommunicati ſunt excommunicatione prædicta omnes Poteſtates, Capitanei, Rectores, Conſules, Iudices, & Conſiliarij, & quilibet alij officiales, qui delinquunt in caſibus infraſcriptis, & ponuntur ibi ſex excommuni- G
cationes. Prima eſt, ſi ſtatutum de cętero facere, ſcribere, vel dictare præſumpſerint, quod vſuræ ab vſurarijs exigi poſſint. Secunda vero eſt, ſi ad ſoluendum vſuras debitores compellunt. Tertia eſt, ſi quis iudex iudicauerit, quod vſurarijs ſoluantur vſuræ. Quarta quoque eſt, ſi quis de ſupradictis operam dederit, quod vſuræ olim ſolutæ non repetantur. Quinta eſt ſi ſtatuta hactenus edita in vſurarum fauorem, qui hoc facere poſſunt, infra tres menſes, non deleuerint de libris communitatum. Sexta inſuper eſt, ſi ipſa ſtatuta, vel conſuetudines effectum vſurarum habentes præſumpſerint H
obſeruare. Omnes igitur ſupradicti propter fauorem conceſſum vni vſurario manifeſto prædicto modo excõmunicati ſunt. Sed quæri poteſt, an ſtatuentes, quod ſubditi ſui non poſſint recipere pro vſuris in anno vltra duos ſolidos pro libra, & hoc ſub pœna: non tamen dicunt, quod vſuras faciunt: ſed ſi fecerint, non recipiant vltra ſummam prædictam, nunquid incidunt in ſententiam prædictam excommunicationis? Et videtur, quod ſic: cum quodammodo colorem & audaciam præſtent ſaltem

A tem indirectè ad exercendas vſuras, extrà de vſur. c. ex graui. in clemen. ibi, diuerſis coloribus,&c. & quia denegando de maiori indirectè, videtur tacitè concedere de minori, argumen. C.de procu.maritus.15. diſtin. c.qualis. ext.de teſtamen. c.ſi pater. lib.6.& ext.de præſump.c.nonne.Quod verum eſt, ſi in fraudem hoc fieret,vt per hoc ſic poſſent exercere vſuras: ſecus ſi in nullo intenderent concedere, & ſint indignæ. extra de vſur.vſurariorum.lib.6. licet illud permitterent, vt maius malum euitaretur: ſic non ſolum de maiori ſumma, ſed etiam de duobus ſolidis denegare videntur. 14.
B diſt.c.1.31.q.1.hac ratione. concordat Ioã. And.& Guil.

Tertium quoque malum ex eo veniens, ſunt grauiſſimæ obligationes, nam omnes ſupradicti fauentes vſurario manifeſto, ſicut dictum eſt, obligati inde remanent ſatiſfacere inſolidum omnes illas vſuras, quas ſuo fauore & auxilio vſurarij adepti ſunt, niſi ipſi vſurarij reſtituant eas, ſicut de hoc plenius dictum eſt in Quadrageſimali de Chriſtiana religione, ſermo.34.c. 2.circa fi. & etiam ſermo.35.art.2.c.2.§.3.

Quartum genus ſpiritualium malorum inde veniens, ſunt difficillimæ intricatio-
C nes, atque perplexitates, quibus ex vno manifeſto vſurario reperiunt ſe intricatos & in arduiſſimis perplexitatibus collocatos. Tertia verò mala, qua ex prauitate vſuræ proueniunt, & maximè ex vſurario manifeſto,ſunt mala corporalia. Quatuor quidem flagella & mala prouenire propter eos ſuper Chriſtianorum corpora permittit Deus. Primum ſunt homicidia, ſecundum fames, tertium peſtes, quartum crudelitas beſtiarum. & de his manifeſtè agit Ioan.in Apoc.6. in apertione quarti ſigilli vidiſſe ſe dicit ſedentem ſuper equũ pallidum, ideſt diabolum auaritiæ & vſu-
D rarum mammona nominatum. Nam mammona diuitiæ interpretatur: equus autem pallidus, ſuper quem ſedebat,ſunt diuitiæ. Nempe pallor propriè auri color eſt: & ideo merito aurum deſignat,ſicut Propheta ait, Et poſteriora dorſi eius in pallore auri. Et ſequitur ibi in textu Ioan. Et data eſt illi, ſcilicet diabolo: poteſtas.i.auctoritas permiſſa eſt ſuper quatuor partes terræ.ſ. vbi regnat vſura, & maximè manifeſta.i.ad orientem,occidentem, meridiem, ſeptentrionem: interficere gladio, fame, morte, & beſtijs terræ. Ecce quatuor prædicta flagella hic per ordinem numerantur.

Primum quidem flagellum ſunt homicidia. nam deficiente charitate,quæ maximè E
deficit ex manifeſta vſura, ſicut in ſequenti ſermone, 1.& 2.cap. dicetur: generantur odia,diuiſiones,ſectæ,partialitates,& guerræ, ex quibus omnibus homicidia ſequuntur. Ideo Ioan.ait,Interficere gladio.

Secundum flagellum eſt fames. ſ. propter terrarum ſterilitatem. ſ. propter guerras, aut propter grandines, & deſiccantes rores,ſeu ex inundatione pluuiarum, & fluuiorum, aut propter mures rodentes blada,ſeu propter inordinata frigora, aut calores, & conſimiles famis occaſiones. vnde Ioan.ſubdit,Et fame. F

Tertium flagellum ſunt peſtes propter corruptionem aeris, ſeu aquæ, vel terræ morbos varios generãtes febrium, fluxuũ, tuſſium, inguinum, apoſtematum, & omnium conſimilium tam crebrę, quaſi omnes patrias conſumentes. Et de hoc Ioan. ſubdit, Et morte.

Quartum flagellum eſt crudelitas beſtiarum, vtpotè luporum,aut vrſorum deuorantium homines, ſeu rabidorum canum venenato morſu toxicantium eos, & ſimilium beſtiarum. vnde Io. addit, Et beſtijs terræ. A quibus in perſona iuſtorum Propheta poſtulabat liberari dicens, Ne tradas G
beſtijs animas confitentium tibi. A quibus omnibus nos liberare dignetur immenſa pietas Saluatoris Ieſu Chriſti, qui cum Patre, & Spirituſancto iuſtus & miſericors regnat in ſecula ſeculorum, Amen.

FERIA TERTIA poſt Domin. de paſſione Domini.

Quantum & quot impijs modis vſura proximo ſit nociua. H

Sermo XLIIII.

NEmo quippe in occulto quicquam facit, & quærit ipſe in palã eſſe. *Ioan.7.* & in Euangelio hodierno. Secundum enim Iſido.2.de ſummo bono,Maioris eſt culpæ manifeſtè quam occultè peccare. Dupliciter enim reus eſt, qui apertè delinquit,quia agit,& docet. Et ſi hæc vera ſententia ſit, non tamen minor culpa creden- *Dupliciter reus eſt.*

A credenda eſt, quę ideo occultè agitur vt impunè, ac liberius, & nequius perpetratur. Hoc quidem ſolet occultis vſurarijs conuenire, qui non minus offendunt dum occultè peccant, & contractus ſimulatos frequentant. Sed ne compręhendantur in malitia ſua, quia regulare prouerbium eſt, quod præmiſimus. ſ. ꝙ nemo in occulto quicquã agit, & quærit ipſe in palam eſſe: ſed tanta eſt malitia huius culpæ, vt nequeat aliquo pallio, ſeu aliqua verſutia occultari. Nam & ſi hoc tacebunt linguæ hominum, idipſum palam faciunt lapides parietum, teſte Domino, Lu. 12. Nihil opertum quod non

B reueletur. Clamant vtiq; corda pauperum deuoratorum per impietatem vſuræ, ſicut in 30. Pſal. Dominus per Prophetam ait: Audiui vituperationem multorum commorantium in circuitu. Quod verbum poteſt eſſe aliud thema in præſenti ſermo. In quo oſtenditur triplex offenſio, quæ ex vſura in anima vſurarij generatur. Prima eſt offenſio proximi ibi, Audiui vituperationẽ multorũ. Secunda eſt offenſio ſui ibi, Commorantium. Tertia eſt offenſio Dei ibi, In circuitu.

Triplex offenſio.

Prima eſt offenſio proximi. Ait enim, Audiui vituperationem multorum. Paſſiuè

C legatur, quia multi vituperantur ex multiplicatione vſuræ publicę, vel occultæ.

Secunda offenſio ſui, quia ait, Commorantium. ſ. non tranſeuntium, ſicut faciunt iuſti, qui de temporalibus tantum neceſſaria ſumunt & ad cęleſtia tranſeunt. vſurarij vero cõmorantur in eis corde, ore, & opere. Primo quantum ad cor Propheta de eis ait, Oculos ſuos ſtatuerunt declinare in terram. ſ. per deſiderij ardorem extinguibilẽ. Secundo autem quantum ad os ait; Eſa. 29. De terra muſitat eloquium eorum. Et iterũ illud, Qui de terra eſt, de terra loquitur. Tertio verò quantum ad opus, quia omnia faciunt, vt ditentur.

D Tertia eſt offenſio Dei, quia inquit, In circuitu. & verè in circuitu huiuſmodi homines commorantur, quia non appropinquant ad centrum. ſ. ad Chriſtum, qui in medio eccleſiæ commoratur. Ideo 1. Reg. 26. miſticè dicitur, Anima inimicorum dederotabitur. quaſi impetu & circulo fundæ. Sed quia de offenſione, quam facit vſurarius Deo, & ſibiipſi, dictum eſt in præcedenti ſermo. & in ſequenti dicetur. nec inſuper proximus poteſt offendi, quin offendat homo Deũ & ſemetipſum. Ideo quantum vſurarius offendat proximum, ad pręſens tantummodo oſtendamus. Proinde E inquantum pernitioſa eſt proximo, & eum multipliciter offendit, vſura ſic deſcribi poteſt. Vſura eſt eradicatio charitatis, ſeu extinctio fraternæ dilectionis, fons proprij amoris, & omnis veræ amicitiæ corruptela: mater illegalitatis & deceptionum: legalis proditio, & domeſticum furtum: doloſa pietas, pauperum homicida, impia in propinquis, proditioſa in proximos, deſtructio patriarum, inquietus carcer, morbus contagioſus, & innumerabilium animarũ perditio. In quibus verbis duodecim notantur iniquitates, quibus vſurarij proxi- F mis ſuis nocent, & has in tribus articulis declaremus.

Articvlvs Primvs.

De quatuor iniquitatibus quibus vſurarius proximo ſuo ſemper nocet.

PRimo deſcribamus quatuor iniquitates crudeles vſuræ: & quantum nociuum efficiat vſurarium contra proximum ſuum aperiamus. Prima eius iniquitas mala eſt, ſecunda peior, tertia verò peſſimã, quarta autem G nequiſſima eſſe comprobatur.

Quod per vſuram in primo eradicatur charitas & extinguitur amor fraternæ dilectionis. Cap. 1.

PRima vſurę iniquitas reperitur, quia eſt eradicatio charitatis, ſeu extinctio fraternæ dilectionis. Secundum. n. Aug. de fide ad Pe. Cupiditas venenum eſt charitatis. ſic etiam in gradu maximo vſura dici põt. Hoc lumi noſa ratio dictat, auctoritas firmat, & clarè H experientia monſtrat. Primo quidem luminoſa ratio dictat. Cõſtat. n. ꝙ ex multis actibus virtuoſis bonus habitus generatur: & generatus adhuc ex bonis actibus dilatat̃, atq; eo dilatato animus in eis actibus delectatur. Inſuper ex tali delectatione actuum frequentatorum perficitur bonum opus. Ex quo patet, ꝙ mutuum liberale, atq; gratuitũ, act⁹ eſt charitatis & fraterne dilectionis. Ex tali nẽpe actu in proximũ frequentato, quia ſm Alex. de Ales, Mutua beneficia accendunt charitatem: ideo fraternæ dilectionis habitus, vel generatur, ſi aberat,

Vſurę prima iniq̃tas.

Mutuum liberale.

vel

A vel ſi aderat, dilatatur: deinde delectatur homo mutuum dare gratis: demum delectatur tale mutuum frequentare. hæc autẽ frequentatio dilatat & firmat habitum fraternæ dilectionis, quo firmato dilectio inter proximos firmiter perſeuerat. At econtra, ſi actus dandi mutuum non ex charitate, ſed ex cupiditate & ex ſpe lucri ab homine frequentetur, talis cupidinis actu iã generat cupiditas creſcit & dilatatur: atq; in tantam complacentiam terrenorum animum blanda quadam violentia trahit, ꝙ in voraginem inſatiabilis, & inextinguibilis

B appetitus pecuniæ mergit, ſicut Eccl. 6. teſtatur dicens, Auarus nõ implebitur pecunia. Si quis etiã cum poteſt mutuum gratis dare negat: etiam ſi in tantam cupidinis voraginem non labatur, non tamen ab hac auaritiæ macula immunis eſt, cum gratis dare mutuum in multis caſibus ſit præceptum, ſicut ſupra ſermo. 37. arti. 2. dictum eſt. His nempe duobus modis & non dando mutuum gratis, aut nullo modo illud communicando, & ſi non pariter inter ciues eradicatur & extinguit amor fraternæ dilectionis & mutuæ charitatis: quia inter eos non practicatur actus dilectionis, qui inter eos habeat ligare & vnire corda mutua charita-

C te, vt iam verificetur quod 2. Timo. 3. Apoſtolus ait: In nouiſſimis diebus inſtabunt tẽpora periculoſa & erunt homines ſeipſos amantes cupidi. Secundò hoc idem firmat auctoritas. ait enim Apoſtolus. 1. ad Tim. 6. Radix omnium malorũ eſt cupiditas. quia ferè omnia mala oriuntur ex illa: ſicut ecõtra de charitate contingit, quia omnia bona ex amore originem habent, eo ꝙ radix & forma omnium virtutum atque bonorum charitas eſſe dicatur. ad hoc extra de vſu. c. voraginem. lib. 6. vbi dicitur, ꝙ nullus improbior fur vel raptor quã vſurarius, quia

D animas deuorat & hominũ facultates exhaurit. Ex dictis igitur patet, quare modernis temporibus tantum extraneum & quodammodo horridum apparet indigentib. mutuum dare gratis: quia iam verificatur, quòd Dominus Matth. 24. ait, Quoniam abundabit iniquitas & refrigeſcet charitas multorum. Et quid conuenientius dici poteſt iniquitas, quàm vſura? quæ non æquitatem ſonat, veram contra proximum iniquitatem importat. Tertio quoque iſtud idem clarè experientia monſtrat. Didici nempe experientia teſte, quòd qui alicui corde aſſueſcit eleemoſynas diſpenſare, ſemper ad amplius largiendum dilatatur cor eius. &

Perpendant hac uerba qui pauperib. clauſerũt viſcera pietatis.

quod mirabile eſt, illius ſubſtantia ex hoc non minuitur, ſed quodam quaſi incomprehenſibili modo creſcit, vt experientia ipſa veridicus teſtis ſit ſcripturæ, quæ ait Prouer. 11. Alij diuidunt propria, & ditiores fiunt. Alij rapiunt aliena, & ſemper in egeſtate ſunt. Et iterum dicitur Lucæ 6. Date & dabitur vobis. Ex prædictis patet, quòd ſicut ex ipſo actu mutui proximo gratis dati, ſiue ex eleemoſynarum frequentatione, charitas inter proximos generatur & conualeſcit: ſic ex defectu earum eradicatur charitas, & extinguitur inter proximos vera dilectio. E

F

Quod uſura eſt fons & fomentum amoris proprij ſeu particularis. Cap. 2.

SEcunda iniquitas eius eſt fons proprij amoris & omnis veræ amicitiæ corruptela. vt enim Auguſtinus teſtatur, &. & ſupra poſitum eſt: charitas communia proprijs, & non propria communibus anteponit. Vſurarius autem oppoſitum facit. nam ſicut experientia patet, quilibet homo exercitio ſuo & arte reipublicæ vtilis eſt: agricolæ, ſutores, fabri, ſculptores, pictores, milites & conſimiles omnes ſolus vſurarius ſibi vtilis & nulli alteri niſi ſibi ſoli G

Vſura ſecunda iniquitas.

lucratur. ideo miluo comparandus eſt, qui ſemper clamat, Mio, mio, mio. ſed in hoc deterior eſt vſurarius quam miluus, quia miluus hoc ſolummodo clamat ore, vbi vſurarius hoc cupido corde, impio opere, & nequiſſimo ore clamare nõ ceſſat, tanta denique vſurarius proprij amoris cupidine flagrat, quòd inquantum talis neminem diligit, nulli ſe aſſociat, niſi cauſa proprij lucri atque commodi ſui, pro eo quòd miro modo vſura generat corruptionem omnis amicitiæ: & omnis ciuilis ſocietatis.

Vſurarius comparatur miluo.

Proinde proprijſſimè de talibus ad Phil. 2. H

ait Apoſtolus dicens: Omnes ſcilicet vſurarij, quæ ſua ſunt quærunt, non quæ Ieſu Chriſti. ideo quia ſolum ſibi ſoli prodeſt & alijs obeſt. de morte illius magis lætantur omnes etiam conſanguinei eius, quàm de alio cuiuſcunque generis peccatorum. Cuius ratio eſt: quia dum viuit communiter auarus & tenax eſt: nec de bonis ſuis participant conſanguinei, vel amici: non pauperes vel vicini: quinimmo tota familia domus ſuæ ex auaritia ſua cũ illo in anguſtia viuit, ſicut plenius ſermo. ſequenti patebit in primo c. 2. art. Cum verò talis vſurarius defunctus eſt, ſi dimiſit quòd reſtituan-

Vſurarij quæ ſua ſunt quærunt.

A ſtituantur male ablata certa, iocundantur cuncti qui ei ſoluerunt vſuras. Si etiam dimiſit, ꝙ reſtituerentur incerta lætatur, pauperes & medici, & communiter omnes audita vſurarij nece gaudent: & maximè hi, qui de bonis illius qui ante poterant participare ſperāt. vnde talis meritò aſſimilatur porco: qui dū viuit nulla habetur inde vtilitas, ſed multus labor: eo verò mortuo de eo parui & magni conſanguinei & quādoque vicini participant & lætantur.

Quod vſura mater eſt illegalitatis & deceptionum. Cap. 3.

B *Vſura tertia iniquitas.*

Tertia iniquitas eſt mater illegalitatis & deceptionum. nam ſubtiliſſimos cōtractus & dolos ſtudioſiſſimè excogitat, vt ex multiplicib. vitijs fœnus exerceat & lucra adaugeat & rapinas acquirat. quod cum feciſſet ſe conſpicit lætanter gloriatur ſe ſapienter egiſſe: & multos alios tā in diuitijs quàm in malitijs ſuperaſſe. Ad quem increpatiuè ait propheta dicēs, Quid gloriaris in malitia. i. in pecunia malè acquiſita, qui potens es in iniquitate. i. in vſuraria pecunia nequiter poſſeſſa. tota die iniuſtitiam cogitauit: & lingua tua, ſicut no-
C uacula acuta feciſti dolū. Nempe cum ait, tota die, perſeuerantem ſolicitudinē in malitia notat. cum autem addit iniuſtitiam, iniuſtum contractum & lucrum demonſtrat. Et quia talia cum malitia cordis, & operis perpetrauit: rectè ſubdit, cogitauit. Ecce cor nequàm malitia prægnans tua lingua non Dei. potens enim in malitia probatur eſſe, qui abſque labore iniuſtitiam nō ceſſat cogitare, & loqui ecce malitia oris. Sed cum linguæ non ſit cogitare, ſed loqui: qua re propheta ait, cogitauit lingua tua, niſi ut in horum duorum coniunctione exprima-
D tur impij lucri excogitatio velox cū prompta ac parata prolatione verborum, eo ꝙ pr[illegible]mptè nouit ad lucra formare verba iuxta [illegible]upidinē cordis? Et vt oſtendat ꝙ ſimile opus p̄dictis duob. oīno cōformis ſit, meritò ſubdit, ſicut nouacula acuta feciſti dolū. i. opere perfeciſti doloſum lucrum. vide q̃ aptè barbitonſori vſurarium comparat, & nouaculæ linguam eius. Tria nempe in nouacula conſiderari poſſunt. Primo uerò oc[illegible]ltat aciem ſuam in ſeipſa. ſic etiam vſura[illegible]us occultam ſuam malitiam abſcōdit in corde ſuo. ideo de talium corde Hiere. 17. dicitur, Prauum eſt cor hominis & inſcrutabile. Secūdò antequam radat, acuitur nouacula ſuper lapidem oleo vnctum: ſic etiā E adulatio malitioſa vſurarium contractum precedit. & de tali propheta ait, Molliti ſūt ſermones eius ſuper oleum, & ipſi ſunt iacula. ſcilicet ferīētium hominum corda, ita ſcilicet efficaciter, & rectè videt loqui. Tertiò verò, cum ea abradūtur pili. i. paulatim auferuntur bona tēporalia. vnde Ezech. 7. Permiſſiuè ad vſurarium Dominus ait. Sume tibi gladium acutum radētem pilos. & ſubdit propheta. Dilexiſti malitiam. i. malitioſum contractum: ſuper benignitatem. i. pluſquàm mutuum dare gratis.

Quarta vſura eſt quædam legalis perditio & domeſticum furtum. Cap. 4. F

Qvarta iniquitas eſt legalis proditio & domeſticum furtum. Legalis quidē proditio eſt, quia uſurarius potiſſimè manifeſtus prædicit, ꝙ lucrari intēdit: tamen proditio dici debet, quia ſub pallio pietatis, atque ſeruitij aliena perdatur. Eſt etiam domeſticum furtum, quia vſurarius facit contra præceptum Domini. Exo. 20. vbi dicitur, Non furtum facies. In cuius myſterium. Matth. 21. dicitur, Quod intrauit in templum Dei, & eiecit omnes vendentes & ementes in tēplo & mēſas nummulariorum & cathedras. i. ſedilia vendentium columbas euertit, & dixit eis: Scriptū eſt, Eſa. 56. Domus mea, domus orationis vocabitur? uos autem feciſtis illam ſpeluncam latronum. Spelunca autem latronum dr̄ eſſe locus, vbi quæ rapiuntur ſpolia cōgregant̄. Ecce ꝙ latrones Dominus vocat nūmularios, qui quidem pro munuſculis fructuum & conſilium pecuniā mutuo dabāt, & offerentur in templo. deteriores enim ſunt non ſimpliciter, ſed aliquo modo vſurarij, quàm raptores & fures. Et hoc quadruplici ratione. Primò ratione familiaritatis, ſecundò ratione aſſiduitatis, tertiò ratione ſagacitatis, quartò ratione ſecuritatis. Primò ratione familiaritatis. Nam raptores & fures dici poſſunt latrones ſilueſtres, ipſi verò vſurarij latrones domeſtici approbantur. Latro nempe ſilueſtris audito clamore manifeſtante illum, ſtatim accipit fugam. Hic verò centies ſi ad latrones clametur, tanquàm domeſticus latro non fugit. quod quidem certa experientia probari poteſt, & ideo perículoſior eſt quàm latro ſilueſtris, cum nulla ſit efficacior ad nocendū peſtis, quàm familiaris inimicus. Secundò ratione aſſiduitatis, eo ꝙ magis commune ab eis

Vſura quarta iniquitas.

G

Quarta ratio deteriores ſunt vſurarij quàm latrones.

H

A ab eis quàm à cęteris furibus deprędantur, & deuorentur, cum fur & raptor expoliēt aliquo tempore determinatò, ſed uſurarius die noctu q; homines expoliat in quolibet die feſto, ſcilicet Paſchæ, Paraſceue, & tempore Miſſarum, & ſic de alijs temporibus. Tertiò ratione ſagacitatis: nam vſurarius cum maiori malitia rem alienam vſurpat, quàm fur vel raptor, eo ꝙ compellat voluntatem eius qui mutuum recipit ad conſentiendum in talem rapinam, atque per hoc ſimulat proximo ſuo aliquàm iniuſtitiā nō inferre. Quartò ratione ſecuritatis: tū quia vſurarius rem alienam vſurpat ſine timore
B perſecutionis: tum etiam quia detinet eam ſine timore repetitionis, cum habeat libertatem & ſecuritatem id agere, ſi publicus eſt. vel quia vſurarios contractus tanta malitia circumuoluit & cęlat, ꝙ in eis vſuraria labes apparere non pōt. fur verò & raptor hoc duplici timore minimè priuati ſunt.

ARTICVLVS SECVNDVS.

De quatuor alijs iniquitatibus per quas uſurarius proximo ſuo eſt nociuus.

C ADamus alias quatuor iniquitates uſuræ, per quas manifeſtè clareſcant huius ſceleris nocumenta: quib gradatim vſurarius ꝓximo ſuo multū nocet.

Quod uſura eſt quædam pietas apparens dolis & deceptionibus plena. Cap. I.

Vſura prima iniquitas.

PRima iniquitas addi habet, quę eſt doloſa pietas, eo ꝙ ſub ſpecie pietatis, & ſubſidij caritatis paulatim & à principio quaſi inſenſibiliter ſerpit, & ſerpendo vſq; ad talem de-
D uorationem temporalis ſubſtantiæ proximorum abſq; pietate pertingit, prout multiplex experientia docet. quaſi enim mutuum, quod ab vſurario pauperi datur, opium dici poreſt, quo dormiens ſoporetur, vt inſenſibiliter de illa modica ſubſtantia ſua euiſceretur atq; priuetur. Præterea tanta cupiditatis affectione eruit ſibi proprios oculos mentis, vt ſeipſum decipiens credat atque dicat ſe proximi intendere pietatem, vbi ſolum aut principaliter intendit proprium lucrum atque commoditatē. ecce doloſa pietas & hypocriſis ſimulata. contra quod Deuter. 15. dicitur. Non ages quippiam callidè in fraternis neceſſitatibus ſubleuandis. Hac quidem de cauſa in quibuſdā

Italiæ ciuitatibus elpiatoſo, per antiphraſim nominatur, videlicet cum ſit impius & crudelis. Qua enim ratione hic impius poteſt intendere aut prætēdere pietatē, quando pauperem & egenum indigentē aliquo mutuo gratis dato vel alio iuuamine ſubleuari iuuat pauperiorem fieri, & illa modica ſubſtantia, quæ non ſufficit, ex quadam crudeli pietati priuari? O ſæua pietas & crudeliſſima fera: qua audacia, & qua temeritate, qua deniq; fronte dicis te ex pietate moueri, aut in hoc agere opus pium? verè vtique vera eſt ſententia illa, quæ ait, mille ſūt occultiores inſidiæ, quàm quæ ſub officij ſimilitudine latent. E F

Quod per uſuram pauperes ualde trucidantur. Cap. 2.

Vſura ſecunda iniquitas.

SEcunda iniquitas eſt pauperum homicida. nam pauperi aufert veſtimentum, calciamentum, domum, agrum, lectū, cibum potum, & omnem victū, & per conſequens aufert ei vitam. Ideo Eccl. 34. dr̄: Panis egentium, vita pauperum eſt: & qui defraudat illum, homo ſanguinis eſt. Qui aufert in ſudore panem, quaſi qui occidit proximum ſuum. Omnis nempe natura rerum ſubuenit hominis indigētiæ gratis: & G quantum in ſe eſt, cōmunicat illi dona ſua. Sydera, Sol, & Luna homini lucem preſtat: & per rorem, nubes pluuiam, ignis calorē, aer flatum, aqua potum & lauacrum, terra verò multiplicem fructum: vnde Aug. Indicium maximæ diuinę bonitatis eſt, quòd quælibet tres cogitur dare ſeipſam, & tamē hæc omnia homini non ſua beneficia vendunt: ſicut vſurarius nequàm, ſed gratis illa impendunt. Præterea ſi in die iudicij, ut dicitur Matth. 24. Dominus dicet his, qui indigentibus nō fecerint de bonis ſuis pietatem, Diſcedite à me maledicti in ignem H æternum, qui paratus eſt diabolo & angelis eius: Eſuriui, & non dediſtis mihi manducare: Sitiui, & non dediſtis mihi bibere: hoſpes eram, & non collegiſtis me: nudus fui, & non cooperuiſtis me: Infirmus & in carcere, & nō uiſitaſtis me. Quid obſecro, uſurarijs dictus eſt, qui tanta impia pietate, & ſimulata nequitia rapuit aliena? Aufert nempe panem de manibus famelicorum & puerorum, & potum de manib. ſitibundorum: hoſpitium & domicilium ab errantibus circumquaque & vagis. Indumentum de dorſo nudorum, & penuria infirmari faciunt ſanos, in carceribus tru-

A dunt & cruciant liberos, & tanquàm lupi rapaces de carnibus miſerorum ſe ſatagunt ſatiare.

Quod vſura facit hominem crudelem, & ſæuum non tantum in extraneos ſed etiam in propinquos. Cap. 3.

Vſuræ tertia iniquitas.

TErtia iniquitas eſt impia in propinquos. facit enim vſura hominem ſæuum & impium non tantum in alienos, ſed etiam in propinquos filios, & in alios conſanguineos. impietatem & nequitiam fundere facit, dum ſpiritualiter interi
B muntur per eam. Hinc Oſeæ 9. dicitur, Eſfraym deducit ad interfectorē filios ſuos. Effraym nanque creſcens interpretatur. & meritò vſurariorum, qui per vſuram in diuitijs creuit, ſignat. hic verò tunc ad diabolum interfectorem animarum filios ſuos deducit, cum proprijs filijs ſuis diuitias ſuas malè acquiſitas relinquit. Ex quo patet, quòd non tantam ſe, ſed etiam omnes conſanguineos ſuos, quibus in vita vel in morte vſurarius cōpartitur vſuram, demonijs immolare probantur. Hinc propheta ait, Immolauerunt filios ſuos, & filias ſuas
C dæmonijs. ideo in inferno pater & filij inuicem maledicent. Dicet nempe pater filio cum eo inſimul condemnato, Maledictus tu ſis fili mi, qui propter te crucior his tormentis: fui enim uſurarius, ne tu eſſes egenus: propter carnem tuam perdidi animam meam: quia iniuſtè te ditaui, me iuſtè damnaui: vt tu eſſes in mundana conſolatione, ſum ego in æterna damnatione. O maledicte fili, vt quid vnquàm te genui? vtinā nunquàm fuiſſes in mundo, ne ego eſſem in hoc tormento. Reſpondebit filius patri: immo, Maledictus ſis tu parer mi: quia niſi me implicaſſes in tuis impijs lucris, nunc
D non eſſem in his æternis tormentis, quia plus amaſti me, damnaſti me & te: quia nō timuiſti Deum pro te, & non timuiſti Deū pro me: ideo iuſtè damnauit te & me, vt verificetur, quod Eccl. 41. dicitur: de patre impio quæruntur filij, quoniā per illum ſunt in opprobrium. Idē facient vxores vſurariorum maritis ſuis, & quibuſcunque propinquis, & econtra, ſi iniuſtè participauerint impia lucra vſuræ.

B

Quod uſura facit hominem contra proximos ſuos proditorem. Cap. 4.

Vſuræ quarta iniquitas.

QVarta iniquitas eſt proditioſa in proximos ſuos. ꝙ autem vſurarius proditionem in proximos ſuos agat, ipſe experientia manifeſtat: ſæpius enim contingit, ꝙ conſpiciens proprium vterinum fratrem, aut alium attinentem ſibi, pulchrā habere domum, vel aliquàm aliā poſſeſſionem plurimum gratam: tractus concupiſcētia oculorum ſubuenire nititur illi aliquo mutuò: vbi pro pignore poſſet habere q̄d concupiſcit. quo quidem inito contractu F
paulatim creſcere permittit ſęnus. Cumq; ſęnus excreuerit, quod cernit fratrem non poſſe recolligere pignus: accepta occaſione occulta cautela & quadam iuſtitia ſimulāta, iuridice domum vel poſſeſſionem ingreditur, & ſic quaſi inaduertenter fratrē ſuum illis poſſeſſionibus priuat. Ecce proditio impio in propinquos. In alienos autem hæc proditio clarius patet: nam comedēdo & bibendo cum eis intēdit ab illis per vſuram ſuā rapere bona ſua more proditoris Iudæ, qui cum Chriſto comedens & bibēs G
inimicis ſuis prodidit eum. Similis igitur eſt parcæ, qui nulli parcit. Sed in hoc deterior eſt, quia illa percutit ſemel: hi autem ſemper, vel ſaltem ſæpe.

ARTICVLVS TERTIVS.

De vltimis quatuor iniquitatibus quibus vſurarij ſuis proximis nocent.

SVperaddamus alias quatuor iniquitates vſuræ, vt plenius innoteſcat quantum contra proximū nociua ſit & crudelis. H

Quod per uſurariam prauitatem patriæ multipliciter deſtruuntur. Cap. 1.

Vſuræ prima iniquitas.

PRima iniquitas eſt deſtructio patriarum. Tria quidem ſunt generalia mala, quæ ex vſuraria prauitate ſuperuenire conſueuerunt in felicibus patrijs Chriſtianorum. Prima ſunt mala temporalia, ſecundo ſunt mala ſpiritualia, tertia ſunt mala corporalia. De quibus in præcedenti ſermone, cap. vlt. dictum eſt.

De

A *Quod uſura eſt tanquam inquietus cancer: quia ſemper pauperum ſubſtantiam rodit. Cap. 2.*

Vſura ſecũda iniquitas.

SEcunda iniquitas eſt inquietus cancer. quolibet enim tempore & omni die, qualibet hora & quolibet puncto, & momento pauperum ſubſtantia fœnus vſurarij rodit:& quod mirabilius eſt, cuncta illius bona dentes videntur habere. Nnmmi etenim ei dentes habent: ſimiliter frumentum illius,quod vt ab hominibus comedatur à domino factum & collatũ eſt, habent B dentes: & cuncta illius bona dentes habẽt tales, ꝙ comedunt egenorum domus, vineas,veſtes,denarios,ſegetes,arua, & cuncta illorum bona cõſumit.immo quod horribilius eſt, comedunt pauperum Chriſtianorum carnes & oſſa. Proinde ſolet à quibuſdam pauperibus lamẽtabiliter dici, heu me, quia habeo ab vſurario centum ducatos mutuo, qui mihi quotidie rodunt oſſa. Ecce ſine intermiſſione crudelis roſura.vnde Iob 3.in perſona talis pauperis ait: qui me comedunt,non dormiunt. Hinc à quibuſdam vſura meritò nũcupatur morſura, quia continuò mordẽdo conſumit ſubſtan C tiam egenorum. Nec eſt mirum,ſi moriẽdo peruenit ad infernum citius quàm cæteri peccatores, quia continuè die noctuq; inceſſanter currit ad eũ:dum in quolibet momento prouocat ad iracundiam Deum. Vnde per Eſa.55.Dominus de talibus ait: Populus. ſcilicet vſurariorum, ad iracundiam me prouocans:ante faciem meam ſemper.

Eſt vſura tanquam peſtilens & contagioſus morbus. Cap. 3.

Vſura tertia iniquitas.

TErtia iniquitas eſt contagioſus morbus graue verò periculum reputatur cum leproſis diu conuerſari. Sed in D comparabiliter periculoſius eſt conuerſari cum vſurarijs, aut quicquàm acceptare ab eis:cum illud corporale, hoc verò ſpirituale periculum ſit.vnde ait Hiero. cauendum eſt nobis maxime, ne ab his accipiamus munera, quos nouimus viuere de lachrymis pauperum.ne dicatur nobis, ſi videbas furem,currebas cum eo.Proinde legitur in vita B. Fulci, ꝙ cum mortuus eſſet, ſtatim diabolus obiecit ei, ꝙ veſtẽ à quodam vſurario recepiſſet. quod intelligẽs Deus miſeratus illius animæ ex veſte illa periclitanti priſtinæ vitę eum reſtituit,vt culpam quam in vita commiſerat, ante finem ſuum vltimum emendaret. attamen in eius ſignum E Domino permittente diabolus ſic grauiter percuſſit eum,ꝙ per totam eius vitam percuſſionis in eo aliquod veſtigium apparuit. Denique quàm contagioſum ſit fœnus, experientia paret. quando vſque ad tempora noſtra tantum iam excreuerit vſuraria labes,ꝙ iam nullus de ea rubor, nullus de ea timor,nullus denique grauitatis eius reſpectus inter Chriſtianos remanſiſſe videtur. tantum enim vbique hæc contagio creuit, ꝙ ſicut vbi omnes fętent, ſuperueniens alius fętẽs eius non ſentitur fętor. Sic intantum dilatata eſt hæc impia peſtis,ꝙ nedum viros,immo etiam mulieres infecit: atque F nunc iam verificatur illud Hiere.6. A maiore vſque ad minorem omnes auaritiæ ſtudẽt. atque multo lachrymabilius eſt, quod ſubinfertur à propheta: A propheta vſque ad ſacerdotem cuncti faciunt dolum id eſt vſuram doloſam. dum. ſ.multiplices contract⁹ vſurarios ſimulata calliditate frequẽtant. olim enim in tota vna magna ciuitate vix vnus fœnerator repertus eſſet, ſi quãdo etiã de tali viridica fama diuulgabatur, omnia bona ſua diaboli dicebantur. Si quis domum eius aſpiciebat, aut vineam, vel agrũ alijs circunſtantibus execratiuè demõſtrando dicebat: ecce domũ vel agrum diaboli. G ſic de cæteris eius bonis. nemo ſumpſiſſet de domo illius ignem, nemo in eccleſia ab illo ſumpſiſſet,neq; ei dediſſet oſculum pacis:pueri quoque ad occurſum eius expaueſcebant, & inuicem illum digito demonſtrabant.Nunc pro dolor & amentia deploranda,tales ab omnibus honorentur, omnes illis nunc aſſurgunt, ponuntur nunc in officijs,æſtimantur in conſilijs, comitatiua magna ſociantur in plateis, copulantur in coniugio cum nobilibus parẽtela: & quod execrabilius eſt,non reſtituentes, ſed qñq; reſtituere ſimulantes in cimiterijs, in eccleſijs etiam conſecratis cum ſolenniorib.exe H quijs quàm cæteri tumulantur.quia iã quaſi vbique ſcelus aſſumpſit faciem honeſtatis & pietatis fugienda igitur, immo omnino abhorrenda eſt contagioſa cõuerſatio illorum.Nec cum eis cõuerſandum, nec comedendum, nec etiam bibẽdum eſt, exemplo illius qui ſecundum cor Dei repertus de ſe ait: Superbo oculo & inſatiabili corde, cũ hoc non edebam.Et iterum.1.Cor.5.Apoſtolus ait: Si is, qui frater nominatur, eſt fornicator, aut auarus, aut idol:s ſeruiẽs, aut maledicus,aut ebrioſus,aut rapax:cum huiuſmodi nec licet cibum ſumere.

Exemplum.

Caſus.

A *De innumerabili multitudine animarum quæ ex vſura, ſeu occaſione vſuræ ſæpiſſime periclitantur. Cap. 4.*

Vſura quarta iniquitas. QVarta iniquitas eſt illaqueatio innumerabilium animarum. Diuerſis nāque cauſam, rationibus atque modis innumerabiles animæ ex hac labe vſuraria illaqueantur, atq; periclitātur: & quod dolendum eſt, pauciſſimi de hac ſe auertūt. Inter hos cōnumerari poſſunt plurimi abſque legitima cauſa ſub vſuris mutuum accipientes, vt notarij qui de vſuris ſcienter cōficiunt inſtr͞m: teſtes quoq; & ſenſuales ſeu B in huiuſmodi mediatores, ſocij vſurariorū atq; factores illorum, ſerui autem procuratores ad vſuram inducētes, aduocati, patrocinantes, præbentes talibus libertatē exercendi fœnus, ſicut Poteſtates Capitanei, Rectores, Conſules, Iudices, Conſiliarij in fauorem vſurarij ſtatuta conficientes præfati, vel conſimiles ſcienter ius reddentes de vſuris. Similiter omnes prædicti ſtatuta in fauorem vſurariorum facta ſuſtinentes vel obſeruantes, ſeu etiam nō delentes. Nec ab his periculis ſunt immunes pupillorum tutores & curatores, dum pro eis contractus conficiant vſurarios, vel iam confectiones executionē reacquirēdo fœnus perficiunt. *Tutores & curatores pupillorū quomodo ſe gerere debent.* His cōnumerari poſſent viduæ matres ad ipſum cooperantes, rectores hoſpitaliū, atq; C ſpiritualium domorum rectores, ac gubernatores, iniuſti vſurariorum hæredes. nec non teſtamētorum vſurariorum iniqui executores, Principes atq; Dñi omnia Iudæorū vel Chriſtianorum fœnora ſuſtinentes: vxores vſurariorum, filij & filiæ, ſerui, conſanguinei, & affines, amici, & quicunq; alij in culpa vſuræ participantes vſurariorum generi de fœnore vxorum ſuarum dotes recipientes. Item his connumerandi ſunt oēs, qui locant vel vendunt vſurarijs ad exercēdum fœnus domos, vel apothecas, necnon D & denarios vt melius fœnerari poſſint uſurarijs mutuantes. Inſuper & prælati, atque curati, qui vſq; ad mortē permittunt uſurarios hæc impia cumulare lucra confeſſores quoq; contra iura in uita, ſeu in morte vſurarios & quoſcunq; ſupra commemoratos abſoluentes: ſeu, vt verius dicam, decipientes: vſurarios manifeſtos ſepelientes, ſeu ſe pelire fingentes: elemoſynas iniuſtè de fœnore recipientes: & quomodocunq; ad nō ſatisfaciendū certas vſuras occaſiones præſtantes. horum tamē omnium particulares aſſignare rationes, & auctoritates, non eſt E tēporis præſentis, cum de his plenius dictū ſit in Quadrageſimali de Chriſtiana religione, ſermo 35. per totum. Sufficiat igitur ad pñs omnia ſupradicta per ſententiam Apoſtolicam confirmare ad Rom. 1. vbi Apoſtolus ait, de omnibus ſupradictis non intellexerūt, quòd qui talia agunt, digni ſunt morte: non ſolum qui ea faciunt: ſed etiam qui conſentiunt facientibus. A quibus omnib. nos immunes faciat & conſeruet director omnium Dominus noſter Ieſus Chriſtus, qui glorioſus, & laudabilis, benedictus & benedicibilis cum Patre, & Spirituſancto viuit, & regnat in ſæcula ſæculorum, Amen. F

FERIA QVARTA poſt Domi. de Paſſione.

Quod prauitatibus deprauetur homo propter prauitatem vſuræ.

Sermo XLV.

SI mihi non vultis credere, operibus credite. Ioan. 5. & in Euange. hodierno. Mirabilia ſunt opera vitiorum: & inter cætera maximè cupidinis vitiū mentales oculos eruit. Ideo in 38. Pſalm. Propheta de tali cupidine incipit theſaurizat G & ignorat, cui congregabit ea. quod verbū poteſt eſſe aliud thema in materia præſenti. vbi oſtenditur cupidi & vſurarij triplex conditio principalis. Prima eſt inſatiabilis cupiditas, quia theſaurizat. Secunda eſt culpabilis cæcitas, quia ignorat. Tertia eſt miſerabilis felicitas, quia neſcit cui congregabit ea. *Vſurarij triplex cōditio.* Primum pertinet ad cupiditatem affectus, ſecundū ad cæcitatem intellectus, tertium ad poſſibilitatem ſeu facultatē eſſectus. Et iterū, quod poteſt eſſe aliud in præſenti materia thema, idem propheta ait H Pſalm. 48. Relinquent alienis. ecce tertium. diuitias ſuas. ecce primum. & ſepulchra illorum domus eorū. ecce ſm. Sed infra 2. c. exponetur plenius hoc verbum. Ad hæc tria miro modo ſupponit vſura, eo quòd totum hominem & vitam eius deprauat, non tantum contra Deum & contra proximū, ſicut in duobus ſermonibus præcedentib. patet: ſed etiam contra ſeipſum ſtupendam prauitatem generare per manifeſta opera manifeſtat. Proinde vſura ſic deſcribi pōt. *Vſura deſcriptio.* Vſura eſt terrenorum inextinguibilis ſitis, cæcitas mentis, ſeruitus miſeranda, anguſtia

A ſtia cordis. opprobrium vitæ, illaqueatio diaboli, certitudo damnationis, impœnitēs malum, & horribilitas mortis. In quà quidem deſcriptione vſuræ nouem prauitates vſuræ ſub triplici articulo declarantur. Primæ tres ſunt malæ, ſecundæ peiores, tertiæ peſſimæ oſtenduntur. & ſi mihi non vultis credere, operibus credite, ſicut dicit Dominus in propoſito verbo.

ARTICVLVS PRIMVS.

Tripliciter deprauatur homo vſurarius per prauitatem vſuræ. B

PRimò ponuntur tres primæ prauitates vſuræ, quibus quo ad ſeipſum vſurarius deprauatur. & hæ quidem tres primæ malæ ſunt.

De inſatiabili cupidine temporalium rerum quę per uſuram in anima hominis generatur. Cap. I.

Vſura prima prauitas terrenorū inextinguibilis appetitus propter tria.

PRima autem eius prauitas eſt terrenorum inextinguibilis appetitus generat enim uſura auaritiæ & quæſtus infinitum ardorem & inſatiabilem ſitim. & hoc triplici rā- C tione. Primò ratione deſiderij, ſecundò ratione modi, tertiò ratione termini. Primò ratione deſiderij. Nam quanto plus vſurarius habet, tanto plus ſimilia concupiſcit. vnde Prouer. 30. Ignis nunquàm dicit, ſufficit. ignis enim non extinguitur ex appoſitione lignorum ſiccorum, ſed augetur. Creſcit amor nummi, quantū ipſa pecunia creſcit. Ratio hoc eſt, quia potius pecuniæ non ibi eſt, nec ibi ponitur, vbi ſitis auari. vnde ſicut vinum in dolio nō ſedat corporalem D ſitim: ſic pecunia in archa ſitim mentis ſedare non poteſt. Quanto magis igitur hæc concupiſcentia creſcit, tanto & minus habet quod ei ſufficere poſſit. Talis quoq; inſufficientia rerum maiorem eſuriem & maiorem amorem rerum temporaliū gignit. Ex quo ſequitur manifeſtè, ꝙ auari cupiditas diuitem vſurarium in ſummo egenū facit. ideo hydropico ſimilatur, qui quanto plus bibit, tanto plus ſitit. Sic etiā vſurarius cupidus, quāto plus lucratur, tāto amplius lucrari deſiderat. ideo Bern. ait. Auarus terrena eſurit, vt mendicus. fidelis contemnit vt dñs. Secundò ratione modi: quāto. n. modus augendi pecunias eſt facilior, certior atque ſecurior, & lucrum maius: tanto in- E hyatrad crementum illud delectabilior & ſuauior fit, niſi à tali exceſſu mentis virtutę homo cohibeatur. Sed ipſe modus augēdi pecunias per vſuram, eſt facilior, certior & ſecurior, & præ cæteris hēt prędictas quatuor conditiones, & per conſequens lucrū eius eſt maius: ideo ad affectum ſuccedendū ad cupiditatē efficaciſſimè operat̄. hinc Eccle. 14. dicitur, Inſatiabilis oculus cupidi. In partem iniquitatis non ſatiabitur, donec conſumēt iniuſtitiam, areſaciens aiam ſuā. Talis ſanguiſugæ aſſimilari poteſt: quæ F membro tumido delectabiliter applicata ſanguinem infectū inſatiabiliter ſugit. Et dum infirmum membrum à putredine ſua ſanat, ſibijpſi necem ſugendo procurat. Sic inſatiabiliter fœnerator, dum venenoſā pecuniam inſatiabiliter bibit, ſemetipſum inconſideratè occidit. ſæpe quoq; contingit, quod dicitur Eccl. 4. Vnus eſt, & ſecundum non habet: non filium, non fratrem: & tamen laborare non ceſſat. nec tamen ſatiant̄ oculi eius diuitijs, nec recogitat dicens, cui laboro & fraudo animam meā bonis? Tertio ratione termini. ſm enim Philoſophū G lib. I. Polit. c. 6. Finis vſurarij eſt augmentatio pecuniæ. Appetitus autem finis, ſecundum eum vbi ſupra, eſt infinitus, propter ꝙ beatitudinem appetimus maiorē, quantum in infinitum poſſumus excogitare: & quanto fortius & intentius nos valemus. & hinc eſt, vt ipſe ait, ꝙ pecuniæ amatores totam ſuam ſubſtantiam & induſtriam & potentiam ordinant ad pecuniæ lucrū. Præterea rōnalis aīa ad imaginē Dei facta creaturis omnibus occupari poteſt, repleri autem non poteſt, quia capacem Dei quicq̄d Deo minus eſt, implere non valet. Inſuper nullum corpus in ſpirituali loco contineri eſt poſſibile: nam ſicut ſapientia non poteſt H repleri archa, ſic nec pecunia poteſt repleri anima. Vnde Bern. non plus ſatiabitur cor hominis auro, quoq; corpus aura. Hæc igitur cōſiderās glorioſa Virgo Maria, Luc. 2. iubilando ait, Eſurientes impleuit bonis. ſcilicet æternis. & diuites, ſcilicet per affectum, dimiſit inanes. Ideo dicitur Eccle. 5. Auarus non implebitur pecunia. Quidam cum propoſuiſſet cum vſura archam implere, deinde ab vſura ceſſare: cępit parcè viuere, atque ad archę impletionem multiplici fœnore laborare. Cumque nondū archā impleſſet: timēs diabolus, ne archa repleta amittere eum, taliter & guttur cōſtrinxit, ꝙ quicq̄ nō poterat deglutire. Deniq; alla-

A tis varijs cibis cæpit æger clamare dicens, crucior, crucior, & morior fame. ſed quia a diabolo ſtrangulor, manducare non poſſum. quo dicto cum diabolo ſpiritum exalauit, vt verificetur, qđ dř Eccl. 5. Qui amat diuitias, fructum non capiet ex eis.

Quantum per uſuram mens hominis excæcatur. Cap. 2.

Vſura ſecũda prauitas.

Secunda prauitas eſt cæcitas mẽtis. Nempe quantomagis corporalis oculus ad infima inclinatur, terræq; propinquior fit: tantomagis reſtringitur corporeus viſus, B & econtra ad ſuperiora leuatur. ideo ſi oculi vnius hominis eſſent in cœlo, tota terra quæ nobis tam immenſa vř, quaſi breuiſſimus punctus appareret. Sic nẽpe cordi diuino amore ſuccenſo atq; coniuncto cuncta terrena nihil eſſe videntur, ſed ab his qui ſpirituales oculos ſuos ſtatuerunt declinare in terram, & ab amatoribus mũdi huius magna æſtimantur, quia lumine ſpũali priuati ſunt. vnde de huiuſmodi propheta ait, non videbit interitum, cum viderit ſapientes morientes, ſimul inſipiẽs & ſtultus peribunt, & relinquẽt alienis diuitias ſuas & ſepulchra eorum domus illorum in æternum. C In quibus verbis propheta in tali homine tres cęcitates inter alias oſtendit. Prima eſt damnationis, ſecunda eſt derelictionis, tertia eſt habitationis. Prima talis hominis cæcitas eſt damnationis. Conſiderat.n. vſurarius, ꝙ ſic pauperes iuſti, ſicut & vſurarij moriuntur, & excæcatus puluere terrenorum aliam vitam nõ credit, ac per hoc damnationem ſuam non videt. & de hoc propheta ait, non videbit. ſcilicet oculo fidei interitum. ſcilicet ſuum æternum & cauſam huius ſubdit dicens, cum viderit ſapientes id eſt iuſtos pauperes morientes. Hinc Eccle. 2. ait. Sapientis oculi in capite D eius id eſt oculi mentales pauperis ſapientis ſunt eleuati atque locati in capite ſuo Chriſto, non in ijs tranſitorijs bonis. Et ſequiť, ſtultus. ſcilicet vſurarius in tenebris ambulat id eſt per tenebroſam viam graditur. immo currit ad interitum ſempiternũ. & additur & didici, quòd vnus vtriuſque eſſet interitus. ſcilicet ſecundum carnem, quem vſurarius videt, nõ ſecundum ſpiritum, quem non videt. Et ſubdit propheta dicens. Simul inſipiẽs & ſtultus peribunt. Inſipiens quippe eſt, qui futura non intelligit, nec credit. Stultus verò qui negligit illa ſcire, vtrunq; verò vſurarius habet. propterea tales ſimul peribũt, quia corpore & E anima ſimul morientur & damnabuntur. Secunda verò cæcitas eſt derelictionis. qa relinquent alienis diuitias ſuas, nec ſecum apportabunt, teſte Iob 27. dicens: Diues cũ dormierit, nihil ſecum affert. Apetit oculos. ſcilicet quos ante per infidelitatem tenebat clauſos, & nihil inueniet. Nec vtiq; mirum, quia totum theſaurum ſuum in terrã dimiſit, vnde inuitus receſſit. Sæpe quoque hoc ad literam contingere ſolet, ꝙ alienis relinquunt diuitias ſuas. vnde Eccl. 6. Eſt aliud malum, quod vidi ſub ſole. & quidem frequens apud homines. Vir cui dedit Deus diuitias, ſcilicet permiſſiue. & ſubſtã F tiam & honores. & nihil deeſt animæ eius ex omnibus, quæ deſiderat, nec tribuit ei poteſtatem vt comedat ex ea, ſ. dña auaritia prohibente, ſed homo extraneus vorabit illud. Inſuper conſanguinei & propinqui ſepius alieni ſunt, dum vſurarij mortẽ deſiderant & expectant, vt habeãt illius bona. quod eſt Dominus. Matth. 10. inſinuare volens ait: Inimici hominis domeſtici eius. & verè inimici illius ſunt, cum ſæpe cõtingat ꝙ filij & cæteri conſanguinei ne, vſurarius reſtituat aliena, malitia aut violentia impediunt confici teſtamenta & cautiones debitas fieri, G ſicut de pluribus mihi conſtat euenisse temporibus noſtri, quod quidẽ iuſto Dei iudicio cõtingit illis, ut nõ poſſint cũ uelint: qñ cum nõ poterant, noluerant.

Tres cæcitates hominis.

Tertia cęcitas eſt habitationis. quia quaſi opinari tales videnť, ꝙ in ſepulchris ſuis habitare debeant ſemper, ſ. ita faſtuosè exornant ea, & in locis ſacris colligunt illa. & de hoc propheta ſubdit, & ſepulchra eorũ domus illorum in æternum. Proinde ad talem per Eſa. 22. dř: quid tu hic. ſ. in eccleſia? aut quaſi quis hic, qa excidiſti tibi hic ſepulchrũ, excidiſti in excelſo memoriale diligẽter in petra tibi tabernaculũ. Ecce Dñs aſportari te faciet, ſicut aſportatť gallus gallinatius. H

Quod uſurarius non dominus diuitiarum, ſed ſeruus dici debet. Cap. 3.

Vſuræ tertia prauitas.

Tertia prauitas eſt ſeruitus miſeranda. vſurarius enim ſeruus diuitiarum eſt, quod maniſeſtè declarat propheta dicens: Dormierunt ſomnum ſuum, & nihil inuenerunt omnes uiri diuitiarum in manibus ſuis. Ordo quidem congruus eſt, quando diuitiæ ſunt uirorum, non autem quando uiri ſunt diuitiarum. Sed hunc ordinem peruertit auaritia, & uſura,

A ra, vt viri diuitiarum ſint, & non econuerſo. Triplex enim ſeruile officiũ ſub dominis diuitiarum vſurarij habent. Primum officium eſt obediendi, ſecundum cuſtodiẽdi, tertium cõformandi. vnũ aliud ſequitur conſequenter. Primũ pertinet ad nummos multiplicandum, ſecundum ad eos conſeruandum, tertium ad eum illud conformandum. Primum illius ſeruile offim̃ eſt obediẽdi. tanto vero flagranti deſiderio atq; voto, tantaque ſeruitudine ac obiectione cordis, oris, & operis dedicatus eſt vſurarius obe-

Triplex ſeruile officiũ vſurarij hñt.

B dientiæ nummi, maxime ad ipſum multiplicandum, ꝙ ad præceptum illius cogitat impia & iniqua. In corde eius frequenter verſantur ſtudioſæ cogitationes, paratę ad decipiendum, circumueniendum, fallendum. ſabricãtur cauillationes iniuſtitiæ, ſimulatos, calliditates, peruerſitates, malitiæ, machinationes, duplicitates, proditiones, & ſimilia. ad iuſſionẽ illius multiplicat vſurarius mendacia, periuria, ſophiſtica verba, frangit ꝓmiſſa, & his ſimilia. præcipiẽte illo abſtinet a delicatis cibis, & veſtibus pretioſis, a ſolatijs, a quiete & ſomno. Illo quoq; imperante patrat crudelitates, iniuſtitias, nequitias, & ſimilia. Inſuper ad Imperium eius expo-

C nit ſe laboribus & erumnis, itineribus, ſæpe periculis fluminum, periculis latronũ, periculis ex genere, periculis ex gentibus, periculis in ciuitate, periculis in ſolitudine, periculis maris, periculis guerrarum, in fame & ſiti, in ieiunijs multis, in frigore nuditate, in calore & ęſtu, in morte frequẽter: & quod mirabilius eſt, cogit per obedientiam eum nummus dare animã ſuam in manibus dæmonum, quod & ipſe perficit, & lætanter, vt verificetur illud Eccl. 10. Pecuniæ obediunt omnia, ſ. quæ in vſurario ho-

D mine ſunt omnes, ſcilicet cogitationes eius & locutiones, & operationes. Secundũ ſeruile officium eius eſt cuſtodiendi. ſcilicet q̃ iam male acquiſita ſunt. vnde glo. ſuper illud Lucæ 16. Non poteſtis Deo ſeruire & mammonæ. Seruit diuitijs, qui cuſtodit ea vt ſeruus. Sed qui ſeruitutis iugum excuſſit, diſtribuit vt Dominus in hoc autem manifeſtum ſignũ eſt, quòd ipſe vſurarius non ſit diuitiarum Dominus, neq; poſſeſſor, ſed tantum cuſtos, quia de eis non poteſt facere quicquid vult, etiam bonum quod iudicat eſſe faciendum. vnde Bern. ſuper Cant. ait. quære a quouis eorum, qui lucris temporalibus inhiant inſatiabili corde: quid ſentiant de illis, qui ſua vendentes, & pauperibus erogantes regnum cœlorum pro-

Secũdum ſeruile officium.

terrena ſubſtantia mercantur. ſapienter ne agant? Reſpondebit proculdubio, ſapiẽter. Quære iterum, cur quod approbat, non facit? nõ poſſum, inquit. quare? quia præfacto domina auaritia non permittit. non eſt igitur vſurarius Dñs eorum, quæ habere v̄r, niſi forte eo modo loquendi, quo quis eſt Dñs compedum, quibus compeditus tenetur, qui potius illi dominãtur, quàm ſeruiãt ei, & dum quodammodo v̄r cuſtodire eos, cuſtoditur ab eis. Sic nempe vſurarius nequam, dum ipſos denarios cuſtodire videatur, mammonæ iuſſu in cuſtodia retinetur ab eis: demum in puncto mortis tradendus in manus dæmonum. Tertium eius ſeruile officium eſt conformandi. ſ. marſubio ſuo: ſiue in proſperis, ſiue in aduerſis. vñ Bern. ſuper Can. loquitur auaris dicens: Conformaris burſæ tuæ, tanquam ſeruus dominæ ſuæ. dum quoque ille neceſſario congaudet illi gaudenti, condolet dolenti. Tu quoque creſcẽte marſupio tuo, creſcis pariter, & animo, & decreſcente, pariter decreſcis: nam contraheris triſtitia, cum illud extenuatur, & ſolueris lætitia aut certe inflatis ſuperbia, cum illud impletur.

E

Pulchra conſideratio in nepharios vſurariorũ, q vltro ſe Diabolo dedunt.

F

G

ARTICVLVS SECVNDVS.

De alijs tribus prauitatibus deterioribus quas generat vſura in anima cupidi.

SEcundo addantur aliæ tres prauitates vſuræ, quæ deteriorem efficiunt vſurarium, quàm tres primæ prædictæ.

Quantam anguſtiam cordis in auaro parit vſura. Cap. 1.

H

PRima prauitas eſt anguſtia cordis. In mira quidem anguſtia viuit cor vſurarij cupidi & auari, vt dicere poſſit illud Dan. 13. Anguſtiæ mihi ſunt vndique. Triplicem anguſtiam doloroſam experitur vſurarius miſer circa diuitias temporales. Primam in acquirendo eas, ſecundam in eas expendẽdo, tertia in eas admittendo.

1. Prauitas vſura tres anguſtia vſurarij.

Primam quidem anguſtiam experitur in diuitijs acquirẽdo. Nam nocte ac die quietem recipere non poteſt. Sero quidem antequam inquietam quietem dormitionis ſumat, pergit reuidere denarios ſuos, illos numerat atque renumerat: oſculatur, contemplatur, & amplexatur, & tanquam pictimã, & ani-

Prima diuitiis.

A & aïæ ſuæ medellã ſuo apponit cordi. O q ſpecularet clam geſtus, modos actus, & verba, quos circa denarios ſolus in ſecreto ſeruat: nõ abſq; admiratione repletetur riſu. Denique prius locatos denarios in loco tuto: reliquam circuit domum, ſcrutatur minima, rimatur cũcta, reuidet reliqua, conſiderat cætera, & nihil de tota ſupellectili dom⁹ ſuæ inexaminatũ & indiſcuſſum relinquit. randem dormitum pergens ſobrio ſeu parco ſomno illo quo dormit ſomniat, qđ concupiſcit vel timet. Nunc apparet ei ſe reperuiſſe theſaurum magnum: nunc maius ei fuiſſe ablatum, & extunc lætatur, iocunda-

B tur, & dormiendo exultando ridet, & ex alio triſtatur, lamentatur, plorat & clamat, dolet, conquæritur, & ſuſpirat, & vix abſq; conſimili ſomno tranſit ſomnum. Qua lingua exprimi poſſit, quanta mæſtitia obruitur, cum euigilando defraudatum, ſe reperit de theſauro nũc in ſomno tam certo reperto? Proinde contingit eis, ſicut dicitur Eſa.29. Sicum ſomniat eſuriẽs & comedit: cum autem fuerit experrectus vana eſt anima eius. & ſicut ſomniat ſitiens & bibit, & poſtquã fuerit expergefactus laſſus adhuc ſitit, & anima eius vacua eſt. ſic etiam con-

C tingit huiuſmodi auari. Quis etiam depromere poſſet lætitiam cordis eius, cum cõperit expergefactus non extitiſſe verum, ꝙ ablatum fuiſſet ei theſarum, quemadmodũ ſomniauerat pauloante. De die etiam minorem quietem habet: nam ſummo mane domum egrediens plateas & loca publica viſitat, animo inquieto circumiens, & quærens quem deuoret anima eius. & tanquam leo egreſſus de antro non reuertitur domum, donec appræhenſa præda eſcam catulis.i.natis ſuis ferat, vt dicitur Ezech 4. Rugiens capienſque prædam deuorat animam pauperis. Secunda quidem anguſtiam expe- *2. Anguſtia.*

D ritur in diuitias expendendo. tanta enim miſeria præmitur, tanta auaritia atque tenacitate conſtringitur, ꝙ quandocumque de ſua ſubſtantia vnum denariũ diminui cernit, oculum ſibi cecidiſſe videtur. Ex hoc quidem totam familiam ſuam in amaritudine tenet. Subtiliſſime enim diſcutit & numerat expenſas panis, vini, olei, carnium, ouorum, gallinarum & quarumcumq; minutarum rerum. figit terminũ artiſſimum expenſarum, & ſi quid vltra diminutum in domo receperit, defraudatum ſe dicit guloſitate, ebrietate, atque latrocinio omnes de familia ſua monet ad abſtinentiam parcamque vitam hortatur eos, obſeruat & numerat omnes comedentium bolos ac po- E

ruum vices. Continuo interim amaritudine vritur & turbatur. Sæpe cõquæritur dicẽs, in domo hac non ſunt niſi latrones & lupi. ac lamẽtabiliter ſæpius ait, vos roditis mihi oſſa. ex proprijs verbis teſtimonium reddens, ꝙ ipſe ſemper eſt primum ferculum menſæ ſuæ. Ex his & ſimilibus clareſcere poteſt, quòd nec ipſe in propria domo aliquo tempore pacem habet, neque familia eius cum eo quietem reperire valeat, vt verificetur quòd de talibus Eſa.48. dicitur. Nõ eſt pax impijs, dicit Dominus. Et iterum Prouer.15. Conturbat domum ſuã, qui ſe- F

ctatur auaritiã. ideo ſimilimus eſt cani, qui paleas ſuper quas cubat & dormit, nec ipſe comedit, nec illas aſportari permittit. imo ſi quis vellet eas inde aſportare, ſe mõſtrat, latrare non ceſſat, & quandoque mordere. Sic talis miſerabilis homo: nec vtitur diuitijs, quibus præeſt, nec alios ſine latratu, & canino morſu permittit vti, vt etiam in hoc verificetur illud Eccl.5. Qui amat diuitias, fructum non accipiet ex eis. Tertiam anguſtiam talis experitur in mundanas diuitias *3. Anguſtia.* amittendo. Quæ lingua dicere poſſet, quãto dolore torquetur, quanta amaritudine cruciatur, quantoque mærore afficiatur, qñ aliquid de ſubſtantia ſua caſu amittitur, aut G

in mari periclitatur, aut præda ſeu furto, ſeu alio modo diripitur & fraudatur? Hinc Eccleſ.5. dicitur. Eſt & alia infirmitas peſſima, quam vidi ſub ſole. Diuitiæ conſeruatæ in malum domini ſui: pereunt enim in afflictione peſſima, admiranda eſt igĩt in hoc ſapientia Saluatoris, qui videns quòd cupidinis via duceret ad hoſpitium infernale, ſi eam dimitteret planam, pulcram & gratã: fecit ſicut agricola prudens, qui viam per quam neminem vult tranſire foſſatis præcidit ac palis in terra confixis applicatis pungentibus ſpinis illam obſtruit atque munit. H

Sic nempe ſapientia Dei in itinere diuitiarum poſuit anguſtias multas in eas acquirendo, ſollicitudines, & timores in eas conſeruãdo, & dolores plurimos in eas amittendo: vt ſic ſaltem impedirentur homines per talem viam turmatim currere ad infernum. Ideo Oſeæ 2.c. ad eum, qui temporales diuitias tam auide concupiſcit, loquitur Dominus dicens. Sæpiam viam tuam ſpinis, id eſt anguſtijs ſupradictis, ſcilicet, ne aïa tũa periclitet.

Quod

A *Quod opprobrioſam, & infamem viam reddit vſura.* Cap. 2.

2. Prauitas vſuræ. Tria opprobria vitæ vſurarij. SEcunda prauitas eſt opprobrium vitæ. tota nēpe vſurarij vita opprobrijs plena eſt. Tria inter alia ſunt opprobria vitæ eius. Primum eſt inertia, ſecundū eſt malitia, tertium eſt infamia. Primum opprobrium vitæ eius eſt inertia. Per vſuram enī tollit ſibi vſurarius operoſitatem omnis debiti modi procurandi ſibi licita & ſalubria lucra, & pro tanto efficitur deſidioſus, acidioſus, & otioſus. ex hoc etiam vſura neceſ-
B ſitat hominem ad indebitos modos lucrādi cōtra legem, quam dedit Dominus Gen. 3. dicens, In ſudore vultus tui veſceris pane tuo. Sed tales, ſicut ait propheta, in labore hominum non ſunt, & cum hominibus non flagellabuntur, ſcilicet quandoque in vita, ſed poſt mortem cum demonibus ſunt per flagellandi ſunt. Secundum opprobriū eſt eius malitia, quæ ſequitur ex præcedenti inertia. Nam ſicut dicitur Eccl. 33. Multam malitiā docuit otioſitas, ideſt iners vita. ad tantam malitiam ſceleſtam talis auaritia hominem ducit, quòd animam ſuam pro quolibet vili numulo venalem præbet. Maximū vtique ſcelus eſt, animam in tanta ſublimi-
C tate creatam, ideſt ad imaginē Dei factam: tanto pretio, ideſt ſanguine Ieſu Chriſti redemptam, & ad tantam gloriam ordinatā. pro tā vili pretio venundare. Hinc dicitur Eccl. 10. Auaro nihil eſt ſceleſtius, habet. n. animam ſuam venalem. Ex quo manfeſte videtur, ꝙ pro nummo talis præcipitaret ſe infernalem voraginem omnium ſcelerum & flagitiorum, niſi forte aliquo mundano timore refrenaretur. Tertium eius opprobrium eſt infamia. ita infamem reddit hominem vſuræ ſcelus, quòd nullus niſi omnino diffidens eam audeat publicè exercere.
D Hi quidem ſunt illi, de quibus dicitur Prouer. 2. qui relinquūt iter rectum, & ambulant per vias tenebroſas. qui lætantur, cum malefecerint, & exultāt in rebus peſſimis, quorum viæ peruerſæ, & infames greſſus eorum.

Quod Diabolus ſtupēdo modo per vſuram anima illaquecatur. Cap. 3.

3. Prauitas vſura illaqueatio diaboli. TErtia prauitas eſt illaqueatio diaboli. tanta eſt enim putans, quam exigēte hoc ſcelere, & Domino permittente, ſuſcipit diabolus ſuper tales, quòd eo operante vſurarius, primo ſe illaqueat, ſecūdo
E ſe intricat, tertio præſumptuoſe ſperat. Primo ſe illaqueat. vnde Iob 18. Baldach de cupido loquēs ait: Immittit in rethe pedes ſuos, & in maculis eius. ſcilicet dæmonis, ambulat: tenebitur planta eius laqueo. plantam enim extremitatem vitæ auari vocat. Quanto enim cupidus fini vitæ ſuę propinquior fit: tanto maiori cupidine inardeſcit. Hinc Hiero. ait: cum alia vitia inſeneſcant, ſola auaritia iuueneſcit. Vnde 1. Timo. 6. Qui volunt diuites fieri, incidunt in tentationem, & in laqueum diaboli. Ideo quanto homo in auaritia ſenior fit: tanto difficilius ab ea diſſoluit ſe. Secundo ſe intricat. *2. ſe intricat.*
F Cum enim auis volādo in rethe ceciderit; tanto amplius ſe intricat, quāto amplius ſe extricare contendit. Sic vſurario ſæpe contingit, quòd dum per aliquod tempus, vt dicatur, intendit vacare vſuris, & demum ceſſare ab eis: omni die, mēſe & anno amplius ſe reperit intricatum, atq; a propoſito ceſſandi ab vſuris amplius elongatū. Hinc dr̄ Prouer. 5. Iniquitates ſuæ capiunt impium, & funibus peccatorum cōſtringitur. vnde Hierem. 1. ad animam vſurarij a diabolo dictum eſt: illaqueaui te, & capta es Babylon, & neſciebas. Tertio prǽſumptuoſe ſperat, quia credit ſe pœnitere in fine, & reſtituere aliena: ſed ignorat miſer, quòd Dominus Matth. 13. comminatus eſt dicens: qui enim habet, dabitur ei, & abundabit. qui autem non habet id, quod videtur habere, auferetur ab eo. Habet nempe ille theſaurum magnum, qui tēpus ei conceſſum virtuoſe expendit, & ideo multa merita cumulat. Huic dabitur, ſcilicet in fine vitæ ſuæ tempus ſe etiam melius diſponēdi & præparandi. vnde tūc etiam maiori gratia abundabit. Qui autem non habet, ſ. in præterito tempore merita cumulata. quia ſemper male vixit, id quod videtur habere. ſ. pœnitentiæ tempus, in fine auferetur ab eo, ſcilicet iuſto Dei iudicio, eo quod in illo præſumptuoſe confiſus eſt. Quod eueniſſe dicitur cuidam vſurario, qui in puncto mortis clamauit alte dicens. O pœnitentia, vbi es? Quo verbo dicto ſpiritum exalauit: vt ex eius verbo aperte clareſceret, quòd quia quando illam reperire poterat, non quæſiuit: merito eam reperire non potuit, cum voluit, eo ꝙ non debito modo vellet. vnde de talibus Iob ait Inuolutæ ſunt ſemitæ greſſuum eorū, ambulabunt in vanum, & peribunt. Et iterum de tali vſurario in extremis agenti in 18. c. ait. Artabuntur greſſus virtutis eius, & præcipitabit eum conſilium ſuū, quod fuit ſpe- *3. Præſumptuoſe ſperat.* G H *Pœnitentia laus.*

rare

A rare præſumptuoſæ in fine vitæ. & ſic meritoeirps auſertur ſuum, qui vendidit alienum. Contingit enim illi ſicut rapaci aui, quæ ab aucupe hincinde permittitur auolare ad prædam: qua capta alligatur ad perticam, vbi ei minime miniſtratur paſtus, quē cupit. Sic dum vſurarius viuit, a diabolo minatur ad prædam, ſed in fine ligabitur compedibus gehennæ, vbi non tantum non ſatiabitur cōcupitis: verum etiam, vt dicitur Iob 20. Diuitias, quas deuorauit, euomet. & de ventre eius extrahit eas Deus, ſcilicet per dæmones inſernales.

B

Articvlvs Tertivs.

De tribus vltimis prauitatibus peſsimis vſurarum, & quomodo ponūt animam ſuam in extremo periculo æternæ damnationis.

TErtio ſubiungamus tres alias prauitates, quæ peſſimæ oſtenduntur, atque vſurarium in ſtatu damnationis collocant & dimittunt.

De certitudine damnationis æternæ quam C *parit vſura. Cap. 1.*

1. Prauitas vſura tria teſtimonia dā nationis vſurarij.

PRima prauitas eſt certitudo damnationis. Miro nempe modo inter alia ſcelera peccatorum certificatur vſurarius per vſurā de ſua æterna damnatione. Nam tria ad hoc habet teſtimonia credibilia ſacta nimis, vt in ore duorum vel trium ſtet huius veritatis verbum. Primum teſtimonium ſunt euāgelia, ſecundum priuilegia, tertium manifeſta iudicia. Primum vero teſtimonium ſunt euangelia hic. Luc. 6. Dominus ait. Eadem quip- D pe menſura, qua menſi fueritis: remetietur vobis. Cum vero vſurarius non det aliquid niſi recipiat amplius, ex hoc certificat ſemetipſum de damnatione æterna. Quia ſi vellet acquirere paradiſum a iuſto iudice, qui præſcriptam conſtituit legem. non dabitur ei, niſi det aliquid amplius, & melius paradiſo. Sed quia hoc nunquam poterit obſeruare: neceſſario ſequit, ꝙ nunquā poterit acquirere gloriā ſempiternam. Scd'um teſtimonium ſunt priuilegia & authentica inſtrumenta. Nullum quidem crimen eſt, ꝙ tantum patenter, & aperte deſerat litteras æternæ mortis, ſicut facit vſura. Nā in quolibet inſtrumento, & particula librorum, in quibus contractus vſurarij conſcribuntur, particulare priuilegium vſurarius habet, ꝙ E obligat eum ad ſupplicia æterna. Ex quo patet ꝙ de hoc tot priuilegia habet, quot vſurarios contractus fecit. Ideo multū certificatus eſt de damnatione æterna. Verumtamen ſi reſtituerit aliena, abraduntur & caſſantur priuilegia ſupradicta. Nec credit eis, ſicut nec creditur caſſato libro, & abraſis ſeu inciſis cartis in iudicio ſæculari. Tertium vero teſtimonium ſunt iudicia manifeſta, & inter alia vnum potiſſimum eſt, ꝗa vſurario contractu fit fœnerator conſocius dæmonis infernalis. Fieri etenim conſueuit, quòd quando mercator facit ſactorum F cum venditore, arraſq; ſoluit de re empta, & ſuperueniens alius apponat vnum denarium dicēs: In hac mercantia volo eſſe particeps, & ille annuat: tunc ſacti ſunt ſocij in lucro pariter, & in damno. Sic contingere habet vſurario, & dæmoni infernali. nam inter iuſta lucra fœneratorum apponit diabolus aliquid impie acquiſitum, & dicit ſe eſſe ſocium ſuum, partemq́ue habere in illa mercatione. legit enim, quòd quidā prædiues homo magnā habebat pecuniæ ſummam licite acquiſitam, infra quā appoſuit duos denarios, quos fœnore adeptus erat, & totam illam pecuniam collocauit in archa. Cumque altera die aperiret archam, re- G perit diabolum ſuper denarios ſedentem, qui prohibuit ei, ne attingeret eos, niſi expendere vellet illos cum conſenſu ſuo, eo quòd ſocij ſimul eſſent in pecunia illa. Ex his patet ꝙ manifeſtum iudicium eſt, vſurarios eſſe damnandos, niſi reſtituant, eo ꝙ ſicut ſunt in præſenti vita ſocij peccatorum, ita erunt in alia ſocij tormentorum. Ex hac igitur contractus ſocietate intantum cū diabolo vſurarius conſœderatur, tantumq́ue in dæmonem transformatur, quod quodāmodo induit ſimilitudinem eius. Nā ſicut H diabolus peccati numinum, quem libenter ſub ſpe lucri mutuat peccatori, nunquam per pœnitentiam ſibi reſtitui vellet, vt demum illius corpus & animā lucrari valeat: Sic & vſurarius datum mutuum ſibi reſtitui noller, vt poſſit totam ſubſtantiam pauperis deuorare. Ideo de tali cupido Iob 20. ad litteram ſcriptum eſt, iuxta multitudinē adinuentionum ſuarum, ſic & ſuſtinebit, quoniam conſtringens nudauit domū pauperis, domum rapuit & non ædificauit eā, nec eſt ſatiatus venter eius. & cum habuerit quod cupiebat, poſſidere non poterit, quia ſcilicet vel rapietur ei in vita, aut ſaltem relinquet eam in morte.

Grego. in lib. dialogorum.

Iudicium vſurariorum.

Quod

A

Quod vſura miro modo ducit ad impœnitentiam. *Cap.* 2.

2. Prauitas triplici de cã difficiliter, vſurarĳ ad verã pniam reduci poteſt.

SEcunda prauitas eſt impœnitens malum. Triplex enim cauſa eſt, quare vſurarius raro, & cum grandi difficultate ad veram pœnitentiam reduci poteſt. Prima eſt indiſpoſitio, ſecunda cauſa eſt induratio, tertia eſt obſtinatio, vt ſint hi tres gradus ad deſcenſum damnationis æternæ.

Prima igitur cauſa eſt indiſpoſitio. Indiſpoſitus eſt enim vſurarius veraciter pœnitere. B Nam aut eſt prodigus, aut eſt auarus. Si prodigus, non habet vnde reddat. Si auarus, reddere non vult periculoſior tamẽ eſt conditio nolle, quàm non poſſe reſtituere aliena, cum illud ex malitia, hoc vero ex impotentia: tamen cum culpa mixta originem habet. Denique ad impoſſibile nemo tenetur. Nam inanis eſt actio, quàm excludit inopia debitorum. extra de reſti. ſpolia. c. 2. Auarus enim rariſſime, niſi in mortis articulo ſatisfacere vult, ſimilis vaſculo illo terreo, in quo pueri denarios ponunt: cum iam cupido nummi incipit blandiri eis, de C quo vaſe niſi rumpatur, extrahi minime poſſunt. Sic vſurarius non reſtituit, niſi in mortis articulo, quando denarios illos ſecum deferre non poteſt, vt verificetur quod Eccl. 29. dicitur multi quaſi inuentionem, ideſt ex ingenio adinuentum, non a natura prohibitum æſtimauerunt fœnus, & præſtiterunt moleſtiam his, qui ſe adiuuerunt, donec accipiant, oſculantur manus dantis, & in promiſſionibus humiliant vocem ſuam, & in tempore redditionis poſtulabit tempus, & loquitur verba tædij, & murmurationis, & tempus cauſabitur ſoli- D di vix reddet dimidium, & computabit illud quaſi inuentionem. Quod autem vſurario prodigo requiratur ad hoc quòd eum reddat excuſatum impoſſibilitas ſua, tacta ſunt in Quadrageſimali de Chriſtiana religione, ſermo. 38. per totum.

Secunda cauſa eſt induratio. cum enim vſurarius conſiderat, ad ſtatum ſalutis non poſſe venire, niſi pro poſſe ſuo reſtituat aliena: ac per conſequens niſi ſe, & filios, & filias, & alios hæredes ſuos in multa paupertate, & inhonorabilitate relinquat, propterea hoc abhorrens per fidem non intelligens ſtatum ſuum periculoſum, potius deliberat in peccato ſuo perſeuerare, quàm debito modo ſe emendare. ſic diu perſeuerando induratur cor eius. Et licet E huius vitij prædicationes aliquãdo audiat: licet aliquis timens Deum ad pœnitentiam inducat: licet etiam exhortationes ad hoc, & obiurgationes de hoc frequenter ſentiat: nihilominus ſemper cor eius amplius induratur, ſicut de eo Iob 41. dicitur, Cor eius indurabitur quaſi lapis, & ſtringetur quaſi malleatoris incus: qui quanto plus malleo feritur, tanto durior fieri ſolet.

Tertia cauſa impœnitentiæ eſt obſtinatio. Signum quippe manifeſtæ obſtinationis vſurarij eſt contemptus diuini verbi, & exhortationum ac reprehenſionum F ſceleris ſui. ideo Salomon ait Prouerbio. decimooctauo. Peccator cum in profundum peccatorum deuenerit, contemnit, ſcilicet reſurgere per pœnitentiam. Mira nempe, eſt obſtinatio vſurarij contemptoris, & quodammodo excedere videtur obſtinationem Iudæ. Primo enim Iudam pœnituit de ſcelere perpetrato, licet non debito modo: ideo ait, peccaui. Secundo peccatum ſuum confeſſus eſt dicens, tradens ſanguinem iuſtum.

Admiranda vſurariorũ perverſitas, et obſtinatio.

Tertio. ſatisfecit ſeu reſtituit prætium, quod acceperat pro Chriſti proditione veniam tamen non meruit, cum illam non G requiſiuit. Sed quid dicere poſſemus de vſurario obſtinato, quem primo non pœnitet de vſura, niſi forte quòd modicum lucratus ſit. Secundo ſi pœnitet aliqualiter, non confitetur, ſcilicet ne a confeſſore ad ſatisfactionem cogatur.

Tertio quoque ſi confitetur, quærit aliquem confeſſorem, qui non habet conſcientiam, neque ſcientiam: ne per cautionem debitam ſatisfacere cogatur, ſed ſimplici verbo promittit confeſſori ignaro reſtituere aliena. Quarto etiam ſi hoc in confeſſione promittit, promiſſum non ſeruat; & tamen, vt dicitur extra de reg. iur. H lib. 6. Non dimittitur peccatum, niſi reſtituatur ablatum.

De horrendis ſignis, & iuditijs quæ ſuperuenire ſolent vſurarijs in eorum morte. *Cap.* 3.

3. Prauitas.

TErtia & vltima prauitas eſt horribilitas mortis. Intercuncta ſcelera, quæ diuino iudicio ponant impijs vitæ finem per horribilem mortem, vſura de maioribus eſt, cũ mirabilia & terribilia ſigna ſæpe appareãt in vſurariorũ fine. hoc quidem

A quidem accidere ſolet triplici ſigno, vel
3. Rône in vſurariorum fine magna terribilia apparent. vel triplici ratione. Primo ratione dereli-
ctionis, ſecundo ratione deſperationis, ter
tio ratione perſecutionis.

Primo quidem accidit ratione delictio-
nis. Cum enim vſurarius non lucri ceſſent
in quolibet ſacro die, nô diei paſcæ parcit,
non diei Dominico, non diei ſanctiſſimæ
Chriſti paſſionis. In qualibet ſolennitate
ſacratiſſimæ Virginis nô ceſſat a tali lucro,
nec in diebus Apoſtolorum, nec in diebus
Martyrum & Confeſſorum, Virginum, &
etiam Angelorum. Inſuper non eximit a lu
cro vſuræ diem omnium Sanctorum. me-
B rito ergo non ſolum a Deo, verumetiam a
B. Virgine, ab Angelis vniuerſis, & ab om-
ni multitudine Beatorum iuſto Dei iudicio
in vltimo fine vitæ ſuæ ita derelinqui me-
retur, ꝙ nec Deum habeat donatorem gra-
tiæ: nec aliquem Beatum inueniat gratiæ a
Deo impetratorem, ſeu etiam pro illo mi-
ſero aliquem Sanctum de cœlo ſupplicato
rem. vnde Micheæ 3. de talibus ſcriptū eſt,
Abſcondet Dominus faciem ſuam ab eis,
in die illo. ſcilicet extremo. ſicut nequiter
egerunt in adinuentionibus ſuis.

C Secundo hoc accidit eis ratione deſpera
tionis, quando eñ infœlix peccator a Deo
& a tota cœleſti curia derelictus eſt, facile
dæmonibus eſt eum in baratrum deſpera-
tionis præcipitare, quod quidem libertate
eis conceſſa opere complent, oſtendendo
ei multitudinem ſcelerum ſuorum, & obli
tam eſſe illius Dei miſericordiam, ſicut di-
citur Iob 24. Obliuiſcatur illius miſericor-
dia. Et iterū ait, auferatur ab eo omnis ſpes
fiduciæ. ſcilicet veniæ, gratię & gloriæ. vn-
de & ipſe in tali deſperatione vltima ſic de
relictus ait illud Iob 7. Deſperaui, nequa-
quam vltra iam viuam. ſcilicet nec vita cor-
D porali, nec vita ſpirituali, nec etiam vita æ-
ternali. Legitur de vſurario quodam, quòd
nocte quadam prius ſplendidam cœnam
Exēplū. cum dormiret in lecto cum vxore ſua ſubi
to expergefactus exiliuit de lecto. cum au-
tem ab vxore ſua, quid haberet interroga-
retur: ait, modo raptus ſui ante iudicium
Dei, vbi tot & tam terribilia ſunt poſita cô
tra me, ꝙ non ſciui, nec potui reſpondere.
Cumque fuerim Diu ad pœnitentiam ex-
pectatus, nec huc uſque volui diuinis præ-
ceptis, & bonis inſpirationibus obedire:
audiui nunc iudicem côtra me ſententiam
protuliſſe, meque datum audiui in poteſta-
tem dæmoniorum qui me hodie ad æterna
ſupplicia aſportare debēt. quo dicto de per
tica vili veſte aſſumpta domum rabido cur- E
ſu egreſſus eſt: quem ſui hincinde quæren-
tes. in quodam monaſterio monachorum
matutinum cantantium inuenerunt, cun-
ctis igitur eum ad pœnitentiam inducen-
tibus, nec proficere valentibus ratione aut
exhortatione vel prece, cuſtoditus eſt dili-
genter vſque ad ſextam horam. denique cū
eius conſanguinei ad domum illum redu-
cere vellent & ad quendam fluuium, ſuper
cuius pontem tranſituri erant peruenirent:
viderunt quandam nauim rapido curſu a-
ſcendentem, a nullo vt videbatur condu-
ctam, ſed ab vſurario plena dæmonibus vi-
ſa eſt. qui vt ait ideo veniebant, vt eum ad F
æterna ſupplicia aſportarent. quo dicto ſta-
tim violenter de manibus eorum a dæmoni
bus rapitur, & in nauim proijcitur, & cur-
ſu rapido retroacto ſubito diſparuit cū dæ-
monibus, & prædicta præfata nauis.

Tertio ratione perſecutionis cum enim
vſurarius, ſicut ex ſuperioribus patet, non
ſolum offenderit Deum, quemadmodum
cæteri peccatores: verumetiam cum vendi-
derit tempus, quod eſt commune cuncta-
rum creaturarum, offenderit omnes crea-
turas, quæcumque creata ſunt, audita eius
damnationis ſententia prolata a Domino G
contra eum, quodammodo ad eum perſe-
quendum armantur. ideo omnes Beati, &
omnes Angeli paradiſi tunc clamant côtra
eum dicentes, Ad infernum, ad infernum,
ad infernum. etiam cœli cum luminaribus
ſuis quodammodo voce proclamant dicen
tes, Ad ignem, ad ignem, ad ignem. plane-
tæ etiam clamant, d. Ad profundum, ad pro
fundum, ad profundum. Elementa etiam
ſæuiunt contra illum dicentes, ad tormenta
æterna, ter. Domus quoque in quà iacet in-
firmus vſurarius, atq; parietes & ligna con
tra illum vindictam clamare non ceſſant. H
vnde Baruch 2. dicitur: Lapis de pariete cla
mabit, & lignum quod inter iuncturas eſt,
reſpondebit dicens, fiat, fiat: vt in omnibus
verificetur illud Sapien. 5. Pugnabit pro eo
orbis terrarum contra inſenſatos, & acci-
piet armaturam zelus illius, & armabit crea
turam ad vltionem inimicorum. A quo tre-
mendo Dei iudicio miſericorditer nos eri-
piat immenſa pietas Saluatoris, qui cum pa
tre & Spū ſancto glorioſus, & triumphator mortis regnat in ſæcula ſeculorum Am. Et hoc modo terminatur tractatus de contractibus.

FERIA

A FERIA QVINTA
poſt Domini. de Paſſione.

De ardentiſsimo amore Sanctiſsimæ
Magdalenæ.

Sermo XLVI.

Dilexit multum. Lucæ 7.c. Magna
nempe eſt vis amoris, & ad-
manum eſt fortitudo illius,
cui non facile quiſque reſiſte-
re poſſet: omnia vincit, om-
B nia ſibi ſubijcit, omnia ſuis profectibus ſer-
uire cogit. Quod per experientiam ſentiēs
Maria Magdalena cum Propheta ait, pſ.72.
inflammatum eſt cor meum, ſcilicet igne
diuini amoris, & renes mei, idem volunta-
tes meæ commutatæ ſunt, quia guſtato ſpi-
ritu, deſipit omnis caro. & ego ad nihilum
redacta ſum, quod verbum pōt eſſe in præ-
Amor Magdalenæ. ſenti materia aliud thema. In quibus ſacra-
tiſſimis verbis amor triplex huius ſanctiſſi-
mæ Magdalenæ ſpecialiter demonſtratur.
Primus dicitur amor commutatus ibi, re-
nes mei commutati ſunt, ſecundus amor in
C flammatus ibi, inflammatum eſt cor meū,
tertius amor transformatus ibi, & ego ad
nihilum redacta ſum. proinde non imme-
rito de ipſa Dominus ait, dilexit multum.

Articvlvs Primvs.

De triplici ſtatu Sanctiſſimæ Magdalenæ.

PRimus autem amor dicitur com-
mutatus, ſcilicet ab amore car-
nali & mundano, ad amorē cœ-
leſtem & diuinum. Ideo dicit.
D renes mei cōmutati ſunt. Quid
enim per renes, niſi voluntates humanæ cō-
uenientius denotantur, cū potiſſime illæ de-
dicandæ ſint Deo. In cuius vero myſterium
Leuit.3. præceptum fuit, vt renunculi in ſa-
crificium Deo offerantur. Renes enim natu-
raliter intra corpus ſunt, Si autem poneren-
tur extra per mala cōmutatio fieret. vt per
hoc apertius demonſtretur, quòd volupta-
tes, & delectationes humanæ nequaquam
eſſe debent de exterioribus, ſed de intrin-
ſecis & ſpiritualibus rebus, ſicut Eccleſ.30.
dicitur, Non eſt oblectamen ſuper cordis
gaudium, & iocunditas mentis. hæc eſt vita
hominis. Debent quoque hi renes in cali-
da pinguedine, id eſt in feruenti deuotione
animæ reſidere, ſicut pſal. orabat dicens Si- E
cut adipe, & pinguedine repleatur anima
mea, & labijs exultationis laudabit os meū.
Talis renum commutatio facta eſt in ſan-
ctiſſima Magdalena, de qua nunc diſtingua-
mus triplicem ſtatum. Primus fuit ſtatus
offenſionis, ſecundus conuerſionis, tertius
ſatisfactionis.

De ſeptem in quibus offenderat Maria
Magdalena, & varia Doctorum
opinione hæc de illa. Ca. 1.

PRimus inquam ſtatus in Magda- F
lena fuit offenſionis. Scribitur *1. Status Magdalenæ.*
enim Lu. 7. Rogabat Ieſum qui-
dam Phariſæus, vt manducaret
cum eo, & ingreſſus domum diſcubuit. Et
ſubdit, ecce mulier quæ erat in ciuitate pec-
catrix, &c. deſcribens huius peccatricis ſta-
tum principaliter quo ad tria. Oſtendit enī
fuiſſe in illa. Primo peccatorum magnitu-
dinem, ſecūdo peccatorum certitudinem,
tertio peccatorum multitudinem.
Primo enim in illa oſtendit fuiſſe pecca- *1. Fuit in illa peccatorū magnitudin.*
torum magnitudinem. & hoc in illo aduer-
bio demonſtratiuo, ecce. Ait enim, & Ecce
mulier. quod denotat admirationis exceſ-
ſum. Solet enim dici, cum superuenerit no- G
tabilis mulier turpiter diffamata, ecce mu-
lier. Ecce vere in admirationem Magdale-
nam poſuerat nō ſolum homines, verum-
etiam ipſum Dominum. vnde Eſa. 21. Do-
minus ait, Babylon dilecta mea, poſita eſt
mihi in miraculum. Babylon enim confu-
ſio interpretatur, & ſignat Magdalenam,
quæ peccatorum confuſionibus plena erat.
Secundo oſtendit in illa fuiſſe peccatorū
certitudinem: quia toti innotuerat ciuitati.
ideo ſubdit, quæ erat in ciuitate peccatrix.
Grauis ſiquidem culpa eſt, qua in occultis H
offenditur Deus: ſed longe grauior eſt, ſi
idem in manifeſto fiat. Nam in prima offen-
ditur Deus tantum, in ſecunda vero Deus,
& proximus iniuria patiuntur. vnde ad ta-
les ſic Bern. ait: Nec Deum timent, nec ho-
mines reuerentur. In hanc culpam ceciderat
rat Magdalena, quia per totam ciuitatem
extiterat diffamata. vnde ad ipſam, Eſa. 23.
Dominus exprobratiue ait, Sume citharā,
circui ciuitatem meretrix obliuioni data.
bene cane, frequenta canticum, vt memo-
ria ſit tui. Tertio oſtendit in ea peccatorum
multitudinem fuiſſe: ideo ſubdit, peccatrix;
eſt enim hoc vocabulū peccatrix, verbum
diffamatiuum atque offenſiuum multitudi-

nis

A nis peccatorum. vnde in ſeptem offenderat creatorem. Primo in delitiarum cultu, ſecũdo in inſectiuis oris oſculis & affatu, tertio in vano capillorum ornatu, quarto in laſcĩuo oculorum aſpectu & reſpectu, quinto in ſuperbo totius corporis inceſſu & geſtu, ſexto in inuerecũdo luxuriæ actu, quia peccatrix fuit, ſicut ſacrũ concilium atteſtatur. 1. quæſt. 7. cap. ſi quis omnem. Ex quo textu quidam argumentum ſumunt, ꝙ etiam meretrix fuit, ſeptimo in peccandi propoſito & conatu. Ad talia quidem triplicem habuit cauſam inductiuam, quę plurimum alliciunt ad peccandum. Prima ſcilicet corporis pulchritudo, ſecunda temporaliũ plenitudo, tertio dominij & libertatis relaxatio. nam pulchra fuit, diues fuit, & ſub nullius poteſtate vixit, quod eſt periculoſius mulieribus inter omnia ſupradicta. Sed ſi mulieri addatur quartum, quod eſt leuitas, & fatuitas mentis: adiuuet illam Deus. Nã, vt dr̃ Prou. 11. Circulus aureus in naribus ſuis, id eſt porcæ. mulier pulcra & fatua aſſimilatur. ſicut enim ſus habens circulũ aureum in naribus ſuis prius illum in luto q̃ pedem ponit. Sic etiam talis prius in luxuriam ruit, quàm (vt ſic dicam) perpendere poſſet, ſecundum Augu. in lib. de ci. corde mulieri quatuor cuſtodiæ adhibendæ ſunt. Prima eſt timor Dei, ſecunda eſt cuſtodia viri, tertia eſt verecundia, & confuſio mundi. Nam poſtquam ſua culpa infamis eſt, ad nihilum valet vltra, niſi vt mittatur foras, & conculcetur ab hominibus, vt dr̃ Matt. 5. quarta eſt ſignum & temporalis iudicij terror. quæ ſcilicet leges vxores fornicãtes ad mortem condemnant, & dotibus ſuis priuant, ſicut patet. C. de adulte. l. quamuis. & auct. ſed hodie. Et de conuer. coniug. c. gaudemus. Ad cuſtodiam autẽ viri (ſicut Aug. ibidem ait) duo neceſſaria ſunt. Primum eſt timor Dei, ſecundum eſt ipſa virilitas ſua. Magnum quidem animi virilis ſignum eſt (exceptio ſancti matrimonij vſu, qui à tali vilitate excuſat) ſe qui concupiſcẽtiam mulierum, cum cor talis inſenſati viri inhabitet ibi, vbi ſua dilectio requieſcit, dicente Domino Matth. 6. Vbi eſt theſaurus tuus, ibi & cor tuum. Item licet plerique Doctores tam Latini, quàm Græci opinentur hanc Magdalenam non fuiſſe Lazari ſororem: Aug. autem de cõſenſu Euangeliſtarum eſt opinio fuiſſe eandem. ꝙ per textum. Io. 11. probat, vbi Ioannes de ſorore Lazari ait. Maria erat, quæ vnxerat Dominum vnguento, & exterſit capillis ſuis, cuius frater Lazarus infirmabatur. vnde manifeſte clareſcit ꝙ ſimilis actus ei, quem Lu. 7. tangit cõmemoratur. Marci quoque vlt. ſcriptum eſt ꝙ primo Chriſtus apparuit Mariæ Magdalenæ, de qua eiecerat ſeptem demonia: huius ſententiæ eſt Greg. atque tota Romana eccleſia tenet, quæ euangelium huius peccatricis in feſto Mariæ Magdalenæ ſororis Lazari legit. Præterea in hoc magis credendũ Latinis quam Græcis, cum apud eos in regione Marſiliæ prædicauit, & ibidem 30. annis in ſpelunca permanſit; atque Sacerdoti ſancto ſe manifeſtans Mariam illam peccatricem ſe dicit, corpus quoque eius iam diu ibi honorifice requieuit. Inſuper in regione eadem ſororẽ ſuam legitur ſtetiſſe Martham, & multa ibidem miracula perpetraſſe, atque per mortem tranſeundo ad vitam corpus reliquiſſe ibidem.

In ſeptẽ offẽderat creatorẽ. — *Ad triplicẽ habuit cauſam.* — B — C — *In corde mulieris 4. cuſtodiæ adhibẽda ſũt.* — *Ad cuſtodiam viri duo neceſſaria ſũt.* — D — E — F

De triplici gratia, per quam conuerſa eſt Maria Magdalena. Cap. 2.

SEcundus Magdalenæ ſtatus fuit conuerſionis, vt ait, quia renes mei commutati ſunt. ſ. de malo ad bonũ, de tenebris ad lucem, & de amore carnali, ad amorem totaliter ſpiritualem atque diuinum. Per triplicem enim gratiam, & donum conuertit ad ſe Deus animam cuiuslibet peccatoris. Primo per ſplendorem veritatis in intellectu, ſecundo per ardorem charitatis in affectu, tertio per vigorẽ ſtrenuitatis in conatu. Et hæc tria dona ſeu gratias in ſua cõuerſione obtinuit Magdalena, ſicut Lu. Euãgeliſta oſtendit. Primo enim habuit ſplendorem veritatis in intellectu, & ideo Luc. ſubdit, vt cognouit quòd Ieſus accubuit in domo Phariſæi. ait enim, vt cognouit. Meri to quidem poſtquam cognouit, vbi Ieſus erat, venit ad eum: nam ſi non cognouiſſet Ieſum, non quęſiuiſſet eum, nec veniſſet ad eum, nec inueniſſet eum, nec miſericordiã inueniſſet per eum. Miſericordiam igitur conſecuta eſt, quia eum inuenit. Inuenit autem illum, quia venit ad illum. Venit ad illum, quia quæſiuit illum. illum vero quæſiuit vt cognouit, quòd Ieſus accubuit in domo Phariſæi. Sed quomodo hoc cognouit? nempe vt puto, diſſoluta & vaga, vt ſolita erat operante interius Chriſto ad templum adijt. caſu quoque prædicantem Chriſtum audiuit, paulatim intellectum ad audita cõuertit, cor illius verbum Domini penetrauit. Quis enim dubitare queat, ipſam ſapiẽtiam Dei Chriſtum, qui illius abſcondita

G — H

præte-

A præterita & futura cernebat, verba tali ſenſu formare, & mentem illius tali radio illuſtrare, vt cor illius compungeret & molliret. & ſecundum quod opus erat, plenius illuſtraret. Ingredere mens Magdalenę deuota eius penetralia cordis, & vide, & ſenti quod illa ſentit, & audi, quod inibi Chriſtus dixit: O anima mea dilecta, quid tibi & huic vano & labili mundo? cur tot delicijs diſſolueris? cur os & linguam tuam in tot offenſiones creatoris tui inquinas? Cur tam vano capillorum ornatu deciperis? Cur tot animas à Deo tuo pro cęleſti regno creatas iaculis oculorum tuorum B inficis? & ad tartarea regna ruere facis? Cur tanto faſtu & pompa corpus tuum vermibus corrodendum, Deo tuo infinito bono præponis? cur tu miſera & miſerabilis valde ex nobili proſapia orta, corpore tam formoſa, naturali ſapientia illuſtrata: in tantam turpitudinem demerſa es, vt tanquam ſus in volutabro luti, in omnem carnis ſpurcitiam abſq; rubore delapſa es? Quid fruſtra, quid fruſtra deciperis anima mea? ſtatuens has tuas delicias, atq; laſciuias ſine termino poſſidere: bona, quę negligis, ſunt æterna: bona quæ tu diligis, tranſitoria ſunt. illa ſunt communia beſtijs, iſta verò C ſunt communia Angelis. Illa ſunt terrena, iſta verò diuina: illa ſunt moleſta, iſta verò tranquilla: illa ſunt parua, iſta ſunt magna: illa ſunt dubia, iſta ſunt certa: illa ad æternam damnationem conducunt, iſta ad æternam fęlicitatem perducunt: reuertere igitur, reuertere Sunamitis, reuertere, reuertere, vt intueamur te. reuertere anima mea dilecta, reuertere, qa iā longo tempore te expecto, dulciſſime te inuito, vlciſci diſſimulo, à multis periculis te præſeruo. reuertere, te amplector cum gaudio, omnes tuas offenſas tibi dimitto, gratiam tibi liberaliter dono, datam tibi multipli- D co, multiplicatam conſeruo, conſeruatam in æternum tibi remunero. Quæ mente percipiens Magdalena iam illuſtrata lumine veritatis, ſermone completo, mutato propoſito, tota alienata reuertitur domum, mente percepta bene reuolués de ſua pręterita vita dolens & plorans. & quæ in remedium præteritorum ſit factura mente compuncta pertractans, affectat pro miſericordia recurrere ad Ieſum, quem per fidei lumen intellexit Deum verum. erubeſcit illum adire, ſola ſpes mentem illius erigit, ſed timor deprimit, dolor anguſtiat, amor inflammat: denique in Domino confiſa intra ſe ait, ſurgam & ibo ad E Deum meum, ad pedes magiſtri mei, ad lumen animæ meæ, ad fontem miſericordiæ, vt lauer à maculis meis. Non repelli confidit anima mea, ab eo miſericordiam poſtulabo, illius pedibus adhęrebo, corde & lacrymis inuocabo, & ſpero, quòd miſericordiam impetrabo, loqui non potero ex dolore: nouit omnia peccata mea, dixit mihi omnia ſcelera mea, alabaſtrum vnguenti feram, cor meum illi oſtendam, illud Domino offeram, & miſercordiam petam. Surgens igitur egreditur domum, & quaſi ebria & lacrymans Deum Ieſum quærit. Interrogat quos in via reperit, di- F cens, Nunquid quem diligit anima mea vidiſtis? quo abijt dilectus meus, magiſter meus, & Deus meus? heu me, vbi requiram illum? vbi illum inueniam? circuibo ciuitatem, quærens quem diligit anima mea. non dabo ſomnum oculis meis, nec corpus meum aſſumet cibum, vel potum, donec inueniam dilectum animæ meæ. Indicate dilecto meo, quia amore langueo. Cumque diu quæſiſſet illum, didicit tandem, quòd in domo Phariſæi accumbebat. Proinde vt cognouit, quòd Ieſus accubuit in domo Phariſæi, in Domino confortata: concito greſſu venit ad locum, vbi mo- G rabatur dilectus eius.

Secundò habuit ardorem charitatis in affectu, in alabaſtro vnguenti myſticè denotatum. Alabaſtrum enim, ſecundum Iſid. eſt lapis candidus, & varijs coloribus intertinctus, ex quo vas vnguenti factum erat. Dicitur autem valere ad victoriam obtinendam, & amicitiam generat & conſeruat. Quid igitur per hoc vas, niſi Magdalenæ lapideum? ideſt firmiſſimum cor candidum, per propoſitum innocentis vitæ, varijs coloribus intertinctum propter dolentem memoriam meam præteritarum culparum. valuit nempe ad victoriam ob- H tinendam de carne, diabolo, atque mundo: & in eo ad Chriſtum admirabilis amicitia generata & conſeruata eſt. hoc alabaſtrum plenum erat vnguento amariſſimæ pœnitentiæ & męroris. & iſtud eſt vnguentum, quod ſecundum Bernardum ſuper Cant. ſermo 10. & 12. Conficit anima mea, & multis irretita criminibus, ſcilicet cum incipit cogitare vias ſuas. colligat, congreget, & conterat in mortariolo conſcientiæ multas & varias ſpecies peccatorum ſuorum, & in æſtuantis pectoris ollam ſimul omnia coquat igne pœnitentiæ,

A & doloris, vt poſſet dicere cum Propheta, Conculcauit cor meum intra me, & in meditatione mea exardeſcit ignis. hoc eſt vnguentum, quô Dauid tribus vicibus eſt inunctus. Primo in Bethleem in domo patris ſui. 1. Regum 16. ſecundo in Ebron, ſuper Iudam. 2. Regum 2. tertio iterum in Ebron, ſuper omnes tribus. 2. Reg. 5. Quid per Dauid, qui manu fortis interpretatur, conuenientius ſignificari poteſt? niſi ſpiritus fortis Magdalenæ, quę quidem vnguento feruentis pęnitentiæ tripliciter inuncta fuit?) Primo in domo patris ſui. i. in corde, ſcilicet quando ei gratia contri-

Per Dauid, quid myſticè intelligat.

B tionis cum ſpe veniæ ſuperinfuſa eſt. Ideo cum Iob 12. ait, Deus molliuit cor meum. Et iterum cum Pſal. Factum eſt cor meum tanquam cera liqueſcens in medio cordis mei. Secundo in Ebron ſuper Iudam, qui confeſſio interpretatur. i. quando lacrimis ad pedes Ieſu confeſſa eſt ſcelera ſua. ideo cum Pſal. dicit, Fuerunt mihi lacrimæ meę panes die, ac nocte, cum dicitur mihi quotidie, vbi eſt Deus tuus? ſcilicet in conſcientia: quam ſcilicet propter ſcelera tua rapuiſti à te. Tertio ſuper omnes tribus, quando omnia membra ſua (vt infra patebit) ad ſatisfaciendum ſubiecit pro peccatis, ſequens illud Apoſtoli ad Roma. 6. Sicut

C exhibuiſtis membra veſtra ſeruire immunditiæ, & iniquitati ad iniquitatem: ita nunc exhibete membra veſtra ſeruire iuſtitię in ſanctificationem. Tertio verò habuit vigorem ſtrenuitatis in conatu, quia videlicet veniens attulit, ſcilicet prædictum alabaſtrum vnguenti. nec curat, quia non fuerat à Phariſæo illo ad prandium inuitata, quia fuerat à Chriſto vocata, dum clamans in templo ait, Siquis ſitit veniat ad me, &c. Ideo ſicut auis ſitibunda ad fontem currit, non vincitur mundano rubore, non proſternatur mundano timore, quia deuicta & tracta erat à diuino amore, & etiam

D à peccatorum dolore, nec curat prandium turbare lacrimis, quia iam nouerat gaudium præſtare Angelis. O miſericordia Dei, ò pietas Saluatoris, ò immenſa dulcedo diuinæ bonitatis: commouiſti terram, & côturbaſti eam: ſana contritiones eius, quia commota eſt.

De ſeptemplici ſatisfactione Magdalenæ, contra ſeptemplicem eius offenſionem. Cap. 3.

E

TErtius autem ſtatus huius ſanctiſſimę peccatricis dicitur ſatisfactionis. verus nempe inſtinctus in lumine Dei cum afflauerit ad pęnitentiam peccatorem, licet ad omnia bona animum eius flectat: potiſſimè tamen ad ea, q̃ oppoſita pręteritis culpis ſollicitant & ſunt, inclinat. In ſeptem enim offenderat iſta peccatrix, vt ſupra nuper patuit: & ſic ſeptem oppoſitas adducit ſatisfactiones, & quot in ſe habebat oblectamenta culparum, tot de ſe obtulit ſacrificia ſatisfactionum. Et de his ſeptem ſatisfactionibus Lucas ſubdit dicẽs, Et ſtans retro ſecus pedes eius lacrimis cępit rigare pedes eius & capillis capitis ſui tergebat, & oſculabatur pedes eius, & vnguento vngebat.

Tertius ſtatus Magd. Sicut ĩ ſeptẽ offenderat Deum, ſic ſeptẽ oppoſitas adducit ſatisfactiones.

F

Prima autẽ ſatisfactio in ea dicitur fuiſſe vigor mentalis ibi, ſtans. ſecunda pudor virtualis ibi, retro. tertia reuerentialis timor & humilis ibi, ſecus pedes eius. quarto eſt dolor cordialis ibi, lacrimis cępit rigare pedes eius. quinta ſplendor intellectualis ibi, & capillis capitis ſui tergebat. ſexto ardor affectualis ibi, & oſculabatur pedes eius. ſeptima rigor corporalis ibi, & vnguento vngebat. Aduertendum eſt inſuper, ꝙ nô tantum apponit ſatisfactiones

G

oppoſitas culpis, verumetiam retrogradû ſuperaddidit, pro grauioribus ſatisfacere initium ſumens. Primo enim pro peccandi propoſito & conatu, quod vltimû erat, ſatisfecit per vigorem mentalem. Ideo dicitur, Et ſtans. i. non vltra in malis progrediens, quia propoſuerat carnalem ducere vitam in luxurijs & delitijs gaudere. eſt enim natura vitij carnis: & licet alia vitia in alijs periculoſiora ſint, in hoc tamen periculoſius eſt, quia hominem citius ad finalem pœnitentiam trahit. vnde 2. Pet. 2. ait, Nouit Dominus pios de tentatione eripere, iniquos vero in diem iudicij cruciandos reſeruare: magis autem eos, qui poſt carnem in concupiſcentias immunditię ambulant, dominationem contemnunt. Magis etiam cruciandos dicit carnaliter offendentes, eo quod cęteræ aliæ culpæ pœnirentiam ſaltem aliquam adducere ſolent: carnale vero peccatum propter originalem quandam ſuauitatem, maximè ſi inolitum ſit, pœnitentiam ſalutarem excludit: atque cum eo tanto citius concordatur,

H

A tur, quanto naturæ conuenientius & ſuauius eſſe videtur. & ideo tanto vilius maieſtatem Dei contemnunt, quanto ab eis peccatum carnis immundius perpetratur, ac quanto quod virtuti præeligitur, rationi amplius aduerſatur. hic igitur intelligitur Magdalena vigorem mentalem pro ſatiſfactionis remedio ſumpſiſſe. vnde ſubditur, Et ſtans. ſ. in tanto caſtitatis & honeſtatis propoſitio firma, quod potius eligeret milies mori, quam amplius ruere in lapſum carnis: quaſi cum Propheta in corde dicendo firmaret, Iuraui, & ſtatui cuſtodire iu-
B dicia iuſtitiæ tuę.

Secunda ſatiſfactio.

Secunda ſatiſfactio pro inuerecundo luxuriæ actu plene ſatiſfecit per pudorem virtualem, maximam verecundiam peccati ſumens, ideo dicitur, Retro. vnde nec pro verecundia audebat reſpicere in faciem Chriſti Ieſu, ſed retro acceſſit, vt quæ poſt tergum in opere inhoneſto proiecerat Deum, iam in humilitate aſſūpta poſteriora quęreret Dei, ſicut dicitur Lu. 18. Humilis publicanus, qui cum per ſuperbiam elongauerat ſe à Deo: ideo per confeſſionem humilem propinquius factus eſt Deo, dum ſtans à longè non audebat oculos ad cęlū
C leuare, ſed percutiebat pectus ſuum dicēs, Deus propitius eſto mihi peccatori. Sic & 2. Paralip. vlt. peccator pęnitens Manaſſes humiliter ait, Non ſum dignus videre altitudinem cœli præ multitudine iniquitatis meæ.

Tertia ſatiſfactio.

Tertia ſatiſfactio pro ſuperbo totius corporis inceſſu & geſtu ſatiſfecit per timorem reuerentialem & humilem, nam ſuper terram toto corpore ſe proſtrauit, & totum corpus ad pedes Domini inclinauit: ideo dicitur, ſecus pedes eius. quæ enim diu faſtuosè, ac ſuperbè ambulauerat, veſtigia recta & humilia requirebat. & vbi ex illo ſuperbo inceſſu magnam inuenerat offenſio-
D nem obcęcationem, & afflictionem: ad veſtigia Ieſu Chriſti reperit remiſſionem, illuminationem, & conſolationem. Nam primo ibi reperit remiſſionem. vnde Lu. 7. dicit Dominus, Remittuntur tibi peccata tua. Ideo ait, Inueni quem diligit anima mea, tenui eum, nec dimittam. Secundo reperit ibi illuminationem, & totius vitæ ſuæ directionem. vnde Lucæ 10. dicitur, Quod Maria ſtabat ſecus pedes Domini, & audiebat verbum illius. & merito quidem: quia ſicut dicitur Deuter. 33. Qui appropinquant pedibus eius, accipient doctrina illius. Tertio quoque reperit ibi conſola-
tionem. ſ. in amplexu pedum Ieſu, reſurre- E
ctionis gaudio iam præuiſo. Nam ſicut Mat. vlt. dicitur, Magdalena, & duę aliæ Mariæ tenuerunt pedes eius. O quanto gaudio repleta eſt illius anima, cum pedes Ieſu reſuſcitati amplexata & oſculata eſt? & in eorum oſculis & contactu tota inebriata & liquefacta eſt. O piiſſime Domine Ieſu Chriſte, quam bonus es his, qui recto corde adhærent pedibus tuis, & imitantur veſtigia tua. verè exempla huius peccatricis hæc maniſeſtè oſtendunt.

Quarta.

Quarta ſatiſfactio pro laſciuo oculorum aſpectu ſatiſfecit per dolorem cordialem in fletu immolans Chriſto ſuos oculos im- F
pudicos. ideo ſubditur, Lacrimis cępit rigare pedes eius. Quis enim exprimere queat cordis ſui dolorem, cum tantus ſit vt rogat rigare Dominicos pedes lacrimis. recolebat, quæ fecerat: plorabat, quod fecerat: conſiderabat, cur fecerat: & malum eſſe videbat, quod fecerat. videbat peccatorum ſuorum multitudinem, cernebat turpitudinem, ponderabat magnitudinem, ſentiebat ingratitudinem. ideo lacrimis cępit rigare pedes eius. in illa voce loquitur, nec exprimit, quid quærat, cur plorat, quid expectat, quid petat, cur tantum ad Dominum clamat. Atque lacrimis exprimit affe- G
ctum ſuum, dolorem ſuum, amorem ſuum, & omne deſiderium ſuum. ideo lacrimis cępit rigare pedes eius, dolor fecit eam plorare, amor vrgebat corde clamare, rubor non ſinebat vultum leuare, feruor cogebat inſtanter perſeuerare. Quid ploras, mulier? quem quæris? Quæro quem diligit anima mea: inueni eum, nec dimittam. Quid igitur ploras? heu me, quid ploro. Ploro, quia tantum offendi Deum meum, creatorem meum, redemptorem meum, perdidi ſpiritum meum, inquinaui corpus meum. Ploro peccatum meum. Dimitte ergo vt plangam paululum dolo-
rem meum. O anima mea, ò vanitas mea, H
ò carnalitas mea, ò vita mea profana, abundans in diuitijs, nutrita in delitijs, profundata in vitijs, ſubmerſa in malitijs, ò lingua mea pernities animarum multarum, & os meum inquinatum fędis laſciuijs, ò capilli mei perditio animæ meæ, laquei ſpiritus mei, occupatio cordis mei, vanitas mentis meæ, quot offenſiones & ſcandala dediſtis animabus multorum? Oculi mei inceſſanter flete animas veſtris iaculis vulneratas, purgate lacrimis laſciuias veſtras, & crubeſcite vnquam erigi in faciem Saluatoris.

A O cor meum & corpus meum ſuperbum; ò greſſus mei inflati, humiliamini ad pedes, immo (ſi fas eſt) ſub pedibus Saluatoris: eſto caput meum ſcabellum pedũ ſuorum, vt de humilitate ſua ſuſcipiat remiſſionem ſuperbia tua: ò fœditas luxuriæ meæ, ò nobilitas corporis mei, in quantam ignominiam deueniſtis: ò dignitas animæ meę, ò miſericordia Saluatoris miſerere ſtultitiæ meæ, miſerere intentioni meæ, miſerere, obſecro, impiæ voluntati meæ, quia hanc vanam & fallacem vitam ſtatueram fœlicitatem meam, te non noueram, te nõ quæſieram, amor meus, creator meus, de
B te non curabam Saluator meus: tu me vocaſti, tu me illuſtraſti, tu cor meum vulneraſti, ſana cor meum Deus meus, Saluator meus, dilector meus, ſana animam meam, quia peccaui tibi: miſerere mei, miſerere mei, quoniam in te confidit anima mea: miſerere mei Deus, ſecundum magnam miſericordiam tuam: immo ſecundum maximam miſericordiam tuam, ne me repellas ſpes animæ meæ; quia ſolum in te confidit anima mea: nunquam te dimittam, niſi à te miſericordiam inueniat anima mea.

Quinta. Quinta ſatisfactio pro vano capillorum ornatu ſatisfacit per ſplendorem intelle-
C ctualem. vnde ſubditur, Et capillis capitis ſui tergebat. Licet enim ad literam ſatisfecit tunc pedibus Ieſu Chriſti per obſequiũ capillorum. Inquantum tamen capilli capitis ſunt ornamenta ab ipſo capite emanantes, ſubtiles & longi, & quibus mulieres caput exornant: ideo non immeritò deſignant exquiſitas cogitationes & contemplationes ſubtiles, & meditationes prolixas, quæ caput deuotæ mentis exornant, & ab ipſa mente per influxum gratię oriuntur: immo, vt verius dicam, à capite noſtro Ieſu ortum habent in capite mentis noſtrę: quia, vt ait Apoſt. 2. Corin. 3. Non quòd ſi-
D mus ſufficientes aliquid cogitare à nobis tanquam ex nobis, &c. & hos mentales capillos pro vano capillorũ ornatu, Chriſto Domino efficacius obtulit Magdalena. hi ſunt capilli, qui (vt dicitur Numeri 6.) Enutriri à Nazareo præcipiuntur, & toto tempore ſatisfactionis ſuæ nouacula. i. diſtractio mentis impediens cogitatus contemplationis, non debet deſcendere ſuper caput eius.

Sexta. Sexta ſatisfactio pro infectis oris oſculis & affatu ſatisfecit per ardorem affectualem, qui in oſculo denotatur. vnde ſubditur, Et oſculabatur pedes eius. Triplex eſt
E enim oſculum, ſecundum Bernar. Primum eſt pedum, ſecundum eſt manus, tertium verò oris. Oſculum pedum competit incipientibus, ſed oſculum manuum proficientibus, tertium verò ſola experitur & rara perfectio. Primò autem ad pedes ploremus & procidamus coram Domino, qui fecit nos, ea quæ fecimus nos. Sed ſecundò manum quæramus ſubleuantis, & genua ſoluta roborãtis. Vltimò cum iſta multis precibus & lacrymis obtinuerimus: tunc demum habemus ad ipſum os glorię caput attollere. Pauens & tremens dicendo, non ſolum ſpeculandum, ſed etiam oſculandũ, cum adhærentes Deo; vnus ſpiritus efficiun-
F tur cum eo. Primum enim dicitur oſculum reconciliationis, ſecundum perfectionis, tertium verò transformationis: hæc tria oſcula per amorem affectualem obtinuit Magdalena.

Primus oſculus. Primum fuit reconciliationis. Eſt.n. oſculũ ſignũ pacis, & pius Ieſus nunc eã recepit ad pacẽ, q̃ eſt in pęnitentiæ principio deſertionis mali & proſecutionis oĩs boni: & ideo oſculabat̃ pedes eius. vnde Ber. ſuper Cant. ait, ſerm. 3. Nõ tibi, ò quęcunq; es aĩa, locus ille vilis atq; deſpicabilis videat̃, vbi Sãcta peccatrix peccata depoſuit, & induit
G ſanctitatẽ. ibi Ethiopiſſa mutauit pellem, & in nouum reſtituta candorem iam fiducialiter reſpondebat exprobrantibus ſibi verbum; nigra ſum ſed formoſa.

Secundus Secundũ fuit perfectionis. animus.n. nobilis & generoſus, atq; in Dño creſcẽs, minimè cõtentus eſt ad Deũ cõi incedere via, ſed ad opa perfectionis aſſurgit, vt imitet̃ Chriſti cõcilia ſancta; & ad hoc oſculũ Magdalena recepta eſt, qñ poſt aduentũ Spiritus ſancti pfectè oĩa ꝓ Chriſto ſua dereliquit.

Tertius. Tertiũ fuit transformationis. Ebulliens .n. amor minimè contentus eſt, quãtacunq; perfectione operis virtuoſi, niſi trãsforme-
H tur in intima ſui dilecti. propterea deſiderans oſculũ oris cum ſponſa clamat, dicẽs, Oſculet̃ me oſculo oris ſui. & ad hoc oſculum Magdalena exaltata erat in deſerto, qñ ſepties in die ab Angelis eleuata, amoris ebrietate transformabatur in Chriſtum.

Septima ſatisfactio. Septima ſatisfactio pro deliciarũ ſuperfluo cultu. ſatisfecit per vigorẽ pęnitentialẽ, qui per effuſionẽ & abiectionẽ vnguenti, & vnctionẽ pedũ myſticè deſignat̃. ideo ſubditur, Et vnguẽto vngebat. hoc vnguentum de herbis amaris confectum eſt, quas Maria in ſuo hortulo adinuenit, cum recogitauerat omnes iniquitates ſuas: has autem

tem

A tem herbas cum mirra & aloe ad ignem fer uentis amoris, vt vngeret pedes Ieſu, miſcuit Magdalena, ſicut Cant. 4. dicitur, Mirra & Aloe cũ oībus primis vnguẽtis. vtrũq; autẽ amariſſimũ eſt, & pro reſeruandis corruptibilibus aptum & duplicem amaritudinẽ ſignificat. Prima eſt amaritudo mortis, cum incertitudine horæ: ſecunda eſt certitudo iudicij, cum intentione ſententiæ, ex quibus amarũ conficitur & purgatiuum vnguentũ. Nec tibi videatur vile hoc peccatricis vnguentum, cũ domus eccleſiæ ſanctæ impleta ſit ex odore eius, vt dr̃ Ioan. 12. Imo odor penitentiæ ſpirauit vſq; ad ſupcęleſtes manſiones ſpirituũ beatorũ, ſicut Lu. 15. dr̃, Gaudium eſt in cęlis ſuper vno peccatore pœnitentiam agente. quia igĩ Maria Magdalena dilexit multum, fuit Angelis gaudium ad exultationẽ, ſed hominibus eſt exemplum ad veram correptionẽ. B

Vnguenti duplicem amaritudinẽ ſignificant.

ARTICVLVS SECVNDVS.

De ſeptem amoribus inflammantibus mentes quibus inflammatum erat cor Magdalenæ.

SEcundo verò in Magdalena amor dicitur fuiſſe inflammatus, & de hoc in pſona eius ſubdit Pſal. dicẽs, Inflãmatũ eſt cor meum. ſ. igne diuini amoris. hoc modo inflãmatũ erat cor duorum diſcipulorũ euntiũ in Emaus dicentium de Ieſu, Lu. 24. Nõne cor noſtrũ ardens erat, dũ loqueret nobis in via? Septem nẽpe amoris flammis, ſeu amoribus inflammatis, ardebat cor ſanctiſſimæ Magdalenæ. Primus dr̃ amor inſuperabilis, ſecundus amor inſeparabilis, terti⁹ amor infatigabilis, quartus amor inuariabilis, quit⁹ amor iſatiabilis. ſextus amor iſotiabilis, vij. amor iacceſſibilis. C

Secundus amor in Magdalena.

De amore inſuperabili, qui omnia mundana vincit. Cap. 1.

D PRimus enim amor, quo inflammatum extitit cor Magdalenæ, inſuperabilis dicitur. Hic autem amor tantæ fortitudinis eſt, vt nemo ſibi reſiſtere poſſit, omnia ſibi ſubijcit, omnia ſuis profectibus ſeruire cogit, inimicos amando ſuperat, & ſibi amicos efficit vel iniquos: nam ſi non habeat æmulos inimicos, omnino triumphare non poteſt. hic nempe fuit ille in Magdalena inſuperabilis amor, qui ſuperauit Phariſæum, qui dicebat eam immundam, Luc. 7. Hic ſuperauit ſororem ſuam Martham, quæ illam dicebat otioſam. Luc. 10. Hic ſuperauit Iudam, qui dicebat illam prodigam. Ioan. 12. Dixerat enim Magdalena magiſtro ſuo Ieſu Chriſto, illud Iob 17. Pone me iuxta te, & cuius vis manus pugnet contra me. Hic nẽpe amor tantæ fortitudinis fuit in ea, vt ſuperaret etiã amorẽ Chr̃i, cũ Ioan. 11. ad ſuſcitationẽ Lazari ob amorẽ Magdalenæ eũ cõpulit lacrimari. O inſuperabilis amor Magdalenæ, qui ob magnitudinẽ fortitudinis tuæ: etiã ipſum inſuperabilẽ ſuperaſti. nec mirũ nã ſicut dr̃ Cant. 8. Fortis eſt, vt mors dilectio. ſ. Magdalenę: dura ſicut infernus, q. nemini parcit: æmulatio, ſ. eius, lãpades eius, lãpades ignis, ſ. diuini amoris quo ad ſe: atq; flammarũ, quo ad proximũ. aquę mulrę. ſ. aduerſitates: : nõ potuerunt. ſ. eius extinguere charitatem: ſed magis illam accenderunt, atque ſæpe inflammauerunt. E F

Primus amor, quo inflãmatũ fuit cor Magdal. vide quæ habẽt D. Bonau. et Stella in expoſitione ſuper Lucam.

De amore inſeparabili, qui animam cum Deo inſeparabiliter vnit. Cap. 2.

SEcundo inflammauit cor illius amor inſeparabilis. ait enim Apoſt. 1. Cor. 6. Qui adhæret Deo, vnus eſt ſpiritus cũ eo. quod intelligens Magdalena cum Propheta ait, Mihi autẽ adhærere Deo bonum eſt ponere in Dñō Deo ſpẽ meã. ideo hic amor ſemp in ea inſeparabiliter permãſit. G Primo in cõuerſione, ſecundo in conuerſatione, tertio in locutione, quarto in paſſione, quinto in reſurrectione, ſexto in contẽplatione, ſeptimo verò in glorificatione. Primo inquã in cõuerſione, Lu. vij. ſicut dĩctũ eſt, tota Chr̃i pedibus adhærebat, dũ ſtans retro ſecus pedes eius, & capillis capitis ſui tergebat & oſculabat pedes ei⁹, & vnguẽto vngebat. Vbi aduertenter notandũ eſt, quod iſta Chr̃i pedibus adhærebat oſculis, oculis, capillis, & vnguentis, vt innuatur, quod in Chriſtũ erat tota anima eius transformata. Secundo verò in conuerſatione, qa neſciuit ſeparari ab eo. ideo eius hoſpita facta fuit. Tertio in locutione: nam ſicut Lu. 10. atteſtatur, Maria ſtabat ſecus pedes eius, & audiebat verbum illius. H Quarto in paſſione, ſicut Io. 19. dicit, Stans iuxta crucem Ieſu Maria Magdalenæ. ſ. vultum ſuum balneans ſanguine Ieſu Chriſti, amplectens & oſculans Ieſu Chriſti ſanctiſſimam crucem ſanguine rubricatam. Quinto in reſurrectione, dum amplexu dulciſſimo tenuit pedes eius, ſicut dicitur Matth. vlt. Sexto in contemplatione: quiã ſicut infra patebit, ſepties in die tota transformabatur in Deum. ideo de illa Dominus,

Hic amor in ea ſemper permanſit.

A nus, Luc. 10. ait, Maria optimam partem elegit. quæ fuit eius contemplatio perfecta. Septimo verò nunc & ſemper in glorificatione & fruitione diuina. Quia ſicut ibidem Dominus ait, Pars contemplationis diuinæ, quam ſibi in præſenti elegit: nunquam auferetur ab ea, ſed perficietur: imo pfecta eſt in ea per gloriã ſempiternã.

De amore infatigablili, qui reddit omnia leuia. Cap. 3.

Tertius amor. TErtio autem inflammauit cor eius amor infatigabilis. ipſe enim amator hominum Deus eſt, cui omnis figura confitetur, & dicit, Deus meus es
B tu, quoniam bonorum meorum nõ eges. hoc ſolum Deus requirit ab homine, quod nulli conſtat eſſe difficile. Solus etenim amor, ſicut Auguſt. ait, Nomen difficultatis ignorat, qui cum multa impenderit amico, pauca, vel nulla ſe indicat impendiſſe. Hinc eſt, quod Gen. 29. Illa multitudo annorum: Iacob, dies pauci, prę amoris magnitudine, videbantur. Verus enim amans quicquid patitur pro amato, præ amoris magnitudine, vix perpẽdit, vel ſentit, dum ſic totus amori impenditur, vt præter dilectum nihil pene cogitare ſinatur. quem ſicut ſignaculum gerit, ſupra cor ſuum, &
C ſupra brachium, iuxta conſilium, Cant. 8. Sic Magdalena tota ſe impenderat ad Chriſti dilectionem, ideo infatigabiliter illum audiebat, infatigabiliter in vita & in morte illum ſecuta eſt, infatigabiliter vnguenta præparauit corpori ſuo iam defuncto. Ibat ad ſepulchrum ſanctum, atq; redibat: & indeſeſſa quærebat quem diligebat anima eius. in his omnibus pro dilecto nihil æſtimans ſe feciſſe. didicerat enim ſequi, ꝙ Dominus ait, Luc. 17. docuerat diſcipulos ſuos dicens, Cum hæc omnia feceritis, dicite, ſerui inutiles ſumus. Propter hunc
D igitur infatigabilem amorem, Apoſtolorum Apoſtola facta eſt.

De amore inuariabili, qui omnibus viſibilibus dilectum diligit. Cap. 4.

Quartus amor. QVarto quoq; inflammauit cor illius amor inuariabilis. qua etenim cauſa, ſiue qua parte variari poterat cor illius à diuina dilectione? quæ, præter illos radios incircunſcripti luminis, præter illos riuos incorruptæ dulcedinis, quos ineffabiliter Deus in illius animam influebat, in rebus etiam viſibilibus ample ctebatur in contemplatione dilectum? Integra quippe amatrix Chriſti, maximè poſt E quam abijt in deſertum, vbicunq; etiã corporali oculo ſe vertebat, familiarem habebat ammonitionem amoris. rebus his pro ſpeculis vtebatur, atq; omne quod cernebat ĩ ſui amatoris memoria reſultabat. aſpiciebat cuncta, quæ cõdidit; & quo fine condidit cuncta opifex ſumus Deus. & cum his tam admirabilis, ꝗ amabilis ſibi vndiq; occurrebat, atq; ex arra dulcedinis ꝗ guſtabat, quãta in gloria reſeruauit in dotẽ ſapiẽter didicit æſtimare. Caſtus profecto & colũbin⁹ oculus erat illius amor, q in reb⁹ humanis in nulla libidine figebatur, ſed in tranſitorijs contemplabatur æternum. Erat F in ea oculus iſte rectus oculus, verus, dexter, & purus: quem nulla auertebat ſiniſtra intentio, nulla deorſum flectebat terrena affectio. oculus vero ſimplex & prudens, quem nulla cõcutiebat certa ſuſpicio, nulla detinebat curioſa ſollicitudo, illum inceſſanter intuens, quẽ Angeli proſpicere concupiſcunt. Amor enim vehemens, vt dicit Aug. non poteſt non videre quẽ amat: quia amor oculus eſt, & amare videre eſt. oculo hoc vulnerauit, & ipſum amorem Deum. ideo dicitur ad illam, Cant. 4. Vulneraſti cor meum ſoror mea ſponſa, vulneraſti cor meum, in vno oculorum ictu. G

De amore inſatiabili, qui ſemper ſe paſcens ſemper eſurit. Cap. 5.

QVinto quoque inflammauit cor illius amor inſatiabilis. Habebat. n. *Quintus amor.* dilectrix Domini Magdalena in contemplatione, potiſſime dum morabatur in eremo, corporis corruptione deiecta, crebram de Dei viſitatione lętitiã, ſed nullam copiam. dum nec plena ſinebatur eſſe, nec quantum deſiderabat moroſa. vnde quodam iocoſo ioco ludebat Chriſtus cum ea, a qua dum teneri putabatur, e brachijs euo H labat: inſectatus comprehendi ſe patiebatur, & diſparens rurſum non videbatur, donec denuo lacrimis & precibus reuocabatur. Et licet eam viſitatio delectaret, viciſſitudo nihilominus moleſtabat. ſed quanto putas ſtupore illius anima diuina ſubtracta dulcedine, ad laqueos ſuorum ſenſuum captiua reducebatur? dum de prima ſpiritualium pulſa in vallem corporum terrenorum, in aliud quoddam ſibi ignotum ſeculum cecidiſſe videbatur. merebat tunc, & alta ſuſpiria trahens recolebat vnde venerat, vbi vitam cęlibem actitabat: & quo gratiora

A tiora fuerat experta, eo moleſtius ferebat ea eſſe ſibi ſubtracta. Subtractio enim rei amatæ augmentum deſiderij præſtat. & qđ ardentius anima optat, illo moleſtius, atq; egrius caret. Hinc Angelis ſæpe dicebat illud, Cant. 5. Nunciate dilecto meo, quia amore eius langueo. Ioan. Langueſco pio amore Domini Ieſu meo redemptore.

Amoris languor. *So io non ſento el ſuo dulcore, tuta q̃ta de languiſco.*

Languor iſte amoris, nihil aliud erat, niſi tædium impatientis deſiderij ſui, quo neceſſe erat eius affici mentem vehementer amantem abſente dilecto. O præſens abſentia, & abſens præſentia dilecti ſui anima be-

B nedicta, qui ſimul perdebatur & habebatur: non enim poterat ſatiari deſiderio, quę non niſi deſiderare concupiſcebat. fames enim animæ deſiderium eſt. Et hinc eſt, ꝙ verè eius anima Deum amans non ſatiabatur amore, quia Deus amor eſt: quem qui amat, amorem amat. Amare igitur amorem, circulum facit, vt nullus debeat eſſe finis, vel menſura diuini amoris. O inſatiabilis Magdalenæ amor, omnia vorans, qui ex copia inopiam generabas: dum prægustans Dei delitijs amplius in deſiderijs ardebas. quia ſi tibi dabantur ad plenitudinem, nunquam tamen ad ſatietatem, ſicut Eccle. 24. Dominus ait, Qui edunt me, adhuc eſurient.

C O bone Deus, quem amare edere eſt: quomodo amantes te ſic reficis vt magis eſuriant, niſi quia tu ſimul es cibus & eſuries. ideo qui te non guſtauerit, te prorſus eſurire neſcit: ad hoc.n. cibas, vt eſurire facias. Eſuriẽtes autẽ beata Virgo impleuit bonis, impleuit dicit, non ſatiauit. amoris etenim bona eo minus ſatiant, quo amplius replẽt.

De amore inſatiabili, qui guſtato ſpiritu Dei, in omnibus alijs creaturis delectari renuit. Cap. 6.

D *Sextus amor.* SExto inflammauit cor illius amor inſatiabilis. Fruſtra enim, ni fallor, eius famescentis animæ, & languentis, atque dolentis quicunque conatus fuiſſet mitigare dolorem, aut temperare mœrorem, ſeu roborare languorem, cum oporteret diuinitus curari debere illius vulnus amoris. nullo proinde humano ſolatio mitigatur ſecreti doloris ſacra amaritudo, cum ſublato interius dulcoris guſtu, nequeant in exterioribus conſolari. imo iuxta ſententiam beati Iob. 16. Omnes conſolationes reputat oneroſas. ſentiebat hoc poſtea ſpiritus Magdalenæ, qui cum Propheta ait, Præterea renuit conſolari anima E

mea, memor fui Dei, & delectata ſum. propterea *gio non poſſo nedere creatura al creatore trida tuta mente che cielo e terra non me da dolz. ma pro Christo amore tutto me fetento luco de ſole. Si me pare obſcura rendendo quella luce reſplendente cherubin ſon mente per adegiare, ſeraphin per amare. quum nego le Signore &c.* Felix amaritudo, quæ non de creatura, ſed de creatore concipiebatur, quæ nulla præſentis vitæ lugebat incommoda dignum planè erat, vt Deum totius conſolationis conſolatorem haberet, quæ omnium creaturarum quantalibet affluentia conſolari penitus renuebat. non erat igitur ci- F

tra Deum vnde ſolatium capere poſſet, quæ præter eum didicerat nil amare. ſolus erat conſolator, qui erat inhabitator charitas ipſa Deus. qui & ſi iuſtis nunquam deſit ad meritum: plurium tamen ad ſolatium abeſt. abeſſe autem Dei ad maius eſt meritum: adeſſe verò ad copioſius eſt ſolatium. In primo Deus in anima delectatur, in ſecundo vero anima delectatur in Deo. Primum eſt vtilius, ſecundum eſt iocundius. habebat autem iſta, ſed latebat; dum minimè ſenſum cordis eius tangebat illa ſuauitas habita, ſed abdita: moram autem faciente deſiderauerat ſpon- G

ſo iam non cum illis fatuis virginibus dormitabat, vel dormiebat. ſed crebris ſuccenſa ſuſpirijs & gemitibus excitata, dolorem ſuum vltra diſſimulare non poterat, nec ignem abſcondere, qui in cor eius ardebat, nec quidem rationem conſimilem valebat, quia modum & ordinem ignorabat. iam omnino & ſolummodo ſatagebat animo, quomodo rediret præterita de dilecto dulcedo, cuius quantamlibet feſtinationẽ tarditatẽ putabat

De amore inacceſſibili ad quem niſi anima tracta ſit ad eius ſecreta cęleſtia non conſurgit. Cap. 7. H

SEptimo autem inflammatus amor inacceſſibilis nuncupatur. tanto nempè ardore poſt præcedentem languorem, & inſatiabilem charitatem ſeipſam eius anima perſtringebat, vt non iam acceſſorijs gradibus, vel paſſibus vteretur, ſed inopinatis raptibus ſepties in die Angelorum auxilio volans non vadens in illa ſublimia ſecreta cœleſtia ad amorem inacceſſibilem capiebatur. vnde & Paulus non aſcendiſſe in tertium cœlum, vbi eſt inacceſſibilis amor, ſed raptus fuiſſe, ſecundo *Septimus amor.*

A Corinthiorum duodecimo, perhibetur. verè igitur dilexit multum. Sic nempe illa ardens anima ad ſponſum afficiebatur, vt quaſi deficaretur in eo, dum animus eius diuino inebriatus, atque reſolutus amore omnium obliuiſcens totus pergebat in Deum. guſtans id, quod ſcribitur Apocalipſis 12. Nemo ſcit, niſi qui accipit, quotiens illam fœlicitatem percipiebat, iſtam miſeriam neſciebat, quia vtique ſimul talia ſtare non poſſunt.

Ad hunc tamen gradus amoris, & ſi ei ſepties in die peruenire daretur: diu tamen ſtare in eo prohibebatur, donec cor-
B ruptibilibus exuta miſerijs, per mortem liberè euaſit in libertatem gloriæ filiorum Dei. iteratus nihilominus tractus ille ſæpius: & ſi ſuauem quidem in ea violentia indicaret, magis tamen mortalem impotentiam denotabat, qua mole grauata anima ſua ſuo volatu in die ſepties deridebat. iuxta quod dicitur Prouer. 24. Septies in die cadit iuſtus, ſcilicet abillo ſa ctiſſimo raptu, atq; altiſſimo: & reſurget, quia reſurgebat, quãdo iterum, atq; iterum retrahebatur ab illo, qui exaltatus à terra omnia trahit ad ſepſum.

C ARTICVLVS TERTIVS.

De ſeptẽplici cibo cæli quo ſepties in die in deſerto paſcebat ſanctiſ. Magdalena.

TErtius, atque principalis amor ſanctiſſimæ Magdalenæ dicitur transformatus. ideo Propheta in eius perſona ſubdit, Et ego ad nihilum redacta ſum. ſcilicet propter cõſumatam transformationem. Septem enim ſunt gradus diuini amoris, ſecundum quos in Deum anima transformatur. hi ſiquidem dici poſſunt ſeptem cibi, quibus ſepties in die Magdalena à terris eleuata miniſterio Angelorum: abſque alio corporali cibo pa-
D ſcebarur diuinitus in deſerto. Primus cibus dicitur ſuauitas, ſecundus auiditas, tertius eſt ſaruritas, quartus ebrietas, quintus ſecuritas, ſextus tranquillitas, ſeptimus nihileitas.

De inexplicabili ſuauitate Dei, quam ſentiebat Magdalena in contemplatione leuata. Cap. 1.

Primus cibus. PRimus autem eius cibus erat ſuauitas. cum enim à terris corpus, & in cœlum ſpiritus diuinitus leuarentur; ille cœleſtis ſponſus ſponſæ ſuæ charitatis amplexibus E
iungebatur, & ad eius oſculum flectebatur, atque ad tactum eius ſubito cœleſti quadam dulcedine profundebatur animus Magdalenæ, quam quidem experiri poterat, explicare verò minimè potuiſſet. Ille igitur diuinorum labiorum fraus diſtillans labijs eius fixus, fortiterque impreſſus, ſtillabat dulcedinem, & emanabat ſuauitatem, influens prius & replens interiora ſponſæ, poſtmodum creſcens incipiebat vſque ad os affluere: tandem vero abundando exuberans, neceſſe erat per labia emanare intantum; vt à ſponſo ſtatim audire mereretur illud Cãti. quar
to. Fauus diſtillans labia tua ſponſa, mel F
& lac ſub lingua tua. nam, vt dicitur Matt. 12. Ex abundantia cordis os loquitur.

Quanta inſatiabili auiditate Maria ſatagebat guſtare dilectum ſuum. Cap. 2.

SEcundus vero cibus eius erat auiditas, *Secundus cibus.* quod enim guſtata ſuauitas auiditatem exacuat & accendit, quis ignorat? quanto etenim quid alicui dulcius ſapit: tãto deguſtãtis animum acrius ad eius appetitum
accendit. tanta enim guſtata dulcedine dile G
cti ſui auiditas mentem ſuam repleuerat, ut licet in vita præſenti illo perfectæ frui non poſſet, atq; non poſſe noſſet: tamen inſatiabiliter ſemper eſuriebat, cum ad impoſſibile per amorem extaticum ſe extenderet. & exclamans illud Iob. 7. Suſpendiũ elegit anima mea, & mortem oſſa mea. Et illud Pſalmi. quemadmodum deſiderat ceruus ad fontẽ aquarum, &c. Et hoc modo verificatᷓ Auguſtini ſententia dicentis, Amor Dei nõ capit de impoſſibilitate ſolatium. omne enim deſiderium tunc ratione aſſolet mitigari, cum deſideratum impoſſibile ſit haberi. amoris tamen violentia ex abundantia ex-
perimentati dulcoris in Magdalena nulla H
impoſſibilitate poterat refrenari. Intellexerat. n. ſimile quoddam, Dñm quodammodo præcepiſſe, Deutero. 6. Diliges Dñm Deum tuũ ex toto corde tuo, &c. Quod tñ in hac mortali vita, uel potius vitali morte: ſicut a nemine conſtat poſſe impleri, ita ab omni homine debet optari. vnde & in iuſti deſcriptione dictũ eſt. In mandatis eius uolet nimis. Quid eſt aũt velle nimis, niſi velle amplius q̃ poſſe? quo ſenſu dictum puto illud Can. 1. Adoleſcentulę dilexerunt te nimis. quia igr̃ infinitus & immẽſus eſt Deus, in quem

A quę amor Mariæ tendebat: ideò nullā uolebat eſſe menſuram, vel finem amoris. Amabat igitur Maria amans: & ſi non minus poſſe ſuo, minus nihilominus velle ſuo: nec de hac impoſſibilitate ſolarium capiebat, ſed deſiderij potius ſuſcipiebat incrementum: ideo ad Dominum dicit, Concupiuit anima mea deſiderare iuſtificationes tuas, in omni tempore.

Quod tanta ſaturitate Dei amor repleuerat Magdalenam. quod omnia tranſitoria abhorrebat. Cap. 3.

B

Tertius cibus.

TErtius eius cibus erat ſaturitas. proculdubio enim conſtat, quod quo auidius manducamus, eo citius ad deſideratam ſaturitatem uenimus. in hunc autem modum in glorioſa Maria & ſuauitatē auiditas; & auiditatem ſaturitas ſequebatur. Scimus.n. quod quicunq; poſt ſaturitatē ad comedendum perueniunt, quælibet appoſita vel oblata faſtidiūt fercula. Quod igitur hmôi ſaturitatē, quā in Maria fuiſſe dicimus, quid inquā aliud fuiſſe penſamus, quam quoddā quarumlibet cordium deliciarum faſtidiū? & ex intimo affectu omnium exteriorum
C quoddam uerum & ſpontaneum deſpectū. Aliud eſt enim blandienti tentationi reſiſtere, & uiolenter repellendo nolle acquieſcere: atque aliud eſt ſpontaneo quodam intimi affectus intuitu faſtidire, & quaſlibet interim carnis blandicias ſibi ſapere non poſſe: ſed potius omnia talia abhorrere.

Ad quā facietatē peruenerat Magdal.

Ad hanc igitur veram ſatietatis plenitudinem peruenerat Magdalena: quia poſt illius ſuauitatis abundantiam, quam interius ſenſerat: omnium, quæ exterius potuiſſent apponi, quoddam neceſſarium potius quam voluntarium faſtidium incurriſſet. Propterea abiectis omnibus mundi delicijs, & qui-
D buſcunque ſenſibilibus oblectamentis, in ſpelunca in vaſta illa ſolitudine, ſoli Deo vacabat, per triginta annos diuinis delicijs inſatiabiliter ſaturata. hanc autem veræ ſatietatis ſuauitatem ſentire non poſſunt, qui exterioribus delicijs affluunt. Nam huiuſmodi ſuauitas (vt dicitur Iob vigeſimo octauo.) Non inuenitur in terra ſuauiter viuentium, nec ſapere poſſunt inter tot oblectamenta delitiarum, & tam varia condimenta ciborum. Sed ſicut pſalmus ait, Edent pauperes & ſaturabuntur. Pauperes inquit, & non diuites, quia diuites dimiſit inanes: diuites tamen affectu potius quam effectu.

De ſtupenda ebrietate. quam ex diuino amore incurrerat Magdalena. Cap. 4. E

Quartus cibus.

QVartus autem cibus erat ebrietas. quæ quidē ex ſaturitate ſequi ſolet. Ebrietas enim vera in hoc cōſiſtit, quod quis tanto amore ferueat in ipſum Deū, vt non ſolū faſtidiat creaturæ ſolatiū, ſed ēt delectetur & quærat inuenire tormentum, pro ſolatio reputans oēm pęnam, opprobriū & flagellum, vt configeretur & ſimilitudini & morti eius, quem diligit anima ſua. Scimus aūt oēs, quoniam qui plenè ebrij ſunt, irriſiones ſępe ſuas, nec quidē aduertūt, atq; pericula quę eis circūſtāt, nec declinare, nec attēdere volūt: ſe denudāt ſine pudore, & ſuſtinēt plagas ſine dolore. Cū.n. cōſideremus hanc beatiſſimā Magd. in tāta ſolitudine ferarū ſociā, oībus incognitā, vestibus humanis exutā, licet proprijs capillis opertā, oſſibus cuti hęrētibus: nō habere cibū humanū, thalamū habere cęlū, lectum habere himnum, obliuione quadā dereliquiſſe totū præſens ſæculum. Quid propter hoc dicemus? niſi eā quandā ſpiritualem ac ſtupendam ebrietatem mētis eam perſectiſſimè incurriſſe?

F

Cum quanta ſecuritate Maria in tali ſolitudine tanto tempore ſolitaria permanebat. Cap. 5. G

Quintus cibus.

QVintus vero eius cibus erat ſecuritas, quæ ex ebrietate ſequi ſolet. Ebrius in omni periculo ſtat ſecurus. Ex hoc enim quod anima ſentit ſe tantum Deum amare, quod libenter propter ipſum ſuſtinet omne opprobrium, omne flagellum & omne damnū: iam foras mittitur timor, & tantam ſpem fidem & charitatem concipit de adiutorio Dei, ut nullo modo æſtimet ſe poſſe ſeparari ab eo: ecce in hac ſecuritate, in tam horrendo loco, in H
tantis periculis conſtituta erat Magdalena; & intantum illuſtrata erat ſanctiſſima iſta Magdalena fidei ſplendore, tantum roborata ſpei vigore, tantumq; inflammata diuino amore, vt cū propheta dicere poſſet, Dominus illuminatio mea: ecce fides, & ſalus mea: ecce ſpes, quē timebo? Dominus protector vitæ meæ, a quo trepidabo? ecce ardētiſſimus amor, cum quo non poterat trepidare. Ideo cum Apoſtolo ad Rom. 8. dicere potuit ſpiritus eius. Certus ſum enim, quia neque mors, neque vita, neque Angeli, neque principatus, neque poteſtates, neq; virtutes,

A tutes, neque inſtantia, neque futura, neque fortitudo, neque altitudo, neq; profundũ, neque creatura alia poterit me ſeparare a charitate Dei, quæ eſt in Chriſto Ieſu Dño noſtro. ſeruo non ſo, non la pq partire nõ ſe diuide coſa tanto vnita, pena ne morte la non po ſalire a quella altem a dorreſta, & apita Maria cũ ſera ſalita a poſſedere tal bene Ieſu da cui taueme poſſedi cũ dulcore.

De cæleſti tranquillitate & pace qua fruebatur Magdalena transformata in Deum corpore. Cap. 6.

B *Sextus cibus.* SExtus eius cibus erat tranquillitas, quæ ex ſecuritate neceſſario ſequebatͬ. Hæc autem trãquillitas eſt illa pax, quæ mentem ad interiora rapit: pax quæ exteriorum omnium memoriam intercipit, quę ingenij acumen exuperat, quæ rationis lumẽ reuerberat, quæ cordis deſiderium implet, quæ omnem intellectum abſorbet: quam nullus cupiditatis ſtimulus inquietat, quã nullus timoris aculeus exagitat. Hac igitur paſcebatur pace ſanctiſſima Magdalena: ideo cum Propheta ait dicẽs, In pace in idipſum dormiam & requieſcam. Conſidera quæſo, q̃d dicat, cum dicit, dormiam: cogita, quid faC ciat ſomnus exterior circa hominem exteriorem? Eſt enim ſomnus corporeus ſupra corporeum ſenſum. Aufert enim officium oculorum, officium narium, officium auriũ, officium cæterorum ſenſuum, atq; mẽbrorum. ſicut igitur per ſomnum exteriorẽ oẽs ſenſus corporales ſopiuntur: ſic per hũc, de quo loquimur, interiorem Magdalenæ ſomnum exuperabantur oẽs eius animæ Sẽſus: ſimul abſorbebat enim cogitationem, imaginationem, memoriam & intelligentiam. & hæc eſt pax, quæ ſicut Apoſtolus ad Phil. 4. atteſtatur dicens, exuperat oẽm ſenſum. Hunc etenim ſomnum Maria intra veri ſpõD ſi amplexus quotidie capiebat, hoc quotidie ſoporabatur. quotidie igitur quieſcebat cum ſponſo. vnde Can. 2. dicit, Leua eiꝰ ſub capite meo, & dextera illiꝰ amplexabitͬ me.

De perfecta nichileitate ad quam peruenit Maria per conſummatam transformationem. Cap. 7.

Septimus cibus. SEptimus eius cibus erat nihileitas, quę ex perfecta habet naſci tranquillitate. quemadmodum aquæ ſtilla multo confuſa vino deficere a ſe tota videtur, dum alterius ſaporem induit, vigorem parit & colorem: ſic illi pij & crebri Mariæ affectus, E immo profectus transformati in Deum de ſe in ſe nihil ſentiebant, niſi quod in Chriſto Ieſu, ſicut prædixerat Dominus Matt. 6. vbi eſt theſaurus tuus, &c. Et iterũ pſalmus ait. Abyſſus abyſſum inuocat. abyſſus enim diuinæ immenſitatis per transformationẽ, abyſſum inuocat humanæ nihileitatis. eſt enim natura ardentis amoris, & ad hoc nititur, inhiat & geſtit: vt non ſolum ſit in intimis amati, ſed etiam ipſum quodammodo ſit amatum. atque in hoc tantum excedit, quod incomparabiliter prædiligitur dilectus Deus, quam mens ipſum amans diligat ſemetipſum: immo ſuiipſius obliuiſcitur, & ſibiipſi annihilatur præ amore dilecti: hic tamen in mortali uita hac nõ plene F compleri poteſt, ſed tantum in gloria ſempiterna. Ad hanc nihileitatẽ aſcenderat Iob q. 30. e. de ſe ait, Redactus ſum in nihilũ abſtulit quaſi ventus, ſcilicet ſpiritus transformantis & annichilantis deſiderium meum. Ad hunc ſtatum aſcenderat propheta cum ait, Defecit in ſalutare tuum anima mea. Ecce vltimus cibus ſanctiſſimæ peccatricis: ecce omnis perfectionis ſuę ultimus ſtatus: ecce omnis ſuæ perfectæ conſumationis ꝑfectiſſimus finis, vt merito dicat, & ego ad nihilum redacta ſum Deo cum ipſo Deo G per participationem, transformationem & annihilationem iam factam. poterat ideo bene dicere cum propheta, Defecit cor meum, & caro mea: Deus cordis mei, & pars mea Deus in æternum. Verè igitur dixit multum. O igitur ſœmina ab omnibus benedicta: quis te dignè laudare queat? quis exprimere poſſet laudes tuas? quis enarrare valeret magnalia tua? tu ſpeculum peccatorum, tu gaudium Angelorum, tu pęnitentiæ forma, tu caſtitatis exemplum, tu mulierum pœnitentium fortitudo, tu diſcipula veritatis, tu ſapientiæ ſtola, tu Apoſtolorum apoſtola, tu ſolitariarum ſecuritas, H tu contemplantium titulus, tu diuini amoris fornax, tu lætitia deuotorum, tu diuinorum ſenſuum apotheca, tu erráriũ cariſmatum diuinorum, tu templũ Dei, tu habitaculum Spiritu ſancti. & verè quicquid poteſt lingua enarrari, minus eſt a laude tua & gloria tua, cũ qua nunc regnas magiſtro & ſpõſo tuo Domino noſtro Ieſu Chriſto, cũ quo regnare nobis præſtent auxilium merita & interceſſio tua, vt tecum vno corde & ore in æternũ laudemus & fruamur ipſum glorioſum Deum, qui in Trinitate perfecta viuit & regnat in ſuo.

Hymnus

A Hymnus de ſanctiſs. Magd. in j. veſperis.

PAnge lingua Magdalena
Lachrymas, & gaudium.
Sonent voces laude plena
De conceptu cordium:
Vt concordet Philomena
Turturis ſuſpirium.
Ieſum quærens conuiuarum
Turbas non erubuit.
Pedes vnxit lachrymarum
Fluuio, quod abluit,
Crine terſit, & culparum
Lauacrum promeruit.
Suum lauit mundatorem,
Riuo fons immaduit,
B *Pium fudit fons liquorem,*
Et in ipſum floruit.
Cœlum terra dedit rorem,
Terræ cœlum compluit.
In prędulci mixtione
Nardum ferens piſticum.
In vnguenti fuſione
Typum geſſit myſticum.
Vt ſanetur vnctione
Sanat ęgra medicum.
Pie Chriſtus hanc reſpexit
Speciali gratia.
Quia multum hunc dilexit
Dimittuntur crimina.
Chriſti quando reſurrexit
Facta eſt prænuncia.
C *Gloria & honor Deo,*
Qui paſchalis hoſtia.
Agnus morte, pugna leo,
Victor die tertia
Reſurrexit cum trophæo
Mortis ferens ſpolia.

Ad Nocturnum hymnus.

EXtimauit hortulanum,
Et hoc ſane credidit.
Seminauit ei granum,
Quod in mente cecidit.
Linguam mouit & non manum,
Lingua Ieſum indidit.
D *Non agnouit figurali*
Latentem imagine
Mentis agrum ſpirituali
Excolentem ſemine.
Sed cum eam ſpeciali
Deſignauit nomine.
Hæc a Ieſu Ieſum quærit
Sublatum conqueritur.
Ieſum intus mente gerit
Ieſus corde quęritur.
Mentem colit mentem ferit
Ieſus nec percipitur,
Ieſu bone Ieſu pie,
Quid te monſtrans latitas.
Quid occultas te Marię,
Mentem cuius habitas. E
Intus veritatis plena
Ne ſcit verbi veritas.
O quam mire Ieſu ludis
A quibus diligeris.
Quando ludis non illudis,
Non fallis, nec falleris.
Sic includis quod excludis,
Notus non agnoſceris.
O Maria noli flere,
Iam non quęras alium:
Hortulanus hic eſt vere
Et colonus mentium.
Intra mentis hortum quęrẽ
Mentis operarium.
Vnde planctus, & lamentum F
In mentem cur non erigis.
Cum reuoluis monumentum
Tecum eſt, quem diligis.
Ieſum quæres, & inuentum
Habes nec intelligis.
Vnde gemis vnde ploras.
Verum habes gaudium,
Latet certe quod ignoras
Doloris ſolatium.
Intus habes, quęras foras
Doloris remedium.
Iam non miror ſi neſciſti
Magiſtrum dum ſeminat.
Semen quod eſt verbum Chriſti
Te magis illuminat. G
Et raboni reſpondiſti
Mariam dum nominat.
Pedes Chriſti qua lauiſti
Fonte lota gratię.
Quam ab ipſo recepiſti
Funde rorem venię.
Reſurgentem quem vidiſti
Fac conſortem gloria.
Gloria & honor Deo,
Cuius præſtet gratia.
Inuitanti Phariſæo
Marię ſuſpiria.
Cœnam vitę qui dat reo
Gratię poſt prandia.

Ad Laudes. H

GAude pia Magdalena,
Spes ſalutis, vita, vena,
Lapſorum fiducia.
Gaude dulcis aduocata,
Reſurgendi forma data,
Miſeris poſt vitia.
Gaude felix Deo grata,
Cui dimiſſa ſunt peccata,
Speciali gratia.
Gaude lotrix pedum Chriſti,
A quo tanta meruiſti,
Amoris inſignia.
Gaude prima digna frui,

Viſu

A *Viſu redemptoris tui,*
Surgentis in gloria.
Gaude quę ſeptenmis horis,
Aes ab antro vecta foris,
Summi regis filia.
Gaude quę nunc ſublimaris,
Et cum Chriſto gloriaris,
In cœleſti curia.
Fac nos tecum pœnitere,
Vt poſt mortem lucis verę
Sortiamur gaudia. Amen.

FERIA SEXTA poſt Dominicam de Paſſione.

Deſcriptio ſimilitudinis vanitatis mundanæ quæ in vanis mulieribus regnat. B

Sermo XLVII.

Periculoſiſſima res ignorātia neceſſaria ueritatis.

VOs neſcitis quicquam, nec cogitatis. Ioan. 11. ca. & in euangelio hodierno. Periculoſiſſima res eſt ignorantia neceſſariæ veritatis. Nā ſicut dicit Iſido. de ſummo bo. Ignorans quotidie peccat. & ignorat ex quibus verbis innuit, ꝙ multi peccantes licet ſe peccare neſciant: non tñ in conſpectu
C Dñi excuſant, quia negligunt diſcere, quod tenentur ſcire, quod eſt habere ignorātiam craſſam & ſupinā. Vnde ſm Bern. Fruſtra ſibi de ignorātia blandiunt, q ut liberius peccent, ignorant. hmôi quidem ſunt pleræque mulieres vanæ, nihil enim tantũ priuat mulieres diuina dilectione, quantũ dilectio vanitatis. Talibus igit merito dici poſſet, Vos neſcitis quicquam, nec cogitatis. ſ. quāta ſit offenſio & malitia vanitatum. q. d. ſi mundi vanitatem cognoſceretis, fortè non tm̃ ita libere peccaretis. Ad effugandam hāc ignorantiā pernicioſam, quid ſit mundi vanitas, quæ plurimumq; decipit mulieres, conſide-
D randum eſt. proinde propheta in ps 143. de vanis mulierib⁹ ait, homo vanitati ſimilis factus eſt. qđ verbum pōt eſſe aliud thema in pñti ſerm. Ait. n. homo: i. mulier, vanitati ſimilis, facta eſt. qūo autē mundi vanitas, cui mulieres vanæ aſſimilantur, deformiter ſit formata, myſticè demōſtratur Apocal. 9. vbi dicitur, de fumo putei abyſſi exierunt locuſtæ in terram: & data eſt illis poteſtas, ſicut habent poteſtatem ſcorpiones terræ. Et pcę ptum eſt, ne lęderent fęnum terræ, neq; oē viride, neq; oēm arborem, niſi tm̃ hoīes, qui non habent ſignū Dei in frontib⁹ ſuis. & pceptum eſt illis, ne occiderent: ſed cruciarēt eos menſibus quinque, & cruciatus earum E quaſi cruciatus ſcorpij, cum percutit hominē. & in diebus illis, quærent homines mortem & non inuenient eam. & deſiderabūt homines mori, & fugiet mors ab eis. & ſimilitudines locuſtarum ſimiles equis paratis in prælium. & ſuper capita earum coronæ, tanquam ſimiles auro. & facies earum, ſicut facies hominum, & habebant capillos, ſicut capillos mulierum. & dentes earum, ſicut dentes leonum. & habebant loricas, ſicut loricas ferreas. vox autem alarū earum, ſicut vox curruū & equorum multorum currentium in bellum. & habebant caudas ſcorpionum, ſicut caudas ſcorpio- F num, & aculei in caudis earum & poteſtas earum nocere hominibus menſibus quinque. & habebant ſuper ſe Angelum abyſſi, cui nomen Hebraicè Abbadon: Græce autē Apoleon: & Latinè nomen habēs exterminans. væ vnum abijt, & ecce alia duo væ ueniunt poſt hæc: In quibus ſanctiſſimis verbis oſtenditur per tria myſteria malignitas vanitatis mundanæ, per primum oſtenditur eius origo naturalis, per ſecundum eius imago figuralis, per tertium eius concluſio ſeu terminus criminalis.

ARTICVLVS PRIMVS. G

De naturali ſimilitudine locuſtarum quæ ſignant vanas mulieres.

Quid naturalis omnium uanitatũ origo.

IN primo myſterio oſtenditur vanitatum origo naturalis. Naturalis vero origo omnium mundialium vanitatum, eſt ſuperba proſperitas mundi. Nam ingrati homines abutentes vana proſperitate mundi, impiè in ſuperbiam eriguntur & exaltantur, & hoc eſt, quod Ioan. ait, De fumo putei abyſſi exierunt locuſtæ in terram. Quid enim eſt fumus putei abyſſi, niſi elatio & ſuperbia, quæ de puteo abyſſi ideo exire dicunt: quia ex incendio dęmonum tentantiū per proſpera mundi originem habent. de fumo igitur putei abyſſi in terrā locuſtæ egrediuntur: quia fœminæ vanæ, quæ locuſtæ hic nominatę ſunt, de ſuperba mundi proſperitate & abundantia in mundo multiplicantur. ideo quidam ait, luxuriant animi rebus plerunque ſecundis. & Oſeæ 13. Dominus ait, Adimpleti ſunt & ſaturati eleuauerunt cor ſuum & obliti ſunt mei. Sed vt clarius myſterium capiatur, naturales conditiones locuſtarum conſiderentur.

De vano cultu mulierum vide Tertullianum & H Clementē Alexādrinum.

Naturalis

A *Naturalis ſimilitudo mundanæ vanitatis ; & quòd mulieres vanę per locuſtas deſignantur.* *Cap.* 1.

NAturaliter enim locuſtæ primo
in æſtate apparent, ſecundo flan
te auſtro generantur, tertio tūc
cantant & ſaliunt, quarto habēt
alas, quinto maior pars eſt in vētre, ſexto in
ſaturabiles ſunt, ſeptimo omne viride cōſu
munt, octauo in hyeme ſilēt, nono flāte aq-
lone cōiter oēs moriunt̄. Sic vanitas mulie-
rū & mulieres vanæ. Primo in ęſtate tpalis
pacis apparent, ſecundo inflāte auſtro ꝓſpe
B ritatis & abundātiæ diuitiarū, vanitates mu
lierū multiplicant̄, tertio in ꝓſperitatis ſuc-
ceſſum fiunt chorec, cantus laſciui & ioceſi.
quarto tunc dilatant̄ alę manicarū & aliarū
pōparū: quinto maior pars eſt in uētre; quia
ſunt cōiter carnales & ſenſuāles, ipſarūque
De⁹ venter eſt, ſm Apl̄m ad Phil. 3. Sexto ī-
ſaturabiles ſunt ī vanitatib⁹ ſuis, ſeptimo oē
viride cōſumunt, qa oēm viriditatē grārum
& virtutū de mentib⁹ hoīum exterminant,
vbi abundāt. Octauo in aduerſitatū hyeme,
ſ. guerrarū, peſtilētiarū, & aliarū tribulatio
nū, vanitates ſilēt. Nono flāte aqlone. i. tpe
vltimi finis & mortis: velint nolīt, tales ſpēię
C vanitatū moriūt̄. Sd oīa hęc cā breuitatis le
uiter trāſeam⁹, qa d̄ iſtis īfra magis dicem⁹.

ſicut habent poteſtatem ſcorpiones terræ. E
Scorpio ſiquidem lingua lingit, & brachijs
ſtringit: ſed demū cauda pungit. Sic vanitas
mūdi blandit̄ delicijs, ſtringit habitib⁹ & cō
ſuetudinib⁹ malis: demūq; cauda cōcluſio-
nis extremæ, ſupplicio æternæ damnationis
infelicem aīam pungit: & hæc eſt ptās, quā
habent ſcorpiones terræ. ideſt vanæ mulie-
res vitæ pn̄tis. Scd̄a eſt debilitas. Tanta nem
pe eſt debilitas vanitatis, vt duob⁹ remedijs
facilè poſſet vinci. Primum eſt delectatio in
diuinis, ſm eſt conſideratio finis. Primum
remediū eſt delectatio in diuinis, qua mēs,
quæ naturaliter ſine delectatione eſſe nō po
teſt, facilè trahitur a terrenis: quia ſicut dicit̄ F
Eccl. 5. Deus occupauit cor illius ī delicijs,
ſ. ſpiritualib⁹. Scd̄m remedium eſt conſide-
ratio finis. Vnde Hieron. ait: Facile contēnit
oīa, qui ſemper cogitat ſe moriturum. hæc
duo remedia vanæ mentes non hn̄t, ſed iu-
ſti & incipientes, atq; proficientes, ſeu per
fecti: & ideo illis vanitas nocere non p̄t. Et
de hoc ſubdit̄, & p̄ceptum eſt illis, ne læde-
rent f̄ęnū terræ, neq; oē uiride, neq; oēm ar
borem. Quia vanitas nocere non pōt inci-
pientibus, id eſt his, qui per pœnitentiam
mercent a flore carnalis vitæ, qui tempore
Antichriſti erunt pabulum Vehemoth, ſi-
cut dicitur Iob. 40. Fœnum quaſi bos come- G
det. Et Matth. 24. Væ prægnantibus & nu-
trientibus in illis diebus: quia vel qui ſolo
bono propoſito & deſiderio fuerit p̄gnās,
aut adhuc lactauerit prægnans bonum o-
pus, in tribulationibus illis deficiet. neque
nocere poteſt vanitas proficientibus, qui vi-
reſcunt per teneram adhuc quaſi herbæ iu-
ſtitiam. de quibus Prouerb. 27. Aperta ſunt
prata, & apparuerunt herbæ uirentes. Neq;
nocere poteſt perfectis, qui florēt ſibi quaſi
per arbores per puritatem, frondent proxi-
mo per exēplaritatē, & fructificāt Deo per
multiplicem virtutem. de quibus tribus Ec-
cleſ. 24. in perſona mulieris iuſtæ non vanæ H
dictum eſt. Flores mei, fructus honoris &
honeſtatis: ſed tantum lædere poſſunt ho-
mines, qui non habent ſignum Dei in fron
tib⁹ ſuis. hi ſunt collocandi ad ſiniſtrā Dei,
quia ſignum præſeruantis gratiæ in menti-
bus ſuis vanis non habent, ſicut in perſona
iuſtorum. 2. Corint. 1. Apoſtolus ait, Signa-
uit nos Deus, & dedit ſpiritus pignus in cor
dibus noſtris. Signum autem reprobatio-
nis eſt vanitas, ſicut ſaluationis honeſtas.
vnde Gregorius. Euidentiſſimum ſignum
reproborum ſupetbia eſt, ſicut humilitas
electorum.

die S. Anton. Abbatis.

Primū remedium.

Articvlvs Secvndvs.

De imagine vanitatis mundanæ in locuſtis figuraliter demonſtrata.

IN ſcd̄o myſterio oñdit̄ vanitatū
atq; vana mulierū imago figura-
lis, ī qua figura oñdunt̄ ſexdeci
malignitates vanitatū & ſequen
D tiū eas, q̄ in quatuor quaternarijs ſubiūgat̄.

De quatuor primis malignitatibus vanitatis. *Cap.* 1.

PRimo vide quatuor vanitatis mali
gnitates. Prima dr̄ improuidētia,
ſecunda debilitas, tertia tumidi-
tas, quarta fragilitas. Prima igit̄
eſt improuidentia. In hoc. n. hoc vanitas cę-
teris deterior eſt vitijs, qa nocumentū ſuū ī
fine perpendit̄, cū ad improuiſa mala ꝑdu-
cant. eſt. n. ſicut ꝓmiſſor malus, qui tunc po-
tiſſimè fallit, cū quis in eo melius confidit:
vnde Iohannes ſubdit, & data eſt illis ptās,

De vanitate vide D. Bonauenturā 1. 3. diſ. 37. circa textū. et Gerſonē part. 1. ſermo. facto Conſtantia in

Tertia

Vanitas ſignũ rep̃bationis.

A Tertia eſt timitas. ſunt nẽpe pleręq; mulie-
res vanæ, q̃ licet velint, ĩmo deſiderent con-
cupiſci, atq; ſunt mente corruptæ: tñ operi-
bus carnis amatorib⁹ ſuis nequaq̃ cõſentire
intendunt, pp timorẽ vitæ & famæ: quia tñ
cupiunt ad ſe trahere viros, illosq; ad ſui cõ
cupiſcentiã inflãmare, geſt⁹ & modos tenẽt,
p quos illi carnalis amoris ſtimulis cruciẽt.
Et de hoc Iohãnes ſubdit, & p̃ceptũ eſt illis
p frẽnationẽ, ne occiderent eos. ſ. eis in car
nis ope cõſentiendo. Licet. n. cor p conſen-
ſum cõcupiſcentię grẽ moriat̃, dicẽte Dño,
Mat. th 5. Qui viderit mulierẽ ad cõcupiſcen
dã eã, hoc iam mẽchatus eſt eã ĩ corde ſuo:
B nihilomin⁹ plenius occidit opus luxurię cõ
ſummatũ. ſm. n. Alexandrũ de Hales, Solus
peccati mortalis conſenſus priuat aĩam gra
tijs gratificantib⁹ ſed vel contra conſenſum
additũ op⁹ priuat gratijs gratiſdatis. Et hoc
inſinuat Iohannes dicens, Ne occiderẽt eos
. ſ. per opus plenariè occidendo & grã grati-
ficante & grã gratiſdata priuando. quaſi di-
ceret, refrẽnat illas De⁹ miſericordia ſua p
verecundiã mundi, & p timorẽ pœnæ: qa ſi
hęc duo a mulierib⁹ amouerent̃, nouit Dñs
quõ facta irẽt. atq; permiſſiuè adiungit, ſed
cruciarent menſib⁹ quinq;. Menſis. n. dicit̃ a
mene, qđ eſt defect⁹: quinq; etenim mẽſes,
ſunt quinq; corporis ſenſus, q ſemp ĩ deſe-

Mẽſis vnde Vide Iſido. lib. ethymol.

C ctu vtiq; currunt. tũc. n. tales vanæ mulieres
hoĩes quinq; menſib⁹ cruciãt, cũ illis in qn-
que ſenſib⁹ cõdeſcendunt, in choreis per ta-
ctũ, in cantilenis per auditũ, in ꝑcationibus
p viſum, ĩ muſto & odoriſeris per olfactũ.
de cęteris tranſeamus. Quarta eſt fragili-
tas. licet. n. vt dictum eſt, mulier timiditate
plena ſit & fragilis ex natura: iõ ſubdit̃, &
cruciat⁹ earum ut cruciatus ſcorpij, cũ percu
tit hoĩem. Cum nẽpe homo fuerit percuſſ⁹
a ſcorpione: non ſubito mortẽ incurrit, ſed
diutius languore ſenſim appropinquat ad
mortẽ. Si cum homo de vana & laſciua mu
D liere ardenti cupidine vulneratur: licet ut di
ctum eſt, per conſenſum cõcupiſcentię mo
riat̃: non tñ morit̃ ad opere grãrũ gratiſdata
rũ, niſi conſenſus per opera iã dicto mõ pfi
ciat̃. paulatim itaq; cupidinis lãguore excre
ſcente, & diabolo cor hoĩs inflãmante, atq;
laſciuę fęminæ fragilitate finaliter permittẽ
te, cruciatus & languor terminat̃ in carnalis
operis mortẽ. & hoc indicat Iohan. dicens,
Et cruciat⁹ earum ut cruciatus ſcorpij, cum
percutit hoĩem. Ipſæ utiq; ſunt ſcorpiones,
hoĩes per luxuriæ concupiſcentiam cruciã-
tes. ſed demum quandoque ſe & alios per
carnalia opera ualde perimentes.

Fragilitas.

De quatuor ſecundis malignitatibus vanitatis mundanæ. Cap. 2. E

SEcundo ſubdunt̃ aliæ quatuor maligni-
tates. Prima dr̃ inſatiabilitas, ſecũda tur
bulentia, tertia malitia, quarta falſitas.
Prima eſt inſatiabilis. Licet. n. natura homi-
nis bona, nequaq̃ peccati malitia & turpitu
dine delectet: tñ carnaliter gaudij ſuauitate
& reſperſa, ad illam inſatiabiliter inflamma
tur. Cũ. n. mulier carnalis & uana ſemel mę
cho conſenſerit in op⁹ mortale carnis, ſimul
& uirus mortiferum porrigit, & illi inſatie
tatem pabuli ſubminiſtrat. Sicut tali męcho
Micheas prænunciat, 6. c. dicens. Tu come- F
des, & non ſaturaberis. & de hoc ſubditur a
Iohanne, Et in dieb⁹ illis quęrent hoĩes mor
tem & non inuenient eam. Et deſiderabunt
hoĩes mori, & fugiet mors ab illis. Suauita-
te nanq; carnalis operis allecti miſeri pc̃tõ-
res, conſummaĩẽ mortem aĩæ concupiſcũt.
hic tñ ab eis quodãmodo fugit, tum in tali
pc̃tõ ſatietatem nullus niſi per ſanctimoniã
caſtitatis, & fugiendo inuenit. Ideo ad hu-
ius peccati fugam hortabatur Apoſtolus. 1.
Corin. dicens, Fugite fornicationem. Secun
da eſt turbulentia, ſeu iracundia. Nam qui-
dem laſciuę mentis eſt, vt quanto prõptior
eſt ad carnalem delectationem, tanto am- G
plius diſpoſita ſit ad furorem & turbatio-
nem. ſicut. n. moderamen neſcit in delectan
do, ſic quoque moderamen ignorat in cre-
ſcendo. ideo de muliere vana atq; laſciua,
Eccl. 25. dicitur. Non eſt ira ſupra iram mu-
lieris. & hoc idem inſinuat Iohan. in ſequẽ-
tibus dicens, & ſimilitudines locuſtarum ſi-
miles equis paratis in prælium. i. in conten-
tionem & turbationem. poſt laſciuos & in-
ſatiabiles amores indignatio, atq; turbatio
inter carnales oriri ſolet in huius myſteriũ.
Eccleſ. 31. dicitur, Vinum multum potatũ,
irritationem & iram & ruinas multas fa-
cit. Et licet de vino ſit ad literam: verunta- H
men de inebrianti luxuriæ vino ſpirituali-
ter dictum eſt. De quo vino & ira Apocal.
14. dicitur Babylon ciuitas illa magna. ideſt
mulier carnalis atq; ſuperba: quæ uino for-
nicationis ſuæ potauit omnes gentes. Ter-
tia eſt malitia. Triplex ſiquidem conſiderari
poteſt ſapientia. ſ. diuina, humana & mũda-
na. Prima autem eſt diuina, qua cognoſcitur
ipſe Deus ĩ corona aurea deſignata, de qua
Apoc. 4. dr̃. Vigintiquatuor ſeniores proci-
debant ante ſedentem in throno & adora-
bant uiuentem in ſecula ſeculorum, & mit-
tebant coronas ſuas ante thronum, quia ſa-
pientia

Prima malignitas uanitatis mũdanę.

Secunda malignitas.

Tertia malignitas.

Triplex conſiderari põt ſapientia.

A pientia diuina eis communicata regratiabantur Deo indignos illa ſe exiſtimantes. Secunda ſapientia eſt humana, per quam manuducimur in diuinorum cognitionem, de qua Apoſtolus ait ad Romanos.1. Inuiſibilia enim Dei a creatura mundi per ea, quæ facta ſunt intellecta conſpiciuntur. Tertia eſt ſapientia mundana, quæ propriè malitiè dicitur. Ierem.14. Sapientes ſunt, vt faciant mala: bene autem facere neſciunt. & de hac ſubditur, & ſuper capita eorum coronæ tanquam ſimiles auro. Corona quidem aurea in humana mente, eſt ſapientia diuina. Corona autem ſimilis auro, eſt ſapientia humana. Sed corona non dico aurea, nec ſimilis auro, ſed tanquam ſimilis auro, eſt ſapientia mundana, id eſt malitia, quæ quidem ſapientia vana atque pernicioſa, & de hac mentem imbuit vanitas mundi. ideo de tali muliere dicitur Eccleſ.25. Breuis omnis malitia ſuper malitiam mulieri, ſcilicet in talibus vanitatibus enutritæ. Quarta eſt falſitas. Solet enim malitia ſimulata in humanitate ne pateat, vel ut poſſet decipere palliari. ideo Dominus dicit Matth.7. Attendite a falſis prophetis, qui veniunt ad vos in veſtimentis ouium, intrinſecus autem ſunt lupi rapaces. a fructibus enim eorum cognoſcetis eos. Falſæ quidem prophetæ ſunt fœminæ vanæ, quæ inuitant ad gaudium & ducunt ad interitum. ſigna humanitatis oſtendunt, & opera malignitatis abſcondunt: ſed ab eorum fructibus cognoſcuntur: cum innumerabilia mala, quæ ex vanitate proueniunt, intelligantur, ſicut patere poteſt & ſermone 46. de Chriſtiana religione, per totum. & hanc cautelam eſſe habendam circa eas, demonſtrat Iohan. dicens, & facies earum ſicut facies hominum. Facies nempe apparentiam dicit: homo vero man ſuetudinem ſignat. Eſt enim homo naturaliter animal manſuetum atque ciuile. quia igitur foris in inceſſu, ſermone & geſtu manſuetudinem ſimilatam oſtendunt: earum facies quaſi homines perhibentur. Sed caueat ſibi agniculus ſimplex, & audiat conſilium Salomonis Prouerb.2. Dicentis, Si intrauerit ſapientia cor tuum, & ſcientia animæ tuæ placuerit, conſilium cuſtodiet te, & prudentia ſeruabit te. Et ſequitur, vt eruaris a muliere aliena & extranea, quæ molitur ſermones ſuos.

Quarta malignitas. (B, C, D; *Prouerb.*)

De tertio quaternario malignitatum quæ procedunt ex vanitate. B

Cap. 3.

TErtio quoq; aliç quatuor malignitates vanitatum ſuperaddũtur. Prima dicitur carnalitas, ſecunda mordacitas, tertia neceſſitas, quarta eſt leuitas. Prima enim eſt carnalitas. quia enim mens humana laſciuis cogitationibus plena eſt, ideo laſciuam atque luxurioſam vitam habere oportet. & hoc indicat Iohan. cum ſubdit dicens, & habebant capillos mulierum. capilli etenim muliebres, cogitationes ſignant laſciuia plenas. In huius myſterium mulieres laſciuæ & vanæ, non tantum capillos ſuos mira diligentia & medela albos ſeu aureos reddunt: verumetiam alienos mira arte cõfectos ad ornatum capitis ſui uſurpant. quanti criminis ſit, in ſermone.47. de religione Chriſtiana, arti. primo patere poteſt. Secunda eſt mordacitas. Naturale vtique eſt, ut laſciuus in vita diſſimiles ſibi peſtifero mordeat dente detractionis, vocans illos vel illas hippocritas, & gabadeos. ideo de talibus ſubditur dicens, & dentes earum ſicut dentes leonum erant. Solent enim tales, & prædicatores & quocunque laſciuæ vitæ earum & vanæ reprehenſores, dura detractione mordere, indiſcretos illos iudicando & duros. Leo enim ſuperbnm animal eſt, habet os fętens, mordaces dentes & voraces: per quem merito denotatur mens carnalis & impatiens, vana & ſuperba: cuius os fętens eſt, propter aliorum diffamationes: dentes mordaces habet, propter murmurationes: voraces propter impias & crudeles detractiones. vocat enim quandoque in quadraginta unũ confeſſorem, qui non cõſentit vanitatibus ſuis, vel vnum prædicatorem, qui reprehẽdit ſcelera eorum. ideo de tali ſpiritu detractionis dicitur Ezech.19. Leo factus eſt, & didicit rapere prædam & comedere homines. Tertia eſt neceſſitas. Naturale ſiquidem eſt hominem aſſueſcere his, quæ ſibi placent. quia enim vanitas in mundi delectationibus conuerſatur, ideo quaſi ineuitabilem conſuetudinem atque neceſſitatem induit mundanorum, ſicut teſtatur pſalmus dicens: Fiat ei ſicut veſtimentum, quo operitur: & ſicut zona, quæ ſemper præcingitur. & de hoc etiam additur in figura, & habebant loricas ſicut loricas ferreas. Multitudo enim mulierum vanarum, quæ ſeipſas ineuitabiles induunt vanitates, & ſe & alios ad inferos

Prima malignitas. (F, G, H)

A inferos trahunt: in loricis ferreis deſignantur. difficillimum quidem eſt, mulierem in vanitatibus enutritam exuere vanitates, ſed nunquam corrigitur multitudo earum: nam altera alteram retinet, ne vanitates relinquat, ſicut anuli ferrei ſe retinent in lorica. vnde multitudo mulierum vanarum dici poteſt lorica diaboli vanitatum, ſicut de illo Eccleſ. 43. dicitur, Requieſcit ſuper omnem congregationem aquarum, & induit ſe aquis ſicut lorica. Quid enim defluentes aquæ denotant, niſi fragiles populos, in quaſlibet vanitates & laſciuias defluentes? ſicut Apocal. 17. dicitur: Aquæ

B multæ, populi multi. Super has igitur aquas vanitatis diabolus requieſcit, cum talium generalem emendationem difficillimam proſpicit: ſcienſque induit ſe aquis, quaſi lorica: quia altera alteram ad hanc cõſuetudinem trahit & tenet. ideo Eccleſ. 1. dicitur, Peruerſi difficillime corriguntur. Ratio eſt, quia aliorum exemplorum in talibus excæcantur, nec ad peccati cognitionem & deteſtationem ſinuntur peruenire. Vnde Bernar. Voluptas habita libenter repetitur, repetita blanditur, conſuetudo ligat, & ratio conſopitur. ſed quomodo talia corriguntur, in ſermonis præſentis fine

C patebit. Quarta eſt leuitas & inconſtantia. Vanitas enim mentem facit leuem, & in omni opere ſuo inconſtantem, dum ad quamlibet mutationem rerum, quaſi varijs flatibus rapitur in diuerſa: & hoc rectè ſequitur ad malitiam præcedentem: nam mens, quæ difficilis eſt in bono, promptiſſima eſt ad malum. Eſt enim ſicut peluis in aqua, vel ſicut molendinum ad uentum: aut ſicut nauicula in mari ſine remige, aut ſine velo: aut ſicut puluis ante faciem venti, ſicut ait pſalmus. Erit tanquam puluis, quem proijcit ventus a facie terræ. Et de hoc ſubditur, & vox alarum earum, ſicut

D vox curruum equorum multorum currentium in bello. Ad vnam enim vocem, & voce velocius, ad feneſtras & vana ſpectacula currunt, atque manicarum ſeu operum, alis in varios mutantur effectus: nunc hilares, nunc triſtes: nunc placatæ, nunc iratæ: nunc præſumentes, nunc vero deſperantes. hodie ſequuntur vnam vanitatem, cras adinueniunt aliam. immo quandoque in die vna quamplures, vt merito conſimiles paſſiones & vanitates volubilitate curruum currentium denotentur.

De quarto quaternario malignitatum, quem producit vanitas mundi. E
Capitulum 4.

QVarto aliæ quatuor malignitates ſub inferuntur. *Aliæ malignitates* Prima dicitur beſtialitas, ſecunda crudelitas, tertia inſenſibilitas, quarta eſt ſeruilitas. Prima eſt beſtialitas. cum enim Deus ſine cauda eſſe perhibeatur, formans hominem de limo terræ ad imaginem ſuam, & ad ſimilitudinem Chriſti formauit illum, vt dicitur Geneſ. 2. Diabolus autem cum ſit caudatus, ſicut Apocal. 12. dicitur, eo quòd cauda ſua traxit tertiam partem ſtellarum cœli ſuper ter- F ram: ideo ſibi hominem & mulierem nititur toto corde ſibi conformare. Quod iam fecit homini enſem pro cauda, atq; mulieri in veſte caudam elongãdo, ſicut ſermo. 47. de religione Chriſtiana, arti. 2. per totum dictum eſt: vt verificet, quod de hoc propheta ait: Homo cũ in honore eſſet, non intellexit, &c. Et ſubditur, & habebãt caudas. Sed quia de tali beſtiali vanitate non perpendũt vanæ mulieres, niſi in puncto mortis, quando in pleriſque talium eſt pœnitentia ſine fructu: ideo ſubinfertur, ſicut caudas ſcorpionum. de cuius punctura vix homo perpendit, niſi qñ homo incurrit periculum ir G remediabilis necis. Quid per caudam, quæ ſcorpionis eſt finis, niſi hominis vltimus finis? quem diabolus infernalis ſcorpio ſemper pro ſuo libito concupiſcit & quęrit. Iuxta quod Dominus Geneſ. 3. de ſerpente ac muliere ait, & ipſe inſidiabit calcaneo tuo, ideſt, fini vitæ tuæ. Secunda eſt crudelitas. Tanta eſt enim inconſiderata ſęuitia vanitatis: & vnde, ideſt, ex quo lucro veniũt caudæ, & cætera corporis ornamenta non penſet. ſolum id cogitat, ad hoc afficitur, in hoc ſollicitudinẽ ſuam ponit, vt ſit omni decori ornata: ſed quia plerunque de impio lucro talia fiunt: ideo Iohan. ſubdit, & H aculei in caudis earum, quia de aculeatis, & pungentibus lucris communiter talia uana fiunt. Tertia eſt inſenſibilitas: quinque enim ſenſus humanæ mentis, in quibus anima etiam in præſenti vita debet in Dño delectari, ſcilicet guſtus & viſus, de quibus ps ait, Guſtate & videte, quoniã ſuauis eſt dñs. Auditus etiam, de quo pſalmus ait, Audiã quid loquatur in me &c. Odoratus, de quo Can. 1. dr ꝙ ſponſa ad ſpõſum ait, Trahe me poſt te: curremus in odorẽ vnguentorũ tuorum. Et tactus, de quo iterũ ps. ait. Mihi aũt adhęrere Deo bonũ eſt. Sed qa hi ſenſus in vanis

A vanis mulieribus, & in illas diligentibus per mundi vanitates a quinque corporis ſenſibus abſorbentur: ideo ad omnia ſpiritualia atque diuina inſenſibiles fiunt. atque deficit in eis omnis ſenſus, ad quod vtique facti ſunt, ſcilicet diuinus ſenſus. Et hoc eſt, quod Ioan. ſubdit, & poteſtas earum nocere hominibus menſibus quinque, quinque enim menſibus nocent, quando cum vanitatibus mulieres non tantum ſibimetipſis obſunt, ſed etiam in ſe & in alijs in huiuſmodi vanitatibus complacentibus omnem diuinum ſenſum obruunt B & confundunt, atque ad omnia qui Dei ſunt, inſenſibiles reddunt, ſicut dicitur Sapientiæ 4. inconſtantia concupiſcentiæ, trāſuertit ſenſum, & cap. tertio, de vanis mulieribus ait. Mulieres eorum inſenſatæ ſunt, quia ſcilicet nullum guſtū ſeu intellectum de Deo habent, nullius virtutis & gratiæ odorem percipiunt, nulli vocationi diuinæ porrigunt aures. Tales vero ſunt, vnde Pſalm. ait, Oculos habent & non videbunt &c. Et iterum Apoſtolus. 1. Corin. 2. Animalis homo non percipit ea, quæ ſunt ſpiritus Dei. Stultitia enim eſt illi.

Quarta eſt ſeruilitas. Per hanc enim vanitatis peſtem diabolus in vana muliere C omnes exterminat gratias & virtutes. per ipſam nempe vanitatem, mentem ipſius ſibi clauſam primo aperit, vt per eam in ipſam iam ſibi apertam libere poſſit ingredi: ideo talis vanitas mulieris, & complacentia eius caput eſt ſerpētis antiqui, quod Gene. 3. conteri præceptum eſt. nam vt primum abſque impedimento in mentem mulieris fuerit introductum, totum corpus eius illabitur, cum non ſentitur, ſicut dicit Gregorius. Et ideo de talibus mentibus, in quibus iam diabolus triumphaliter re- D gnat, ſubditur in figura, & habebant in ſe regem angelum abyſſi, ideſt diabolum, qui tales animas regit. ſed quem effectum in talibus mittente Domino habeat ſubinfícitur, cum dicitur, cui nomen Hæbraicè Abbadon, Græcè Apolyon, Latine habēs nomen exterminans: quia propter vanitatū crimina multa ſpiritualia, corporalia, & temporalia bona exterminantur in multis talibus.

ARTICVLVS TERTIVS. E

De multitudine offenſionum, & flagellorum, quæ ſequuntur ex huiuſmodi vanitate.

IN tertio quidem miſterio oſtenditur ipſarum vanitatum terminus criminalis. eſt enim talis vanitas. Primo iniqua cōtra cœlum, ſecundo inqua cōtra proprium ſubiectum, tertio pernitioſa contra proximum. Proinde hoc conſiderans pſalmus in 4. ait, admiratiuè tales animas interrogando: Filij hominum vſquequo graui cor- F de, & hoc propter primum, vt quid diligitis vanitatem, & hoc propter ſecundum, & quæritis mendatium, & hoc propter tertium. Quod verbū poteſt eſſe aliud thema.

Quod vanitas propter ſeptem eius iniquitates, omnibus cœleſtibus eſt aduerſaria. Cap. 1.

PRima enim vanitas iniqua eſt cōtra ſummum cœlum. Cœlum ſurſum, & terrā deorſum, ideſt mens vana. vnde pſal. increpati- G uè atque admiratiuè quærit: Filij hominum vſquèquo graui corde. dicit enim, filij hominum. ſcilicet rationabilium. Ideo magis culpandi eſtis, qui peccatis tam grauiter contra cœlum. ſeu filij hominum, ſcilicet primorum parentum, ideſt imitatores eorum, non Dei. vſquequo graui corde, ſcilicet perſeuerantes eritis? Septem nāque iniquitates grauant vanum cor contra cœlum ex vanitatibus ſuis. Prima iniquitas dicitur emendationis ſeu correctionis, ſecunda inflammationis, tertia lenocinationis ſeu fornicationis, quarta confuſio- H nis, quinta deriſionis, ſexta afflictionis, ſeptima tranſgreſſionis.

1. Vanitas contra cœlum.

7. Iniquitates ſ[illegible] nat vanū cor.

Prima enim iniquitas cor vanū grauans contra cœlum, eſt emendationis. Mulier nempe vana Deum, qui creauit eam, quaſi non beneſecerit, eam contendit ſuis vanitatib. emēdare: quaſi Dño per operum euidentiam diceret: Domine, tu creaſti me nigra, & ego ſaciam me albam, tu me rudam, & ego pol tam, tu croceam, & ego rubeā: tu artam frontem, & ego latam, tu paruum caput, & ego magnū, tu capillos dediſti mihi paucos, & ego ſuperaddam multos, dediſti mihi nigros, & ego mihi faciam albos, tu breues, & ego longos, feciſti me paruā,

A & ego faciam me magnam: tu maciléntam, & ego bombice fulcitam: creaſti me ſine alis & cauda, & ego me deformabo alatam & caudatam. O ſuperba temeritas vani cordis, audi Eſa.45.clamantem, Væ qui contradicit creatori ſuo. Nonne mentiris quandocumque orando Domino dicis, Fiat voluntas tua ſicut in cęlo & in terra? Dic nóne opere corrigis creatorem, & facturam ſuam emendas? O præſumptio vanæ mentis. Audi Cyprianum, vt refert Augu.in 4. lib.de Doctrina Chriſtiana, ſi quis pingendi artifex vultum alicuius, & ſpeciem, & corporis qualitatem æmulo coloré ſignaſ-

B ſet, & ſignato iam conſummatoq; ſimulachro alius manus inferret, vt iam formata, iam picta quaſi peritior reformaret, grauis prioris artificis iniuria, & iuſta indignatio videretur. tu te æſtimas impone laturã tam improbæ temeritatis audaciam Dei artificis offenſam, vt.i.ſi.n. impudica circa hoĩes & inceſta fucis lenocinantibus non ſis corruptis violatiſq; q̃ Dei ſunt, peior adultera detineris, ꝙ ornari putas, ꝙ putas comi. impugnatio iſta eſt diuinum operis, pręuaricatio eſt veritatis, & ibidem allegat Auguſt. & Ambr. dicentem. Hinc illa naſcuntur in-

C centiua vitiorum, & quæſitis ora pingant, dum viris diſplicere formidant, & de adulterio vultus meditentur adulterium caſtitatis, contra quos etiam ait Hieron. qua fiducia erigit ad cœlos vultus, quos conditor non cognoſcit. vnde fatuis virginibus quæ foris gloriã mundi quæſierunt, Matt.25. dictum eſt, cú quærerent a Dño gloriam paradiſi, Amen dico vobis, neſcio vos. ſicut ét teſtatur pſ. dicens. Dñe in ciuitate tua imaginem ipſorum ad nihilú rediges, quia nó

2. Vanitas cordis apparebunt in cœlis. Secunda vanitas iniq. cordis eſt inflãmatio, nã inflammantur per tales mulieres vanas tẽpla Dei, q̃ ſunt aĩæ & corpora Chriſtianorum, Paulo atteſtan-

D te, qui.1.Cor.3.ait: Templum Dei ſanctum eſt, quod eſtis vos. vbi glo. dicit, ꝙ quilibet fidelis templum eſt Spiritus ſancti in baptiſmo dicatum. vñ plus diligit Deus vnum tale templum ſpũale, quàm oĩa corporalia templa mundi, cum pro oĩbus mundi templi reparãdis incarnatus peregrinus, & paſſus nó fuiſſet Chriſtus, q̃ oĩa ſm Doctores pro ſolo vna redimenda aĩa perfeciſſet: vñ

Pſal.73. pſal. in ſpũ contẽplans pñs tps, in quo carnales & vanæ mulieres cum meretriceis ornamentis accedunt ad ſacratiſſima loca; & incendunt ſpũalia templa Dei.i. aĩas atque materialia templa profanant clamore ſpirituali has apud Dominũ accuſabat dicens, B

pſal.73. Incenderunt igni ſanctuariũ tuum in terra.i. aĩas iuuenum illas in eccleſijs inſpitientium. polluerunt tabernaculũ noĩs tui.i. eccleſiam conſecratam, quod eſt tabernaculũ nominis Dei, vbi inuocatur diuina ſalus.i. nomen Domini noſtri Ieſu Chriſti, quod quidem tabernaculum polluerunt, cũ tot fornicationes in tali conſecrata eccleſia coram Deo & B.Virg.& ſanctis eius operẽtur, ꝙ concupiſcendi ſe cãs præſtent iuuenibus, ſicut patet extra de iniur.& da.c.ſi culpa. vbi dr̃, qui occaſionem damni dat, damnum dediſſe vr̃.& 2.Eſdræ 4. Templum in- F

cenderunt Idumei.i. ſanguinei. hoc eſt mulieres carnales & luxurioſi affectus in ſanguine deſignati. nam tales mulieres vanę ſicut ad luxuriam accendunt mares, ita quoque accendunt ſemetipſas. vñ ad tales, Eſa. 50. ait, ecce vos accendentes ignem aliorũ, accincti in flammis, ſ. luxuriæ eſtis. Sed pluræque earum dicent ſe non habere hãc maculatam intẽtionem: ad quas ego dico, nec gladius corruptam habet intentionem, qñ cum illo necatur quiſquam, ſed ſolummo- *Solutio.*

do vtens eo. Sic in propoſito dæmon eſt, qui ad animas perimendum, quaſi venenato mucrone vana vtitur muliere. Sed am- G

plius dicam. licet enim in hoc nulla concurrit intentio mala: cum tamen ex hoc multarum animarum perditio ſubſequatur, qui tantorum malorum præſtat occaſioné, æterna morte dignus merito reputatur, ſicut in præallegato c.ſi culpa, monſtratum eſt. In huius myſterium, Exo.22. dicitur: Si egreſſus ignis inuenerit ſpicas, & appræhenderit aceruos frugum, ſiue ſtantes ſegetes in agris, reddent damnum, qui ignem ſuccenderint. Tunc nempe ignis egreditur, cum effrænaræ vanitatis occaſione concupiſcẽtiæ cauſa datur. tunc quippe appræhendit H

ſpicas vel aceruos frugum, quando ex data occaſione animæ igne concupiſcentiæ ſuccenduntur. vnde, ſicut ſupra dictum eſt, ad ſatisfactionem merito obligantur. Tertia *3. Iniquitas*

iniquitas vani cordis, eſt fornicatio. cum enim Chriſtus ſit legitimus animarũ ſponſus, quot animarum vanitas mulierum, cauſa eſt ruinæ, tot ſpiritualium fornicationũ talis mulier poteſt dici ruſiana, totque ſponſas fornicatrices alienat a legitimo ſponſo Chriſto. Si quis magnificus Imperator viliſſimam iuuenculam de ſtercore erigeret, & in ſponſam deſponſaret legitimam, atq; eam imperiali ſublimitate ditaret, & hanc quædam mulier vt peccaret cum altero ſe-

A ducere conaretur, cum ad notitiam impe-
rialis maieſtatis id veniret, quanto ſuppli-
cio iuberet illam damnari? & tu vana mu-
lier æſtimas impune trāſire, quòd quotidie
tuo lenocinio vanitatis, non vnam tātum,
ſed multitudinem animarum legitimo tuo
ſponſo Chriſto in multiplicem fornicatio-
nem ſeducis, quas ſponſas Chriſtus ſuo pre
tioſiſſimo ſanguine redemit, & elegit, eas
de ſtercore originalis peccati erexit, & gra
tijs multiplicibus ſublimauit. Sed ſuper has
omnes impias mulieres nequiores ſunt il-
læ quæ ad monaſteria ſacrarum ſponſarum
Chriſti cum huiuſmodi vanitatibus & la-
B ſciuijs, cum commeſſationibus, & choreis
atque carnalibus cantilenis accedunt, &
cum in talibus monialibus ſit fragilitas car-
nalis, & paucitas ſæpe ſpiritus, imo quan-
doque carnis rabidus appetitus, quanta-
rum ruinarum illuc taliter accedentes oc-
caſiones præſtent, honeſtius eſt tacere quàm
id ſæculo propalare. O impiæ & inſenſatæ
mulieres, o impiæ & inſenſatæ matres, o
ſorores, o cognatæ, o talium monialium
fratres & conſanguineitas tota, quæ præ-
dictarum ſceleratarum diſſolutionum in lo-
C cis ſacris, & ſæpe in tempore ſancto perſo-
nis ſacris, & Deo dicatis occaſio ſæpiſſime
eſtis. Nonne carnis veſtræ, & Deo legiti-
4. Iniqtas me deſponſatæ horrendos lenones vos cō-
ſideratis, vbi vigiles deberetis eſſe cuſto-
des. Quarta iniquitas vani cordis, eſt con-
fuſio, ſcilicet quam vanæ mulieres in ec-
cleſijs coram beata Virgine operantur.
Cum enim ſæpe eccleſiæ ſint ad honorem
beatæ Mariæ Virginis conſecratæ, vel de-
dicatæ, vel ad minus in qualibet eccleſia
ſint imagines Mariæ Virginis veneratæ:
qua temeritate, o mulier vana, præſumis
coram illa cum tot carnalibus, & laſciuis
vanitatibus apertè comparere? qua audacia
illi approximare, qua ſtulta præſumptione
D audes ad illam preces fundere, cum tibi im
præcationibus maledicat, quot vanitatibus
impijs, & paſſibus iniquis, & animabus a
te peremptis, & a filio ſuo ablatis ſuæ ec-
cleſiæ vel imagini appropinquans? quan-
do etiam in mundo viuens omnino carna-
lis vanitatis tanquam pudiciſſima & hone-
ſtiſſima virgo fuerit inimica, & hæc, & ta-
lia proprie in confuſionem ſuæ honeſtatis
ſanctiſſimæ agere videaris. Audi, quid de
te Eccleſ. 35. ait, In ſpem mulieris vanæ ira
& irreuerentia, & confuſio magna, ſcilicet
virginis matris Dei. Non igitur mirum,
ſi illi tam terribiliter maledicat.

Quinta iniquitas eſt deriſio, ſcilicet bea- E
torum Apoſtolorum, & aliorum Sāctorum 5. Iniqtas
atque ſanctarum: qui tanto zelo omnia va-
na mūdi, & carnalia deſpexerunt, vt mortē
potius eligerent, quàm talibus adhærere.
O glorioſa Catherina, o Agnes beata, o Lu-
cia, Margarita, & Barbara, cæterique Sancti
& Sanctæ Dei, cum hæ tales aſpectu, & ha-
bitu meretrices, in veſtris ſolennitatibus ad
eunt templa veſtra, cum tot offenſionibus
ſponſi Chriſti & Dei, cum tanta pernicie
animarum, cum aduerſario veſtræ vitæ con
temptu: quam illis gratiam impetratis, quā
complacentiam de acceſſu illarum habe- F
tis: imo quantum odium erga illas, & quan
ta abominatio vobis ſit videre vanitates
earum, facile quis intelliget & aduertet,
ſi veſtram honeſtatem, pudicitiam, odium
vanitatum atque humilem mundi contem-
ptum, & harum elatarum atque effrænata-
rum carnalem affectum atque aſpectum, &
domini ſui, & Sanctorū eius deſpectū pen-
ſet? licet quidam pictores carnales ac vana-
glorioſi mundani, & auari vos ſæpius pin-
gant atq; plerique ſculpant falſiſſime velu-
ti meretrices: ſed veniet vtiq; tempus qđ
verificabitur, quod Sap. dr̄, ꝙ tales gemen-
tes præanguſtia ſpūs dicent intra ſe pœnitē G
tiā agentes: hi ſunt, quos aliquando habui-
mus in deriſum, & in ſimilitudinē impro-
perij. Sexta iniquitas, afflictio. ſ. ſanctorum 6. Iniqtas
Angelorum dr̄, ſicut teſte Chriſto Luc. 15.
Gaudium eſt Angelis Dei ſuper vno pec-
catore pn̄iam agente. ſic & illis triſtitiā ac
dolor de animæ iuſtæ auerſione. Cū enim
ex mulieris vanitate tantum multiplicetur
culpa, exaltetur ſuperbia, annihiletur gra-
tia, vilipendatur Chriſti paſſio acerba, de-
ſtruatur eccleſia, inefficax fiat eorum cuſto-
dia, perdatur gloria, & acquiratur ætena pœ
na: quantum putas illos ſanctiſſimos Ange H
los de oībus contriſtari, at per conſequens
omnes tales mulieres, & earum vanitates
horrere. quod præuidens in ſpū Eſa. 33. ait,
Angeli pacis amare flebāt. ideo 1. Cor. 11.
Apoſtolus ait, Debet mulier velamen habe
re ſuper caput ſuum pp Angelos. i. ne ani-
mæ illis commiſſæ contaminentur, & ipſi
contra tales mulieres acriter cōturbentur.
Septima iniquitas dr̄ trāſgreſſio ſanctarum 7. Iniqtas
& iuſtarum legum. Solent enim iuſta domi
nia prouidere per leges ac ſtatuta, ne tan-
ta vanitatum & ſuperfluarum expenſarum
in ſuis patrijs abuſio inualeſcat: intelligen-
tes, quia non ſolum in offenſionem, & in
detrimētum animarum, verumetiam ꝙ ex

A cauſis multis in graue dipendium veniat ci-
uitatum & patriarum. vnde qui tantarum
ſanctarum conſtitutionum, ſtatutorum &
legum fuerit tranſgreſſor & fractor, ſecun-
dum Alexandrum de Halis, in 3. & ſecun-
dum Thom. ſecunda ſecundæ, q. 96. morta-
liter peccat. 9. diſtin. c. quicumque. cum hu-
iuſmodi leges vim habeant a lege æterna, a
qua deriuatur, ſicut ipſamet ſapientia Dei,
Prou. 8. ait: per me reges regnant, & legum
conditores iuſta decernunt. imo ſi ad quos
pertinet per leges & ſtatuta ac per obſeruã-
tias earum negligunt prouidere: rei in cõ-
ſcientia apud Dominum omnium illorum
B iniquitatum recto Dei iudicio reputantur,
ſicut dicitur. 86. diſt. c. facientis. non caret
ſcrupulo conceſſionis occultæ, qui manife-
ſto facinori deſinit obuiare, Hæc ibidem.

De ſeptem nocumentis per quæ probatur talis vanitas eßе nociua proprie perſonæ. Cap. 2.

1. Vanitas cõtra proprium ſubiectũ, & hæc ſeptẽ nocumẽta operatur.

SEcundo talis vanitas eſt nociua pro-
prio ſubiecto. vnde admiratiue, & in-
crepatiue tales vanas fœminas interro-
gat pſal. dicens, vt quid diligitis vanitatem:
ſcilicet quæ vobis nociua eſt. Septem nem-
pe nocumenta operatur vanitas cõtra pro-
priam perſonam, illa ſcilicet abutente. Pri-
mum dicitur elatio, ſecundum vagatio, ter-
C tio abominatio, quartum obligatio, quintũ
moleſtatio, ſextum ruinatio, ſeptimum dif-
famatio. Primum inquam nocumentum,
quod operatur vanitas contra perſonam va-
nam, elatio eſt. cum enim ex ſuperbia vani-
tas oriatur, neceſſe eſt, vt ex vanitate ela-
tio ſubſequatur. Superbia enim eſt interius
in affectu: ſed elatio eſt exterius in effectu,
ſicut de quibuſdam exprimit Apoſtolus ad
Roma. 1. dicens. Superbos, elatos, vanitas
igitur duplex officium habet in mente va-
D na. Primum eſt ſuperbiam demonſtrare,
ſecundum eſt elationem a ſuperbia gene-
ratam enutrire. Primo enim vanitas habet
intrinſecam cordis ſuperbiam demonſtra-
re, ſicut Heſter 14. atteſtatur: tu ſcis Domi-
ne, quia abominer ſignum ſuperbiæ, & va-
nitates. ergo quælibet vana mulier eſt ſu-
perba. Audi igitur, o mulier vana & ſu-
perba, quid Eccleſ. 10. dicitur, initium om-
nis peccati eſt ſuperbia: & qui tenebit il-
lam, replebitur maledictis, ideſt peccatis.
Ex quo patet, quòd mulier ſuperba & vana
omnibus vitijs adimpletur. Nonne deſi-

1. Vanitas hẽt intrinſecam cordis ſapientiam.

derat videre pulchra? ecce vana gloria. E
Nonne cruciatur, ſiqua pulchrior, vel ſibi
ſimilis reputetur? ecce inuidia. dolenſque
præinuidia iraſcitur contra illam, quam pul-
chriorem, vel conſimilem ſibi videt? ecce
iracundia. Cumque illam in pulchritudi-
nem ſuperare non poſſit, naſcitur inde ac-
cidia: mens autem eius triſtis, & accidia
plena, cum diuina dulcedine ſit priuata,
conſolari quærit per temporalia bona: ec-
ce inſatiabilis auaritia. Cum autem pul-
chritudinem conſeruare, vel augmentare
deſideret, quia vnde habet corpus per gu-
lam fouet. ecce gula. Cumque gula delitijs
enutritur, neceſſe eſt in fœtidam luxuriam F
ruinare. ecce iam verificatum eſt, quod Lu.
14. dicitur. Qui ſe exaltauerit, ſcilicet per
ſuperbiam: humiliabitur, ſcilicet per luxu-
riam. Huius ſententiæ eſt Gregorius vi-
geſimoprimo Moralis.

2. Vanitas hẽt elationẽ a ſuperbia.

Secundo conſideremus, quomodo va-
nitas habet elationem a ſuperbia genera-
tam nutrire & demonſtrare. Audi Eſa. 3.
qui de quibuſdam vanis & elatis mulieri-
bus ait: Eleuatæ ſunt filiæ Syon, & ambula-
uerunt extento collo, & nutibus oculo-
rum ibant, & gaudebant, & ambulabant
pedibus ſuis. non modeſto compoſito gra-
du incedebat, quæ omnia elationis mani-
feſta ſunt ſigna. Felix ergo, qui cum tali G
muliere elata & ſuperba poterit conuerſa-
ri. vnde verſus Faſtus eſt in pulchris, ſequi-
turque ſuperbia formam.

2. Nocumentum.

Secundum vero nocumentum eſt vaga-
tio, & temporis perditio. tanta nempe men-
tis vanitate anima talis mulieris repletur,
vt apud propriam domum cõſiſtere nequa-
quam poſſit, niſi vt ibi ornetur & decore-
tur, & ſuam pulchritudinem iterum atque
iterum, imo ſepties ante domus ſuæ exitũ
ſpeculetur. dumq́ne ibi corpore manet, va-
ga mente, in nullo occupatur niſi, vel ꝙ va-
cat ocio de feneſtris ſeu oſtijs ſe leccatori- H
bus ſuis oſtendendo, vel ſe ornat fucis.
Quis autem exprimere poſſet tempus, quo
vel ornat caput, vel corpus, aut faciem
ſuam in ſpeculo arte componit: ibi con-
templans, qualiter formet oculos longos
& graues, qua oculi parte proſpiciendi
ſunt iuuenes amoroſi, qua lubrica geſticu-
latione detrahendi, quis faciem ſuam de-
ceat riſus vel corporis greſſus. O ſi tan-
ta diligenti ſolertia, atque tanto tempore
ſtuderent placere Deo, quanta ſtudent pla-
cere mundo: tanta ſanctitate pollerent,
ꝙ quodammodo multas ſanctas Virgines
ſupeta-

A ſuperarent. Demum compta, vt ſimilitudo templi: imo vt verius dicam, quaſi meretrix proſtibuli egreditur· iſta, demum adit Dei templum, quęrit ſpectacula cuncta, inſtabilis, diſſoluta & vagabunda. De quo Prouerb. 5. dicitur: Pedes eius aſcendunt ad mortem, & ad inferos greſſus illius penetrant, per ſemitam vitæ non ambulant. vagi ſunt greſſus illius, & inueſtigabiles. Et cap. ſeptimo, idem iterum illa ait: vaga, garrula, quietis impatiens, nec valens in domo conſiſtere cum pedibus ſuis: nunc foris, nunc in plateis, nunc iuxta angulos inſidians. Ad quam Hieremiæ 31. dicitur.
B Vſquequo delitijs ſolueris filia vaga. Quidam de ſanctis Patribus cum vidiſſet cuiuſdam mulieris vagæ ornatum, flens alta voce ad Dominum ait: Ignoſce mihi omnipotens Deus, quia in hac muliere vnius diei ornatus, totius vitæ meæ ſuperauit induſtriæ ornamenta. Et iterum abbas Pambo videns in Alexandria mulierem ornatam, ad quam Dominus præſens in eremo deſcendebat amare fleuit, & cauſam fletus interrogantibus aperiens ait: duo me mouent ad fletum, vnnm perditio eius, ſecuncundo, quia non tantum ſtudeo placere
C Deo, quantum iſta ſtudet placere mundo. Item hic tranſeo de eleemoſynis ac pijs operibus, quibus tales vanitates amantes ſæpe aduerſantur: nam quæ inducta erit ſericis veſtibus atque deauratis, fulcita lapidibus precioſis, ornata vanitatibus multis, & aureis, & argenteis, & alis care emptis rebus, ſi videret in tranſitu ſuo magna neceſſitate egentem, non daret ei obulum. Ad miſſam raro, vel nunquam accendit lumen: tantumque dum ornata incedit, vel dum in Eccleſia commoratur, raptum eſt cor eius cernentibus complacere, vt ſæpe dum eſt in miſſa, nedum videat ſi ſibi deficit lumen, verumetiam non aduertit
D cum eleuatur Dominicum Sacramentum. Quomodo ergo pauperem perpendit egere in via? Et quod dementius eſt, ſi quando talis mulier vana caſu venit ad mortem, tunc etiam abutitur pietate: nam veſtes, cum quibus multas ſpurcitias, & peccata, & ſcelera in eccleſia, & alibi pluries perpetrauit, quas horrere deberet: ſacris altaribus induendis, ſeu ad faciendum planetas, aut ad alia eccleſiaſtica paramenta relinquit: quaſi a ſacrato ſuo corpore non liceat, niſi ad ſacra myſteria transferri, & in ſignum quòd velit illa abutti poſt mortem, ſicut abuſa fuit in vita, ſtatuit ibi ſua arma appendi. imo quandoque in teſtamento relinquit, E quòd de ſuis crinibus derelictis cõficiatur corda eccleſiaſticæ nolæ. vnde dicit Eccleſiaſtes, quoniam quomodo verum dicis: Vanitas vanitatum, & omnia vanitas.

Tertium mulieris vanæ nocumentum, eſt abominatio. *3. Nocumentum.* Abominatur enim Deus omnes orationes, & ſupplicationes, & poſtulationes ſuas. vnde Apoſtolus 1. ad Timot. 2. ait. Volo mulieres orare in habitu ornato cum verecundia & ſobrietate ornantes ſe, non in tortis crinibus, aut auro, aut margaritis, aut veſte pretioſa: ſed F quòd decet mulieres præmittentes pietatem per bona opera. Super quibus verbis glo. ait, ſuperbus habitus non impetrat. Sed nonne egent huiuſmodi vanæ fœminæ plus quàm aliæ gratias impetrare, cum tot criminibus ſunt irretitæ? qua tamen via gratiam, & remiſſionem ſuorum peccaminum poterunt obtinere, cũ in eccleſia vbi ſolẽt grãe impetrari, in pñtia Dñici ſacri ac aliarum multarum reliquiarũ, & corã glorioſa Virgine, & Angelorum Dei Sanctorũ ſuis laſciuijs & vanitatibus perimunt iuuenũ aĩas Chriſti ſanguine pretioſiſſimo redemptas? G O ſi in ciuitate hac eſſet mulier quædam, q̃ in nulla ſolẽnitate eccleſiam introiret: nunquid hrtica putaretur? minus vtiq; malum foret, ſi vana mulier nũquam ad eccleſiã iret, q̃ ſi in domo abſq; vanitate maneret. Sed qua excuſatione falerata ſe munient matres, quæ nubiles filias in feſtiuis diebus, qñ preceptum eſt audire domina, retinent clauſas, & tanquam animalia ſolum corpore impinguanda abſque nullo Dei timore vel ſẽſu in domo nutriũt illas, & ſi qñ eas ad eccleſiam ducunt, veluti meretriculas illas ornantes, in templi ſedibus ſtatuunt eas, quaſi beſtias in foro venales. H Peccant nempe, quando diebus debitis ad eccleſiam non ducunt illas: ſed grauius vtique conditorem offendunt, cum ad eccleſiam ducunt eas quaſi meretrices.

Quartum nocumentum vanæ mulieris, *4 Nocumentum.* eſt obligatio, ſcilicet ad reſtitutionem damni, cuius occaſio eſt. deturque quòd maritus talis vanæ mulieris habeat multa de male acquiſitis, vel quæ de iure ad ſatisfactionem ſint obligata: tunc ſi mulier non conſiderans vnde talis ſubſtantia venerit, aut quo tendere ſit neceſſe ſi vltra dotis ſubuentionem, multa in ornatu ſuo conſumens, & ſic reddit virum impotentem ad ſatisfaciendum: ipſa ſic non tantũ peccat in

A talia conſumendo, verumetiam de ſuis dotibus aut de alijs, quæ licite acquirere pôt, ſatisfacere obligatur. Dedit enim efficacem occaſionem illius damni: ſed vt dicitur extra de iniur.& dam.c.ſi culpa. Qui occaſionem damni dat, damnum dediſſe videtur. nec alias abſolui, ſeu ſaluari poſſet, iuxta illud certa de reg.iur.lib.6. Non dimittitur peccatum, niſi reſtituatur ablatum. hoc non conſiderant, nec aduertunt mulieres vanæ & inſenſatæ, nec etiam multi confeſſores earum: ſed Deus cuncta iuſto iudicabit iudicio.

5. Nocumentum. Quintum eius nocumentum eſt moleſtatio. tantis deniq; mulier vanitatum

B phaleribus ad ornata cum leccatoribus ſe exhibeat promptam cito adamatur. difficile cuſtoditur, ꝙ plurimi cupiunt. nec facile tutum eſt, in quo multorum vota ſuſpirant: alius forma, alius malitia, alius facetis, alius liberalitate moleſtat. Facile enim expugnatur, quod vndiq; laſceſſitur. Arguunt nempe venalem equum ſigna venalitatis in fronte, atque tabernam indicat circulus ante domum: ſcandalum videntibus præſtas, tu ipſe cauſa es moleſtiæ tuæ, adiuuet te ſaluator, timeo caſum caue, caue, iterum dico caue, fragilis es, & mundi atque dæmonum

C verſutiarum atque proditionum ignara, amor, quem tibi leccator tuus oſtendit: ſcandalum tuum eſt, infamia tua, vituperium tuum, confuſio tua, occaſio mortis tuæ, nô ſolum ſpiritualis, ſed forte etiam corporalis leccator tuus, ſicut pſal. teſtatur. Inſidiatur vt rapiat, ſcilicet tibi omnia ſupradicta rapere pauperem iuuenculam, & inſipientem, dum attrahit eam, ſcilicet multipliciter alliciendo.

6. Nocumentum. Sextum nocumentum eſt ruinatio. nunc autem prophetia de te verificatur, quia dicitur Apoc.14. Cecidit, cecidit Babylon, ciuitas illa magna, quæ vino iræ

D ſuæ fornicationis potauit oẽs gentes. Babylon, confuſio interpretatur, & mulierem, quæ ſeducta propter vanitates ſuas cecidit in fœdum luxuriæ opus, manifeſte deſignat, quia ex hoc omni confuſione digna eſt. Biſque cecidit, clamat propter duplicem eius ruinam, ſcilicet propter mentis conſenſum, & corporis per luxuriæ opus. vel quia primo cecidit a gloria Dei, ſecundo cecidit a gloria & fama mundi, quia licet videatur, occultum non eſt tamen: quia ſicut dicit Dominus, Matth.12. Nihil opertum, quòd non reueletur. Ciuitas ideo magna nominatur propter excellentiam elationis & ſuperbiæ ſuæ. Hæc autem vino iræ fornicationis ſuæ omnes gentes potabat,

E quando inebriantibus vanitatibus, & laſciuijs ſuis aſpicientes ad luxuriæ inſaniam deducebat. vinumq́ue iræ merito nuncupatur propter multa mala iam dicta, & inſuper dicẽda, quæ ad indignationem & iram contra illam vanam prouocant creatorem. vnde ad talem vanam inebriatam mulierẽ aſpicientes a Domino dicitur. Hierem.25. Sume calicem vini furoris huius, ſcilicet laſciuarum vanitatum, & propinabis de illo cunctis gentibus, & bibent, ſcilicet per concupiſcentiæ deſiderium, & turbabuntur, ſcilicet vt perficient opus, & inſaniet, ſcilicet poſt operis complementum. Ideo

F ad te Babylon carnalis & vana, quæ a vanis leccatoribus in lutum fœtidæ luxuriæ demerſa es: Ad te inquam, ſermonem ſuum dirigit, 38.c. Hieremias dicens. Seduxerunt te, & præualuerunt aduerſum te viri pacifici tui. hoc eſt amoroſi tui demerſerunt te in cœno. ſcilicet in luxuriæ fœdere in lubrico pedes tuos. ſcilicet ad iterum ruinandum, niſi præcaueas in futurũ.

7. Nocumentum. Septimum nocumentum mulieris vanę eſt diffamatio. Maxima quidem etiam apud mundum mulieris diffamatio æſtimabitur, cum in muliere perdita honeſtatis fama nihilum remanet pretioſum.

G Licet enim vir de luxuria diffametur, & in hoc eius anima, ſi vera ſunt quæ dicuntur, detrimẽtum maximum patiatur, apud ſæculum tamen ad multa vtilis eſſe poteſt. ſcilicet ad mercantias, ad artes, ad primæ cautelam, ad iura, & ad multa conſimilia. At mulier cum veridice fuerit diffamata ad nihilum vltra, niſi vt mittatur foras & cõculcetur ab hominibus, Matt.5.

4. Cauſæ quare mulier ſiue vir diffamatione incurrit. Quatuor tamen cauſæ eſſe poſſunt, quare mulier ſiue vir diffamationem incurrit. Prima eſt propria impudentia, ſecunda eſt diuina iuſtitia, tertia eſt diaboli aſtutia, quarta eſt Dei miſericordia. Prima diffamationis cauſa eſſe poteſt propria impudẽtia mulieris, quod palam oſtenditur.

H Hierem.3. Frons meretricis mulieris facta eſt tibi, noluiſti erubeſcere. ideo ſcilicet diffamaris. vnde Eccleſ.26. Fornicatio mulieris in extollentia oculorum, & in palpebris eius agnoſcitur? Secunda cauſa eſt diuina iuſtitia, qua fit vt peccator in præſenti, & etiam in futuro ſæculo confundatur propter ſcelera ſua: vnde Hierem.17. dicitur, Duplici cõtritione contere eos Domine Deus noſter. Et iterum Naum.3. Reuelabo pudenda tua in facie tua. Tertia cauſa eſſe poteſt dæmonis aſtutia: qui quandoque crimen in publicum deducit, vt mens peccatoris deſperet.

A ſperet. ideo Hieremias in perſona talis deſperantis in 2. c. ait: Deſperaui, nequaquam faciam. adamaui quippe alienos, & ſequitur cauſa: quomodo confunditur fur, quando compræhenditur: ſic confuſi ſunt, ſcilicet tales. Quarta cauſa eſſe poteſt diuina miſericordia, qua fit vt quandoque peccatum alicuius manifeſtetur, vt confuſus ad Dominum conuertatur, ſicut ſcriptum eſt. Imple facies eorum ignominia, & quęrent nomen tuum Domine. Et alibi ipſe ait dicens, Dixit Dominus ex Baſan cõuertam. Baſan confuſio interpretatur. cõuertam in
B profundum maris. ideſt cordis per pœnitẽtiam amaricati. Et iterum ad talem mulierem vanam atque confuſam Micheæ 4. ait: Venies vſque Babylonem, quæ confuſio interpretatur, & ibi liberaberis, & ibi redimet te de manibus inimicorum tuorum, ideſt dæmoniorum, & amaſiorum tuorum. Ex hac eadem miſericordia Deus aliquando permittit, vt mulier vana licet contra veritatem de turpitudinis opere diffametur, vt ſuas vanitates deponat, propter quas fuit maxime diffamata, & merito quidem. vnde 1. ad Timo. 2. ſuper illo verbo, non in tortis crinibus, &c. Glo. ait, ſuperborum ha-
C bitus non recta facit de ſe credi. Addatur quoque quòd carnalis iuuenis, qui de muliere vaga & vana deſiderat, id ſperat: quòd autem ſperat, id credit: ergo credit & ſperat aſſequi, quòd de vana muliere animo concupiſcit ardenti. id etiam cũ ſocijs manifeſtat, deſiderij implendi iudicia certitudinis monſtrat, de illo ſe iactat, alter alteri palã facit. Interea ſimplex & vana mulier, vt ſe corrigat ne cadat, ex Dei miſericordia diffamatur. Ergo conſideratis his ſeptem malis & nocumentis, quæ vobis faciunt vanitates, vt quid diligitis vanitatem.

D

Quod vanitates mulierum, & etiam aliorum tripliciter corriguntur. Cap. 3.

3. Vanitas contra proximũ. TErtio talis vanitas eſt pernitioſa contra proximum, niſi per pœnitentiam corrigatur: Decipit enim proximum. Ideo propheta illam mendacium vocat dicens, & quæritis mendacium. ſcilicet quo decipiatis, & decipiamini. Proinde talis vanitas correptione indiget. *Tria ſunt gña corrigentium boĩum uanitates.* Tria enim ſunt genera corrigentium hominum vanitates. Primum eſt conſcientiale, ſecundum eſt iuſtitiale, tertium eſt iudiciale. *1. Genus.* Primum igitur genus corrigentium vanitates eſt conſcientiale. In quo genere ſunt omnes, qui redu- E cunt ad conſcientiam vanitatibus occupatos: inter quos ſunt veraces prædicatores, recti confeſſores, alij quicunque iuſti proximi, morum ſuorum dilectores & correptores. quibus omnibus diuerſimode tamẽ a Domino, Matth. 18. pręceptum eſt, dicens ſi peccauerit in te frater tuus, vade & corripe eum, &c. Talis vero correptio aliquid prodeſt, licet parum: quia pauci hoc fideliter agunt. Inſuper illis paucis pauciores perſeueranter obediunt, quia in populis abijt timor Domini. vnde pſal. ait, Non eſt timor Dei ante oculos eorum. Secundum *2. Genus.*
F genus eorum, qui corrigunt vanitates, eſt iuſtitiale. In quo genere ſunt principes, & domini ſeculares, ſeu quæcunque regimina ſæcularia, rectores & officiales ciuitatum atque terrarum, qui omnes per leges atq; ſtatuta prouidere tenentur tot vanis ſuperfluitatibus populorum, ex quibus tot ſequuntur mala, ſicut dictum eſt, aliter non caret ſcrupulo conceſſionis occultę, qui manifeſto facinori deſinit obuiare, vt patet. 86. di. c. facientis. imo officiales periuri ſunt, non facientes iuxta poſſe ſeruare ſtatuta & leges, quæ contra talia ordinantur, quãdo ad hoc per iuramentum fuerint obligati. Talis G correptio multum, imo in ſummo prodeſt, quia populi amplius quàm conſcientias cuſtodiunt burſas. Miror ſatis de Dominis & Rectoribus, qui cum Dei magno honore, & ſui atque cum omni lucro temporali, & etiam ſpirituali aliorum, & ſuo cũ poſſint, prouidere non curant. Tertium genus cor- *3. Genus.* rigentium vanitates, eſt iudiciale. quia licet vt ſupra Pſal. teſtatur, Deus ſit iudex iuſtus & patiens, nec iraſcitur per ſingulos dies: tamen hodierno tempore per multa grauia iudicia aliter inemendatas corrigit vanitates. propterea ſæpe patimur peſtes, H guerras, grandines & alias aduerſitates, ſicut in fine 47. ſermonis de religione Chriſtiana, dictum eſt plenius. & de hoc correptionis genere Io. ſubdit, væ vnum abijt, & ecce adhuc alia duo veniunt poſt hæc. Tria ſiquidem clamat Aquila volans per cœlum Apoc. 19. Væ, væ, væ, habitantibus in terra. ſcilicet vanitatibus plena. quæ væ ſunt guerræ, peſtes & alia exterminantia ſubſtãtiam temporalem. De his tribus væ iam abijt vnum, ſcilicet guerra vel peſtis ſeu reuolutio ſtatus, &c. conſimilia applica ad beneplacitum. ſed quia contemptoribus Deus ſemper addit grauiora flagella: ideo vno vę abcũte, ſemper duo ſuccedere facit. ideo ſubditur,

A ditur,& ecce alia duo væ, veniũt poſt hoc. Grauioribus enim grauiores ſuccedunt pęnæ,eo quòd poſt graues grauiores præceſſerunt culpæ, quanto nempæ grauior committitur culpa, cum mens ad contemptum fuerit indurata:tanto ſecundum diuinã iuſtitiam neceſſe eſt vt etiam grauior ſuperueniat pœna:non quæ mentem obſtinatã flectat,quæ ſe Deo inflexibilẽ reddit, ſed quæ duritiam eius confringat,ſicut ait, tãquam vas figuli confringes eos. Mens nanq; peccatoris Deo rebellis, q̃ leuiores pœnas cõtemnit.hoc condigne meretur,vt tanta ſuccedat pœna, quanta ad ipſam confringendam exigit ſuæ duritiei culpa. Ex dictis iam patet, vnde mũdana vanitas originem ſum pſit,& quomodo eam diuinus ſpiritus pręfigurauit,& in quantam culpam & pęnam mentes vanas adducit. A quibus omnibus eruat,& liberet veritatis amator,formoſitatis donator, & ad ſe redeuntibus pius ſuſceptor Dominus Ieſus Chriſtus, qui cum patre,& Spiritu ſancto formoſus præ filijs hominum ſuper omnia glorioſus,& benedictus viuit,& regnat in ſæcula, Amen.

B (margin letter)

C

SABBATO poſt Domini. de Paſſione.

De laudibus virginitatis,& duodecim domicellabus matris Dei.

Sermo XLVIII.

Volumus Ieſum videre. Ioan. 12.& in euangelio hodierno. Multitudinis deuotarum virginum charitate ardentium, & ſponſum ſuum

D deſiderantium, atque poſtulantium Chriſtum verba ſunt iſta. Aiunt enim, volumus Ieſum videre:nec vtique mirum,cum iuxta Prophetæ verbum ipſe ſit ſpecioſus forma præ filijs hominum,& in quem deſiderant Angeli proſpicere 1.Petri 1. ad hanc igitur viſionem in præſenti per fidem, & in futuro per ſpem, nemo conuenientius peruenire poteſt,quàm mediante Virginis deuotione atque affectione. Nam quanto quis humiliter ſe ſentit deuotiorem,familiariorum ad matrem Chriſti:tanto maiorẽ ſpem habet in ea, ac per conſequens in Chriſto. Huius ſpei maioritas excitat atque inflammat ad magis Chriſtum amandum & deſiderandum, & ad magis etiam diligendum omnia,quæ ſunt Chriſti. Sancta igitur.Virgo mater eſt,quæ cum ſit cœli porta,ad omnia magnalia Chriſti animas ſibi deuotas admiranda gratia inducit. Proinde Propheta in pſal.44.ait, Adducentur regi virgines poſt eam. Quod verbum poteſt eſſe aliud thema in præſenti materia. In quibus ſacratiſſimus verbis tres ſtatus ſanctarum virginum beatæ Virgini deuotarum per ordinẽ deſcribuntur. Primus naturæ,ſecundus gratiæ,tertius gloriæ. Primus eſt ſtatus naturæ præparantis ibi, virgines. Secundus eſt ſtatus gratiæ conformantis ibi,poſt eam. Tertius eſt ſtatus gloriæ præmiantis ibi,adducentur Regi,ideſt Domino Ieſu Chriſto, qui eſt Rex Regum & Dominus dominantium,vt dicitur Apoc.19. Per duos primos itaque ſtatus peruenitur ad tertium, qui in verbo propoſito a virginibus poſtulatur, cum aiunt,volumus Ieſum videre.

Ad viſionem Dei mediante virginitate peruenitur.

E

F

ARTICVLVS PRIMVS.

De triplici virginitate , & de duodecim præconijs virginitatis, & quantum virginitas matrimonio præferatur.

G

PRimo circa præconium virginitatis conſiderandus eſt ſtatus naturæ præparantis, quia propheta ait,virgines. virginitas nempæ præparat animam ad videndum in præſenti Ieſum ſponſum per fidem, & in futuro per gloriam ſempiternam. Triplex tamen virginitas diſtingui poteſt. Prima eſt corporalis, ſecunda eſt mentalis tñ, tertia eſt mentalis & corporalis. Prima eſt tñ corporalis,de qua 32.q.5.c.ſicut.n.Chriſo.ſup Matt.ait. Multi.n.corpore quidem caſtitati ſtudent,adulterium quidem cõmittunt voluntate,cũ dñs dicat, qui viderit mulierem ad concupiſcendũ eam, iam mæcatus eſt in corde ſuo.ergo voluntas ſine opere frequẽter peccat. Et Hiero.vbi ſup.in c.ſi Paulus, ait.contingit tñ, ſm Tho.2.2.q.15.qñq; ex actu mentis cogitantis de corruptione carnis, & intendentis experiri delectationem carnis,ꝓ calor excitetur,& ſemen diſtiller, & tunc abſq; dubio virginitas amiſſa eſt. Si aũt corruptio conſiſtat in actu mentis conſentientis,amittitur virginitas ſm illud for male, qđ habet in mente:non tñ rõne eius, qđ in ipſa materiale eſt.vñ talis non põt dici virgo, niſi materiale tm̃. & talis amiſſio virginitatis reparari põt: nõ aũt illa,in qua etiam

1.Status virginitatis.

Triplex virginitas

H

A etiam illud, quod eſt materiale, ſubtrahiť. Secunda eſt virginitas tantum mentalis. vnde 32.q.5.c.1.dr, Quod autē pudicitia mētis violenter eripi non poſſet, multorū auctoritatib. cōprobatur. Eſt enim virtus animi, quæ violentia non ſentit. corpori nãq; vis infertur, non animo. vnde quamuis corpus violenter corrumpatur: ſi pudicitia mētis ſeruatur illæſa: tamen caſtitas duplicať, ſicut fertur beatã Luciam dixiſſe Paſcaſio: ſi me inuitam feceris violari: caſtitas mihi duplicabitur ad coronam. non. n. inquinať corpus, niſi de conſenſu mentis. hæc ibi. Tales tñ virgines licèt virginitatem & virginitatis aureolam non amittant: tñ conſecrari non debet. Cuius ratio eſt, quia difficile eſt

Tales virgines non debent cōſecrari.

B in illo actu ita reniti, ꝙ uoluptas non alliciat ad aliquē conſenſum. vnde cum de pleno diſſenſu eccleſiæ conſtare non pōt: ideo ſtatutum eſt, ꝙ tales à conſecratione debēt humiliter abſtinere, ſicut patet 32.q.2.c. Illæ autem famulæ. & 15.q.1.ſi quis non iratus. huius ſententiæ eſt Thom. in 3. diſt. 33. & ſecunda ſecundæ. 152. Idem Albertus & Bonauētura. Sed quid de occultè corrupta, cuius conſecratio non poteſt ſine ſcandalo intermitti? Dicendum, ſm Tho. vbi ſup. ꝙ occultè corruptæ ſiue à viris, ſiue alio quo-

C cunque modo, velari non debent, quia propter ſcandalum non debet eccleſia ſacramētalia variare. Et ſicut quidam dicunt, poteſt ad vitandum ſcādalum, adhiberi aliqua cautela, ſ. ꝙ illa quæ non ſunt de ſubſtantia virginalis veli fiant: ſicut eſt accenſio candelarum & huiuſmodi occulte vitatis illis, quæ de ſubſtantia ſunt, vtputa verba quæ dicunť in impoſitione veli, & nomen virginitatis in nomē caſtitatis muteť: & huic ſniæ concor. Goffr. & Hoſtien. Tertia eſt virginitas mentalis & corporalis, quæ videlicet in cōtaminato corpore atq; mente in virginali

D pudicitia perſeuerat. vnde 32.q.5. ſic enim. Chryſoſt. ſuper Matth. ait: Illa eſt glorioſa continentia, quam non tranſgredi pōt neceſſitas debilitatis corporis, ſed quam complectitur voluntas ſancti propoſiti. Secūda & tertia virginitas commendabilis, & magno præconio exaltanda, atq; ſancto matrimonio præponenda eſt. Non tamē propter arrogantiam in coniugio poſiti vituperari debent, quia hoc prohibetur diſt 30. ſi quis propter Deum. poteſt tamen virginitas nō tanquàm præceptum dari, ſed tanquàm cōſilium ſuaderi. vnde 32.q.1.c. integritas corporis. Ambro. ait. Sola eſt enim virginitas, quæ ſuaderi poteſt, imperari nō poteſt: res

Virginitas non tanquam præceptū, ſed tanquam cōſilium.

eſt magis voti, quàm præcepti. Hæc virginitas per Ambroſiū in lib. de virginitate, ſic diffinitur. virginitas eſt expers cōtagionis integritas. Et per Auguſtinum in libro de nup. & concupiſcentia diffinitur ſic. Virginitas eſt in carne corruptibili, perpetua incorruptionis meditatio. Duodecim quippe præconijs ſeu priuilegijs virginitas matrimonio præfertur, quæ ſunt duodecim rationes, quare eſt melior ſtatus virginalis quã matrimonij coniugalis. & poſſunt dici quaſi duodecim ſtellæ. i. corona alicuius virginis, vel duodecim lapides pretioſi. ponanť primæ quatuor. Primæ propter prioritatē, ſecundò propter ſocietatem, tertiò propter localitatem, quartò propter antiquitatem. E

F Addantur aliæ quatuor. Primò propter ſaluationem, ſecundò propter ſignificationē, tertiò propter benedictionem, quartò propter contemplationē. Subdantur aliæ quatuor rationes. Primò propter aſſiduitatem, ſecundò propter raritatem, tertiò ꝑp durabilitatem, quartò propter fructuoſitatem.

De quatuor rationib. quare virginitas matrimonio præferatur. Cap. 1.

PONAMUS primas quatuor rationes quare virginitas matrimonio prę feratur. Prima eſt propter prioritatem: nam virginitas in ſtatu innocentiæ à Deo ordinata eſt. Nempe virgo Adam de terra virgine pronunciatur creatus. vnde Gen. 2. dicitur, formauit igitur Dominus Deus hominem de limo terræ, & ſpiraculum vitæ ſpirauit in faciem eius. Eua quoque de virgine Adam formata eſt. vnde Gen. 2. dicitur, Adam non inueniebať adiutor ſimilis ſibi. Immiſit ergo Dominus Deus ſoporem in Adam: cumque obdormiſſet, tulit unam de coſtis eius, & repleuit carnem pro ea, & ædificauit Dominus Deus coſtam, quam tulerat de Adam in mulierem, & adduxit eam ad Adam. De H matrimonio verò poſt virginitatem ſecuto, Gen. 1. Dominus ait. Creſcite, & multiplicamini, & replete terrã. Quod quidem, ſm Magiſtrum hiſtoriarū, ſine coniunctione eorum fieri non potuit: & ſic Deus coniugium viri & mulieris fieri inſtituit, ſed prius ēt à deformata virginitas præceſſit. Scđa autē ratio eſt ꝑp ſocietatē: nã Deus virginitatē fecit in cęlo in ordine Angelorum: quia omnes Angeli virgines & incontaminati dici poſſunt. vnde Hierony. in ſermo. de aſſumptione ait: profectò in carne præter carnem viuere, non terrena uita eſt:

Prima ratio quare virginitas matrimonio præferatur

A eſt, ſed cœleſtis. vnde in carne angelicam gloriã acquirere eſt maioris meriti, quàm habere. Eſſe enim Angelum felicitatis eſt: eſſe verò virginem, virtus eſt. Dum hoc homo obtinere viribus nititur cum gratiam, quod habet Angelus ex natura hic ille. Matrimonium verò inter homines inſtitutum eſt, ſcilicet inter Adam & Euam, ſicut ex præcedentibus patet. Et Ambro. in lib. de viduis ait. Supergreditur virginitas conditionem humanæ naturæ, per quã homines Angelis aſſimilantur. Maior tamen eſt victoria virginum, quàm angelorum. Angeli enim ſine carne viuunt, virgines autem in
B carne triumphant. Item Cyprianus de virginitate. Virginitas inquit, eſt ſoror angelorum, victoria libidinum, regina virtutũ, poſſeſſio omnium bonorum. Tertia autem ratio eſt propter localitatem. nam nuptiæ inſtitutæ ſunt in paradiſo terreſtri & tẽporali, virginitas verò in paradiſo myſtico & ſpirituali, ſcilicet in eccleſia ſancta. immo ipſa virginitas, paradiſus meritò dici põt. proinde dicit Cyprianus in lib. de virginitate. Flos enim virginitas eccleſiaſtici germinis, decus atque ornamentum gratię ſpiritualis, illuſtrior portio gregis Chriſti. Quartò ratio eſt propter antiquitatem. Nã
C virginitas non ſolum fuit prior quàm matrimonium (ſicut prædictum eſt) ſed etiam prius eſt mulier virgo quàm mater. ideo ſi peccatum nõ fuiſſet, ſemper virginitas permanſiſſet, eo ꝙ nunquàm in membris illis corruptio extitiſſet. Nam taliter vſi fuiſſent talibus membris, ſicut manu & oculo utebantur: & abſque corruptione & tempore debito fuiſſent clauſa & aperta, ſicut & nunc oculus & manus abſque vlla læſione à nobis clauditur & aperitur. Proinde Auguſt. 14. de ciui. Dei ait, ꝙ in ſtatu innocentiæ potuiſſet vir vxorem cognoſcere, ſalua pudoris integritate. Et iterum de fide ad
D Petrum, idem ait: ſi homo non peccaſſet, mulier pareret ſine dolore, & etiam virgo permaneret.

De alijs quatuor rationibus quare virginitas coniugio præferatur. Cap. 2.

Aliæ rationes.

ADdantur aliæ quatuor rationes, quare virginitas matrimonio præferenda eſt. Primò propter ſaluationem. Matrimonium liberauit à generali diluuio, ſed virginitas liberat à peccato, propter qđ diluuium eſt factum. Nam Gen. 6. dicitur: Omnis quippe caro corruperat viam ſuam ſuper terram: matrimonium ſaluauit corpora, ſed virginitas animas. illud liberauit à morte corporali, ſed aliud à morte æternali. Sicut igiť ſalus animæ præfertur ſaluti corporis, ſic virginitas matrimonio antefertur. Proinde 22. q. 1. c. nuptiæ. Ambroſius ait: Nuptiæ terram replent, virginitas paradiſum. vnde Eſa. 5. Ad virginem honeſtam & pudicam ait: Lætare ſterilis, quę nõ paris. Secundò propter ſignificationem. Nam matrimonium ſignificat coniunctionem Chriſti & eccleſiæ, ſeu Dei & animæ. Proinde Apoſtolus dicit ad Eph. 5. Viri diligite vxores veſtras, ſicut Chriſtus dilexit eccleſiam: & ſemetipſum tradidit pro ea, vt illam ſanctificaret. & ſequitur, in fine cap. Sacramentum hoc. i. ſacrum ſignum: magnum eſt. ego autem dico in Chriſto, & in eccleſia. Sed virginitas non eſt ſignum, ſed ſignatum in ordine recto: ideo tantum pręcellit virginitas mrimoniũ, qñtũ ſignatum ſignum præcellit. Proinde 3. di. c. hoc ſcripſimus ſacrum conſilium ait: Nos antè & virginitatem cũ humilitate amittamur, & continentia cum caſtitate & religione Deo acceptiſſimam dicimus: & renunciationem ſecularium negociorum atque actuum cum humilitate approbando laudamus: & nuptiarum vinculum, quod ſecundum caſtitatem perdurat, honoramus. Et iterum Leo Papa ait: Chriſtus virginitatis eſt filius. verum ſuper omnia, quæ dici poſſunt, hanc virtutem commendabilem reddit, ꝙ ipſe Saluator humani generis de mũdiſſima virgine naſci ſibi placuit. & quod ipſe virgo in ſe permanſit, & ꝙ præ cæteris diſcipulum amauit, quem virginem de nuptijs carnis abſtraxit. Intantum enim ei virginitas placuit, ſpãli hoſpitio vterũ virginalem accepit, in quo ſibi naturæ aſſumptæ nuptias celebrauit. hæc ille. Tertiò propter benedictionem. benedicendæ enim ſunt nuptiæ ante carnalem coniunctionẽ: licet virgo contrahat cum viro, qui habuit aliam vxorem, ſecundum Tho. quid autem propter benedictionem agere habent, qui benedicendi ſunt, patet 23. diſt. c. ſponſus. Vbi dicitur, ſponſus & ſponſa cum benedicendi ſunt à ſacerdote, à parentibus ſuis, vel à paranymphis. i. ab ancillis, ſecundum glo. offerantur. Qui cum benedictionem acceperint, eadem nocte pro reuerẽtia benedictionis in virginitate permaneant. aliter tamen ponitur. 30. q. 2. aliter. Dicitur. n. ibi de biduo vel triduo. ſed quodhibet prędictorum capitulorum conſilium eſt, ſecundum

Marginal letters and notes in the right margin: E (beside "ſuper terram ... corpora"); *Quare virginitas coniugio præferenda ſit vide Ioãnem Antoniũ Delphinum in tractatu de cælibatu.* F (beside "ligite vxores"); G (beside "ctuum cum humilitate"); H (beside "pter benedictionem").

A dum glo. Talis autem benedictio ad multiplicationem filiorum valet, maximè ſi ad prædictorum conſiliorum deuote & fideliter obſeruetur: contra quoſdam carnales & beſtiales, qui velut animalia bruta, aut canes, facta diſpenſatione, & antea aliquãdo, ad carnalem copolam currunt. hoc etiam aſſentientibus parẽtibus inſenſatis, falſiſſimè opinantes taquàm à diabolo illuſi atq; deluſi dicentes, ꝙ cõſummata copula carnali ſeu cõiugali facturis & alijs incãtationibus nõ poſſunt circa carnalem copulam impediri. Ex his patet, ꝙ benedictio coniu-
B galis valet ad filiorum multiplicationem: ſed benedictio & conſecratio virginalis valet ad creſcendum in gratijs & operib. bonis. Vnde ſecundum Tho. in 4. diſt. 33. in conſecrationem virginum, ſicut & in vnctione Regum & huiuſmodi alijs benedictionib. gratia datur: niſi adſit impedimentum ex parte accipientis. non tamen ſacramenta dicuntur, quia inſtituta non ſunt ad curationem morbi peccati, ſicut ſunt ſacramenta huiuſmodi. Virgines in eccleſia benedicuntur & conſecrantur, & eis annlus datur, quia fiunt ſponſæ Chriſti, ſed in matrimonio fiunt ſponſæ hominis. proinde ait beata Agnes, Anulo ſuo ſubarrauit me.
C ideo ipſa renuit temporalem ſponſum præfecti filium, ei præferens ſponſum Chriſtum. Qua igitur audatia, qua temeritate, qua denique impietate audent quidã cæleſti cum talibus Chriſti ſponſis ſacrilegiũ perpetrare. conſiderent, quod ſcriptũ eſt,

Moritur arreptus, monacha quicunque potitur.

Quarto propter contemplationem. ordinatur enim virginitas ad animæ bonũ, ſecundum vitam contemplatiuam, quod eſt cogitare, quæ Dei ſunt: coniugium verò ordinatur ad vitam actiuam, ideſt ad humani generis contemplationem: quia vir & mulier in matrimonio cõſtituti neceſſariò habent cogitare, quæ ſunt mundi. vnde 1 Co-
D rin. 7. Apoſtolus ait: Mulier innupta & virgo cogitat quæ ſunt Dei, id eſt habet aptitudinem cogitandi de bonis ſpiritualibus & æternis: vt ſit ſancta id eſt intacta corpore & ſpiritu. i. voluntate: quæ autem nupta eſt cogitat, quæ ſunt mundi, quomodo placet viro.

De quatuor vltimis rationibus quare virginitas matrimonij præferenda eſt. Cap. 3. E

Svbdantur vltimæ quatuor rationes, quare virginitas matrimonio eſt præferẽda. *Aliæ rationes.* Primò propter aſſiduitatem. Nam Chriſtus fuit in mundi nuptijs ſemel. ſcilicet vt matrimoninm approbaret præſentia ſua, & ſuæ ſanctiſſimæ matris. vnde Ioan. 2. ſcriptum eſt. Nuptiæ factæ ſunt in Chana Galileæ, & erat mater Ieſu ibi: vocatus eſt autẽ Ieſus & diſcipuli eius ad nuptias. In nuptijs verò virginitatis eſt ſemper quaſi caſtiſſimus virginum ſponſus. vnde Apoc. c. F 14. dicitur, virgines enim ſunt, & ſequuntur agnum quocunque ierit. Sicut enim ex præcedentibus patet, principalior pars in virginitate eſt puritas & munditia mentis, quàm ipſa integritas corporis. & de hoc intelligi poteſt, quod Eccl. 2. dicitur, Concupiſcentia ſpadonis deuirginauit iuuenculam. Spado quidem dicitur, qui ad coitum ineptus eſt. vnde & ſolo corpore mundum ſignificare poteſt, qui iuuenculam. i. animã ſuam per concupiſcentiam ex malis cogitationibus prodeuntẽ corrumpit. Ideo Apoſtolus. 1. Cor. 7. ſicut dictum eſt, ait: Mulier innupta & virgo cogitat. i. cogitare debet, G quæ ſunt Dei, vt ſit ſancta corpore & ſpiritu. Nec etiã hic duo ſola ſufficere poſſunt, ſcilicet munditia carnis & ſpiritus, niſi etiã tertium adſit, ſcilicet ꝙ hic munditia non propter mundi gloriam, ſed cum vera humilitate ad Chriſti gloriam habeatur. Sicut enim virginitas eſt immunitas à pollutione hominum, ſic humilitas eſt immunitas à pollutione dæmonum. Sic enim dæmones miſcentur animabus, & eas corrũpunt per ſuperbiam: ſicut homines miſcentur corporibus, & eadem corrumpnnt per luxuriam. Qui igitur ueri & humiles uirgines eſſe uolunt: cum eis commoratur Chriſtus, quia ipſum ſequuntur, ſicut Ioan. ſubdit, Hi ſequuntur agnum quocũque ierit. i. H Sicut agnus Chriſtus mundus præceſſit nõ ſolum à contagione humana per mẽtis & corporis uirginitatem, ſed etiam à contagione diabolica per maximam humilitatẽ. Sic qui hanc gratiam à Deo meritis Chriſti conſecuti ſunt, conſequuntur Chriſtum in ſpiritus humilitate, & animæ & corporis integritate & uirginitate. Secundò propter raritatem. Nam omne rarum, e rum: & omne carum, pretioſum. Pauciores enim ſunt

lapides

A lapides pretioſi, quàm non pretioſi: & arbores domeſticæ, quàm ſilueſtres. pauci virginitatem appetunt vel conſeruant, ſicut Matth. 10. dicitur: Multi ſunt uocati, ſcilicet ad uirginitatem: ſed pauci ſunt electi. nec immeritò quidem, cum uirginitas ſit in conſilio perfectionis: matrimonium uerò ſit in modo permiſſionis. unde 32. q. 1. c. integritas. Ambroſius ait: Integritas corporis à nobis expectanda eſt, quam ego pro conſilio ſuadeo, non pro imperio præcipio. Ambr. Proinde Gregorius ſuper illud Gen. 19. cum Angelus in Sodoma Loth loquitur dicens, In monte ſaluum te fac. meritò ait:

B Virginitas altus mons eſt, ad quem Angelus hortatur. ſed quem uidet ſe non poſſe aſcendere, maneat in Segor. i. in legitimo matrimonio: quia melius eſt uti mediocri bono, quàm per arrupta libidinum præcipitari. Eſt tamen aduertendum, ꝙ licèt matrimonium eſt in terra communius, uirginitas tamen communior eſt in gloria ſempiterna. unde Matth. 22. Dominus ait: cum enim à mortuis reſurrexerint, nec nubent, nec nubentur. ſecundum Bern. Nubere proprie mulieres dicuntur, & uiri ducere. ſed nos ſimpliciter intelligamus, quia nec nubent uiri, nec nubentur mulieres. Et ſequi-

C tur. Sed ſunt ſicut Angeli in cœlis. Ratio prædictorum eſt, quia connubia propter filios & filias fiunt: filij autem propter ſucceſſionem, ſucceſſio propter mortem. ubi igitur non erit mors, neque connubia ſubſequentur, & ſic tanquàm Angeli homines uirgines erunt in ſempiternum. Tertiò propter durabilitatem. Nam nuptiæ in fine ſeculi deſtruentur, uirginitas autem in æternum perſeuerabit, ſicut ex pręcedenti ratione luculenter apparet. ſed quod permanentius eſt, melius utique eſt. Quartò propter fructuoſitatem. ſuperat enim uirginitatis fructus non tantum ſuper fructum matri-

D monij, ſed etiam ſuper fructum uiduitatis. ideo Matth. 13. Dominus ait, alia ſcilicet ſemina, ceciderunt in terram bonam, & dabant fructum, aliud centeſimum, aliud ſexageſimum & triceſimum. In quibus quidem uerbis diſtinguit triplicem fructum in meritorum gradum. Primus eſt ſtatus coniugalis, per quem uitatur illicitus cõcubitus, licito tamen retento in actu matrimoniali. Secundus eſt caſtitas uidualis, per quem de cętero omnis concubitus euitatur, ut animus liberius Deo ſeruire poſſet, licèt poſſet ſe matrimonio copulare. Tertius gradus eſt caſtitas uirginalis, quę iſtis duobus

Triplex fructus in merito rum gradum.

prædictis ſuperior eſt, per quam omnis cõcubitus ſimpliciter euitatur, ut ſcilicet ipſa mens ſoli Deo ſuo legitimo ſponſo per amorem ſpiritualiter copuletur, dicẽte Apoſtolo. 1. Cor. 7. Virgo cogitat quę Dei ſunt, ut ſit ſancta & corpore & ſpiritu. Hęc nota, ſecundum Nicol. de Lyra. Triceſimus numerus pertinet ad coniugatos, quia tria bona ſeruauerunt matrimonij fructus, quę ſunt fides, proles & ſacramentum. & hoc propter ternarium. i. propter remunerationem futuram; uel tricenarius conſurgit ex denario ducto per trinarium, & ſignat Decalogi obſeruantiam, cum Trinitatis fide. quod quidem obſeruant in coniugio copulati. Sexagenarius numerus conſurgit ex ductu denarij per ſenarium, & econuerſo, & ſignat obſeruantiam Decalogi cum ſex operibus pietatis, de quibus. 1. Timo. 5. ſcriptum eſt, uidua eligatur. & ſequitur, in operibus bonis teſtimonium habens, ſi filios educauit, ſi pauperes recepit, ſi ſanctorum pedes lauit, ſi tribulationem mentib. ſubminiſtrauit, ſi omne opus bonum conſecuta eſt: hęc ſex ſunt, quę pertinent ad ſtatum uiduitatis. Centenarius uerò ſurgit ex ductu denarij in ſeipſum, & ſignat perfectam deductionem legis euangelij, & econtra, per eorum plenam obſeruationem: quod uirgines ipſę ſeruant. & de alio fructu dr̃ Eccl. 24. Flores mei, fructus honoris & honeſtatis. Hęc dicit de ſeipſa uirginitas beata. unde Hierony. contra Iouinianum. & nuptias recipimus. ſed uirginitatem, quę de nuptijs naſcitur prefetimus, ſicut ramo prę ferũtur poma & fructus. Verè igitur, ut dicitur Sapientię 3. Felix ſterilis, & non coinquinata, & quę neſciuit thorum in delicto, habebit fructum in reſpectione animarum ſanctarum. ſ. fructum centeſimum.

B *Numerus triceſimus tribui ſui virginitati.* F G

ARTICVLVS SECVNDVS. H

De duodecim domicellis virginis matris Dei, cum quibus, Angelo nunciante ſociata erat.

SEcundus eſt ſtatus gratię conformantis, de quo dicit Propheta, poſt eam. i. exemplo Virginis, quę gratiam uirginitatis cum duodecim uirtutibus adornauit. quę dici poſſunt duodecim eius angeli cę domicellę, quocunque iret uel ſtaret, ſemper cum illa morantes & illam aſſociantes. Primò autẽ primę quatuor domicellę ponan-

Secundus ſtatus uirginitatis.

A ponantur. Prima dicitur domina clauſura, ſecunda domina audientia, tertia domina verecunda, quarta domina prudentia. Secũdo addantur aliæ quatuor. Prima dr̃ domina timoroſa, ſecunda domina honeſta, tertia dña diligentia, quarta dña prudentia. Tertiò addantur reliquę quatuor. Prima dr̃ dña obedientia, ſecunda dña ancilla, tertia dña deſiderioſa, quarta dña credentia. Hæ omnes dñæ tanguntur in euãgelio, Luc. 1. de Annunciatione Virginis: cum quib. omnibus prædictis dominabus Angelus reperit Virginem Mariam ſociatam.

B *De clauſura, quam exemplo B. Mariæ Virgines ſeruare debent. Cap. 1.*

Prima domicella virgo.

PRima domicella dicebatur dña clauſura. Hæc autem erat portinaria B. Virginis: nullumq; in domum eius ſine illius licentia admittebat. vnde cũ miſſus eſſet Angelus Gabriel in ciuitatem Galileæ, cui nomen Nazareth, ad Virginem deſponſatam viro, cui nomen erat Ioſeph de domo Dauid, & nomen Virginis Maria, ſicut Lucas ait: ad domumq; Virginis cum perueniſſet, ad oſtium illius pulſauit dicẽs illud Can. 5. Aperi mihi ſoror mea, ſm naturam: ſponſa. s. æterni patris. C ſtatim dña clauſura aſpiciẽs p feneſtras, proſpiciens per cancellos Angelum Dei domeſtica Angelorum, ſubitoque Virgini nunciauit dicens, Angelus dñi oſtium pulſat ex parte Dei, poſtulans à te ingreſſum: ſtatimq; dña ait: Aperi illi dilecta mea, quia vocẽ Archangeli Gabrielis agnoui. properat domicella, ianuasq; domus pãdit: & tunc ſicut Lucas ait, Ingreſſus Angelus ad eam inuenit illam non vagam, non diſcurrentem per plateam, & per vicos circuientem per alienas ædes: ſed in domo cõſiſtentem clauſam & quietam. In hoc virgines, & mulieres, & potiſſimè ſpũales: Spiri D tuſſanctus edocens non circumcurſare per alienas domos, non hincinde ad ſpectacula mundi circumuagari, ſed in ſecretis thalamis, atq; monaſterijs immorari ad conſeruandã virginitatẽ neceſſe eſt. ideo dr̃ Eccl. 22. Vbi manus multę ſunt claudæ, quia vtique theſaurũ ſanctę virginitatis amittere quęrit, qui illũ in publico frequenter gerit. Sicut utiq; Gen. 23. de Dina exẽplũ patet, quæ egreſſa ut uideret mulieres (non dicit viros) regionis illius: rapta eſt à Sychem filio Emor, & dormiuit cum ea vi opprimens virginem. ideo ad talem virginẽ vagã dr̃ Hiere. 31. Reuertere ad ciuitates tuas B iſtas: quæ videlicet ſunt cõſcientia propria ſecreta camera, ſecreta cella, atq; ſuperna Ieruſalem, quę ędificatur vt ciuitas. Et ſubditur ibidem, Vſquequo diſſolueris filia vaga. vnde 12. q. 1. c. ait ſacrum Cõcilium Toletanum. Omnis ætas ab adoleſcẽtia in malum prona. Nihil enim incertius quàm via adoleſcentum ob hoc conſiſtere oportet, quia igitur ætas illa ex natura auida atque inexperta eſt ad quæcunque obiecta patulos & ſitibundos præparat ſenſus: atque fit quaſi piſcina quinque porticus habens, vt dr̃ Ioan. 5. In qua iacet multitudo magna F languentium. ſcilicet fragilium deſideriorum & motuum carnalium cæcorum, quæ ſunt abſque lumine rationis. claudorum, quia in talibus regnat motus ſine regula iuſtitiæ inordinati, aridorumque diuinæ ſanitatis pinguedine carent. Ideo ad quæcunq; mala facilè inclinatur.

Nihil incertius via adoleſcentia.

Quod virgines exemplo Virginis matris diuinis, & non vanis debent eſſe attente. Cap. 2.

Secunda domicella.

SEcunda domicella dicitur domina audientia, quæ omnem ambaſiatam Virgini auſcultab t attentè. Et de hac ſubdit G Lucas dicens, Quod Angelus Virgini ait: Aue gratia plena, benedicta tu in mulieribus. quæ cũ audiſſet. Ecce domina audientia pñs eſt. quia attentiſſimè audiuit Virgo beata nunciũ ſummi Dei, põderans quodlibet verbum tantæ ſalutationis alias inauditæ. In hoc omnibus mulieribus & maximè virginibus relinquens exemplum, ꝙ non de mundanis atque obſcenis debent audire ſermones, cum 1. Corin. 5. dicat Apoſtolos, Corrumpunt bonos mores colloquia praua: ſed de munditia & puritate virtutum, & gratijs diuinorum donorum, atque de Dei præſentia in omnibus operibus ſuis. Eſt enim iuuenilis ætas virtutum H & gratiarum ignara, & niſi adoleſcentibus ſit præſens domina audientia, hoc eſt niſi audiant doctrinam atque ſalutis verbum: per abrupta vitiorum citius dilabuntur, ideo Dominum ſuppliciter exorare debẽt, atque angelicum inſtructorem, cum Pſalmus dicentes, Da mihi intellectum & ſcrutabor legem tuam & cuſtodiam illam in toto corde meo: quia vt idem alibi ait, Declaratio ſermonum tuorũ illuminat & intellectum dat paruulis. vnde ſi quis poſtulaue-

A ſtulauerit in fide nihil hæſitans, à domino merebitur effectualiter audire. Intellectũ tibi dabo & inſtruam te. ſcilicet per Docto rem, vel per inſpirationem, aut per lectionem. in via hac, qua gradieris firmabo ſuper te oculos meos id eſt gratiam meam in te ſolidabo. ideo dicat in te domina audiẽ tia. Audiam quid loquatur in me Dominus Deus, quia vtique loquetur pacem in plebẽ ſanctarum tuarum affectionum. In hoc nẽpe culpabiles ſũt inſipidæ matres, quę clau ſas in domibus retinent filias: nec prædica tiones, nec miſſas, nec etiam lectiones, uel B aliquid boni curant illas diſcere, vel docere vel audire, ſed tantum cantilenas carnales, & vanas choreas ducere, & ſe ornare, atque fucare ſe toto conatu diſcere illas procurant. ex quo fit ſæpius, vt illas nuptui tradãt omnino diuinorum ignaras, & tan quàm beſtiales & carnales, & omni vanita te & luxuria plenas. O infelices viri, quib. tales indoctæ puellulæ cõiugio traditæ sũt: o infeliciores filij tali matre indocta nutriti: o inquàm infeliciſſimæ ſocrus, quarum ædes ingreſſæ fuerunt tales nurus, cũ quibus pacem nunquàm, neque requiem habituræ ſunt.

C

De verecundia, quam virgines in B. Virgine imitari debent, & de virorum conſortio fugiendo. Cap. 3.

Tertia do micella verecun dia quæ non eſt paſſio ani mi ut dicit Auct vois, ſed eſt pars timoris, quæ eſt do num Spi ritus ſancti.

TErtia domicella dicitur domina vere cundia. Hæc edocebat Virginem tenere oculos depreſſos atque modeſtos. nullumque reſpicere mulieres: erubeſcere non tãtum in præſentia cuiuſlibet viri, ſed etiam ad vocem cuiuſlibet uenuſto rubore perfundi. ideo euangelium de Virgine ſubdit, ꝙ turbata eſt in ſermone eius. Quid nẽpe hæc turbatio, niſi mentis & cor poris ſubita immutatio quædam? alterata D eſt enim mens eius excelſitudine inauditæ laudis: cordis in facie verecundiam rubore demonſtrauit ex auditu virilis vocis: putas ne, ꝙ incautè ſe committat colloquijs hominum, quæ turbatur & erubuit in ſermonibus Angelorum. In hoc enim edocuit B. Virgo Virgines ac iuuenes mulieres hãc ſanctam verecundiam imitari, conuerſatio nem virorum effugere, ſuſpectumque habe re omnem virilem ſexum. Inſolitum enim verecundiam gignit. Hinc etenim eſt, quan do iuuenculæ non ſunt conſuetæ cum hominibus conuerſari, verecundiores ſiunt: ac econtra, quando cum hominibus multũ E conuerſantur, familiariores & domeſticæ fiunt. Nam animalia domeſtica permittunt ſe tangi, atque palpari. Silueſtria verò expaueſcunt hominem aſpectum & vocem. O pudicæ virgines, fugite viros, fugite veſtrorum fratrum conſortia, fugite conſanguineos & cognatos, fugite cõfratres etiã vterinos, quia omnium prædictorũ incauta conuerſatio, ignominioſam ruinam attu lit multis. Nonne 3. Reg. 14 legitur de Thamar, ꝙ ingreſſa ea thalamũ fratris ſui amodo ab eodem fuit violata? quid quæſo, ſi ingreſſa fuerit thalamum alienũ? Caueto igi F tur omnem virilem ſexum, etiam quodam modo paternum conſortium: quia, vt dicitur Eccleſiaſt. 18. Homo ſapiens in omnibus metuit.

Quantum taciturnitas & in ſermone exa minatas deceat eſſe virgines, exemplo B. Virginis palam eis demonſtratur. Cap. 4.

QVarta domicella dicitur eſſe domi G na prudentia. Hæc erat conſiliaria Virginis glorioſæ, omniaque cũ hac domicella tractabat: hanc conſulebat, hanc nuſquàm à ſe ſeparabat: nullumque cogita tum verbum vel actum abſque eius cõſilio attẽtabat. Ideo ab omni culpa cordis, oris, & operis immunis fuerit. vnde Euangeliſta de ipſa domina noſtra ſubdit dicens, ꝙ cogitabat qualis eſſet iſta ſalutatio. vnde nanque cogitatio hæc examinans & conſiderans, qualis eſſet ſalutatio iſta? niſi ex ſua dentis prudentia? quæ non ſubitò fidem de dit: ſciens, quòd Eccl. 19. ſcriptum eſt, qui ci to credit, leuis eſt corde. Nec inſuper Ange lum Dei abiecit: ſed mittẽte, & annunciantem, atque operis magnitudinem ante reſponſum prudenter examinauit. In hoc in H ſtruens omnes, & maximè iuuenes mulieres, uerba ſua examinare, linguam cuſtodire, & omnino loquacitatem horrere. vnde cum propheta dicere debet: Dixi, cuſtodiã vias meas, vt nõ delinquam in lingua mea. Hoc enim & recta ratio dicta, & debita iuſtitia expoſtulat, & flagitat ſermo examina tus. nam vbi eſt maius periculum ex defectu: ibi cautius eſt agendum: non enim cõmuniter viget in muliere ratio, ſicut in viro. Ideo cum lingua ſit inſtrumentum rationis humanæ: vbi minor eſt ratio, ibi incautiora ſunt verba. Hinc eſt, quòd de facili

Quarta domicella.

ptorum-

A prorumpunt mulieres in verba fatua & in-
cõſiderata. Inde loquacitas & multiloquiũ
ortum habent. ex his generatur concupiſcẽ
tia litigandi, & quia ratio abeſt, ideo deficit
refrȩnatio rationis. vnde contentioſæ, gar-
ruloſæ, & tumultuoſȩ in domo & in conui
uentibus importabiles & in feſto vtriſque
proprijs : ſi nuptȩ fuerint, licèt ſint forma
decora, plurimũq; ex multiloquio odioſȩ.
Huius autem ratio eſt, quia ſecundum Phi-
loſophũm, Rethoricorum. 2. Corpòris con
cupiſcentia eſt rei, quȩ abeſt. ideo quando
aliquid poſſibile eſt ad habendum, magis
B videtur arduum, magiſque inacceſſibilè, &
amplius eius concupiſcentia augetur. Sic
igitur mulier ſi fuerit loquax, nimis fami-
liaris redditur viro ſuo. ideo quadam faſti-
diente vilipenſione contemnitur: at econ-
tra, ſi fuerit tacitùrna, màgis inacceſſibilis
æſtimabitur, ac per hoc precioſiori dilectio
ne amatur. & quia naturale vtique eſt, ꝙ
omne quod diligitur, videtur pulchrum.
ideo etiam ſi non ſit vxor magna formoſi-
tate decora, amabilis redditur viro ſuo, ſi
fuerit taciturna & prudens.

C *De ſancto timore, qui exemplo virginis in puellis vigere debet ne ex ſecuritate periclitentur. Cap. 5.*

Alia domicella timoroſa.

ADdantur aliȩ quatuor domicellȩ,
quarum prima dicitur domina timo
roſa. hȩc domina continuè inſtrue-
bat in omnibus timere Deum, ſicut Prouer
bio. 28. dicitur : Beatus homo, qui ſemper
eſt pauidus. Et iterum Pſalm. ait. Quod ma-
gna multitudo dulcedinis tuȩ dominȩ: quã
abſcondiſti timentibus te, & de hac ſubdit
Euangeliſta, ꝙ ait Angelus Dei Virgini glò
rioſȩ, Ne timeas Maria. Timebat nanque
D B. Virgo non timore ſeruili, ſed timore re-
uerentiali: ex conſideratione ſuæ nihileita-
tis & diuinæ immenſitatis. Timebat enim
illo timore, de quo Propheta ait. Timor
Domini ſanctus permanens in ſȩculum ſȩ-
culi. dum tamen timebat ex ſe, confortaba-
tur ex Deo, dicente ſibi Angelo ad cor il-
lius in Domino erigendũ, Ne timeas. quaſi
dicat, & ſi habeas ex te timorem, debes ta-
men in Domino ſpem habere, ſicut dicitur
Eſa. 4. Qui ſperabunt in Domino, mutabũt
fortitudinem. In hoc autem timore docuit
B. Virgo puellas noſtras, & quaſlibet alias
mulieres de ſua fragilitate timere. occaſio-
nes carnalitatum & omnium aliorum pec-
catorum effugere, temerariamque audaciã E
omnino horrere, ſcien. quod Eccl. 22. dici-
tur, filia prudens hæreditas viro ſuo ſequi-
tur, patrem & virum confundit audax. Sũt
nanque pluræque, quȩ quadam temeraria
ſpe non in Domino, ſed de ſe confidentes,
prȩſumunt de conſtantia ſua, atque volun-
tatis ſinceritate: quas ſȩpius ut ſeipſas agno
ſcant in ignominioſam ruinam Dominus
iuſto ſuo iudicio derelinquit: quas Apoſto-
lus. 1. Cor. 10. admonet dicens : Qui ſe exi-
ſtimat ſtare, videat ne cadat. Siqua autẽ ve-
rè ſperat in Domino, nec dederit ruinȩ ſuȩ
occaſionem: etiam inſtigàte diabolo, & ali
quo homine maligno procurante: repperit F
ſe in diſcrimine ſuȩ ſanctȩ pudicitiȩ amit-
tendo tunc, ſicut Suſanna Dan. 13. Totum
cor ſuum erigat, & oculos leuet ad cõſum-
matum auxilium Saluatoris, potius ſuſti-
nens omnem opprobrioſam confuſionem
in conſpectu mundi, quã delinquere in con
ſpectu Dei, cum ipſa ſancta Suſanna & pu-
dica dicat: Melius eſt mihi abſque opere in-
cidere in manus veſtras, quàm peccare in
conſpectu Dei. Mittetque illi Dominus au-
xilium de ſancto, ſicut ſcriptum eſt Eccl. 2.
Reſpicite filij nationes hominum, & ſcito-
te quia nullus ſperauit in Domino, & con-
fuſus eſt : permanſit in mandatis eius, & G
derelictus eſt.

Quanta honeſtate fulgere debent virgines exemplo B. Virginis clareſcere poteſt. Cap. 6.

Secunda honeſtas.

SEcunda domicella dicitur domina ho-
neſtas hȩc domicella docebàt Virginẽ
regulam honeſtatis, corporis ornamen
ta contemnere, gemmis virtutum & gratia
rum decorare, nullo habitu ſiue geſtu, nec
aliquo actu concupiſcentiæ alijs prȩſtare :
immo ſanctiſſimæ honeſtatis exemplo cũ-
ctis eam cernentibus motus concupiſcẽtiæ H
refrȩnare, ſicut Eccl. 26. principaliter de ip
ſa Virgine dictum eſt. Gràtia ſuper gratiã,
mulier ſancta & pudorata. gratia quidẽ fuit
in illa ſanctiſſimȩ pudicitiȩ honeſtate, nul-
lum in ſe concupiſcentiæ motum ſentire:
ſed gratia ſuper gratiam fuit in ipſam uidẽ
tibus concupiſcentiȩ motus ſedare, ſecun-
dũ Alexan. de Halis. ideo Angelus ibi ſub-
dit dicens, Inueniſti enim gratiã apud Do-
minum: non tantum apud coelum & mun-
dum. In hoc autem B. Virgo inſtruit mulie
res iuuenes exemplo ſuo ſumma cum dili-
gentia

A gentia honeſtate ſeruare, cum cuſtos virginum ſit honeſtas. hæc enim pudicitiam ſeruat, corpus, & animam omni venuſtate decorat, famam multiplicat, & gratiam corã Deo & hominibus augmentat, ſicut de pudiciſſima atque honeſtiſſima Heſter 2. ſcriptum eſt, ꝙ cum in reginam eligẽda eſſet, ſpræto vaſtuoſo ornatu, quem ſolerti cultu exquiſierant aliæ mulieres, vt placeret Aſſueto Regi: ducta eſt ad cubiculum Regis, & adamauit eã rex pluſquã omnes mulieres: habuit gratiam & miſericordiam cum eo ſuper omnes mulieres: poſuitque diadema regni in capite eius: erat enim formoſa valde & incredibili pulchritudine, omnium oculis gratioſa, & amabilis videbatur,
B ſcilicet ex honeſtatis ornatu. Eſt enim honeſtas perpetuus honor, quaſi honoris ſtatus. Eſt enim honeſtas, ſecundum Iſidorũ, quę nihil turpitudinis habet. vnde Cor. 19. Apoſtolus ait, Omnia honeſtè & ſecundũ ordinem fiant in vobis. quod verbum virgines maximè ſeruare debent.

De circunſpecta diligentia, quam in omnibus dictis, uel factis exemplo B. Mariæ Virginis adoleſcentulæ ſeruare debent. Cap. 7.

C

Tertia eſt diligẽtia.

TErtia domicella dicitur domina diligentia hæc enim domina gerebat diligentem curam totius domus conſcientiæ virginalis, quomodo placeret Deo innocens eſſet mundo, & animo immunis ſeruaretur ab omni peccato. hæc ſollicita erat cum omni diligentia totius corporis, & ſpiritualis neceſſitatis virginis & familiæ ſuæ, nihilque ſinebat tranſire inordinatum in tota illa cęleſti domo. vnde cũ Angelus exprimeret gratiam, quam B. Virgo
D inuenerat apud Deum dicens, ecce concipies in vtero tuo, & paries filium, & vocabis nomen eius Ieſũ: hic erit magnus apud Deum, & filius altiſſimi uocabitur: & dabit illi Dominus ſedem Dauid patris ſui, & regnabit in domo Iacob in æternum, & regni eius non erit finis. Tunc domina diligẽtia ſuggerente, & illa inſtruente, dixit Maria ad Angelum, Quomodo fiet iſtud? ecce quomodo diligenter interrogat de fiendi modo, quaſi dicat, ſcio quidem Deum habere multos modos, quibus hoc adimpleri poteſt. Quis igitur erit iſte modus? & in hoc B. Virgo inſtruit mulieres noſtras, ſuũ proprium ſpiritum atque corpus cum omni diligentia cuſtodire: idemq; in proprio E viro atque in tota ſua familia obſeruare. hæc diligentia facit mulierem de ſimplici diligentem ſapientem, & de inerti utilem, & de odibili gratam, & de viro eius ignobili glorioſum, ſicut Prouer. 12. dicitur, Mulier diligens corona eſt viro ſuo.

De pudicitia virginali qua puellæ exemplo beatæ Virginis fulgere debent. Cap. 8.

Quarta dicitur pudicitia.

QVarta domicella dicitur domina pudicitia. hęc enim tota ſolertia ſatagebat B. Mariam cum virginitate haberem pudorem. hæc conſuluit Angelo re F ſpondere illud verbum, quoniam virũ non cognoſco. quaſi Angelo dicat, intãtum diligo pudicitiam virginalem, tantumq; ob hoc abhorreo copulam maritalem, cũ Deo inſpirante & edocente virginitatis emiſerim votum quod etiam concipere ſi Deũ, omnino nolo cognoſcere virũ carnaliter. vide quæſo, quanto zelo pudicitiam ſeruat in anima virginalem: quando non ſolũ oderit corpus & ſpiritus corruptelam, ſed etiã omnem actum vitioſum: quocunque etiã fieret ſine offenſa Dei, ſicut cõiugalis actus vtique fieri poteſt, & maximè ſi ad diuinã G gloriam proles fuerit ordinatus. & tamen etiam hunc, quantũ ex ſe erat abſolute Virgo ſic odio habuit, vt ex hoc dixerit hoc verbum prædictum. Vnde meritò penſandum eſt, ꝙ hæc fuerat præcipua cauſa, quare modus concipiendi filium iã à Deo pręfixus non fuerat ſibi diuinitus reuelatus, vt verbo aperto Virgo hanc pudicitiam præmonſtraret perfectã. & in hoc edocet beata Virgo virgines & alias quaſcunque mulieres, non tantum fama & nomine, ſed etiã H mente & corpore, quærere pudicitiam virginalem, ſicut dicit Apoſt. 1. Cor. 7. Mulier innupta & virgo cogitat, quæ ſunt Dei: vt ſancta ſit corpore & ſpiritui. vt ſanctam, pudicitiam in vtroque homine ſeruet: non ſicut illæ virgines fatuæ, de quibus ait Dominus Matth. 25. Quæ nõ cogitarunt qũo per veram pudicitiam placerent Deo: ſed quomodo per ſolum nomen virginitatis placerent mundo, dum de ſua virginitate gloriã foris expetunt, in vaſis ſuis oleum veræ pudicitiæ habere noluerunt. ideo ad æternarum nuptiarum pro ingreſſu oſtium propulſantes dignè audire merentur, neſcio vos.

Pudicitia quæ eſt animi virtus, qua quis uerecundatur do actib. et dicitur a pudore. D. Tho. 2. 2. q. 43. & accepit a beato Augu. lib 14. de Ciui. Dei.

De

A *De admiranda obedientia B. Virginis, quam virgines imitari debent.* *Cap. 9.*

Alia domicella prima eſt obedientia.

ADdantur reliquę quatuor domicellæ, quarũ prima dicitur domina obedientia: ſicut enim ex inobedientia primæ noſtræ parẽtis ſumus cõdemnati: ita per obediẽtiã Mariæ Virginis ſumus à morte peremptoria liberati. ideo hæc obediẽtia ab Eua reiecta, à Maria gratãter recepta continuè Virgini ſuadebat optare ſalutem mundi. ideo diuinæ voluntati ſubdi, & omnino ſub diuino imperio eius voluntatem annihilari: vnde audita Dñi voluntate de conceptu filij ſui, volenter atq;
B lætanter, etiam velociter Angelo ait, Ecce: quaſi dicat, ecce volenti corde, lætãti facie, atque veloci opere adimpleo, quicquid diuinæ fuerit beneplacitum voluntati. Et in hoc B. Virgo Maria docet eſſe obedientes. Primò volenter. i. volenti corde. Debet. n. maiori iuſta præcipienti rñdere, quod Apoſtolus ait: Dñe, quid me vis facere? quia, vt dr̃ Eccl. 4. Melior eſt obedientia quàm ſtultorum victimæ: quia hæc mactatur volũtas propria, ibi verò caro aliena. Secundo debẽt obedire lętant̃. i. lęta facie. Vnde Berñ.

Bernar.

C Hilaritas in vultu, dulcedo in ſermone: multu decorant obedientiã ſubſequentis. nubiloſa verò corporis cõpoſitio, & facies tenebris obſcurata: deuotionem ab anima receſſiſſe ſignat. Tertiò debent obedire prõptè, hoc eſt prõpto opere, ſicut Pſalm. ait, In auditu auris obediuit mihi. Et alibi: Viam mandatorum tuorum cucurri: cum dilataſti cor meum.

De ſeruili humilitate Virginis benedictæ, quam ueræ virgines imitari debent. *Cap. 10.*

D

Secunda dicitur ancilla.

SEcunda domicella dicitur ancilla. hęc erat coquinaria glorioſæ Virginis Mariæ attenet ſamiliæ ſuæ. ipſa parapſides abluebat, domum ſcopebat, elynam pauperibus miniſtrabat, totiusq; domus humilitatis officia peragebat. hæc, cũ Virgo legeret illud Iſa. 7. Ecce Virgo concipiet & pariet filium, &c. intelligens ex declaratione Virginis, ꝙ talis Virgo de qua loquebatur propheta, erat futura filij Dei mater, anxio deſiderio poſtulabat tali ſanctiſſimæ Virgini obſequi & ſamulari: illam alloqui & cõtemplari, vel ſaltẽ illi in aliquo humillimo officio miniſtrare. Et dũ in huiuſmodi deſiderijs ſancta Virgo flammeſceret, Angelo E nuncianie: ſe illam eſſe Virginem, de qua per Iſa. Spiritusſanctus prophetauit, audita Dñi voluntate, humiliter ſe obtẽperare parans, cum fieret mater Dei, atq; regina cœli & mundi: non gloriæ altitudinis, ſed infimæ humilitatis aſſumpſit nomen, dicens, Ecce ancilla Dñi. q. d. Nequaquàm mereor dici Dei ſponſa & mater: ſed in omni abiectione ancilla. Videte, quęſo, o ſtultę & indomitæ virgines humilitatem Mariæ, quanta abiectione ſe deijcit, cũ ad altiſſima ſubleuatur. Ipſa ſe vilificat, vt Deus illam exaltet. Dumq; amplius à Domino exaltatur, magis in ſpiritu humiliatur, ampliusque de illa Dñs innamorat̃. vnde Berñ. Sine humilitate audeo dicere Mariæ virginitas Deo F non placuiſſet. & in hoc diſcant virgines Deo gratæ in omni abiectione & humilitate imitari beatam Mariam: non ſe extollere de virginitatis munere, ſicut fecit quædam ſuperba virgo, quę de ſua virginitate tanto tumore elata fuit, ꝙ diceret ſe nolle eſſe Magdalenam in cœlo: propter quam ſuperbiam à Dño derelicta poſt quendam virum egreſſa meretrix ſacta eſt in proſtibuli cęno. Sed vt habeant virginitatem, valeant conſeruare ſemper ſe, debẽt in aliquo bono opere, & maximè in humilitatis obſequijs exercere. & licèt hic ſtatus altitudi G ne fulgeat, & nobilitate generis ſint dicatæ: non tamen nobilitate Virginis cõparantur, quę in omni ſamulatu humili domum ſuam regebat. Romani quoque Imperatores filias proprias lanam & linum, & conſimilia humilitatis opera exercere iubebãt. Neſcit enim ocia męns humana, ſi circa honeſta & licita occupatur, conſeruantur virtutes & gratię, & continuè ſuſcipiunt incrementum. Si autem honeſtũ opus neſcit, per abrupta vitiorũ vagatur, ſicut Eccl. 23. ſcriptum eſt, Multam malitiã docuit ocioſitas. opere quidem honeſto illicita ſolici- H tudo vitatur, obliuiſcitur, & neſcit poſtea mulier indecenter hominem aſpectui apparere, neſcit à peccatoribus moleſtari. Naturale equidem eſt hominem in ſuis operib. delectari. ideo dum in licitis occupatę ad honeſta afficiuntur, inhoneſta vitantur: & ſic immaculata vita atque virginitas conſeruantur. inde non tantum honeſtę, ſed in quocũq; ſtatu utiles fiunt, & amabiles mundo, innoxię ſibi, & Deo in omni decore virtutum gratę.

Bernar.

A *De admirando deſiderio B. Virginis, quod adoleſcentulæ ſequi debent. Cap. 11.*

Tertia dicitur deſideroſa.

TErtia domicella domina deſideroſa vocatur. hæc Virginem ad Deum ſuſpirare docebat, & continuè dicere cum Pſalm. Quemadmodum deſiderat ceruus ad fontes aquarū, ita deſiderat anima mea ad te Deus meus. Et alibi, Domine ante omne deſiderium & quia per Angelum ſentit ſe in Dei matrem & ſponſam fuiſſe electam: ideo in gloriam ſummi Dei, & in ſalutem omnium ſaluandorum, quam ſemper anxio deſiderio affectabat, verbum affe
B ctantis deſiderij plenū Angelo ſubdit, fiat mihi. Vide autem quantæ poteſtatis Virginis deſideriū fuerat apud Deū: Quia quicquid pro plurima fiat, à Domino factū eſt, ipſo dicente, Gen. 1. Fiat. nunc in B. Virginis dicētis vnico verbo fiat, redditur reformatum: vt non tantum potuerit Eua in pomi cōcupiſcentia deformare, quantū B. Virgo in diuinæ obediētiæ deſiderio reformare. Fiat inquàm mihi in corde per fidem, in ore per confeſſionem, in ventre per incarnationem, in manu per contractionem, in brachijs per ablactationem. In his autē omnib. diſcere habent virgines innocentes, &
C totus fœmineus ſexus ardēti deſiderio affectare ſibi innocentiam, proximo beneficentiam, & Deo ſeruitutem feruidam & deuotam, ſicut Prouer. xi. dicitur, Deſideriū iuſti omne bonum. Omne autem diſtribuit hic omnia inter illa tria, teſte Mich. 6. Indicabo tibi, o homo, quid ſit bonum, & quid Dominus quærat à te. vtiq; facere iudiciū. ecce primum. Iudicium nempe hominis in confeſſione & contritione ſe iudicantis à peccato conſcientiam purgatur, ſicut Prouer. 20. dicitur. Rex. i. rationalis intellectus, qui ſedet in ſolio iudicij: intuitu ſuo diſſipat omne malū, & diligere miſericordiā,
D ſcilicet ad proximum. Ecce ſecundum. Et ſolicitè cum Deo tuo ambulare. Ecce tertium. Hæc tria omnia in anima efficit deſiderium ſanctum.

De prudentiſſima ac perfectiſſima B. Virginis fide, quam habuit in conceptu filij Dei, quam debent virgines ſequi. Cap. 12.

Quarta dicitur credētia.

QVarta domicella domina credentia: dr. Hæc virginem continuè inſtigabat inſiſtere ſapientiæ fidei conti-
nuè mentem leuare à ſenſibilibus ad inſen E
ſibilia, de ſpiritualibus meditari, vera à falſis diſcernere, delectari in Deo, & quieſcere in complacentia eius. & ſic tota mens eius ſuper admirabile lumine fidei ſuper veſtiri haberet, atque illuminari: quæ cuncta cum perfeciſſet & vniuerſalia fundamenta fidei noſtræ nunciante Angelo perfectiſſimè credidiſſet Angelo, in fine concluſit, dicens, ſecundum verbum tuum. Tunc verò in illa charitas fuit conſumata, de qua Apoſtolus. 1. Cor. 13. proprijſſimè, dicit, Charitas omnia credit. Tunc enim perfectè Deo conſenſit, tunc vt dignè mater filij Dei fie-
ret, Domino ardēti voluntate complacuit, F
atque per excelſum diuini amoris, & ſui virtute fidei filium generauit, ac genuit. Ideo non immeritò Luc. 1. Illa ſancta ſterilis grauidata, ſcilicet Elyſabeth, de actu fidei illam commendans ſibi ait: beata, quæ credidiſti, quoniam perficientur in te, quæ dicta ſunt tibi à Domino. Et in hoc mulieres, & maximè virgines edocentur in veritate & puritate fidei Virginem imitari: omnia credere, ſed non omnibus credere, ſicut 1. Ioan. 4. admonet dicens: Nolite omni ſpiritui credere, ſed probate ſpiritus ſi ex Deo ſunt. quia quæ ſpiritualiter nutrita eſt, noſcit decipulas hominum. quæ autem abſq;
ſpirituali lumine & doctrina nutrita eſt, fa- G
ciliter à iuuenibus decipulis irretitur.

ARTICVLVS TERTIVS.

De gloria virginum beatarum, & de earum aureolis glorioſis.

Tertius ſtatus.

TErtius principalis ſtatus eſt gloriæ præmiantis & beneficiantis. de quo præmio aureolæ virginum ſufficiat ad pñs, quod dictum eſt in Quadrageſimali de Chriſtiana religione, ſermo. 44. art. 1. &
c. 2. Talis ſtatus bene præcedenti ſuccedit: H
quia ſicut B. Virgo cum his domicellis tota amabilis, tota deſiderabilis, atque totā laudabilis redditur ſuo æterno ſponſo: ita eam imitantes, & cum illa ſe conformantes, & has domicellas toto conatu ſecum ducētes atque tenentes. Adducentur regi regnaturæ cum illo, nunc per gratiam, & in æternum per gloriam ſempiternam: ad quam nos perducat ipſe animarum amoroſus, & glorioſus ſpōſus Dominus Ieſus Chriſtus, qui cum Patre, & Spirituſancto viuit, & regnat in ſæcula ſæculorum, Amen.

DO-

DOMINICA PALMARVM in mane.

Ordo dicendorum per totam ſeptimanam ſequentem.

Sermo XLIX.

Ordo dicendorũ.

IN *nomine Ieſu omne genu flectatur, cœleſtium, terreſtrium, & infernorum.* ad Philip. 2. Et in
epiſtola hodierna, peragrata
iam parte maxima huius ſa-
B cri temporis pœnitentialis pugnæ, per gu
ſtum & adiutorium charitatis, & palmam
amoris, feruido iam deſiderio curramus,
& huius ſeptimanæ ſanctos dies omni, qua
poſſimus deuotione celebremus. hoc qui-
dem eſt temporis victoriæ triumphalis to-
tius populi Chriſtianorum, in hoc fructus
totius pœnitentiæ ſalutatis. In hoc deniq;
myſticè concluditur ſalus noſtra, & cõſum
matio charitatis. Nam teſte Dño Matth. 10.
Qui perſeuerauerit vſque in finem, hic ſal-
uus erit. Ad hanc igitur ſequendam ſalutẽ,
hoc mane erigemus triumphale vexillum
glorioſi nomiuis Ieſu Chriſti, vt in nomi-
C ne eius victorioſi ſpernamus omnes inſur
gentes in nobis, palàmque faciamus admi
randas gratias & virtutes eius. Hodie in-
ſta diem pateſaciemus, quàm admirabile,
quàm deſiderabile ſit bonum charitatiuæ
pacis & vnionis diſcordantium animorũ:
quàmque neceſſarium & meritorium, atq;
magnanimum ſit inimicis, & ledentib. in-
dulgere: obſecrans omnes dilectores pacis
& vnitatis per viſcera miſericordię Dei no
ſtri, vt quoſcũque nouerint inter ſe aliquo
modo diſcordantes, aut inimicitias obſer-
uantes, omni ingenio, ſolicitudine & cona
tu quo poſſunt, conducant eos ad ſermo-
D nem hodiernum, qui erit de pacẽ & vnio-
ne, vt dignè poſſimus hoc ſacrũ Paſcha om
nes in gratia ſanctæ cõmunionis, & vnio-
nis pacificè celebrare. Secunda feria, quia
ſæpe contingit feſtum Annunciationis ca-
dere his diebus: ideo de Virgine glorioſa
dicturi ſumus, declarãtes triplices eius ſta-
tus, ſ. Conceptionis, Natiuitatis, & Annun
ciationis. ſummã perfectionẽ & charitatẽ,
vt amplius proficere poſſemus in amore
& deuotione illius. feria tertia, vt dignius
poſſet ſe quilibet examinare, & diſponere
ad ſanctiſſimũ Sacramentũ, dicemus de cõ-
ſcientia bona & mala: oſtendentes, quid ſit
conſcientia ſm naturam, ſm charitatem &
gratiã, atque ſm culpam: feria quarta ape- E
riemus errores, quibus cõſcientia mala de-
cipi, & priuari ſolet char:tate, & de reme-
dijs cõtra illos: feria quinta in mane oſten-
demus, ſeu agemus de ſtupendis, & mira-
bilibus ſanctiſſimi Sacramẽti, & quomodo
per illud omnes animæ potẽtiæ reforman-
tur: ſimulq; aperiemus, quomodo in eo re-
lucet admiranda potentia, ſapientia & cle-
mentia Dei, & quàm fructiferum ſit dignè
ſuſcipientibus illud: in ipſa Dominica cęna
infra diem dicturi ſumus de tribus generi-
bus hominũ male & bene. i. in charitate, &
abſq; charitate ſumẽtium hoc ſanctiſſimũ
Sacramentum. feria ſexta in Paraſceuen pa F
teſaciemus immenſum & conſummatum
amorẽ, quem nobis oſtendit Dñs noſter Ie
ſus Chriſtus moriendo in cruce pro noſtra
ſaluatione: declarantes abyſſum pęnarum
eius, necnon etiam manifeſtis rationibus
oſtendemus, ꝙ nunquàm fuit, nec eſſe põt
opprobrioſior mors, quàm ipſa mors Ieſu
Chriſti. Demũ manifeſtabimus admiranda
myſteria crucis & mortis eius. Sabbato ſan
cto, vt quilibet ſe dignè præparare melius
poſſit ad ſuſcipiendũ in die ſancto Paſchæ
ſanctiſſimũ Sacramentũ Euchariſtię, oſten
demus quib. amoroſis modis quilibet pręG
parare ſe debet ad illum amoroſum cibum
deuotè atq; dignè, vt opus eſt, ſuſcipiendũ.

DOMINICA PALMARVM in mane.

De glorioſo nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti.

Sermo XLIX.

IN *nomine Ieſu omne genu flectatur, cœleſtium, terreſtrium, & infernorum.* ad Phil. 2. & in epi-
ſtola hodierna, vt ſup. patuit.
Deficit ſenſus, hæret palato
lingua, & omnis areſcit ſermo, cũ de noĩe
Ieſu ac de laudibus eius mens humana cõ-
ſiderat pronunciare ſermonẽ. Eſt nẽpe tã
amplum, tamque profundũ pelagus nomẽ
eius, vt ad plenã explanationẽ illius nullus H
humanus intellectus exprimere queat. vñ
Iſido. ait, ꝙ nomẽ dictũ eſt, quaſi notamẽ,
eo ꝙ nobis res notas efficit. De natura. n.
nois eſt notificare illũ, cuius eſt nomen. ita
& nomẽ Ieſu incõprẹhenſibile nobis no-

Fuit inter cætera B. Bernardinus ſanctiſſimi nominis Ieſu ardẽtiſſimus amator.

A rat. Quis n.incomprehenſibilem explicare
queat?quis poſſet exprimere infinitum?aut
quis Deum & hominem poterit coarctare
ſermone?Propheta.n.ad Dñm ait:Secundũ
nomen tuum Deus, ſic & laus tua. i. ſm rẽ
nominis tuis laudabilis es,tu Dñe.ſed quis
rẽ nois eius explicare poterit,vt laudet ip-
ſum Deum per eam & propter eam? Quis
eſt igitur tantæ gratiæ, & tantæ virtutis, ꝙ
ad laudis eius pręconium aliquo modo re-
periatur idoneus?nemo prorſus, niſi fuerit
labijs circunciſus. Proinde Iſa.6.In contẽ-
platione ſubuectus ad regis glorię viſionẽ,
anteq̃ de Ieſu, quẽ vocat Emmanuel, & de
B Cõceptione Virginis ordinatur, ſermone
ſe profitetur pollutum, Seraphicum experi
tur myſteriũ,carbonẽ in labijs ſẽtit ignitũ,
& ſic purgatus & ſpũaliter circũciſus virgi
neum conceptum annunciat, & filij nomẽ
in vtroq; declarans fidei venerabile ſacra-
mentum.Veni igitur Dñe Ieſu Chriſte, qui
miniſter es noſtræ ſpiritualis circũciſionis,
& labia mea tangas, iniquitatem auferas,
meum purges affectum, illumines intelle-
ctum, perficias imperfectũ, linguam amo-
neas, affatum & actum, vt ad tui nois glo-
riam tuæ charitatis ardor immiſſus pietatis
euaporet flammam. Et de tãta ſuauitate no
C minis tui, non labijs tantum exterioribus:
ſed ſenſibus interioribus refectionẽ capia-

Nomen Ieſu breue ſyllabis. graue ſentẽtijs.

mus & guſtum. Sicut.n.aqua fontis exigui
leuiter euaporans in ſui ſcaturigine primi-
tus anguſtatur, & quodam ſuaui murmure,
delectabiliq; ſuſurro diriuata, poſtmodum
latius manans In fluuios multiplices, & a-
bundãtiſſimos latices ampliatur: Sic nomẽ
Ieſu breue ſyllabis, leue prolatione ſermo-
nis, graue ſententijs, ſupereffluit & redun-
dat ineffabilibus ſacramentis. Omnia quę-
cunq; Deus pro ſalute humana ordinauit,

Aliqua nomina.

in Ieſu noie cõpręhẽduntur. Interpretatur
enim, ſm Hierony. Saluator, ſalus, ſaluta-
D ris.ſalutare,quia ſaluat à peccatis, liberat ab
inimicis, confert gratiã, & largitur gloriã.
Primò enim quia à peccatis ſaluat, ſaluator
nuncupatur. Vnde Angelus ſanctiſſimo Io-
ſeph, Matth.2.ait: Vocabis nomen eis Ieſu.
Ipſe.n.ſaluum faciet populum ſuum à pec-
catis eorum. Secũdò verò quia ab inimicis
liberat, quibus ſubiecti eramus, ſalus dictus
eſt. ſicut Zach.dicit, Luc.1. Salutẽ ex inimi-
cis noſtris, & de manu oĩum, qui oderunt
nos. Tertiò verò quia gratiam confert, quia
perfectio ſalutaris denominatur: ideo ſalu-
taris dr̃, iuxta illud p̃s. Redde mihi lætitiam
ſalutaris tui, eo ꝙ peccando amiſerat eam.

Quartò quidẽ quia largitur gloriã, dr̃ ſalu- E
tare. Proinde Gene.49. ait Iacob, Salutare
tuum expectabo Domine.i.gloriam iã pro
miſſam.hæc quidem omnia tam alta, tã ma
gna, tamque immenſa in hoc benedicto no
mine myſticè compręhenduntur, ſcilicet Ie
ſus: quod inſinuare volẽs Apoſtolus ad Ro-
ma.9.c.recitans: Si fuerit numerus filiorum
Iſrael tanquàm arena maris, reliquiæ ſaluæ
fient: verbum enim conſumans & abbre-
uians in æquitate, quia verbum abbreuia-
tum faciet Dominus ſuper omnem terram:
propter ſuam igitur excellentiam hoc no-
men primò fuit à patre prænominatũ, ſcdò
per multa tempora ante præfiguratum, ter- F
tiò ante prophetatum, quartò ab Angelo

Primo fuit nomẽ a patre pręnominatum.

nunciatum, quintò à Virgine reuelatum,
ſextò ab Apoſtolis prędicatum, ſeptimò ab
omnibus veneratum & adoratum. Primò
igitur fuit à patre pręnominatũ, immò à to
ta Trinitate in principio libri vitæ æternali
ter fuit ſcriptum. quis enim auderet ęterno
verbo imponere nomẽ, niſi Deus pater in-
ciperet? Ille nempe qui æternaliter verbum
dicit, hoc nomen Ieſus nominatum cõceſ-
ſit. vnde per Iſa.45. cap. ait: ego Dominus,
qui voco nomen tuum. Et in eodem c. ait,
ego vocaui te nomine tuo. Et iterum 62. c. G
ait, Vocabitur tibi nomen nouum, quod os
Domini nominauit. Hoc quidem nomen
impoſuit illi Dominus ab æterno, quando
prædeſtinatus eſt filius Dei in virtute, ſicut
Apoſtolus ad Rom.1. ait. Proinde Iſa. 63.
ait, Domine à ſęculo nomen tuum. Et iterũ
propheta ait: Sit nomen eius benedictum in
in ſęcula, ante Solem permanet nomẽ eius
ab æterno. Inſuper ſcripſit de hoc nomen
in libro vitæ, de quo Exod.32. Moyſes ait:
Aut dimitte populo hanc noxam, aut ſi
non facis dele me de libro vitæ, quem ſcri-
pſiſti. Et iterum Luc.10. Dominus Apoſto-
lis ait: Gaudete, quia nomina veſtra ſcripta
ſunt in cœlis. Dañ. quoque 12. vidit Dañ. H
quòd liber vitæ, in quo erant ſcripti omnes
electi in iudicio, apertus eſt. In capite hu-
ius libri, tanquàm caput omnium ſaluan-
dorum poſitum eſt hoc nomen Ieſus, ſicut
propheta in perſona eius ait; In capite libri

Secundo fuit præfiguratum.

ſcriptum eſt de me. Secundò fuit hoc no-
men Ieſus per multa tempora ante præfigu
ratum. Habuit nempe Iudæa quoſdam Ie-
ſus, ſicut ait Bernar. antecedentes illum,
quorum vacuis vocabulis gloriatur. Illa

Triplicẽ Ieſũ fuiſſe legitur.

enim nec lucent, nec paſcunt, nec meden-
tur. ideo ſynagoga in tenebris eſt vſque
adhuc, fame, & infirmitate laborans:

nec

A nec ſanabitur, nec ſatiabitur, donec ſciat Ieſum dominari Iacob & finium terræ. Triplicẽ enim Ieſum legimus fuiſſe in ea. *Primo.* Primum enim habuit Ieſum Naue, qui fuit Ioſue: & hic dr̃ ſaluaſſe ab exilio & peregrinatione deſerti, quia diuiſit terram promiſſionis, Ioſue 18. *Secundo.* Secundò habuit Ieſum filiũ Ioſedech: & iſte dicitur ſaluare, quia fuit ſacerdos ſanctiſſimus, & rędificauit tẽplum, vbi egit ſuum ſacerdotiũ: & de hoc dicitur Zach. 3. Oſtendit mihi Dominus ſacerdotem magnum Ieſum. *Tertio.* Tertiò habuit Ieſum filium Syrach. hic fuit propheta, ſa- B cerdos, & ſapientiſſimus Doctor. vnde de eo Eccl. 5. dicitur, Quòd ipſe renouauit ſapientiã de corde ſuo: ſed valde magna differentia eſt inter præfigurantes & præfiguratum Ieſum: Nam primus Ieſus. i. Ioſuæ, con fractis & diſſipatis ſeptem regnis Chananæorum, introduxit filios Iſrael in terram promiſſionis. Sed noſter Ieſus confractis regnis inferorum, introduxit omnes Sanctos in ſempiternam gloriam. Secundus Ieſus id eſt filius Ioſedech, conſtruxit tẽplũ, quod glorioſius fuit quàm primum, quod ædificatum fuit à Salomone, vtdr̃ Aggęi 2. quia in eo Chriſtus præſentatus fuit. Sed C noſter dulcis Ieſus templũ reædificauit gratiæ & veritatis: in ſe ruinoſam, immo ruinatam reædificando naturam. In quo quidẽ obtulit ſui cordis & corporis holocauſtum medullatum. Tertius Ieſus fuit propheta, ſacerdos, renouans ſapientiã de corde ſuo: non tamen virtute ſua. Inſuper prophetauit in multæ obſcuritatis ſermone, & docuit in figuris veteris teſtamenti. Sed noſter amoroſus Ieſus fuit etiã propheta magnus in opere & ſermone, figuras explicãs & vmbras clarificans, ac ſapientiam noui teſtamenti innouans, de Spirituſſancto docens in doctrinam Dei, ſicut poteſtatẽ habens, & non ſicut Scribæ & Phariſæi. ſuit D itaque ſacerdotum ſacerdos, ſicut prophęta ait, dicens, Tu es ſacerdos in ęternum ſecundum ordinem Melchiſedech. videtis ergo nunc palàm, ꝙ illi non fuerunt veri Ieſus: nec prædicamus de illorum nomine, cum annunciamus & extollimus nomẽ Ieſu, ſed prædicamus Ieſum Chriſtum filium Dei viui, qui eſt verus ſaluator mundi. Pręcedit enim lucifer ſolem, tenebræ lucem, nuncij regem, & figura myſticam veritatem. Prædicti enim Ieſus præmiſſi ſunt tan quàm baculus Heliſæi prophetam præueniens ad mortuum ſuſcitandum. 4. Reg. 4. Nec potuerunt illi nomina ſua interpretari, quia vacua quidem erant à vera ſalute. E Superpoſitus eſt enim mortuo baculus, & non erat vox, nec ſenſus, eo quòd baculus erat, ſed deſcendit qui baculum miſit: quia verus Ieſus, qui præmiſerat eos, noſtram aſſumpſit naturam: & mox probans ſe eſſe verum Ieſum, ſaluum fecit populum ſuum à peccatis eorum: & eſt vox, & ſenſus, non inſtar priorum vacuus eſt à ſalute. Sed audi quid fecit, vnde vox eſt & ſenſus vitaque rediit, ſicut Bern̄. ait. Nam vir ille propheta, potens in opere & ſermone, de excelſo monte deſcendens, quaſi alter Helyſęus de monte Carmelo mortuum hominem viſitare dignatus eſt, cum ſit puluis & cinis dignatus ſe inclinare iacenti cõtrahi, & coæquari paruo, cęco impartiri lumen oculo- F rum ſuorum & os mutorum oris proprio oſculo ſoluere: debileſq; manuum ſuarum roborare contactu, & flatum qui exierat ſua inſpiratione refundere: ſuauiter rumino iſta, & replentur viſcera mea, & interiora mea ſpirituali dulcedine ſaginantur, atque omnia oſſa germinant laudem. Sequitur quòd puer ſepties oſcitauit, quòd in reſuſcitata eccleſia cernimus adimpleri: dum ſepties in die laudes iubilat ſaluatori. oſcitabis etiam ſepties & tu peccator, ſi quinque ſenſus exteriores, & duo interiores in- G ſpirationi prophetię Ieſu ter factæ interius conformes: reddas & iubilando atque cantando dicas, cor meum & caro mea exultauerunt in Deum viuum. Tertiò fuit ante prophetatum. vnde Abachuc 3. Ego autem *Tertiò fuit ante prophetatum.* in Domino gaudebo, & exultabo in Domino Ieſu meo. In Eſdra quoque 3. Quãquàm non ſit in canone Dominus ait. & erit poſt annos hos, & morietur filius meus Ieſus, & conuertetur ſęculum. ſed & Sybilla Erithręa hoc nomen Ieſus miro modo pronunciauit. vnde Auguſtinus de Ciuitate Dei libr. decimooctauo, cap. vigeſimotertio, ponens verſus Sybillæ maximè de fine H mundi dicit, eos fuiſſe tranſlatos de Græco in Latinum. ſed quia tranſlator non potuit propter menſuras verſuum ſeruare literas principiorum illorum, non conſonant omnino in Latino, ſicut in Græco: nam in Græco coniunctis omnibus primis literis omnium verſuum, hoc verba comprehendunt, Ieſus Chriſtus filius Dei, & Saluator. Quartò quoque fuit nomen Ie- *Quartò fuit ab Angelo nũciatũ.* ſus ab Angelo nunciatum. vnde Luc. 1. ait Angelus Gabriel Mariæ. Ne timeas Maria, inueniſti gratiam apud Dominum, ſcilicet quam perdiderat Eua: ecce conci-

A pies in vtero, id eſt,totum accipies in te & ex te.& paries filiū,& vocabis nomen eius Ieſum.Ex quo patet,quòd Ieſus eſt propriū nomen eius, & Chriſtus appellatiuum.q.d. tu es illa anima tanta gratia plena, quòd tibi à Deo conceſſum eſt, vt mundo tribuas Saluatorem, & prima omnium hominum vel mulierum ſaluificum & glorioſum nomen Ieſum annuncies toto mundo. Et iterum Luc. 2. vocatum eſt nomen eius Ieſus, quod vocatum eſt ab Angelo,priuſquàm in vtero conciperetur. quod verbum poteſt eſſe thema in die ſacratæ circunciſionis Ieſu.

Quinto fuit a Virgine reuelatum.

Quintò fuit à Virgine reuelatum. Inſuper & à ſanctiſſimo ſponſo ſuo Ioſeph. Nam ipſis duobus à Deo tãtum per Angelum hoc
B officium cōmiſſum eſt,vt nominarent Chriſtum Ieſum filiū Dei. De Virgine ſupra patuit. De Ioſeph verò Matth. 1. ait angelus Ioſeph. Noli timere accipere Mariam coniugem tuam: quod enim in ea natúm eſt, de Spirituſancto eſt. Pariet autem filium, & vocabis nomen eius Ieſum. Hi ambo, Ioſeph & Maria, prius in die Circunciſionis reuelauerunt iam natum eſſe Ieſum,id eſt, Saluatorem mundi. De huiuſmodi nominis impoſitione dicitur,Eſa. 55. Erit Dominus nominatus in ſignum æternum, quod non auferetur. ſcilicet à credentibus in eū.

Sextò fuit ab Apoſtolis prædicatum.

Sextò fuit ab Apoſtolis per vniuerſum orbem prædicatum. Inceperunt etenim à Iudæa. Proinde Act. 5. de Apoſtolis ſcriptū eſt. Omni die non ceſſabant in templo, &
C circa domos docentes & euangelizantes Ieſum Chriſtum. Vide quàm dulce euangelium Chriſtus, vnde Ieſus ſalus.

Omne tulit peccatum, qui miſcuit utile dulci.

Denique à Iudæa prouenerunt ad Græcos, & finaliter ad Latinos. & ſic myſticè impletum eſt,quod Pilatus poſuit in titulo triumphali,quod ſcriptum erat Hebraicè,Græcè & Latinè:Ieſus Nazarenus,Rex Iudęorum. quia per omnes linguas,p Apoſtolos prædicari debebat gloria nominis Ieſu Chriſti,ſicut propheta ait. In omnem terrã exiuit ſonus eorum, &c. ſcilicet prædicãtium
D hoc nomen. Super omnes alios tamen uas electionis Paulus, tanquàm candelabrum ſanctum, ſuper quod nomen Ieſus fuit, ſicut lucerna ſplendens, ſuo fulgore illuminãns vniuerſum mundum,ſicut Act. 9. Dominus ait, Vas electionis eſt mihi iſte, vt portet nomen meum coram gentibus ex regibus & filijs Iſrael. Sic quoque gloriabatur ipſe. 1. Cor. 2. dicens:Non enim iudicaui me aliquid ſcire inter vos, niſi Chriſtum Ieſum, & hunc crucifixum. Septimò verò E
eſt ab omnibus adoratum & veneratum.

Septimo fuit ab omnibus adoratū.

An non omnis creatura flectit genu nomini eius? cū in creatura etiam quotidie fiant mirabilia in nomine eius. proinde Origeñ. ait: Nomen Ieſu,nomē glorioſum,& omni cultu digniſſimum. vnde ſalua veritate non immeritò poteſt dici ac pia deuotione credi: quòd cū Paulus raptus fuit in paradiſum,ſicut ipſemet teſtatur. 2. Corin. 12. Et audiuit archana verba, quæ non licet homini loqui: quòd tunc perfectè didicit nomen Ieſum ab omnibus adorandum. Nempe in raptu idem eſt audire,quod & videre. F
Ad cuius euidentiam aduertendū eſt, quòd triplex eſt cognitio Dei. Prima per naturam, ſecunda per gratiam, tertia per gloriam. Prima eſt per naturam.

Triplex cognitio Dei. Prima.

Poteſt enim intellect⁹ humanus cognoſcere Deū per naturam, ſicut & Philoſophi cognouerunt. Nam ſecūdum Boetium, omnibus hominib. cognitio Dei naturaliter inſita eſt.

Secunda.

Secunda eſt per gratiam id eſt per fidē formatã, ſiue informē, ſicut eum cognoſcunt fideles in hac vita.

Tertia.

Tertia eſt per gloriam, quod eſt videre Deum per eſſentiam, ſicut G
eum beati vident in patria. & ad hunc gradum impoſſibile eſt ſecundum ſtatum uiæ pertingere, niſi diuina virtute ſuper naturam mirabiliter operante & eleuante. vſq; ad hunc gradum fuit anima beati Pauli eleuata: & hoc eſt tertium cœlum, ad quod Paulus raptus fuit, quia vidit diuinam eſſē tiam. vnde ſecundum Aug. in lib. de videndo Deū. Et audiuit arcana verba, quia fuit illuminatus & inſtructus de tã altis myſterijs,quòd de eis non licet homini loqui: tū quia explicari non habent humana lingua:

Augu. in lib. de videndo Dei.

tum quia animalis homo non percipit ea, H
qui ſunt ſpiritus Dei. In præfata autem viſione piè poſſumus meditari, quòd ipſe vidit glorioſum Dominum, qui cōſtitutus erat in gloria Dei patris in cœleſtibus ſuper omnem principatum, poteſtatem, virtutem,& dominationem. & ſuper omne nomen, quod nominatur non ſolum in hoc ſęculo, ſed etiam in futuro. & quòd pater omnia ſubiecit ſub pedibus eius, ſicut ipſe ait ad Ephe. 1. Cum igitur cerneret illum in tanta gloria ſublimatum, quodam ſpirituali clamore inflammatus totus ex amore illius exclamauit, dicens, Ieſus amor meus. Ad cuius nominationem & clamorem omnes ciues beati genu flexerunt adorãtes Ieſum in nominatione illius. in eodem nomine intellexit, quòd in nominatione Ieſu ge nu fle-

A nuflectebant ſe omnes ſpiritus infernales: ac ſi debere facere omnes ſpiritus viatores. Proinde à cœlo rediens ac prædicta recolens in ſpiritu Dei præcipiens vniuerſis ſcripſit verbum propoſitum dicens: In nomine Ieſu omne genuflectatur, cæleſtium, terreſtrium & infernorum. Cœleſtes per gloriam, terreſtres per gratiam, & infernales per iuſtitiam ſempiternam. planè effuſum eſt, tanquàm oleum nomen Ieſu: quando non ſolum cœlum terraſque perfudit: ſed etiam inferos ſuper aſperſit. hoc autẽ eccleſia volens ab omnibus impleri, ſtatuit extra de immu. eccle. decet domum Domi-

B ni ſanctitudo, lib. 6. dicens: Conuenientes in eccleſia nomen quod eſt ſuper omne nomen: à quo allud ſub cœlo non eſt datum hominibus, in quo fieri credentes ſaluos oporteat. nomen videlicet Ieſu Chriſti, qui ſaluum facit populum ſuum à peccatis eorũ, exhibitione ſpãlis reuerentiæ attollant. & quod generaliter ſcribiẽ, vt in nomine Ieſu omne genu flectatur, ſinguli ſingulariter in ſeipſis implentes, præcipuè dũ agnuntur Miſſarum ſacra myſteria, glorioſum illud nomen quandocunque recolitur, flectant genu cordis ſui, quod vel capitis inclinatione teſtentur. vt igitur hoc ſeruentius

C & deuotius obſeruetur: vtilitates ac profectus, quos nobis conferat hoc nomen Ieſu diligentius conſideremus. Eſt enim ſimillimum ſoli. ſicut enim ſol iſte materialis ſuo vigore, ſplendore, ac calore viuificat, augmentat, atque ſeruat cuncta terræ viuentia: Sic nomen Ieſu cunctis in hoc ſeculo peregrinis vitam gratiæ præſtat & incipientib. & proficientibus. Proinde Zach. 6. ait, Oriens nomen eius, id eſt, ſicuti ſol refulgens in Oriente. Et iterum Pſalmus. ait, In Sole poſuit tabernaculum ſuum, id eſt, fecit Solem myſticum, qui eſt radioſa fides ta-

D bernaculum nominis ſui. diſtinguamus igitur fulgorem huius ſacri nominis in duodecim ſplendidos radios, vt abundantia radioſæ fidei nominis Ieſu Chriſti in duodecim articulis per duodecim Apoſtolos per totum vniuerſum radioſè diffuſa myſticè deſignetur, ſicut Eccl. 42. dicitur, Sol illuminans per omnia reſpexit.

ARTICVLVS PRIMVS. E

De quatuor radijs ac virtutibus nominis noſtri Domini Ieſu Chriſti pertinentibus ad incipientes.

PRo incipientibus enim quatuor radios, ſeu radioſas virtutes habet nomen Domini Ieſu, ſecundum quòd quatuor mala aduerſantur eis. Eſt enim eis aduerſaria. Primò culpa, ſecũdò pugna, tertiò concupiſcentia, quartò etiam pœna. Contra hæc quatuor eſt nomen Ieſu. Primò refugium pęnitẽtium, ſecundò vexillũ pręliantium, tertiò remedium infirmantiũ, quartò ſolatium patientium.

Primo eſt nomen Ieſus refugium pœnitẽtium cõtra malum culpa.

F

Primus radius nominis Ieſu, in quo oſtenditur quinta miſericordia erga peccatores in hoc nomine demonſtratur. Cap. 1.

PRimò vero nomen, eſt refugium pœnitentium. ſ. contra malũ culpæ. Quis enim peccator non timeat nomen potentiæ? quis non paueat nomen diuinæ iræ? aut quem non terreat nomen furoris Dei? aut cum nominari audit Dñm vltionum? ſed ecce nomen Ieſu, dulce refugium, in quo exinanitur poteſtas, ſeu maieſtas, dulceſcit pietas, & Dei magna miſericordia demõſtratur. Olim verò in veteri teſtamento in lege timoris erat terribile nomen Dei. vnde Eſa. 30. dicitur, Ecce nomen Dñi de longinquo venit: ardens furor eius & grauis ad portandum. Vide quàm terribile eſt nomẽ Dei: vbi ardor, furor & pondus vtiq; ad comburendum, ad ſequiendum, ad obruendum. ſed hæc omnia contemperata ſunt in fonte miſericordiæ & pietatis. i. in vtero virginali per Ieſũ Chriſtum amoroſum noſtrum. Nam, ibi ardor redactus eſt ad temperiẽ, furor ad manſuetudinem, & pondus ad leuitatem. vnde iam filius à philos, quod eſt amor, denominetur: ac per hoc Dei amor immenſus ad nos peccatores manifeſtius palàm fiat. Proinde Lucæ 1. ait Angelus ad Mariam. Spiritusſanctus ſuperueniet in te, & virtus altiſſimi obumbrabit tibi. Idcoque quod ex te naſcetur ſanctum, vocabitur filius Dei. O igitur amoroſiſſimum & gratioſiſſimũ nomen: o nomen ſanctum, o nomen pium & omni dulcedine plenum? hoc quidẽ eſt illud

Filius in philos qđ eſt amor denominatur.

G

H

Quid ſit præfiguratum per nomẽ Domini tetragram. maton.

A illud ſanctiſſimum nomen, quod fuit tantum ab antiquis patribus deſideratum, tantis anxietatibus expectatum, tantis languoribus prolongatum, tantis ſuſpirijs inuocatum, tantis lachrymis poſtulatum, ſed tempore gratiæ miſericorditer donatum. hoc quidem deſiderabat propheta, cum ait, Dic animæ meę, ſalus tua ego ſum. q. d. o Domine ſatis dixiſti. hæc dicit Dominus exercituum, Deus vltionum, & Dominus iuſtus noſter: abſconde, quæſo, nomen potentiæ, non audiatur nomen vindictę, taceatur nomen iuſtitiæ. da nobis nomẽ miſericordiæ, ſonet nomen Ieſu in auribus meis: quia B tunc verè vox tua dulcis, & facies tua decora: Ecce dulce refrigerium nomen Ieſu: ſine quo tam patres antiqui, quàm etiam homines noui teſtamenti in vacuum ſperauerũt habere ſalutem. ideo dr Matth. 1. ait Angelus ad Ioſeph, Vocabis nomen eius Ieſum. ipſe enim ſaluum faciet populum ſuũ à peccatis eorum. Et iterum Actu 10. ait Petrus huic prophetæ omnes teſtimonium perhibent. remiſſionem peccatorum accipere per nomen eius. omnes, qui credent in eum. ſcilicet fide operante per dilectio- C nem. & 1. Ioan. 2. ait. Scribo vobis filioli mei, quia remittuntur vobis peccata veſtra per nomen eius. Et iterum Act. 4. Petrus ait: Non enim aliud nomen eſt hominibus ſub cœlo datum, in quo oporteat nos ſaluos fieri. Et iterum paulò ante de eodem nomine ait, Non eſt in aliquo alio ſalus. Hoc quidem nomen Ieſus, Exo. 28. Per nomen Domini Tetragrãmaton præfiguratum eſt. Secundum enim Nicolaum de Lyra ſupra Exod. 28. Sextum ornamentum ſummi ſacerdotis erat lamina aurea pẽdens in frõte eius. ligata cum mitra filis hyacinthinis: in quo erat nomẽ Domini Tetragrãmaton ſcriptum. hæc autem ad modum coronæ erat formata. vnde & corona imperfecta denominabatur. quia ſolum protẽdebatur D ab aure ad aurem, tranſiens ſuper frõtem, ſecundum Ioſephum, & Rabanum, Salomonem, ita ꝙ ipſa cum ſemicirculo, quod erat ex parte poſteriori capitis, faciebat quaſi coronam perfectam. Nam circa finẽ prædicti capituli Dominus ad Moyſen ait, Facies & laminam de auro puriſſimo, in qua ſculpes opere cælatoris ſanctum Domino. i. nomen Dei Tetragãmaton, ſecundum Nicolaum de Lyra. Et idem in quæſtionem contra Iudæos ſuper illo verbo Ieremiæ 23. circa finem. per virtutes Dei viuentis Domini exercituum inquit: Vbi nos habemus Domini, in Hebræo ponitur nomen Domini Tetragãmaton, quod ſignat diuinam naturam ſecundum ſuas proprietates intrinſecas, abſque reſpectu ad extra. hoc ſiquidem nomen in lamina aurea ſcriptum portabat Pontifex in frõte ſcriptum, quando ingrediebatur ſanctaſanctorum: vt myſticè deſignaret, quòd nulla anima introibit in templum regni cœlorum ad ſacrificandum Deo ſacrificium laudis, niſi nomen Ieſu portet ſcriptum in fronte ſua. & ſic ſacrificabis tunc Deo ſacrificium laudis. Scribitur enim primò in animæ fronte per baptiſmi ſacramentum, ſed aboletur per peccatum mortale. Et iterum ſcribitur ex pœnitẽtia virtuali, ſicut Apoc. 3. dicitur, & ſcribam ſuper eum nomen Dei mei. hoc ſiquidem ſolum verè nominatur, cuius natura verè per nomen exprimitur. Vnde Gene. 2. Adam res omnes nominauit, quia omnium rerum naturas nouit. Nomen igitur tunc ſuper peccatorem ſcribitur, quando per veram cõtritionem hoc meruit, vt per eam ad veram Ieſu notitiam eleuetur. Et iterum de hac ſcriptura. 2. Cor. 3. Apoſtolus ait, epiſtola Chriſti vos eſtis, ſcripta in tabulis cordis carnalibus. Ex dictis elici poteſt, ꝙ quicunque etiam ſceleratus in fine vltimo poſitus, non valens aliter de peccatis preteritis ſe iuuare, niſi per contritionem cordis: tunc ſi verè corde inuocat hoc nomen Ieſus, remiſſionem cõſequitur omnium peccatorum ſuorũ, teſte Iohele 2. c. dicente: Omnis quicunque inuocauerit nomen Domini, hic ſaluus erit. Inuocauerit ſcilicet perfecto & deuoto corde, non autem ore polluto: vera enim inuocatio, veram includit contritionem. Et licèt vera contritio ad ſalutem ſufficiens ſit, non tamen abſq; maxima cauſa propheta ait prędictum verbum. nam Ieſu inuocatio facta corde, & prolatio facta ore, & inuocanti & circunſtanti magnum præſtant augmentum ſaluationis. Sed quia ſæpe contingunt caſus inopinati & periculoſi: ideo neceſſe eſt nomen Ieſus, ſepius frequentare: vt ex hac frequentatione, habitus generetur. atque in habitu tali ſemper in quolibet fortuito caſu cordi & ori nomen Ieſu, quod eſt nomen ſalutis, occurrat. ad hoc inducere volens Apoſtolus ad Coloſſen. 3. ait. Omnia quæcunque facitis in verbo aut in opere, omnia in nomine Domini Ieſu Chriſti facite & agite. Teſte enim experiẽtia patet, ꝙ aſſuetus nominare diabolum ex malo corde, in omni inopinato, & ſubito ca-

Quid ſit præfiguratum per nomẽ Domini Tetragramaton.

E F *Scriptio nominis in anima.*

Quando ſuper peccatorem ſcribitur.

G *Inuocatio huius nominis a peccatore in fine eius uitæ, ſalus eſt ei.*

H

A to caſu diabolum inuocat ore. Sic contingit de aſſueto nomine hoc nomen Ieſus, idipſum in omni ſubito caſu pronunciabit. reſte enim Domino, qui ait Matth. 12. Ex abundantia enim cordis os loquitur, & bonus homo de bono theſauro profert bona, & malus homo de malo theſauro profert mala. lege totam ſcripturam ſacram, & in tota ſilua euangelica nullum reperies inuocantem hoc nomen Ieſus, recepiſſe vnquam repulſam. Sequitur ſecundus radius.

Secundus radius, quòd nomen Ieſu in quálibet pugna facit ſibi deuotum hominem triumphare. Cap. 2.

B

2. Eſt nomen vexilliũ præliantium contra malũ pugnæ.

SEcundo autem Domini Ieſu nomen eſt vexillum præliantium, & hoc ſcilicet contra malum pugnæ. nam ſi contemptus Pharao conſurgit ad ſcandala, adhuc recurrendum eſt ad nomen Ieſu, quia ipſe eſt pugnantibus in præſidium. ſubiecit enim nobis omnem feritatem inimicorum noſtrorum. Tria nempe tunc aduerſantur nobis, ſcilicet diabolus, caro, & mundus.

Tria aduerſanĩ.

Primo enim diabolus aduerſatur. conſuetum equidem eſt, vt cum quis cupit & C quærit derelinquere prauam vitam, & in nouum hominem ſe mutare, quòd diabolus ſuis verſutijs, & toto conamine ſe opponat. Proinde Eccleſ. 2. ait. Fili accedens ad ſeruitutem Dei, ſta in iuſtitia & in timore, & præpara animam tuam ad tentationem. Et iterum Gregorius ait. Appropinquante ſaluatore, appropinquat tentatio. lucem rectitudinis ſequitur vmbra tentationis. proinde ſi conſurgit diabolus contra te, ne timeas: ſed erige contra eum vexillum ſalutis, quod eſt Ieſus, inuocando illum. Audi quid de te credentibus ait, Dominus Matth. vlt. In nomine meo dæ-D monia eijcient. Hanc autem poteſtatem dedit Dominus diſcipulis, dicens, Matth. 10. Eijcite dæmonia, quod experientes, ſeptuagintaduo, vt dicitur Lucæ 10. Reuerſi ſunt cum gaudio, dicentes, Domine etiam in nomine tuo nobis ſubijciuntur dæmonia. Sed animaduerte reſponſum eius. ait enim, Videbam ſathanam ſicut fulgur de cœlo cadentem. quaſi dicat, nolite mirari, ſi nomen meum diaboli expaueſcant, & eos ab homine pellit; cum virtute eius ſathanas cum omnibus angelis ſuis de cœlo expulſus eeciderit ſicut fulgur. Vnde Apoc. 12. Poſt prælium factum in cœlo a Michaele cum dracone, & ab eo de illa victoria iam

Gregor.

obtenta, eiectoque illo in ſupplicia ſempiterna, exultantes clamauerunt Angeli iam beati, iam dicentes, Facta ſalus eſt & virtus. ideſt ex nomine Ieſu ſaluifica virtus & poteſtas Chriſti eius, ſicut latius dictum eſt in Quadrageſimali de religione chriſtiana, ſermone ſexto, articu. ſecundo, Nec mirum, ſi per hoc nomen dæmones expelluntur, cum eius fortitudinem & terrorem ſuſtinere non poſſint. vnde Hierem. 10. ſcriptum eſt, Magnus tu. ſcilicet Domine Ieſu, & magnum nomen tuum in fortitudine. Et iterum propheta ait, Sanctum & terribile nomen eius. ſanctum quidem Angelis bonis, & hominibus iuſtis; F ſed terribile eſt dæmonibus & viris impijs. pateat hoc etiam per exemplum. Cum enim beatus Bernardus Papiam de Mediolano veniſſet: quidam vxorem ſuam dæmoniacam ad illum adduxit: tunc diabolus per os eius dicere cœpit, non me de hac anicula mea hic porrulos edens, & braſſicas deuorans pellet. Cui ſeruus Dei reſpondit, non Bernardus te, ſed Dominus noſter Ieſus Chriſtus. Mox autem vt ille orationem effudit, ſpũs nequam dixit, q̃ libenter egrederer de hac anicula grauiter moleſtatus in ea, quàm libenter egrederer, ſed non poſſum. Non vult enim magnus Dominus. cui ſanctus. Et quis eſt G Dominus magnus? Cui ille, Ieſus Nazarenus. Ad quem vir Dei: Vidiſti ne vnquam eum? Quo reſpondente, etiam. Cui iterum ait, Vbi vidiſti eum? Et ille ait, in gloria. Et Sanctus. Et tu in gloria fuiſti? Quo reſpondente, vtique, ait, quomodo inde exiſti? Et ille ait: cum lucifero multi cecidimus. Hæc quidem omnia voce lugubri per os vetulæ omnibus audientibus loquebatur. ait illi vir Dei. nunquid in illam gloriam redire velles? ac ille miro modo cachinnans ait, tarde eſt. tũc autem orante vi- H ro Dei de muliere egreſſus eſt. ſed cum B. Bernar. inde abiret, eo iam elõgato, iterum diabolus inuaſit eam: vir autem eius poſt illum cucurrit, quid acciderat indicauit: at ille præcepit collo eius chartulam alligari, in qua hæc verba conſcripta erant: In nomine Domini Ieſu Chriſti pręcipio tibi dęmõ, ne hanc mulierem iam contingere præſumas, quod cum factum fuiſſet, poſtea ad eandem accedere nequaquam auſus fuerat. Secundo autem contraria eſt nobis caro, omni ſpurcitia & malitia plena. vnde Bernar. ſer. 15. ſuper Can. ait: triſtat aliquis nr̃um veniat in cor Ieſus, & inde ſaliat in os, & ecce ad

Bernar.

A ad exortum nominis lumen, nubilum omne diffugit, atque ſerenum reddit. labitur quis in crimen, currit inſuper ad laqueum mortis deſperando. nonne ſi inuocet nomen vitæ, cōfeſtim reſpirabit ad vitam? cui aliquando ſtetit ante faciem ſalutaris nominis duritia, vt aſſolet cordis ignauiæ, torpor, rācor, animi lāguor, accidiæ, cui fons forte ſiccatus lacrymarum inuocato Ieſu non cōtinuo erupit vberior, fluxit ſuauior? & paulòpoſt etiam inquit: Nihil ita iræ impetum cohibet, ſuperbiæ tumorem ſedat, ſanat liuoris vulnus, reſtringit luxuriæ fluxum, extinguit libidinis flammam, ſitim tē- B perat auaritiæ, & totius indecoris fugat pruriginem: ſiquidem cum nomino Ieſum, hominem mihi propono mitem, humilem corde, benignum, ſobrium, caſtum, miſericordem, & omni denique honeſtate ac ſanctitate conſpicuum. Eum denique ipſum Deum omnipotentem, qui ſuo me exemplo ſanet & roboret adiutorio, hæc omnia mihi ſimul ſanant, cum inſonuerit Ieſus: ſumo itaque mihi exempla de homine, & auxilium a potente. illa tāquam pigmentaria ſpecies: hæc tanquam vnde acuam eas, & faciam confectionem, cui ſimilem medico- C rum nemo facere poſſet. hoc tibi electuarium habes. O anima mea conditum in vaſculo vocabuli huius, quod eſt Ieſus, ſalutiferum certe: quodque nulli vnquam peſtituæ inueniatur ineffificax.

Tertio quàm nobis aduerſatur mundus, & iudicio Dei. naufragaris in mari, ac incurris in pericula eius, occurrunt pericula fluminum, inſultus inimicorum, traditiones perditionum, terror tonitruorum & fulgurum, ruinoſi caſus, aut lapidū, aut domorum, aut ignis inopinati euentus, & ſimilia. Inuoca ſalutis nomen, cor & os ſubito clamet Ieſus, ſperet in adiutorio altiſſi- D mi. ipſe enim ait, clamabit ad me, & ego exaudiam eum: cum ipſo ſum in tribulatione: eripiam eum, & glorificabo eum. Et iterum per prophetam promittit dicens: protegam eum, qm̄ cognouit nomen meum. nempe ſicut Prouer. 18. dicitur. Turris fortiſſima nomē Domini, ad ipſum recurrit iuſtus, & exaltatur. ſcilicet ne prædicta poſſint peruenire ad eum, & nocere illi.

3. Eſt nomē remediū infirmantium cōtra malū concupiſcentiæ.

Tertius radius, quòd deuotio nominis Ieſu cum debitis circunſtantijs infirmātibus impetrat ſanitatem. Cap. 3.

TErtio nomen Ieſu eſt remedium infirmantium. hoc eſt contra malum concupiſcentiæ. Nā damnata morte culpæ & homine a periculis liberato, remanet in nobis concupiſcentiæ morbus, & ægritudinis languor: ideo recurrendum eſt ad hoc nomen E Ieſu: quia ſicut Petrus Rauennas ait. hoc eſt nomen, quod dedit cæcis viſum, ſurdis auditum, claudis greſſum ac curſum, ſermonē mutis, vitámque mortuis, & etiam totam diaboli poteſtatem de obſeſſis corporibus effugauit. Proinde ſiqua infirmitas tibi, vel tuis occurrat, non reſpreto remedio corporali, aut naturali: recurre ad inuocationem nominis Ieſu. Sæpe quoque contingit, quod non poſſunt infirmantibus remedia natura- F lia adhiberi, vel propter eorum carentiam, vel propter morbi aut infirmitatis ignorantiam: ſeu quia eſt quaſi irremadiabile malū, per ipſam naturæ viam: ideo currēdum eſt ad remediū, quod fidelibus ſuis, Marci vlt. Dominus relinquit ſuper terram, dicens: ſigna autem eos, qui crediderint, hæc ſequentur: in nomine meo dæmonia eijcient, linguis loquentur nouis, ſerpentes, tollent: & ſi mortiferum quid biberint, non eis nocebit: ſuper ægros manus imponent, & bene ſe habebunt: Nec recurrēdum eſt ad fatuas, inſanas & omnino erroneas incantationes quorundā, qui credunt ſe inuocare nomen G Domini, & inuocant nomen diaboli incantationibus ſuis, eo quòd ſæpe nomina ignota ibi commiſceant, ac ſemper in eis mendacia interponant. licet ſæpius Pater noſter, & Aue Maria, ad cooperimentum addant: & licet per tales inſanias appareant aliqui liberari, tamen permittente iudicio Dei, dæmon, qui ex verſutia ſua facit hominem vel puerum ægrotare, eo inuocato per impiam incantationem aufert languorem, & infirmitatem a corpore per infidelitatē, & errorem, infigens mortalem culpam in anima & in corde, ſicut in legenda B. Bartho- H lomæi euidentius patet. Proinde propheta hoc præuidens ait. Beatus vir, cuius eſt nomen Domini ſpes eius, & non reſpexit in vanitates & inſanias falſas. De pluribus vero fide digno teſtimonio noſtris temporibus audiui: quia iuxta verbum Domini impoſita manu ſuper ægrotātes ad inuocationem huius ſanctiſſimi nominis Ieſu, liberati ſunt. Nam ſicut effuſum vnguentum miniſtrat gratiam corporibus: ſic nomē Ieſu, dat ſalutis gratiam animabus. vnde propheta ait. Saluauit eos propter nomen ſuum, vt notam faceret potentiam ſuam: & quod mirabilius eſt, etiam peccatores & infideles ad inuocationem huius glorioſi nominis

A nis feciſſe miracula,& ſanaſſe ægrotos ma-
nifeſte comprobatur. vnde de B.Dionyſio
Ariopagita narratur,quòd dum cum B.Pau
lo diſceptaret per viam, ante eos quidam
cæcus tranſibat, ac ſtatim Dionyſius Apo-
ſtolo ait: ſi dixeris huic cæco, in nomine
Dei tui vide,& viderit, ſtatim credam: ſed
ne vtaris magicis verbis. ego tibi præſcri-
bam formam verborum dicens,In nomine
Ieſu Chriſti de Virgine nati, crucifixi, &
mortui,qui reſurrexit & aſcendit in cœlū,
vide. Et reſpondens Paulus,ad hoc vt om-
nis ſuſpitio tolleretur, volo vt verba eadē
B tu ipſe proferas;& in eadem forma verbo-
rum Dionyſius dixit cæco vt videret,& ſta-
tim vidit,& confeſſus eſt Dionyſius ſe cre-
dere in Chriſtum Ieſum Dominum noſtrū.
Ex his patet,quòd cum Dionyſius adhuc eſ
ſet peccator & infidelis, ad inuocationē hu
ius nominis cęcum illuminauit,& ſic pleri
que hoc idem in ſe, & in alijs noſtris tem-
porib' experti ſunt, licet eſſent peccatores,
vt verificetur quòd de hoc prædictū eſt in
pſal.102.Saluauit eos propter nomen ſuū,
vt notam faceret potentiam ſuam. Eſt au-
C tem aduertendum, quòd quatuor neceſſa-
ria sūt ad hoc, vt homo impetret in virtute
ſancti huius nominis. Primo quòd pro ſe
petat, ſecundo quòd petat neceſſarium ad
ſalutem,tertio quòd petat pie,quarto quòd
petat perſeueranter. His quatuor concur-
rentibus ſemper impetratur,quod petitur.
Primo inquam exauditur,ſi petat pro ſe.nō
poteſt enim homo vitam æternam ex con-
digno alteri promereri. nec per conſequēs
ea, quæ pertinent ad vitam æternam,alteri
mereri poteſt. Proinde non ſemper homo
pro altero petens exauditur.vnde Hierony
mus ſuper Hierem. Fruſtra rogat quis pro
D alio, cum ille demeretur, pro quo oratur.
Et iterum Auguſt.ſuper Ioan.Exaudiuntur
omnes Sancti pro ſeipſis: non aūt pro om-
nibus amicis & inimicis:quia non ad vtrū-
que dictum eſt a Domino, Ioan.16. Si quid
petieritis patrē in nomine meo, dabit: ſed
addit,dabit vobis.Et ad hoc facit quod Hie
rem.7. Dominus ait dicens: noli orare pro
populo hoc, nec aſſumas pro eo laudem
& orationem, & non obſiſtas mihi, quia
non exaudiam te. vbi glo. dicit quòd duo
ſunt,quæ orationibus ne exaudiantur a Do
mino contradicunt. Primū eſt error incor-
reptus & permanēns, ſecundum eſt finalis
impœnitentia ſeu cor impenitens. Secun-
do ſi petit neceſſarium ad ſalutem. vnde
Ioan.vbi ſupra ait Dominus: Si quid petie-

4.Sunt neceſſaria ad hoc ut hō impetret in uirtute sācti huius nominis.

Due ſunt q̃ orōnib. ne exanexaudiantur a Domino contradicūt.

ritis patrem in nomine meo, dabit vobis. E
Proinde Rabanus ſuper Matth.ait, quotieſ-
cunque petentes nō audimur: inde fit, quia
illa cōtra auxilium noſtræ ſalutis petimus,
vel in futurum petitionis differtur effectus,
vt deſideria creſcant, & perfectius capian-
tur gaudia,quę reſeruantur. Tertio ſi petit
pie.in quo verbo omnes conditiones, quæ
requiruntur ex parte orantis, inquātum o-
rans,plenius compræhenduntur, ſcilicet ꝙ
oret fideliter, humiliter, & feruenter. Pri-
mo oret fideliter,& confitenter,ſicut B.Ia-
cobus primo ſuo c.ait: Poſtulet in fide,ni-
hil hæſitans. Secundo quòd oret humiliter. F
vnde pſal.ait. Reſpexit in orationem humi-
lium,& non ſpreuit precem eorum.Tertio
ꝙ oret frequenter. vnde Aug.ait: Dignior
ſequetur effectus,quanto feruentior præce
dit affectus. Quarto ſi petit perſeueranter.
Vnde Luc.11. Dominus ait: Quis veſtrum
habebit amicum, & ibit ad illum media no
cte,& dicet illi: Amice, accommoda mihi
tres panes,quoniam amicus meus venit de
via ad me, & non habeo quid ponam ante
illum. Et ille deintus reſpondens,noli mihi
moleſtus eſſe, iam oſtium meum clauſum
eſt, & pueri mei mecum ſunt in cubili:non G
poſſum ſurgere:& dare tibi, & ille ſi perſe-
uerauerit pulſans, dico vobis, & ſi non da-
bit illi ſurgens,eo quòd amicus ſit,propter
importunitatem tamen eius ſurget, & da-
bit illi quotquot habet neceſſarios: & ego
dico vobis,petite & dabitur vobis, quærite
& inuenictis, pulſate & aperietur vobis.
Omnis enim qui petit accipit,& qui quærit
inuenit, & pulſanti aperietur.

Rabanus.

Auguſt.

Quartus radius miram lætitiam, & exultationem adipiſcuntur in omni aduerſitate, qui deuotione afficiuntur ad nomen Ieſu. Cap. 4. H

QVarto vero nomē Ieſu eſt ſolatium
patientium,& hoc contra malū pœ
næ, quāuis enim Deus ſeruos ſuos
in tentatione ſuccumbere non permittat,
nihilominus tamen permittit eos ſuſtinere
afflictiones: ſed deſperandum non eſt,nec
obliuiſcendum dulcis nominis Ieſu:ſed ta-
men maxime inuocandum. Proinde conſo
lando patientes,Matth.5.Dominus ait:Be-
ne eſtis,cum maledixerint vobis homines,
& dixerint oē malum aduerſum vos, men-
tientes propter me. gaudete in illa die, &
exultate: quoniā merces veſtra copioſa eſt
in

4.Eſt nomen ſolatium contra malū pœna.

A in cœlis. imò menti inflammāte amoris Ie ſu inæſtimabilis lætitia eſt, pro nomine Ieſu pati ſolum eſt in exebriatione ſui amoris, & in appetitu ſimilitudinis cordis eius, nul lo alio prçmio expectato. Nonne ſæpius eſt homini gaudium pati pro amico mortali, etiam cum neſcit ille pro quo talis paſſio ſu ſtinetur? quantomagis pro Deo immortali, qui omnia cernit, & pro Domino Ieſu, qui tanta pro nobis late perpeſſus eſt? hoc con ſiderans Paulus, Act. 21. ait. Ego autem nō ſolum alligari, ſed & mori in Hieruſalem paratus ſum propter nomen Ieſu Chriſti. Et Act. 5. iterum de Apoſtolis ait. Ibant A-

B poſtoli gaudentes a cōſpectu concilij, quoniam digni habiti ſunt pro nomine Ieſu contumeliam pati. Auguſt. etenim ait. Dat magnam audaciam nomen Domini, ſcriptum in cordibus iuſtorum contra impetum malorum: vt patienter tolerentur, & prudenter euitentur. vnde beata Agatha iu dici ſibi tormenta aſpera commināti, inuicto animo ſibi reſpondet, dicens. Si feras mihi promittas, audito Chriſti nomine mā ſueſcunt: ſi ignem adhibeas, rorem ſaluificum de cœlo mihi Angeli miniſtrabunt.

C propter virtutē huius nominis ſancti Martyres in tormētis ſuis omnibus triūphant, vnde propheta in perſona eorum dixit. In nomine tuo ſpernemus inſurgentes in nobis. Et iterum adiutorium noſtrum in nomine Domini, qui fecit cœlum & terram, ſcilicet quod maius fuit, quàm nobis per conſolationem aſſiſtere in tormentis. nec mirum ſi cum tanto gaudio tanta Martyres ſuſtulerunt, quia ipſe erat qui in eis omnia ſupportabat tormenta, ſicut Apoſtolus ait ad Philpi. 2. Operatur in nobis velle & per ficere pro bona voluntate. Vnde Apoca. 2. Animæ patienti propter nomē ſuum Domi nus ait: patientiam habes, & ſuſtinuiſti pro-

D pter nomen meum, & non defeciſti. Ille nempe propter nomen Domini Ieſu ſuſtinet, qui paſſione ſua clarificat nomen Chriſti, & nō propter nepharia opera, ſed propter ſacra inſtituta virtutum religionis chri ſtianæ perſecutiones ſuſtinet patienter, ſicut & beatus Petrus cap. 4. Nemo noſtrum patitur, quaſi fur vel homicida, aut maledicus, aut alienorum appetitor. Si autem vt Chriſtianus ſi erubeſcat: glorificet autem Deum in iſto nomine: ſed quoniam virtus patientiæ præmium non meretur, nec virtus etiam dici poteſt, niſi perſeueret vſque in finem: ideo Ioan. ſubdit, & non defeciſti. A iuſtitia quidem deficere comproba-

tur, qui vel difficultate exercitij, vel interna E paſſione animi, & importunitate perſequē tis inimici reſilit a cœpto propoſiti iuſti, & ideo Leuit. 3. animalis cum cauda præcipitur immolari: in quo myſticè inſinuatur, q opus Deo placere non poteſt, ſi non perſeueret vſque in finem, quod in animalis cauda deſignatur.

ARTICVLVS SECVNDVS.

De alijs quatuor radijs ſeu virtutibus nominis Ieſu pertinentibus ad proficientes. F

SEcundo autem pro ipſis proficientibus alios quatuor radios diſtinguamus dé admirando nomine Ieſu Chriſti. Nam ſicut incipientibus proficit contra malum, ita proficientibus prodeſt erga bonum. In quatuor nempe proficere debent ipſi proficientes. Primo corde, ſecundo ore, tertio opere, quarto continuatione. Proinde nomen Ieſu eſt primo honor credentium, ſecundo ſplendor prædicantium, tertio meritum operantium, quarto adiutorium deficientium. *In 4. proficere dent proficientes*

G

Quintus radius nominis Ieſu de admiranda gloria & honore, quem ſequuntur omnes vere credentes in nomine eius, ſcilicet Ieſu Chriſti. Cap. 1.

PRimo autem reſpectu cordis nomen Ieſu eſt honor credentium. Facit enim nomen Ieſu, in corde plantatum per fidem dilectiſſimum Dei filiū, ſicut Ioan. 1. teſtatur dicens: Dedit eis poteſtatem filios dei fieri his, qui credunt in nomine eius. Maximus quidem eſt honor, eſſe filios Dei. Nam, teſte Paulo ad Rom. 8. Si filij, & hæredes, hæredes quidem Dei, cohæredes autem Chriſti. Magnum igitur fidei fundamentum nomen Ieſu efficiens filios Dei, quod quidem in imò poſitum principaliter ſuſtinet ædificium, quod per columnas erectum, dum ad alta conſcendit, manet in faſtigio conſummatum. ædificium autem fundamenti huius, ſunt membra Chriſti: faſtigium vero beatitudo æterni regni. Proinde de fundamento. 1. Corinth. 3. Apoſtolus ait. Fundamentum aliud nemo poteſt ponere, niſi quod poſitum eſt, Ieſus Chriſtus. Fides enim catholicæ religionis conſiſtit in noti- *1. Reſpectu cordis* H

tia

A tia Ieſu Chriſti, & lumine, qui eſt lumē animæ, oſtium vitæ, fundamentū ſalutis æternæ. Hanc ſiquis nō habuerit, aut relinquit, veluti ſine lumine per vmbras noctis, & clauſis oculis per diſcrimina præcipitanter incedit, & quantumcunque eminentia rationis fulgeat, ducem ſequitur cęcum, dum ad intelligenda ſecreta cœleſtia proprium ſequitur intellectum, aut fundamento neglecto, cōſtruere nititur domum, aut oſtio prætermiſſo, intrare vult per tectum. Fundamentum igitur iſtud Ieſus eſt, lumen & oſtium, qui ſe via monſtraturus errantibus,
B fidei lumen exhibuit omnibus, per quā poſſet Deus ignotus requiri, quæſitus credi, & creditus inueniri. Fundamentum hoc ſuſtentat eccleſiam in nomine Ieſu fabricatā. Maximus igitur honor eſt per fidem nominis Ieſu, filium Dei fieri atq; hæredem. Qđ intelligens Angelus Apoc. 19. a Ioan. non ſuſtinuit adorari: ait enim Ioan. Cecidi ad pedes Angeli, vt adorarem eum, & dixit mihi, vide ne feceris: conſeruus enim tuus ſum, & fratrum tuorum habentium teſtimonium Ieſu, Deum adora. Ait enim, cecidi ad pedes eius vt adorarem eum: non tamen ſicut creatura creatorem Deum, ſed
C ſicut ſeruus vehemēter ac cum ſeruili ſubiectione honorat dominum ſuum creatum. Nempe Angelus in veteri teſtamento ſic ſe ab hominibus adorari nunc ſuſtinet, quod tamen non ſuſtinet hic, immo manifeſte prohiberi videtur. ideo ſubdit, & dixit mihi: vide ſcilicet ne feceris talem reuerentiā, dicens mihi: cuius cauſam ſubdit dicens, Conſeruus tuus ſum, ideſt tecum, & ſicut tu, ſum ſeruus eiuſdem Dei & Domini noſtri Ieſu Chriſti: & ne credatur, ꝙ reſpectu ſolius Io. propter ſingularem reuerentiam, excellentiam vel precellentiam eius, hoc diceret, & non de omnibus hominibus, qui
D Chriſti ſunt ſerui: ideo ſubdit, & fratrū tuorum habentium teſtimonium Ieſu, ideſt qui perfecto corde confitentur & teſtificantur Ieſum eſſe Deum & Dominum vniuerſorum, atque hominum redemptorem & ſaluatorem. Triplici enim ex cauſa ſe a Ioan. noluit Angelus adorari. Primo propter dignitatem, Secundo propter veritatem, tertio propter humilitatem. Primo inquā propter dignitatem, ſ. demonſtrandam generationis humanæ, quam in exaltatione Chriſti hoīes acceperunt: ac ſi aperte diceret, qa iam ſup nos in ſede diuinę maieſtatis Xp̄m hoīem video & adoro, ideo me ab hoīe in Chriſto credente adorari ammodo nō permitto. Secundo propter veritatem declarā E
dam, videlicet ꝙ qđ Angeli permittebant ſe ab homine adorari in veteri teſtamento, non permittebant hoc de illa quæ latria nū cupantur, quæ competit ſoli Deo. ſicut vtique ipſi dæmones permittunt atq; inſtantia magna exquirunt, & hanc cauſam ſtatim ſubdit cum ait, Deum adora. Tertio propter humilitatem, ſcilicet inſinuandam, eo rū, ſcilicet q in eccleſiaſtica dignitate ſublimati ſunt: qui licet a ſubditis ſeruiliter honorentur, non tū debent ſe habere ad eos vt dn̄i, ſed quodammodo vt miniſtri, & ſerui, iux. illud Luc. 22. Reges gentium dominantur eorum, & qui poteſtatem habent ſuper eos, benefici vocantur: vos autem non F
ſic: ſed qui maior eſt in vobis, fiat ſicut minor, & qui præceſſor eſt, ſicut miniſtrator. Nam quis maior eſt, qui recūbit, aut qui miniſtrat? nonne qui recumbit? ego aūt in medio veſtrū ſum, ſicut qui miniſtrat: & hinc eſt ꝙ Petrus princeps Apoſt. & ſummus eccleſiæ Pontifex non permiſit ſe, Actu 10. a Cornelio flexis genib⁹ honorari ſeruiliter, imò ipſum eleuabat dicens, & ego ipſe hō ſum, ſicut & tu: & hoc egit, ſ. vt hanc humilitatem inſinuaret eſſe ſeruandam, &c.

G

Sextus radius, quòd ſolum prædicantes nomen Ieſu, ideſt animarum ſalutem fructificant in verbo Dei. Cap. 2.

SEcundo reſpectu oris nomen Ieſu eſt ſplendor prædicantium, eo quòd lumi noſo ſplendore annunciare & audire faciat verbum ſuum. vnde Bernar. & vnde putas in toto orbe tanta, & tam ſubita atque feruens Dei lux, niſi de prædicato Ieſu nomine? & huius nominis luce ac ſapore Deus nos vocauit in admirabile lumē ſuum, quibus illuminatis, & in lumine iſto H
videntibus lumen, Apoſtolus ad Epheſ. 5. Eratis aliquando tenebræ, nunc autem lux in Domino, vt filij lucis ambulate. Proinde hoc nomen declarari debet vt luceat, nec latere, nec in prædicatione proferri debet corde ſordido, vel ore polluto: ſed in vaſe recondendum, & proferendum electo. vnde Act. 9. Dominus ait, Vas electionis mihi eſt iſte, vt portet nomen meum coram gētibus, & regibus, & filijs Iſrael. Vas inquit electionis, vbi liquor dulciſſimus venalis expoſitus, vt prouocet ad bibendum, dum rutilat & ſplēdeſcit in vaſis electis: vt portet, inquit, nomen meum, &c. Nam ſicut igne

Triplici ex cā ſe a Ioan. noluit Angelus adorari.

2. Reſpectu oris.

A igne ſuccenſo purgatis agris conſumitur ariditas & inutilitas veprium & ſpinarum, & ſicut ortu ſolarium radiorum pulſis tenebris latitant fures, noctiuagique, foſſoreſque domorum: ſic lingua Pauli populis prædicante, velut magno tonitruo perſtrepente, velut igne vehementius irruente, velut ſole clarius irruente conſumebatur infidelitas, diſperibat falſitas, eluceſcebat veritas, ad inſtar ceræ vehementis ignis incendio liqueſactæ. nomen enim Ieſu circúferebat verbis, epiſtolis, miraculis, & exemplis. Laudabat enim nomen Ieſu aſſidue, & collaudabat in confeſſione. hoc inſuper

B nomen coram regibus & gentibus, & filijs Iſrael portabat Apoſtolus tanquam lumen, & illuminabat patrias, & clamabat vbique illud ad Roma. 13. Nox præceſſit, dies auté appropinquauit: abijciamus igitur opera tenebrarum, & induamur arma lucis, ſicut in die honeſte ambulemus, & monſtrabit omnibus lucernam ardentem atque lucentem ſuper candelabrum: annunciens in omni loco Ieſum, & hunc crucifixum, quomodo lux illa reſplenduit, & perſtrinxit cunctorum intuentium oculos, quando Actu 3. de ore Petri tanquam fulgor egrediens claudi corporales plantas ſo

C lidauit, & baſes, multoſque ſpirituales cæcos illuminauit. nunquid non ignem ſparſit, cum ait: In nomine Ieſu Chriſti ſurge & ambula? Hæc ſecundum Bern. ibi ſupra: De Apoſtolis quoque Marc. in fine dicitur, quòd profecti prædicauerunt vbique, ſcilicet nomen Ieſu, Domino cooperante, & ſermonem confirmante, ſequentibus ſignis, quæ reuera fiebant in nomine Ieſu Chriſti. denique quod miraculis confirmauit in perſecutione tyrannorum, confirmauit poſtmodum illuſtrationibus luminoſis, declarantibus ſcripturas contra do

D ctrinas falſas hæreticorum. Inſuper & quotidie confirmat nunc dulcoroſis refectionibus, & copioſis illuminationibus electorû. Proinde eccleſia Chriſti ſponſa ſp eius teſtimonio fulta iubilat cum pſalm. dicens, Domine docuiſti me a iuuentute mea, & vſque nunc pronunciabo mirabilia tua, ſcilicet ſemper: propheta quoque ad hoc exhortatur, dicens, Cantate domino, & benedicite nomini eius, annunciate de die in dié ſalutare ei, .i. Ieſum ſaluatorem.

Septimus radius, quòd virtute nominis Ieſu Chriſti in operibus bonis merita cumulantur. Cap. 3. E

TErtio reſpectu operis nomen Ieſu eſt meritum operantium. Nam virtute huius nominis merita, & gratię cumulantur, teſte Apoſtolo, qui ait. 1. ad Corinth. 12. Nemo poteſt dicere, Dominus Ieſus, niſi in Spiritu ſancto, quod de triplici dictione, ſecundum Alexan. de Ales, intelligendum eſt. hoc eſt, nemo poteſt dicere, ſcilicet corde, ore & opere, Dominus Ieſus, F niſi in virtute Spiritus ſancti. nullus enim prædicto modo poteſt digne proferre hoc ſanctiſſimum nomen, quin illa prolatione efficiatur dignus vita & gloria ſempiterna. Nam omnes actus, qui eliciuntur a Spiritu ſancto, meritorij ſunt gloriæ ſempiternæ. Magni igitur theſauri & diuitiæ reconduntur in hoc nomen Ieſus: hi ſiquidem theſauri atque ſecretorum arcana tunc talibus communicantur, cum nomen Ieſu feruenti deuotione ac dulcore continue laudatur & glorificatur, quod intelligens Eccleſ. 51. ad Dominum Ieſu ait, dicens: Laudabo nomen tuum aſſiduè, & collaudabo illud in cófeſſione. Proinde Chryſoſt. ait: Quo nomen G Domini diligitur profundius, inuocatur frequentius, eo exaltat in Deum altius, ſcilicet per cumulum meritorum, & etiam gratiarum.

3. Reſpectu operis.

Oēs actus q̄ eliciunt̄ a ſpū ſcō meritorij sūt gloriæ ſempiternæ.

Octauus radius, quòd tepeſcentes, & ſpiritualiter infirmantes per nomen Ieſu reducuntur iterum ad feruidam charitatem. Cap. 4.

QVarto autem reſpectu continuationis nomen Ieſu eſt adiutorium deficientium. vnde Bern. vbi ſup. ait. An H non totiens conſortaris, quotiens nominis Ieſu recordaris? quid æque menté cogitantis impinguat; quid ita exercitatos reparat ſenſus, virtutes roborat, vegetat bonos mores, atq; honeſtos, caſtas fouet affectiones. Si. n. per mentis pigritiem atq; torporē ſedes, ſanat te Ieſus excitando feruorem. vñ Bern. iterum vbi ſupra inquit: Nomen Ieſu ſemper in ſinu tibi ſit, ſemp in manu, quo tui omnes in Ieſum, & ſenſus dirigantur & actus. Deniq; Can. 8. a Ieſu inuitaris, cum ait: Pone me vt ſignaculum ſuper cor tuû, vt ſignaculum ſuper brachium tuum. nunc enim habes: vnde & lento brachio tuo, &

4. Reſpū continuationis.

tepido

A tepido tuo cordi medearis: habes inquam nomine Ieſu, vſi actus tuos vel prauos corrigas, vel nimis perfectos impleas. Itemq; vſi. tuos ſenſus aut ſerues, ne corrũpantur aut ſi corrũpantur, ſanes. Hęc ſm Bern. frequentius fratres legitime exprimitur i nobis, ꝙ ſubito ſæpius replemur tædio & languore meſtitiæ præmimur, aridi reddimur, horret cella, lectio diſplicet, vagaẗ animus, tepor & rigor in toto ſentiuntur affectu: quantũcumq; prolongetur oratio, magis tepiditate grauatur, quàm ſuauitatis dulcedine, nec regni deſiderio, nec gehẽnæ ſupplicio ſom
B nus ille lethargicus aut ſoluitur, aut fugaẗ, & facto modico tpis interuallo, ex intimo cordis affectu inuocato Ieſu, dum ſolitarij reſidemus. Subit alacritas gaudij tam immenſi, ꝙ lingua non loquitur, nec verobuli oratione profertur: ſed anguſtia ſenſus humani tranſcenditur, & ſenſibus conglobatis mens cuiuſdam luminis infuſione irradiata, atq; cuiuſdam liquoris ebrietate potata: tanta repletur lætitia, velut in momento tpis: ſi tñ tpis, vt nihil præferat vel cõferat tantis delitijs, tantiſq; bonis, atq; tantis ſua uitatibus ſaporoſis. puto. n. ꝙ illa triſtitia ex ſecretis cauſis Dñi Ieſu manifeſtauit abſentiam, atq; nomen Ieſu ex intimo deſiderio
C humiliter inuocatum, ſecretoq; ſilentio reuocauit cum Ieſu reuerſione lætitiam; non aderat Ieſus, moriẗ Lazarus, męſtitia repletur domus. ſed ecce Ieſus ingreditur, ſorores ex ſua pñtia conſolantur, & Lazarus reſuſcitatur. Hinc & ipſa Maria tpe paſſionis Chriſti poſt multiplices ſalſugines amaritudinum progreditur ad Dñi ſepulchrum, q̃rens, vt ait Angelus Matt. 16. Ieſum Nazarenum crucifixum: Ieſus aũt ſalus; Nazarenus floridus interpretatur. crucifixum additur, vt ſimul habeas ſalutem, florem, & crucẽ, & in oĩbus conſolationem. Crux te rectificat in operatione, flos te lætificat in affectio
D ne, Ieſus te certificat de ſaluatione. iõ Dñiea crux fuit figuræ perpendicularis, ponitur q; vt ſignum in biuijs. Illos aũt iucũdus oculis ſpem fructus annunciat ſubſequẽtis. Ieſus aũt ipſe eſt benedictus & benedicibilis fructus virginei vẽtris. Fructus inquam beatis ſpecioſiſſimus ad videndum, ſuauiſſimus ad odorandũ, ſapidiſſimus ad guſtandum, pretioſiſſimus ad habendum. propter quod ſponſa diſtribuẽs dilectum ſuũ, Can. 5. ait, Guttur eius ſuauiſſimus, & totus deſiderabilis. trahit. n. in ſe Ieſus omne deſiderium, & omnem ſatiat appetitum. Et quod mirabilius aut deſiderabilius eſt, ſicut radix arboris quanto magis figitur in profun- E do, tanto fructus eius amplius expeditur in excelſũm: ſic nomen Ieſu in intimo cordis fixum atque ſolidius radicatum: fragrare facit vberius abundantiam gratiarum.

Articulus Tertius.

De alijs quatuor radijs, & virtutibus nominis Ieſu Chriſti pertinentibus ad perfectos.

Tertio principaliter ꝑ factis alios quatuor radios diſtinguamus, ſecundum ꝙ quatuor conueniunt animabus cõ- F templatiuis atque perfectis. Primo memorari meditando, ſecũdo poſtulare orando, tertio experiri guſtando, quarto præmiari ex hoc ſæculo tranſmigrando. Proinde nomen Ieſu, eſt primo ſuſpirium meditantium, & ſecundo ſuffragium orantium, tertio guſtus contemplantium, quarto gloria triumphantium.

Nonus radius, quanta dulcedine repleantur deuote meditantes nomen Ieſu. Cap. 1.

G

Primo quidem nomẽ Ieſu, eſt ſuſpirium meditantiũ & memorantiũ. Proinde Can. 1. dr̃: Oleũ effuſum nomen tuum, iõ adoleſcentulæ dilexerunt te nimis. Quod exponens Orige. dicit: Planum eſt, ꝙ ad effuſionem olei ſequitur loci impugnatio, in quo facta eſt olei infuſio. Sic ẽt neceſſarium eſt vt in cordibus, in quibus fuerit nomen Dñi frequentatum, pinguis deuotio ſubſequatur, quæ adoleſcentulas. i. nouas animas in pñiæ labore ad currendum poſt dılectũ ardentiſſime excitet in amore. ſ. vt iubilent H cum dulcore illud Bern. Dulcis Ieſu memoria, Dans vera cordis gaudia: ſed ſuper mel & omnia, dulcis Ieſu præſentia. Nil canitur ſuauius, auditur nil iucũdius, Nil cogitatur dulcius, quàm Ieſus Dei filius &c. quæ in rithmo illo ſequuntur. Merito igitur Eſaias 26. ait: Domine, nomẽ & memoriale tuum in deſiderio animæ. ideo Bern. ſuper Cant. ait: Nõn tantum eſt lux nomen Ieſu, ſed cibus eſt. an non totiens confortaris, quotiens Ieſu recordaris? Oleum eſt nomen Ieſu, aridus eſt animæ cibus, niſi hoc oleo cõdiatur. O quanta dulcedo diſtillare videtur e labijs paruuli innocentis, qñ doctus a deuota

1. Eſt nomen Ieſu ſuſpirium meditantium.

Bernar.

A deuota matre non valens adhuc addiſcere Pater noſter, & Aue Maria, cum reuerentia nominat nomen Ieſus. Nam nomen Ieſus, eſt mel in ore, & melos in aure. Merito ergo Apoc. 2. dicitur. Vincenti dabo manna abſconditum, & dabo ei calculum candidum aliter lucidum, & in calculo nomē nouum ſcriptum, quod nemo nouit, niſi qui accipit. Abſconditum quidem manna guſtum diuinæ ſapientiæ notat, indignis vtique occultatum. Sicut enim manna deſuper veniens omnem ſuauitatis ſaporem in ſe habebat: ſic intelligentia myſteriorum Ieſu Chriſti omnium mentis ſuauitate redundat. *Comparatio.* B Ipſe eſt enim, de quo ſubditur, & dabo ei calculum candidum, ſeu lucidum: hoc eſt carbunculum lucidum & ſplendidum. vel ad literam calculus leuis, & lucidus lapillus eſt, vt hæc omnia quantum ad humanitatē Chriſti myſtice aliquid ſignificare habeant. Nam in manna veritas, in calculo manſuetudo, & in candore iuſtitia denotatur, quæ præcipue hominis Chriſti virtutes ſunt, de quibus pſal. inquit, Propter mā ſuetudinem & iuſtitiam. Sed quoniam humanitati diuinitas iuncta eſt, cuius intelligentia ſaporoſa per Ieſu Chriſti nomen & notitiam obtinetur: ideo ſubditur, & in calculo nomen C nouum ſcriptum. Hoc ſiquidem nomen nouum ſcriptum in aſſumpto homine Deus eſt, qui ſolus ſaluare poteſt. cuius amoroſa notitia omnes, qui per veritatem nominis Ieſu Chriſti ad eum perueniūt, admiranda ſuauitate innouat, & in ſtupendum decorem transformat: hanc autem lucidam claritatem, & ſapidam bonitatem nemo æſtimare poteſt, niſi ille qui experitur. ideo ſubinfertur. Quod nemo nouit niſi ille qui accipit, a Chriſto ſiquidem Dei ſuauis notitia accipitur, cum per ſapientiam & grām a Chriſto menti cōicatam ad illius ſuauitatis experientiam peruenitur. Chriſtus enim D huius theſauri diſpenſator eſt, ſicut dicitur Iſa. 45. c. a patre ad ipſum. Dabo tibi theſauros abſconditos, & arcam ſecretorum, ſcilicet, vt hæc omnia diſpenſes omnibus mēbris, & electis tuis, ſicut propheta pſal. 102. ait. Sicut vnguentum, ſcilicet talis gratia eſt, quod deſcendit in barbam, ideſt in animas perfectas & viriles, quod clarius exprimens ſubdit, Barbam Aaron. Aaron autem mons fortitudinis interpræatur, & ſignat animas viriles & magnas, ſicut fuerunt Apoſtoli & Prophetæ, atque principales Dei electi, in quos abundantiſſime Chriſti gratia diffuſa eſt. Sed mox de minori- *Gratia in quos deſcendit.*

bus Sanctis merito ſubinfertur, quod deſcendit in oram veſtimenti eius, ideſt vſque ad vltimum Dei electum, & hoc quidem quantum ad animam, & quantum ad corpus: quia ex tali infuſione gratiæ corpus cū anima delectatur. vnde de hoc ſimilitudinē de rore ſubdit, dicens, Sicut ros Hermon, qui ſcilicet idem deſcendit in montē Syon. Hermon anathema mœroris interpretatur, & ſignat corpus originali culpa contaminatum. Syon vero ſpecula, vel ſemen eius interpretatur, & ſignat animā, eo quòd apta ſit ſpeculari ſuperna: cum ſit ſemen, ideſt imago ſanctiſſimæ trinitatis, vt hoc apertius innuatur, quòd anima & corpus taliū hac gratia irrorantur. E F

Decimus radius, quòd quicquid petitur in nomine Ieſu debitis circunſtantijs obſeruatis, infallibiliter impetratur. Cap. 2.

SEcundo autem glorioſum nomen Ieſu: eſt ſuffragium orantium & poſtulantium. Vis enim audire virtutem huius nominis in poſtulandis? audi Dominum Ioan. 16. dicētem, ſi quid petieritis patrem in nomine meo, dabit vobis. Ait enim, ſi quid, ideſt ſi aliquid: quia quod malum eſt, non eſt aliquid. Si quid petieritis patrem in nomine meo, quod eſt Ieſus, qui interpræatur ſalus, ideſt ꝙ pertineat ad ſalutem: dabit vobis. vnde Aug. ſuper Ioan. ait. Petimus in nomine Saluatoris, quod petimus ad rationem ſalutis. Sed vis huius nominis, quæ ſalutem petentibus non aduerſatur. vnde Auguſt. ibidem ait: Non petitur in nomine Saluatoris, quod petitur contra rationem ſalutis. Proinde Sancta mater nr̄a eccleſia, q̄ ſemper ſalutaria petit in oibus petitionibus ſuis exauditur: quia in eis ſp adiungit. i. in officijs ſacris per Dn̄m noſtrum Ieſum Chriſtum, & conſimilia, q̄ conſueuit ponere eccleſia in fine orationū. Et iterum Ambr. ait: Nemo ſe dicat eſſe pauperem in Deo, vel apud Deum. petat patrem in noīe filij, & accipiet dona Dei: ſic vero fiet diues in Domino, qui deuotus extiterit eius nomini glorioſo. Quæ autē requirūtur ad hoc ꝙ homo impetret quicquid petit, dictū eſt. art. 1. c. 3. circa medium, quæ maxime cōuenientia ſunt huic. c. Sunt enim plerique, qui in neceſſitatibus ſuis ſolum confidunt in bonis tpalib. ſed iuſti in inuocatione Dn̄i nr̄i Ieſu Xp̄i. vn̄ propheta de talib. ait: Hi in curribus *2. Eſt nomen Ieſu ſuffragiū orantium* G *Auguſt.* H *Ambro.*

A ribus & hi in equis:nos aūt in nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti inuocabim⁹, hoc tñ pronomen hi;non demonſtratiuè,ſed quaſi partitiuè ponit a Propheta:ſicut & Mat.25. eodē ſenſu Dñs ait: Ibunt hi in ſupplicium ęternū:iuſti aūt in vitā ęternā.Ait ergo hi.I. quidā in curribus.i.in uolubili, & mutabili ſucceſſu tpaliū,& ſuperbię cōfidunt.& hi.i. alij in equis.i.in ſequela, & ſtatu & faſtu & potentia mundi,& ideo confidunt in nihil. Nos aūt cū pōdere hic legat. Nos inq.ſ.deuoti nōis Ieſu Chriſti,i nōie dñi Dei nři inuocabimus petentes a pře in nōie dilecti filij ſui Ieſu Chriſti,quæ nobis neceſſaria sūt.

B

Vndecimus radius,de immenſa ſuauitate, qua contemplatiui inebriantur in guſtu nominis Ieſu. Cap. 3.

Tertio eſt nomen Ieſu guſtus contēplantium. TErtio eſt nomen Ieſu, guſtus contemplantium:nomen.n.Ieſu,cibat & reficit tabefactum ſpirituali fame. Nā terra,quam ſpiritus noſter inhabitat, eſt terra penuriæ atq; famis:ideo in ſpe cum patientia conſtituti ſaluatorem expectamus Dñm noſtrum Ieſum Chriſtū, qui reformabit corpus humilitatis noſtræ,cōfiguratum corpori claritatis ſuæ, & interim ſpe ſaluamur,

C qſi pertingens ad interiora velaminis. odorem tenuē de fructibus paradiſi nobis prælibat. quo ſm peregrinationis, & uiæ in cōtemplatione fruimur, & cibamur:hoc eſt illud manna mellifluum, panis utique deſcendens de cęlo:quo veſcitur ne deficiat,Iſrael in deſerto. Ad huius igitur fruitionis edulium habes nomen Ieſu, quod continet omnem ſaporem,& omnis dulcedinis ſuauitatem,cuius prælibatio diſpenſatoria, cum peregrinamur in uia contemplando ſperam⁹ & in eo ſentitur. Sed cum fuerit ſpes euacuata perfectè, rē nōis tenebimus & fruemur. Nam ſm prophetam tūc in Ieſu cor noſtrū

D perfectè lætabitur, qm in nomine ſancto eius ſperauimus. Fiat ergo miſericordia tua illa Domine magna ſuper nos,quemadmodum ſperauimus in te. Proinde guſtando ſuauitatem nominis Ieſu, dicat unuſquiſq; noſtrum illud propheticum, confitebimur

August. nomini tuo,qm bonum eſt.ſuper quo Aug. dicit.Nomen Dñi bonum, quoniā ipſe bonus: quo boni ſumus,ſi ipſum diligamus,& totum cor ponamus ad eum amandum, & laudandū,q nos facit ad ſe fruendū.Et iterū

Bernard. Bern. ait, per nomē Dñi peruenit ad rē,nōis, q per cognitionē ſui nois, peruenitur ad dilectionē,& fruitionem ſui nōis.Merito igitur Prouerb.18.dr.Ad aliū intellectum q ſupra poſitum ſit turris fortiſſima nomen Dñi:ad

E ipſam currit iuſtus & exaltat:quod exponēs Hieronymus ait. Non ſine cauſa dr nomen Dñi turris fortiſſima,qm in ea eſt uirtus fortiſſima & maxima, non ſolum euadendi inſultus inimicorū,& fluxus uitiorū, ſed & etiā alto contemplandi multitudinem æternorū gaudiorum, & iterū Chryſoſt.ait. Quo nomen Dei diligitur profundius,& inuocatur frequentius:eo exaltat in Deum altius.Hoc quidē beatus Ægidius ſocius beati Frāciſci per experientiā ſentiebat.Nā ex quo Dñs Ieſus ſibi apparuit propè locum mōtis Cetonę,quotidie ſecum diutius commorando a *Hieronym.* *Chryſoſt.*

F natiuitate vſque ad feſtum Epiphaniæ, tāta dulcedine eius repletus eſt,ut ſæpius poſtea quando audiebat nomen Ieſu nominari:ſtatim ſupra ſe illius dulcedine tractus in extaſim rapiebatur,& ſępius a terra eleuabatur: quod & pater Papa experiri uolens, illum in ſecreto thalamo ſecum habens: cum inter cætera ſermonis verba ex induſtria nominaret Ieſum:ſtatim frater Ægidius eleuatus a terra in extaſim raptus eſt. O vtinam ex illius vbertate gratiæ,ex illius uoluptate gloriæ, qua fruuntur paradiſicolæ, & quaſi quodammodo participant in alta contemplatione ſubuecti, vna uice vnica ſcintilla,

G vel ſtilla deſcenderet in aridam mentem meam, vt Ieſum cogitem, guſtem, diligam toto corde: inacceſſibilis es Domine nobis aſſiſtentibus foris, felle carnis inebriatis: multitudo dulcedinis tuæ, quam reſeruaſti dilectis filijs tuis, nobis iter agentibus ſufficit ſpiramētum, vt in odore curramus vnguentorum tuorum. Supergreditur enim ſuauitas iſta delitias,quoniā odor tuus Domine concupiſcētias parit æternas: hi ſunt, de quibus propheta ait: Domine in lumine vultus tui uidebimus lumen.Et aliās.Ambulabunt gentes in lumine tuo, & in nomine

H tuo exultabunt tota die:inter quos cum annumeratus fuero,cum Abachuc.3. In Domino gaudebo, & exultabo in Deo Ieſu meo, & cætera.

Duodecimus radius, quòd in nomine Ieſu omnes beati glorificantur in cælo æternaliter. Cap. 4.

Quarto eſt nomen Ieſu gloria triūphantium. QVarto autem nomen Ieſu eſt gloria triumphantiū:erit.n. in prima imaginis reformatio cōſummata,vbi nullus obliuionis locus uiuentibus in æternitate,

A nitate, nulla erroris ſubreptio fructibus veritate, nulla cupidinis impulſio abſorptis diuina charitate: nam omnibus diligentibus nomen Ieſu, in intellectu erit viſio clara ſuperſplendidiſſimæ veritatis propter meritum fidei: in memoria erit tentio, ſeu poſſeſſio ſempiterna immenſiſſimæ maieſtatis, propter meritum ſpei. In voluntate erit dilectio, ſeu fruitio ſuauiſſimæ bonitatis, propter meritum dilectionis nominis Ieſu, ſicut propheta ait. Gloriabuntur in te omnes qui diligunt nomen tuum. Et ſic propter nomen Ieſu tota anima viuet, tota dotata, atque beata erit, atque in tribus virib⁹
B Deo trino & uno tota erit configurata, tota vnita, tota illuminata, tota quietata: quia in ſtatu omnium bonorum aggregatione perfectè æternaliter viuet. Proinde propheta ad Dñm Ieſum ait. Spiritus tuus bonus deducet me in terram rectã, propter nomen tuũ &c. hoc quidẽ plenum eſt illud gaudiũ,
Ioan. de quo Iohan. 16. dominus ait: Vſque modo non petiſtis quicquã in nomine meo. & hoc ſcilicet, quia uirtus nominis mei fuit vobis ignota: ſed nunc cognita eius virtute, petite & accipietis, ut gaudiũ veſtrũ ſit plenum: Petite, inquit, & accipietis. ſ. in uirtute nõis
Chryſoſt. mei. vbi Chryſoſt. ait, ꝙ in hoc oſtendit uir
C tutem nõis ſui, quia non viſus, non rogat⁹, ſed nõiatus ſolum apud patrẽ facit mirabi-
Gaudium plenũ propter tria. lia. Et ſequitur, ut gaudium veſtrũ plenũ ſit, quod erit gloria ſempiterna: quod quidem propter tria plenum gaudium nominatur.

Primo, quia adimplebit totũ animi appetitum, de quo propheta ait. Adimplebis me lætitia cũ vultu tuo: quod poteſt exponi, ſicut patebit ſermone vltimo, cap. vltimo. Secundo, quia cõſiſtit in viſione, fruitione, & poſſeſſione pleniſſimi, & cõſummati boni, quod eſt Deus trinus & unus, ſicut prædictũ eſt. Et de hoc bono Exod. 33. dicitur, Ego oſtendam tibi omne bonum. Tertio,
D quia tale & tantũ gaudium omnino inamiſſibile erit. Vnde Iohann. 16. dicit diſcipulis ſuis, Et gaudium veſtrũ nemo tollet a vobis. In hoc igitur nomine erit gloria omniũ beatorũ. vnde Apoc. 14. Iohan. ait. Vidi, & ecce agnus ſtabat ſupra montẽ Syon, & cũ eo centũ quadragintaquatuor millia habentes nomen eius, & nomen patris ei⁹ ſcriptũ in frontibus ſuis. Mõs Syon altã eminentiã lucis patriæ indicat, cum Syon ſpeculum interpretetur. Super hunc montẽ ſtat agnus Dei filius Ieſus Chriſtus: qui ſuper omnes, quantum homo, eminet in gloriæ uiſione: & de hac omnes beati participes fiunt. vnde ſubditur, & cum illo. C. 44. millia, ſcili- E
cet agni. Nam ſubſcripta nomina adiectiua, & numeralia videntur trahere ſuum ſubiectum a præmiſſo agno: per hunc ſiquidem numerum, ſicut alibi patet, omnes glorificandi ſignantur. nam per quaternarium virtus, per quadragenarium exercitium uirtutum, per centenarium oblectatio virtutis, quæ per exercitium virtutum acquiritur, per millenarium ſcientia, ſeu ſapientia quæ virtutem perficit, denotatur: quia per hoc a Deo tribuitur gloria ſempiterna, de qua ſubditur, habentes nomen eius: per nomen famoſa notitia deſignatur,
quia reſpectu Dei non reputatur, niſi fue- F
rit amatiua: talis quidem eſt in beatis, ſeu aliter dici poteſt, quòd nomen Ieſu, id eſt, res nominis Ieſu, eſt ipſe Deus, in qua communicat Deo patri & Spiritu ſancto in diuinitatis vnitate, ſicut Iohan. teſtatur. 1. cap. dicens. Et Deus erat verbum. quod enim verbum eſt perſonali diſtinctione a patre, Deus eſt communicatione vnius naturæ cum patre. Proinde de perſonali diſtinctione in deitatis vnitate merito ſubinfertur. Et nomen patris eius ſcriptum in frontibus ſuis: pater ſine dubio omnibus glorioſis dat intelligere filium, reſpectu cuius eſt
pater: qui ergo nomen patris ſcriptum in G
frontibus, id eſt, in mentibus ſuis habent, nomen filij ignorare non poſſunt. Vnde Luc. 19. filius ait: Qui me recipit, ſcilicet in gratia, aut in gloria: recipit illum, qui me miſit. Scriptura, autem hæc, qua nomen & patris, & filij in beatorum mentibus ſcriptum eſt, facta eſt digito Dei viui, qui eſt Spiritus ſanctus, quo etiam tabulæ vtriuſque teſtamenti conſcriptæ ſunt, ſicut patet Exod. 32. per vtrunque enim teſtamentum peruenimus in gloria ad unum nomen cognitionis trium perſonarum, in quibus conſiſtit gloria beatorum. Vnde Bernar. in ſer
mone 8. ſuper Cantic. ait. Qui ſequuntur a- H
gnũ, dñr habere nomẽ ius, & nomen patris eius ſcriptum in frontibus ſuis: quod eſt de vtriuſque notitia, ſcilicet patris & filij gloriari. O nomen glorioſum, nomen gratioſum, o nomen amoroſum & virtuoſum: per te crimina relaxantur, per te aduerſarij ſuperantur, per te infirmi liberãtur, per te patientes in aduerſitatibus roborantur & iucundantur: tu credentium honor, tu prædicantium Doctor, tu operantium roborator, tu deficientium ſuſtentator: igneo feruore, & calore tuo deſideria inardeſcũt, poſtulata ſuffragia impetrantur, inebriantur

tur

A tur animæ contemplantes, atque parte glorificantur in cœleſti gloria triumphantes, cum quibus dulciſſime Ieſu, per hoc tuum ſacratiſſimum nomen conregnare nos facias, qui cum patre & ſpiritu ſancto in trinitate, & vnitate perfecta omnium beatorum glorificator, & glorioſus triumphas & regnas, per omnia ſęcula ſeculorum, Amen.

DOMINICA PALMARVM infra diem.

B *De pace & concordia inimicorum, ac de remiſſione iniuriarum.*

Sermo L.

Cædebant ramos de arborib⁹, & ſternebant in via, Matt. 21. & in euangelio hodierno. Iam in hoc ſacro tempore ad illud deſiderabile bonum, id eſt, ad pacem & ciuilem concordiam mentis oculos eleuemus: cum ex ipſa charitas & fraterna dilectio generetur, nutriatur, & cõ C ſeruetur, & uſque in finem vltimum interminabiliter perſeueret. Proinde Auguſtinus de ciuitate Dei, ait: Tale bonum eſt bonum pacis, vt in rebus creatis nil gratioſius ſolet audiri, nil delectabilius concupiſci, & nil utilius poſſideri: nec immerito hoc aſſerit, cũ idem de verbis Domini dicat, Pax eſt ſerenitas mentis, tranquillitas animi, ſimplicitas cordis, vinculum amoris, conſortium charitatis. Hæc eſt, quę ſimultates tollit, bella compeſcit, iras comprimit, ſuperbos calcat, humiles amat, diſcordes ſedat, inimicos cõcordat: cunctis eſt placida, neſcit extolli, neſcit inflammari. Hanc qui accipit te- D neat, qui perdidit repetat, qui amiſit exquirat: quoniam qui in eadem non erit inuentus a patre, abdicatur a Spiritu ſancto, alienus efficitur, nec ad hæreditatẽ domini poterit peruenire, qui teſtimonium pacis noluerit obſeruare. hęc ille. Ex verbis ergo Auguſtini luculenter apparet, quantũ generale gaudium per pacẽ, & proximorũ concordiã generetur, quod myſticè verba præpoſita præfigurant, cum dicitur, Cædebant ramos de arboribus, ſcilicet cum gaudio, & exultatione: & ſternebant in uia, ſcilicet in ſignum iucunditatis & feſti: quia rex

August.

Pax.

pacificus venit in Ieruſalem ſuper aſinam E manſuetus. Proinde merito ſubinſertũ eſt propoſitũ uerbum. Turbæ aũt, quæ pręcedebant, id eſt, ſancti patres veteris teſtamenti: & quæ ſequebantur, id eſt, patres noui teſtamenti, clamabant affectu cordis, dicentes, Oſanna, id eſt, obſecro ſalua nos, qa per pacem a Chriſto generaliter inter Deũ & hominem generatã ſaluati ſumus: nec non & per concordiã & pacem diſcordantium animorum ab æternis ſupplicijs quotidie liberamur: hoc pacis gaudiũ Propheta conſiderans, & quaſi paradiſi participationẽ arram ciuilem, & proximorũ concordiã cernens, quaſi de inuento theſauro congratu- F lans, & exultans ait: Ecce q̃ bonũ, & q̃ iucundum, habitare fratres in vnũ. pſal. 132. quod eſt, aliud thema in præſenti ſermone. In quibus ſacratiſſimis verbis Propheta oſtendit, q̃ neceſſaria ſit pax, & concordia inter ciues triplici ex reſpectu. Primo ex reſpectu Dei. ideo dicit, ecce q̃ bonũ: ſecũdo reſpectu ſui addit, & q̃ iucundũ: tertio reſpectu proximi: vnde addit, habitare fratres in unũ: vt ſic ſint tres amores ad pacem ciuium coarctantes. Primus eſt amor Dei, ſecundus amor ſui, tertius eſt amor proximi.

Articvlvs Primvs. G

Quòd propter quadruplicem rationem reſpectu Dei debent pacificare ſeinuicem amici.

Et primus quidem amor ad proximorũ pacem cohortãs eſt amor Dei. vnde merito propheta ait. Ecce q̃ bonum, ſcilicet reſpectu diuini amoris liberaliter parcere omnib⁹ inimicis, & ſe pacificare, & pacificè inſimul omnes conuerſari cunctos ſibi inuicem aduerſantes: & maximè bonum eſt ex quadru H plici ratione. Primo propter diuinam obedientiam, ſecundo propter diuinam honorificẽtiam, tertio propter diuinam iuſtitiã, quarto propter diuinam complacentiam.

Propter quatuor rõnes reſpũ Dei, debent ſe inuicẽ pacificari amici.

Quòd parcendum eſt inimicis, quia præcipit hoc Deus. Cap. 1.

Primo quidem debet homo parcere inimicis ſuis propter diuinã obedientiã: præcipit. n. hoc De⁹, Matth. 5. dicens: Diligite inimicos veſtros, benefacite his qui uos oderũt, & orate pro perſequentibus, & calũnian-

A tibus vos. In quibus uerbis circa inimicum Dominus triplex præceptū dedit. Primum eſt de diligentia, ſcḋm eſt de beneficentia, tertium eſt de beniuolentia. Primo inq̃ præcepit Dominus erga inimicos nos habere dilectionem: ideo ait, Diligite inimicos veſtros. In hoc. n. præcipit inimicorū dilectionem, ſeu amationē, qua quis alterum habet diligere vt ſe, & ad hoc obligat vnumquemque, quod eſt amare proximū inimicum triplici amore: ſcilicet uero, iuſto & amoroſo. de quibus dictū eſt ſupra, ſermone 7. artic. j. per totum. Qui vero odiū erga proximū in corde habet, & illi nocere deſiderat, ſecundū Auguſt. ſimilis eſt illi, qui gladio ſeſe trāſfodit, vt inimici ſui tunicā ſcindat. vnde. 1. Ioan. 3. dicit: Qui odit fratrē ſuum, homicida eſt, ſcilicet ſui ipſius. Et de talib⁹ propheta ait, Gladius eorū intret in cordibus eorū.

Dominus erca inimicum. Triplex pceptū dedit.

B Secundo pręcepit Dn̄s beneficentiā, dicēs, Benefacite his qui oderunt vos. Quod utiq; ſeruamus, cū eis ex corde parcimus, & eis ore familiaritatē oſtendimus: nec non & illis opere in neceſſitatibus eorū liberaliter ſubuenimus, quia ad hoc quilibet pro loco, & tēpore obligatur. Tertium præceptū ſubdit Dn̄s de beniuolētia optatiua, atq; intercceſſiua. Verus. n. amor bonū amico optat: &

C qñ per ſe nō poteſt, ab alio hoc impetrat iuxta poſſe: ideo Dn̄s ſubdit, dicens, Et orate pro perſequentibus, & calūniantibus uos. Ait. n. pro perſequentibus vos. ſ. facto: & calūniantibus uos. ſ. verbo, vel dicto. Et de his tribus præceptis obſeruandis, quo ad ei⁹ perfectionē, dicet infra artic. 1. c. 4. Et an liceat abſtinere a ſermone, & a ſalutatione inimicorū, dictū eſt ſupra, ſerm. 7. arti. 1. c. 3. & in pñti ſer. c. 3. & 2. circa med. et dictū eſt ſum⁹ iudicium filio, quia filius hominis eſt, ideſt, quia Deus, & homo eſt. Ideo 1. Corint. 4. Apoſtolus ait, Nolite ante tempus iudicare, quo aduſque veniat Dominus, qui iudicaturus eſt viuos, & mortuos. Tertio ſibi reſeruat vindictam, ideo ad Roma. 13. Da mihi vindictam, & ego retribuam. Qui ergo de inimico ſuo ſe vindicare contendit, rapinam perpetrat contra Deum. Ex quo patet, quòd ei grauiſſime iniuriatur. Vnde Leui. 19. Dominus præcepit, dicens. Non quæras vltionem, nec memor eris iniuriæ ciuium tuorū. Vndē etiā in Prouerb. 20. dicitur: Ne reddas malū pro malo: expecta Dominum, & liberabit te. Et iterum propheta

F ait. Faciet miſericordiā & iudiciū omnibus iniuriā patientibus. Nā facit miſericordiam de offenſis, & ipſi iniuriā patienti, ſi corde bono realiter perficit. et iuſtū iudiciū offendenti, ſi eū non pęnitet, & ab offenſo veniā non petit. Itē pro robore pdictorū, ait Hugo de clauſtro animæ, li. 1. qḋ quidā philoſophus ait. Quòd uiro bono quatuor ſunt neceſſaria. Primo vt oēs ſibi amicos faciat: ſecundo, vt ſi non pôt oēs ſibi amicos facere, ſaltem non faciat inimicos: tertio, vt ſi illud nō ſuppetit, diſcedat. Quarto uero, vt ſi quis diſcedentem perſequitur, non uindicet ſe: hæc aūt quatuor in vnica auctoritate ad Ro

Viro bono quatuor ſunt neceſſaria.

G ma. 12. Apoſtolus cōprehendit dicēs: Si fieri pt, quantū ex vobis, cū oibus hoib⁹ pacē habentes. Si hoc non pt fieri, nō diſcordias faciatis. Ideoq; ait, Nō uos defendentes chariſſimi. Tertio uero, ut diſcedam⁹, tangit cum ſubdit dicens, ſed date locū iræ. Quartū ut vindictā Deo cōmittamus tangit cū ait, da mihi vindictā, & ego retribuam, ſcilicet tibi me in hoc honoranti.

Honorat Deum, qui ſuis inimicis parcit: atque illi grauiter iniuriatur, qui vindicare ſe quærit. Cap. 2.

H

D

Secundo debet hō parcere inimicis. Tria ſunt quæ ſibi ſoli reſeruat Deus.

SEcundo debet homo parcere inimicis, propter diuinam honorificentiam: nā grauiter iniuriatur Deo, & turpiter inhonorat illum: ſi homo aufert ſibi aliquid, quod ſibi ſoli reſeruat Deus. Tria quidem ſunt, qui ſibi ſoli reſeruat Deus. Primo gloriam, ſecundo iudicium, tertiō vindictam. Primo quidem reſeruat ſibi gloriam, ſicut Iſai. 42. ipſe Dominus ait, Gloriam meam alteri non dabo. Secundo reſeruat ſibi iudicium: hoc eſt finaliter iudicare. vnde Ioann. 5. dicitur. Pater dedit oē

Quòd iuſtitia, quæ diuinitus eſt inſita, & natura cogit nos iniuriantibus indulgere. Cap. 3.

H

TErtio debet indulgere inimicis ſuis, propter diuinam iuſtitiam. Sic enim a diuina iuſtitia inſtitutum eſt, vt quantum vult homo Deum parcere ſibi, tantum & ipſe parcat proximo ſuo: in huius myſterium Matthæ. octauo. quòd acceſſit ad Ieſum Petrus dicens, Quotiens peccabit in me frater meus, dimittam ei vſque ſepties. Dixit illi Ieſus: non dico tibi vſque ſepties, ſed vſque ſeptuageſies ſeptics. quod exponens Hierony. ſuper Matthæum ait, non vſque ſepties,

ſed

A ſed vſque ſeptuagies ſepties. i. quadringen-
tis nonaginta uicibus. i. vt totiens peccanti
fratri dimitteret in die, quotiēs ipſe peccare
non poſſet. Et iterum Aug. de verb. Dñi trā
ctans illud Apoſtoli ad Col. 3. Donātes uo-
biſmetipſis, ſicut & Chriſtus donauit vobis,
ait: Audiſtis indulgendi formam, ſi ſeptua-
geſies ſepties Chriſtus tibi peccata dimittit,
Si hucuſq; ignouit, & ultra negauit: pone tu
limitem, vlterius noli ignoſcere. Et idem ſu
per illud pſalmi. Iuſtitia & pax oſculatæ
ſunt: inquit, duæ ſunt amicæ, iuſtitia & pax:
tu forte unam uis, & alteram non facis. Ne-
B mo enim eſt, qui non velit pacem: ſed non
omnes uolunt operari iuſtitiam. Interroga
omnes homines: vis pacem? vno ore oēs re
ſpondent: opto, cupio, amo, volo. Ama iu-
ſtitiam, quia duę amicæ ſunt, iuſtitia & pax.
ipſæ ſe oſculantur: ſi amicā pacis non ama-
ueris, non te amabit ipſa pax, nec ueniet ad
te: & ſtatim, in prædicto Matth. 18. parabo-
lam ſubdit de rege benigno, & ſeruo neq̃.
Cui a benigno rege dimiſſum eſt debitū de
cem millium talentorum: ſeruo autem neq̃
nolenti dimittere cōſeruo ſuo denarios cē
tum, ait Dominus: Serue nequam, oē debi-
tum dimiſi tibi, quoniam rogaſti me. Nonne
ergo oportuit te miſereri conſerui tui, ſicut
C & ego tui miſertus ſum? Et iratus Dñs eius
tradidit eum tortoribus, quo aduſq; redde-
ret vniuerſum debitum. Sic & pater ueſter
cęleſtis faciet vobis, ſi nō remiſeritis unuſ-
quiſque fratri ſuo de cordibus veſtris.

Debemus parcere inimicis: quia in hoc dilecti a Deo, ei tanquam veri filij conformamur. Cap. 4.

QVarto debet parcere inimicis ꝓpter
diuinam complacentiam. Vnde mul
ta complacentia eſt in parentibꝰ fi-
liorum ſuorum ſimilitudo. Sic noſtro æter-
D no patri Deo maximè beneplacitum eſt, ſi
ſuæ pietati ac dulcedini cōformemur. ideo
Chryſo. ait: nihil ita Deo aſſimilat, ſicut iniu
riam tibi facientibus indulgere. Sed ſicut
idem ait: Carnales filij non ſunt culpabiles,
ſi parentibus non ſunt ſimiles, quia non eſt
in poteſtate eorū ſuum figurare corpus. Sed
ſpirituales filij niſi Deo conſimiles fuerint,
eorum eſt culpa, qui patris ſimilitudinē per
diderunt: fecit enim Deus hominē ad ima-
ginem, & ſimilitudinem ſuam. hęc illo. Ad
hanc Dei complacentiam propter inimico-
rum dilectionē hortatur dominus, Matt. 5.
Nam cum prius dixiſſet, diligite inimicos
veſtros, benefacite his qui uos oderunt: ſta- E
tim ſubdit dicens, vt ſitis filij patris veſtri,
qui in cœlis eſt: qui ſolem ſuum oriri facit
ſuper bonos & malos, & pluit ſuper iuſtos
& iniuſtos. In quibus verbis oſtendit fina-
lem ſublimitatem, quæ eſt vt homo in ho-
norem a Deo tanquam filius erigatur, &
quaſi in omnibus iura filij in paternitate æ-
ternaliter conſequatur: hoc autem ipſum
ad quintam beatitudinem pacificorū Chri-
ſtus appoſuit, cum Matth. 5. ait: Beati paci-
fici, quoniam filij Dei uocabuntur. Cuius ra
tio eſt, quia ꝙ quis diligat maximos inimi-
cos, fieri non poteſt eſſe ſine magna, & ineſ
fabili exuberantia diuinæ pacis. Notāter in- F
ſuper aduertendū eſt, quòd ad hoc inducē-
dum duplex exemplum ponit, ſcilicet ſolis
& pluuiæ: & maximè quia hæc duo aptio-
ra ſunt ad deſignandum ſumma, & commu
niora beneficia Dei. Nam ſol myſticè mon
ſtrat miſſionem filij Dei in mundum, cum
ipſe ſit ſol iuſtitiæ Chriſtus Deus noſter.
Pluuia uero deſignat diffuſionem, & irriga
tionem ſtillicidij ſpiritualium gratiarum, &
chariſmatum ſpiritus ſancti, quæ non tantū
fluunt in bonos, inſuper & in malos, quos
Deus ad ſe conuertit, & omnibus impijs,
quantum ex ſe eſt, ſaltem exhibet ea.
G

ARTICVLVS SECVNDVS.

Quòd quatuor ſunt rationes, propter quas reſpectu ſuiipſius debet homo iniurias dimittere.

SEcundus principalis amor ad ꝓ-
ximorum pacem reducens, eſt
amor ſui: & de hoc ꝓpheta ait,
et q̃ iucundum. Magis quidē ani
mi lætitia, atq; iucunditas cordis eſt, cum ho
mo ſe ſentit de inimicitiarum duritia tranſla
tum ad dulcedinem amoris inimicorum, &
de ſęuitia vindicandi ad mollitiem indulgē H
di: quod quidem diuini muneris eſt, vtique
dari eis qui ſe diſponunt ſuſcipere illud, ta-
lis cum Iob. 33. dicere poteſt: Deus emolli-
uit mihi cor ad remittendas iniurias mihi il
latas. hęc cordis mollities, cum homo ad pa
cem cum inimico reductus eſt, miram parit
iucunditatem. de qua Sap. 3. dicitur, Nō eſt
oblectatio ſuper cordis gaudium. Item qua
tuor ſunt rationes, propter quas ut hō gau-
dium conſequatꝰ, debet parcere inimicis. Pri
mo pp propriā utilitatem, ſecundo pp ma-
gnam honeſtatē, tertio propter magnanimi
tatē merā, quarto pp exceſſiuā charitatem.

Propter quatuor ratiōes reſpectu ſui ipſius dēt hō iniurias dimittere.

A *Quantam homo conſequatur vtilitatem cum ſibi iniuriantibus parcit.*
Cap. 1.

PRimo vero debet homo parcere inimicis propter propriam vtilitatem. Magis quippe vtilitas ſuperuenit ſuis indulgentibus inimicis, quia dimittenti dimittuntur peccata ſua. vnde Petrus Rauennas in quodam ſermone, exponens illud, dimitte nobis debita nr̃a, ſicut & nos dimittimus debitorib⁹, ait: O homo, ſi ſine pc̃tõ eſſe non potes, & uis
B ſemper tibi dimitti: totũ dimitte ſemꝑ: quãtum vis dimitti tibi, tm̃ dimitte. immo quia vis totũ tibi dimitti, totũ dimitte. hoc intellige, quia remittendo alij, tibi veniã tu dediſti. hæc ille. Ratio aũt ꝑdictorũ eſt, quia tenetur Dñs de cõgruo debita noſtra dimittere, ſi alteri dimittimus nos. Ideo Cęſarius ait. Qui captiuos redimere & pauperes paſcere vel veſtire non præualet, contra nullum odium in corde reſeruet, & inimicis ſuis non ſolum malum pro malo reddat, ſed etiam diligat & pro eis orare non deſinat, certus de promiſſione & miſericordia Domini ſui. libera conſcientia ante tribunal dicere
C poſſet, dimitte quia dimiſi. hęc ille. Confirmatur etiam hoc per ſententiã Chriſti, Luc. 6. dicente, Dimittite & dimittemini. Sũt tñ plerique, qui propriæ ſalutis obliti, ad indulgendum inimicis diuerſimodè male ſe habent. Nam, ſm̃ Aug. in ſermone de xl. negligentes inimicitias finire obliuiſcuntur: pertinax non vult veniam concedere, cum rogatur: ſuperbus verecundus veniam petere dedignatur: his trib⁹ inimicitijs viuũt homines: ſed animas, in quibus non moriunt̃, occidunt: vigilet contra negligentiam memoria, contra pertinaciam miſericordia, cõtra ſuperbiam verecundia ſub dimiſſa pru-
D dentia: hæc ille. Ex hac ſententia Auguſtini patet magnæ ſuperbiæ eſſe, offendentem ab offenſo veniam minimè poſtulare: ſed non minoris ſtultitiæ eſt propter verecundiam indulgentiam poſtulantibus non præbere. Sæpe enim ſuggerit aduerſarius noſter, ꝙ niſi vindicemus de noſtrorum & noſtris illatis iniurijs, veluti viles ac vecordes reputabimur a pleriſque. Audi quid Prouerb. 13. dicitur: Deteſtantur ſtulti eos, qui fugiunt mala. Nonne inſaniſſimus eſſes, ſi domo ſuper te ruente propter aliorum deriſionem a ruina & mortis periculo aufugere nolles? Longè quidem maiori laboras inſania; ſi ex verecundia detineris parcere inimicis: cum euadas non tm̃ ſupplicia æterna, verumetiam multa tpalia damna. Inſup E
conſequaris diuinam gratiam & gloriã ſine fine manſuram. ſm̃ tñ Bern. ſuper Can. ſunt quidam ſic donantes iniuriam, vt non vlciſcantur: tñ ſæpius improperant. Sunt ẽt alij, qui licet ſileat, manet tñ odium alta mente repoſitum: & rancorem tenent in aĩo, quarum neutra plena indulgentia eſt. longè ab his oĩbus benigniſſima deitatis natura libèraliter ignoſcit plenariè. Et ſequitur, tam liberaliter Dñs omnem donat iniuriam, ut iã nec damnet vlciſcendo, nec confundet improperando, nec minus diligat cõminãdo,
& ſic nos parcere obligamur. Conclude igitur ſecundum Aug. ꝙ pecuniam aliquando F
repetere conceditur, ſed debitum peccatorum petẽtium veniam nunq̃ iuſtè negatur.

Margin: *Ratio.* — *Sententia D. Augu.*

Quòd honeſta vindicta ſit parcere inimicis. Cap. 2.

SEcundo debet homo parcere inimicis ſuis propter magnã honeſtatem. nulla enim honeſtior vindicta de hoſte ſumi pòt, q̃ indulgentia liberalis. Proinde ẽt paganus Seneca de quatuor virtutib⁹ ait. Scito enim magnum uindictæ eſſe genus, poſſe G
ignoſcere. Triplex offenſæ genus pòt homini irrogari. ſ. cordis, oris & operis. Corde ſcilicet odiendo, mala deſiderando & conſilia: ore detrahendo, murmurando, ſuſurrando, infãmando, accuſando, blaſphemando, & hmôi opere ſcilicet offendendo aĩam, ꝑſonam, ſubſtantiã in ſe & in ſuis. Vis igitur de oĩbus ſupradictis honeſtiſſimam ſumere vindictam, vis ꝙ nihil relinquat̃ inultũ: Ignoſce liberaliter corde, ore, & opere. ſi odit te corde, dilige eum amoroſo corde: ſi nocuit tibi ore, in his in quibus licitum eſt, lauda illum: ore deuotam orationẽ ad Deũ pro eo funde. ſi vero opere te aut tuos plu- H
rimum læſit, aliquod ſeruitium vel beneficium illi impende. O vindicatio benedicta, & omni pietate & honeſtate præcipua, & ſibi bene conſcia, proximo pacifica, atq; Deo ſummo grata. Ideo Proſper ait. Morib⁹ in ſanctis pulchra eſt concordia pacis. hac ẽt honeſta vindicta docuit nos vindicare honeſtiſſimus Dominus Ieſus Chriſtus, quando Matth. 5. ait, Diligite inimicos veſtros: hic docet vindictam cordis: benefacite his, qui vos oderunt: hic docet uindictam operis. Et orate pro perſequentibus & calumniantibus vos, hic docet vindictam oris: vis inſuper honeſtiorem & glorioſiorem,

Margin: *Secũdo debet homo parcere inimicis ſuis.* — *Seneca.* — *Triplex offenſa genus poteſt homini irrogari.*

de ad-

A de aduerſarijs veſtris ſumere vindictam: indulge illis ſicut prædictum eſt omnia, quæ ab eis contra te & tuos facta ſunt in præterito, præſenti uel in futuro fienda cum ſignaculo crucis, In nomine patris & filij & Spiritus ſancti amen: & dicat ois populus, fiat.

Verę magnanimitatis eſt actus parcere ſibi iniurianti. Cap. 3.

Tertio debet parcere.

TErtio uero teneť homo parcere inimicis ſuis propter magnanimitatẽ. Eſt.n. actus magni & generoſi cordis, iniuriæ obliuiſci. proinde etiam pagan⁹
B Ariſtot. 4. Ethicorũ ait, ꝙ magnanimus non eſt memor mali recepti. Inſuper & Seneca de quatuor virtutibus ait: ſi magnanim⁹ fueris, nunquam iudicabis tibi contumeliam fieri de inimico; dices, non nocuit mihi, ſed animum nocendi habuit: & cum illũ in poteſtate tua videris, uindictam putabis uindicare potuiſſe. vnde Ambro. de obitu Theodoſij Imperatoris inquit. Beneficiũ ſe putabit accepiſſe auguſtæ memoriæ Theodoſius cum rogaretur ignoſcere: & tunc propior erat veniç, cum fuiſſet commotio maior iracundiæ: & optabatur in eo quod timebatur in alijs ut iraſceretur: hæc erat remedium reorum, quoniam cum haberet ſu-
C per omnes poteſtatem, quaſi parens poſtulari malebat, quàm quaſi iudex punire ęquitatis iudex non pęnæ arbiter, neque ui vnquam ueniam poſtulanti negauit. Et ut ad exempla tranſeam etiam paganorũ, in quinta epiſtola ad Marcellinum de Iulio Cæſare recitat Auguſt. quòd nihil ſolitus erat obliuiſci, niſi iniuriarum. Lucanus quoque refert, ꝙ cum quædam pſona uilis ei ſe opponeret importunè, contra eum iraſci contẽnens ait: Dignum te Cæſaris iras nullus honor faciet. Veſpaſianus etiam Imperator, ſicut narrat hiſtoria Romanorum, iniuriarũ
D immemor factus: nunquam extitit vindicator. nam & vitelli inimici ſui, qui eum præceſſerat in imperio, & omnem eius domũ incendio & morti tradiderat, filiam quæ ex illo ſuperſtes erat, altè maritauit alteq; dotauit. De magno quoq; Alexandro etiam ſcriptura refert, quòd cum quidam grauiter eũ offendit, nec precibus aliquorum reconciliari potuit: acceſſit ad illũ Ariſtoteles præceptor eius dicens: Magnifice & illuſtriſſime Imperator: quis eſt, qui omnes mundi potentias ſuo potentu ſubiugauit, niſi cor tuum magnificum? quis omnes reges terrę ſuæ ditioni ſubiecit, niſi mẽs magnifica tua?

Seneca et · *Reſp.* · *Alex.*

quis enim mundi regna ſua potentia ſuperauit, niſi nobiliſſimus & ſtrenuiſſimus animus tuus? attamen docebo te cõſequi altiorem triumphum atq; dominium omnibus prædictis, ſi ſequi uolueris conſilium meũ. E
Cui Alexander: profecto ſequar conſiliũ tuum: tunc Ariſto. ait illi: Vince illuſtriſſime Imperator cor tuum, vince animũ tuũ: vince teipſum: tunc dominaberis illi, cuius imperio totus mũdus ſubiectus eſt. Qui.n. tibi ſuadet de iniuriã vindicare, tuus anim⁹ eſt victor vtiq; aliorum: qui ſi te vicerit, non eris victor, ſed uictus: quem ſi uiceris, glorioſiori uictoria omnibus alijs triumphabis: quia ſuperabis eum, qui totum ſuperat F
mundum. Ad quæ verba Alexander parcendo tibi iniurianti placatus eſt. Et hoc quoq; ſcriptura ſacra aſſerit Prouerb. 16. Melior eſt vir patiens viro forti, & qui dominator animo ſuo expugnator eſt vrbiũ: nam illa eſt victoria cordis, Hæc autem eſt uictoria corporis. Illa fit uiribus proprijs, hæc autẽ fit viribus alienis. Exemplum quoque animalium nos accuſant. Leo nõ capit mures, nec aquila muſcas. Sunt nãque plerique homines uiles ac puſilli cordis, qui tanto pondere grauant quodlibet uile, atque omne minimum uerbum, vt illius nec obliuiſci poſſint, nec remittere uelint, cum ſæpe etiã G
aliquid magnum fit ex ignorantia, atque ex fragilitate, ſeu ex neceſſitate id factum eſſe probatur: ſed ait ille: nõ, ſed ex malitia propria mihi iniuriatus eſt: cui merito eſt reſpõdendum, quòd licet etiam verum ſit, tunc ei etiam amplius compatiendum eſt, cum infirmus & inſanus ſit. Contra tales Auguſtinus ait. Magna durities eſt non compati inſanis, nec amare infirmos, quos antea diligebamus ſanos. & Boetius etiam ait: Bonos, quis niſi ſtultus oderit: malos odiſſe etiam ratione caret. vnde Seneca ait: ſi magnanimus fueris, nunquam tibi iniuriã fieri iudicabis. Magna denique gloria honor H
Auguſt. fit homini: & eſt hac magnanimitate iniuriantes, & iniurias ſuperare, contentiones & lites deuincere, guerras & inimicitias anima nobili ſuperare, Prouerb. 2. Salomone teſtante, atque dicente: honor eſt homini, qui ſeparat ſe a contentionibus, & econtrario. Dedecus eſt homini, qui ſe cõtentionibus immiſcet: vix abſq; ſumptib⁹ tuis noſcere, cui liberaliter ſeruire uelis, cũ a te ſeruitium poſtulatur: ne uidelicet per ingratitudinem ſimul ſeruitiũ cum amico amittas: atq; cui ſeruitium impendiſti, tibi inimicũ reperire contingat. Conſidera hominẽ ſibi iniu-

A injurianti facilè dimittentem; magnanimus quidé eſt, omni tali poſcenti te tribue ſemper reperies: de ſeruitio gratum non parcit ille iniuriā. Vilis animi, atq; conditionis eſt, & in quolibet ſeruitio ingratus erit. Nā immemores ſunt gratiæ, qui memores ſunt offenſæ. Merito ergo vinarijs colatorijs ſimilari poſſint. in q̃bus fęces vini ponunt, quæ in ſundo uegetis remanſerunt, ut inde uinū clarum coletur, ipſa ſola fęce in fundo colatorij remanente. Sic huiuſmodi hoīes uiles per obliuioſam ingratitudinem eſſluentis beneficiorum uinū, iniuriarū fœces tñ per reminiſcentiam non indulgentes tenent.

B

Quòd ex perfectiſſima, et ardentiſſima charitate tenetur homo iucūdo corde parcere inimico ſuo. Cap. 4.

Quarto teneť parcere.

QVarto quidé tenetur parcere inimicis propter exceſſiuam charitatem: a noſtra natura corrupta, ita incenditur homo ad iram, atque vindictam, ꝙ luminoſa ratione ex fide & ardenti charitate noſtra iraſcibilitas, atq; vlciſcendi libido refręnetur, ſemper concupiſcimus illatas nobis iniurias uindicare: ideo vt ad affectioné
C inimicorum nos induceret Saluator noſter, Matth. 5. ait: Diligite inimicos veſtros, benefacite his qui oderunt vos, & orate pro perſequentibus, & calumniantibus vos. Et licet ſupra, articulo primo, cap. 1. declarata ſunt hæc tria præcepta, inquantū ſcilicet ad ea de neceſſitate tenemur: tñ hic iterum declarantur, inquantū ad illa per perfectioné conſilij a Domino exhortamur. nam in primo exhortatur ad affectuoſam cordis dilectionem, in ſecundo ad affectuoſam operis exhibitionem, in tertio ad affectuoſam oris locutionem. In primo præceptor hortatur nos ad affectuoſam cordis dilectioné cum
D ait, diligite inimicos veſtros. Circa quod aduertendum eſt, quòd cæteris paribus diligere inimicū magis meritoriū eſt, quā diligere amicū: & hoc triplici ratione. Primo propter maiorem charitaté, ſecundo propter maioré liberalitaté, tertio propter maiorem difficultatem. Primo propter maiorem charitatem. Nā ſicut præcedentibus patet, inimicorum dilectio eſt ex motu gratiæ, non naturæ. Vnde niſi adſit gratia, qua vincatur natura: valde difficile eſt diligere inimicos. Proinde gloſa ſuper prędicto verbo, merito ait: hæc eſt latitudo conſumatæ charitatis. Secundo propter maioré liberalitaté, quia nō ex debito meriti præcedentis. ideo diligere inimicū accedit ad perfectionem virtutis: maioris. n. virtutis & etiā perfectionis eſt, quia gratuitū comprobatur. Tertio propter maioré difficultatem & arduitatem, quia ad diligendum inimicū agens inuenit maiorem difficultaté ex parte ſua: quia oportet eū ſupergredi ſuas naturales inclinationes. nec pōt in hunc actū exire ſine forti, & magno conatu: nec habet motiuū, cui innitatur, niſi tm̄modo Deū. Præterea iſte actus in ordine naturali præſupponit amicorū dilectioné, & ultra hoc etiā addit. Voluntas. n. quæ negligit uel odit amicum: minimè apta eſt aſſurgere ad dilectionem inimicorū. In actū uero dilectionis a-

Triplici rōne magis meritorium eſſe cæteris paribus diligere inimicum q̃ diligere amicum.

E

F micorum, de facili uero hō egredi pt, quia oppoſitū eſt quaſi repugnans naturæ. vnde & habet ibi homo multiplex motiuū & auxiliū præter Deū. Hinc Bern. ait: amare amātē, naturæ eſt; non amanté uero beneficij cogere ad amoré inimici, pfectionis eſt Chriſti. In ſecundo uero præcepto hortatur Dñs ad affectuoſam operis exhibitioné, cū ſubdit, benefacite his qui uos oderunt. i. non tātum benefaciatis, & ſubueniatis inimicis veſtris, cum ſint conſtituti in magna neceſſitate: verumétiam ex charitatis feruore, & ex ardēti affectione eis ſeruiatis, quādo nō

Bernard.

G ſunt in tali neceſſitate, & maximè propter tria. Primo propter naturæ conformitaté, ſecundo propter propriā utilitaté, tertio propter diuinā charitatem. Primo inq̄ propter naturæ conformitaté. vnde Eſa. 57. Carné tuam ne deſpexeris. Secundo propter propriam utilitaté. nam Chryſoſto. ait: Si bene feceris inimico tuo, amplius feciſti, ſcilicet q̄ obligatus eſſes. Tertio propter diuinam charitaté. vnde Gregorius in paſtoral. ait, Virtus eſt corā hominibus inimicos tollerare: ſed maior uirtus coram Deo eſt eos diligere, quia hoc ſolum ſacrificium Deus accipit, quod ante oculos eius in altari boni operis charitatis flamma incendit. In tertio
H præcepto hortatur nos Dominus ad affectuoſam oris locutionem, ideo ſubdit: & orate pro perſequentibus, & calumniantibus vos: quantū ſit apud Deum ultra generalé orationé affectuoſam i ſpeciali orōne, orare pro inimicis, oſtendit Gregor. dicens in moral. conditoris aurib' illa maxima orō cōmendatur, qua pro inimicis quoq; intercedere nitimur. Talis etiā oratio, vt idé ait, etiā in noſtris alijs orōnibus mixta exandibilis reddit. Quid eſt, n. qđ Moyſes, Samuel, & Helias in poſtulatione, alijs præferuntur:

A tur: niſi quòd iſti tantum in ſerie veteris teſtamenti pro inimicis oraſſe leguntur? Moyſes à populo lapidibus impetitur, & pro lapidantibus deprecatur. Samuel à principatu eijcitur, & ait, Abſit à me vt ceſſem orare pro vobis. 4. Reg. 12. Helias etiam orauit pro Achas inimico ſuo. Quantum grata ſit Deo talis erga inimicos exceſſiua charitas, patet exemplo B. Bernardi, primi ſocij B. Franciſci, de quo legitur, quòd cum propè obitũ eſſet, raptus eſt ſupra ſeipſum in extaſim: tandemq; ad ſe reuerſus, ad Fratres ait: Deo gratias, mecum agite fratres, quia miſericors Dominus à pœna purgatorij me abſoluit: nec verè dicere poſſum, quia B fuerim Frater Minor, niſi in vno tantum. Cumq; quod eſſet illud vnum, Fratres interrogarent, ait: illud vnum eſt, quòd nunquam offendit me homo, quin ſpecialis quidem amor mihi naſceretur in corde ad illũ amplius diligendum, quàm ante. vis autem audire huius feruentiſſimæ charitatis ſublimẽ gradum, & feruentiſſimum actum? audi Chriſoſt. qui ait: Quæris ſi tibi iniuriatum eſt à fratre, vtrum debeas eius amicitiam quærere? & reſpondeo, quòd ſic, vt duplicem gloriam conſequaris: ſ. quòd iniuriam paſſus es, & indulſiſti, & quia prior rogaſti.

Articvlvs Tertivs.

C

Quòd propter dilectionem proximi debet homo parcere inimicis ex quadruplici ratione.

Ex quadruplici ratione ꝑ dilectionẽ proximi debet homo parcere inimicis.

TErtius principalis amor ad pacem, & concordia proximorum perducens, eſt amor proximi. & de hoc ſubdit Propheta dicens, Habitare fratres in vnũ. ſecundum quod Matt. 18. Dominus ait: Vbi enim ſunt duo, vel tres congregati in nomine meo, ibi ego ſum in medio eorum. In nomine quidem Ieſu, qui ſalus interpretatur. Duo, vel tres, aut mille, vel decem mil-D lia, &c. tunc congregati ſunt, quando inter proximos, & in multitudine populorum pax, & cõcordia ſalutifera habetur & poſſidetur; ad talem pacem, & concordiam acquirendam, & poſſidendam quatuor rationes inducere debent. Nam debet homo parcere inimicis. Primò propter vnitatem naturæ, ſecundò propter grauitatem guerræ, tertiò propter bonitatem miſericordiæ, quartò propter vtilitatem exemplaritatis bonæ.

Quod vnio ipſa naturæ inducit parcere inimicis. *Cap. 1.* E

PRimò debent proximi ſe inuicem pacificare propter vnitatem naturæ: ſecundum enim Apoſtolum, Chriſtus eſt caput noſtrũ, noſq; membra eius. quod & Apoſt. monſtrat, cum ad Eph. 4. ait: Quoniam ſumus inuicem membra, atq; mutuam compaſſionem eſſe naturaliter inter membra. 1. Cor. 12. oſtendit Apoſt. dicens: Si quid patitur vnum, compatiuntur ei omnia membra, ſicut patenter experientia docet: nam ſi pes caſu offenditur, ſtatim ſubuenit ei manus: ſi verò caput fuerit læſum, manus ſtatim F ſuccurrit illi. Similiter ſi manus, vel dens linguam læſerit, omnes ſibiinuicem parcunt, compatiuntur, & ſollertes ſubuenire non ceſſat. Quis enim tam demens, vt ſi maſticando dens momorderit linguam, ad vindictam linguę extrahat ſibi dentem? aut ſi manum ſcindendo panem, alteram vulnerauit manum, manus læſa de lædente vindictam ſumat? aut ſi pès pedem læſerit, atque pedem flagellet? profectò ſancta, & veriſſima eſt ſententia. Auguſtinus de ciuitate Dei ait: Spiritus enim humanus nunquam viuificat membra, niſi fuerint vnita. Sic Spiritus ſanctus nunquam viuificat ecG cleſiæ membra, niſi fuerint in pace vnita. talium corda pacifica & vnita ſunt, quæ in arctis neceſſitatibus, & anguſtijs populorum, gratias, & diuinas promiſſiones impetrent apud Deum. Proinde Hilarius ſuper Matth. ait: Intantum humanæ pacis Chriſtus concordiæ ſtuduit, vt vnitatis merito omnia, quæ à Deo precanda ſunt, impetranda eſſe confirmet: & vbi duo, vel tres pari ſpiritu, & voluntate collecti ſunt, ibi ſe in medium eorum polliceatur futurum. Mira res, ſi aues, paſſeres, gallinæ, & grues, & cęteri volucres cœli animalia, & cunctæ beſtiæ terræ, licet quandoque in geneH re ſuo naturaliter pugnent, & altera alteri aduerſetur: tamen ſtatim pacificè ſimul ad paſtum, atque ad potum currunt, ſimul pacificè commorantur, & viuunt, & ad omnem familiaritatem conueniunt ſolus homoférociſſimus beſtiarum, & in hoc cunctis crudelior animantibus terræ, ad pacem redire non poteſt. Diſce infelix mulier, quæ iniurianti tibi parcere non potes: diſce inquam à gallina tua. & tu infelix homo ab animantibus tuis iniuriam obliuiſci, redire ad pacem, dimittere offen-

denti

A denti membrum vnius capitis Chriſti tecum eſt, cui indulgere non potes: immo, vt verius dicam, non vis: frater tuus eſt, de quo vindictam ſumere cupis: imago Dei tecum eſt, quam trucidare deſideras & expectas. Et quod mirabilius eſt, impij peccatores in malis ſunt concordes & conciues, & quandoq; vterini fratres, & conſanguinei multi ſunt in bonis diſcordes. vnde Hiero. ait, Infęlix populus Dei non poteſt in bono tantam habere concordiam, quantam mali habent in malo. nec intelligunt quod ait Boetius: Noſti ne igitur, quod omne, quod eſt, tâdiu manere, atque ſubſiſtere
B poteſt, quamdiu ſit vnum? ſed interire attinet diſſolui peritur, quando vnum eſſe deſtiterit. Proinde de talibus Oſeę 10. dicitur, Diuiſum eſt cor eorum, nunc interibunt.

Conſideratio malignitatis guerræ cogit parcere inimicis.
Cap. 2.

Secundo debent homines ſe ſimul pacificare.

SEcundo debent homines ſe ſimul pacificare propter prauitatem & malignitatem guerræ. ſ. inimicitiarum & diuiſionum, pleriq; inſipientes non conſiderant, quod mala ſpiritualia, corporalia, & tempo
C ralia oriuntur ex diſcordia, diuiſione, & ex guerra. Quod exprimere volens Spiritus vnitatis & pacis, Apoc. 13. per Ioan. Apoſtolum myſticè ſcribitur, vbi dicitur: Vidi beſtiam aſcendentem de mari, habentem capita ſeptem, & cornua decem: & ſuper cornua eius diademata decem, & ſuper capita eius nomina blaſphemiæ. Hæc ſiquidem beſtia, ſecundum tropologicum intellectum, eſt ſæuum, atq; crudele odium, qđ inimicorum cordibus ex iracundia & cordis amaritudine generatur: beſtia quidem ab animali differt, quia beſtia, & non animal crudele eſt. Vnde meritò per eam cru
D dele odium deſignatur. talis beſtia de mari tunc verè aſcendit, cum de corde amaricato odium per ſuperbiam conualeſcit. ſicut dicitur Eſa. 57. Cor impij, quaſi mare feruens. ſ. per turbationem & iram: quod quieſcere non poteſt: quia ad vindictam continuè concitatur & incaleſcit. Hæc beſtia ſeptem habet capita, quia ex tali crudeli odio vniuerſa vitia generantur. Decem quoq; cornua ei ſunt, quia omnibus decem præceptis impiè aduerſatur: nec tamen erubeſcit de impietatib⁹, immo potius generatur in eis, ſicut dicitur Prouer. 2. Lętantur cum malefecerint, & exultãt in rebus peſſi E
mis. propter quod Ioan. ſubdit, Et ſuper cornua eius decem diademata. Diadema eſt ſignum gloriæ, vt myſticè innuatur, quod de perpetratis malitijs & vindictis impiè gloriantur. Vnde meritò eis dici poteſt. Quid gloriaris in malitia, qui potens es iniquitatem? ſed quia fęlicia, quæ ſibi diuina miſericordia ex pietate diſpenſat promittendo, ſuæ prouidentiæ arrogat imprudenter, & infortunia ſentit ex diuina impietate venire, quæ ſunt blaſphemiæ impijſſimæ contra Deum: ideo ſubdit, Et ſuper capita eius nomina blaſphemiæ. Sed de talibus Propheta ait: Fructum eorum de terra perdes, & F
ſemen eorum à filijs hominum, quoniam declinauerunt in te mala: talis autem odij beſtia de cordis amaritudine ſurgens, per pacem & inimicorum concordiam extinguitur & necatur: quia ſicut amotione lignorum extinguitur ignis, & ex additione illorum magis conualeſcit: ſicut ex multiplicatione iniuriarum, & vindictarum, atque ex indulgentia, & remiſſione, eorum odia, & animorum charitas, & tranquillitas ſuſcipiunt incrementum: & hoc non tantum in offenſo, ſed in offendente. Proinde ad Roma. 12. in fine Apoſt. ait: Noli vinci à malo, ſed vince in bono malum. Ille G
quidem à malo vincitur, qui ab odio, & vindicandi deſiderio ſuperatur. Ille quoque vincit in bono malum, qui cum proximo ſe pacificando vincit animum ſuum, & malum deſiderium cordis ſui.

Contra illos qui ſe dicũt parcere inimicis, tamen non poſſũt eos videre lo qui cũ inimicis.

Sunt tamen plerique, qui ſe dicunt parcere inimicis ſuis, nec velle eis nocere: tamen non poſſe eos videre: nec inſuper volunt cum eis loqui: contra quos Chriſoſt. in lib. de compunctione cordis, tractans illud, Dimitte nobis debita noſtra, ait: Si tantummodo non lædas eum, qui læſit te: auertis te tamen ab eo ne libenter eum videas: manet ſine dubio vulnus in pectore, & dolor augeſcit in corde. quod ſi eſt, nõdum vtique, quod Chriſtus mandauit ex- H
pletur: nunquid tu ita vis propitium tibi Deum fieri, vt non quidem lædat, auertat tamen ſe à te, & peccatorum tuorum memoriam teneat, & videre nolit? Igitur qualem vis erga te Deum eſſe, cum delictorum veniam poſcis: talem exhibere te debes his, qui delinquunt in te: de hoc tamen plenius ſupra, ſermo. 7. artic. 1. cap. 2. dictum eſt. Sunt etiam quidam alij homines duplices & ſimulati, de quibus Propheta ait: Loquuntur pacem cum proximo ſuo, mala

A la autem in cordibus eorum. contra quos etiam Auguſt. de verbis Domini ait: Ne dicas in lingua, ignoſco: & corde differas. nouit enim cum dicas, Dimitte nobis debita noſtra, &c. vocem tuam homo audiuit, ſed conſcientiam tuam Deus inſpicit. Melius eſt cum clamas ore, & dimittis corde; quàm ꝙ ſis blandus ore, & crudelis corde. nec tamen imprudenter agas, ſicut quidam inſipientes, qui in reconciliatione quam faciunt cum aduerſarijs, occulta tunc & ſcandaloſa crimina manifeſtant. ſequere conſilium Ioan. Chriſoſt. qui ſuper Matt. ait: Si cogitatu offendiſti, cogitatu reconciliare; ſi B verbo, verbo; ſi factis, factis. Niſi enim quẽ factis læſiſti, factis placaueris: ſine cauſa oras ad Deum, ſine cauſa eleemoſynas facis de rebus, quibus alijs expoliaſti. Quid enim prodeſt, ſi vnus ad Deum pro te orat, & alius aduerſum te Deum interpellatur? iuxta illud Eccl. 34. Dona iniquorum non approbat Altiſſimus.

Si conſideretur quanta ſit miſericordiæ bonitas, quilibet indulgebit inimicis. Cap. 3.

C *Tertio quilibet tenetur parcere inimicis.*

TErtio autem tenetur quilibet parcere inimicis propter bonitatem miſericordiæ. & bonitatis. Tanta eſt n. bonitas pietatis, vt ſicut ex diſcordia, & guerra innumerabilia ſequuntur mala: ita ex eius cordis pietate ineſtimabilia ſequuntur bona. proinde 1. Thim. 4. Apoſt. ait: Pietas ad omnia valet, promiſſionem habens vitæ, quę nunc eſt & futuræ. Item duo ſunt genera pietatis, vnum corporale, & aliud ſpirituale. *Duo ſunt genera pietatis.* Corporale quidem in ſeptem miſericordiæ opera diſtingui habet: quæ ſunt paſcere eſurientes, potare ſitientes, colligere hoſpites, veſtire nudos, viſitare infir D mos, viſitare incarceratos. Quæ quidẽ tantæ virtutis ſunt, ꝙ talia exercentes, vt dicitur Matt. 25. audire in die iudicij à Domino merebuntur. Venite benedicti patris mei, poſſidete paratũ vobis regnum à conſtitutione mundi: eſuriui, & dediſtis mihi manducare: ſitiui, & dediſtis mihi potum: hoſpes eram, & collegiſtis me: nudus erã, & cooperuiſtis me: infirmus eram, & viſitaſtis me: in carcere, & veniſtis ad me. His autem, qui talia opera non exercuerunt, dabuntur, vt patet, ſupplicia ſempiterna. De mortuorum ſepultura non fit ibi mentio, quia miſericordiæ opera proximis fiunt, inquantum ſunt membra Chriſti. ſed mortuus inquantum mortuus, non eſt membrum Chriſti. nam Chriſtus ſemper viuẽs E eſt, vt dicitur Matt. 7. c. ad Hebræos. ſed de ſepultura fit mentio Thob. 2. Alterum pietatis genus eſt ſpirituale, & in ſeptem operibus ſpiritualibus habet diſtingui. ſ. docere ignorantem, conſulere dubitanti, corrigere delinquẽtem, conſolari triſtem, portare oneroſos, orare pro omnibus, & remittere offendenti. *Magna differẽtia inter iſta duo genera pietatis.* Ad omnia ſupradicta opera reduceuntur cætera opera pietatis, & corporalia, & ſpiritualia. Magna verò differentia eſt inter iſta duo genera pietatis: videlicet quantum anima à corpore di- F ſtat. Nam ſi tantum bonum eſt paſcere eſurientem, quanto melius eſt docere ignorantem? Si tantum bonum eſt potare ſitientem, quantum melius eſt dubitanti conſulere, & ſic de alijs. Igitur ſi facientes talia corporalia opera pietatis merentur conſequi præmia regni æterni, quanto magis hi, qui ſpiritualia opera impenderunt? vnde Caſſiodo. ait: Si quis odiũ dimiſerit, & pro inimicis orauerit, ante tribunal Chriſti audacter dicere poterit conſcientia libera, Domine dimitte, quia dimiſi. Et meritò quidẽ propter iniuriarum dimiſſionem, & concordiam fratrum, cęleſtia dona donantur, G cum Aug. dicat in Ench. Multa ſunt genera eleemoſynarum, quæ cum facimus adiuuamur, vt nobis dimittantur peccata: ſed ea nihil maius eſt, quàm cum corde dimittimus peccata. Notandum etiam, ꝙ Grego. in Moral. ait: Qui dimittit, & non dat: & ſi plenè operatus non eſt, meliorem tamen partem miſericordiæ tenuit: qui verò dat, & minimè dimittit, omnino nullam miſericordiam facit; quia ab omnipotenti Deo munus ex manu non accipitur, quod obligato corde in malitia profertur. Ex dictis clareſcere poteſt, ꝙ qui pepercit parcam, conſequitur remiſſionem, teſte Apoſtolo, qui 2. Cor. 9. ait: Qui parcè ſeminat, parcè H & metet: & qui ſeminat in benedictionibus, de benedictionibus & metet. Et iterũ Eſa. 27. dicitur: In menſura, contra menſuram, cum abiecta fuerit iudicabit. Fac igitur tibi de menſura miſericordiæ Dei optimam portionem. nam, ſicut ait Aug. Vnuſquiſq; talem indulgentiam accepturus eſt à Deo, qualem ipſe dederit proximo. Et iterum Eccle. 28. dicitur: Relinque proximo nocenti tibi, & tunc deprecanti tibi peccata diſſoluentur. Homo homini ſeruat iram, & à Deo quærit medelam. In hominem ſimilem

A milem ſibi non habet miſericordiam, & de peccatis deprecatur veniam. Ipſe cum caro ſit, ſeruat iram: & deprecationem quærit à Deo. Quis.n.exorabit pro delictis illius. memento nouiſſimorum, & deſine inimicari. Et iterum Matth.7.dum ait: Si dimiſeritis hominibus peccata eorum, dimittet & vobis Pater veſter delicta veſtra. Si autem non dimiſeritis hominibus, nec Pater veſter cœleſtis dimittet vobis peccata veſtra. vnde ante prędicta verba orare nos docens ait: Dimitte nobis debita noſtra, &c. quod exponens Aug. ait: Si non dimittis
B iniuriam, quæ tibi facta eſt, non orationem pro te facis, ſed maledictionem ſuper te inducis, cum dicis, Dimitte nobis &c. Ratio eorum eſt, quia qui alteri ſe lędenti nō parcit, charitatem ſe non habere oſtendit, ſine qua nō eſt homini ſalus, ſicut patet per Auguſt. de pęni. diſt.7.c.nullus.

Miranda exemplaritas oritur ex libera dimiſſione iniuriarum.

Cap. 4.

QVartò debet homo parcere inimicis propter vtilitatem exemplaritatis bonæ. Mirandæ ædificationis
C eſt exemplum liberè remittere inimicis, qđ quidem non tantum Deo, ſed etiam hominibus gratum eſt: ideo Eccle.25. ſcriptum eſt: In tribus placitum eſt ſpiritui meo, quę ſunt probata coram ipſo Deo & hominibus, concordia fratrum, amor proximorū, & vir & mulier bene ſibi conſentientes. Multa enim grata ſunt Deo, ſed non hominibus: ſicut humilitas, patientia, caſtitas, paupertas, obedientia, & ſimilia. Multa quoq; ſunt grata hominibus, ſed non Deo, vt auaritia, luxuria, ſuperbia, cum ſimilibus. Sed & multa Deo ſimul & hominibus grata eſſe probantur, ſicut patet in his tribus, de
D quibus Eccleſ. ibi ſupra.

Primum verò eſt cōcordia fratrum, quæ maximè conſiſtit in animorum conſenſu, conuictu, vnitate, fidelitate, iuxta laborum, atque bonorum diſtributionem, necnon & charitatiua ſubuentione. O quàm Angelica vita, exemplaritas hominibus bona, videre aliquos fratres ſpirituales, vel corporales, atq; carnales: quando minores honorant, & in omnibus præponunt maiores: & maiores minoribus dulciter condeſcendunt: fideliter regunt, atque æquales inſuper, & omnes inuicem ſe ſupportāt in charitate, & in vinculo pacis. Tales quidem in terra iam Angelicè conuerſantur. ad quod Caſſiodorus ſuper Priſcam hortatur dicēs: Habeatis vnitate ſpiritus in vinculo pacis: nec inueniri poteſt forma expreſſior Angelicę conuerſationis, quàm vnitas ſocialis. E

Secundum eſt amor proximorum, qui quidem inter ciues luculenter eſſe apparet, cum vnus alterum onerat, ſed honorat, iuxta illud Apoſt. ad Rom.12. Honore inuicem præuenientes. Item cum ciues ciuem ſupportant, & non iniuria eos grauant, ſecundum etiam Apoſt. ad Ephe.4. vbi ait, Supportantes inuicem in charitate. Inſuper cū F ciuis ciui offenſam donat, ſicut hortatur Apoſt. ad Ephe.5. dicens, Eſtote inuicem benigni, miſericordes, donantes inuicem, ſicut Chriſtus donauit vobis.

Tertium eſt vir & mulier.i.maritus & vxor ſibi bene conſentientes, non malè in bono, aut in malo: ſed benè in bono, non autem in malo: non in carnalitatibus, & laſciuijs, non in vanitatibus corruptiuis, non in alijs offenſionibus damnatiuis: ſed in his, quæ decent matrimonium, pudicū affectum, verbum, & obſequium pium, & Deo deuotum. Sed ſi contra prædicta tria contrarium videatur: non tantum Deo, & omnibus ſtupetis ingratum, & odioſum erit, G verumetiam iuſti, & iniuſti inde ſcandalizabuntur. De hoc referam exemplum notabile, quod contigit diebus noſtris, videlicet in anno Domini 1419. in Caluario mōte, iuxta Dominicum ſepulchrum, ſecundum relata fide digni Fratris, tunc Guardiani in conuentu montis Sion, atque huic ſtupendo miraculo aſſiſtentis. Venit enim tunc temporis ex Hiſpaniæ partibus galea quædam peregrinorum Dominicum ſepulchrum viſitare, cęteraq; loca terræ ſanctæ: cumque in itinere eſſent in galea ſancti conſtricti, vetula quædam volens de loco in locum tranſire, caſu impegit pede in cuiuſdam adoleſcentuli pedem, ex quo cecidit leui equidē caſu corporeq; illæſo. exinde tanta indignatione, & odio contra illū adoleſcentem repleta eſt, quòd cum perueniſſet cum cęteris peregrinis ad locum noſtræ redemptionis.i. ad Caluariæ montem: adoleſcente ab ea humiliter veniam poſtulante, illi talem leuem offenſam parcere noluit: ac vt moris eſt, conuenientibus alijs peregrinis ad humilem, ac deuotam cōfeſſionem, atque ad ſacram cōmunionem antequā viſitent illa ſacra loca. Inter alios acceſſit ad confeſſionem adoleſcentulus ille,

Exemplū pulchrū.

H

A qui inaduertenter læſerat mulierem: hic narrauit confeſſori ſcandalum, quòd de eo innocenter ſumpſerat vetula illa; ſtatim mittitur à confeſſore ad vetulam illam poſtulaturus veniam, & innocentiam nihilominus oſtenſurus: quod quidem humiliter in præſentia peregrinorum implente, & illa exhortantibus ad hoc eam alijs remittere denegante, ad confeſſorem reuerſiturus adoleſcens, indicans duritiem mulieris: remittitur bis & tertio ad eandem genibus flexis, & brachijs cancellaris, cunctis peregrinis ad indulgendum adoleſcentulo innocenti exhortantibus, & exhor-
B tantibus eam. Illa verò indignata, & à diabolo iam obſeſſa, oblita animæ ſuę, laborum, atque diſcriminum præteriti itineris: oblita ſacrati loci ſanguinem Saluatoris: oblita illius, qui in cruce ibidem pendens, non tantum largè pepercit, verùm etiam ardenti charitate Patrem pro ſuis crucifixoribus exorauit: oblita diuinæ miſericordiæ, atque iuſtitiæ Dei, tantum memor iniuriæ ad indulgendum adoleſcentulo nullo modo potuit inclinari. O iudicium ſummi Dei, ò tremenda iuſtitia diuinę ſeueritatis, dum iuuenis ille cum cæteris peregrinis ſuſcepit Dominicum ſacra-

Vide diuinum iudicium.

C mentum, vetula illa à dæmone iam arrepta in ciſternam, quæ quaſi per viginti paſſus diſtabat, abiens veloci ſe impetu præcipitauit; & quod mirabile eſt, multis circa ciſternam exiſtentibus, vt haurirent aquam, ſatis de paruo ciſternæ ore nullus de eius præcepit præcipitio, aut caſu, niſi quòd ex ſtrepitu aquæ, & ex varijs argumentis illam eſſe autumantes, velociter ad remedia cucurrerunt, atque inde eam anima & corpore mortuam extrahebant: qua viſa, ſtupentes, ac rememorantes ſęuitiæ eius, timuerunt iudicia Dei. Diſcant igitur hic omnes animæ duri cordis, ac nolentes parcere inimicis, quòd ſicut Iaco. 2. ſcriptum
D eſt, Iudicium ſine miſericordia fiet ei, qui non fecit miſericordiam. Intuere rationalis anima in ſpeculum exemplorum Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum in cruce pendentem: & conſidera hæc tria, quæ lapides, nedum corda hominum mouere, atque confringere debent; affectum cordis, verbum oris, & actum operis. Primo contemplare affectum cordis: tanta quidem flamma dilectionis ardebat cor ſuum, vt non tantum pro omnibus peccatoribus, immo pro toto humano genere voluntariè ſe obtulit morti: verum etiam pro ſuis

Tria conſiderāda in paſſione Chriſti.

crucifixoribus ſingulariter dignatus eſt, vt E voluit mori, licet in multis exigente eorum culpa fructus paſſionis non fuerit ſubſecutus: nam in tanta dignatione maior fulſit charitatis ardor, atque exceſſus morti ſe tradere pro ſuis crucifixoribus, quàm pro alijs offendentibus Deum, quod manifeſtè patet, cum primum verbum, quòd in cruce protulit, principaliter pro ſuis crucifixoribus exorauit: quia ſicut idem Dominus, Matt. 12. ait, Ex abundantia cordis os loquitur. Bonus homo de bono theſauro cordis ſui profert bona.

Secundo particularius contemplari verbum oris. O inæſtimabilis dignatio redemptoris, ò incomprehenſibilis latitudo ſui F amoris, ò inquam inæſtimabilis dulcedo ſui cordis & oris, qui ſicut Bernar. ſuper Cant. ait: Flagellis cęſus, ſpinis coronatus, clauis confoſſus, patibulo affixus, opprobrijs ſaturatus: omnium tamen dolorum immemor, inquit, Pater ignoſce illis, quia neſciunt quid faciunt: ait enim, Pater dulciſſime, pater amantiſſime, pater deſiderantiſſime: à paterno nomine amoroſus filius cępit, & ſuo blandiens genitori, tali filio nihil debere negari concludit: denique efficaciſſimè petit dicens, Ignoſce. Nec ait, Examina, conſidera, pondera: ſed ignoſce in- G quit, vt noſtras doceat offenſas non examinare, non ponderare, nec etiam conſiderare: ſed obliuioni omnino tradere, & toto corde, & pleno ore, atque efficaci opere indulgere. Inſuper & viſcera cordialis compaſſionis ſuper crucifigentes eum effundens ait, illis, quaſi dicat, quia ſunt cęci, ſunt infirmi, ſunt corrupti, necnon ex infectione naturæ ad malum proni: quaſi dicere velit, Non permaneat Pater ſpiritus indignationis tuæ in illis, cum non ſint ſpiritus ſeparati, qui ex impia malignitate offendant: ſed ex pondere ſuæ infectæ carnis his ſceleribus immerguntur. Demumque ſubdit, quia neſciunt, ſcilicet H creationis beneficium, amoris mei infinitiſſimum bonum, redemptionis meæ inæſtimabile pretium, æternæ gloriæ interminabile præmium, ſui ſceleris inconſiderabile malum, neque æterni ſupplicij infinitum tormentum. ideo neſciunt quid faciunt. Tertio contemplare actum operis, quia omnes actus Chriſti pendentis in cruce clamant pietatem, & miſericordiam. Vide ò fidelis anima, in brachiorum extenſione amplam à pietate paterna impetrationem, receptarum iniu-

riarum

A riarum largam remiſſionem, omnium cordium piam attractionem, omnium affectionum miram transformationem, omnium animorum durorum confractionem, & liquefactionem. Vide caput inclinatum ad oſculandum, manus perforatas ad largiendum, latus apertum ad diligendum, pedes confixos ad tecum commorandum, totum corpus extenſum ad totum largiendum, vt & tu, qui iniurias paſſus es, diſcas amore ſui tibi iniuriantibus liberaliſſimè indulgere, qui amore tui dignatus es mori. Surgat igitur vnuſquiſq;, & quilibet iniuriàs humiliter genuflectens ab offenſo depoſcat amo B re offenſus offenſi Chriſti offenſas corde, & opere dimittat: & quod meriti, & perfectionis ſummę magnũ eſt ſignum, offenſus præueniens offendentem non tantum liberè ſibi indulgeat, verum etiam veniam, & indulgẽtiam, dulciter, & humiliter poſcat. & luentibus omnibus, omnibus corã Deo, & Chriſto Ieſu, cum lacrymis, cum clamore cordis, & oris, pacem, & miſericordiam poſtulantibus in mutuis amoris amplexibus, & oſculo pacis indulgentiam, & remiſſionem mutuam miſericorditer facientes, miſericordiam impetretis à Patre miſericordiarum, & Domino noſtro Ieſu Chriſto, qui cum Patre, & Spirituſancto glorio C ſus viuit & regnat in ſęcula ſęculorum, Amen.

FERIA SECVNDA poſt Dominicam Oliuarum.

Et etiam in feſtiuitatibus B. Virginis, & maximè Natiuitatis, Conceptionis, & Annunciationis.

Sermo LI.

D

Sicut ſol oriens mundo. Eccl. 28. Sacramentum glorioſę Virginis Matris Dei ſublimiſſimum ad reuerendum, deuotiſſimum ad tractandum, dulciſſimum ad contemplandum, hodie dilectiſſimi proponitur nobis. glorioſa equidem dies iſta, quæ iubar ſolaris luminis nobis affert, dum conceptam, vel natam, ſeu annunciatam nobis prænuntiat Dei matrẽ. Eleuemus igitur omnem pietatis affectũ, efferamus omnem noſtrum conatum, erigamus, & illuſtremus cunctis viribus intel- E lectum, ad illam, quæ vigore, dulcore, atq; ſplendore ſuo cunctas pias mentes inflammat, inflammatas illuminat, illuminatas roborat, vt ſciant, velint, & poſſint filij ſui veſtigia imitari: quia ſicut ſup. Eccl. teſtatur, ipſa ſpiritualiter eſt ſicut ſol oriens in mundo. In quibus verbis ſapientia Dei deſcribit triplicem gratioſum B. Virginis ſtatum. Primum Conceptionis, ſecundum Natiuitatis, tertium Annunciationis. *Triplex ſtatus B. Virginis.*

Primum. ſ. eius Conceptionem dicit eſſe, ſicut ſolem, quaſi cum eſt poſt montes in aurora, quia adhuc clauſa erat in vtero matris ſuæ in tempore ſuę conceptionis, & de illo ſtatu Virginis, Cant. 6. Angeli dicũt, F Quæ eſt iſta, quæ progreditur, quaſi aurora conſurgens?

Secundum eius ſtatum. ſ. Natiuitatem, dicit orientem ſolem. ſ. cum aſcendit à montibus orientis, ac irradiat mundum in ortu ſuo. & de prædictis duobus Propheta ait dicens, Tu fabricatus es auroram, & ſolẽ. i. Beatam Virginem in conceptione eius, & natiuitate.

Tertium eius ſtatum. ſ. Annũciationem, & obumbrationem Spiritus ſancti, dicit eſſe quaſi ſolem in mundo. i. in altitudine cęli, cum aſcendit ſuper hemiſperium noſtrũ in ſummo caloris æſtu. Sic fuit B. Virgo in G conceptione filij Dei.

Articulus Primus.

De quatuor admirandis gratijs, quibus repleta fuit B. Virgo in ſua conceptione.

Primus ſtatus B. Virginis fuit ſuæ conceptionis: & tunc fuit B. Virgo, ſicut ſol in aurora conſurgẽs. In hoc ſtatu contemplemur inter alios, quatuor eius ſplendores. Primus dicitur ſanctitas, ſecũdus claritas, ſeu luminoſitas, tertius charitas, quartus tranquillitas. *Prim' ſtatus Virginis fuit ſua conceptionis.* H

De triplici ſanctificatione ſanctificatorum, & de admiranda ſanctificatione B. Virginis in ſua conceptione.
Cap. 1.

Primus ſplendor eius ſanctitas dici poteſt. Dimiſſis autem ſcholaſticis bellis circa Virginalem cõceptum, triplicem ſanctificationem ad præſens diſcutiamus. Prima eſt generalis, *Primus ſplendor B. Virgin. in ſua conceptione.*

A neralis, ſecunda ſpecialis dicitur, tertia maternalis.

Triplex ſanctificatio.

Prima eſt ſanctificatio generalis. Et hæc quidem in illa, qua ſanctificantur homines per eccleſiaſtica ſacramenta, quod fit maxime per baptiſmũ: & talis ſanctificatio duo bona in homine operatur. Primo enim remouet culpam, ſecundo confert gratiam, tertio verò non remouet, ſed remanet, ſcilicet peccati fomes, & pronitas ad peccandum; quia & venialiter, & mortaliter taliter ſanctificatus peccare poteſt.

Secunda eſt ſanctificatio ſpecialis. & ta-
B lis per gratiam Spiritus ſancti condonatur. ponit autem hæc ſanctitas animam in ſtatu iuſtitiæ conſumatæ. Et operatur in ea tria. Primo remouet culpam, ſecundo confert gratiam, tertiò remouet pronitatẽ, ne poſſit faciliter homo mortaliter inquinari. Cũ igitur omnes in iniquitatibus concipiantur: neminem vnquam mortalium inter materna viſcera legimus ſanctificatũ, præterquàm Hieremiam, & B. Ioan. Baptiſtam: quamquam de B. Virgine nulla ſit ambiguitas, ſicut dicetur infra, longè tamen maior ſanctificatione Hieremiæ fuit ſanctificatio Ioan. Baptiſtæ. Ille quidem in matris vtero
C ſanctificatus fuit, ſicut legitur Hiere. 1. vbi dicitur: Priuſquàm te formarem in vtero, noui te: & antequàm exires de vulua, ſanctificaui te. Ioannes verò Spirituſancto repletus annunciatur. vnde Lu. 1. ait de Ioanne Angelus Zachariæ: Spirituſancto replebitur adhuc ex vtero matris ſuæ. Multo quippe excellentius eſt Spirituſancto repleri, quàm à Spirituſancto ſanctificari. Ibi. n. ſanctificatio emundationem, hic repletio vltra hoc gratiæ mundationem deſignat. Deniq; Apoſtoli, qui manibus ſuis tractauerunt de verbo vitæ, cum, vt dicitur Ioan. 20. Spiritumſanctum iam de Saluatoris
D accepiſſent afflatu, tandem quinquageſimo à reſurrectionis die, ad illum gradũ aſcenderunt, vt Act. 2. de eis diceretur, Repleti ſunt omnes Spirituſancto. Et licet Spiritus ſanctus largiori tunc munere credentium corda repleuerit: hoc tamen Ioannes in vtero legitur aſſecutus, quod Apoſtolica celſitudo largiori promiſſione meruit obtinere. quamquam etiam Apoſtoli tunc fuerint tanta ſpiritus copioſitate firmati, vt omne peccatum mortale faciliter potuerint vitare, & etiam frequentiam venialiũ: non tamen credo eos fore factos impoſſibiles ad peccandum. atque fideliter credo E
eſſe tenendum, quia illi duodecim athletę, veri mundi expugnatores, tanta tunc gratia ſuperueſtiti fuerint, ꝙ difficillimũ fuiſſet eos ruere in mortalem culpam: tamen firmiter aſſerendum eſt, ꝙ nunquam mortaliter peccauerunt.

Tertia verò fuit ſanctificatio maternalis. Et hæc remouet culpam originalem, & confert gratiam: & hæc etiam remouet pronitatem ad peccandum tam venialiter, quàm mortaliter. Et hæc fuit in B. Virgine Maria matre Dei. ſanè Deus ipſe æternus, ſicut mira ſua ſapientia creauit omnia: ſic illam benedictam Matrem ſuam talem condidit & F
ſanctificauit in tempore, qualem eam ſanctam elegit in ſua æternitate. Et talem tam nobilitate naturæ, quàm perfectione gratiæ condidit matrem, qualem eam decebat habere ſuam glorioſiſſimam maieſtatẽ; quia in ea, & de ea debebat ſumere, qđ in æternum ſibi erat vnitum vnitate perſonæ, de quo exiret pretium totius liberationis, iuſtificationis, & beatificationis humanæ. Et de hac conceptione Anſelmus in lib. de conceptu virginali. ſic ait: Decebat vt illius conceptio de Matre puriſſima fieret, ea puritate, qua puritate maior ſub Deo nequit intelligi. Atq; de hoc rationem ſubiungens ait: G
Cui Deus pater vnicum filium, quẽ de corde ſuo genuit æqualem ſibi, ita dare diſponebat, vt naturaliter eſſet vnus eidemque cõmunis Dei patris, & Virginis filius, quã & ſubſtantialiter filius ſibi matrem facere eligebat, & de qua Spiritus ſanctus operatus eſt, vt de ea conciperetur, & naſceretur ille, de quo ipſe procedebat. & per hoc decebat, vt illius hominis, ſcilicet Chriſti conceptio de matre fieret, qua puritate nulla maior poſſet intelligi ſub Deo.

Quanto lumine illuſtrata fuerit Beata Virgo in vtero matris ſuæ. H
Cap. 2.

SEcundus Virginis ſplendor dicitur claritas, ſeu luminoſitas: nam in prima ſanctificatione, quantum ad rationem & intellectum. Tanta enim ſapientiæ claritas à Deo ſuperinfuſa eſt, cum Maria interpretetur illuminata, quòd hæc ſeptem perfectè intelligebat, ſecundum quoſdam.

Secundus Virginis ſplendor.

Primo

A Primo naturam creatam irrationabilem, ſecundo naturam creatam rationabilem, tertio naturam creatam ſpiritualem, quartò naturam increatam diuinalem, quinto omnia quæ erant fugienda, & aſpernenda: ſexto omnia, quæ erant ſequenda, & amplectenda: ſeptimo per quem modum, & ad quantú gradum omnia eſſent odienda, vel diligenda. Hæc quidem diſtinctio comprehendit in ſe diſtinctionem creatoris, & omnium creatorum, necnon & cunctorum bonorum, & malorum. A quarta quippe, quæ erat cognitio creatoris, & tres conſequentes, & tres præcedentes habe-
B bant originem, ſicut Propheta teſtatur, dicens: In lumine tuo videbimus lumen. Nam & de tribus ſequentibus experimur etiam in his, quæ habent magnum habitum diuinæ ſapientiæ in vltimo gradu. Ex dictis ſequitur, quòd beata Virgo, etiam dum erat in vtero matris, habuit vſum liberi arbitrij, atque lumen perfectum in intellectu, & ratione. Proinde ſecundum quoſdam, fuit tunc in ſublimiori contemplationis ſtatu, quàm vnquam fuerit aliqua creatura humana in perfecta ætate. Et licet in vtero matris ſuæ, ſicut & cæteri infantes, dormiret: attamen ſomnus, qui abyſſat & ſepelit in nobis rationis, & liberi
C arbitrij actus, & per conſequens actum merendi: non credo, quòd talia in ipſa fuerit operatus, ſed anima ſua liberè, ac meritorio actu tunc tendebat in Deum. Vnde illo tempore erat perfectior contemplatrix, quàm vnquam fuerit aliquis alius, dum vigilauit. Vnde & Cant. 5. ipſa ait: Ego dormio, & cor meum vigilat. ſ. in contemplatione perfecta à nulla actione debilitata. Hoc tamen ſecundum alios, fuit poſt ſecundam ſanctificationem; quod fortè verius eſt. Nec miretur quiſquam, ſi Mater Dei, ante debitam ætatem habuit vſum liberi arbitrij, & fulſit tanto lumine rationis: cum
D & plerique alij Sancti in pueritia eorum, ante debitam ætatem, habuerunt virtutem, gratiam, atque lumen. De virtute in Sancto Nicolao reperitur exemplum, qui in quarta & ſexta ferijs, ſemel tantum ſugebat mammas. Et de gratia in Sancto Benedicto exemplum patet, qui in pueritia cœpit miraculis coruſcare. De lumine verò in Sancto Ioanne clariſſimè comprobatur. Vnde Ambroſius ait: Verè Ioannes nouit Chriſtum, non natura, ſed gratia. Et ſuper Lucam etiam ait idem. Nec enim

B. Virgo quando fuit in ſublimiori contēplationis ſtatu.

vllam ſenſit infantię ætatem, qui ſupra E naturam, ſupra ætatem, in vtero ſitus matris à menſura cœpit ætatis perfectæ plenitudinis Chriſti. Hæc ſiquidem nullo modo eſſent vera, ſi infantilitas corporalis impediſſet vſum liberum rationis. Quod inſuper ait, quòd à menſura cœpit ætatis perfectæ plenitudinis Chriſti, verificatur, non de corporis facultate, perfectione, atque vigore, quia tunc paruulus erat: ſed quantum ad plenitudine meriti, & per actum, & vſum liberi arbitrij, vt in hoc aſſimilaretur Chriſto ipſum ſanctificanti, qui tunc in vtero Virginis plenius vſu liberi arbitrij merebatur. Ex verbis igitur Ambroſij elici poteſt, quòd non ſolum pro F tunc non ſenſit impedimenta infantiæ in ipſo rationis vſu: verum etiam, quòd nunquam ſenſiſerit poſtea: quod ſatis rationabile eſſe videtur; quia miſericors Deus datas gratias homini non ſubtrahit ſine culpa. Hoc quidem ex operibus Ioannis manifeſtè apparet, cum de eo legitur: Quia in ætate quinque annorum aufugit mundum, & intrauit deſertum. Nec penſandum eſt, quòd abſque prævia conſideratione illic iuerit diutius moraturus. Si igitur de beato Ioanne talia credenda ſunt: quanto etiam maiora de Virgine matre Chriſti ſentire neceſſe eſt? G

Quanta charitate ardebat ad Deum, & ad proximum Virgo beata, cum adhuc eſſet in vtero matris ſuæ. Cap. 3.

TErtius Virginis ſplendor fuit charitas, ſcilicet quantum ad voluntatem, in quam tanta plenitudine diuinus amor infuſus eſt, quòd nihil eligere vellet, niſi quod Dei ſapientia præmonſtrabat. Proinde hac ſapientia illuſtrata tantum Deum diligebat, quantum ad ſe diligendum illum intelligebat. Quis igitur exprimere poſſet, quanto ardore diligebat eum ex toto corde, ideſt ſuper omnia temporalia mundi: ex tota anima, ideſt ſuper corpus & carnem ſuam: & ex omni mente ſua, hoc eſt ſuper omnia ſuperiora, ſcilicet ſpiritualia, & cœleſtia. Vnde in perſona illius Pſalm. ait: Inflammatum eſt cor meum, & renes mei commutati ſunt, ſcilicet per tranſforma- H

Tertius ſplendor quanta charitate ardebat.

A formationem diuini amoris. Ex charitatis quoq; ardore etiam humanæ ſaluationis toto affectu deſiderabat incarnationem filij Dei. Nam & totus impetus primæ ſanctificationis mentem huius ſacratiſſimæ Virginis impellebat ad hoc deſiderandum pro ſalute omnium electorum. Proinde omnes virtutes eius ardentiſſimæ mentis in id, qđ poſteà factum fuit in ea, toto conamine inflammabant animam eius. Ipſa ſiquidem fuit fœlix clauſula totius expectationis & deſiderij ac poſtulationis aduẽtus filij Dei, in qua ſicut in cono. i. in angulo, omnia deſideria præcedentium electorum atque Sanctorum conſummata & terminata fuerunt: B ideo nobis inexpreſſibile eſt illud feruidũ deſiderium, & languentis orationis ſuſpirium, quo ſuſpirabat ad Deum, vt filium ſuum mittere dignaretur ad noſtram aſſumendam naturam. Nec tñ credendum eſt, ꝙ ad recipiendum eum in carne ſua exiſtimaret ſe dignam. Nam gratia ſanctificationis prædictæ, quæ eam omni virtute repleuit: ſic a principio mentẽ eius in abyſſo humilitatis fundauit, ꝙ ſicut nulla poſt filium Dei creatura tantum aſcendit in gratiæ dignitatem, ſic nec tantum deſcẽdit in abyſ- C ſum humilitatis profundæ. Nec inſuper alicui puræ creaturæ in hoc ſæculo eſt datum tantum guſtare nihilum creaturæ: nec tñ ſe humiliare & annihilare ſub volito maieſtatis Virginẽ ab omni actuali protegebat culpa. Vnde Bernar. ad Lugdun. Puto quòd copioſius munus gratiæ in eam deſcenderit, quæ eius non ſolum ſanctificaret ortũ, ſed eam deinceps ab omni peccato cuſtodiret immunem. Præterea de nulla alia anima dici poteſt illud Cant. 4. Tota pulchra es amica mea, & macula non eſt in te, congruentius quàm de Virgine benedicta. Vbi enim macula eſt, vel culpa actualis, vel venialis, D aut mortalis, hoc verbum præallegatũ minime dici poteſt. Quòd autem ſic eſſet immaculata, propter tria ſm Bonou. in 3. diſt. 3. congruũ erat. Primo propter diaboli cõfuſionem, ſecundo propter noſtram interceſſionem, tertio propter diuinam diſpenſationem. Primo inquam propter diaboli cõfuſionem. Cõgruum quidem erat, ꝙ B. Virgo Maria poſtquã auferebat à nobis opprobrium, ſuperaret & vinceret etiam diabolum, ita ꝙ nec ei ſuccumberet etiam ad momentum. Ideo exponunt tam Augu. quàm Bern. illud Gene. 3. ipſa conteret caput tuũ. Si igitur ſuggeſtio eſt caput diaboli, nulla ſuggeſtio in mente Virginis ingreſſum habuit, & ſic tã a mortali, quàm a veniali immunis fuit. Secundo vero congruum fuit propter noſtram interceſſionem. Congruebat enim, aduocatam humani generis tanta puritate fulgere, vt nullum peccatum haberet, quod eius cõſcientiam remorderet. Tertio quoq; congruum fuit propter diuinam diſpenſationem. Vtiq; congruebat vt illa, quæ placuit altiſſimo Deo, ita vt fieret illius ſponſa, & mater vnigeniti filij ſui: ſic eſſet immaculata mente, ſicut fuit intemerata carne. Quoniam igitur glorioſa Virgo Maria aduocata eſt peccatorũ, gloria & corona iuſtorum, ſponſa Dei, & totius trinitatis triclinium, & ſpetialiſſimum filij Dei declinatorium: hinc eſt ꝙ ſpetiali gratia Dei nullum in ea peccatum habuit locum. E F

Imaculata ꝓꝑ tria

Quanta ſuauitate delectabantur in Deo omnes ſpirituales beatæ Virginis ſenſus atque affectiones.

Cap. 4.

TErtius radius amoroſæ Virginis Mariæ ſoporoſitas nuncupatur. Quinque nanque ſenſus in anima hominis ſunt, ſicut etiam in corpore eius: qui omnes in beata Virgine mundo, & omnibus noxijs clauſi erant, & aperti atque parati Deo. Sicut econtra mũdani aperti ſunt mũdo, & clauſi Deo. Primo enim patens Deo G erat auditus, vt promptiſſime acceptaret omne ſpiraculum eius. Proinde propheta in perſona illius dicebat. Audiam quid loquatur in me Dominus Deus meus. Secundo patebat ei illius guſtus ad ſaporandũ admirabiles dulcedines eius, qñ experientia illius dicebat inebriata. Quòd dulcia faucibus meis eloquia tua ſuper mel ori meo. Tertio quoq; patebat illi oĩs oculus eius, & H capacitas intellectus, qñ iam per experientiam in affectum & intellectum Deo plena alios ad talia inuitabat dicens, guſtate & videte, qm̃ ſuauis eſt dñs, &c. Quarto patebat aĩæ Virginis odoratus, qñ Can. 1. Dñm ſuppliciter exorabat dicens, Trahe me poſt te, curremus in odorẽ vnguentorum tuorum. Quinto quoq; patebat tactus, vt ſtrictè ac dulciter amplecteretur Dñm illã ſæpius viſitantem. Qđ quia continue faciebat, cum Proph. dicebat, Mihi aũt adhærere Deo bonum eſt, & ponere in Dño Deo ſpem meã. De his 5. portis ait Propheta dicens, Diligit Dñs portas Syon ſuper omnia tabernacula Iacob. Syon enim locus erat in Hieru-

3. Radius 5. Senſ. B. Virgo Mundum clauſi erãt, & aperti Deo.

A ſalem eminentiſſimus atque tutiſſimus. Sic etiam B. Virgo per virtutum eminentiam, altiſſima atq; a vitijs tutiſſima erat. Diligit igitur Dominus portas Sion, ideſt quinque ſenſus B. Virginis Mariæ ſuper omnia tabernacula Iacob, ideſt pluſquàm corpora oïa aliarum virginum. Corpora.n. tabernacula nuncupantur, ſicut. 1. Pe. 1. ipſe teſtatur dicens, velox eſt depoſitio tabernaculi mei. Virgines.n. merito dicũtur eſſe Iacob, quia luctatæ ſunt, & ſupplantauerunt fomitem,

B qui in B. Virgine in prima ſanctificatione fuit ligatus, atque conſopitus. Quatuor etiã ſunt elemēta, ex quibus humanum corpus non tantum compoſitum eſt, ſed etiam per quinque ſenſus de eis paſcitur & nutritur. Sic etiam quatuor humani affectus nutriũt animam per quinq; ſuos ſpirituales ſenſus, ſicut Matth. 4. Dominus ait: Non in ſolo pane viuit homo, ſed de oï verbo, quod procedit de ore Dei. His enim quatuor affectionibus nutriunt peccatores animas ſuas in tranſitorijs & mũdanis: iuſti autem in cœleſtibus & diuinis. Nonnulli etiã reperiuntur nunc, in quibus mentales & corporales virtutes diutius atque cumulatius habituatæ

Sicut 4. elemēta ex quib. humanū corpus, nō ſolū compoſitum, ſed & ex eis nutrū hic etiā 4. nutriunt animam.

C ſunt, atque in eis perfecti ſtatus mentis per ſolemniſſimas cõtemplationes fuerũt iam conſummati, necnon & ſublimiũ ſenſuum ſpiritus certam & longam experientiam habuerũt per diuinum influxũ, admirandos affectus multipliciter ex illis parturientes: experiuntur quandoq; ſuauiſſimos atq; cruciantes feruores, qñq; ex admiranda ſpũs ebrietate diſtillant lachrymas amoroſas: aliquando languido de corde mire prorumpuntur voces. Stantes quodam ſpirituali ſomno inſomnes a corpore quodãmodo alienantur mente: quandoq; inſuper mentales ſenſus dum partim alienati ſunt,

D anima propter aliquod ſpirituale obiectũ a corpore quodammodo abſtrahitur: aliqñ etiam totum humanum eſſe in extaſim eleuatur aïa reſoluta in diuino amore. Interdum quoq; occurrunt ſubiti atq; prolixi raptus ex quib. tota aïa transfertur in Deum. Contingit inſuper aliqñ, ꝙ aïa per penetrãtes alterationes amoris ingreditur thalamum cœleſtium ſecretorum: infunduntur qñq; inſpirationes multiplices mirabilium veritatum per ſpũalem cõſolationem aïam excitando. Occurrunt inſuper aliqñ in diuino ſplendore reuelationes clariſſimæ & apertæ: viſiones quoq; altiſſimæ nõ deſunt, in quibus guſtat anima, ſe eſſe in profundo & infinito abyſſo Dei ferè tranſlatam. Cõtingit quoque ꝙ quodammodo inconſiderabili atq; feruentiſſimo amoris actu in breui glorioſe cum Chriſto ſpirituale matrimonium conſummatur. Tanta ac talis eſt realis animæ nobilitas, quæ per ſpiritualem delectationem quaſi facta eſt glorioſa, quòd non licet homini loqui. Si igitur hæc tam alta, tamque ſublimia facta conſpicimus in vilibus, & quodammodo in indignis perſonis: quanto ſublimiora & digniora, ac nobis omnino incompræhenſibilia facta eſſe credenda ſunt illi, quæ iam gratia erat plena, ab æterno Dei mater prædeſtinata, electa ex millibus, ſublimata ex omnibus, etiam ſuper omnes Angelos exaltanda. F

Animæ nobilitas. E

De admiranda, & exemplari vita Virginis matris Dei. Cap. 4.

QVartus radius eſt exemplaritas. Nam tota conuerſatio eius, & vita omni refulgebat gratia & virtute. Vnde Ambroſ. 2. lib. de virginitate ait: Quid nobilius Dei matre? quid ſplendidius ea, quã ſplendor elegit? quid caſtius ea, quæ corpus ſine contagione corporis generauit? & vt de cæteris eius virtutibus taceam: Virgo erat non ſolum corpore, ſed & mente. Corde humilis, verbis grauis, animo prudens, loquendi parcior, legendi ſtudioſior. non in incerto diuitiarum, ſed in prece pauperum ſpem reponens: intenta operi, verecunda ſermone, arbitrium mentis non hominem, ſed Deum quærens. Nullum lædere, omnibus bene velle: maioribus aſſurgere, æqualibus non inuidere, iactantiam fugere, rationem ſequi, virtutem amare. Quando illa faſtidiuit humilem? quando riſit debilem? quando vitauit inopem? nihil in oculis toruum, nihil in verbis procax, nihil in actu inuerecũdum, non geſtus fractior, non inceſſus ſolutior, non vox petulantior, vt ipſa corporis ſpecies ſimulachrum fuerit mentis, figura probitatis. Talem hanc Euangeliſta demonſtrat, talem agnus reperit, talem Spiritus ſanctus elegit. Quid enim in ſingulis morer, quæ digna fuit, ex qua Dei filius naſceretur. Et iterum Hieronymus ait: Si diligenter attendis, nihil eſt virtutis, nihil ſplẽdoris, nihil gratiæ, nihil candoris, quod non reſplendeat in Virgine glorioſa. Ad ipſam igitur Virginem tanquam ad ſpeculum & exemplar Chriſtianæ vitæ ſemper reſpicere debent, qui cum Chriſto regnare volunt. Proinde Bernar. ait: Oportet

4. Radius exemplaritas. *Ambr.* G H *Hierony.* *Bernar.*

A omnes Chriſticolas inter fluctus huius ſæculi nauigantes attendere hanc maris ſtellam, quæ ſupræmo cardini, ideſt Deo proxima eſt. Et reſpectu exempli eius curſum vitæ dirigere, quod qui fecerit, non iactabitur vanæ gloriæ vento, nec frangetur ſcopulis aduerſorum, nec abſorbebitur ſiclea voragine voluptatum: ſed proſper veniet ad portum quietis æternæ. Inſuper idem ait: Si criminum immanitate turbarus, ſi conſcientiæ fœditate confuſus, ſi iudicij horrore perterritus, ſi barathro deſperationis abſorptus. Mariam cogita, Mariam
B inuoca, non recedat a corde, nec ab ore. Nam ipſam cogitans non erras, ipſamque rogans non deſperas, ipſam ſequens non deuias, ipſa tenente non corruis, ipſa protegente non metuis, ipſa duce non fatigaris: ipſa propitia ad portum peruenis, & ſic in teipſo experiri poteris, quàm meritò dictum ſit nomen Virginis Maria, ideſt maris ſtella. ideo merito in lib. 2. de virginitate,
Ambro. Ambr. ait: Talis fuit Maria, vt eius ſolius vita ſit omnium diſciplina.

C

ARTICVLVS TERTIVS.

De quattuor ardoribus charitatis, quibus poſt filij ſui conceptionem mater Dei ardebat.

3. Status B. Virg. erat ſua Annũtiationis. Tertius vero ſtatus beatæ Virginis erat ſuæ Annunciationis: in quo quaſi meridianus fulgor & ardor hic Sol lucens quattuor a ſe fulgurabat ardores. Primus dicitur largitas, ſecundus eſt impeccabilitas, tertius eſt vnitas, quartus vero eſt ſecuritas.

D

Quòd beata Virgo in conceptione filij Dei nouis, & incomprehenſibilibus virtutibus, & gratijs repleta eſt. *Cap.* 1.

1. Ardor. Primus enim ardor largitas dicitur. Nempe in illa Spiritus ſancti obumbratione, qua beata Virgo conceperit filium Dei tantam largitatem, & copiam Spiritus ſancti accepit: quantum poteſt creatura viatrix recipere non Deo vnita vnitate perſonæ. Nam ſecundum Hieronymum in ſermone de aſſumptione, tota gratiæ plenitudo, quæ eſt in Chriſto, in Mariam venit, quamquam aliter, & merito quidem, quia in Chriſto E ſicut in homine perſonaliter deificato: in Maria ſicut in templo Chriſti verbo ſingulariter dedicato. In Chriſto vt in capite influente, & in Maria vt in collo corpori eccleſiæ transfundente. In Chriſto fuit vt in ſuppoſito ſubſiſtente, ac ex vniuerſali fonte omnis boni lumen gratiæ influente. In Maria ſicut fœlicius hæc omnia tam mente, quàm carne recipiente. O quis poſſet ſufficienter intelligere, quale fuit illud e cœlo emiſſum incendium, collatum refrigerium, infuſum ſolatium, tam in ſacratiſſimæ Virginis mente, quàm carne. Ipſa quippe tunc facta eſt mulier amicta ſole, F vt dicitur Apoca. duodecimo, Quia ipſa illa diuina ſapientia, qua Deus ab æterno mundum ſibi reconciliare diſpoſuit, pleniſſima fuit: quam non ſolum per diuinam reuelationem præſciuit, verum & cuncta quæ ad incarnati verbi Dei myſteria pertinebant, certo experimento cognouit. Propter quod & Luna ſub pedibus eius eſſe narratur: quia nõ ſolum tranſitoria ſanctorum ſuorum pedum veſtigia ſubiecit, immo & omnium creaturarum cognitionem in comparatione ad ſupereminentem G Chriſti ſcientiam paruipendit. vnde & corona duodecim ſtellarum non immerito coronatur. Quia omnium virtutum, & gratiarũ merita ſuper omnes rationales & ſpirituales creaturas ſingulariſſimi generis priuilegio ſuperexceſſit. Quo ſiquidem factum eſt, vt non ſolum fidem & dilectionem Chriſtum conciperet corde: verum etiam & carnem illius ex puriſſimis ſanguinibus eius diuini amoris ſuperexceſſiuus ardor in virgineo vtero ſine virili conſortio formaret, generaret. Merito igitur ſicut ſerpens proſtrauit humanum genus mediante peccato Euæ, inclinante H Adam ad vetitum cibum, & conſummatio fuit in eſu Adæ: ſic per meritum Virginis inclinantis ad ſe Deum, vt aſſumeret carnem noſtram, conculcatio ſathanæ, & reparatio noſtra inchoata eſt, & per Deum incarnatum extitit conſummata. Tunc vero proprie fuit arca Dei, ad Hæbr. 9. intra ſe continens totam legem in duabus tabulis ſolidis digito Dei ſcriptam: hoc eſt in duabus naturis filij ſui, quarum primam accepit a matre, ſecundam a tota ſanctiſsima Trinitate. Si quis autem conſiderat virginei conſenſus ad tantum myſterium finalem terminum, clare intelliget, quòd omnis dignitas & perfectio

Propter quod luna ſub pedib. eius.

A ctio incluſa in hoc, quod eſt eſſe matrem Dei, tam mente quàm carne compræhendatur in eo, quod quidem tranſcendit immerito in infinitum quicquid aliud ſub Deo homine cogitari, vel dici poteſt. Si igitur terminus tam ineffabilis fuit ſuo merito proportionatus: oportet quòd meritoria perfectio huius conſenſus fuerit perfectioni ſui termini comproportionata. Ex his igitur colligi poteſt, quòd Virgo beata in conceptionis filij Dei conſenſu plus meruit, quàm omnes creaturæ: tam Angeli quàm homines in cũctis actibus, motibus, & cogitationibus ſuis. Nempe omnes qui B meruerũt, nihil aliud potuerũt mereri, niſi ſecundum varios ſtatus & gradus gloriam ſempiternam. Hæc autem Virgo in illo admirando conſenſu meruit totalem fomitis extinctionem, dominium & primatum totius orbis, plenitudinem omnium gratiarum, omnium virtutum, omnium donorũ, omnium beatitudinum, omnium fructuũ ſpiritus, cunctarum ſcientiarum, interprætationes ſermonum, ſpiritus prophetiæ, diſcretionis ſpirituũ, operationis virtutum. Meruit fœcunditatem in virginitate, maternitatem filij Dei. Meruit ꝙ ſit ſtella maris, porta cœli: & ſuper omnia ꝙ regina miſeri C cordię nuncupetur: ac talis nominis conſequatur effectum. Vnde merito Prou. vlt. de ipſa beata Virgine Salomon ait. Multæ filiæ congregauerunt diuitias, tu ſupergreſſa es vniuerſas. Denique ſicut Bernardus ait in ſermone de Natiuitate Virginis: Redempturus Deus humanum genus, pretium vniuerſum contulit in Maria. Intuemini igitur quanto deuotionis affectu eam a nobis voluit honorari, qui totius boni plenitudinem poſuit in Maria. Vt ſi quid ſpei in nobis eſt, ſi quid gratiæ, ſi quid ſalutis: ab ea nouerimus redundare. Hæc illæ. Tan- D ta igitur fuit perfectio eius, vt ſoli Deo cognoſcenda reſeruetur, iuxta illud Eccleſ. primo, Ipſe creauit illam in Spiritu ſancto, vidit, dinumerauit, & menſus eſt, ſcilicet ipſe ſolus Deus. Sciendum eſt tamen, quòd licet habuit omnia genera gratiarum, ſicut dictum eſt: non tamen habuit illa ad quemcunque vſum, ſed ad vſum altiorem & nobiliorem, & quę mulieri merito congruebat. Sicut verbi gratia, habuit donũ ſapientiæ non ad vſum publicè docendi, vel prædicandi, iuxta Apoſtolum. 1. Timot. 2. Mulierem autem docere non permitto: ſed habuit ipſa ea ad altiorem vſum, ſcilicet ad diuina guſtandum & contemplandum. Et ſic licet ad quoſcunque vſus aliqua dona non E habuerit, habuit tamen ea ad altiorem & nobiliorem actum.

Bernar.

Oĩa gr̃ra gratiarũ habuit B. Virgo non ad q̃mcũque vsũ, ſed ad vſum altiorem.

De multiplici cauſa, & armatura, quare beata Virgo peccare non poterat. Cap. 2.

SEcundus vero huius Virginis ardor, impeccabilitas nũcupatur. Licet enim, ſicut ex præcedenti patet, beata Virgo in ſua conceptione per gratiam adepta fuerit tantam fomitis reſtrictionem, quòd non poſſet in aliquod peccatum adduci: reman- F ſit tamen fomes in ea ſecundum eſſentiam. Sed ſanctificatio hæc ſecunda in conceptione filij Dei ſuperaddidit in ea omnimodam fomitis reſtrictionem, eradicationem, & extinctionem, & in bono confirmationem; ita vt quæ prius poterat peccare, iam peccare non poſſet. Hæc duo expreſſit Angelus Luc. primo, cum ait, Spiritus ſanctus ſuperueniet in te: & hoc quãtum ad primum. Et de ſecundo ſubiungit dicens, & virtus altiſſimi obumbrabit tibi. Secundum Bonauenturam in 3. diſt. 3. fomes peccati radicatur in carne, & aſcendit vſque ad mentem. In prima igi- G tur ſanctificatione Virginis tanta gratia perfectionis ei collata eſt, quòd in eius ſenſualitate tantum gratia redundaret, vt fomitem adeo reprimeret, quòd nullum aliquando affectum vel incitamentum haberet. In ſecunda vero ſanctificatione, in qua Spiritus ſanctus non tantum deſcendit in mentem, ſed etiam in ipſam carnem, & de carne operatus mirabiliter eſt, carnem eam ſine macula fabricando: reliquit ipſius carnem immaculatam extirpando in ea, & fomitem, & omnem concupiſcentiam, ita ꝙ peccare non poſſet. Et hoc ſentit Bernardus, & magiſter ſententiarum, & Damaſc. H Nempe ſi Virgo beata poſt filij Dei conceptionem potuiſſet peccare, plura inconuenientia ſequerentur. Primo redundaret in contumeliam prolis, quia eius mater eſſet peccatrix. Secundo eſſet in detrimentum matris, quia ſic damnari potuiſſet. Tertio in damnum humani generis. Quarto in contemptum totius diuini intenti: quia incarnationis opus ſuſceptum non immerito reddi poſſet. Proinde omnino aſſerendum eſt, ꝙ in conceptione filij Dei, ſicut prædictum eſt, taliter extitit confirmata ꝙ voluntas eius poſtea non potuit conuerti ad malum: non tñ propter liberi arbitrij ablationem,

2. Ardor.

Si poſt filij Dei cõceptũ Virgo Beata potuiſſet peccare, plura inconueniẽtia ſequerentur.

A nem, nec alicuius potentiæ amiſſionem: ſed propter liberi arbitrij per gratiam, completionem. Quomodo autem hoc potuit fieri, difficile eſt videre. Intelligendum eſt tamen, quòd voluntas humana ſemper libera eſt, & ſemper in bonum & in malum, in melius & in peius, in optimum, & in peſſimum libere poſſet fieri: niſi ei tale intimetur obiectum, in quo omnem rationem reperiat boni delectabilis & deguſtabilis, eo quòd nihil appetitur, niſi ſub ratione boni & delectabilis. Hoc autem ſolum in beatis fit, quia omne obiectum delectabilis eis delectabiliter intimatur: B quare in contrarium minime poſſunt. Hoc autem in beata Virgine Maria eſſe non potuit, eo quòd beata non erat. Quapropter ad hoc quòd eſſet plenarie cõfirmata, quinque ei erant neceſſaria, quæ erant diſpoſitiua interius, quaſi quinque intrinſeca arma, & quinque protectiua exterius quaſi quinque extrinſeca arma, quinque ſcuta exteriora. Primo fuerunt quinque intrinſeca arma. Primo ardor charitatis, ſecundo mortificatio ſenſualitatis, tertio ſenſus maternitatis, quarto obiectum diuinitatis, quinto aſpectus nihileitatis. Primo affuit ardor

Ad hoc quòd eſſet plenarie cõfirmata 5. ei erãt neceſſaria, intrinſeca arma.

C charitatis, eo modo quòd mens illius in ardore dilectionis continue tenebatur. Nam Deus eius menti mirabiliſſimè ſe intimabat, atque omnes potentias illius inferiores tenebat ſubditas ſub Imperio rationis, quamquam aliter quàm in beatis. Proinde in perſona illius Propheta ait: Inflammatum eſt cor meum, & renes mei commutati ſunt. Secundo affuit mortificatio ſenſualitatis: nam in appetitu ſenſuali illius facta erat modificatio & coaptatio ad partem ſuperiorem per mortem ſenſualis affectionis, & modificationis ad carnem. Vnde in perſona corporis eius ad partem ſuperiorem rationis dicebat, vt iumentum factus D ſum apud te, & ego ſemper tecum. Tertio fuit ſenſus maternitatis. Habuit nempe actualem & experimentabilem ſenſum filiationis Dei intime cogitando & ſaporando, quanti filij erat mater, & quãtum ei obligata erat, quia illã præ cæteris elegiſſet ſibi matrem. Sicut merito faceret quædã paupercula vilis, quam ſibi potens rex eligeret in coniugem vel in matrem. Quarto affuit ei obiectum diuinitatis, eo quòd ſemper habuit continuũ aſpectum ad Dei beneplacitum, promptumque conſenſum ſemper gerebat in mente, diuina beneplacita adimplere. Proinde in perſona illius ait Propheta, prouidebam Dominũ in conſpectu meo E ſemper. In ſingulis enim rebus legebat hic Deo beneplacitum eſt, atque a me acceptandum: Hoc non placet ei, & propterea dimittendum. Quinto vero affuit ei aſpectus ſuæ propriæ nihileitatis, eo quòd continue habebat actualem relationem ad diuinam maieſtatem, & ad ſuam nihileitatẽ. Proinde in perſona intellectus ſui Propheta dicebat, ad nihilum redactus ſum.

Quinque ſcuta exteriora.

Quis etiã erant neceſſaria ſcuta exteriora.

Secundo quoque ad eius defenſionem habuit alia quinque arma exteriora. Affuit enim ei primo Angelorum protectio, ſecundo dæmonum repulſio, tertio virtutum exercitatio, quarto peccatorum abominatio, quinto mundialium deſpectio. Primo F vero affuit ei Angelorum protectio. Aſſiſtebant enim illi innumerabiles multitudines Angelorum in eius protectionem. Et de hoc Propheta ad Virginem ait. Angelis ſuis Deus mandauit de te, vt cuſtodiant te in omnibus vijs tuis. Pie etenim credo, quòd plurimas legiones habuit Angelorum ad cuſtodiam, & protectionem ſuam: cum & Heliſæus, vt legitur. 4. Reg. 6. Angelorum multitudinem habuit ad ſui defenſionem. Secundo affuit ei dæmonum repulſio. Sicut enim manus ignis effugat G muſcas, ſic a ſua ardentiſſima mente, & inflammatiſſima charitate dæmones effugabantur & pellebantur, in tantum quòd ſolum in modico non erant auſi reſpicere mentem eius, nec de magno ſpatio illi appropinquare. Si enim hoc legimus de aliquibus Sanctis, ſaltem poſt aliquem de dæmonibus in tentationibus acquiſitum triũphum, quantomagis de matre Domini noſtri credendum eſt, quę ſemper contra omnes dæmones triumphauit?

Tertio affuit illi virtutum exercitatio. Nam omnia mala exteriora atque aduerſa H eo modo, & non aliter ei inferebantur, ſecundum quòd ſunt materia exercendæ virtutis. Si enim ſicut ad Roma. octauo, Apoſtolus ait, Diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum, ſcilicet & proſpera, & aduerſa: quãto magis igitur illi, quæ Deum ſuper omnes alios diligebat?

Quarto affuit ei peccatorum abominatio, eo ꝙ omnia delectabilia ſecundum ſenſum, & a Deo retrahentia ei auferebãtur, tanquam Deo odibilia, cuius voluntati ſatagebat, ſe totis viribus conformare. In diuino quoq; pleniſſime cognouit, quomodo mortalis culpa a Deo æternaliter ſepat,

A anima ab imagine Dei deformat, æterna gloria priuat, atque infernalibus ſupplicijs obligat in æternum. Quinto affuit ei mundialium deſpectio. Quæcunque enim illi offerebantur, niſi ei diuina offerrent, quantum erant in ſe electiua: tanquam deſipientia reſpuebat. Sicut & mulier multum pulchra per opus alicuius maleficij ſemper, vt diſplicens occurrit viro: ſed ſi hoc poteſt in malum diabolus, quanto fortius in ea in bonum potuit hoc Dominus operari? Illis igitur ſtantibus, impoſſibile eam erat peccare. Et idem eſſet de quocunque, vſque-
Inſt. quo iſta in eo perſeuerarent. Sed forte ob-
B ſtabit aliquis dicens, Quòd omnis habitus gratiæ quantumcunque magnus eſt in libertate exiſtens. ſed quod eſt in libertate ſicut libere retinetur, ita libere dimitti poteſt. Sed quod dimitti poteſt aliqua immobilitate non valet, ex quo ipſe mobilis eſt.
Solutio. Ad quod dicendum eſt, quòd verum eſt ꝙ talis impeccabilitas in Virgine non potuit per habitum quantumcunque magnum: potuit tamen fieri per modum, qui dictus
Inſt. eſt. Si quis etiam inſtet ſecundo, quòd poteſtas, quæ non poteſt in vtrunque oppoſitorum, non eſt libera, vt dicitur. 1. de interpratatione: poteſtates vero rationales ſunt
C ad oppoſita: ſed ſi eſſet confirmata, non poſſet in oppoſita. ergo non eſſet rationalis,
Solutio. neque libera. Ad quod dicendum, quòd voluntas non dicitur libera, quia poſſit in malum: ſed quia libere elicit ſuum actum. Nam & in beatis Angelis plena perſeuerat libertas in voluntate eorum.

Aduertendum eſt tamē, quòd licet Deus perfecta diſpoſitione diſpoſuerit matrem ſuam, abſque omni culpa ſeruauerit eam, nihilominus tamen cunctæ paſſiones illæ, quæ naturam ſine peccato ſequuntur, quæ ſcilicet ſunt materia exercendæ virtutis, in
D ea plenius remanſerunt, tam reſpectu ſui, quàm reſpectu filij. Vnde in ea fuit amor, timor, honor, admiratio, & huiuſmodi, ſecundum quòd in aliquo ſine peccato eſſe poſſunt. Proinde credo, quòd magnum honorem ſibi reputabat, quòd tāti filij mater eſſet. Credo inſuper ꝙ volebat, ꝙ ſciretur, & conſimilia, & tamen omnia hæc abſque peccato in illa ſemper fuerunt.

Quartum beata Virgo per contemplationem, & actionem cum Chriſto vnita fuit. *Cap. 3.* E

TErtius Virginis ardor vnitas dict' eſt, *3. Ardor.*
& de hoc Can. 4. æternus ſponſus ſuę ſanctiſſimæ, hoc eſt B. Mariæ Virgini. *Vnitas B. Virg. cum Chriſto.* Vulneraſti cor meum ſoror mea ſpōſa: vulneraſti cor meum in vno oculorum tuorū, & in vno crine colli tui. Vbi glo. ait. Pro amore tuo carnem ſumpſi, & vulneribus primis in cruce vulneraſti cor meum. Nam primogenita redemptoris filij ſui Ieſu fuit beata Virgo. Et plus pro ipſa redimenda venit, quàm pro oī alia creatura, & ad oſten- F
dēdam admirabilem vnitatem, quam cum ea habebat, dicit ſe vulneratum fuiſſe ab ea in vno oculorum ſuorum, & in vno crine colli ſui. Vbi oſtendit eum duplicem vnitatem habuiſſe cum ea. *Duplicē vnitatem habuit B. Virgo cū Chriſto.* Prima fuit vnitas contemplationis, ſecunda fuit vnitas actionis. Prima fuit vnitas contemplationis, quę prior fuit quàm actio in Maria, eo quòd in vtero matris perfecta eius contemplatio incœpit, ſicut ſupra ar. 1. c. 2. dictum eſt. *t. Vide ꝙ hēt egregie Bartholomæ' Piſanus ī lib. de conformitate Xpī.* De hoc ſtatu contemplationis ſponſus ait, Vulneraſti cor meum in vno oculorū tuorum, ideſt in lucidiſſima contemplatione, in tantum mecum vnita es pp vnitiuam attentionem tuorum aſpectuum contemplatiuorū, quo mecum per amorem coniuncta es: tibi G
negare non poſſum, quod poſtulaſti atque decreueris orare pro remiſſione ſcelerum quorumcunque. Vnde Lu. 10. quando præmittitur atque myſticè ſcriptum eſt. Intrauit Ieſus in quoddam caſtellum: & mulier quædam Martha nomine, excepit illum in do. ſu. Ad caſtelli vnum membrum duo requiruntur. Primo murus exterior, ſcilicet virginitas corporis, ſecundo turris interior ſcilicet humilitas cordis. Ad eius quoq; cuſtodiam duo etiam requiruntur. Primo ſpeculator, vt contempletur: ſecundo propu- H
gnator, vt operetur. Proinde in caſtello Mariæ duæ ſorores habitabant, quæ caſtellum ſolerter, & bene ſemper cuſtodierunt, ſcilicet Martha & Maria. Martha quippe laborat, & operatur, ne caſtellum capiatur per negligentiam. Maria vero quieſcit & contemplatur, ne caſtellum capiatur per ignorantiam: Vnde ignorantia gignit cordis errorem, ſed negligentia parit torporem corporis. Per errorem cordis delinquimus in credendis, per torporem vero corporis delinquimus in agendis.

Mariæ cōtēplatio, Et ſubditur B. Virginis contemplatio cō-

A ſummata & ſumma: cum de Magdalena ad litteram, ſed de B. Virgine myſticè ſubinfertur, quòd Marthę ſoror erat nomine Maria, quæ etiam ſedens ſecus pedes Domini audiebat verbum illius. In quibus verbis qnatuor demonſtrantur, in quibus perfecta cótemplatio B. Virginis inſinuatur. Primum eſt tranquillitas, ſecundum eſt humilitas, tertium eſt capacitas, quartum vero ſublimitas dici poteſt. Primum eſt tranquillitas. Et de hoc etiam ſubditur, quæ etiam ſedens. Vbi oſtenditur tranquilliſſima qnietatio totius virginei ſtatns. Sed in quo hæc tranqnillitas requieſcat, ſequés Virginis virtus oſtendit.

In quibus p̄fecta cō templatio insinuat̄.

B Secundum vero eſt humilitas. Vnde ſubditur, ſecus pedes Domini. Ab hac enim humilitate & profundiſſima annihilatione ſui ſub pedib⁹ Ieſu Chriſti, cauſabatur tranquillitas antecedens, eo quòd ſumme gaudebat ſe ſubijci filio ſno, & ſibi filium ſuum ſuperponi. Tertinm eſt capacitas, qnæ ex duobus pręcedentibus ſequés eſt. Nam ſicut nulla creatnra viatrix vnqnã tantam habuit mentis tranquillitatem, nec tãtę humilitatis abyſſũm: ſic nulla vnquam ita attente audiuit verbum Dei per côtemplationis tranquillum, nec ſic ſublimiter in-

C tellexit ipſum verbum: proptetea ſubditur, & audiebat verbum illius. Quartum eſt ſublimitas. Nam hanc contemplationem Mariæ Dominus ſuperlatiuè exprimere volens, poſt paucam ſnbdit, Maria optimam partem elegit. Nempe optimum eſt, ſuper qnod nihil eſt melius, & in pura creatura ſupra beatam Virginem non eſt factibilis ſtatus. Et quia talis ſtatus beatę Virgini honorabiliter datus eſt, ideo fuit ante collatum ſibi copioſiſſimum donum, vnde hunc ſublimen ſtatnm mereri poſſet, ac ſibi eligere ſicut vellet. Proinde volens Dominus exprimere talem dignitatem etiam ex meri-

D to ſuo potius inquit, elegit ſibi Maria: qnæ data eſt ſibi. Et vere elegit ſibi optimam partem, omnes alias ſuperantem claritate viſionis, qualitate fruitionis, vicinitate locationis, ſublimitate honorationis, vniuerſalitate poſſeſſionis, & copioſitate largitionis. Quæ quidem non auferuntur ab ea in ſempiternum. Mariæ actio. Secunda vero vnio Virginis cum ſponſo & filio ſuo Chriſto, fuit vnitas actionis, eo quòd ſicut nulla vnquam fuit ſimilis contẽplatrix, ſic nunquam fuit ei ſimilis miniſtratrix. Quod multipliciter oſtendi poteſt. Nam ptimo alij induũt pauperes de lana ouis: ipſa vero induit ſuũ diuitem de puriſſimis ſanguinibus ſuis. Secundo alij induunt de panno: ipſa vero de E corpore ſuo. Tertio alij paſcunt pauperem. pane extrinſeco: ipſa vero pauit hnmanatũ Deum de lacte proprio. Quarto alij ſuſcipiunt pauperem hominem in tugurio: ipſa veto ſuſcipit immẽſum Deum in corde & corpore ſuo, cni in terris peregrinanti facta eſt hoſpitium amoroſum. Quinto alij propter Deum adminiſtrant infirmo: ſed Maria ipſi Ieſu Deo in panperculo corpore infirmato officioſiſſimè miniſtrauit: ipſum lauãdo, ipſum faſciando, ipſum in præſepio reclinando, atq; in brachijs baiulando. Sextò alij conſolantur plorantes homines: Maria F autem parunlum Deum plorantem, & ipſa cum Ieſu paruulo corde compaſſionato affectuoſiſſime plorans, illum dulciſſime cõſolatur, atq; dulci ac ſnaui locntionę blanditur. Septimo alij ſolliciti ſunt, ne aliquid deficiat inopi: ſed Maria ſollicita miniſtratrix fuit, & manibus ſuis laborauit, vt ſubueniret Deo homini pro ſalute omnium Dei indigenti. Octauo alij incarceratos & vulneratos homines viſitant, & eis compatiuntur, dum vinunt, atque mortuos ſepeliũt: Maria autem Deo homini Ieſn Chriſto pro nobis capto atqne ligato, ac dnra carceratione ligno Crucis affixo, & vulne- G ribus dilaniato, tanto dolore compaſſa eſt, vt inexpreſſibile ſit etiam angelicæ linguæ. In omnibus ſupradictis Maria ſignrata fuit in Martha, qnæ interprætatur prouocans, vel irritans, ſeu dominans: quia ſua ſtrenuiſſima actione diabolum pronocauit ad bellum, & irritauit ad ſcandalum, ac ſibi dominata eſt ad triumphum, vt merito ſubdatur a Luca, Martha autem ſatagebat circa freqnens miniſterium.

Nono autem quia ſtetit iuxta crncem in doloris ſortitudine, & nunquam per impatientiam lapſa eſt: ideo ſubditur, quæ ſtetit & ait. Decimo, quia contemplatio H deitatis nihil ſibi de doloribus ademit vel minnit: ſed amplius multiplicauit: idcirco introducitur lamentabiliter, Domine non eſt tibi curæ, qnòd ſoror mea reliquit me ſolam miniſtrare. Vndecimo, quia ſollicita remuneratione omnium paſſionũ Ieſn, & eorum quæ circa eum fiebant, erat tota doloribus ſauciata. Quod optime cognouit Ieſus: ideo hoc recognoſcens gratiſſime ait ſibi: Martha, Martha, ſollicita es, & turbaris erga plurima. Hoc quidem ſolus Ieſus dicete potuit, qui ſolus maternos potuit menſutare dolores. Duodecimo concludit. Porrò vnum eſt neceſſarium, ait: videlicet

A me filium tuum mori atrociter a te matre mea commori ſimiliter, ac mundum redimi ſimiliter, hoc eſt liberaliter.

De gaudio, quod mater Ieſu habebat de ſua finali ſaluatione atque glorificatione. Cap. 4.

Maria ardor. QVartus Mariæ ardor, ſecuritas dici poteſt. Minime ſiquidem dubitandum eſt, quin beata Virgo certiſſima fuerit de ſua perſeuerantia & ſalute. Porrò de ſua ſalute certificatus eſt Petrus, cum
B Ioan. vlt. ait: Cum eſſes iunior, cingebas te, & ambulabas vbi volebas: cum autem ſenueris, extendes manus tuas, & alius te cinget, & ducet te quo tu non vis. Hoc autem dixit ſignificans, qua morte eſſet clarificaturus Deum. Similiter & Ioannes Euange. cui etiam Ioan. vlt. ait Dominus: Sic eum volo manere, donec veniam. Item tenendum eſt de beata Maria Magdalena, de qua Luc. 10. Dominus ait: Maria optimam partem elegit, quæ non auferetur ab ea. Quantomagis hoc aſſerendum de Virgine benedicta? quæ experimentaliter certificata erat de ſanctificatione ſua in vtero
C matris ſuæ, & de ſanctificatione adueniente Spiritu ſancto in conceptione filij Dei: necnon in ſanctificatione tertia, quæ facta eſt adueniente Spiritu ſancto in filij Dei manſione in vtero eius menſibus nouem. Quanto gaudio putas profundebatur anima eius, quando cōtemplabatur per fidem gloriam, quam ad dexterã filij pet ſpem ſuper omnes Angelos poſſeſſuram ſe certiſſime expectabat? Magna igitur extitit gratia, & virtus Virginis matris Dei. Tam vtique magna, vt cū Hier. & multo amplius quàm *Hieronym.* Hiero. dicere poſſumus. Quid nos tantilli,
D quid nos actione puſilli, quid in laudibus eius referamus? cum etiam ſi omnium noſtrum membra verterentur in linguas, eam laudare non ſufficerent. Altior enim eſt cœlo, de qua loquimur, Virgo abyſſo profundior, cuius laudes dicere conamur: ſi cœlum inquam te vocem, altior es: ſi vero matrem gentium præcedis: ſi formam Dei te appellem, digna exiſtis: ſi dominam Angelorum, per omnia eſſe probaris. Quid *Auguſt.* igitur digne de te dicam? Augu. quoque de ipſa ait: Maria eſt flos, & ianua paradiſi, gloria generis humani, thronus & camera regis æterni, charitas Dei, lucerna mundi, ſcala cœli, regina Angelorum, terror dæmonum, refugium peccatorum, imago & B
ſpeculum puritatis, exemplum & regula honeſtatis, fons & taberna gratiarum, mōs & ſcala virtutum, arca cœleſtium theſaurorum, conſolatio pauperum, refrænatio diuitum, recreatio humilium, cōfuſio ſuperborum, ſolatium electorum, conductrix peregrinorum, portus naufragãtium, murus obſeſſorum, requies tribulatorum, mater orphanorum, tutela viduarum, ſcutum pugnatorum, dulcedo contẽplatiuorum, magiſtra prædicatorum, fortitudo laborantiū, aduocata pœnitentium, medicina ægrotan- F
tium, forma iuſtorum, ſpes & laus credentium, & titulus catholicorum. Ex prædictis patet, ꝙ in prima ſua ſanctificatione Virgo beata progrediebatur quaſi aurora conſurgens, ſicut dicitur Cant. 6. quia effugauit tenebras horrẽdæ mortis originalis, infectionis, & carnalis ſocietatis humani generis, ac totius gloriæ ſenſibilis mundi. In ſua vero conuerſatione facta eſt pulchra vt luna, illius cœleſtis ſolis lumine plena. Licet adhuc aliquid naturalis tenebræ eſſet in ea, ſicut etiam eſt in luna: in tertia vero ſua perfectione propter incarnationem filij Dei ad tantam lucem veritatis, & ardorem cha- G
ritatis aſcendit, quòd fuit electa vt ſol: & tunc omnibus hoſtibus facta ſumme fuit terribilis, vt caſtrorum acies ordinata. Et hoc verbum poteſt eſſe thema in præſenti ſolemnitate. Ideo de ea eccleſia digne canit, cunctas hæreſes ſola interemiſti in vniuerſo mundo, quando ſcilicet totam veritatem Dei ſic concepit, quòd eſſet ipſius genitrix veritatis. Et vt deuoti Anſelmi vtar eloquio: Glorioſa Virgo, & mater miſericordiæ, regina & fons totius dulcedinis & pietatis, quid dicemus? quali organo vocis, vel *Anſelm.*
quo iubilo cordis exprimemus, quantum tibi debemus? quicquid protulerimus, minus eſt, & quaſi nihil ad ea quæ tibi exequi debemus. tu ante omnem creaturam in mente Dei præordinata fuiſti, vt omnium fœminarum caſtiſſima Deū ipſum hominem verum ex tua carne procreares, vt præ omnibus poſt filium Regina cœlorum effecta glorioſa regnares, vt perdito mūdo recuperares aditū, & vitæ perennis emolumentū præparares. tu genus humanum, ęternitatis gloria nudatum, per tuum virgineum partum in priſtinum ſtatum deduxiſti: tu principem mortis euertiſti, per te ad ęternã gloriam quicumq; prouẽturi ſumus peruenie- H
mus, & ꝑ te eſt, ſi q̃d boni ſumus, ſiue poſſum⁹, ſiue hẽmus: tu poſt Deū ſumma ac ſingularis

A gularis conſolatio noſtra, tu ad regna cœlorum dux ac ſubuentio noſtra. Tu, quæſumus, eſto in ipſo beatitudinis regno ſuſceptrix ac perpetua exaltatio noſtra, quæ cum Chriſto Ieſu dulciſſimo filio tuo glorioſa conregnans regina cœli, domina mundi per infinita ſęculorum ſęcula, Amen.

FERIA TERTIA poſt Dominicam in ramis Palmarum.

B *De conſcientia bona & mala.*

Sermo LII.

Pſal. 25. D*Omine dilexi decorem domus tuæ, & locum habitationis gloriæ tuæ: ne perdas cum impijs Deus animam meam.* ps. 25. Iam ad ſacros dies appropinquantes neceſſe eſt diligentiſſima diſcuſſione præparare conſcientias noſtras ad illud ſacratiſſimum Sacramentum, per quod in eius condigna aſſumptione anima reformatur & deformatur. Neceſſe eſt tamẽ il- C lud aſſumere in ſtatu ſalutis, & charitatis. i. cum conſcientia munda. & charitas eſſe non poteſt abſque conſcientia bona, teſte Apoſtolo, qui. 1. ad Timoth. 1. ait. Finis pręcepti eſt charitas de corde puro, conſcientia bona, & fide non ficta. Verumetiam ſi abſque conſcientiæ examinatione, atque condigna præparatione, pręſumat homo accedere ad ſacram Communionem: proculdubio ſecũdum Apoſtolum. 1. Cor. 11. Iudicium ſibi manducat & bibit, non diiudicans corpus Domini. Ne igitur noſtrum aliquis hanc noxam incurrat, & per tantũ D ſacramentum perimat conſcientiam ſuam: conemur vt verè Domino dicere valeam' cum propheta propoſitum verbum; Domine dilexi decorem domus tuæ, &c. In quibus ſacratiſſimis verbis Propheta oſtendit tria de ipſa conſcientia. Primò conſcientiæ quidditatem ibi, Domine dilexi locum habitationis glorię tuę. Secundò conſcientiæ formoſitatem ibi, dilexi decorem domus tuę. Tertiò conſcientię deformitatem ibi, ne perdas cum impijs Deus animam meam.

ARTICVLVS PRIMVS. E

Vbi vide quid ſit ſynderesis, & conſcientia multipliciter demonſtratur.

PRimò oſtendit Propheta cõſcientię quidditatem, dicẽs. Domine dilexi locum habitationis glorię tuę. Locus quidem habitationis glorię Dei eſt ipſa conſcientia, quam ideo quilibet amare debet, vt in illa habitet gloria ſummi Dei, ſicut alibi Propheta ait, dicens: Non nobis domine, nõ nobis: ſed nomini tuo da gloriam. Vt tamen magis parti- F culariter quidditatem ipſius cõſcientię declaremus, tria ad pręſens conſideremus. Primò eius figurationem vniuerſalem, ſecundò eius deſcriptionem particularẽ, tertiò eius diffinitionem generalem.

Quòd conſcientia in quatuor animalibus Ezechielis myſticè deſignatur. Cap. 1.

PRimò inquàm conſideremus ipſius conſcientię figurationẽ vniuerſalem. Et de hac Ezech. 1. dr̃, Similitudo autẽ vultus quatuor animalium facies hominis, & facies Leonis à dextris eorum quatuor: facies aũt Bo- G uis à ſiniſtris ipſorũ quatuor, & facies Aquilę deſuper ipſorũ quatuor. Per hominẽ quidem, ſm̃ Hiero. rationalis vis ſignificatur, per Leonem iraſcibilis, per Vitulum cõcupiſcibiles, per Aquilam verò ſynderesis notatur. Quę eſt ſuperior pars rationis, quam Gręci ſynderesim vocãt: ſed apud nos ſcintilla cõſcientię nominatur. Quia ſicut ſcin- *Vide Ambro. ſperã feria 4. Quad.* tilla eſt modicum quid ex igne euolans: ita hęc virtus eſt quędam modica participatio intellectualitatis reſpectu eius, quod de intellectualitate in Angelo reperit. Propter hoc etiam pars ſuperioris rationis ſcintilla dicitur, quia in rationali creatura ſupre- H mum eſt. Ideo Aquilę à B. Hiero. aſſimilat, quę cętera animalia in volatu & in viſu tranſcendit, ita hęc virtus rationalẽ trãſcẽdit, quę per hominẽ deſignatur. Similiter & tranſcendit iraſcibilem & concupiſcibilem, quę per Leonem & Vitulum denotantur. Vnde ſecundum quoſdã differunt ſynderesis, conſcientia, & lex naturalis. Nã ſynderesis dicit habitum reſpectu boni & mali in generali: ſed conſcientia dicit habitum reſpectu boni & mali in particulari: ſed lex naturalis indifferenter ſe hẽt ad utrunque.

De

A *De ſynderesi & conſcientia, & quæ ſit differentia inter eos, & de deſcriptionibus eorundem.* Cap. 2.

Secundò conſideremus cóſcientiæ deſcriptionem particularem. Circa quod aduertendum, ꝙ conſcientia quandoque nominatur ipſa ſcintilla conſcientiæ, ſeu ſynderesis: quæ nihil aliud eſt, quàm vis animæ motiua, quæ nata eſt in ſuperiorib. figi ſemper naturaliter monens & ſtileràs ad bonum, atque abhorrens malum. Et in iſtis nunquàm errat, neque ſecundum ſynderesim eſt peccare, vt inf. dicetur. Secun-

Scintilla conſcientia.

B dum igitur ꝙ ſynderesis hoc modo conſcientia nominatur, quadrupliciter poteſt deſcribi. Et primò ſic à Baſilio. Conſcientia eſt naturale iudicatorium faciendi, vel non faciendi. Differunt tamē ſecundum rationem ſynderesis & conſcientia. Nam conſcientia iudicat faciendum. i. debitum fieri: ſed ſynderesis iudicat faciendum. i. dignū fieri. Secundò iuxta prædictum modū diffinitur à Damaſ. Conſcientia eſt lex intellectus noſtri naturalis, oppoſita peccato. Et etiam ſecundum hoc conſcientia nūquàm errat, & per legem naturalem menti à Deo inſitam ante legem ſcriptam iuſti & Deo

Conſcientia quid. Synderesis eſt in conſcientia.

C placentes rexerunt ſe. Quæ conſcientia ab Apoſtolo nominatur. Atque ad Rom. 2. ait. Cum enim gentes, quæ legem non habēt, naturaliter ea quæ legis ſunt faciunt: cuiuſmodi legem nō habentes ipſi ſibi ſunt lex. Qui oſtendunt opus legis ſcriptum in cordibus ſuis, teſtimonium illis reddente conſcientia ipſorum. Ex quo patet ꝙ ſecundū hanc conſcientiam & modum, conſcientia eſt habitus naturalis dictandi bonū vel malum. Tertiò quoque deſcribi poteſt ſecundum fratrem Aluarum in lib. de Planctu eccleſiæ. Conſcientia eſt diuinæ ſcientiæ motus & operatio, cū noſtra & in noſtra ſcientia. Inde conſcientia dicta eſt, quaſi cū ſcientia. ſ. naturali, diuina, conſcripta, confirma-

Conſcientia vnde.

D ta, & conformata. Eſt enim talis conſciētia tanquàm candela accenſa, quam poſuit Dominus in medio cordis noſtri, vt pateat ea quæ in eo ſunt contenta. Vnde Pſalm. ait, Signatum eſt ſuper nos lumen vultus tui Domine: dediſti lętitiam in corde meo. Quartò deſcribi poteſt ſecundum eundem fratrem Aluarum ubi ſup. Conſcientia eſt ſcintilla diuini luminis in homine condito ſubſeminata à principio, quaſi quædam cogitatio feruentior & illuſtratiua, verbū ſeu rationem lucis in ſe continens: & oſtendēs ei bonum à malo. Et hæc vocatur conſcientia & lex naturalis. Vnde conſcientia Exo. 24. per lapideas tabulas myſticè deſignat. E Nam legem ſcriptam indubitabiliter in ſe tenet, ideo nullus excuſari poteſt ꝙ leges & ſcripturas ignorat, cum ſcripturā in corde ſuo habeat, ſecundum quā viuere debet. In huius myſterium ſicut decem mandata in tabulis erant & tabulæ in arca, & arca in tabernaculo, vt ad Heb. 9. & 10. Sic lex naturalis eſt in conſcientia, conſcientia verò in anima, & anima eſt in corpore locata. Sed quia propter peccatum lex conſciētiæ obſcurata eſt, miſericorditer à Deo datum eſt ei lumen per legem ſcriptam, quæ delucidauit legem naturæ. Sed quia etiam non F ſufficiebat lumē legis ſcriptæ propter multitudinem peccatorum, quæ adhuc intellectum obtenebrabāt: per Dominum Ieſum Chriſtum lex data eſt, quæ delucidet legē ſcriptam, vt ſit rota in medio rotæ, Ezech. 10. Et iterum Ioan. 1. ſcriptum eſt, lex per Moyſen data eſt, gratia & veritas. i. gloſa veritas per Ieſum Chriſtum facta eſt. Vnde ad Heb. 8. Apoſtolus in perſona Domini ait, Dabo leges meas in mentes eorum, & in corde eorum ſuperſcribam eos. Per legē enim ſcriptam cognitio peccati. Rom. 3. c. Conſcientia enim eſt iſta lex, de qua ad Roma. 7. in fine. c. Apoſtolus ait. Condelector G enim legi Dei ſecūdum hominem interiorem. Video autē aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meæ: & captiuantem me in legem peccati. Ad idem 30. 7. q. 5. c. ſi Paulus.

Conſcientia dicitur lex.

Quomodo conſcientia quadrupliciter diffinitur. Cap. 3.

Tertiò conſideremus conſcientiæ diffinitionem. Quadrupliciter enim conſcientia diffinitur. Primò ſic. Cóſcientia eſt opinio habita de agendis, vel non agendis cum deliberatione firmata. Nam ſi H abſque animi deliberatione & interminata eſt, non propriè conſcientia, ſed timor conſcientię dici poteſt, ſicut inf. patebit. de conſcientia autem primo modo ſumpta. 1. Cor. 8. Apoſtolus ait. Quidam autē cum conſcientia idoli vſque nunc quaſi idolaticum manducant: & conſcientia ipſorum, cum ſit infirma, polluitur. Et iterum Rom. 13. Omne autem, quod non eſt ex fide, peccatum eſt. Gloſ. i. omne, quod eſt contra conſcientiam. Hoc modo conſcientia eſt habitus acquiſitus, & frequenter erroneus in iudi-

Conſcientia definitur quadrupliciter.

A iudicando ad faciendum eſſe, quod non eſt faciendum, & econtra. Et ſimiliter in alijs tribus ſequentibus diffinitionibus cõſcientiæ cadere poteſt error. Secundò magiſtraliter ſic diffinitur. Conſcientia eſt habitus mentis, boni & mali diſcuſſius. Tertiò inſuper ſic diffinitur à Bonauentura. Conſcientia eſt congregata, vel coadunata per acquiſitionem cognitio agendorum. Quartò ſic, ſecũdum Hugo. lib. 2. de anima. c. 9. ſic diffinitur. Conſcientia eſt cordis ſcientia. Cor autem nouit ſe ſua ſcientia, & multa alia. Quando autem ſe nouit, tum conſcientia appellatur: quando autem propter ſe nouit B alia, ſcientia tunc nominatur.

Altera diffinitio magiſtralis.

ARTICVLVS SECVNDVS.

De formoſitate, & pulchritudine conſcientiæ mundæ, & de duodecim ornamentis eius.

SEcundò oſtendit propheta conſcientię formoſitatem, cum ait, Domine dilexi decorem domus tuæ. Vnde domũ Dei vocat conſcientiam propriam. Vnde alibi idem in perſona Domini ait, Perambulabã in innocentia cordis mei, ſcilicet per gra- C tiam. in medio domus meæ. i. conſcientiæ meæ. Huius domus decorem diligit propter domum quiſque iuſtus. Hic ſiquidem decor in duobus conſiſtit. ſ. in remotione peccatorum, & in ornatu virtutum. De his Zach. 11. dicitur. Aſſumpſi mihi duas virgas, vnam vocaui decorem, & alteram funiculum: Primum autem fit per pœnitentiam, ſecundum per iuſtitiam. De quibus Iſa. 1. dicitur. Lauamini, mundi eſtote: quieſcite agere peruerſè, diſcite benefacere. Et Iob 40. Circunda tibi decorem, & ſpecioſis induere veſtibus. De hoc ornatu, atque decore propheta alibi ait. Paratum cor meum D Deus, paratum cor meum. Bis ait paratum: nam & templum primò paratur cum ſcopis & pala. ſ. remouendo ſordes. Secundò ponuntur cortinę, & ſparguntur flores. Conſcientiam igitur taliter exornatam atque paratam deſcribit Hugo in lib. 2. de anima. c. 9. dicens. Conſcientia munda, titulus eſt religionis, tẽplum Salomonis, ager benedictionis, hortus diuitiarum, aureum reclinatorum, gaudium Angelorum, arca fœderis, theſaurus regis, aula Dei, habitaculum Spiritusſancti, liber clauſus & ſignatus, & in die iudicij aperiendus. In quibus verbis 12. ornamenta mundæ, & decoratæ E conſcientiæ exprimuntur. Quæ quidem in triplicem quaternarium diſtinguemus.

De primis quatuor ornamentis conſcientiæ bonæ & mundæ. Cap. 1.

PRimò ponamus quatuor ornamẽta conſcientię mundæ. Primum ornamentum. Vnde primò conſcientia eſt titulus religionis. Titulus enim, ſecundum Catholicon, triplicem habet ſignificationem. Primò enim titulus dicitur à titan, quod eſt ſol, uel illuſtrans: quaſi titanus uel illuminans: quia ſi- F cut Sol illuminat mundum, ita & titulus illuminat librum, & quæ continentur in eo. Secundò dicitur titulus nota, quæ dictionibus cauſa breuitatis apponitur. Tertiò dicitur titulus inſcriptio, vel ſignum laudis, aut honoris, ſiue etiam laus: quia in imaginibus laudes nobilium intitulantur. Religio autem, ſecundum eundem, tripliciter dicta eſt. Primò enim religio à religo, as, are dicitur, eo ꝙ nos religet, additur ſeruitium, atque cultum. Secundò poteſt dici à religo religis, quia religioſi religunt, atq; retractant illa, quæ Dei ſunt. Tertiò religio eſt virtus, quæ ſuperiori naturę, quam diuinam vocamus, cultum cerimoniamq; con- G fert, vt ex omnibus his clareſcat, ꝙ cõſcientia munda eſt titulus religionis. i. lumẽ breuiter annotans laudes animæ ſanctæ: quæ ſponſo ſuo Deo religata eſt, & in Dei lumine de quotidianis defectib. examinata, atque ipſi ſummo Deo totaliter conſecrata. per primum voluntas Deo copulatur, per ſecundum intelligentia illuſtratur, per tertium memoria ſanctificatur. In religatione amor incipiens, in relegatione amor proficiens, ſed in cultus perfectione amor perficiens denotatur. De tali munda conſcientia ait Iſido. de ſum. bo. Conſcientia munda eſt. quæ nec de præterito iuſtè accuſat, H nec de præſenti iniuſtè delectatur. nec tantum corã Deo talis conſcientia munda eſt, ſed etiam coram omnibus hominibus. Vnde 2. Corin. 8. Apoſtolus in perſona talium conſcientiarum ait: Prouidemus enim bona non ſolum coram Deo, ſed etiam coram omnibus hominibus. Et de tali lucenti & exemplari vita, Matth. 5. ait Dominus: Sic luceat lux veſtra coram hominibus, vt videant opera veſtra bona, & glorificent patrem veſtrum, qui in cœlis eſt. Porrò ex ſcientiæ puritate talis vita relucet. Na ſicut ſplen-

Conſcientia mũda ornamenta quatuor.

Religio unde vi. de D. Aug. de vera Relig. Item Lactãtium. lib. 5.

A ſplendor egreditur de luce, ſic etiam honeſta conuerſatio de conſcientiæ puritate. Ex his patet, ꝙ talis munda conſcientia cum Deo & hominibus per dilectionem ligata eſt. Secundum ornamentum. Secundò verò conſcientia mũda, eſt templum Salomonis. Fuit enim templum Salomonis myſticè diſpoſitum & ornatum: ſic & conſcientia munda. Nam ibi erant parietes. i. fuga occaſionum offendendi Deum, ibi firmæ & erectæ columnæ ſanctorum propoſitorum, ibi quinque portæ ſpiritualium ſenſuum & guſtuum diuinorum. Feneſtræ multæ ſunt

Secundũ ornamentum.

B per fidem illuminationis diuinæ. Tectum protegens eſt ſpes firma in Deum erigens. Et ſicut dicitur. 3. Reg. 6. Nihil erat in templo, quod non auro tegeretur: ſic talis conſcientia charitate Dei, & proximi plena, atque exornata eſt. In hoc templo eſt ſancta-ſanctorum, quæ eſt in omnibus intentio recta ad gloriam Dei. Ibi ſacrificia offeruntur in lætitia & exultatione, adducentur in templum. ſ. cum promptitudine voluntatis. Ex quibus omnibus mirè intellectus illuminatur. In cuius myſterium Ezech. 46. eſt: Cum fecerit princeps ſpontaneum holocauſtũ, aperietur porta quæ reſpicit ad Orientem.

C Princeps in animæ regno eſt intellectus rationalis. Holocauſtum verò, quod totum in igne crematur: eſt ardẽs affectus, qui in Dei amorem totaliter trãsformatur. Et hoc eſt ſpontaneum holocauſtum, quod equidem quando fit, aperitur principi porta Orientalis, quia ex hoc intellectus diuinis ſplendoribus illuſtratur. Et quod his omnibus maius eſt, ſicut in ædificatione templi malleus & ſecuris, & omne ferramentorũ nõ ſunt audita in domo Dei, vt dicitur 3. Reg. 6. Sic in conſcientia munda nõ eſt remorſus mortalis culpæ ad minus. O quàm fœlix atque

D beatus, qui cum Iob 27. dicere poterit, Nec enim me reprehendit cor meum. i. conſciẽtia mea in omni vita mea. Tertium ornamentum. Tertiò conſcientia munda eſt ager benedictionis. Ipſa enim eſt terra, cui benedixit Deus. De hac terra & agro propheta ait, Benedixiſti Domine terram tuã. Vnde terra Domini, quam ipſe colit, eſt cõſcientia munda: quam cum affert fructum bonum, benedixit Deus. Vnde ad Heb. 6. dicitur. Terra enim ſæpe venientem ſuper ſe bibens imbrem, & generans herbam opportunam illis, à quibus colitur, accipit benedictionẽ à Deo. Talis benedictio eſt gratiæ multiplicatio in præſenti, aut gloriæ in futuro: ſeu talis benedictio eſt illa gratia,

Tertium ornamentum.

E per quam conſcientiæ bona omnia cooperantur in fructum. Nam ad litteram illa poteſt dici terra benedicta, quæ & bonum ſemen atque infectum conuertit in bonum fructum. Sic talis conſcientia à Domino benedicta, proſpera & aduerſa, peccata præterita, & opera ſancta conuertit in bonũ, iuxta illud ad Rom. 8. Diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum. Merito ergo propheta ſubdit, Auertiſti captiuitatem Iacob. i. conſcientias mundas luctantes contra inquinamenta peccati ſeruaſti, ne ducerentur in captiuitatem illius. Quartum ornamentum. Quartò talis conſcientia mun-

F da, eſt hortus delitiarum. i. paradiſus terreſtris. Paradiſus autem eſt locus in Orientibus partibus conſtitutus. Et dicitur paradiſus Græcè, hortus Latinè, Edon Hebraicè, quod Latinè delitiæ interpretatur. coniuncta autem hæc duo ſonant hortum delitiarum. Secundum Catholicon ethymologizatur paradiſus, quaſi parans Dei viſum, uel quaſi pacis dans viſum. hæc ethymologia eſt, ſecundum Huguitis. Hic quidem paradiſus ſignificat conſcientiam mundã, quæ pollet affluentia gratiarum, & fluit in delitijs ſuauiſſimis ſupernorum. In quibus delectatur, ſicut in omnibus diuitijs. Et ſicut in

Quartũ ornamentum.

G illa paradiſo plantatum eſt lignum vitæ: ſic in tali conſcientia complanatũ eſt per amorem vitale lignum Ieſus Chriſtus. Et ſicut Gen. 2. dicitur, Fons aſcendebat de terra irrigans vniuerſam ſuperficiem terræ: ſic naturale deſiderium, atque delectatio virtutum in ea ſcaturire dignoſcuntur. De hoc fonte quatuor flumina dicuntur prodire irrigantia terram, vt myſticè iuuatur, ꝙ ex naturali delectatione virtutum quatuor virtutes morales procedunt ſcilicet prudentia conſiliorum, fortitudo præſidiorum, temperantia deſideriorum, & iuſtitia iudicio-

H rum: vt in aduerſis fortitudo expellat puſillanimitatem in proſperis tẽperantia refrænet laſciuiam, in agendis iuſtitia repellat iniquitatem, in dubijs prudentia inſtruat ignorantiam. Et vt dicitur Gen. 2. Produxit Dominus de humo terræ omne lignũ pulchrum viſu, & ad veſcẽdum ſuaue: ſic ſunt delectationes in dextera eius. i. in conſcientia bona vſque in finem. ſ. vltimum beatorum. De paradiſo etiam delitiarum Damaſ. lib. 2. c. x i. ait: Paradiſus in Oriente poſitus eſt, omni terra celſior, temperato, tenuiſſimo, atque puriſſimo aere fulgens, plantis, ſemper floridis exornatus, bono odore plenus, lumine repletus, dulcis regio & digna

eius,

A eius qui ſecundum imaginem eius fuerat conuerſatio: in quo nullus irrationabilium inhabitat, ſed ſolus homo diuinarum manuum plaſma. Hæc ille, quæ omnia ad mundam conſcientiam applicari poſſunt.

De ſecundis quatuor ornamentis conſcientiæ mundæ. Cap. 2.

Quatuor alia ornamenta cōſcientię mundæ.

SEcundo addantur quatuor alia ornamenta conſcientiæ mundæ. Quintum ornamentum. Primo conſcientia munda eſt aureum reclinatorium. & dicitur reclinatorium à reclino as, are: quia eſt locus B aptus ad reclinandum. Vel eſt locus, ſuper quem reclinamus. Et meritò conſcientiam mundam ſignificat, in qua ſponſus cum ſponſa, id eſt, Deus cum anima quaſi in lecto ornatiſſimo, quietiſſimo, atque delitioſiſſimo caſtiſſimis amplexibus requieſcit. Quod quidē aureum dicitur propter Dei, & proximi charitatem. O quanta pax, quantum gaudium, quanta tranquillitas, quanta ſecuritas, quanta denique conſolatio eſt, vbi conſcientiæ puritas reperitur, nihil timet exterius, qui interius eſt ſecurus. Hæc eſt, quæ nec adulationibus maculatur, nec C detractionibus irritatur: quia ſecundū Grego. eam nec damnare poteſt iniuria, nec coinquinare laus falſa. Proinde Hug. lib. 2. de anima. cap. 9. ait. Tranquilla conſcientia omnibus dulcis eſt, nulli grauis, vtens amico ad gratiam, inimico ad patientiam, cunctis ad beniuolentiam, quibus poteſt ad beneficentiam, cui Deus nec peccata ſua imputat, quia non fecit: nec aliena, quia non approbauit: nec negligentiam, quia non tacuit: nec ſuperbiam, quia in vanitate non permanſit. Auguſt. quoque de catechizandis rud. ait. Tu qui veram requiē, quę poſt hanc vitam chriſtianis promittitur, quęris: D etiam eam hic inter amariſſimas vitæ huius moleſtias ſuauiter deguſtabit: ſi eius, qui eā promiſit, pręcepta dilexeris, cito ſēties dulciores eius fructus iuſtitiæ, quàm iniquitatis: & verius atque iucundius gaudere de bona conſcientia inter moleſtias, quàm de mala inter delitias. Tanta denique eſt eius gratia apud Deum, vt omnia impetret quę apud eum reperiet. Ioan. 1. Ioan. 3. dicitur. Chariſſimi, ſi cor noſtrum non reprehenderit nos: fiduciam habemus ad Deum, & quicquid petierimus, accipiemus ab eo. Sextum ornamentum. Secundo conſcientia eſt gaudium Angelorum. Sicut enim

Conſcientia tranquilla.

Conſcientia gaudium Angelorum.

E charitas eſt de Dei offenſa, & proximi ſcandalo dolere & vri, iuxta illud 2. Corin. 11. Quis ſcandalizatur, & ego non vror? ſic lætari & refici de alieno profectu & lucro. Et ſicut hoc contingit in hominibus mundi, quanto magis in Angelis Dei. Vnde Bernardus in quadam epiſtola ait: Duo præcipuè ſunt, quæ bonam conſcientiā reddunt ſcilicet de malis pęnitere, & à malis abſtinere. Horum neutrum ſolum ſufficit, quæ perfici in conſcientia bona cernentes, Angeli gaudent & lætantur, ſicut dicitur Luc. 15. Angelis eſt gaudium ſuper uno peccatore pœnitentiam agente. Gaudent quidem, quia de his duobus conſpiciunt bonam conſcientiam gaudere: corporiſque F vultum in tali homine iucundari. Ideo Caſſiodo. 2. lib. epiſtolarum ait. Arborem, quam florere vides, quam ſumma conſpicis viriditate lætari, ſubterraneo ſucco fęcunditatis animatur, reddens in ſuperficie, quod continetur in radice. Hominis quoque vultus magna hilaritate decoratur, ſi viſceribus ſanis nullius grauamen ſentiet læſionis. Et iterum Seneca in quadam epiſtola ait: Nunquàm ſapiens ſine gaudio: gaudium autem nōn naſcitur, niſi ex virtutum conſcientia. Et iterum Iſido. lib. 2. Soliloquiorum. Vis autem nunquàm eſſe triſtis? bene viue. Secura mens triſtitiam G leuiter ſuſtinet, bona vita gaudium ſemper habet. Et iterum idem alibi ait; Si igitur ſemper vis eſſe lętus, ſemper bene viue. Septimum ornamentum. Tertio bona conſcientia eſt arca fœderis. Arca verò dicitur ab arceo, es, ere, quia arcet & prohibet viſum & manum, & aſpiratione caret ſecundum Catholicon. & meritò cōſcientiam iudicat, quia nullum conuenientius vas ad theſaurum recondendum, quàm cōſcientia, quicquid in ea poſueris, ſecurus es quòd non perdes, viuo reſeruabit, mortuoque fideliter reſignabit: quocunq; ibis, H te ſequetur, ſecum depoſitum deferens, quod ſaluandum accepit. Nec in eo quiſquàm Angelus ſiue homo aliquid recondere poteſt, nec inde aliquid auferre, niſi quòd tuipſe conſentiendo velis arbitrio tuo. clauditur & aperitur, proijcitur & cuſtoditur, ipſa quoq; fideliſſimus cuſtos eſt, qui nihil deperire permittit, eorum quæ commendaueris ei: vide igitur qualia ei commendes, quia talia tibi bona vel mala in morte tua reſtituet. Octauum ornamentum. Quarto conſcientia munda, eſt theſaurus regis. Tum quia nihil in mundo pretio-

Bona conſcientia eſt arca fœderis.

Conſcientia mūda eſt theſaurus regis.

A pretioſius eſt Deo, quàm conſcientia munda: tum quia ea charius æſtimare debemus. Vnde myſticè Matth. 13. dicitur: Regnum cœlorum ſimile eſt theſauro abſcondito in agro, quem qui inuenit homo abſcōdit: & præ gaudio illius vadit & vendit vniuerſa, quę habet, & emit agrum illum. Theſaurus hic eſt conſcientia munda, quæ quidē per multas inſidias & pericula abſcondendus eſt. Vnde Gregorius ait: Inuectus theſaurus abſconditur, ne perdatur. Fatuus quidē eſſet, qui haberet candelā accenſam, & oporteret eum ire in obſcura nocte contra ventum, ſi eam non occultaret, ne extingueretur à vento.

B In infinitum fatuus magis eſſet, qui theſaurū conſcientiæ mundæ à vento tentationum non cuſtodiret. Appretiatio autem tanti theſauri ſubinfertur, cum dicitur, ꝙ omnia ſua vendidit & emit agrū illum, quia comparatione conſcientiæ bonæ cuncta trāſitoria pro nihilo ſunt habenda. Proinde Caſſiodorus lib. 4. epiſtolarū, epiſtola 8. ait: Quid acquiri putatur, vbi cōſcientia bona perditur? aut in qua parte credit homo proficere, ſi innocentiam probatus fuerit amiſiſſe? Vnde Bernardus ait, Magnæ diuitiæ conſcientia bona. Et reuera, quid dulcius, quid in terra quietius, atque

C ſecurius conſcientia bona? Damna rerum nō metuit, neque corporis cruciatus: quippe & quæ morte ipſa magis erigitur quàm deijcitur. Vnde paganus Seneca ait: Nemo videtur mihi plus æſtimare virtutem: nemo illo magis eſſe deuotus, quàm qui boni viri famam perdidit, ne conſcientiam perderet. Vnde glo. ſuper Hieremiam. Felix conſcientia, quæ propter Deum patitur opprobrium. Hunc quidem theſaurum cōſcientiæ bonæ, ne perderent omnes ſancti Martyres: non tantum ſua, ſed & corpus & vitam morti, & omnibus cruciatibus tradiderunt. Proinde ait Dominus Matth. 6.

D Quid prodeſt homini, ſi vniuerſum mundum lucretur: animæ ſuæ verò detrimentum patiatur? Aut quam commutationem dabit homo pro anima ſua, ideſt, pro bona conſcientia ſua?

De tertijs, & vltimis quatuor ornamentis conſcientiæ bonæ. E

Cap. 3.

TErtio & vltimo ſubdemus quatuor ornamenta vltima cōſcientię mundæ. Nonum ornamentum. Primo inquàm eſt aula Dei. Aula aulæ, ſecundum Catholicon, eſt regia domus, ſiue ſpatioſum habitaculum porticibus quatuor concluſum. Sic conſcientia munda, atque virtutibus exornata, eſt regia domus, & tam ſpatioſum habitaculum, vt contineat in ſe Deum. Proinde regnum Dei illam Dominus appellauit, Luc. 17. dicens, Regnū Dei, F id eſt cōſcientia bona, per quam Deus per gratiam regnat, intra vos eſt. In hac aula magna ſpiritualia conuiuia fiunt, ſicut dicitur Prouerb. 15. Omnes dies pauperis mali: quia qui pauper eſt virtutibus, & habet conſcientiam lęſam, ſemper in amaritudine eſt, vt inf. dicetur. Et ſubditur: Secura mens, quaſi iuge cōuiuium: id eſt aſſiduum, continuum, & perſeuerans conuiuium experitur: quia ſemper in continua conſolatione & lætitia eſt, ſicut in preced. c. patet. In hac quoque aula inexpreſſibiles iubilationes, & exultationes ſunt. Vnde glo. ſuper G Pſalm. purę conſcientię comes eſt exultatio. In ea quoque ſpatiarum ſurſum, atq; deorſum deambulat Deus, dum conſcientiam inflammat ad ſui dilectionem, & humiliat ad ſui ipſius cognitionē. Decimum ornamentum. Secundò eſt habitaculum Spiritusſancti. Vnde Bern. in quodam ſermone ait: Bonum habitaculum parat Deo, cuius nec ratio decepta, nec voluntas peruerſa, nec memoria fuit inquinata. quę omnia facit conſcientia munda. Meritò igitur in ea habitat ſpiritus Dei, quia ſeptem ſpiritus Dei dona, ſicut Iſa. 11. ait, requieſcet ſuper eum ſpiritus Domini, ſpiritus ſapientię & intellectus, ſpiritus conſilij & fortitudinis, ſpiritus ſcientię & pietatis, & re- H plebit eum ſpiritus timoris Domini. Porrò conſcientia munda habet ſpiritum ſapientiæ in diligendo, ſpiritum intellectus in cognoſcendo, ſpiritum conſilij in docendo, ſpiritum fortitudinis in reſiſtendo, ſpiritū ſcientiæ in conuerſando, ſpiritum pietatis in compatiendo, & ſpiritum timoris in reuerendo. Efficitur conſcientia munda habitaculum illius ſpiritus, de quo Dominus Ioan. decimoquarto ait, Paraclitus autem ſpiritus, ſcilicet quem mittet pater in nomine meo, ille vos docebit omnia, & ſuggeret

Primum ornamentum bonę conſcientiæ.

Secundū.

A geret omnia quæcunque dixero vobis. In quibus verbis ponuntur ſeptem miſſiones Spiritusſáncti, ſeu operationes, ad quas opérandum venit ſpiritus in diſcipulos Chriſti: & ad participandum eaſdem operationes, facit ſibi habitaculum conſcientiam mundam. Primo enim venit ad conſolandum mæſtos, quod notatur cum dicitur, paraclitus: quod idem eſt quòd conſolator, qui conſolatur nos in omni tribulatione noſtra. 2. Corin. 1. Secundo ad viuificandos mortuos, quod notatur cum dicitur, ſpiritus. Nam, vt dicitur Ioan. 6. Spiritus eſt, qui viuificat. Tertio ad ſanctificandum immun

Septem operationes Spiritus ſancti.

B dos: quod notatur, cum dicitur, ſanctus, quia ſanctificat: Vnde ſanctus, idẽ eſt quòd mundus. Quarto ad confirmandum amorem inter diſcordes & odioſos, quod notatur in hoc quòd pater denominatur. Dicitur enim pater, eo quòd naturaliter diligit nos, ſicut filium pater. Quinto ad ſaluandum iuſtos: quia ſubditur, in nomine meo, quod eſt Ieſus, qui ſalus interpretatur. Ipſe enim ſaluum facit populum ſuum à peccatis eorum, vt dicitur Matth. 1. In nomine igitur Ieſu. ideſt ſalutis, miſit pater Spiritumſanctum, vt oſtenderet quia venit ad ſaluandos gentes. Sexto ad docendũ igna-

C ros. Vnde ſubditur, ille vos docebit omnia: ſicut 1. Ioan. 2. ſcriptum eſt, vnctio eius docebit vos de omnibus. Septimo ad rememorandum obliuioſos. vnde de hoc ſubditur, & ſuggeret vobis, id eſt ad memoriam reducet omnia, quæcunque dixero vobis. Nec tantum Spiritumſanctum manſurum in bonæ conſcientiæ habitaculo repromiſit: verum etiam & totam Trinitatem apud illam manſuram ſpopondit, cum in eodem decimoquarto cap. Ioan. idem Dominus ait: Si quis diligit me, ſermonem meum ſeruabit, & pater meus diliget

D eum, & ad eum veniemus, & manſionem apud eum faciemus. Vndecimum ornamentum. Tertio eſt liber clauſus & ſignatus. Sicut enim liber diuerſa folia, ſeu mẽbranas habet, & aliquis plures, & quidam pauciores. Et iterum continet diuerſas diſtinctiones, diuerſa capitula, diuerſas orationes, dictiones, atque punctuationes. Et aliquis liber agit de virtutibus, aliusque de vitijs. Vnus de pœnis inferni, alius de gloria paradiſi. Atque alius de negotijs mundi, & omnia ſignantur, atque clauduntur ſub tabulis coopertis, vel coopertorijs. Sic etiam conſcientia noſtra, iuxta temporis annorum pluralitatem, vel paucitatem, fo-

Tertium.

E lia pro annis habet: atque ſecundum diuerſos ſtatus gentium ſunt variæ diſtinctiones morum, in ea etiam ſunt capitula diuerſarum opinionum, orationes ſenſuum variorum, dictiones, ſyllabæ, atque punctationes ſenſuum, voluntatum, & motuum diſtinctorum: vna conſcientia ſcripturis, id eſt virtutibus plena eſt: altera verò vitijs eſt circunſcripta. hæc eſt quaſi cœleſtialis, alia infernalis, atque altera lucris eſt plena mundi. Et hæc omnia & ſimilia ſub duabus tabulis, vel coopertis, vel coopertorijs, id eſt ſub præterito & futuro tempore vſque ad diem iudicij latent: ita quòd de

F communi lege etiam ipſis iuſtis in pra ſenti vita, quid eſt coram Deo in eorum conſcientijs ignotum ſit. Vnde Iob nono, de ſeipſo ait: Etiam ſi ſimplex fuero, hoc ipſum ignorabit anima mea. Dauid quoque per ſe orauit Dominum, dicens: Ab occultis meis munda me Domine, & ab alienis parce ſeruo tuo. Et iterum ad hoc idem Eccleſiaſt. 9. ait: Neſcit enim homo, vtrum odio vel amore dignus ſit. Et iterum Apoſtolus de ſe. 1. Corinth. 4. ait: nihil mihi conſcius ſum, ſed non in hoc iuſtificatus ſum. Ex quo patet, quomodo conſcientiæ liber eſt clauſus & ſignatus. Et quòd ſi

G conſcientia non accuſat, non tamen aſſecurat. Porrò hanc conſcientiam clauſam ordinauit ſapientia Dei, ſicut & finem hominis, vt finem mundi: quæ communiter ignorantur. Quod & maximè fecit Dominus propter tria. Primò, vt quilibet etiam iuſtus ſit ſemper in timore, atque tremore, ſcilicet ne conſcientia iniuſta ſit in oculis Dei: quæ maxima firmitas eſt iuſtorum, ſicut propheta ait, Poſuiſti firmamentum eius formidinem. Secundo, vt ſemper curent atque ſolliciti ſint purgare, atque purificare conſcientiam ſuam: cum & ipſi ſancti hoc idem egerunt, ſicut ex præcedentibus patet. Tertio, vt tam in hoc,

Propter tria maxime Dominus ordinauit conſcientia clauſa.

H quàm in pleriſque alijs recognoſcant ſe ignaros, ſeu ignorantes: quod non modicum vtile eſt ad humanam ſuperbiam comprimendam. Duodecimum ornamentum. Quarto talis liber conſcientiæ eſt in die iudicij aperiendus: ideo ſcribendus eſt aureo calamo meritorum bonorum. Et cum ſit liber indelibilis ſcripturæ, vide qualia in eo ſcribas: quia ſecundum illum librum in die iudicij iudicandus es. Ideo Dan. 7. dicitur, iudicium ſedit, & libri aperti ſunt. id eſt, conſcientiæ ſingulorum omnibus patefient. Et hoc diuina virtute, ſeu in lu-

mine

A lerimus à nobis, & non permanſerit in tabernaculo noſtro iniuſtitia: tunc leuare poterimus faciem ad Deum ſine macula. Quid per faciem, niſi conſcientia denotatur? ſicut Propheta ait, Arguam te, & ſtatuam contra faciem tuam. Sicut enim maculæ deformāt faciem corporalem: ſic etiā crimina, & peccata deformant faciem coram amoroſiſſimo ſponſo Deo. Proinde ſponſam ſuam maximè in facie examinat Chriſtus. Ideo Cant. 2. ait: Oſtende mihi faciem tuam. i. conſcientiam tuam. Et iterum commendans conſcientiam bonam ſubdit,
B Et facies tua decora. Porrò ſicut ſponſæ in cubiculis examinant facies ſuas, vt maculas purgent; ſic & fideles animæ hoc ſpiritualiter ſeruare debent. In huius myſterium, Exo. 38. dicitur, quòd mare æreum factum eſt de ſpeculis mulierum, 36. diſt. §. ecce, ad finem. Maculæ quidem in ſpeculis viſæ in mari pęnitentię lacrymarum lauandę ſunt. Vnde Matt. 6. ait Dominus: Faciem tuam. i. conſcientiam tuam laua. Specula quidem verba diuina ſunt, vnde Iac. 1. dicitur, Si quis auditor eſt verbi, & non factor: hic comparatur viro conſideranti vultum natiuitatis ſuæ in ſpeculo. Conſiderauit enim
C ſe, & abijt, & ſtatim oblitus eſt, qualis fuerit. Et iterum Orig. ait: Scriptura ſacra mentis oculis, quaſi quoddam ſpeculum opponitur, vt interna noſtra facies videatur: ibi n. fęda, ibi pulchra noſtra cognoſcimus.

Tertia deformitas. Tertio eſt ager maledictionis: nam bona, & mala in eo conuertuntur ad malum. Prima quidem mala, etiam ſi occulta ſunt, & à nemine viſa, moleſtant, & maculant conſcientiam prauam: vnde Amb. in epiſtola ad Conſtantium ait: Vnuſquiſq; non intermittat opus probabile, ſiue à pluribus videatur, ſiue ſine arbitrio ſit. Abundat enim ſibi locuples
D conſcientia teſtis: fugiat homo mala, & opprobria, etiā ſi ſe crediderit non poſſe conuinci. Nam ſi clauſus parietibus ſit, & coopertus tenebris, ſine conſcientiæ teſte fuerit; habet tamen ſuum arbitrium, quem nihil fallit, ad quem facta clamant omnia. Denique clamauit, & vox ſanguinis. Seipſum vnuſquiſq; ad animum ſuum ſeuerum iudicem ſui vltorem ſceleris, & vindicem habet. Et ideo Socrates ait: Fallere poteris famam, conſcientiam nunquam. vnde Iſid. lib. 2. de ſum. bo. ait: Omnia fugere poteſt homo, pręter cor ſuum: non enim poteſt à ſe quiſq; recedere: vbicunq; ierit, cōſcientia reatus ſui illum non derelinquit: quāuis humana iudicia ſubterfugiat, qui male agit: E
iudicium tamen conſcientiæ ſuæ effugere non poteſt. Nam & ſi alijs cęlat, quod agit: ſibiipſi cęlare non poteſt, qui nouit, quod geſſit. Duplex autem in eo fit iudiciū; quia & hic conſcientiæ ſuæ reatu punitur, & illic perpetua pęna damnatur: vnde dicitur, Abyſſus abyſſum inuocat in voce cataractarum tuarum. Abyſſum inuocare abyſſum, eſt de iudicio conſcientiæ ire ad iudicium perpetuę damnationis: in voce cataractarum. i. in prædicatione Sanctorum. Secundo quoq; bona, quæ fieri poſſunt. ſ. animo bono, & malo, cōſcientiæ malæ etiā conuertuntur in malum, ſicut ſunt orationes, F
eleemoſynæ, & ſimilia, quando quis operatur illa peruerſa intentione. Et ideo ad tales Mat. 6. Dominus ait: Si lumē, quod in vobis eſt, tenebræ ſunt: quantæ erunt ipſæ tenebræ? hoc eſt, ſi bona, quę agitis mala intentione malę conſcientię mala ſunt: quanto magis ea, quæ peruerſa conſcientia agetis, impia erunt? Vide igitur quid in hoc agro ſeminaueritis; quia quæ homo hic ſeminauerit, illa & metet, ſecundum Apoſt. ad Gal. 6. Nam qui ſeminat in carne. i. conſcientia carnali, de carne metet corruptionem. i. æternam damnationem. Ex omnib. prædictis cum ſententia concludere poſſumus, quòd totum vitioſum geritur, vbi conſcientię puritas non habetur. G

Conſcientia carnalis.

Quarta deformitas. Quarto eſt hortus malitiarum, in quo plantata eſt arbor ſcientiæ boni & mali. i. proprius, ſiue priuatus amor, à quo cunctę malitiæ, & mala originem ſortiuntur, ſicut dicit Apoſt. 1. ad Timot. 6. Radix omniū malorum eſt cupiditas. Ibi fons deſcēdens de terra, amor mundi in quatuor flumina diuiſus. i. in quatuor affectiones inordinatas diſtinctus. ſ. in mundanorum gaudia, & męrores, & in mundanorum ſpem, atque timorem: quæ more fluctuantium, & fluentium fluminorum vexant, & agitant in multas malitias malas H
conſcientias. Proinde Prouerb. 12. dicitur, Eſt qui promittit, & quaſi gladio pungitur conſcientiæ, promittit ſecura, & dat dubia: promittit fidelitatem, & dat proditionem: promittit gloriam, & dat ignominiam: vnde Iſa. 30. Erit fiducia vmbræ Ægypti in ignominiam. Ex quibus omnibus pungitur anima, & conſcientia moleſtatur. De talibus conſcientijs Iob 30. ait, eſſe ſub ſentibus delitias computabant.

Quarta deformitas.

A

De ſecundis quatuor deformitatibus conſcientiæ prauæ.
Cap. 2.

Alia quatuor deformitates. *Conſcientia quadrupliciter diſtingui poteſt.*

SEcundo addamus alias quatuor deformitates. Primo conſcientia eſt reclinatorium anxietatum, & amaritudinum. Secundum verò Bernardum, conſcientia quadrupliciter diſtingui poteſt. Prima eſt tranquilla, & non bona: ſecunda eſt bona, & non tranquilla: tertia eſt nec bona, nec tranquilla: quarta eſt bona, & tranquilla.

Quinta deformitas. Prima inquam B eſt tranquilla, & non bona, vt eorum, qui in ſpe peccant, & in corde eorum dicunt, quòd Deus non requiret: & talis eſt maximè adoleſcentium. De hac conſcientia Seneca ait: Mala conſcientia ſæpe tuta eſt, ſecura verò nunquam. Eſt enim hæc tranquillitas, inſenſibilitas quędam, omni vitio peior, ſecundum Auguſtinum. Immo, & talis conſcientia mortua dici poteſt. Vnde Bernardus in quodam ſermone ait: Quis magis mortuus eſt eo, qui portat ignem, nec expaueſcit?

Secunda autem eſt bona, & non tranquilla, vt eorum, qui iam conuerſi ad Do- C minum, recogitant annos ſuos in amaritudine animæ ſuæ: & de hac Iſa. 38. in perſona pęnitentis ait: Ecce in pace amaritudo mea amariſſima.

Tertia eſt, nec bona, nec tranquilla, vt eorum, qui in multitudine peccatorum deſperant, & in ſceleribus ſuis perſeuerant. De tali conſcientia Ambroſius in lib. de officijs ait: Nulla pœna grauior, quàm interioris vulnus conſcientię malę. Hoc magis fugiendum, quàm mors, quàm ſuſpendium, quàm exilium, quàm debilitatis dolor. Et iterum Iſidorus ſecundo libro ſoliloquiorum, ait: Nulla pœna gra- D uior pœna conſcientię. Vis nunquam eſſe triſtis? bene viue. Secura mens triſtitiam leuiter ſuſtinet, bona vita gaudium ſemper habet: conſcientia autem rei ſemper in pęna eſt: nunquam ſecurus eſt animus reus. Mens enim mala conſcientiæ propriæ agitatur ſtimulis. Denique omnes in peccato iacentes, quod durius eſt ad caput habent, mollius verò ad pedes. Ratio enim & conſcientia, quæ ſunt animæ caput, ex culpa affliguntur, & cruciantur: & ſenſualitas, quę eſt pedes, impiè delectatur: quod eſt contra conſuetudinem omnium excubantium, & dormientium, qui mollius ad E caput ponunt.

Quarta verò eſt bona, & tranquilla, vt eorum, qui ſpiritui carnem ſubdiderunt, qui cum his, qui oderunt pacem, erant pacifici. De tali conſcientia Propheta ait, Factus eſt in pace locus eius. De hac etiam Eccleſ. 14. ait in principio: Beatus vir, qui non eſt ſtipulatus in triſtitia delicti. Fœlix, qui non habuit triſtitiam animi ſui. O beata gens, cuius Dominus eſt Deus eius: populus, quem elegit in hæreditatem ſibi.

Sexta deformitas. Secundo eſt gaudium dæmoniorum: quod intelligens Pro- F pheta, de ſemetipſo ait: Qui tribulant me, exultabunt ſi motus fuero. Sicut enim gaudium eſt Angelis ſuper vno peccatore pœnitentiam agente, ſicut ex præcedentibus patet: ſic gaudium eſt dæmonibus ſuper vna anima per mortalem culpam conſcientiam inquinante: vt verificetur illud poeticum,

Nunquam riſus adeſt niſi quę fecere dolores.

De eorum quoque lætitia, Prouerb. 2. dicitur: Lætantur. ſ. dæmones, cum malè fecerint: & exultant in rebus peſſimis. In huius quoque myſterium. 2. Reg. 1. Dauid ait: Nolite annuntiare in Geth. & ſequitur, Ne G fortè exultent Philiſtijm, ideſt dæmones; quia non tantum dęmon ille, qui peccatum ſuggerit alicui menti, gaudet ſi conſcientia maculatur; ſed inſuper omnes alij dæmones gaudent, & lætantur. Proinde Eccleſ. 18. de carne inquit: Si præſtiteris animæ tuæ concupiſcentias eius: faciet te in gaudium inimicis tuis, qui dæmones ſunt. Rationem quoque ſubdens Propheta ait, Si motus fuero à loco meo proprio. Locus enim proprius, ad quem anima eſt creata, & in baptiſmate collocatur, eſt perſeuerantia in conſcientia pura. Vnde Eccle. decimo, admonet, dicens: Si ſpiritus poteſtatem habentis aſcenderit ſuper te, ideſt, ſu- H perbia diaboli aliquo modo præualuerit cōtra te: locum tuum ne diuiſeris, ideſt, vide ne per mortalem culpam inquines cōſcientiam tuam. Sed quia à nobiſipſis talem conſcientiam ſeruare non poſſumus, ideo ſubdit Propheta, dicens: Ego autem in miſericordia tua ſperaui. ſcilicet, non in poteſtate mea, quæ nulla eſt contra diabolum. Vnde Iob 41. dicitur, Non eſt poteſtas, quę comparetur ei.

Septima deformitas. Tertia deformitas eſt arca fraudis. Hanc arcam, ideſt, conſcientiam

A ſcientiam malam, & ſceleribus plenã, vocat Propheta, ventrem. Proinde Propheta Pſal. 16. ait ad Dominum in perſona talium: De abſconditis tuis adimpletus eſt venter eorum. Peccata quidem, quæ non confeſſa in conſcientia manent, Deo quodammodo abſconduntur: & hæc quaſi nõ videre ſe fingit Deus, vſque ad horam mortis. Et de talibus Prouerb. 28. dicitur, Qui abſcondit ſcelera ſua. ſ. in conſcientia ſua, ad Deum non dirigetur. & ſubdit, Adimpletus eſt venter eorum. i. conſcientia eorum. De cruciatu talis conſcientiæ, ſeu ventris, dicitur Hiere. 4. B Ventrem meum doleo, ventrem meum doleo. Vnde bis replicat hoc verbum, propter illius cruciatum in morte: ſed magis pro die iudicij. Proinde Bern. in quadam epiſtola ait: Nõ eſt tutum labijs hominum committere gloriam tuã. arte vtique ſine claue, & ſine ſera, nullique omnimode clauſæ nocere volenti. Non tutum planè, ſed ſtultum ibi theſaurum tuum recondere, vnde reſumere non valeas, cum volueris. Sanum vas, & inconcuſſum eſt conſcientia, & ſecretis ſeruandis idoneum, nullis patens inſidijs, nulli violentiæ cedens, nulli oculo, vel manibus acceſſibilis: C excepto dumtaxat ſpiritui, qui ſcrutatur etiam alta Dei, quicquid in ea poſuero, ſecurus ſum, quia non perdam, ſeruabit viuo, defuncto reſtituet: hæc ille. Conſcientia igitur eſt fideliſſimus cuſtos, qui nihil perire permittit eorum, quæ commendaueris ei. Vide igitur, qualia ei commendes, ne fortè commendas ei mortem tuam, ſcilicet ipſam mortalem culpam; quia in vltimo vitę tuę tibi reſtituet eam in tui perditionem.

Octaua deformitas. Quarto eſt theſaurarius Regis Babylonis. Porrò tres ciuitates habet iſte Rex Babylonis in regno ſuo, ex quibus congregat theſauros ſuos D recondendos in gazophilatio conſcientiæ prauæ. Quæ myſticè ſignatæ ſunt per tres paruulas ciuitates, quas ædificauerunt Pharaoni, filij Iſrael. videlicet Phyton, & Ramaſſe, ſicut ſcriptum eſt Exo. 1. & tertia fuit On, quæ interpretatur ſolis ciuitas, vt ibidem dicitur, ſecundum tranſlationem ſeptuaginta. Hæ tres ciuitates, quæ tributum reddunt Babyloniæ Regi, ſunt auaritia, luxuria, & ſuperbia. De quibus 1. Io. 2. dicitur, Omne, quod eſt in mundo, concupiſcentia carnis eſt, vel concupiſcentia oculorum, aut ſuperbia vitæ.

Prima igitur ciuitas dicitur Phyton, & interpretatur os abyſſi, vel os profundum. E Et hæc eſt cupiditas, quæ impleri non poteſt. Proinde Eccleſ. 14. dicitur, Inſatiabilis eſt oculus cupidi. & Eccle. 5. c. ait, Auarus nõ implebitur pecunia. Et hæc ciuitas reddit Regi tributa magna, ſcilicet impietates rapinarum, furtorum, vſurarum, & omnium contractuum ſimulatorum, & iniquorum, deceptionum.

Secunda ciuitas vocatur Ramaſſe, quæ interpretatur cõmotio tyneæ. Per tyneam enim, quę de veſte naſcitur, & illam conſumit, deſignatur illecebra carnis, quæ de carne naſcitur, & illam conſumit, non tantum in futuro per gehennam, ſed etiam in pręſenti per multiplicem culpam, & pęnam. F De culpa, 1. Corinthior. 6. ait Apoſtolus: Qui fornicatur, in corpus ſuum peccat. De pœna Bernardus ait: Malus vermis luxuria, quo nullus alius nocentior: ingreditur enim blandiendo, mordet ridendo, transformat delectando, perimit conſentiendo. Vnde Prouerb. 23. Ingreditur blandè, ſed in nouiſſimo mordebit, vt coluber, & vt regulus venena defundet. Vnde Hieronymus in quadam epiſtola ait: Libido tranſacta ſemper ſui relinquit pœnitudinem, & nunquam ſatiatur, & extincta reaccenditur, vſu creſcit & deficit, nec rationi paret, quæ impetu ducitur. G Hæc etiam ciuitas reddit tributa maxima ſuo Regi, ſcilicet fornicationes, virginum deflorationes, adulteria, ſacrilegia, ſtupra, inceſtus, peccata contra naturam, & ſimilia.

Tertia ciuitas dicitur ciuitas ſolis, per quam ſuperbia deſignatur, quę ſemper appetit lucere & apparere. Hæc quoque maxima tributa reddit pręfato Regi, ſcilicet ambitionem, partialitates, vanitates, faſtus, pompas, elationes, & conſimilia. Denique omnia tributa prædictarum ciuitatum recondit Babylonis Rex in Gazophilatio conſcientiæ prauæ. Tam charum diabolus habet theſaurum conſcientiæ malæ, vt H omnia quęcunq; in mundo ſunt, præter illud ꝓ nihilo ſpernat. In cuius myſteriũ Gen. 14. Rex Sodomorum ad Abraam dixit, Da mihi animas, & cętera tolle tibi.

A Quartus eſt ſpiritus fraternæ inuidiationis. De quo Matt. 27. de Pilato dicitur, & de Chriſto: Sciebat enim, quod per inuidiam tradidiſſent eum.

Quintus eſt hypocriſis, & ſimulationis. Contra quem Chriſtus inuehit, Matth. 23. vbi octies comminatur, Væ hypocritis, & ſimulatis, dicens, quòd ſimiles ſunt ſepulchris dealbatis, & quòd mundant ſolum, quod de foris eſt calicis, & paropſidis: atque quinquies vocat cœcos, vt myſticè iudicet eos in conſcientia, & in omnium diuinorum ſenſu obcæcatos, & tenebroſos.

B Sextus eſt ſpiritus obſtinationis: contra quem agit Dominus, Matt. 21. dicens in parabola duorum filiorum, quorum vnus dicit ſe facturum iuſſa patris, & non fecit. Et ſubdit, quòd publicani, & peccatores præcedent vos in regno Dei. Quia illi verbo Ioannis crediderint: ipſi verò hoc videntes, nec pœnitentiam poſtea habuerunt.

Septimus eſt ſpiritus malignæ impugnationis: de quo Matt. 23. Dominus ait: Ecce egò mitto ad vos Prophetas, & Scribas: & ex illis occidetis crucifigetis, & flagellabitis in ſynagogis veſtris, & perſequemini de ciuitate in ciuitatem.

C Vndecima deformitas. Tertio verò eſt liber clauſus, & ſignatus. Qui quando ſcribit de meritis malis, tunc ſtilo ferreo deſignatur. Sicut Hieremiæ 17. capit. ſcriptum eſt: Peccatum Iudæ ſcriptum eſt cum ſtilo ferreo, & vngue adamantino, ideſt, in corde, & conſcientia obſtinata. Indelebilis hęc eſt igitur ſcriptura. Vide igitur qualiter in ea ſcribis; quia ſecundum hunc librum conſcientiæ iudicandus es. Sicut enim æſtiuo tempore nidus in arbore propter folia non videtur, ſed in hieme defluentibus ab arboribus folijs circunſtantibus patet: ſic dum perdurat æſtas præſentis vitæ apparere nequeunt conſcientiæ malę, ſeu vitia, nidusq; D diaboli, qui in noſtra conſcientia hoſpitatur: ſed adueniente hieme, ideſt, quando venit iudicij dies: tunc apparebunt peccantium nidi, & patefient conſcientiæ malæ. Tunc, ſicut dicitur Iſa. 1. Erubeſcetis ſuper hortos, quos eligeratis, cum fueritis velut quercus defluentibus folijs.

Duodecima deformitas eſt apertio librorum. Quarto hic conſcientiæ liber eſt in die iudicij aperiendus: nam tunc ſingulis aderit vis diuina, ſicut in fine præcedentis articuli dictum eſt: & tunc hac virtute fiet, vt omnia merita, vel demerita ſibiipſis, & cæteris innoteſcant. Primo enim ſibiipſis E propria innoteſcant, vt in promptu habeant ſinguli cogitationes, & accuſantes, vel etiam defendentes. Reducentur enim ad memoriam ſingulorum cogitationes, affectiones, operationes, atque intentiones ad oſtenſionem diuinæ iuſtitiæ, ſecundum ſtatum illum: & ad oſtenſionem diuinæ miſericordię, ſecundum ſtatum præteritum, vel tranſactum. Ad oſtenſionem diuinę iuſtitiæ in retribuendo ſingulis, ad memoriã reducentur bona, & mala, in quibus finaliter permanſerunt, quia illa ſola retributione æterna digna ſunt. Ad oſtenſionem diuinæ miſericordiæ, de peccato rememorabuntur mala bonorum, à quibus ſunt miſericorditer liberati: & bona malorum, quæ F in eis Deus miſericorditer operatus eſt. Secundo autem innoteſcent omnibus alijs ſingula ſingulorum, & geſta, & cogitata bona, & mala: & extunc nota erunt omnibus, & aperta: & hoc ad certam liberationem meritorum, quę ſcienter in omni bonorum, & malorum actionum recognitione, ita vt ſinguli de ſingulis meritis aliorum valeant iudicare. Oſtenſio quippe malorum in bonis erit ad manifeſtationẽ miſericordię prius factæ: oſtenſio verbo bonorum in eis erit ad manifeſtationẽ iuſtitiæ, qua dignè à Domino pręmiantur: oſtenſio verò bonorum G in malis erit ad oſtẽſionem miſericordiæ in pręſenti ſeculo ſibi factæ: oſtenſio.n. malorum eiſdem erit ad manifeſtationem iuſtitię, quia dignè à Domino condemnantur. De his Orig. ait: Nudabitur peccatoris noſtri conſcientia, & aperto corde videbuntur litterę peccatorum, quę ſtilo ferreo, & vngue adamantino ſcriptę ſunt: atq; vniuerſa ſcrutantium multitudo leget in pectore noſtro ſignatas imagines peccatorum. Aperietur nihilominus alius liber, qui dicitur liber vitę, cuius virtute omnia iſta fient, qui in forma diuinitatis non videbitur niſi à bonis: In forma verò humanitatis, in qua ſen- H tentiam promulgabit, videbitur tam à bonis, quàm a malis; licet in eadem forma terribilis reprobis, blãdusq; videbitur à iuſtis. O fœlix cõſcientia, quæ tũc coram diſtricto iudice ſe reperiet innocentem, & mũdam, habentem teſtimoniũ Dei, & omnium iudicandorũ, quietam in ſe, lucidam corã vniuerſo mũdo. Talis erit Deo placita, Angelis grata, oĩbus Sanctis gratioſa, & amoroſa. Ipſa erit mẽſura pręmij, plenitudo gaudij, ſolatiũ cęli. O quãto gaudio replebit, dũ intellect⁹ ſatiabit lumine pleniſſimę veritatis memo-

A memoria, certitudine immenſiſſimæ maieſtatis: vluntas, dulcedine ſuauiſſimę bonitatis: tantum equidem omnes beatæ conſcientiæ gaudebunt, quantum amabunt: tantumq; amabunt, quantum cognoſcent. Oramus te Domine, illumina conſcientias noſtras, munda ab omnibus inquinationibus eas, in oculis tuis gratifica illas, ſpiritualium gaudio reple illas, hic per gratiam, vt tandem per gaudium ſempiternum, atque gloriam, gaudium earum plenum ſit. Tu qui conſcientiarum mundarum es amator, & ſpecioſus glorificator & præmium, viuens cum Patre, & Spiritu ſancto glorioſus
B & amoroſus, per infinita ſæculorum ſæcula, Amen.

FERIA QVARTA poſt Domin. Palmarum.

De triplici ſtatu conſcientiæ malæ, & illuminatione, & reformatione eiuſdem.

Sermo LIII.

C *E*Xiſtimaſti iniquè, ꝙ ero tui ſimilis: arguam te, & ſtatuam contra faciem tuam. Pſal. 49. Secundum enim Orig. lib. 2. ſuper epiſt. ad Rom. Conſcientia eſt ſpiritus, qui animæ velut pedagogus quidã ſociatus eſt & rector, vt eam, vel de melioribus moneat, vel de occultis caſtiget, & arguat. de hoc. n. 1. Cor. 2. Apoſt. ait: Quis. n. ſcit hominum, quæ ſunt hominis, niſi ſpiritus hominis, qui in ipſo eſt? Et iterum ad Rom. 8. idem ait: Ipſe enim teſtimonium reddit ſpiritui noſtro, quia ſumus filij Dei. Verum ſm quoſdam, ſumitur hic ſpiritus
D pro ſpirituali quadam operatione, ſeu pro quodã ſpirituali dono. i. pro ſynderesi, ſicut in 1. art. præced. ſer. patuit. nec ſumitur pro natura animę. Prędicto igitur modo ſumendo ſpiritum, ipſe eſt in myſterio, qui animæ rationi inferiori in criminib⁹ inuolutę inquit: Exiſtimaſti iniquè. i. nequiter, ꝙ ero tui ſimilis. Arguam te, & ſtatuam cõtra faciem tuam. In quibus myſticis verbis tres ſtatus conſcientiæ malę deſcribuntur. Primus eſt ſtatus deceptionis ibi, Exiſtimaſti iniquè, ꝙ ero tui ſimilis. Secũdus eſt ſtatus repręhenſionis ibi, Arguã te. Tertius eſt ſtatus cõfuſionis ibi, Et ſtatuam contra faciem tuam.

De conſcẽtia bona, & erronea vide q̃ hẽt D. Bon. in 2. diſ. 39. & Gab. li. 2. eadẽ diſ. Rich. li 4. diſt. 3 artic. 3 q. 1.

ARTICVLVS PRIMVS. E

De multiplici execęcatione, & extremitate conſcientiæ malæ, & illuminatione illius.

*P*Rimus eſt ſtatus deceptionis. Ait enim ſynderesis, ſeu ipſa conſcientię ſcintilla, ad rationem inferiorem, in qua cadit deceptio, ſeu error. Exiſtimaſti iniquè, ꝙ ero tui ſimilis. i. ꝙ recipiam ſicut & tu, errores & deceptiones. Non enim, ſicut dicetur inf. art. 3. c. 1. in ea cadere poteſt error, ſeu deceptio F quædam, quemadmodum rationi inferiori, ſicut etiam ibidem patebit. De hoc igitur ſtatu deceptionis tria ad præſens conſideremus. Primo conſcientiæ cęcitatem, ſecundo conſcientiæ extremitatẽ, tertio conſcientiæ ſerenitatem, ſeu claritatem.

De ſeptem ſigillis, quibus animæ clauduntur peccata ſua ne videant, aut intelligant ea. Cap. 1.

*P*Rimo inquam conſideremus cõſcientię cęcitatem. Porrò non tantum conſcientiæ liber, ſiue G ſit conſcientia bona, ſiue mala, clauſus eſt per naturam, verum etiam operante malignò ſpiritu conſcientiæ inimico, obſeratus & clauſus eſſe poteſt per triplicem culpam. Quod Apoc. 5. Ioan. myſticè demonſtratum eſt. ideo ait, Vidi in dexteram ſedentis ſuper thronum, librum ſcriptum intus & foris, ſignatum ſigillis ſeptẽ. Hic liber ſecundum tropologicum intellectum, conſcientia eſt, qui in dextera Dei ſedẽtis ſuper thronum ideo eſſe dicitur, quia omnis cõſcientia patet oculis Dei ſummi. Proinde Eſa. 49. Dominus ad conſcientiam ait, In manibus meis deſcripſi te. glo. vt H ſemper videam te. Quod quidem hic clarius à Ioanne ſubinfertur, cum ſubditur, Scriptum intus & foris. Quia interiora, & etiam exteriora patent oculis ſummi Dei, ſicut ad Heb. 4. Apoſt. ait, Omnia autẽ nuda & aperta ſunt oculis eius. Vnde Eccle. 39. dicitur, Nec quicquam abſconditum eſt ab oculis eius: ſed quia illa, quæ de mala conſcientia patent coram Deo, animæ peccatoris, & iuſti ſæpius occulta ſunt: ideo de libro prædicto meritò ſubditur, Signatum ſigillis ſeptem: propter ſeptem cauſas,

Conſcientię cęcitas

A ſas, quare ſecreto iudicio Dei conſcientiæ excęcantur: nec videre, nec intelligere poſſunt à ſemetipſis maculas ſuas. Quod quidem timens Propheta ait, Ab occultis meis munda me Dòmine. Hæc autem ſeptem ſigilla breuiter diſtinguamus. Primum eſt negligentia, ſecundum ſuperbia, tertium ſingularitas, quartum puſillanimitas, quintum ignorantia, ſextum affectio propria, ſeptimum perplexitas.

Septem ſigilla

Primum ſigillum eſt negligentia. Porrò ſæpe contingere ſolet, vt in cōſcientia mortalis ſit culpa: immo quandoque in ea multa ſunt crimina lapſa, quæ propter inquiſi-
B tionis negligentiam ignorantur. O quot ſunt hodie, qui negligunt, vel neſciunt, qa non curant diſcutere conſcientiam ſuam, atque à peritioribus inquirere prætermittunt: & cum tali conſcientia indiſcuſſa, & inquinata præſumunt accedere ad ſacram communionem? Hoc autem quanti periculi, atque diſcriminis ſit, oſtendit Rich. de med. vil. in 4. diſtin. c. 9. dicens, Quòd ignorans eſſe in mortali culpa, cum tamen in ea ſit, & ſacram euchariſtiam ſumit, duplici ex cauſa poteſt hoc ignorare. Primo ex inſufficientia, ſecundo ex negligentia.

Ignorans eſſe in culpa, cū tamē ſit & ſacrā Euchariſtiā ſumit, duplici ex cauſa pōt hoc ignorare.

Primo inquam ex inſufficientia, non ex omiſſione debitæ negligentiæ, quam per ſe & conſilia peritorum tenetur homo diligentius adhibere. Sed quia de lege communi certus eſſe non poteſt, vtrum pęniteat dignè, ſicut Eccle. 9. ait, Neſcit homo vtrum
C amore, vel odio dignus ſit. Et talis ſic accedens ad ſanctam communionem, minimè mortaliter peccat. Sed quatuor bona ex tali communione conſequi poteſt, ſi deuotè ſumpſerit eam. Primo, quia meretur ſic communicando: ſecundo, quia ex hoc poteſt fieri de attrito contritus: tertio, quia ſecundum Auguſt. virtus ſacramenti deuotè ſumpti peccatum reducit ad memoriam pœnitentis, de quo poteſt & debet poſtea
D pœnitere, & particulariter confiteri: quarto, quia ſi nunquam de tali culpa memoriā habet, virtute huius ſacramenti ſibi dimittitur. Proinde ſecundum Thom. hoc ſacramentum ablutio ſcelerum nominatur. Vel quia illa ſcelera impedit, vel quia virtute illius ſacramenti Deus illa, quæ non ſunt in hominis conſcientia, vel quæ ſunt oblita dimittit. Aliter quicunque hoc ſuſciperet ſacramentum, exponeret ſe periculo mortalis culpæ, quod falſum eſt.

Secundo autem contingit hoc ex negligentia, omittendo debitam diligentiam in ſe examinare, & debita conſilia poſtulare. E
Fortè etiam fuit negligens in audiendo verbum Dei: vnde illuminari poterat, quid ſit malum ex debito fugiendum, & quid ſit bonum ex debito operandum: omiſit quoque & negligens fuit quærere confeſſorem peritum, & diligentem, qui eum diligenter dirigeret, & inſtrueret in prædictis. Negligens quoque fuit in captare tempus conueniens ad diligentem confeſſionem, ſed prolongauit eam vſque ad Quadrageſimæ finem: & etiam tunc imprçparatus, & inexaminatus, atque inconſideratus ad illam acceſſit ex conſuetudine potius, quàm ex virtute. Propter F
hæc omnia, & conſimilia non recolit, nec illum pœnitet integrè de commiſſis. Propterea communicando peccat mortaliter: quia ſecundum Scotum, talis eſt ignorantia craſſa & ſupina, quæ eſt contra Apoſtolum, primo Corinthio. vndecimo, dicens, Probet autem ſeipſum homo, & ſic de pane illo edat, & de calice bibat: qui enim manducat & bibit indignè, iudicium ſibi manducat & bibit, non diiudicans corpus Domini.

Secundum ſigillum eſt ſuperbia: qua fit vt nolit humiliare homo intelligentiam ſuam ad credendum melioribus & ſapientioribus ſe, iuxta illud Apoſtoli 2. Corin- G
thio. 10. In Captiuitatem redigentes omnem intellectum in obſequium Chriſti. Et iterum de talibus ad Roma. 1. dicitur, Obſcuratum eſt inſipiens cor eorum, & dicentes ſe ſapientes eſſe, ſtulti facti ſunt. Hic eſt fumus, de quo Apocalip. 9. Ioannes ait: Aſcendit fumus de puteo abyſſi, ſicut fumus fornacis magnæ: & obſcuratus eſt ſol & aer de fumo putei abyſſi. In quacunque enim mente ſuperbia diaboli viget: radios ſolis diuinæ ſapientiæ ab ea præſcindit, & puritatem eius, quæ ſicut aer peruia debet eſſe radijs ſapientiæ Dei obtenebrabat, ſeu obſcurabat. Diabolus enim ſicut H
corpus terreſtre, atque opacum, terrena videlicet, non cœleſti ſapientia plenus, radios eius ſapientiæ à ſe repellit, & ſe mentibus imitatorum ſuorum obijciens: vmbram ſuperbiæ ſuæ illis imprimir, vt plus ſibi, quàm fidei, aut plus ſibi, quàm peritioribus ſe credere velit. Vnde meritò tales in conſcientia decipiuntur. Et huiuſmodi erat ille, de quo dicitur Hiere. 49. Arrogantia tua decepit te, & ſuperbia cordis tui extulit te. Vnde Auguſtinus: Superbia meretur illudi.

A Tertium verò ſigillum ſingularitas dici poteſt: quia ſcilicet homo ſequens ſuum proprium ſenſum, ſe alijs non conformat: nec communes bonorum, atque peritorum vias imitari dignatur. Et de tali conſcientia Propheta ait: Exterminauit eam aper de ſylua, ſingularis ferus depaſtus eſt eam. Ait enim, exterminauit eam, ideſt, extra terminos communes poſuit eam. aper de ſylua, ideſt, ſingularitas mentis. Ac econtra de mente humili, Gen. 49. ſcriptum eſt myſticè: Iſſachar aſinus fortis accubans inter terminos. Iſſachar enim Dominum memorans interpretatur: & ſi-
B gnat humilem imitatorem Chriſti, qui memor eſt humilitatis Chriſti, dicentis ad Patrem ſuum, Luc. 22. Pater ſi vis, tranſfer calicem hunc à me: verumtamen, non mea voluntas fiat, ſed tua. Hic eſt aſinus fortis Dei, voluntatem, non in ſuo, ſed in aliorum iudicio ferens. Propterea accubat, & requieſcit in termino, & iudicio peritorum, & maiorum ſuorum. Atque de ſingulari ſubiungitur: Et ſingularis ferus depaſtus eſt eam. Quia talis ſingularitas conſumit omne lumen, & iudicium conſcientiæ bonæ, ſicut euenit Phariſæo, Luc. 18. de quo Dominus ait: Phariſęus ſtans apud ſe orabat, dicens, Gratias tibi
C ago Deus, quia non ſum ſicut cęteri hominum, raptores, iniuſti, adulteri: velut etiam hic publicanus: ieiuno bis in Sabbato, decimas do omnium, quæ poſſideo. Et publicanus à longe ſtans nolebat nec oculos ſuos ad cœlum leuare, ſed percutiebat pectus ſuum, dicens, Deus propitius eſto mihi peccatori. Et quæ ſit differentia inter iudicium ſingularitatis, & iudicium humilitatis, ſubiungit Dominus, dicēs: Amen, amen dico vobis, deſcendit hic iuſtificatus in domum ſuam ab illo. ideſt, & non ille.

Quartum ſigillum eſt puſillanimitas,
D qua ſcilicet homo ſecundum iudicium rationis non timenda timet: & ex puſillanimitate errante iudicio rationis iudicat eſſe timenda, quæ timeri non debent. Et de talibus Propheta ait: Illuc trepidauerunt timore, vbi non erat timor. Sed quia tales animatiua exhortatione indigent, ideo Iſa. trigeſimoquinto, conuerſantes cum talibus admonet, dicens: Dicite, ſcilicet talibus, puſillanimes confortamini, & nolite timere, ſcilicet hoc inani timore, qui ad deceptionem conſcientię, diabolo operante, animæ dominatur.

Aduertendum tamen eſt, quòd ſicut ex E
præcedenti ſermone, articulo primo, cap. tertio, parere poteſt, aliud eſt conſcientia, & aliud eſt conſcientiæ timor. Similiter aliud eſt, quod ex puſillanimitate homo animo deliberato credat, quòd ſpuere in eccleſia ſit mortale: atque aliud eſt, quod de hoc timeat, nec tamen firmiter illud credat. Nam in primo caſu, ſicut infra dicetur, qui contra conſcientiam ageret, mortaliter peccaret: in ſecundo vero caſu non; quia non eſt à diffinitiua ſententia rationis: nec tamen huiuſmodi omitteret, quicquid ſciret diuinæ beneplacitum voluntati. F

Aliud eſt cōſcītia, aliud eſt cōſcientia timor.

Quintum ſigillum ignorantia eſt. Magni enim periculi ſtatus eſt ignorantia. Et, vt quidam de ſanctis Patribus ait, nullum maiorem amicum diabolum habet in præſenti ſeculo nequam, quàm ignorantiam. Hoc quidem ſigillo clauduntur, & decipiuntur omnium infidelium mentes, Saracenorum, Turcorum, Iudæorum, hæreticorum, & innumerabilis multitudo Chriſtianorum. Proinde Richard. in quodam ſermone ait: Portæ inferi duæ ſunt, vna eſt ignorantia boni, alia verò eſt concupiſcentia mali. Et iterum trigeſima octaua diſtinctione, cap. ignorantia, ſcriptum eſt: Ignorantia mater eſt cunctorum errorum. G
Vnde Iſidorus ait, Ignorantia mater vitiorum & nutrix eſt: ignorans quotidie peccat, & ignorat. Vnde Gregorius in moral. ait: Qui candorem lucis ignorat, etiam obſcura pro lucidis approbat. Vnde Auguſtinus ſuper Pſalm. Nemo eſt inſanabilior eo, qui ſibi ſanus videtur. Quare in quolibet ſtatu, in eccleſia Dei, & in quolibet reperies innumerabilem multitudinem ignorare, quæ illis ſunt neceſſaria ad ſalutem, ſecundum ſtatum ſuum: quę ignorantia à culpa mortali non liberat, neq; excuſat, ſicut habetur extra de iniur. & dam. H
dat. cap. ſi culpa. Et de talibus ad Epheſ. 4. ait Apoſtolus: Ambulant in vanitate ſenſus ſui tenebris obſcuratum habentes intellectum, alienati à via Dei per ignorantiam, quæ eſt in illis. Sed audiant omnes tales, quid dicitur primo Corinthior. quartodecimo: Si quis ignorat, ignorabitur. Hæ ſunt virgines, quæ ignorantes, & neſcientes Deum, ignorantur ab eo. Quibus, vt dicitur Matth. vigeſimoquinto, dicet Dominus: Amen dico vobis, Neſcio vos. Et quod mirabilius eſt: Multi multa ſciunt, ſecundum Bern. ſed ſeipſos neſciūt.

Ignorātia affectata non excuſat, & qua ait Apoſt. Si q̃s ignorat, ignorabitur.

Similes

A Similes oculo qui multa uidet, ſed ſeipſum non uidet. Cōtra quos Gregorius ait, Eo ipſo vehementius decipit, quo ſeipſum neſcit. Quot inſuper ſunt, qui credunt incantationibus, ariolis, augurijs, ſomnijs, breuibus, temporum obſeruationibus, diebus Ægyptiacis, encenijs, munitionibus rerum, ſortibus, artibus notoriæ, & pleriſque ſimilibus? In quibus tantum eſt excæcata conſcientia eorum, vt nedum a ſeipſis credant ſe decipi & errare: verum etiam prædicatoribus, confeſſoribus atq; Doctoribus impugnantibus ſupradicta omnino rebelles fiant: non credentes ſe hoc modo errare, B nec nolentes de præterito intelligere ſe erraſſe: et de talibus. 2. Pe: 2. ſcriptum eſt: Hi velut irrationabilia pecora ſequūtur in his, quæ ignorant, blaſphemantes in corruptione ſua peribunt. Huiuſmodi per Elymam magum deſignantur, de quo Actuum tertiodecimo dicitur, ꝙ volente Paulo prædicare, Elymas reſiſtebat ei. Paulus autem repletus ſpiritu ſancto intuens in eum dixit: O plene omni dolo, & omni fallacia, fili diaboli, inimice omnis iuſtitiæ: non deſinis ſubuertere vias Domini rectas: et nūc ecce manus Domini ſuper te, & eris cęcus & non videns ſolem vſque ad tempus: et C confeſtim cecidit in eo caligo, & tenebræ. Elymas uero, qui excæcatus erat, maleficiū interpretatur: vt myſticè innuatur, ꝙ diuino iudicio conſcientiæ in talibus excæcantur.

Qui credunt carminib. & incantationibus.

Sextū eſt proprius amor.

Sextum ſigillum eſt affectio propria, & proprius amor. Cui, ſicut infra patebit, conſcientia faciliter ſe inclinatur: demūq; iudicat, quod affectat. Ideo Seneca ait, Perijt omne iudicium, cum res tranſit in affectū: et licet omnis inordinata affectio a priuato, & proprio amore ſumat originem, necnon faciliter ad ſuum ſenſum conſcientiam trahat: nihilominus amor triplex ipſam conſcientiam excæcat. Primo amor tēporalis ſubſtantiæ, ſecundo amor carnalis concupiſcentiæ, tertio amor mundialis excellentiæ. Primo excęcat conſcientiam amor temporalis ſubſtantiæ. O quot uſurarij ab ipſa cupiditate in conſcientia excæcati, ſecundum conſcientiā ſuam lucrum iniuſtè recipiunt de vſuris: atque ingratos reputant mutua ſuſcipientes, ſi de illis nō remunerant eos? Quot etiam hodie conficiunt vſurarios contractus, vendunt tempus, &c. ſimilia operantur, ut illis uidetur, cum conſcientia bona? Hæc igitur temporalia ſunt in myſterio calida ſtercora, quæ Tobiæ. 2. excæcauerunt Tobiam. Secundo uero excæcat amor carnalis cōcupiſcentiæ. De qua

Amor triplex ipſā conſcientiam excæcat.

D

E Chryſoſtomus loquens de propheta Dauid ait, Concupiſcentia excæcauit eum. Hæc eſt Dalila, quæ ſitula interpretatur, Quæ Iudic. 16. Sampſonem, qui interpretatur ſol, prodidit: & eius excæcationis cauſa fuit. Tertio uero multū excæcat amor mūdialis excellentię, ſicut patet Apoc. 3. de illo, cui dictum eſt: et dicis, quia diues ſum & locupletatus, & nullius egeo: et neſcis, q̄a tu es miſer, & miſerabilis, & pauper, & cęcus, & nudus. Hoc quidem uitio excæcantur in conſcientia partiales: et maximè Guelfi, & Gibelini, qui cū ſint corde, ore, & opere partiales: vel ſaltem aliquē illorum triū modorum, nullā faciunt ſibi conſcientiam, nec in confeſſione, nec in vita, nec in morte eſſe in tali ſtatu: et ſic excæcati in æternū periclitātur, ſicut ſupra ſerm. 25. & 26. plenius dictū eſt. & ſic de multis alijs criminib⁹ dici pōt. F

Septimū ſigillū eſt ꝑplexitas

Septimū vero ſigillum eſt perplexitas. Secundū enim Bonauent. in 2. di. 39. Conſciētię triplex dictamen eſt. Aliquando dictat, quod eſt ſecundum legem Dei: aliquando aliquid, quod eſt præter legem Dei: aliquando aliquid, quod eſt contra legem Dei: et loquitur hic de dictamine per modum pręceptionis, uel prohibitionis, non per modum conſilij uel perſuaſionis. G Primo ergo conſcientia dictat, quod eſt ſecundū legē Dei: tūc ſimpliciter ligat pro eo, quod ad illa homo ligatus eſt per ipſam diuinā legē & conſcientiam, quæ illi concordat, ligatam oſtēdit. Secundo vero ſi dictat aliquid, quod ſit præter legem Dei: tunc etiam ligat quandiu manet: vnde uel tenetur homo, ad quod conſcientia dictat implere: vtpote ſi dictat, quòd neceſſarium ſit ad ſalutem feſtucam leuare, vel conſcientiam deponere obligatur. Quia agentes contra conſcientiam, diuinam offenſam incurrunt. extra de electio. capitulo perpetuæ. lib. 6. 28. quæſtio. prima. §. ex his. extra de reſtitutio. ſpol. cap. litteras. & de præſcri. capitulo vltimo. H

Conſcientia dictat.

Tertio autem ſi dictat illud, quod ſit contra legem Dei: vt occidere patrē, fornicari, & ſimilia. Tunc eſt triplex modus dicendi. Primus, ſecundum Bonauent. vbi ſupra, qui ait, quòd talis conſcientia non ligat ad faciendum, vel non faciendum: ſed ligat ad ſe deponendum prò eo, quòd talis conſciētia erronea ſit, repugnans diuinæ legi: & neceſſario quandiu manet, ponit hominē extra ſtatum ſalutis. Et ideo ipſam deponere neceſſe eſt. Quia ſiue homo facit, quod ſibi conſcientia dictat: ſiue oppoſitum eius,

Triplex modus dicendi.

morta-

A mortaliter peccat. Vnde ſi dictat conſcien-
tia, ꝙ homo debeat fornicari, vel nõ: Si for-
nicetur, mortaliter peccat: tũc ſi fornicatur
ſtante tali conſcientia, mortaliter peccat.
Non quidem ratione operis, quod non ſa-
cit: ſed quia Deum contẽnit, dum credit ſibi
dictante conſciẽtia, ꝙ illud neſas opus Deo
placet, quod tamen ſibi nõ placet. Et de hoc
patet exemplum Gen. 19. de duabus filiab⁹
Loth, credentibus benefacere, ſi cum patre
ſuo dormirent: cum etiam non liceret tẽpo
re illo patrem cum filia, vel ẽt filium cũ pro
pria matre concumbere. Secundus autẽ
modus dicendi eſt, ſecundum Petrum de
B Candia, qui ait, ꝙ erronea conſcientia ẽt in
his quæ ſunt contra Deum dictans, ligat ad
faciendum; ſed per accidens, & ſecundum
quid, non per ſe & ſimpliciter, ſicut conſciẽ
tia recta. Per accidens inq̃, quia non ligat ad
faciendum inquantũ erronea, ſed inquantũ
creditur eſſe iuſta & recta. Secundum quid
inq̃, quia non ligat ſemper, & in oẽm euen-
tum: ſed quandiu habenti ei creditur eſſe re
cta. Ad deponendum autem etiã eam ſe nõ
obligat, quia nec hoc dictat. Tertius uero
dicendi modus eſt, ſm Conualenſem, qui
vtranq; opinionẽ concordat, dicens, ꝙ erro
nea conſcientia duo includit. ſ. errorem &
C conſcientiam. Ratione primi ligat ad depo-
nendam eam, vinculo diuini pręcepti. Vnde
Apoſtolus ad Epheſ. 4. ait, Deponite vos ſe-
cundum priſtinam conuerſationẽ ueterem
hoĩem, qui corrumpitur ſecũdum deſideria
erroris. Ratione uero ſecundi ligat vinculo
conſcientiæ ad ſaciendum id, quod dictat.
Nec tamẽ eſt ſimpliciter talis homo perple-
xus, quia poteſt & debet deponere illam, &
illo ſimpliciter ligatur, & proprius, & ma-
gis ad deponendum q̃ ad faciendum. Et ſi
de illa per ſe iudicare neſcit, debet conſule-
re peritiores: & vbi ſibi deeſt humanũ con-
ſilium, debet ſe per orationem ad Deũ con
D uertere. Hanc quæſtionem inter quæſtiones
ſuas optimè, atq; pleniſſime pertractat præ-
fatus Cõualens: de perplexitate ẽt uide diſ.
13. c. 1. & 2. & diſt. 14. per totum.

Opinio Petri de Cã dia q fuit Alex. V.

De duplici conſcientiæ extremitate, ſcilicet de conſcientia nimis larga, & nimis ſtricta. Cap. 2.

SEcundo vero conſideremus conſcien-
tię extremitatem. Duplex eſt. n. conſciẽ
tiæ extremitas. Prima, quãdo eſt nimis
larga: ſecunda, quando eſt nimis ſtricta. Pri-
ma, quando eſt nimis larga. Et hæc conſciẽ
tia generat in anima peccatum in ſpiritum E
ſanctum. ſ. per præſumptionẽ de Dei miſe-
ricordia. Contra tales præſumentes Eccl. 5.
dicitur: Ne dixeris, peccaui, & quid mihi ac
cidit triſte: altiſſimus eſt enim patiens red-
ditor. De propitiatu peccatorum noli eſſe
ſine metu, nec adijcias peccatum ſupra pec
catum. et ne dicas, Miſericordia Dei magna
eſt, multitudinis peccatorum meorum miſe
rebitur: et tunc ſubditur ibidem, et nõ tar-
des conuerti ad Dominũ, & ne differas de
die in diem. Subito enim ueniet ira illius,
& in tempore vindictæ diſperdet te: et ite-
rum dicitur Eccleſ. 8. Etenim quia non citò
profertur ſententia contra malos, filij ho- F
minum perpetrant mala abſq; ullo timore.
Secunda uero conſcientia eſt nimis ſtricta,
& hæc generat aliud peccatum in Spiritum
ſanctum. ſ. deſperationem. Secundum vero
Scot. in 4. ſuo diabolus peccatoribus in ui-
ta ſua peccando facit ſperare in miſericor-
dia Dei: in fine autem uitæ eorum oſtenden
do multitudinẽ, magnitudinem, ingratitu-
dinem, & turpitudinem peccatorum, in de
ſperationem inducit eos atque compellit,
ita ꝙ omnino reſurgere a malo contẽnant.
Et de tali deſperato dicitur, Prouer. 18. Im-
pius cum in profundum peccatorum deue-
nerit, contemnit: & ſequitur eũ ignominia G
& opprobrium in ſempiternum. Sic deſpe-
rauit Cain, Gen. 4. dicens, Maior eſt iniqui-
tas mea, q̃ ut ueniã merear. Sic etiam deſpe
rauit Iudas: qui, vt dicitur Matth. 27. abiẽs,
deſperatus, laqueo ſe ſuſpendit. Contra igi
tur utrãque conſcientiam, & præſumentẽ
propter latitudinem, & deſperantem pro-
pter arctitudinem, Eccl. 5. ait, Miſericordia
enim, & ira ab illo cito approximãt. Ait. n.
Miſericordia. ſ. in uolentes deſperare, licet
peccatores fuerint, & uoluerint pœnitere.
et ira. ſ. in uolentes præſumere ab illo, ſcili-
cet Deo, citò approximãt. et ſubditur, & in
peccatores, ſcilicet vtroque modo prædi- H
cto extremos ira illius, et iterum 16. ca. ait,
Miſericordia enim, & ira eſt cum illo. Miſe-
ricordia. ſ. in uolentes deſperare: & ira. ſ. in
uolentes præſumere. et ſequitur. Potens eſt
exoratio, & effundens iram, quia potens eſt
apud Deum exoratio peccatoris, & deſpe-
rare nolentis. et. ſ. potens eſt Deus; effun-
dens iram. ſ. contra audaciam de ſua miſeri
cordia præſumentis: et ſubditur de utraq;,
ſecundum miſericordiam ſuam: ſic & cor-
rectio illius hominem ſecundũ opera ſua. ſ.
præſumptuoſa, vel deſperata iudicabit. Hæ
igitur duplices cõſcientiæ extremæ peruer-
ſitates,

Cõſcia nimis ſtricta.

Conſcientia nimis larga.

Hæ duplices cõſciẽtiæ extremæ, irremiſſibiles ſunt ĩ præſenti ſæculo. & in futuro. non contra dimitti non poſſũt ſed ꝓꝑ quatuor dimittuntur.

A ſitates, Matth. 12. eſſe dicuntur irremiſſibiles in præſenti ſeculo, & in futuro. Non quia dimitti non poſſunt, ſed propter quattuor nõ dimittuntur. Primo, quia nunquã aut rarò dimittuntur in hoc ſæculo, quantum ad culpam & modicum. et quaſi nihil dimittitẽ eis in futurum, quantum ad pęnam. Secundo, quia nõ legitur alicui fuiſſe dimiſſa, propter quod dicuntur irremiſſibilia. Sicut etiã Melchiſedech dicitur fuiſſe ſine patre, quia nõ legitur de eius patre. Tertio, quia aduerſatur fonti charitatis, qui eſt ſpiritus ſanctꝰ. Quarto propter hominis impotentiam, quia vix poteſt ſe homo præparare ad talem gratiam, quem tantorum ſcelerum moles premit ad damnationẽ æternam. Item pręterea B præſumptio facit dicere malum bonũ, deſperatio autem bonum malum. Vnde vtraque irremiſſionis maledictione mereẽ plecti, de qua Iſa. 5. dicitur: Væ qui diciris malum bonum, & bonũ malum. Malũ eſt præſumptio, quam illi aſſumunt: bonũ eſt ſpes, quam deſperati reſpuunt, et de eiſdem ſubditur: Ponentes tenebras lucem, & lucẽ tenebras: ponentes amarum in dulce, & dulce in amarum. Quæ eodem ſenſu, & ordine exponi habent. Notandum eſt tamẽ, ꝙ ſi in utraque conſcientiæ extremitate immineat C graue periculum, & utraque extremitas fugienda, & abhorrenda ſit: larga tamen periculoſior eſt, ſicuti naturali exemplo patet. Aſſerunt enim naturales, ꝙ quædam animalia latas habent uenas, & quædam ſtrictas. Illa, quæ habent latas, citius ueneno interimuntur: atque non ſic velociter ea, quæ ſtrictas habent uenas, eo ꝙ arctitudo venarum meatũ ad cor habeat retardare, ne ad illud venenum, tam citò decurrat. Sic etiam contingit moraliter de conſcientia larga & ſtricta, & de veneno mortalis culpæ.

D *De aperitione ſeptem ſigillorum conſcientiæ tenebroſæ, & obcæcatæ; & quomodo per ſeptem gratias illuſtratur.* Cap. 3.

Conſcientia ſerenitas.

Primo illuſtratur cæcitas.

TErtio conſideremus conſcientiæ ſerenitatem vel claritatem: ex qua. ſ. vndique illuſtratur, & reformatur. Primo enim illuſtratur cęcitas, ſecũdo reformatur extremitas. Primo enim uideamus, quomodo illuſtratur cæcitas: de hoc enim Apocal. 10. in principio dicitur: Vidi angelum fortẽ deſcendentem de cœlo, amictum nube, & iris in capite eius, facies eius erat vt ſol, & pedes eius tanquam columna ignis, & habebat in manu ſua libellum apertum: et poſuit pedem ſuum dexterum ſuper mare, ſiniſtrum aũt ſuper terram. In quibus ſacratiſſimis verbis ſeptem gratiæ exprimuntur, oppoſitæ ſeptem ſigillis prædictis, per quas tenebroſæ conſcientiæ illuſtrantur, & per effectum in hoc angelo denotantur. Prima eſt gratia ſtrenuitatis, ſecunda humilitatis, tertia communitatis, quarta mágnanimitatis, quinta luminoſitatis, ſexta amoroſitatis, ſeptima claritatis. E

Septẽ gr̃a oppoſitę ſeptẽ ſigillis ſup. dictis

Prima gr̃a ſtrenuitatis contra negligentiã.

Prima gratia. Primo quidem contra negligentiam datur gratia ſtrenuitatis. De quo Ioan. ſupra ait, Vidi Angelum fortem. Quis eſt hic Angelus, niſi angelica gratia a Deo Angelorum miniſterio F ad illuminationẽ humanæ conſcientiæ deſponſata? Hic enim dicitur fortis ab effectu, eo ꝙ præueniens gratia ad negligentiã propulſandam, mentem excitans, ſtrenuitatem inſpirat, vt homo diligenter diſcutiat conſcientiam ſuam: et hic eſt ille ſpiritus veritatis, de quo Ioan. 16. ſcriptum eſt: Cum venerit ille ſpiritus veritatis, arguet mundum, id eſt, mundanam aĩam de peccato. ſ. negligentiæ: quia uidelicet in examinando, & diſcutiendo inquinatam conſcientiam ſuam negligens fuit. G

Secunda gr̃a humilitatis cõtra ſuperbiam.

Secunda gratia. Secundo cõtra ſuperbiam datur gratia humilitatis. Vnde de ea ſubdit Io. ibi ſupra deſcendentẽ de cœlo. Quia talis gratia, non ſolum de ſummis cœlorum datur, verumetiam quia altitudinem ſpiritus, & mentis ſuperbiã ad ſuiipſius conſiderationem inclinat: et hoc propter præcedentem ſtrenuã ſui conſiderationem a Domino diſpenſatur. Proinde Iac. 3. dicitur: Superbis Deus reſiſtit, humilibꝰ autem dat gratiam. ſ. ſuæ cognitionis: et iterũ Apoc. 3. ad talem humilẽ Chriſtus ait: ecce dedi coram te oſtiũ. ſ. conſcientiæ tuæ apertum: vt. ſ. poſſis examinare teipſum. et ſubditur, Quia modicam habes uirtutem. i. habes humilitatem, quæ facit hominem ſeipſum H paruum, & modicũ reputare.

Tertia gr̃a cõitatis contra ſingularitatem.

Tertia gratia. Tertio contra ſingularitatem datur gratia communitatis. Nam ingreſſus homo ad ſeipſum, vbi ſe ſingularem extimabat, modicitatem, nihileitatem, & culpabilitatem cõſiderans, ſingularem ſe reperit in peccatis, atque communitati bene viuentium ſe conformat. et de hoc Io. ſubdit, amictũ nube. Nubes enim denſa eſt, & cõmuniter pluit. In cuius denſitate denſitas tenebroſæ, & dẽſæ conſcientię denotatur. In cuius perſona propheta ait, Compręhenderunt me iniquitates meæ: & non potui vt uiderem. ſ. con-

A ſcientiam meam denſam & tenebroſam. In pluuia vero denotatur compunctio lachrymoſa. nam conſcientia recognoſcens ſeipſam, reſoluitur in pluuiam lachrymoſæ cõpunctionis. Vnde de ſe propheta ait. Fuerunt mihi lachrymæ meæ panes, die ac nocte: dum dicitur mihi quotidie, idest conſcientiæ meæ: vbi eſt Deus tuus, ſcilicet, quem tantum offendiſti. In pluuia communiter facta, quia pluit Dominus ſuper iuſtos & iniuſtos, vt dicitur Mat. 5. cõis conuerſatio cum conſcientiæ puritate cum bonis & malis merito indicatur, iuxta illud Apoſtoli ad Rom. 12. Non alta ſapientes, ſed humili-

B bus conſentientes. ſ. in his, quæ ſunt contra Deum. Quarta gratia. Quarto contra puſillanimitatẽ infunditur gratia magnanimitatis, quæ ex deſcendente pluuia lachrymarum propter exhortationem conſcientiæ ortum habet. Ideo Ioan. ſubdit, et iris in capite eius. Iris enim timorẽ Dei ſignificat. Ad cuius intelligentiam eſt notandum, ꝙ cum Noe expertus fuiſſet exterminium mundi, per diluuium generale: totus tremefactus ne iterũ diluuiũ inundaret, quotidie, ſecundum Ioſephum, orauit Deum ne hoc fieret. Propterea motus Dominus cũ eo pepigit fœdus, ꝙ non vltra fieret diluuium ſuper

Quarta gratia magnanimis contra puſillanimitatem.

C terram. Vnde Geneſ. 9. Dominus dixit ad Noe, & ad filios ſuos: Arcum meũ ponam in nubibus cœli, & erit ſignũ fœderis inter me, & inter terram. Ex quo quidem comprehendi poteſt, ꝙ iris eſt ſignum duorum iudiciorum. Primo iudicij facti per aquã: ſed iam non vlterius faciendi, ne timeatur. Secundo iudicii futuri per ignem, vt expectetur, & timeatur. In horum myſterium duos colores iris principaliter habet, ſcilicet ceruleum, qui aqueus eſt: & eſt exterior quæ præterijt: & rubrum, ineſt igneus: & eſt interior, quia eſt futurus, ſcilicet, in vltimo iudicio mundi. Et in hoc iris prægurat timorem. Caput igitur Angeli. nec

Iris eſt ſignũ duorum iudiciorum.

D ſupra iridem leuabatur, nec ad terram uiliter, & puſillanimiter inclinabatur: vt magnanimitas myſticè præfiguretur, quæ inter præſumptionem, & puſillanimitatẽ in medio conſtituta, ab iride, idest, a timore comprimitur, ne præſumat: & a terra erigitur, ne in puſillanimitatem ruat. Ex quo patet quòd magnanimitas eſt ſpontanea rerum difficilium aggreſſio inter præſumptionem, & puſillanimitatem diuinitus conſtituta: & hæc eſt, quæ a conſcientia puſillanimitatem excludit. Quinta gratia. Quinto contra ignorantiam luminoſitatis a Deo

Quinta gratia lumi-

E datur. Vnde de hoc Ioan. ſubdit, et facies eius erat ut ſol. Quid per faciem, ſecundũ Gregor. niſi notitia deſignatur? Per faciem enim maximè homines ſe inuicem recognoſcunt, ſol quoque indicat lumen Dei. Facies igitur huius Angeli dicit̃ eſſe ut ſol, quia contra conſcientiæ ignorantiam, diuinum lumen eius cęlitus infunditur, ut in tali lumine intelligat, & cognoſcat peccata ſua, quæ antea ſibi occulta erant, vt uerificetur quod propheta inquit, In lumine tuo videbimus lumen, ſcilicet in conſcientia noſtra. Pro hoc lumine pſalmus. orabat Dominum, dicẽs, Faciem tuam illumina ſuper

noſitas cõtra ignorantiam.

F ſeruum tuum. Et iterum ait, Illumina oculos meos, ne unquam obdormiam in morte, ſcilicet mortalis culpæ. Et in perſona talis illuminati, atque de tali dono Deo regnantis, Eccle. 51. dicitur, In ſapientia eius luxit anima mea, id eſt, conſcientia mea: & ignorantias meas illuminauit. Sexta gratia. Sexto contra affectionem propriã, ſeu contra proprium amorem, eſt gratia amoroſitatis, ſiue etiam ardentis charitatis. Et de hac Ioan. ait, et pedes eius tanquã colũna ignis. In pedibus enim affectiones notantur: quibus anima de ſtatu ad ſtatũ proficit, quaſi de loco ad locũ. Hi ſunt pedes, quos Iob. 29. optabat lauari butyro. quis mihi inquit, tri-

Sexta gratia amoroſitatis, cõtra pprium amorem.

G buat, vt ſim iuxta menſes priſtinos? Et ſequitur, Quando lauabam pedes meos butyro. Porrò tunc pedes butyro lauantur, cum affectiones deuotionis vbertate impinguãtur. Hi ſiquidem pedes tunc ſunt, ſicut colũna ignis: cum in eis ſimul cum conſtantia, & rectitudine ad ipſum Deum eſt ardor diuini amoris, per quẽ extinguitur proprius amor, quo conſcientiæ excæcantur. Septima gratia. Septimo contra perplexitatem eſt gratia claritatis: et de hac Ioan. ſubdit dicens: et habebat in manu libellum apertum. Triplex eſt enim perplexitas, ut omnem perplexitatem iudicemus hanc cla-

Septima gr̃a claritatis contra pplexitatem.

H ritatis gratiam declarare. Prima uero perplexitas eſt intelligentiæ verborũ ſacræ ſcripturæ, quæ quandoque videntur ſibiinuicẽ repugnare. Hanc perplexitatem docet ſoluere, hæc gratia per diſtinctionem, & conſiderationem cauſarum dicendi vtrunque. Secunda perplexitas faciendorũ: de qua Apoſtolus ait ad Rom. 8. Quid oremus, ſicut oportet, neſcimus. Hanc quoque docet ſoluere hæc gratia per ſpiritus ſancti inſpirationem, qui eſt unctio, docẽs de omnibus per meritum orationis. Vnde dicitur Iaco. 1. Si quis autem ueſtrum indiget ſapientia, poſtulet

Triplex ẽ enim perplexitas.

A ſtulet à Deo, qui dat omnibus affluenter, & non improperat, & dabitur ei. Poſtulet autem in fide, nihil hęſitans. Et iterum, 2. Paralip. 20. Cum ignoremus, quid facere debeamus, hoc ſolum habemus reſidui, vt oculos noſtros dirigamus ad te Domine.

Tertia verò perplexitas eſt ineuitabilitas peccandi. De qua in præcedenti dictum eſt. Et hanc perplexitatem hæc gratia docet ſoluere per depoſitioné erroneæ cóſcientiæ.

De extremæ conſcientiæ reformatione.

Duæ bonę affectiones cõſcientiam extremã reformãt

B SEcundo videamus, quomodo extrema conſcientia reformatur. Duæ.n. bonæ affectiones principaliter conſcientiam extremam reformant.ſ.ſpes, & timor. Vnde ſpes reformat deſperationem, & timor reformat præſumptionem. Et de his duobus dicitur à Ioan. Et poſuit pedem ſuum dexttum ſuper mare, & ſiniſtrum ſuper terram. Duo ſiquidem huius Angeli pedes, duæ prædictæ reformationes affectionis ſunt: quibus in conſcientijs extremis Angelica gratia proficit ad reformationem earũ. Pes dexter, eſt miſericordia Dei: qua relinquentes cóſcientiæ arctitudinem, & deſperationem promouemur in bonum. Et hunc C pedem poſuit Angelus ſuper mare. Mare.n. agitatur per turbines, & procellas, & amarum eſt, cum potatur: & per hoc ſtrictę conſcientiæ amaritudo, & vexatio ſignata eſt. Ad quam Hierem. Thren. 2. ait, Magna eſt velut mare contritio tua. Pes verò ſiniſter, eſt timor de iuſtitia Dei: quo relinquentes conſcientiæ largitatem, atq; præſumptioné. retrahimur à mortalibus culpis. Et hunc pedem poſuit Angelus ſuper terram.i.ſuper largam conſcientiam & terrenam, compeſcens per timorem ſuam præſumptionem. De his duobus pedibus ſpiritualiter Propheta vtriq; conſcientiæ extremæ ait, Spe-

Pes hoĩs ſignificat affectum: pes tuus, ait D. Auguſt. eſt affectus tuus.

D ra in Domino, ò conſcientia arcta, & fac bonitatem, ò conſcientia larga. Pro hac gratia conſcientiam extremam reformante acquirenda, & impetranda, Matt. 24. docebat orare nos Dominus, dicens: Orate, ne fiat fuga veſtra hieme, vel ſabbato. Hieme.n. fugiunt à facie Dei. i. ſe fugere arbitrantur, quilibet de Dei miſericordia deſperantes propter conſcientiam arctam. Sabbato verò fugiunt.ſ. de iuſtitia Dei, de Dei miſericordia præſumentes, qui quieſcere in peccatis eligunt, falſo præſumentes de miſericordia eius. Cum igitur conſcientiæ extremæ hoc quadruplici modo reformatæ dicere poterunt, cum Pſal. Adorabimus in E loco, vbi ſteterunt pedes eius. Locus ſiquidem pedum Chriſti, luminoſa, atque reformata conſcientia eſt, quæ ex vna parte cauens arctitudinem, & deſperationem, ſperat in miſericordia Dei: & ex alia parte cauens largitatem, & præſumptionem, timet iuſtitiam eius. Et in hoc ſolummodo verè adoratur Dominus, quando cum tali conſciétia illuminata, & reformata honoratur.

ARTICVLVS SECVNDVS.

Quomodo ſynderesis conſcientiam erroneam tripliciter arguere ſolet. F

Secundus ſtatus malę cõſcientię.

SEcundus verò malæ conſcientiæ ſtatus eſt reprehenſionis: quia ait ſynderesis ad conſcientiam erroneam, arguam te .ſ. de erroribus tuis. Synderesis enim eſt aduerſarius ille, de quo Matt. 5. Dominus admonens conſcientiam, dicit ei. Eſto conſentiens aduerſario tuo.i.ſyndereſi: dum es in via cum eo.i. dum peregrina es in præſenti vita, fac ſecundum eius inſtinctum: ne forte tradat te aduerſarius tuus iudici.ſ. iuſto, qui eſt Deus: & ne iudex tradat te miniſtro.i. dæmoni infernali: & in carcerem.ſ. G inferni mittaris. Amen dico tibi, non exibis inde, donec reddas nouiſſimum quadrantem. q.d. Sed quia nunquam reddes, ideo inde nunquam egredieris. Porrò túc conſcientia prædicto modo ſuo aduerſario conſentit, cum ſe ab omnium offenſione Dei cuſtodit. Hoc eſt cum conſeruat ad Deũ fidem, ſpem, & charitatem, obedientiá, atque omnium mandatorum impletionem, ad ſeipſum ſenſuum mortificationem, cuſtodiam cordis & oris, & odium carnis, & propriæ voluntatis. Ad proximum fraternalem dilectionem, pietatem, patientiam, H atq; humilitatem. Ad vſum mundanarum rerum temperantiam, & ſobrietatem. Ad omnia ſacra cuſtodiam, reuerentiam, & humilem ſeruitutem, & cętera conſimilia. Arguit tamen talis aduerſarius conſcientiam erroneam, maxime quo ad tria.

Primo verò arguit eam, quo ad ſuum principium, ſecundo quo ad ſuum proceſſum, tertio arguit eã quo ad ſuũ terminum.

A *Vnde error conſcientiæ initium ſumit, & vnde non conſcientiæ originem habet.* Cap. 1.

Syndereſis conſciẽtia q̃ ab alijs dicĩ ſcintilla cõſciẽtiæ.

PRimo quidem ſyndereſis arguit erroneam conſcientiam, quo ad ſuum principium. Ad cuius intelligentiam aduertendum eſt, quòd ſecundum Ariſto. 7. Et hic. ratio in eligendis ac fugiendis, quibuſdam vtitur, vt dicitur ſyllogiſmus. In ſyllogiſmo autem tria conſiderantur ſecundum tres propoſitiones: ex quarum duabus tertia concludi-
B tur. Sic eſt etiam in propoſito, dum ratio in operandis ex vniuerſalibus principijs circa particularia iudicium aſſumit, & vniuerſalia principia iuris ad ſyndereſim ſpectant. Rationes autem magis appropriatæ ad opus, ad habitus pertinent: ideo ſyndereſis in hoc ſyllogiſmo, quaſi maiorem miniſtrat, cuius conſideratio eſt actus ſyndereſis. Sed ratio ſuperior, vel inferior miniſtrat minorem, quia eius conſideratio eſt eius actus. Sed conſideratio concluſionis elicitæ, ipſius conſcientiæ conſideratio eſt. Verbi gratia, Syndereſis hanc maiorem proponit: Omne malum vitandum eſt: tunc
C ratio ſuperior hanc ſubſumit: Adulterium eſt malum, quia diuina lege prohibitum: ſiue ratio inferior aſſumit iſtam, quia eſt malum, cum ſit iniuſtum, & inhoneſtum. Concluſio autem eſt hæc: Adulterium ideo eſſe vitandum: & hæc ad conſcientiam pertinet. Pertinet autem hoc indifferenter ad conſcientiam, ſiue ſit de præterito, ſiue de præſenti, & præcauet de futuro. Præterita quoque reſpicit, ut quando conſcientia mentem, de hoc quod ſibi conſcientia eſt reprehendit, ſicut eſt de malo commiſſo, vel de bono omiſſo. Præſentia uero reſpicit: contradicendo ei, cuius per conſcien-
D tiam habemus oppoſitum. Futura quoque præcauet & reſpicit: vt quando inſtruit, vel ſtimulat mentem ad ea facienda, vel vitanda, ad quæ conſcientia iudicat nos teneri. Quòd autem conſcientia extendat ſe ad hæc tria tempora: ſatis palàm colligi poteſt ex deſcriptionibus, & diffinitionibus ſyndereſis, & conſcientiæ, de quibus in ſermone præcedenti, articulo primo, ſecundo, & tertio dicebatur. Ex his igitur patere poteſt, quòd hoc nomen conſcientia, componitur ex hac præpoſitione con, & hoc nomine, ſcientia. Vnde conſcientia dicit duo. Primo ſcientiam, & ſecundũ hoc conſcientia eſt habitus naturalis, non ſolum cogni-

Conſcientia dicit duo.

tiuus, ſed etiam motiuus. Inclinat enim E animam ad proſecutionem boni, & fugam mali, ſicut ſupra patere potuit in primo articulo præcedentis ſermonis. Secundo conſcientia dicit, acceptionem ex parte rationis, quod notatur in hac præpoſitione, con.

Primo igitur modo, prout conſcientia ſcientiam in ſe includat, habet ſe ſicut ſuperius, & coniungitur ſyndereſi, & ſemper eſt recta. Secundo magis coniungitur rationi, & ſic ſe habet ſicut inferius: & hoc modo recipit errorem, & conturbationem. In ſcientia autem ex parte inferiori, bene poteſt contingere error. Nam ratio, cui F conſcientia iungitur ex parte inferiori, ſicut prædictum eſt, habet uerſari circa particularia, in quibus contingit ſæpe errare. Ex his patet, quòd non ex ſyndereſi contingit conſcientiam errare, ſed per errorem rationis: ſicut patet in hæretico, cui dictat conſcientia, quòd permittat ſe potius comburi, quàm q̃ iuret: quia ratio ſuperior peruerſa eſt in hoc, quod credit iuramentum ſimpliciter prohibitum: propter hæc omnia ſyndereſis conſideratio principio erroris cõſcientiæ ait illi, Arguam te, ſcilicet a principio tui erroris.

G

Quanti criminis ſit erronea conſcientia, multipliciter demonſtratur. Cap. 2.

SEcundo ſyndereſis arguit erroneã conſcientiam, quo ad ſuum proceſſum. Secundum enim Conualenſem in quæſtionibus diſputatis. Quia enim errare in conſcientia, peccatum eſt: cum erronea cõſcientia ſit lex iniqua, ideo ſuum conditorem non excuſat a culpa, iuxta illud Iſa. 10. Væ, qui condunt leges iniquas. Conſcientia enim erronea, lex eſt iniqua: ideo ſimpliciter non excuſat, ſed magis peccatũ ag- H grauat aut facit. Ad huius tamen intelligentiam notandum eſt, quòd conſcientia tripliciter errat. Primo indifferentia, iudicans eſſe prohibita vel pręcepta. Secundo econuerſo prohibita vel pręcepta, iudicat eſſe indifferentia. Tertio iudicans eſſe prohibitiones pręcepta, uel econuerſo? In primo caſu non excuſat, ſed illaqueat & condemnat. In ſecundo uero, & tertio caſibus, conſiderandum eſt, quòd conſcientia erronea includit duo. Primo conſcientiam putatiuam, ſecundo errorem. Ex primo uero excuſatur peccatum pro tãto, quod minus contemnit quando putat, fornicari nõ eſſe pecca-

Cõſciẽtia tripliciter errat.

Cõſciẽtia erronea includit duo.

A peccatum,& ideo fornicatur. Sed pro tanto aggrauat,quia libidinoſus & ſecurus peccat. Et de talibus dicitur Iere. 4. Sapientes ſunt,ut faciant mala. Quo ad ſecundum diſtinguendum eſt. Cum enim omnis errans ſit ignorans,vt dicit Auguſt.in enchirid. 17. Triplex error eſt:ſic etiā eſt triplex eſt ignorantia. Prima eſt enim ignorantia negationis,ſecunda eſt priuationis,tertia eſt diſpoſitionis. Prima inquam eſt ignoranria negationis,quæ dicitur ſimplex neſciētia mādatorum. Et de hac ait Aug. in libro de gratia, & libero arbitrio,ꝙ excuſat: ſed non ſic excuſat, ut ſempiterno igne non ardeat: ſi

Triplex ignorātia

B ideo non credidit,quia non audiuit:ſed fortè vt minus ardeat:et ſic patet, ꝙ non excuſatur a mortali culpa:ſed fortè vt minus ſit, & ut minus puniatur. Fortè dicit, licet minus contemnat propter conſcientiam:tamē libidinoſius, & ſecurius ex hoc in peccato ſe immergit. Et ideo nocet tātum ex parte una, quantum excuſat ex parte altera. Secunda eſt ignorantia priuationis: quia.ſ.priuat cognitionem eorum, quæ ſcire neceſſe eſt: et hæc eſt illorum, qui ſcire nolunt. Et talis ignorantia non excuſat, ſed accuſat. Vnde ſuper illud Luc. 13. Seruus qui cognouit voluntatem domini ſui, & non ſe præ-

C parauerit, & non fecerit voluntatem eius: plagis vapulabit multis. Ibi gloſa ait, Qui ſcilicet ſcire nolunt & poſſunt, non ignorantes, ſed contemptores iudicantur.

Tertia eſt ignorantia diſpoſitionis,ſcilicet quando quis non tantum neſcit, nec ſcire vult:ſed etiam diſpoſitionem, uel habitum neſciendi induit, qua veritatem impugnat: et de talibus Iob. 24. ait. Ipſi fuerunt rebelles lumini, neſcierunt vias eius: nec reuerſi ſunt per ſemitas eius, ſcilicet, quia tales rarò illuminantur, exigente eorum culpa: et hęc ignorantia eſt propriè in conſcientia erronea, quia dictat contra prohibitiones &

D præcepta. Hæc autem eſt illa ignorantia,de qua primo Corinth.decimoquarto, Apoſtolus ait. Scribo vobis Domini mandata. Si quis autem ignorat, ignorabitur. Glo. id eſt, reprobabitur. Et hæc ignorantia minus excuſat, & plus aggrauat: et ideo conſcientia erronea ſimpliciter non excuſat, ſed in aliquibus magis aggrauat,ſcilicet quo ad contemptum diſcendi, & libidinem delectandi. De malitia etiam tertiæ ignorantiæ latius dictum eſt ſupra ſermone vigeſimoprimo,articulo tertio, capitulo ſeptimo. per totum. Incidentet propter ſuperius dicta merito quęri poteſt, vtrum erronea con-

Cōſciētia erronea.

Quæſtio.

ſcientia plus liget, quàm præceptū prælati, E de indifferentibus quæ pręcipere poteſt. Dicendum,ſecundū Conualenſem vbi ſup. Quòd obediens prelato cōtra conſcientiā, aut captiuat conſcientię iudiciū,affectū vel effectum:vt ſubdēs ſe prælati præcepto, aut facit contra conſcientiā,& affectum uoluntatis, obediens prælato timore animi, vel amore inordinato. In primo caſu faciendo contra conſcientiā nō peccat, ſed meretur: licet conſcientiam deponere non poſſet, vel non deponat. Sicut non valens reſpondere rationibus contra fidem catholicam illatis: captiuans tamen uoluntatem ille obediens Deo meretur, iuxta illud Apoſtoli. F 2.Corint.10. In captiuitatem redigens omnem intellectum in obſequium Chriſti. In ſecundo uero caſu peccat, ſed minus quàm ſi faceret contra præceptum prelati. Primo, quia agens cōtra pręceptum prelati magis contemneret Deum,quia contemnens prelatum,non autem contemnens conſcientiā erroneam,contemnit Deum. Vnde Bernar. de pręcep. & diſpen. capitulo 9. ait. Deus ſibi coęquari quodammodo reputat prelatorum reuerentiam & contemptum: conteſtans eis, qui vos audit, me audit: & qui G vos ſpernit, me ſpernit. Si autem dicatur, quòd hoc eſt uerum, quādo cōſcientia ſubditi ſcit pręceptum prelati eſſe ſecundum Deum,quod neſcit errans. Reſpōdet Bern. Quicquid homo vice Dei præcepit, quod non ſit certum Deo diſplicere: haud ſecus omnino accipiendum eſt, q̄ ſi Deus pręciperet. Secundo ꝙ talis prelatum, immo totum collegiū magis offendit & ſcandalizat, q̄ ſi contra propriam cōſcientiam faceret. Tertio, quia ſe magis ad malum diſponere ſolet, & ad inobedientiam, & ad rebellionem, & ad ſequendum proprium, & ad peruertendum veritatis iudicium. De quo dicitur Iſa. 5. Væ, qui ſapientes eſtis in oculis veſtris, & coram vobiſmetipſis prudentes. H Hęc Conualenſ.

Solutio.

Inſtantia

Reſpōſio.

Quòd per ſeptem gradus in profundum peccatorum erronea conſcientia ruit. Cap. 3.

Tertio quoque ipſa ſynderefis ipſam conſcientiam arguit, quo ad ſuum terminum: qui quidem eſt peccatorum profundum. De quo Prouerb. decimo octauo, dicitur. Peccator, cum in profundum peccatorum venerit: contemnit.

Tertio ſynderefis conſcientiā arguit

A nit. Septem enim ſunt gradus, per quos erronea conſcientia ruit in profundum peccatorum, atq; errorum. Eſt.n.peccatum erroneę conſcientię. Primo importabile, ſecundo graue, tertio leue, quarto inſenſibile, quinto delectabile, ſexto deſiderabile, & ſeptimo defenſabile.

Peccatū erroneę cōſciētię.

Primo eſt importabile. Primo inquam eſt peccatum conſcientię importabile. Mens.n.inſueta peccatis, & maximè ſi quandoq; aſſueta fuit in bonis: cum grauiter peccat, apparet illi adeo importabile onus, vt viuens in infernum ſibi deſcendere videatur. De talibus ait Pſalm. Deſcendant in infernum viuentes. Iſa.38.
B in perſona illius, qui conſenſerit mortali culpæ, inquit: Ego dixi in dimidio dierum meorum, vadam ad portas inferi. Ad portas quidem inferi vadit, qui delectatur citra conſenſum. In illas quidem ingreditur, qui conſentiendo contra Deum peccat.

Secundo eſt graue. Secundo fit peccatum cōſcientiæ graue. Nam lapſu temporis non iam importabile reputatur, ſed tamen graue. Et ad hoc inquit Propheticum illud, Iniquitates meæ ſupergreſſę ſunt caput meum: & ſicut onus graue, grauatę ſunt ſuper me. Tali quidem bene conſulitur, Iſa.58. vbi dicitur, Solue faſciculos deprimentes. ſ. ne ad deteriora
C deſcendas.

Tertio, leue. Tertio verò fit leue. Nam aliquo tempore in criminibus perſeuerans iam leue reputat, quod prius graue æſtimabat. De hoc ponit exemplum Salo. Prouerb.30.dicens: Talis eſt via mulieris adulterę, quę cum comedit, tergit os ſuum, dicens: non ſum operata malum.

Quarto, inſenſibile. Quartò autem fit inſenſibile, eo ꝙ iam onus peccati amplius non ſentitur. Et de talibus Hiere.5.ad Dominum ait, Percuſſiſti eos.ſ.prædicationis verbo, ſeu flagello, & non doluerunt: attriuiſti eos.ſ.per graues infirmitates, & renuerunt accipere diſcipli
D nam.ſ.nequaquam ad pœnitentiam conuerti volunt.

Quinto, delectabile. Quinto verò fit delectabile per aſſuefactionē peccandi. Et in talium perſona Hiere.2.dicitur, Deſperaui, nequaquā faciā.ſ. ꝙ me ſeparem à tanta delectatione. Adamaui quippe alienos.i.res tranſitorias, & mundanas: & poſt eas ambulabo.ſ.tractus à delectatione earum.

Sexto, deſiderabile. Sexto verò efficitur deſiderabile. Ad talem conſcientiam Iſa.57.dicitur: Miſiſti legatos tuos procul.i.deſideria tua ad diuerſa concupiſcibilia mundi: & humiliata es vſq; ad inferos.i.vſq; ad viliſſima, & turpiſſima, quæ cruciant. In multitudine viæ tuæ.ſ.male laboraſti: nec dixiſti, Quieſcam.i.ſ.talia deſiderare, ꝙ omni prædictorum deterius eſt. E

Septimo, defenſabile. Septimo & vltimo eſt defenſabile.ſ.tanquam bonum, & iuſtum. Et de talibus Pſal. ait ad Dominum: Apponi.i.permittes apponi, iniquitatem ſuper iniquitatem, quod fit per iniquitatis defenſionem, & excuſationem: & non intrent in iuſtitiam tuam. Deleantur de libro viuentium, & cum iuſtis non ſcribantur. Quod timens Pſal.ait, dicens ad Dominum, Non declines.i.nō declinari permittes, cor meum in verba malitię: ad excuſandas excuſationes in peccatis. Hi ſunt, de quibus Apoſt.ait ad Eph. Tenebris obſcuratum habētes intellectum: alienati à via, ſeu à vita per ignorantiā, quæ eſt in illis propter cęcitatem cordis ipſorum, qui deſperātes ſemetipſos tradiderunt impudicitiæ in operationem immunditiæ omnis in auaritia. Tales conſcientiæ ſunt putuei, qui myſticè ſignati ſunt in puteis Iacob, quos repleuerūt Philiſtijm. Philiſtijm interpretatur, ceciderunt, ſeu cadentes, potione, ſeu ruina duplex, eo ꝙ tales perſonę inebriantur, ſeu inebriatę culparum dupliciter ceciderunt.ſ.à Dei timore, & à mundi pudore, quia nec Deum timent, nec homines reuerentur. F G

ARTICVLVS TERTIVS.

De multiplici confuſione, quam in morte, & in generali iudicio à ſynderesi conſcientiæ malæ patientur.

Status confuſionis malę conſcientia. SEcundus quoq; malę cōſcientię ſtatus, dici poteſt ſtatus confuſionis; quia ſynderesis ait ad conſcientiam multipliciter inquinatam: & ſtatuam te contra faciem tuam. Vbi alia littera habet, & ponam ante oculos tuos.q.d. Non ſolum arguam te, ſed faciam etiam te argui de peccatis tuis, quæ ponam ante oculos tuos, vt quaſi quædam perſonæ arguant, & confundant te. Et ad talem conſcientiam dicitur Hierem.2. Arguet te malitia tua, & auerſio tua increpabit te. Et Eccl.32.ait, Suis inſectationibus arguetur. Dominus quoque per Hiere.13. tali conſcientiæ ait: Ego nudaui fęmora tua contra faciem tuam, & apparuit ignominia tua, adulteria tua, & hynnitus tuus, ſcelus fornicationis tuæ. Quod ſaltem in puncto mortis, & in die iudicij adimplendum eſt. Ait ergo ſynderesis ad conſcientiam criminoſam, Et ſtatuam contra faciem H

A ciem tuam. Contra enim faciem conſcientiæ ſtatuet tria genera peccatorum, maximè in puncto mortis, & in iudicio generali. Primo peccata cordis, ſecundo peccata oris, tertio peccata operis.

De peccatis cordis, quæ à ſynderesi malæ conſcientiæ confundentur. Cap. 1.

Primo cõ ſcientiam malã ſtatuet ſynderesis: peccata cordis.

PRimo inquàm ſynderesis ſtatuet contra conſcientiam malam peccata cordis.ſ.omnes impias delectationes, cogitationes & conſenſus: omnia deſideria mala, voluntates peruerſas, infidelitates, præſumptiones, deſperationes, timores malè humiliantes, & B amores malè inflãmantes: omnes ſuſpitiones, inuidias, iras, rixas, odia, exultationes de aduerſis proximi, contemptus pauperũ amicorum, perſonatũ acceptiones, omnes perfidias, ineptas lętitias, ſęculi triſtitias, impatientias, auaritias, ſuperbias, obſtinationes malas, accidias, inconſtantias, hypocriſias, omnes amores placendi, timores diſplicẽdi, verecundias de operibus bonis, omnes priuatos amores, ſingularitates proprij ſenſus, dignitatum ambitiones, cõtem C ptus ammonitionum, impietates, atq; crudelitates, & cõſimilia peccata cordis. Tunc quidem confundetur conſcientia cauteriata, de qua habet̃ 73. diſt. in nomine patris. Vnde etiam ait Apoſtolus. 1. Timot. 4. Cauteriatam habentium cõſcientiam. Eſt enim cauterium ferrum quoddam, à cauãdo dictum: quo corrumpitur cutis, & vritur caro. Per ferri duritiẽ in malo obſtinatio deſignatur: atq; per eius igneitatem ardor malignitatis & concupiſcentiæ iudicatur. Cauteriata igitur conſcientia eſt, quæ inuenitur corrupta praua cogitatione, & aduſta igne malæ concupiſcentiæ, & obſtinata du D ritia malitiæ, ſecundum gloſam & Nycolaum de Lyra.

Cauteriũ quid.

Confuſionem patientur à ſynderesi conſcientiæ male de peccato oris. Cap. 2.

Secundo ſtatuet ſynderesis contra cõ ſcientiam & malã peccata oris.

SEcundo verò ſtatuet ſynderesis contra cõſcientiam malam ſuam peccata oris. Videlicet crebras iurationes, periuria, blaſphemias, veritatum impugnationes, contra Deum murmurationes, adulationes, mendacia, maledictiones, infamationes, impugnationes agnitæ veritatis, at- B que fraternæ gratiæ charitatis, omnes diſcordiæ ſeminationes, proditiones, falſa teſtimonia, mala conſilia, deriſiones, peruerſiones factorum bonorum, omnia vaniloquia, multiloquia, ſtultiloquia, turpiloquia, omnia verba ſuperflua, curioſa, iactantia, omnes peccatorum defenſiones, vel excuſationes: cantus laſciuos componere vel canere, commendationes malorum, aduocationes in iniuſtis cauſis, omnes calumnias, & libellorum famoſorum editiones. O quid tunc actura eſt conſcientia impudica, quæ in præſenti ſæculo plus timebat depræhendi de culpa, quàm timeret E culpam. Minus timebat Dei offenſam, quàm peccati infamiã. Sed veniet inquàm tempus, quando iuxta propheticum ver- F bum, recognoſcetur Dominus iudicia faciens, in operibus manuum ſuarum comprehenſus, id eſt comprehendetur peccator. Et iuxta dictum Ezech. 7. in omni facie confuſio, ſcilicet erit: quę videlicet ſemper duratura erit, ſicut dicitur Eccleſiaſt. vigeſimo. Confuſio eorum cum ipſis ſine intermiſſione.

De peccatis operis ſynderesis confundet conſcientias malas. Cap. 3. G

Tertio peccata operis.

TErtio verò contra ipſam malam conſcientiam ſynderesis ſtatuet peccata operis, ſcilicet omnes guloſitates, ebrietates, luxurias, immunditias, ſpurcitias, inceſtus, ſtupra, omnes ſymonias, ſortilegia, incantationes, ariolas, ſolennium dierum violationes, indignas communicationes, vototum fractiones, apoſtaſias, omnia ſcandala proximorum, omnes vſutas, furta, rapinas, temporis venditiones, ludos iniuſtos, deceptiones, iu- H ſtitiæ venditiones. Omnes vanitates, ſuperfluitates, curioſitates, nouitatum inuentiones. Omnes rebelliones contra maiores, oppreſſiones ſupra minores. Omnes quinque ſenſuum abuſiones, & corruptiones. Omnia homicidia, ſacrilegia, veneficia, incendia, maleficia. Omnes iniquitates iniuſtarum guerrarum, partialitatum, atque ſectarum. Omnes taxillorum, & mercium prohibitarum venditiones, operationes, & communicationes. Omnes executorum infidelitatis, contra pa-

A tra parẽtes rebelliones. Omnes ſpurcitias coniugum,& abuſiones iniuſtas,votorum fractiones & ſententias iniuſtas.Meritò igitur Apoc.3.ſuadet conſcientiæ ſpiritus veritatis,dicentis,Veſtimentis albis induaris, vt non appareat confuſio nuditatis tuæ. Veſtimenta quidem non tantum corpus ipſum exornant,verum etiam & calorem naturalem in humano corpore fouent. Sic etiam vita iuſta & habituat, & hominem honeſtate ornat, & calorẽ dilectionis, in quo ſpiritualis vita conſiſtit,fouet.Hæc veſtimẽta tunc meritò ſunt alba, cum conſcientia bona lucem innocentiæ fuerit irradiata. Et tunc non apparebit in hora mortis, vel in B iudicio confuſio nuditatis ſuæ:quia nec coram Deo confundetur, quia fecit quod placere Deo nouit.Nec coram vniuerſo mundo erubeſcere potuit, quia nulla inhoneſta te aſpectum proximorum offendit: nec aliqua enormitate ſeipſam lędit, quæ etiã voluntatem Deo in omnibus ſuis operib. attendit, & conſcientiæ puritatem ſeruauit, Quam nobis miſericorditer largire digne tur in præſenti per gratiam, & in futuro ꝑ gloriam mundarum conſcientiarum ſponſus & amator, atque pręmiator, qui cum Patre, & Spiritu ſancto triumphat glorioſus in cœlis per infinita ſæculorum ſæcula, Amen.

C
FERIA QVINTA in Cœna Domini.

De corpore Chriſti,& de mirabilibus eius, quæ contingunt circa hoc Sacramentum.

Sermo LIIII.

D Memoriam fecit mirabilium ſuorum miſericors, & miſerator Dominus:eſcam dedit timentibus ſe. pſ.110.Quoniã amoroſus Ieſus Chriſtus totus amore flagrabat, inter omnia ſtupenda ſuæ feruidæ charitatis admirabilis poteſtatis, & largifluæ liberalitatis, fuit inſtitutio huius ſuauiſſimi ſacramenti,videlicet pretioſiſſimi corporis,& ſanguinis ſui.Nam non ſolum Apoſtolis ſuis ſeipſum dedit in cibum:ſed etiam inſtituit & poteſtatẽ dedit veris ſacerdotibus Apoſtolorum ſucceſſoribus, ꝙ iſtud venerabile ſacramentũ conficerent & vſque ad mundi finem haberent B verum ſacrificium, cibum & viaticũ,ac memoriale digniſſimum ſuæ ſacratiſſimæ paſſionis & mortis. Hoc ſiquidem ſacramentum propter altiſſimam ſuam dignitatem fuit virtuoſiſſimis actibus figuratum,ſacrificijs myſticis pręmõſtratum,& ſignis multiplicibus reſeratum.Primo quidem virtuoſiſſimis actibus pręfiguratum fuit, ſicut in oblatione Abel,Gen.4. & in ſacrificio Melchiſedech,Gene.14.Nam ſicut ille,cum eſſet ſacerdos Dei altiſſimi, offerebat Domino panem & vinum:ſic & Chriſtus cũ ſpeciebus panis & vini hoc inſtituit ſalutare ſacramentum,teſte propheta,qui ad Chriſtũ ait: Tu es ſacerdos in ęternum, ſecundum F ordinem Melchiſedech. Ad hoc idem de conſec.diſt.2.c.accipite. Similiter in oblatione fideliſſimi & obedientiſſimi Abrahæ, quam fecit de filio ſuo Iſaac,Gene.22. hoc ſacramentum patet. Secundo fuit in ſacrificijs myſticis præmõſtratum, ſicut in immolatione agni Paſchalis,Exo.12.Nam ſicut ille agnus extitit pro ſalute populi immolatus:ſic etiam agnus Dei Chriſtus pro ſalute populi Chriſtiani quotidie immolatur in crucis ara. hoc eſt in altari, quod ſignificat crucem. Similiter omnia,quæ offerebãtur in lege veteri,hoc ſacrificium pręmonſtrabant. Tertio fuit ſignis multiplicibus reſe- G ratum:ſicut in manna,quo in deſerto nutriti ſunt filij Iſrael, Exo.16.& 17. Nam ſicut ille cibus abominabilis fuit indignis,dicentibus,Anima noſtra nauſeat ſuper cibo iſto leuiſſimo, & dignis ſummè delectabilis; habens omne delectamentum & omnem ſaporem ſuauitatis,ſicut dicitur Sapien.16. Sic & ille cibus eſt ſũmè noxius indignis, & ſummè proficuus dignis. Fuit inſuper reſeratum in aqua,quæ Numeri 20.& Exo. 17.de petra fluxit: & in melle, quo illuminati ſunt oculi Ionathæ.1.Reg.14. Inſuper aduertendum eſt,ꝙ ſicut ex precedentibus H patere poteſt, figura huiuſmodi venerabiliſſimi ſacramenti præceſsit. Primo tempore legis naturalis ĩ ſacrificio Melchiſedech: qui(ſicut fit adhuc in ſacramento)Deo obtulit panem. Secundo tempore legis ſcriptæ agnus Paſchalis tenuit huius typũ, & manna,quo à Deo filij Iſrael in deſerto paſti ſunt.Tertio tempore legis gratiæ ſecundum Magiſtrũ Sententiarum in 4. diſtin. ſanguis qui fluxit de latere Chriſti. In hoc autẽ ſacramento poteſt homo conſiderare. Primo ſignum viſibile,ſecũdo effectũ gratiæ,tertio rem ipsã quæ eſt Chriſtus: quarto mo-

Primo hoc ſacramentum fuit præfiguratum.

Secundo fuit ſacrificijs myſticis præmonſtratum.

Tertio fuit ſignis reſeratum.

Signum viſibile eſt effectũ gratia res ſacramenti modus eſt ferendi.

A to modũ offerendi,& virtutẽ quã repręſentat,& à qua ipſa dependeat. Primo ſi conſideremus ſignum viſibile,& ſic typum eius tenuit ſacrificium Melchiſedech. Secũdo ſi effectum gratię, & ſic in manna pręfiguratum fuit. Tertio ſi rẽ ſacramenti, quæ Chriſtus eſt: qui propriè dicitur agnus in agno Paſchali præfiguratum. Quarto ſi modum offerendi & virtutem, quam repræſentat, & à qua ipſa dependet in crucis oblatione & ſanguinis effuſione. Et ſicut tũc ſanguis eius in cruce oblatus eſt Deo: ſic & hic in eius oblatione. Oẽs verò aliæ figuræ, q́ ad hoc ſacramentum applicari poſſunt: ad aliquem iſtorum modorum reduci poſſunt. B Iſtæ tamen quatuor tãquàm magis proprię antonomaſticè ſumuntur. Dauid quoq; de hoc ſacramento diuinitus illuſtratus, breui verbo, ſed magno myſterio eius ſublimitatem nouit, dicẽs, Memoriam fecit mirabilium ſuorũ &c. In quibus ſacratiſſimis verbis oſtendit Propheta, hoc ſacramentũ eſſe reſtitutiuum imaginis Trinitatis, quæ anima eſt, & hoc quantum ad omnes potẽtias eius, quę ſunt memoria, intelligentia, & voluntas. Primo eſt memoriale, ſecundo admirabile, tertio eſt delectabile. C Primo eſt memoriæ memoriale, quia memoriã fecit. Secundo eſt intelligentiæ admirabile, quia mirabilium ſuorũ. Tertio eſt voluntati delectabile, quia miſericors & miſerator Dominus, eſcam dedit timentibus ſe. Primum quidem in teſtimonium amoris, ſecundum in velamentum ſtuporis, tertium in alimentum dulcoris.

Primo hoc ſacramentũ eſt memorabile, ſecundo eſt admirabile, tertio eſt delectabile.

Articulus Primus.

Quòd propter tria eſt hoc ſacramentum noſtræ memoriæ reformatiuum.

D PRimo quidem hoc ſacramentum eſt memoriale, ſcilicet memoriæ, quia memoriam fecit. & maximè memoriale eſt trium. Primo Chriſti dilectionis, ſecundo ſuę paſſionis, tertio noſtræ ſanationis.

Quòd hoc ſacramentum eſt memoriale ſuæ dilectionis qua Chriſtus dilexit nos. Cap. 1.

Primo hoc ſacramentum eſt memorabile ſuæ dilectionis.

PRimo inquàm hoc ſacramentũ eſt memoriale ſuæ dilectionis: quia dilexit nos, & lauit nos in ſanguine ſuo à peccatis nr̃is, Apoc. 1. Solet vtique homo, cum eſt in magno amoris feruore, ex vehementia dilectionis facere magna. E Quia, ſecundum Greg. charitas operatur magna, ſi eſt magna. Et quãto maior eſt, tanto maiora ſatagit operari. Sicut etiam in carnalibus amatoribus patet: quanto magis in filocapto Ieſu. Nam ſicut Ioan. 13. ait: Sciens Ieſus quia venit eius hora vt tranſeat de hoc mundo ad Patrem, cũ dilexiſſet ſuos, qui erant in mundo, in finẽ dilexit eos. i. maiora ſigna dilectionis oſtendit eis, more ſcilicet veri amantis, & amici cordialis. Nam quæ in fine mutuorum receſſuum inter amicos, in ſignum perpetuæ amicitiæ, ac memoriæ celebrantur: fortius & firmius memoriæ imprimuntur, & chariora tenentur, atque ſeruantur. F More inſuper amoroſi patris, qui in ſuo fine teſtamẽtum hæreditatis bonorum condit, & relinquit filijs ſuis. Inſuper & quaſdam ſingulares informationes tradit, quaſi quoddam memoriale dilectionis. Sed notanter in accuſatiuo caſu Ioan. inquit, in finem dilexit: vt ex hoc modo loquẽdi innuat manifeſtè, q̃ non ad hanc vitam hic ſtatuẽdam, ſed ad perducendum eos per hoc ſacramẽtum in finem æternæ vitæ dilexit eos. In illo feruoris exceſſu, quando paratus erat pro nobis in mortem tradere vitam ſuam, ab exceſſu amoris maius opus agere coactus eſt, quã vnquàm operatus fuit ab origine mũdi dare nobis corpus in cibum, & ſanguinẽ ſuũ in potum. G Ideo in perſona Chriſti ad Dominum propheta ait, dicens, Zelus domus tuæ comedit me. id eſt, immenſus animarũ zelus, & zelans amor me comeſtibilem fecit. Vt igitur mens percipiat fructum tanti amoris, tria ei neceſſaria ſunt. Primum eſt vigilantia, quæ mentem ſollicitet ad conſiderationem tanti amoris, vt dicere valeat cum p̃s. Deus Deus meus, ad te de luce vigilo. Secundum eſt cõcupiſcentia, quę mentem inflammet ad amorem tantæ dilectionis, vt cum p̃s. dicat, Quemadmodum deſiderat ceruus ad fontes aquarum. H Et illud, Sitiuit anima mea ad Deum fontẽ viuum: quando veniam, & apparebo ante faciem Dei? Et oibus creaturis dicat illud Cant. 5. Nunciate dilecto, quia amore langueo. Tertium eſt complacentia, quæ mentem delectet, ac quietet in amore amantis, vt dicere valeat illud Cant. 2. Dilectus meus mihi, & ego illi, qui paſcitur inter lilia, donec aſpiret dies & inclinentur vmbræ. Et iterum in eodem ait, Sub vmbra illius, quem deſideraueram ſedi, & fructus eius dulcis gut-

Dicit in finem ut intelligamus per ſeueritatẽ diuini amoris.

Tria ſunt neceſſaria ut mens percipiat fructum tãti amoris.

Complacẽtia quæ mentem delectat.

A turi meo. O quàm viſceroſa charitas Chriſti Ieſu, o ardens amor fornace cordis ſui, o admiranda immenſitas tātæ dilectionis, o inquàm latitudo incomprehenſibilis tantæ dignationis: vt tanto amoris ardore erga noſtram prauitatem flagraret, ꝙ ſuā carnem in cibum, & ſuum ſanguinē in potum nobis tam largifluè largiretur.

Per Dominicum ſacramentum continuæ recolitur, & innouatur memoria paſſionis Chriſti. Cap. 2.

B

Secundo eſt memorabile acerbiſſimæ Chriſti Paſſionis ſi conſiderētur tria.

SEcundo hoc ſacramentum eſt memoria le acerbiſſimæ Chriſti paſſionis: Maximè ſi conſideremus tria in hoc ſacramēto. Primo inſtitutionem, ſecundo reformationem, tertio ſuſceptionem. Primo ſi conſideremus eius inſtitutionem, quia in memoriam paſſionis eius inſtituit illud Chriſtus. Quod etiam oſtendit ipſe Luc. vigeſimo ſecundo, dicens, Hoc facite in meam commemorationem. hoc eſt meæ paſſionis repræſentationem. Et iterum. 1. Corinth. vndecimo. Apoſtolus patēter ait: Quotieſcunque enim manducabitis panem hunc,

C

Apoſtolus ponit tria de hoc ſacramēto.

& calicem bibetis: mortem Domini annunciabitis, donec veniat. In quibus verbis Apoſtolus ponit tria de hoc ſanctiſſimo ſacramento. Primo vſum, ſecundo ſignum, tertio terminum. Primo inquàm ponit vſum, cum ait, Quotienſcunque enim manducabitis panem hunc, & calicem bibetis. Licet enim in cibo, & potu recolatur Paſſio Ieſu Chriſti: magis tamen exprimitur Paſſio eius in conſecratione ſanguinis, quā in conſecratione corporis, aut panis. Nam eo ipſo quòd per ſe conſecratur ſanguis, effuſionem eius à corpore manifeſtè demonſtrat. Effuſio ſanguinis, quia pœnale

D eſt: pœnam indicat. Propterea ponit vas recollectionis, ſcilicet calix ſignans Chriſti paſſionem. Secundo ponit ſignum, cum ait, mortem Domini annunciabitis: non enim tantum beneficium tradi debet obliuioni. Proinde Eccleſiaſt. vigeſimo nono, admonet, dicens, Gratiam fideiuſſoris ne obliuiſcaris. Tertio addit terminum, ſcilicet donec veniat, ſcilicet ad iudicium Dominus. Sic etiam exponitur de conſec. diſtin. 2. c. iteratur. Vſque tunc enim duraturum eſt hoc ſacramentum, ſicut ipſe Dominus ait, Matth. vltimo. Ego vobiſcum ſum omnibus diebus vſque ad conſummationem ſæculi. Tunc enim terminus eius F erit, quia non ſub velamine accidentium, ſed facie ad faciem tunc contemplabimur Deum. Ex his patet, quòd ad hoc iſtud ſacramentum conficitur, vt ex frequentatione ipſius intuentes continuo Chriſti ſanguinem effuſum, ſic de Chriſto paſſo noſtra memoria repleatur, quòd noſtro ſemper fixus ſit in corde, qui ſemel pro nobis fixus fuit in cruce. In hoc etiam dat nobis quaſi plenam poſſeſſionem ſuę paſſionis & mortis, vt quotidie delinquentes lauemur continuò in ſuo ſanguine, & quotidie reficiamur in ſuo ſancto corpore: quaſi non E ſuffecerit amoroſo Ieſu ad inebriati ſui amoris oſtenſionem, quòd ſemel ſanguinem ſuum ſacrum pro nobis realiter effudit in ligno, niſi in nobis quotidie effundatur ſub ſacramento, & iterum quodammodo moriatur. Vnde de conſec. diſtin. 2. cap. quid, ſic dicitur: Chriſtus in ſeipſo immortaliter & incorruptibiliter viuens, iterum in hoc myſterio moritur: quia ſcilicet mors eius repræſentatur. Forma ſacri.

Secundo conſideremus huius ſacramenti formationem, ſcilicet qua conficitur. Nempe omnia clamant Chriſti paſſionem. Nam & numerus dictionum, quæ ponun- G tur in conſecrationis forma, quinarius eſt, ſicut patet in conſecratione calicis, ſeu vini. Nam ſicut per quinque vulnera Chriſti ſanguis principaliter emanauit, ſic etiam per quinque verba perficitur conſecratio iſta. Quæ quidem ſunt hæc. Hic eſt calix ſanguinis mei. Reliqua verò verba conſecrationis calicis, ſecundum aliquos magnos Doctores, etiam ſunt de conſecrationis forma. Vnde in talibus verbis pars tutiſſima eſt, intentionem ſuam intentioni eccleſiæ conſormare, atque applicare, ſecundum Scot. in quarta diſtin. octaua. Forma autem tota in aliquo Euangeliſtarum H non reperitur: ſed à beato Petro iſta, qua eccleſia vtitur, tradita perhibetur. In forma autem conſecrationis hoſtiæ etiam numerus quodammodo quinarius eſt: licèt fortè hæc dictio, enim, non ſit de ſubſtantia formæ, ſed copulatio ad prædictas locutiones. Inſuper & ipſe formandi hoſtiā modus, qui inter ferrea ignita conſtringitur & decoquitur, Chriſti paſſi memoriam exprimit. Nam ferrum igneum fuit ipſa crudelitas Iudęorum contraria Chriſto. Ferrū inſuper plus ignitum fuit immobilis charitas Chriſti, quæ flagrabat pro nobis morti tradere ſemetipſum. Primi ferri figura in

Figura ferri.

Chriſti

A Chriſti corpore relicta eſt, dum vulneratus clauis, cōfoſſus ſpinis, turpatus ſputis, ligatus vinculis, velatuſque oculis, atque plenus iniurijs non remāſit in eo ſpecies, neque decor. Secundi ferri quodammodo non remanſit figura, dum mortem noſtrā moriendo deſtruxit, & vitam reſurgendo reparauit. Suſceptio ſacramenti. Tertiò conſideremus huius ſacramenti ſuſceptionem. id eſt, modum quo ſuſcipitur, & intelliges eius paſſionis amaritudinem memorari. Nam ipſa hoſtia per manus ſacerdotis frangitur, per dentes teritur, atque

B in ſtomachum mittitur occultanda. Per hoc enim myſticè figuratur fractio, & attritio corporis Ieſu Chriſti, atque in morte conſummatio, & occultatio in ſepulchro. Et ad idem habetur de conſec. diſt. 2. cap. dum frangitur. Per omnia igitur ſupradicta clamat Ieſus in mente ſua illud Threñ. 3. Recordare paupertatis, & tranſgreſſionis meę, & abſynthij, & fellis. Et tu anima mea reſpōde dilecto tuo Ieſu Chriſto Threñ. 3. Memoria memor ero, & tabeſcet in me anima mea.

C *Quòd Dominicum ſacramentum datum eſt nobis in medicinam noſtræ ſpiritualis infirmitatis. Cap. 3.*

Tertio hoc ſacramentū eſt memoriale noſtræ ſanationis.

TErtio hoc ſacramentum eſt memoriale noſtræ ſanationis. Tanta enim infirmitas propter pomi mortiferi corruptionem per primos noſtros parentes humano generi diffuſe eſt, vt incurabilis eſſet, niſi ei optima medicina ſubuenire tur: quam facere non poterat, niſi prudentia Saluatoris. Vnde Eccleſiaſt. trigeſimooctauo. Altiſſimus de terra. id eſt, de Vir-

D ginis carne, creauit medicinam: & vir prudens non abhorrebit illam. Nempe hoſtis antiquus per venenum cibi vetiti tria mala in homine operatus eſt. Primo in anima tenebras ignorantiæ, ſecundo in corpore morbum concupiſcentiæ, tertio mortem æternam in vtroque. Contra hæc tria inſtituta eſt corporis Chriſti medicina. Proinde aſſimilatur triplici dulci cibo & medicinali. ſcilicet melli propter primum, ficui propter ſecundum, vuæ propter tertium.

Hoſtis antiquus p. venenum cibi, tria mala in homine operatus eſt.

Prima ſanatio.

Prima ſanatio. Primo enim ad ſanandū cordis oculos, & ad expellendum tenebras ignorantiæ, dedit Dominus hoc venerabile ſacramentum figuratum in melle. Vnde Prouerb. vigeſimo quarto. Comede fili mi mel, quoniam bonum eſt. Mel ſiquidem E
dulce, corpus Chriſti ſignificat: quod vtiq; bonum eſt, quia tenebras noſtræ mentis propulſat, & eam lumine diuino illuſtrat. In cuius myſteriū. 1. Reg. 14. Ionathas ait. Vidiſtis, quia illuminati ſunt oculi mei: quia guſtaui paululum de melle. Et iterum Iſa. 7. dicitur: Butyrum & mel comedet: vt ſciat reprobare malum, & eligere bonum. Propterea ſicut ait propheta, Accedite ad eum, & illuminamini.

Secunda ſanatio.

Secunda ſanatio. Secundo ad ſanandum in corpore morbum concupiſcentiæ, Dominus dedit hoc ſacramentum figuratum in ficum. Vnde Hiere. 24. Video ficus bonas F
valde. Quia dulce corpus Chriſti Dei, & hominis per eas ſignificatur: hæ ficus bonæ ſunt valde, quia mentem & corpus à morbo concupiſcentiæ prauæ ſanant. Vnde 4. Regum 20. & Iſa. trigeſimooctauo. Iſaias offerri iuſſit ficuum maſſam, quam cum poſuiſſet ſuper vlcera regis, vlcus regis ſanatum eſt. Vlcus nempe regis concupiſcentia eſt carnis: ſed ficuum maſſa corpus eſt Domini noſtri Ieſu Chriſti, continens omniū bonorum ſuauitatem, ſcilicet ad medicinā deſideriorum malorum.

Tertia ſanatio.

Tertia ſanatio. Tertio ad ſanandum mortem in vtroque dedit Dominus hoc ſacramentum figuratum in vua. Vnde Luc. 1. G
Benedictus fructus ventris tui, qui eſt corpus Chriſti. Quod fructus eſt vitæ, & vitis valens ad deſtructionem mortis æternæ, & ad acquiſitionem vitæ ſempiternæ, ſicut Prouer. 3. dicitur, Lignum vitæ eſt his, qui apprehenderint eam: & qui tenuerit eam, beatus eſt. Vnde Hylarius. Accepta carne Domini, & hauſto ſanguine. id perficitur, ſeu efficitur, vt nos in ipſo, & ipſe in nobis ſit. Hæc igitur eſt cauſa vitæ noſtræ, quæ in nobis carnalibus per carnem Chriſtum, qui nobis veravita eſt, manentem:
habeamus per eum victuri ea con H
ditione, qua viuit ipſe per patrem, qui in eo eſt. Igitur comedite amici mei, & bibite, & inebriamini chariſſimi, vt dicitur Cant. 5. c.

A

ARTICVLVS SECVNDVS.

De mirabilibus Dominici ſacramenti. Et diuiditur iſte articulus in tres partes.

Myſteriū tremendum altaris.

SEcundo hoc ſacramentum eſt admirabile ſcilicet intelligentia. Vnde propheta ſubdit. Mirabilium ſuorum. Tripliciter enim mirabile eſt. Primo in cōſecratione, ſecundo in inſtitutione, tertio in perceptione. In primo enim relucet mirabilis Dei potentia, in ſecundo mirabilis Dei ſapientia, in tertio mirabilis Dei clementia & beniuolentia.

B

Prima pars articuli ſecundi de tribus mirabilibus, in quibus apparet admiranda Dei potentia in inſtitutione ſacramenti huius.

PRimo quidem eſt admirabile intelligentiæ hoc ſacramentum in conſecratione. Et in hoc relucet admirabilis potentia Dei, & maximè quo ad tria. Primo quo ad tranſubſtātiationē, ſeu conuerſionē, ſcđo mirabilius quo ad extenſionē, tertio mirabiliſſimum quo ad locationem.

C

Quadruplici ratione probatur poſſibile eſſe conuerſionem ſubſtantiæ panis in corpus Chriſti. Cap. I.

Admirabile eſt hoc ſacramentum.

Primo quantum ad cōuerſionem. Vide decem excellentias quas huic ſacramento attribuit D. Tho. qui egregie ſcripſit de hac materia iuxta decē prædicamenta.

PRimo inquam mirabilis eſt quantum ad conuerſionem, ſeu tranſubſtātiationē: quia panis & vinum mutantur ſecundum ſuam totam naturam & ſubſtantiam, & ſecundū ſuam totam formam, manens ſolum ſecundum ſua accidētia. Sed quia hęc vna de præcipuis veritatibus noſtræ fidei, & ſummè neceſſaria ad credendum: quia in ea conſiſtit principaliſſimum fundamentum tū catholicæ fidei, & eccleſiæ ſanctæ, ac diuini cultus & grãe: idcirco fide indubitabili eſt tenenda, ac deuotione celebri, ac alacri amplectenda. Et licet catholica fides non indigeat rationibus noſtris, nec in huiuſmodi rationibus fundetur: ſed potius ipſam rationem ſtabiliat, eleuet, & illuſtret: nihilominus ad cęcitatem infidelium conuincendum, & ad conſetuandum aciem intelligētiæ noſtræ, atque ad veritatem intelligibiliter contemplandam: necnon ad fidelium ac deuotorū ſolamen, afferre nitimur quadruplicem rationem. Prima eſt ratio manuductiua, ſecunda eſt ratio comparatiua, tertia eſt ratio ſequeſtratiua, quarta eſt ratio diſtantiua. Prima inquàm ratio eſt manuductiua ex euidentia nouæ poteſtatis, quæ talis eſt. Impoſſibile quidem eſt creaturā minus aſſimilari Deo in his, quę ſunt maioris nobilitatis & virtutis, & in his ad quæ De⁹ totam virtutem naturę & intentionem inclinat & ducit. Sed nihil in creatura nobilius reperitur, quàm ratio & dignitas cauſalitatis & affectiuæ uirtutis. Proinde Diony. 3. de Angelica hierarchia ait, ꝙ diuini⁹ omniū eſt Deo cooperari. Dominus enim ferè totam naturā, & ferè omnes cauſales virtutes miro modo inclinat, & ducit ad opus alicuius conuerſionis: & hoc quaſi ꝑ quoſdam gradus ſemper in altius procedētes, & conuerſioni totali magis ac magis approximātes quintuplex gradus. Initium igitur mutationū ſumendo à loco inferiori. Primus gradus eſt naturalis, ſeu artificialis alteratio, ſecundus infocatio, tertius generatio, quartus incorporatio, quintus transformatio. Primus mutationum gradus eſt naturalis, ſeu artificialis alteratio, ꝑ quam ſubiectum de vno accidente in aliud vertitur & mutatur. Secundus gradus eſt ignitio vel infocatio, qualis in ferro eſt, ſeu in candente ære, ſeu in auro liquefacto. Hoc ſiquidem amplius importare videtur, quàm ſolam alterationem accidentalem. Tertius gradus eſt generatio, per quam aliquo modo de vna ſubſtātia fit alia: per hoc ꝙ materia vertitur ab vna forma ſubſtantiali in aliam, ſicut patet de gallina per cubationem conuertentem ouum in pullum. Quartus eſt incorporatio, qualis fit ꝑ vim nutritiuam & augmentatiuam: per quas cibus conuertitur nō ſolum in aliam formā, ſed etiam aliquo modo, prout eſt poſſibile creaturæ in priorem partem corporis, ſeu carnis. Quintus gradus eſt transformatio: quia per amorem amans ſic transformatur in ipſum amatum, quod quaſi in ipſo eſt & idipſum. Vnde à Chriſto, Matth. 6. dictum eſt, Vbi eſt theſaurus tuus, ibi eſt & cor tuum. Et 1. ad Corint. 6. Qui adhæret Deo, vnus ſpiritus eſt cum eo. Et alibi dicitur, ꝙ amicus eſt alter ego. Nempe in nobiſipſis ſentimus, ꝙ ipſa vis amoris, & præcipue ardentis, totaliter ad hoc nititur, inhyat & geſtit: vt non ſolum ſit in intimis ipſius amati, ſed etiam quodammodo fit ipſum amatum. Quod quidem in diuino amore tantum excedit, quòd incomparabiliter diligitur

F

E

Quintuplex gradus.

G

H

Quāta ſit vis amoris.

A ligitur Deus dilectus, quàm mens ipſum amans diligat ſemetipſam. immò ſuijpſius obliuiſcitur, & ſibijpſi quaſi annihilatur amore ſui dilecti. Sicut ſaltem futurum in gloria ſempiterna eſt, immò iam in beatis eſt, & ſi in præſenti vita non ſit ad plenū. Hic ſiquidem amor in tantum aſcendit in anima Chriſti, quòd ſuppoſitum amoris eſt ipſe Deus, reflectens in ſeipſum amorē illum tanquàm ſeipſum. Igitur omnia ſupradicta, tam per rationem diuinæ ſimilitudinis in ſeipſis participare, quàm per totale conatum & intentionem naturæ ad opera conuerſionis à Deo vniuerſaliter inclinatæ, quàm per ordinem prædictæ aſcenſionis gradatæ, apertiſſimè & fortiſſimè clamant, quòd opus totalis conuerſionis eſt opus altiſſimum, & quòd eius cauſalis poteſtas perfectiſſimè eſt in Deo: atque omnia ſupradicta hæc manifeſtiſſimè proteſtātur & clamant cum Pſalmo. Potens es Domine, ſcilicet in hoc ſacramento talia operari, & veritas tua in circuitu tuo. Secunda ratio eſt comparatiua. Conſtat enim quòd opus ſoli Deo poſſibile eſt, & eſſe debet incomparabiliter altius, & profundius & C incomprehenſibilius, quàm aliquod opus alicui creaturæ communicabile, ſeu cōmunicatum. Sed in prædictis conuerſionibus, quæ vtique communicatæ ſunt agenti creato, eſt altitudo & etiam profunditas incōprehenſibilis & imperſcrutabilis nobis: igitur tota eorum altitudo & etiam incōprehenſibilitas clamat, quòd Deus poſſit aliquod opus conuerſionis operari, & facere incomparabiliter altius, & incomprehenſibilius. Sed nihil videtur ſupra illa eſſe, niſi conuerſio de tota in totum, aut aliquid ei ſimile & æquiualens: igitur &c. Tertia ratio eſt diſtantiua. Plus enim diſtant ens & non ens, quàm abinuicem diſtēt duo entia, ſecundum diſtantiam eſſentialem. Sed D Deus poteſt de nihilo facere: multo amplius vnum ens ex quocunque alio ente. Nonne per Dei potentiam de coſta viri ſubitò mulier facta eſt, Nonne etiam Moyſi virga ex diuina potentia mutata ſubitò fuit in ſerpentem? ſicut patet Exo. 4. & 7. Multa quoque ſimilia exempla apponit hic Ambro. de conſe. diſt. 2. c. reuera. & c. in quib. in fine dicitur. Quid hic quæris naturæ ordinem in Chriſti corpore, cum præter naturam ſit ipſe Chriſti partus ex Virgine? Et iterum Ambro. ait: De totius mundi operibus legitur, quòd ipſe dixit, & facta ſunt. Sermo igitur, qui potuit facere ex nihilo

Secunda ratio.

Tertia ratio.

quæ non erant, poteſt etiā ea quę ſunt mutare in id, quod non erat. Non enim minus E eſt dare nouas, quàm mutare reb. naturas. Et ſic ꝙ erat panis ante conſecrationem, iam corpus Chriſti veraciter factū eſt poſt conſecrationem. Quia ſermo mutat creaturam. Et ita irrationalis creatura & inanimata, ſcilicet panis mutatur in melius. ſ. in corpus Chriſti uirtute verbi Dei. Mirū eſt igitur, ꝙ peccator nō mutatur, nec verbis, nec beneficijs, nec minis, nec promiſſis poteſt conuerti de mala ſua vita in bonam. Quarta verò ratio eſt ſequeſtratiua. Patet enim, ꝙ intellectus multa ſequeſtrare pōt, quæ tamen ſenſus ſequeſtrare non poteſt, F eo ꝙ intellectus magis immaterialis potentia eſt, atq; longè igitur magis ſpiritualis. ſed potentia Dei incomparabiliter magis immaterialis eſt, quàm intellectus, ſeu intelligentia noſtra. Propterea eſt magis ſequeſtratiua, vt poſſit illa ab inuicem ſequeſtrare. Ad idem Hylarius in lib. de Trinita. ait, ꝙ Deus plura facere poteſt, quàm videt intelligere intellectus. Præterea cum intellectus intelligere poſſet accidens ſine ſubiecto, immò etiam ſenſus accidens videt nunquàm in videndo ſubiectum: ergo multo fortius diuina virtus poterit in hoc ſacramento vnum ab altero ſequeſtrare. Et G ſic ex quadruplici ratione hæc veritas euidenter patet. Hanc quidem conuerſionem propheticè poſtulabat Eccl. 36. dicens, innoua ſigna, immuta mirabilia, glorifica manum & brachium dextrum. Legimus enim quædam ſigna vetera quædam verò noua legimus, & alia ſigna alio ordine immutata. Et hoc eſſe poteſt ſecundum quadruplicem varietatem. Prima eſt, quando manet ſubſtantia, & accidens conuertitur in ſubſtantiam aliam. Secunda eſt, quando mutatur ſubſtantia & accidens. Tertia eſt, quando manet ſubiectum, & accidentia alterantur. Quarta eſt, quando tranſit ſubiectum, & remanent accidētia. Prima mutatio eſt, H quando manet ſubiectum, & accidens conuertitur in ſubſtantiam aliam. Et hanc mutationem fecit Deus, quando Exod. 17. & Numeri 20. Mutauit petram in ſtagna aquarum. Secunda eſt, quando mutatur ſubſtantia & accidens: vt ſubſtantia aquæ & accidens aquæ in ſubſtantiam vini: ſicut patet, quando Chriſtus mutauit aquam in vinum, Ioan. 2. Tertia autem eſt, quando manet ſubiectum & alterantur accidentia: ſicut patet in mutatione, qua mutauit Deus aquam fluuij Marath in dulcedine, quæ

Quarta ratio.

De ſignis quadruplex varietas.

A prius amara erat, ſicut habetur Exod. 15. Quarta verò mutatio eſt, quando tranſit ſubiectum & remanent accidentia, ſicut cõtingit in hoc venerabiliſſimo, atque ſanctiſſimo Sacramento, tam in pane quàm in vino. Vnde Ambro. ait: Vbi verò acceſſit cõſecratio, de pane fit corpus Chriſti, poſt conſecrationem. Et vinum in calice mixtum, fit ſanguis Chriſti. Hæc ille. Ex his & conſimilibus patet, quòd in hoc ſacramento, ſecundũ Eccleſiaſt. eſt innouatio ſignorum, & immutatio mirabilium: quibus manus & brachium Dei dexterum in potentia Ieſu Chriſti, glorificatur. Nec inſuper à B miraculo vacat, quòd ſæpe corporis & ſanguinis ſacramentum, aut propter dubitantes, aut certè propter ardentius diligentes inuiſibili ſpecie, vt agni, vel pueri forma: aut in ſanguinis & carnis colore monſtrata ſunt: vt quod latebat à myſterio, pateſceret in miraculo.

De quatuor mirabilibus, quæ interueniunt in hoc Sacramento circa eius extenſionem, & quomodo mirabilia ſunt. Cap. 2.

C

Secundo eſt mirabilis quantum ad extenſionẽ, & circa hoc inter alia, quatuor mirabilia.

SEcundo quidem mirabilius eſt hoc ſacramentum, quantum ad extẽſionem. Et circa hoc inter alia, quatuor mirabilia apparent in hoc ſacramento, quæ ignorantibus impoſſibilia æſtimantur.

Primum mirabile eſt, quòd Chriſti corpus & ſanguis non augetur ex tranſubſtantiatione, nec minuitur ex perceptione. Proinde de conſe. diſt. 2. c. inuitat Auguſt. ait. Quando Chriſtus manducatur, vita mãducatur, ſed non occiditur vt manducetur. Sed mortuos viuificat; quando manducatur reficit, ſed non deficit. Manducatur Chriſtus, viuit manducatus, quia ſurrexit occiſus. Et ſubditur, Per partes manducatur in ſacra- D mento, manet integer totus in cœlo, manet integer totus in corde tuo. Hæc ibi. Vnde ſicut homo cum comeditur à Leone, anima eius non conſumitur, ſed tantum corpus: ſic dum hoſtia ſumitur à ſacerdote, non conſumitur corpus Chriſti, ſed tantum panis ſpecies. Et ſicut corrupto hominis corpore anima integra ſeparatur, ſic facta corruptione circa ſpecies panis deſinit eſſe corpus Chriſti in loco. Vnde dixit beatus Andreas Egeæ. Agnus iſte poſtquàm à fidelibus eſt comeſtus, integer remanet, atque viuit. Sicut enim gemma virtutem ſuam effundit, & tamen non minuitur: ſic E etiam corpus nos paſcendo non minoratur. Hoc idem patet in luce & in ſcientia, quæ communicatæ non deficiunt. Huius nempe figura præceſſit in manna, Exod. decimoſexto, quando nec qui plus parauẽrat de illo amplius adinuenit, non reperit minus qui minus parauerat. Sic nempe eſt in hoc venerabili ſacramento, vt patet de conſec. diſtin. 2. c. vbi. Nam nec qui conſecrat hoſtias multas inuenit amplius, nec qui conſecrat unam ſolam reperit minus.

Secundum mirabile eſt, quòd corpus Chriſti tam magnum poſſet in tam parua hoſtia contineri, cum imaginatio noſtra F minimè intelligere poſſet, maius infra minus corpus totaliter contineri. Ad quod intelligendum manu ducit ſententia Auguſtini de quantitate animæ, Qui probat animam maiorem eſſe quàm corpus, eo quòd intra ſe cogitare poteſt totam magnitudinem mundi, & ſic intra ſe continere eam. Similiter anima, cum ſit maior quàm corpus, tota in corpore continetur. Conſimili etiam modo, cum corpus Chriſti ipſa hoſtia maius ſit: nihilominus tam infra tam paruam hoſtiam continetur: non tamen contractum, ſed ita magnum atque G perfectum, ſicut in cœlo eſt. Quod quidem in oculo patere poteſt. Nam viſio, cum in parua pupilla oculi ſit: tamen cum ea maximi cernuntur montes: & in paruo ſpeculo, ſicut & in magno, imago expreſsè & integrè cerni poteſt. Vnde cum propheta ait, Dominus in Syon magnus. Syon enim ſpeculum interpretatur, ſecundum Auguſt. & Papiam. Magnus ergo in Syon Dominus eſſe dicitur, quia verum corpus Chriſti tam integraliter & ſub parua ſpecie, ſicut ſub magna creditur eſſe. Vnde quantumcunque parua ſit illa ſpecies panis: tamẽ ibi eſt totum corpus Chriſti, per conuerſionem ſanguinis, per connexionem animæ, per coniunctionem diuinitas integra per vnionem. H

Tertium mirabile eſt, ꝙ cum hoſtia frangitur: tamen corpus Chriſti infra eam exiſtens minimè frangi poteſt: ſicut ad cuiuſlibet operis diuiſionem, manifeſtè ſequitur ſeparatio virtutis ſuæ. Ad hoc tamen intelligẽdum manuducit ſentẽtia Auguſt. in lib. de ſpiritu & anima: vbi manifeſtè probat, quòd anima in qualibet parte tota eſt, nec diuiditur, licet diuidatur corpus. Eodem etiam modo, cum corpus Chriſti in qualibet particula hoſtiæ totum ſit,

A ſit, ea in plures partes diuiſa, non tñ corpus Chriſti diuidi poteſt, ſed in qualibet particula manet totum. Quod quidem in ſpeculo patere poteſt, ꝙ cum vnica ſola imago cernatur in eo: tñ quantumcunque frangatur, nõ diuiditur imago, ſed integra in qualibet particula perſeuerat. Sic cum hoſtia in plures partes diuiditur, ſcilicet vt inde communicentur fideles, quilibet ſuſcipit totum corpus Chriſti. Huius rei mirabilis ratio eſt ineffabilis vnio, ſcilicet hominis & Dei, carnis & verbi. Vnde ſicut verbũ Dei totum vbique eſt, ac totum replet cœlum B & mundum indiuiſum manens: ſic dedit corpori quod aſſumpſit, & ſibi in vnitate perſonę vniuit eſſe, poſſe in multis locis, & in ſe coniũctum manere. Diuiditur igitur in partes in ſacramento, qui totus manet integer in ſeipſo. Quartum mirabile eſt, quod aliquid conuertatur in ſuppoſitum præexiſtens: ſic corpus Chriſti præexiſtit huic conuerſioni. Ad hoc declarandum manuducit dictum Auguſt. in lib. confeſſ. qui in perſona Domini ait: Manducabis me, & ego non mutabor in te, ſed tu mutaberis in me. In conuerſione enim nutrimenti cor-C poralis ſic contingit, quòd quando cibus conuertitur, equidem conuertitur in ſuppoſitum præexiſtens. Ideo non eſt mirum, ſi in hoc ſacraméto ex diuina virtute ibidem præexiſtens conuerſio fiat, ſicut ſupra in 2. art. cap. 1. dicebatur.

Auguſt.

Quomodo quatuor mirabilia circa localitatem huius ſacramenti poßibilia ſunt. Cap. 3.

3. Eſt mirabiliſſimum hoc ſacramentũ quoad locationẽ circa, q̃ inter alia 4. miranda ſunt.

Triplex differens reperitur natura.

TErtio quoque mirabiliſſimum eſt hoc ſacramentum quo ad locationem. Circa quod inter alia quatuor mirãda ſunt. Primum mirabile eſt, quòd idem corpus numero poſſet eſſe ſub ſacramento D in diuerſis locis. Ad cuius intelligentiam notandum eſt, quòd triplex differens reperitur natura. Prima eſt natura corporea nõ vnita, ſecunda eſt natura ſpiritualis corpori vnita, tertia eſt natura creata diuinitati vnita. Prima inquam eſt natura corporea non vnita, ſicut lignum, lapis, terra, aqua & conſimilia. Et hæc ita arctatur, quòd eſt in loco tota in toto, & pars in parte. Secunda eſt natura ſpiritualis corpori vnita, ſicut eſt anima rationalis. Et hæc non tantum arctatur, quantum natura corporalis, quia poteſt eſſe tota in toto, & tota in qualibet parte, vbi partes ſunt ipſi toti vnitæ. Tertia eſt naturã creata vnita diuinitati, ſicut & in E hoc ſacro, & in hac minor arctatio eſt, quia totus Chriſtus eſt in qualibet parte hoſtiæ, ſiue ſint partes vnitæ, ſiue non. Proinde dicitur de conſe. diſt. 2. c. quid ſit. Sicut diuinitas verbi Dei vita eſt, quę totum implet mundum: ita licet multis locis & innumerabilibus diebus illud corpus conſecratur, non ſunt tamen multa corpora Chriſti, nec multi calices; ſed vnum corpus Chriſti, & vnus ſanguis cum illo, quod aſſumpſit in vtero Virginis, & quod dedit ſuis Apoſtolis. Diuinitas enim verbi implet id, quod vbique eſt, & coniungit ac facit: vt ſicut ipſa eſt vna, ita vnum eius corpus ſit in veritate. F Vnde aduertendum eſt, ꝙ ſiue plus, ſiue minus quis inde percipiat: oẽs æqualiter corpus Chriſti integerrime ſumunt, & generaliter omnes & ſpecialiter vnuſquiſque. Hoc idem ait Greg. ibid. Et idem habetur in ea. diſt. c. ſinguli. & c. in Chriſto. Veruntamen in hoc ſacramento eſt arctatio quædam. Nam non poteſt corpus Chriſti ſub ſacramento eſſe in aliqua parte vniuerſi, niſi ſm aliquam ſpeciem, quam. ſ. virtus determinat conſecrantis. Prædicta aũt veritas G clamat congruentiam diuerſorum altiſſimorum ſenſuum. Puta illam admirabilem præſentiam, qua omnia beatis præſentãtur in verbo, & qua omnes beati in ipſo verbo ſuperintellectualiter ſunt ibi præſentes, & illam qua Deus eſt oĩa in omnibus, & illam qua pauperes euangelici reiectis mundanis per charitatis incendium in idipſum conuerſi, omnia loca, & lata mundi ſpatia quaſi pro puncto habent, & quaſi nihil reſpiciunt, & ſic de conſimilibus. Quòd autẽ idem corpus in numero poſſet eſſe ſub ſacramento in diuerſis locis, in figura præceſſit Exo. 20. vbi præcepit Dominus, dicens, H Altare de terra facietis mihi, & offeretis ſuper eo holocauſta & pacifica vr̃a, oues veſtras & boues in loco, in quo memoria erit nominis mei. Vbi myſticè denotatur ꝑ terram terrenum elementum. ſ. panis & vinũ. Altare ſiquidem, dñicum corpus eſt: quaſi alta res. hoc de terra fit. i. de triticeo pane: qui quidem eſt terra. Omnis aũt locus omne altare ſignificat, in quo fit memoria nominis Dei. ſ. quantum ad formæ ſacraméti inſtitutionem. Hug. de S. Vict. in lib. de ſacramen. de ſupradicto admirando miraculo rationem aſſignat dicens, quòd iõ in natura idẽ corpus non põt eſſe in diuerſis locis, quia Deus naturæ conditor talem corporibus dedit legem. Propterea cum quilibet

A bet legislator poſſet diſpēſare in lege, quā
ipſe ſtatuit, immo oppoſitum ordinare: ita
poteſt Deus hoc ordinare in toto, quod cō
didit in vniuerſo. Hoc etiam oſtendit ratio
manifeſta, quæ eſt, ꝗ filius hominis poten-
tià participat filij Dei propter perſonę vni-
tatem. Vnde Ambr. Sicut in vnam perſonā,
ita & in vnam potentiam conueniunt Dei
& hominis filius: vnde ſicut Dei filius eſt
eſſentialiter in omnibus rebus: ita dedit fi-
lio hominis, vt corpus eius ſacramētaliter
poſſit eſſe in pluribus locis. Secundum ve-
ro mirabile eſt, quòd duo corpora poſſunt
B ſimul eſſe in eo loco, ita ꝗ corpus Chriſti
ſit infra hoſtiæ diuiſiones, & non ponatur
in aliqua eius concauitate. Sed Damaſc. in
ſententijs ad hoc bene intelligendum po-
nit exemplū de igne, qui intimatur ferro:
cum ignis corpus ſubtile ſit, & ferrum ſit
adeo durum. Sic corpus Chriſti, cū per do-
tem ſubtilitatis reſurrectionis ſuæ ſit ſubti-
lius igne, poteſt melius talibus intimari,
nec tamen eſt in aliqua hoſtiæ concauitate,
ſicut nec in concauitatibus humani corpo-
ris eſt anima intellectiua. Tertium vero mi-
rabile eſt, ꝗ in hoc ſacramento Chriſtus de
cœlo deſcendit, nec tamē inde receſſit. Sed
hoc eſſe poſſibile, declarat Orig. ſup Matt.
C dicens, ꝗ Dei filius veniens in Virgine to-
tus, totus remanſit apud Deum patrem, &
non dimidius apud eum, & dimidius apud
Virginem erat. Sicut & veritas, quam men
te concipimus, cū eam docemus: tota rema
net apud nos, ac tota ad diſcentem tranſit.
Sic igitur eſt de corpore Chriſti in ſacra-
mēto, ſicut eſt de veritate in anima noſtra.
Quartum mirabile eſt, ꝗ tam in breui mo-
mento, ſicut dum proferuntur conſecratio-
nis verba, poſſit trāſire ſpiritus Chriſtus de
cœlo empyreo ad altare, ꝗ inæſtimabiliter
D ab eo diſtat. Hoc autem poſſibile eſſe decla
rat Aug. ſuper Gen. ad litteram dicēs, quòd
ſicut oculus noſter cum ſubito aperitur, viſi
bile quantumcunque diſtans tranſitu velo-
ciſſimo vſque ad oculum tranſit, nec citius
cernuntur ſidera proxima quàm diſtantia.
Propterea non eſt mirandū ſi corpus Chri-
ſti virtute diuina in tanta diſtantia tam ſu-
bito tranſit, cum ſol in inſtanti tranſmittit
radios ſuos ab oriente in occidente, & ecō
uerſo. Cum etiam agens quanto maioris
virtutis ſit, tanto velocius operatur, atque
mouere poteſt. Quod enim conceditur de
natura, negari non debet ab auctore ipſius
naturæ.

Articvlvs Secvndvs. E

De tribus mirabilibus, in quibus miranda apparet ſapientia Dei, & in inſtitutione huius ſacramenti.

SEcundo hoc eſt mirabile intelligentiā
in inſtitutione. Et in hoc relucet admi-
rabilis ſapiētia Dei, & maxime quo ad
tria. Primo, quia dedit corpus ſuum in ci-
bum; ſecundo, quia dedit ſic ſub accidenti-
bus velatum; tertio, quia dedit ſic occultum
& velatum.

Vt appareat admiranda ſapientia Dei propter tria, dedit corpus ſuum venerabile in alimentum. Cap. 1. F

PRimo inquam in huius ſacramen
ti inſtitutione apparet admirabi
lis ſapientia Dei, quia dedit cor
pus ſuum in cibū & alimentum. *Admirabilis ſapiētia Dei, in huius ſacri inſtitutione.*
Quod impoſſibile æſtimantes Iudæi adin-
uicem litigabant dicentes, Ioan. 6. Quomo
do poteſt hic carnem ſuam dare ad mandu G
càdum? Fecit autem hoc propter triplicem *Fecit hoc ſacrm ꝑ triplicem rationē.*
rationem. Primo, quia hoc exigebat huma-
næ naturæ corruptio. Secundo, quia hoc
exigebat humanæ naturæ conditio. Tertio,
qa hoc exigebat humanæ naturæ defectio.
Primo, quia hoc exigebat humanæ naturæ
corruptio. Sicut enim initiū humanæ cor-
ruptionis & mortis cœpit ab eſca in vetito
ligno, vt patet Gen. 3. ſic reſtitutio humanę
iuſtificationis & vitæ debet eſſe eſca vel ci-
bus ligni vitæ, quæ eſt ſapientia Dei in car-
ne. Sicut dicitur Prouer. 3. Lignum vitæ eſt
his, qui appræhenderint eam; & qui tenue-
rit eam, beatus. vt ſicut antiquus hoſtis per
eſcam corrumpit genus humanum malitia
ſua, ſic Deus per cibum ſanat humanum ge H
nus ſapientia ſua. De quo iubilàdo & exul-
tando canit eccleſia, dicens: Hoc opus no-
ſtræ ſalutis ordo depopoſcerat: multifor-
mis proditoris ars, vt artem falleret, & me-
delam ferret inde, hoſtis vnde læſerat. Se-
cundo, quia exigebat humanæ naturę con-
ditio, quæ quidem rationalis condita eſt:
Creaturæ enim rationalis, ſicut dictum eſt,
cibus & alimonia verbum Dei æternum &
ſapientia patris vtique comprobatur. Quia
igitur humana natura per cōditionem cor-
pore eſt a Deo grauata, & angelica incor-
porea eſt creata. Hinc eſt, quòd ſecundum
conditionem vtriuſque naturæ idem alimē

tum

A tum ſpirituale, quod eſt ſapiētia Dei, vtriſque debuit exhiberi, vt verbum increatum ſecundum ſe ſit cibus ſpirituum ſupernorum, qui incorporei ſunt, & verbum, quod caro factum eſt, ſit cibus hominum, qui corporei dignoſcūtur. Tertio hoc exigebat humanæ naturæ defectio, ſcilicet vt daretur in cibum. Sic enim condita eſt humana natura, vt non ſolum indigebat alimonia corporali, ſed etiam ſpirituali, teſte Domino, qui Matt. 4. ait: Non in ſolo pane viuit hō, ſed de omni verbo, quod procedit de ore Dei.

Simile.

B Proinde ſicut neceſſe eſt ſubtracto cibo corporali corpus deficere & languere: ſic animā ſubtracta alimonia ſpirituali delinquere & peccare, quemadmodū propheta ait, Percuſſus ſum ſicut fœnum, quia oblitus ſum comedere panem meum. Ex his patet, quòd neceſſe fuit quòd daretur hoc ſacramentum, ideſt, hoc ſacramentale viaticum, ſcilicet in cibum animæ peregrinæ. Proinde docuit nos Ieſus Luc. 8. a patre cœleſti quotidie & poſtulare, & dicere, Panem noſtrum quotidianum da nobis hodie. In miniſterium autē huius Mar. 8. Dominus ait.

C Miſereor ſuper turbam, quia ecce iam triduo ſuſtinent me, nec habent quod manducent. Et ſi dimiſero eos ieiunos, deficient in via. Tria ſiquidem tempora, quaſi tres dies anteceſſerant huius ſacramenti inſtitutionem, ſcilicet tempus legis ſcriptæ, & tempus viſitationis propheticæ. Poſt hoc autē tempus noluit pius Ieſus nos dimittere ieiunos: ſed tempore gratiæ Euchariſtiam dedit, quæ 1. quæſt. 1. in cap. multi. bona gratia interpretatur, nobis contulit, ne deficiamus in hac via.

D

Vt admiranda appareret ſapientia Dei, propter tria dedit corpus ſuum ſub accidentibus velatum.

Cap. 2.

2. Apparet mirabilis ſapiētia Dei in huius ſacri inſtitutione.

SEcundum quoque in huius ſacramenti inſtitutione apparet mirabilis ſapientia Dei, quia dedit corpus ſuū ſub accidentibus ſic velatum, ſicut Apoc. 2. ipſe ait, Dabo illi manna abſconditum quaſi cibum velatum. Hinc eſt quòd humanus hæſitauit ſenſus, ſcilicet quòd non attingit profunditatem velaminis huius ſacramenti: & ideo miratur, quomodo poſſibile ſit, quòd hic viſibilis panis ſit ſacramentum ſacratiſſimum corpus Chriſti. quod Exod. 16. myſticè figuratum eſt in filijs Iſrael. Qui cum vidiſſent

E manna, admiratione dicebant, Manu, hoc eſt, quid eſt hoc. Ignorabant autem, quid illud eſſet. Apparebat enim eis viſibilis forma, quæ naturaliter videbatur quaſi ſimilitudo pluuiæ, & latebat eos inuiſibilis eius virtus, quæ exhibebat omnis ſuauitatis ſaporem, & omne delectamentum. Modo cō ſimili contingit in hoc venerabili ſacramento: quia alia eſt forma & ſpecies, quæ apparet: atq; alia eſt virtus & veritas, quæ latet. Vnde de cōſe. diſt. 2. c. quia corpus dicitur. Vere vnica & perfecta hoſtia fide æſtimanda, non ſpecie: nec exteriori cenſenda viſu,

F ſed interiori affectu. Vnde cœleſtis confirmat auctoritas, ſcilicet Io. 6. quia caro mea vere eſt cibus, & ſanguis meus vere eſt potus. Recedat igitur omne infidelitatis ambiguum: quandoquidem qui auctor eſt munerum, ipſe eſt teſtis veritatis, ſcilicet in ſupradicto Ioan. 5. Hoc idem dicitur in c. ſpecies, & in c. nos autem. Vbi Augu. ait. Nos aūt in ſpecie panis & vini, quam videmus: res inuiſibiles, ideſt, carnem & ſanguinem honoramus. Nec ſimiliter compræhendimus has ſolas ſpecies, quemadmodum ante conſecrationem compræhendimus: cum fideliter fateamur ante conſecrationem eſſe panem & vinum, quod natura format:

G poſt conſecrationem vero eſſe carnē Chriſti & ſanguinem, quod benedictio conſecrauit. Idem in c. non hoc corpus. Fecit autem hoc corpus propter triplicem rationem. Primo propter vtilitatem, quo ad bonos. Secundo propter indignitatem, quo ad malos. Tertio propter imbecillitatem, quo ad omnes. Primo propter vtilitatem, ideſt propter meritū fidei, quo ad bonos. Et hoc tripliciter. Primo propter fidei fundationem, ſecundo propter fidei ædificationem, tertio propter fidei prouocationem. Primo propter fidei fundationem. Nam teſte Gregor.

Fecit hoc corpus pp triplicem rationem Primo pp fidei fundationem

H fides non habet meritum, vbi ratio humana præbet experimentum. Cum enim demeritum humani generis cœpit a credulitate, qua Eua credidit falſo teſtimonio diaboli ſuadētis de cibo mortis, ſcilicet de ligno ſcientiæ boni & mali, ac dicentis, nequaquam moriemini, ſed eritis ſicut dij ſcientes bonum & malum: Ideo conueniēs fuit, vt meritum hominis a credulitate initium ſumeret: qua credat homo vero teſtimonio Ieſu Chriſti ſuadentis de cibo vitę, ac dicentis Ioan. 6. Qui manducat meam carnem & bibit meum ſanguinē, in me manet, & ego in eo. Et ſicut demeritum culpæ cœpit in homine ex auditu diabolici verbi mortis pabulum

A bulum ſuggerentis: ita vita gratiæ in humano genere reformetur per verbum Chriſti, vitæ cibũ veraciter proponentis. Et ſic formata fides fiat ex auditu, auditus autem per verbum Chriſti, ſicut ait Apoſtolus ad Roma. 10. Secundo propter fidei ædificationē. Nam ſecũdum Alexandrum in 4. fecit hoc Deus vt ædificaretur fides ad credendũ ea, quæ ſunt ſupra naturam. Vñ Hug. de S. Vict. Diuina ſapientia carnem Chriſti ſub principalis edulij ſpem velauit, & ſic ſumendam propoſuit: vt ſenſus in vno foueretur, & fides in alio ædificaretur. Tertio propter fidei prouocationem, ideſt, vt prouocatētur homines ad credendum ea, quæ ſunt ſupra

2. pp fidei ædificationem.

Tertio pp fidei prouocationē

B intellectum. In hoc enim ſacramento multa ſunt ſupra naturam, & intellectum noſtrum. Placuit ergo diuinæ diſpenſationi, vt intellectus in hoc ſacramento exteriori conſideraret aliquid ſupra naturam: vt ſic magis expediretur ad cognoſcendum per fidem in re ſacramenti, quod eſt ſupra intellectum. Vnde conſideratio ſpeciei ſine ſubiecto, quod eſt ſupra naturam, quodammodo manuducit ad intelligẽdum multa in re interiori, quæ ſupra ipſum intellectũ ſunt.

C Hæc Alex. de Ales ibid. Hæc autem myſticè figurata ſunt Gen. 27. in velatione Iacob, & in pia deceptione Iſaac, atque in caligine eiuſdem. Porrò ipſe Iacob huius ſacramenti myſticum gerit typum, atque Eſau ſenſibilis formæ: Iſaac autem humani ſenſus figuram gerit. Omnes nempe ſenſus, præter auditum, defecerunt in Iſaac: ſolus auditus immunis fuit. Caligauerunt oculi eius, & videre non poterat. Guſtus in eſu hædi deceptus eſt. Et decipiebatur etiã tactus eius; quia contingens manus & collũ Iacob pellibus coopertũ, Eſau fore eſtimabat, dicens, ecce odor filij mi, ſicut odor agri pleni. So-

D lus auditus a deceptione liber euaſit. Vnde & ait, vox quidem Iacob eſt, manus autem ſunt Eſau. Sic & in hoc ſacramento ꝓpter audit· m omnis humanus fallitur in hoc ſacramen.o ſenſus. Secundo autē fecit hoc propter indignitatem, quo ad malos. Exigit nãque malorũ indignitas quòd veletur: ſicut indiget æger oculus, vt ſibi ſol, & quodlibet lumen tegatur, in hoc erga peccatores miſericorditer agēs ſaluatoris benignitas. Niſi enim accidẽtibus velaretur, ac nudum aſpiceretur corpus Ieſu Chriſti, ex hoc forte aſpectu perirent. Quod 1. Reg. 6. in Bethſamitis myſticè figuratur, qui percuſſi & interfecti ſunt, eo quòd arcam Domini conſpexiſſent, quæ ſacramentum corporis Do-

Secundo pp indignitatem.

minici myſticè præfigurabat. Tertio facit propter imbecillitatem quo ad omnes. Nēpe hoc indigebat imbecillitas noſtra. Quia claritatem Dominici corporis nullus vtique poſſet ſuſtinere aſpectus: ideo vt velaretur, neceſſarium fuit. Hoc vero Exo. 34. in claritate vultus Moyſi myſticè figuratũ eſt. Qui propter radiorum coruſcationem videbatur cornutus: intantum quòd filij Iſrael claritatem eius vultus ſuſtinere nõ poterant. Vnde poſuit Moyſes velamen ſuper faciem ſuam. Sic amoroſus vel radioſus Ieſus faciē ſuam omnibus miſericorditer velat. Ex ſupradictis patet, quomodo admiranda ſapientia Dei corpus ſuum ſanctiſſimum ſic velatum dedit. E

Tertio pp imbecillitatem.

F

Inſuper vt appareret admiranda Dei ſapientia, propter tria dedit corpus ſuum ita occultatum.

Cap. 3.

TErtio inſuper in inſtitutione huius ſacramenti apparet admirabilis ſapientia Chriſti, quia tradidit corpus ſuum ſic occultum atque excelſum. In hoc enim demonſtratur excellentia diuinæ ſapientiæ, & virtutis maximæ propter tria. Primo, quia operatur ſupra naturã inſenſibilem. Scdo, quia operatur ſup. naturã ſenſibilē. Tertio, quia operatur ſupra naturã rationabilem. Primo autem in hoc demonſtratur excellentia diuinæ ſapientiæ & virtutis: quia in hoc ſacramento Deus operatur ſupra naturam inſenſibilem. Secundum enim hanc naturam accidentia nõ poſſunt eſſe abſque ſubiecto. Earum enim eſſe, eſt in eſſe, ſecundum Philoſophum 7. Metaph. ideſt eſſe in alio. Nec accidentia ſunt eſſentia, niſi inquantũ ſunt entis. Sed diuina virtus, quæ non coarctatur ad menſurã Inſenſibilis naturę: facit in hoc ſacramēto, quòd accidentia per ſe ſunt, quæ ſecundum naturam habent eſſe, quod eſt in eſſe. Quia ſecundum Apoſtolum ad Roma. 4. vocat ea, quę non ſunt: tanquam ea, quæ ſunt. Ea enim, quæ non ſunt proprie, ſed inſunt, accidentia ſunt: quæ ipſe facit eſſe præter ſubiectũ, atque per ſe ſubſiſtere, tanquam ea, quę per ſe ſunt, ſcilicet ſubiectiuè. Poteſt autem hęc diuina virtus efficere: quia cauſa prima plus influit in cauſatum eſſe, quàm cauſa ſecunda. Cauſa enim accidentium prima, Deus eſt: ſed cauſa ſecunda eſt ſubſtantia. Sublata igitur influentia ſubſtantiæ, reſpectu exiſtentiæ accidẽtium, remanet influentia cãæ primæ. G H

Tertio apparet admirabilis ſapientia Chriſti. Excellentię virtutis diuinę maximę pp tria.

A primæ. Præterea ſecundum Alexandrum de Ales in 4. in hoc apparet completa ordinatio diuinarum operationum in hoc ſacramento, quod eſt ſacramentorum ſacramentum. In pane enim ante tranſſubſtantiationem eſt reperire corpus corruptibile, & accidentia naturaliter inhærentia. Virtute autem diuina tranſmutatur in corpus Chriſti ſpirituale, & incorruptibile, quod eſt vltimus gradus Aſcẽſionis ex parte corporis. Vt igitur eſſet completa ordinatio diuinarum operationum, fecit Deus, vt illa quæ erant in alio per naturam, ſcilicet accidentia, B virtute diuina ſtabilirentur in eſſe ſine aliquo ſubiecto, quod eſt vltimus gradus aſcenſionis ex parte accidentium: Vtraque enim operatio ponit vltimũ gradum aſcenſionis. Secundo hoc idem patet: quia Deus in hoc ſacramento operatur ſupra naturam ſenſibilem: nam accidentia ſentiri poſſunt in eo ſine ſubiecto, eo quòd accidentia quæ ſunt in ſubiecto, imaginatio abſtrahit a ſubiecto. Quia omne obiectum ſenſus eſt accidens: ſed non poteſt hæc naturaliter virtus ſenſitiua efficere, vt accidentia ſine ſubiecto ſenſitiuo ſint: nec accidentia conſtituere poteſt imaginatio ſine ſubiecto in rerum natura. Sed diuina C virtus in hoc ſacramento imagines accidentium per ſe obijcit oculis noſtris. Quod myſticè figuratum fuit in verbis Eliphaz Iob quarto, Porrò ad me dictum eſt verbum abſconditum, & quaſi furtiue ſuſcepit auris mea venas ſuſurri eius. in horrore viſionis nocturnæ, quando ſolet ſopor occupare homines, pauor tenuit me, & horror, tremor, & omnia oſſa mea perterrita ſunt. Et cum ſpiritus me præſente tranſiret, inhorruerunt pili carnis meæ. Stetit quidam, cuius non cognoſcebam vultum: imago coram oculis meis, & vocem quaſi auræ leuis audiui: nocturna ſiquidem D viſio huius ſacramenti contemplatio eſt. Stat autem in ſacramento quidam, cuius non cognoſcitur vultus: quia in hoc ſacramento ſub inuiſibili forma eſt Chriſtus. Sed ideo coram oculis ſiſtitur, quia imagines accidentium ſenſibus præſentantur. Suauis autem vox, quaſi auræ leuis auditur: cum verba ſacramenti, cum quibus, ſcilicet, ipſum conſecratur, in conſecratione percipiuntur.

Contẽplatio huius ſacr̃i eſt nocturna viſio.

Tertio inſuper in hoc ſacramento demonſtratur ſapientiæ diuinæ excellentia & virtus: quia in eo operatur Deus ſupra naturam rationalem. Vix enim intelligentia capit, ſeu intelligit accidentia ſine ſubiecto, ſcilicet quantitatem, figuram, colorem, odorem, ſaporem, & ſic de alijs. E Sed non poteſt vis intellectiua per operationem, quod poteſt per conſiderationem: Sed diuina virtus poteſt per operationem, quicquid natura rationalis poteſt per conſiderationem. Proinde in pſalm. dicitur: Accedit homo ad cor altum, & exaltabitur Deus. Quia quantumcumque exaltetur cor hominis per conſiderationem, adhuc amplius exaltetur Deus. F Ex dictis patet, quare Chriſtus corpus ſuũ dedit in alimentum, quare velatum accidentibus, & quare tam occultum, ſcilicet præter ſubiectum deferens.

Q̃uo De' exaltat̃ a corde humano.

De triplici perutili practica.

EX ſupradictis elici poſſunt tres practicæ, & vtiles veritates circa hoc ſacramentum. Primo circa eius adorationem, ſecundo circa eius portationem, tertio circa eius interrogationem.

Tres vtiles veritates circa hoc ſacramentum.

Prima veritas. Nempe de conſe. diſtin. 2. c. quid ſit, Gregorius inquit, quòd in hoc ſacramento aliud videtur, & aliud intelligatur. G Et idem habetur extra de cel. miſ. cap. cum Marthæ. Nam aliud cernitur oculis corporis, & aliud creditur oculis mentis. Proinde in adoratione illius hæc vtilis veritas eligenda eſt, quòd quando hoc ſacramentum adoratur a nobis, oratio non eſt dirigenda ad id, quod cernitur, ſed ad id, quod ibi eſſe creditur: quia ſolum illud adoratione eſt dignum. Nam illa, quæ oculis corporis conſpiciuntur, accidentiæ ſunt, quibus non conuenit adoratio latriæ: quia non ſunt in corpore Ieſu Chriſti, ſicut in ſubiecto, ſed corpus Chriſti, quod ſub illis accidentibus latere dicitur, atque indu- H bitanter creditur, id ſolum adoratione latriæ dignum eſt. Ex hoc igitur conſequens eſt, quia conſecrationis verba ſecrete proferuntur a ſacerdote ſuper hoſtiam. Propterea ante eleuationem illius non debet a populo hoſtia adorari, propter periculum idolatriæ. Et hoc ideo, quia nondum conſtat ibi eſſe corpus Chriſti. Intelligendum eſt tamen, quòd licet in illis accidentibus proprie non videat̃ Chriſtus: non tñ errant fideles, qui dicunt ſe vidiſſe Chriſtum in manibus ſacerdotis. Quia nullus erat, cuius verba verificari poſſunt eo modo, quo verificatur ſacra ſcriptura: in qua in pleriſque locis, & ſæpius reperitur, quòd

aliqui

A aliqui viderunt Deum corporali oculo, ſicut patet Exod. 3. Moyſes vidit Deum corporali oculo, cernendo rubum: non quòd ibi videret diuinitatem, ſed quòd diuinitas aſſiſtebat illi rubo. Similiter corpus Chriſti illis ſpeciebus aſſiſtit, quæ quidem in hoc ſacramento cernuntur. Et ſecundum Scot. in 4. diſt. 11. ſimplices non erant, quia adorant in fide eccleſiæ, & hoc eis ſufficit ad ſalutem. Maiores autem adorant contentum, non ſignum. Et hoc ſiue continens ſignum accidens ſit tantum, ſiue ſubſtantia panis cum accidente: & ideo hoc non eſt multum prædicandum.

B Secunda veritas, ſecundo vtilis veritas ex prædictis elici poteſt circa huius ſacramenti portationem. Nam ſecundum quòd notat Hoſtien. extra de cele. miſſ. c. ſane: quando Sacerdos vadit ab communicandum infirmum, duas Hoſtias conſecratas portare debet, & cum vna infirmum communicet, & alteram ſecum honorificè reportet. Nam ſi vaſculum, vbi hoc ſanctiſſimum ſacramentum delatum fuit ad ægrotum, indigne reportetur ad domum, indecens videretur, cum forte remanſerunt in eo aliquæ paruæ reliquiæ Dominici ſacramenti. Si autem honorifice reportet prædictum vas abſque hoſtia conſecrata, decipitur tunc populus, qui adorat tunc vas tan-

C tum. Et hæc ſententia Hoſtien. rationabilis eſt, & prudens. Tertia inſuper vtilis veritas ex prædictis elici poteſt circa interrogationem. Nam quando ſacerdos cõmunicaturus infirmũ interrogat eũ prius, dicens, Credis hoc eſſe corpus Domini natum de Maria Virgine, & in cruce pro nobis omnibus paſſum? & ſic de alijs articulis fidei, & ſi infirmus reſpondet quòd ſic: tũc & ſacerdos interrogãs & fidelis affirmãs, ſuam intentionem dirigere debet ad id, qđ

D creditur, & non ad id, quod cernitur: quia aliàs error eſſet, ſicut dictum eſt. Proinde niſi inſtruantur ſimplices, proni ſunt ad dirigendum intentionem ſuam ad illa, quæ corporeis oculis cernuntur ab eis. ideo tutius videtur dicendum, credis hic eſſe corpus Chriſti, & tunc ferri poteſt intentio ad id, quod cernitur: quia in ſpeciebus illis, quas cernimus, eſt veraciter corpus Chriſti. Si quis tamen ſuam intentionem dirigit ad ſanctæ eccleſiæ fidem, tunc nullum videtur periculum imminere circa prædicta.

Articvlvs Secvndvs. I

De triplicibus mirabilibus, in quibus admiranda apparet clementia Saluatoris, in perceptione huius Sacramenti.

Tertio hoc ſacramentum eſt mirabile intelligẽtia in perceptione, & in hoc admiranda Dei clementia ſimul, & iuſtitia manifeſtãtur, & maxime quo ad tria. Primo quantum ad magnitudinem dati, ſecundo quantum ad magnitudinem dantis, tertio quãtum ad ingratitudinẽ recipiẽtis. E — *3. Eſt mirabile intelligẽtia.*

Quantum admiranda appareat largitas Dei, ſi in hoc conſideremus magnitudinem dati. Cap. 1.

Primo inquam apparet hic diuina largitas mirabilis quantũ ad magnitudinem dati. & hoc quia largitor omnium bonorum dat in hoc ſacramẽto ſeipſum: nam dat corpus ſuum in cibum, & ſanguinem ſuum in potum, dicens Matth. 26. Accipite & comedite. hoc eſt corpus meũ, & hic eſt vltimus, & ſupræmus gradus largitatis diuinæ. Nam primus eſt, quo largitur ſua; ſecundus gradus, quo largitur ſuos; tertius, quo largitur ſeipſum. Primus inquam gradus eſt, quo largitur ſua. vnde pſal. Omnia ſubiecisti ſub pedibus eius, oues & boues, vniuerſas volucres cœli, & piſces maris, qui perambulant ſemitas maris. Secũdus gradus eſt, quo largitur ſuos, ideſt Angelos, iuxta illud Apoſtoli ad Hebr. 1. Omnes adminiſtratores ſpiritus ſunt, in miniſterium miſſi propter eos, qui hæreditatem ſalutis capiunt. — *1. Apparet mirabile quãtũ ad magnitudinem dati.* G — *Primus gradus.* — *2 gradus.*

Nota, octo modis dedit Chriſtus ſeipſum nobis. I

H Tertius gradus, quo largitur ſe nobis. vnde largitus eſt ſe nobis multis modis. Primo in filium, ſecundo in ſocium, tertio in magiſtrum, quarto in patrem, quinto in lucem, ſexto in fratrem, ſororem, & matrẽ, ſeptimo dedit ſe nobis in holocauſtum me dullatum, octauo ſe dedit nobis in cibum & potum. Primo inquam dedit ſe nobis in filium, per noſtræ carnis aſſumptionem. vnde Iſa. iubilando ait: Paruulus natus eſt nobis, & filius datus eſt nobis. Secundo dedit ſe nobis in ſocium, per naturæ confirmatio- — *3 gradus.* *8. Modis dedit Xps ſeipſum nobis.*

A mationem. Vnde Apoſto. ad Phil.2. ait: in ſimilitudinem hominum factus, & habitu inuentus vt homo. Tertio dedit ſe nobis in magiſtrum, propter doctrinæ prædicationem: vnde Ioan.13. ait diſcipulis ſuis: Vos vocatis me, magiſter & Domine, & bñ dicitis: ſum etenim. Quarto ſe nobis dedit in patrem, per gratiæ generationem. Sicut dicitur Ioan.1. Quotquot autem receperunt eos, dedit eis poteſtatẽ filios Dei fieri his, qui credunt in nomine eius. Quinto ſe nobis dedit in lucem, propter exempli operationem: vnde diſcipulis ſuis Ioan.13. ait: Exemplum.n. dedi vobis, vt quẽadmodum ego feci: ita & vos faciatis. Sexto ſe de-
B dit nobis in fratrem, ſororem, & matrem, per voluntatis conformationẽ. vnde Matt.12. ipſe ait: Quicumque fecerit voluntatem patris mei, qui in cęlis eſt: ipſe meus frater, & ſoror, & mater eſt. Septimo dedit ſe nobis in holocauſtum medullatum, per dilectionem & paſſionẽ. vnde 1.Cor.6. Empti .n. eſtis ꝑtio magno. glorificate & portate Deũ in corpore vr̃o. Octauus aũt, & vltimus gradus amoris eſt, cum Chriſtus ſe dedit nobis in cibum, quia dedit ſe nobis ad omnimodam vnionem & transformatio-
C nem. Nam in ſeptem ſuperioribus gradib. & conſimilibus beneficijs, Chriſtus nobis factus eſt vniformis: ſed in hoc ſacramento datur nobis, vt homo fiat deiformis. Nam ſi cut cibus, & cibans inuicem vniuntur: ſic digne illum ſuſcipiens in ipſum per ardentiſſimum amorem totaliter transformatur, & deiformis efficitur: ideo Ioan.6. ipſe ait: Caro mea vere eſt cibus, & ſanguis meus vere eſt potus. non quidem conuertendus in naturam cibati, quę eſt infecta, miſera, & peccatrix: ſed conuerſurus cibatum in naturam ſui, quæ eſt ſpiritualis, ſanctiſſima & diuina. Siquidem in alijs cibus conuerſio fit cibi in manducantem, eo ꝙ manducans fit validior & nobilior, quàm ipſe cibus: ſed in

Diſcrimẽ inter cibos materiales, & ſacramẽtũ Euchari.

D hoc econtrario contingit, propter ſublimitatem atque virtutem cibi, qui Chriſtus eſt. Ideo hunc cibũ digne manducans tranſformatur in Chriſtum, & non Chriſtus in ipſum. Vnde Augu. Cibus ſum grandium, crede, & manducabis me. ſed tamen ego non mutabor in te, ſed tu mutaberis in me. Fit autem hæc transformatio in hoc ſacramento per virtutem amoris. Amor autem, ſecundum Hug. de S. Victo. eſt vis mutatiua, & transformatiua ipſius amantis in ſpiritum amatum. Ideo Dominus ait, Ioan. 6. Qui manducat meam carnem, & bibit meum ſanguinem: in me manet, & ego in
E eo. Et vt emphaticè, & explicabiliter vnionem ſui ad nos efficacius aperiret, Ioan.16. alloquitur patrem, dicens, Tu in me, & ego in eis: aſſimulans modum, quo ipſe in nobis eſt: modo quomodo pater in ipſo eſt, & dilectionem ſui in nos aſſimulat dilectioni paternæ, dicens: Sicut dilexit me pater, & ego dilexi vos. O quam ſapidus, quam amabilis, & quã deſiderabilis eſt cibus iſte, qui hominem facit Deum, & nos a vita noſtra, quæ vere eſt mors funditus eradicando occidit: vere dicere nobis poteſt dulcis Ieſus. Quid vltra tibi anima mea potui facere &
F non feci? ſcilicet quòd tui cordis duritiem emolliret, quaſi dicat nihil.

Apparet admiranda Dei clementia in hoc Sacramento quo magnitudo dantis conſideretur. Cap. 2.

Admirãda Dei clementia in hoc ſacrã. q̃ magnitudo dantis cõſideretur.

SEcundo vero apparet in hoc ſacramento mirabilis diuina benignitas, & largitas Saluatoris, quantum ad magnitudinem dantis. Dat enim ſe Chriſtus non tantum dignis, ſed etiam indignis. Nam qui ſe permiſit malignorum manibus crucifigi, ſemper permittit manibus ſceleratorũ contrectari. Quia ſolem ſum facit oriri ſuper
G bonos & malos, vt dicitur Matth.5.c. Claritatem ſuę præſentiæ in hoc ſacramento exhibet bonis & malis, non tamẽ impartitur omnibus illuminationis ſuæ effectus. Nam triplex oculus reperiť, ſcilicet cæcus, æger & ſanus. Primus eſt oculus cæcus, qui abſens reperitur a luce, cum tñ ei ſit præſens, & hic eſt cor infidele, quod ſuſcipit hoc ſacramentum ad effectum excæcationis: quia non credit in hoc, quod eſt lux increata & incarnata, licet appareat ei præſens, tamen abſens eſt: lumen ei abſcondens, ſicut ipſemet Chriſtus Ioan.9. ait. In iudicium ego
H in hunc mundum veni, vt ſcilicet per hoc ſacramentum, qui non vident videant, & qui vident cæci fiant. Secundus eſt oculus æger, qui percipit lumen quantum ad effectum perturbationis, & hoc eſt cor maliuolum, quod quidem perturbatur in huius ſacramenti perceptione: nam ſicut dicit Apoſtolus 1.Corin.2. Qui manducat & bibit indigne: iudicium, ideſt damnationem ſibi manducat & bibit, non dijudicans corpus Domini.i. non diſcernens illud ab alijs cibis. vnde ait Auguſt. Contemptum nõ vult ipſe cibus, ſicut nec manna faſtidium. Vnde Iob 20. dicitur. Panis enim in vtero illius

A vertetur in fel aſpidum intrinſecus. Tertius eſt oculus ſanus, qui percipit lucem ad effectum delectationis, & hoc eſt cor fidele, quod quidem hoc ſacramentum ſuſcipit ſacramentaliter & ſpiritualiter ad augmentũ virtutis & gratiæ. Nam digne ſuſcipiens illud in anima Deiformatur:hanc quidẽ deiformationem,& conuerſionẽ aliti & alentis prophetauit Oſeę 14.dicens.Conuertẽtes ſedentes in vmbra eius in tritico, ideſt in Dominici corporis ſacramento, qđ quidem ſacramentum vmbra denominatur, quia ſæpe præbet Dominus in ſecreto my-
B ſterio ſub accidentium velamine occultatus,in quo ſedentibus quaſi ad menſam ꝑponitur triticum cœleſtis panis, & ipſi cibati conuertuntur in cibum:hoc eſt in Chriſtum. Fit autem talis vnio per ſaporoſitatẽ amoris, dicẽte Hug.de ſancto Vict.Sio,inquit,anima mea: quia dum aliquid diligis, in eius ſimilitudinem transformaris.

Quanta ſeueritas ſit Dei contra tria genera hominum indigne recipientium corpus Chriſti. Cap. 3.

Seueritas Dei cõtra ſumentes indigne corp' Xp̃i tribus. n. gñib. hominũ eſt ſeuerus.

C TErtio apparet in hoc Sacramento mirabiliter ſeuera Dei iuſtitia, quãtum ad ingratitudinem recipientis. Qui enim fugit dexteram diuinæ benignitatis, incidit in ſiniſtram diuinæ ſeueritatis. Sed audi Apoſtolum ad Hebr.2. dicẽtem, Horrendum eſt enim incidere in manus Dei viuentis. Tribus enim generibus hominum Deus in hoc ſacramento mirabiliter eſt ſeuerus. Primo curioſis,ſecũdo præſumptuoſis,tertio malitioſis. Primo enim eſt ſeuerus mirabiliter curioſis, quib. vita vertitur in interitũ. In cuius myſterium Exo.9. Dominus ait ad Moyſen: Deſcẽde & conteſtare populum, ne forte velint tranſcendere
D terminos ad videndum Dominum, & pereat ex eis multitudo plurima. nempe curioſi ſunt, qui tranſgredi ſatagũt terminos fidei in inquiſitione huius ſacramenti. Ideo vita gratiæ, quæ confertur in eo, vertitur eis in mortem. ſed de hoc plenius dicetur infra, ſermone 57.art.2.c.1. Secundo vero mirabiliter eſt ſeuerus præſumptuoſis, quibus abſolutio vertitur in obligationem. Proinde.1.Corin.11.dicitur, Conuenientibus vobis in vnum,ideſt in eccleſia ad ſuſcipiendum Dominicum ſacramentum, iam non eſt Dominicam cęnam manducere,ſcilicet ſacramentaliter:quia non eſt ibi manducatio ſpiritualis, ſine qua ſacramentalis non prodeſt,immo potius obeſt. Vnuſquiſ- B
que enim præſumit ſuam cœnam ad manducandum. Et ſequitur. Quicunque manducauerit panem hunc, vel biberit calicem Domini indigne: reus erit corporis & ſanguinis Domini.glo. Ac ſi Chriſtum occideret,punietur. Huius nempe præſumptionis præceſſit myſtica figura.2.Reg.6.i Oza, vbi dicitur. Extendit manum ſuam Oza ad arcã Dei,tenuitq́; eam, qm̃ calcitrabant boues, & declinauerunt eam: Iratuſq́; eſt Dominus indignatione Dominus contra Ozam, & percuſſit eum ſuper temeritate, qui mortuus eſt ibi iuxta arcam Domini. Sic nempe contingit his, qui præſumũt in mortali F
culpa ſuſcipere hoc venerabile ſacramentum. Præterea Apoſtolus poſt præcedentia verba ſubdit,probet autem ſeipſum homo, ideſt a tãta communione examinet omnes Angelos conſcientiæ ſuæ per diligentẽ cõſiderationem; & ſic de pane illo edat, & de calice bibat. Ad literam autem eſt notandum,quòd hæc præpoſitio,de, quæ videtur notare quandam partitionem, non debet referri ad corpus Chriſti, nec ad ſanguinẽ eius:quia non partes ſumuntur, ſed totum corpus,& totus ſanguis Chriſti ſuſcipitur a ſumẽte.Ideo referri habet ad ipſas ſpecies,

Declaratio huius præpoſitionis,de.

G quæ partitiuè ſumuntur. Nam illæ ſpecies, quæ ab vno ſumuntur, & ab alio non ſumuntur,& tamen ſub vtriſq; eſt totus Chriſtus.Et ſubdit Apoſtolus.Qui enim manducat & bibit indigne, iudicium ſibi manducat & bibit, ideſt manducando & bibendo acquirit iudicium, non dijudicans corpus Domini. Proinde de conſe.di.2.c.qui ſcelerate. Iſidorus ait:Qui ſcelerate viuũt in eccleſia, & communicare non deſinunt, putantes ſe tali communione mundari:diſtant nihil ad emendationem proficere, ſibi dicẽte Propheta Hiere.11. Quid eſt,quòd dilectus meus fecit in domo mea ſcelera multa?nunquid carnes ſanctæ auferent a te malitias tuas.q.d.non: ſed potius inquinabunt H
te. Et in 4.diſt.c.qui diſcordat. Aug.ait:Qui diſcordat a Chriſto,non manducat carnem eius, nec eius ſanguinem bibit, & ſi tantæ rei ſacramentum ad iudicium ſuæ perditionis quotidie accipit. Idem dicitur in c.ſancta,& in c.ſicut Iudas: & in c.quotidie. Patet igitur ex dictis,quòd indigne hoc ſacramentum manducans peccat mortaliter, & hoc maxime propter tria. Primò,quia fictè & ſimulate oſtẽdit ſe eſſe Chriſti mẽbrum; cum ſit fictus, falſus, & ſimulatus. Secũdo, quia irreuerentiam horridam atque contemptum

Peccat mortaliter maxime ꝑter tria q̃ indigne hoc ſacrũm mãducat

temptum

Peccat mortaliter maxime ꝗꝗ tria, qui indignè hoc ſacramẽtum manducat.

A temptum committit contra hoc ſacramen-
tum. Tertio, quia abutitur ſacramento, ꝙ
inſtitutum eſt ad præſtandum ſpirituale rẽ-
fectionem viuis in gratia tantũmodo con-
ſtitutis. Alex. de Ales in 4. etiam inquit, ꝙ
propter pręſentiam Saluatoris, recordatio-
nem humanæ redemptionis, expreſſionem
diuinæ charitatis, remedium humanæ infir
mitatis, quæ in huius ſacramenti ſumptio-
ne concurrunt, non poteſt ſumi a peccato-
re ſine magna ingratitudine, & cõtemptu:
ideo talis grauiter peccat. Tertiò verò
eſt ſeuerus malitioſis, quibus emollitio ver
titur in obdurationem. Nempe huius ſacra
B menti natura, eſt indurare corda illorũ, qui
illud non ſuſcipiunt, & illorum, qui illud
malè ſuſcipiunt. Primo autem ꝙ induret
corda illorum, qui illud non ſuſcipiunt, pa-
ret 82. diſ. in c. pręsbyter, circa medium. Se-
cundo, ꝙ induret corda illorum, qui illud
malè ſuſcipiunt, patet Nume. 14. Sap. 6. &
Exo. 16. vbi hoc myſticè figuratũ eſt in man
na, ꝙ populo ſuo Dominus pluit in deſer-
to, quod condenſabatur, & indurabatur ad
ignem. Ignis. n. cum habeat corruptiuum,
& mortificatiuum calorem, ſignat amorẽ
C libidinoſum, ac malæ voluntatis deſideriũ;
cui cęleſte manna. i. hoc ſacramentum ob-
durationem vertitur iudicio Dei. Sol verò,
cum habeat calorem viuificum, & ſaluifi-
cum, diuinum amorem deſignat, qui cũ ca-
leſit in corde recipientis Dominicum hoc
ſacramentum, mens per deuotionem inca-
leſcit, liqueſcit, & reſoluitur, atq; efficitur
deiſormis. Ex omnibus autem in hoc prin-
cipali articulo dictis palàm patet, ꝙ hoc ſa-
cramentum eſt miraculum miraculorum,
ſacramentum ſacramentorum, & ſignũ ſi-
gnorum, ineffabiliter reprę ſentans Dei po-
tentiam, & eius arcanam ſapientiam, atque
viſceroſam clementiam, omnium fidelium
D & deuotarum mentium refectiuam.

Articvlvs Tertivs.

Quòd per triplicem delectationem hoc ſacramentum reformat voluntatem humanam.

Quõ ſacramẽtũ altaris ẽ delectabile.

TErtio prĩcipaliter hoc ſacrũm eſt de-
lectabile. ſ. volũtati; quia miſericors,
& miſerator Dñs eſcam dedit timẽ
tibus ſe. Tripliciter. n. eſt voluntati delecta
bile hoc ſacramentum, & huiuſmodi eſca.
Primo, quia liberat a malo: ſecundo, qa pro
ficit in bono: tertio, qa proficit in optimo.

Quòd delectatio huius venerabilißimi ſacramenti liberat voluntatem ſumentis à triplici malo.

Cap. 1.

Delectatio huius ſacrĩ liberat voluntatem ſumẽtis a triplici malo.

PRimo hęc ſuauiſſima eſca, qa libe-
rat à malo, eſt voluntati delecta-
bilis; & hoc tripliciter. Primo. n.
quia liberat à malo præterito: ſe-
cundo, a malo præſenti: tertiò, a malo futu-
ro. Primo malũ præteritũ purgat: vnde de
cõſ. di. 2. ante benedictionẽ, Amb. ait: Qui
mãducauerit hoc corpꝰ, fiet ei remiſſio pec
catorũ. ſ. venialiũ, & ẽt mortaliũ, ſm gl. Io.
F ad hoc facit ẽt c. cũ oẽ, & c. ſpecies. e. di. qđ
intelligitur de mortalibus oblitis ex inſuffi
cientia humanę fragilitatis, ſm Scot. & Ri-
char. Ad prædicta aũt ſeruãda Saluator no
ſter inſtituens hoc ſacramentũ poſt conſe-
crationis formã ſubiunxit, In remiſſionem
peccatorum. Hoc aũt myſticè figuratũ fuit
in ſacrificio panis, & in craticula, Leuit. 2.
Vbi dr̃, ꝙ ſacerdos, qui obtulerit eum, tol-
let memoriale de ſacrificio, & adolebit ſu-
per altare in odorem ſuauitatis Domino.
Nempe panis in craticula, Chriſtus in cruce
G eſt. Memoriale ſacrificij, eſt in ſacramento
memoria paſſionis Chriſti; altare fides; ado
litio deuotio, odor ſuauitatis, gratia, & re-
conciliationis, ac peccatorum remiſſionis.
Secundo malũ præſens euacuat. Fit autẽ
quotidiana perditio in aiabus ex ardore fo
mitis cõcupiſcentialis, ſicut eſt quotidiana
deperditio in humanis corporibus ex ardo
re naturalis caloris. Valet igitur Dominicũ
ſacrũm ad reſtaurandũ deperditum: vnde
de cõſe. di. 2. c. iteratur, Paſchaſius ait: Quia
. n. quotidie peccamus, ſaltem peccatis illis,
ſine quibus mortalis infirmitas viuere non
poteſt; quia licet omnia peccata donata ſũt
in baptiſmo, infirmitas tamẽ peccati adhuc
in carne noſtrá remanet: vnde Pſal. Benedic
H aĩa mea Domino, qui propitiat oĩb. iniqui-
tatibus tuis, qui ſanat oẽs iniquitates tuas.
Et ideo, quia quotidie labimur, ideo Chri-
ſtus pro nobis quotidie myſticè immolat,
& paſſio Chriſti nobis ĩ myſteriũ tradit; vt
qui ſemel moriẽdo mortẽ vicerat, quotidie
recidiua delictorum per hęc ſacra corporis
Chriſti, & ſanguinis peccata relaxet: vnde
oramus dicẽtes, Dimitte nobis debita nr̃a:
qa ſi dixerimꝰ, peccatũ nõ hẽmus, ipſi nos
ſeducimus, & veritas in nobis nõ eſt: hæc
ille. Idem ẽt dr̃ ab Aug. in c. vtrum. e. diſt.
Propter eandem quoque cauſam, panẽ no-

A ſtrum quotidianum da nobis hodie, nos docuit Chriſtus poſtulare, Matt. 6. Ad huius ſacramẽti ſuſceptionem hortatur Dominus, Cant. 5. Aperi mihi ſoror mea, amica mea, columba mea, immaculata mea; quia caput meum plenũ rore eſt, & cincinni mei guttis noctium. Ait. n. Aperi mihi. i. ſuſcipe me deuotè; quia caput meum. i. diuinitas, plenum eſt rore vberi miſericordia. ſ. ad reſrigerandum peccata: & cincinni. i. humanitas, guttis noctium. i. effuſione ſanguinis. Lacrymarum, ſudorum, & paſſionũ ad reprimendum concupiſcentiam carnis.

Tertiò verò à malo futuro mentem præſeruat: hoc quidem myſticè figuratum fuerat Iud. 7. in Gedeonis viſione, in qua vidit, B ꝙ ſubcineriti* panis ſubuertebat caſtra Madian. Nempe Madian contradicentes interpretatur. Per hunc enim carnalia deſideria deſignantur, quæ ſecundum illud 1. Pet. 2. Militant contra animam. Caſtra igitur Madian, malorum deſideriorũ prauitates ſunt, quæ ſubuertit ſubcineritius panis. i. hoc ſacramentum, qui panis eſt vitæ: ſed ſubcineritius per memoriam ſubcineritiæ humilitatis paſſionis Chriſti. Natura ſiquidem rerum eſt, ꝙ nihil conſeruatur extra propriũ locum: nam & piſces extra aquam putreſcunt, aqua extra flumen, ſeu fontem corrumpitur, arbores, atq; herbæ extra terram C areſcunt; & ſic de ſingulis: ſed cum locus animæ ſit propriè ipſe Deus, patet, ꝙ in ſolo Deo quieſcit, & conſeruatur: ſicut econtra de peccatore, Iſa. 57. dicitur, Cor impij quaſi mare feruens, quod quieſcere non poteſt. Sed in ſacramento euchariſtiæ Deus vtiq; eſt; propterea meritò dignè ſumentes illud, ab eo conſeruantur, & perſeuerant.

* Caſtra Madian quæ.

In triplici virtute theologica huius ſacramenti delectatio proficere facit. Cap. 2.

D SEcundò hæc ſuauiſſima eſca eſt delectabilis voluntati, quia proficit in bono: nam per eam fidei meritum augetur, ſpei fiducia ſubleuatur, & charitatis deuotio inflammatur.

Fides. Primo. n. per hoc ſacramentum fidei meritum augmentatur; dum. ſ. credit, ꝙ humana ratio nullatenus capit: ideo, ſicut ſup. dictum eſt, velatum datur ſub accidentibus: ideo Greg. ait: Fides nõ habet meritum, cui ratio humana præbet experimentum. Inſuper 24. q. 1. c. non turbatur, Amb. ait: Licet humana mens nequeat plenè rationis inueſtigatione comprehendere; fidei E tamen plenitudo complectitur. Fides. n. in hoc ſacramento ipſos ſenſus, & ſenſibilia vincit, clamat, aſſerit, & oſtẽdit viſus in hoc ſacramento ſolũ eſſe panem materialẽ. Similiter ad ipſum clamant, aſſerunt, & oſtendunt aĩa accidentia viſibilia, quod facit tactus, & tangibilia: idem auditus, & audibilia; guſtus, & guſtabilia; olfactus, & olfactibilia: hæc autem oĩa tam ſenſus. ſ. quã ſenſibilia lumina ſunt intellectus noſtri, quibus in mundo iſto ſenſibili & videre, & illuminari habet: naturaliter autem fidei lumen F omnia lumina intantũ obfuſcat, atq; obtenebrat, ꝙ ſola virtus ſacramẽti pura, & integra ſit in corde credentis: ita vt nihil falſitatis, aut impietatis in illud ingerere, ſeu impingere poſſet.

Spes. Secundo per hoc ſacramentum ſpei fiducia ſubleuatur; dum. n. presbyter Deo patri offert illum, qui in cruce pro nobis oblatus eſt: nullo modo diffidere habet homo de aliquo non exaudiri ab eo; vnde cum Pſal. põt dicere: Domine Deus virtutum, exaudi orationem meã, auribus percipe Deus Iacob. Protector noſter aſpice G Deus, & reſpice in faciem Chriſti tui.

Charitas. Tertio verò per hoc ſacramentum charitatis deuotio inflãmatur. Sicut. n. ad ignis præſentiã fugatur frigus; ſic etiam in aĩa dignè, & ſpiritualiter præparata ad præſentiam corporis Chriſti expellit torpor mentis, cõtemplando, & mẽtis oculis conſpiciendo Dñm ſuum in carne pro ſua dilectione, tam aſpera, inſuper & etiam mortem ſuſtinuiſſe. Proinde de conſe. di. 2. c. iteratur, Aug. ait in fi. Semper. ſ. in hoc ſacramento mors Chriſti pro vita ſæculi eſt poſteris nuncianda, vt diſcant qua charitate dilexit ſuos, qui pro eis mori dignatus eſt, cui oẽs vicem debemus rependere cha- H ritatis; quia ad hoc nos prior dilexit, cũ eſſemus gehennæ filij, vt diligeremus eum à morte iam liberati.

Nota, quòd tripliciter acquiritur memoria Chriſti paſſi pro nobis.

QVi velit igitur per hoc ſacramentum inflammari, ſm Bonauẽ. in 4. diſ. 12. neceſſe habet ad ipſum conuerti, & dirigi, tanquam ad memoriale Dominicæ paſſionis. Tripliciter enim acquirimus memoriam Chriſti paſſi. Primò in ſcripto, ſecundo in verbo, tertio in ſacramento.

* Tripliciter acquiritur memoria Chriſti paſſi pro nobis.

Primo

A Primo quidem in ſcripto, vt quādo Chriſti paſſio calamo conſcribitur, & hoc eſt memoriale, quaſi mortuum: & habet ferri ad viſum, quę appręhēdit magis à longinquo.

Secundo in verbo, vt potè cū aliquis verbotenus narrat Chriſti paſſionem, & illud partim eſt viuum, & partim eſt mortuum. Viuum in corde bonorum prędicatorū, & mortuum in corde tepidorum, atq; malorum: vel viuum in corde, & cogitatione; non viuum in voce; & hoc eſt audientium. Auditus autem non ita bene appręhendit de longinquo.

B Tertio in ſacramento eſt memoriale, cū ipſum corpus Chriſti ſignatur, & continetur in ſpecie panis, & ſanguis ſub ſpecie vini: & hoc eſt memoriale viuum; quia ipſe Chriſtus ibi ſeipſum prębet, offerens nobis illud ſuū corpus, quod pro nobis occiſum fuit, & ſanguinem, qui pro nobis fuit effuſus in crucis ara: & hoc quidem ad guſtū eſt, qui de propinquo apprehendit, vt iam non quaſi ſpeculatione, ſed quadam experientia paſſionis eius memores ſumus. Si igitur accēdit affectum noſtrum paſſio deſcripta, & amplius frequenter prædicata; multo magis inflammare, & afficere debet
C in hoc ſacramento expreſſa: & hoc abſque dubitatione facit, ſi quis ſenſum hunc, & illum conuertit ad hoc ſacramentū. Ille igitur eſt, qui ex hoc ſacramento efficaciam reportat, qui ſe conuertit. Ille ſiquidem Miſſam audit, non qui tantum verba dicit, & audit ſine deuotione: ſed qui ad hoc memoriale totam mentis intentionem cōuertit: hæc ille. Idem etiam dicit, ꝙ caro Chriſti eſt ſicut carbo ignitus; ſed carbonis igniti eſt expellere frigus, & incendere calorem: ergo hoc ſacramentum reprimit motus frigidos culpę, & incendit motus viuos gratię; ergo delet, & auget. Quomodo autem
D per hoc ſacramentum augeantur virtutes.

Eſt igitur ad hoc notandum, ſecundū Alex. in 4. ꝙ ex hoc ſacramento augentur virtutes: nec ex hoc ſequitur, ꝙ contingat peruenire ad ſummum gradum virtutis in via ex frequenti huius ſacramenti ſumptione, licet ex eo virtutes augeantur; quia hoc ſacramentum datur in robur, in medicinam, & in remedium: magis fit hæc augmentatio ad robur, ne ſuccumbat tentatione aduerſitatis: & in remedium, ne ſuccumbat tentatione voluptatis: & in medicinam, quantū ad curationem venialiū potius, quā quantū ad augmentum, & creſcentiam virtutum. Vnde quantū ad tria augentur virtutes hoc ſanctiſſimo ſacramento. Primo quantū ad E
roborandum contra tentationes aduerſitatis: vnde dicitur, Panis confirmat cor hominis. Secundo quantum ad efficaciā efficiendi animam ſobriam contra incentiua voluptatis: vnde gloſa ſuper illud Mar. 14. Accepit Ieſus panem, inquit. Ebrietas fęlix, ſalutaris ſatietas; quę quāto copioſius ſumitur, tanto ſobrietatem mentibus donare dignetur. Tertio quantū ad curationem venialium. Vnde Greg. in homilia Paſchali: Dedit nobis hoc ſacramentum ſalutis: vt quia nos quotidie peccamus, & anima iam non mori poteſt, per iſtud ſacramentum remiſſionē peccatorum conſequamur. hæc ille. F

Quomodo augentur virtutes in hoc ſacr°.

De triplici fructu perfecto, quem conſequuntur dignè ſuſcipientes. Cap. 3.

TErtio hæc ſanctiſſima eſca eſt delectabilis voluntati, quia perficit in optimo. Tres. n. optimi fructus ex digna frequentatione huius ſacramenti in anima generantur. Primus eſt illuminatio rationalis, ſecundus eſt corroboratio iraſcibilis, tertius eſt delectatio concupiſcibilis. Vndē Innocentius de officio Miſſę, in parte tertia, c. vlt. ait: Per huius ſacramenti virtutem vniuerſę virtutes augentur, & omnium virtutum fructus exuberat. G Primus inquam fructus illuminatio Dei dicitur, quia per illud humanus intellectus illuminatur: ideo ad hanc ſacram cōionem hortabatur Propheta, dicens, Pſal. 33. Accedite ad eum, & illuminamini, & facies veſtrę non confundentur. Huius illuminationis myſtica figura præceſſit in Ionatha filio Saul, qui, vt dicitur 1. Reg. 9. Extendens ſummitatem virgulę, quā habebat in manu, intinxit in fauum mellis, & cōuertens manum ſuam ad os ſuum, illuminati ſunt oculi eius. In miniſterium, ꝙ ex frequenti ſumptione deuota H
huius ſacramēti, perficiuntur mentales oculi in lumine veritatis, ſicut Ioan. 1. dicitur, Gratia, & veritas. i. gratioſum veritatis lumen, & lucida lux per Ieſum Chriſtum. f. in hoc ſacramento facta eſt, vt dicitur Eccleſ. 15. Cibauit illum pane vitæ, & intellectus, &c. Secundus verò fructus eſt corroboratio, quia per illud ſacramentum iraſcibilis corroboratur. Hic ſiquidem ille panis eſt, de quo Propheta ait, Panis confirmet cor hominis. Proinde Cant. 7. dicitur, Mane ſurgamus ad vineas, videamus ſi floruit

Tres fructus ī aīa generanť ex digna frequētatione huius ſacri.

A vinea,ſi flores fructus parturiunt. Glo. Nō eſt intuendum, ſi vinea floret, ſed ſi flores ad partum conualeſcunt; quia ſi non eſt mirū, ſi quis inchoat: ſed valde mirabile eſt,ſi in intentione bona,& opere bono perſeuerat. Huius fructus figura myſtica præceſſit, 3.Reg.19.in Helia, de quo dr̄ ibidē, ꝙ cum ſub vmbra iuniperi obdormiſſet, Angelus Dn̄i tetigit illū,& dixit illi, Surge,& comede. Reſpexit Helias, & ecce ad caput ſuum ſubcineritius panis, & vas aquę. Comedit igitur,& bibit, & ambulauit in fortitudine cibi illius 40.diebus, & 40.noctibus,vſque ad montē Dei,Oreb. Sub vmbra quidē iu-
B niperi dormit, qui in fide Dn̄icę paſſionis requeſcit. Hic aūt angelico patrocinio excitatus ad deuotā ſumptionē huius ſacramēti illud comedit, & augmentū gratię bibit: vnde firmiter perſeuerans ambulat 40.diebus,& 40.noctibus: per virtuoſa itinera in proſperis, & in aduerſis; vſq; ad montem Dei,Oreb.i.vſq; ad gloriam Dei ſempiternam. Et quia hoc ſacramentum mentē roborat ad virtuoſa opera exercenda, Iud.14. propter, Per ſauum mellis,qui de ore leonis eſt egreſſus,extitit figuratum.

Tertius fructus, delectatio,ſeu inflāmatio dictus eſt, quia voluntas, ſeu in concupiſcibilis inflāmatur,& inebriatur ex deuota ſumptione huius ſacramenti: vnde myſ-
C ticè figuratur, ſm̄ Damaſc. per carbonem, quo tacta ſunt labia Iſaię prophetę à Seraphin, quia ſeraphico myſterio incendūtur per hoc ſacramentū duo labia mētalis affectionis,vnū ſuperius ad Chriſti diuinitatē; aliud inferius ad Chriſti humanitatē. Et de hac duplici affectione menti acquirenda in hoc ſacro, Gen.19. prophetauit Iacob, dicens:.Aſer pinguis, panis eius,& præbebit delitias Regibus. In qua quidē prophetia prophetando tria de hoc ſacramento prænuntiat. Primo,à quo detur: ſecundo,quid datur: tertio,quibus datur.

Prophetando Iacob tria de hoc ſacramēto prænuntiat.

D Primo, a quo detur, qui eſt Aſer, qui interpretatur atriū,vel diuitię, vel beatitudo. Aſer.n.ſignat Chriſtum, qui vel atrium patens eſt in largè ſe donando tā bonis, quā malis,licet nō eodem in effectu: diuitiæ,& his,qui illum ſuſcipiunt cum profectu. Beatitudo.i.arcta fęlicitatis æternę eſt his, qui cum deuotione perfecta ſuſcipiunt eum.

Secundò pronūtiat quid datur,vnde ſubdit,Pinguis eſt panis eius.Quid.n.per pinguedinē,niſi deuotionis dulcedo exprimitur? hāc dulcedinē,ſeu pinguedinē hoc ſacramentū mentibus feruentib' præſtat. Sicut in perſona taliū Pſal. 22.ait,Impinguaſti in oleo.ſ.ardētis deuotionis,caput meū E
& mentē meā, & calix meus.i.qui per cōdignā pręparationē factus eſt meus,quā præclarus eſt.i.delectabilis intellectui, atq; affectui.ſ.dū in vtraq; Chriſti natura intelligēdo experimētaliter guſto dulcedinē diuinę benignitatis.Hanc quidē guſtauerat, ꝙ ait: Quā magna multitudo dulcedinis tuę Dn̄e quā abſcōdiſti.ſ.ſub accidētibus in hoc ſacro timentibus te. Et iterū futura prænunciat,dū præterita narrat dicēs: Panē Angelorū māducauit homo: cibaria miſit eis in abundantia. Inſuper Sap.16.dr̄: Angelorū F
eſca nutriuiſti populū tuū: & paratū panē de cęlo præſtitiſti eis ſine labore omne delectamentū in ſe habentē,& oīs ſaporis ſuauitatē. Ideo meritò figurabaī per illud myſticū manna, quod Exo.16. Pluit Dominus patribus in deſerto, quod omnis ſaporis proferebat ſuauitatem.

Tertiò pronuntiauit Iacob,quibus datur ad ſummè perfectā delectationē habendā. Ideo ſubdit, Et præbebit delitias Regibus. Rex.n.in regno aiæ eſt amoroſus affectus, qui Deum diligit toto corde.i.ſuper oīa ſibi exteriora:tota anima.i.ſupra oīa interiora, hoc eſt ſupra corpus ſuū: & tota mente.i.ſuper oīa ſuperiora,hoc eſt ſuper ipſam aīam. Hi ſunt, quib. Dn̄s ait,Lu.7.Regnū Dei in- G
tra vos eſt: huiuſmodi Regibus in talib. regnis præbet delitias hoc ſanctiſſimū ſacramentū, ſicut per experientiā huiuſmodi regalibus mētibus patet, qui id ſapiunt ad rē, nō tm̄ ad vocē:propter hæc oīa, quia.ſ.hoc venerabile ſacrum eſt impinguatiuum dilectionis, Lu.15.figuratū fuit per vitulū ſaginatum. Aduertendum eſt tn̄, ſm̄ Alex.de Ales, ꝙ hoc ſacramentum non ſemper hēt efficacias ſupradictas in illis: nam qn̄q; iuſtus accedit ad hoc ſacramētum,ita tepide, & indeuotè, atq; ſine debita reuerentia,& timore, & cum tanta animi diſtractione, ꝙ H
nullum commodum ab eo reportat, licet non incurrat mortalem culpam communicando:requiritur igitur,quòd iuſtus ad hoc quòd ſacramentum in eo efficaciā habeat, ita ꝙ ex eo commodum reportet,ꝙ ſe preparet,conſiderando ad quid accedit, vt cū deuotione,& reuerentia accedat:vnde Gloſa ſuper illud, 1.Corin.11. Non diiudicans corpus Domini. Per hoc enim quod dicit, deuotè, & cum timore accedendum eſt ad communionem; quia Dominus eſt, cuius caro ſumitur, vt gratias videamur reddere redemptori; vt igitur non impediatur

A diatur efficacia huius ſacramenti, debet accedens cibum iſtum ab alijs diſcernere actu fidei: deinde ſeipſum purgare, & examinare: deinde cum deuotione, & reuerentia illud aſſumere. Hæc ille.

Efficaciſſimum argumentum Dominici ſacramenti.

Argumentũ, quod hoc ſacramentũ ſit ſanctiſſimum corpus Chriſti.

Ex omnibus ſupradictis in præſenti ſermone, clareſcere poteſt fideliſſimum, & efficaciſſimum argumẽtum, ꝙ ſcilicet hoc venerabile ſacramentum ſit ſanctiſſimnm corpus Chriſti, atque veriſſimnm. Nam impoſſibile eſt, ꝙ ex ſummè falſo, & ex ſummè impoſſibili virtualiter ſimul, & experimentaliter trahi poſſet pro- B fundiſſima fundatio, & ſanctiſſima celebratio diuini cultus, & ſumma excitatio fidei, ac ſumma captiuatio, ac ſubiugatio intellectus noſtri ad ſupernale lumen inacceſſibile ipſius Dei; necnon & ſumma excitatio, & inflãmatio, dulcoratio, refectio, atq; diuini amoris inebriatio: ſed ab initio Chriſti vſq; ad tempora noſtra ineffabili, atque vniuerſali experimento probatum eſt, ac continuo experimento probatur, ex hoc ſacramentali opere prędicta ſubſequi, & elici C in eccleſia Dei: ergo impoſſibile eſt, quin in ipſo ſit ſumma, virtuoſiſſima, atq; diuiniſſima virtus, & veritas immenſa: hoc quidem ſic argumento argumentorũ certiſſimũ ſen ſuum, luminũ, & guſtuum huius ineffabilis maieſtatis, virtutis, & veritatis, quæ certo experimento continet in ſeipſa: propter quod mens ipſa poſſidens, ſeu potius ab ipſa poſſeſſa, nõ poteſt de hac veritate aliqualiter dubitare, vel hæſitare. Vidiſti igitur, & audiſti, quomodo hoc ſanctiſſimum ſacramẽtum corporis Chriſti eſt reformatiuum memoriæ noſtrę, ꝗa eſt memoriale, & etiã teſtamentum amoris. Eſt etiam reformatiuum intelligentię, quia eſt admirabile in D velamentum ſtuporis. Eſt & reformatiuum voluntatis, quia eſt delectabile in alimentũ dulcoris. Quam reformationem per hoc ſacroſanctiſſimũ ſacramentum perficiat in nobis miſerabilibus peccatoribus ipſe amoroſus Ieſus, qui panis eſt vitę, reformator animę, & largitor glorię ſempiternę. Qui cum Patre, & Sancto ſpiritu non accidentibus obuelatus pariterq; vel obumbratus, ſed in omnibus ſupergloriofus facie ad faciem reuelatus, viuit, & regnat glorioſus triumphator per cuncta ſæculorum ſæcula, Amen.

IN. COENA DOMINI infra diem. E

De triplici varia ſumptione, qua tam mali, quàm boni aſſumunt corpus Chriſti.

Sermo LV.

Niſi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius ſanguinem, non habebitis vitam in vobis. Ioan. 6. Iuxta veridicam Doctorũ ſanctorum ſententiam, F duo ſunt in ſacratiſſimo ſacramento altaris. ſ. ſacramentum, & virtus ſacramenti. Sacramentum verò, ſm Augu. conſiſtit in verbis, & ſpeciebus viſibilibus, panis. ſ. & vini; & inuiſibili carne, & ſanguine Ieſu Chriſti. Virtus autem ſacramenti eſt ſanatio à damnatione æternæ mortis. Hanc quidem virtutem ſacramenti crediderunt, & quodammodo guſtauerunt, atque experti ſunt omnes ſaluati, & iuſti ab origine mundi, atq; quotidie guſtãt quicunq; veri Chriſtiani ſunt. Sacramentum verò altaris. i. viſibilẽ ſpeciẽ panis, & vini, cũ carne, & ſanguine Chriſti ſoli Chriſtiani manducant: & G hoc tam boni, quã mali, licet diſſimili modo, & fructu. Nam mali manducant ſacramentum. i. corpus Chriſti ſub viſibili ſpecie panis: ſed non manducant ſacramenti virtutem, ſpiritualem. ſ. ipſam animæ ſuæ ſalutẽ, & vitam, quæ ſine fine eſt. Boni autem manducant vtrunq; ſimul. ſ. ſacramẽtum, & virtem ſacramenti. Ex his clareſcere poteſt, ſecundum Alex. de Ales in 4. quòd triplex eſt modus ſumendi hoc ſanctiſſimum ſacramentum. Primo modo tantum ſacramentaliter, ſecundo tantum ſpiritualiter, tertio vtroq; modo. ſ. ſacramentaliter, & etiã ſpiritualiter. Primo modo manducant omnes praui Chriſtiani, ſecundo modo ſaluandi, tertio ſoli veri Chriſtiani. Primi H manducant, & non manducant; ſecundi verò non manducant, & tamen manducant; tertij verò manducant, & manducantur à Chriſto. Cum illo concordat Scotus in quarto, diſtinctio. octaua, in fine. & diſtinctio. ſextadecima. Sed tamen principaliter de tertijs loquitur Chriſtus in verbo præallegato, dicẽs, Niſi manducaueritis carnem filij hominis, vt ſup.

Vide Magiſt. ſent. in 4. in materia de ſacramento.

Triplex eſt modus ſumendi hoc ſacratiſſ. ſacramentum.

A ARTICVLVS PRIMVS.

De triplici genere hominum malè ſumentibus Corpus Chriſti.

PRimus autem modus manducandi hoc ſacramentum, eſt illud ſumere ſacramentaliter tantum: ſecundum quemadmodum manducant mali Chriſtiani, eo quòd hoc ſacratiſſimum ſacramentum in mortali culpa, ore polluto ſumentes, cordis affectum ad influentiam virtutis, & bonitatis eius pec-
B catis ſuis immundis, & duris, quaſi luto latere obſtruunt. Hi quidem manducant, & non manducant; quia ipſi corpus ſumunt ſacramentaliter tantum, & tamen non manducant: quia eius virtutem ſpiritualem, ſcilicet animæ ſuæ ſalutem ex hoc non percipiunt: ſecundum enim Bonauen. in 4. diſ. 9. Manducare ſacramentaliter hoc ſacramentum, eſt manducare hoc ſacramentũ & vt ſacramentum. Quoniam enim manducare ſacramentaliter, eſt diſpoſitio, atq; actus manducandi. Et ideo ad hoc, quòd actus ſacramentalis ſit, neceſſe eſt, quòd reſpiciat ipſum ſacramentum vt ſacramentum. Proinde etiam ſecundum Scotum in 4. diſt. 8. contingere poteſt, quòd aliquis recipit hoc
C ſacramentum & non ſacramentaliter, nec ſpiritualiter: vtpotè ſi homo recipit hoſtiam conſecratam, quia ibi eſt verè ſacramentum, ſed non recipit eam vt conſecratam; ſed omnino non diſcernendo eam à communi cibo. Vnde Apoſt. 1. Cor. 11. Iudicium ſibi manducat, & bibit, non diiudicans corpus Domini. i. non diſcernens illud à cõmunibus cibis. Quod contingere poteſt, vel ex infidelitate, ſicut ſi contingeret Pagano, quòd ei communio tribueretur: vel ex contemptu ſtante fide, ſicut in peruerſo Chriſtiano contingere poteſt: ſe-
D cundum autem Rodulphum, ad manducandum ſacramentum ſacramentaliter, quatuor requiruntur. Primo exiſtentia cibi, quia niſi prius conficiatur, non poteſt ſacramentaliter ſumi. Secundo conuenientia cibi naturalis ad ipſum ſumentem, quia talis cibus ſolum homini eſt conceſſus. Tertio verò intentio ſumendi, quia ſi ignoranter & vt cibus accipiatur, non eſt tunc ſacramentaliter ſumptus. Quarto fides, ſcilicet in ſeipſo, vt ſic intendat aliquid ſumere, in quo credit latere aliquod ſpirituale in altero, vt ſic intendat ſumere, in quo æſtimat

Manducare ſacramentaliter qd.

Ad manducandũ Sacramẽtũ ſacramentaliter, quatuor requiruntur.

alios credere. Eſt enim in huiuſmodi pec- E
catoribus, & indignè ſumentibus vera caro, vel ſanguis Chriſti, videlicet præſentiali eſſentia, non tamen ſalubri efficacia: vnde de conſecra. diſtin. 2. c. qui diſcordat. Aug. inquit: Qui diſcordat a Chriſto, non manducat carnem eius, nec bibit ſanguinem eius, & ſi tantæ rei ſacramentum quotidie ſibi ad iudicium accipit: hæc ille. Diſcordat à Chriſto, qui cordis affectum ab eo auertens, ad peccatum ſe conuertit. O infœlix anima, cui tam inæſtimabile bonum accedit: & tamen nullum inde ſpirituale lucrum accipit. Contingit enim de quolibet indignè, aut indiſcretè, & indeuotè ſumen F
te hoc ſacramentum, quemadmodum de eo, qui imprudenter appropinquat igni. Nam qui tempore hiemis longè ab eo diſtat, frigeſcit: qui verò indiſcretè approximat, comburitur, & nocet ei. Tria quidem ſunt genera peccatorum, qui hoc modo ſacramentaliter ſumunt hoc ſacramentum. Primi ſunt maliuoli, ſecũdi ſunt doloſi, tertij ſunt præſumptuoſi. Primi ſunt maliuoli, qui corpus Dominicum ſumunt in voluntate peccandi. Secundi ſunt ſimulatores, & hypocritę, qui foris apparentes iuſti, intus ſunt peccatis, & malitijs pleni. Tertij verò ſunt illi, qui cum manifeſti ſunt mali, non timentes iudicium Dei, nec ſcandalum proximi, hoc ſacramentum ſumere G
præſumunt.

Qui voluntate deliberata peccandi ſumunt hoc ſacramentũ, malũ triplex incurrunt.

De treplici malo, quod incurrunt, qui voluntate peccandi ſumunt corpus Chriſti. Cap. I.

PRimi, qui ad hoc ſacramentum præſumunt accedere, ſunt maliuoli, qui, ſicut dictum eſt, ſumũt ſacramentũ cum voluntate peccandi. De talibus dicitur Iſa. 29. Appropinquat populus iſte ore ſuo, & labijs ſuis ho- H
norificat me: cor autem eorum longe eſt à me. Appropinquat ſiquidem ore, & labijs ſuis glorificat Deum per ſacramenti ſumptionem; ſed cor eorum longe eſt a Deo per peccandi intentionem. Tales autem ex hoc tria mala conſequuntur. Primum eſt à Deo ſeparatio: vnde Sap. 1. dicitur, Peruerſæ cogitationes ſeparant a Deo. Et licet ſacramentaliter Chriſtus videatur talibus appropinquare: tamen ſicut ait Propheta, Longè a peccatoribus ſalus. Secundum malum eſt peccatorũ aggrauatio: Tales enim fiunt

Primi.

Tales ex hoc ſumẽtes tria mala conſequũtur.

A fiunt ex tali communione crudeles, & ſæui. Ideo Dominus ait, Matt. 15. Non eſt bonum ſumere panem filiorum, & dare canibus. i. maliuolis. Et iterum de conſec. diſt. 2. c. 9. quotidie. Aug. ait: Habentes voluntatem peccandi, grauari magis dico euchariſtiæ perceptione, quàm purgari. Et in c. & ſancta. e. diſ. idem ait: Et ſancta malis poſſunt obeſſe. Bonis ſunt ad ſalutem, malis ad iudicium. Et ſequitur: Non quia res mala eſt, ſed quia malus malè accipit, quod bonum eſt. Non enim mala fuit buccella, quę Iudæ data eſt à Domino, ſalutem medicus dedit: ſed quia ille fuit indignus, ad perni-

B tiem ſuam accepit. Circa hanc tamen buccellam notandum eſt, quòd buccella illa non fuit corpus Chriſti. Nam Chriſtus corpus ſuum Iudæ cum alijs diſcipulis primò dedit, buccella demum intincta, in ſignum proditionis eius, ei porrecta, purus extitit panis, ſicut patet ex glo. Ioan. 13. ſuper illud, Cui intinctum panem porrexerit ad pernitiem: tamen ſecundum Auguſt. illam aſſumpſit; quia quod Chriſtus ad ſalutem ſuam fecerat porrigendo ei buccellam panis, vt deſiſteret a propoſito ſuo malo: ille intelligens ſe deprehenſum, magis ad pernitiem exaſperatus eſt. Hæc ſecundum Tho-

C mam in quarto. Tertium malum eſt augmentatio damnationis æternæ. Ideo 1. Corin. 11. dicitur: Quicunque manducauerit panem hunc, vel biberit calicem Domini, indignè: reus erit corporis, & ſanguinis Domini. i. ac ſi Chriſtum occiderit, punietur; vnde Remigius in glo. ſuper illud Mat. 26. Væ illi, per quem filius hominis tradetur, inquit: Væ tradentibus Chriſtum ad crucifigendum: ſed væ cum maligna conſcientia ſub ſacramento ſumentibus illum. Et ſi non tradant Iudæis ad crucifigendum, tradunt eum tamen membris inimici ad ſumendum ipſum. Et iterum de conſecra. di-

D ſtin. 2. quid eſt. Auguſt. ait: Qui accipit indignè ſacramentum, acquirit magnum tormentum. Et in cap. ſicut Iudas, idem ait, Iudas, cui buccellam tradidit Chriſtus, non malum accipiendo, ſed malè accipiendo locum præbuit diabolo. Quæri autem poteſt quare Chriſtus dedit corpus ſuum ſanctiſſimum Iudæ, quem iam non nouerat proditorem. Ad hoc Alexan. de Ales reſpondet in 4. diſtin. quòd hoc fecit multiplici ratione. Quarum quædam ſumptæ ſunt ex parte diuinæ ſapientiæ, quædam ex parte diuinæ miſericordiæ, & quædam ex parte diuinæ iuſtitiæ. Primò ex parte diuinæ ſapientiæ ratio fuit hominum duplex inſtructio. E

Quæſtio.
Solutio.
Qđ multiplici rõne Chriſtus dedit corpus ſuum Iudæ.

Prima hominum, vt inimicis benefaceret, iuxta illud Matth. quinto. Benefacite his, qui oderunt vos. Dominus enim cibans proditorem ſuum propria ſua carne, membra inſtruxit, quòd deberent benefacere inimicis ſuis. Item ſecundo, vt huius ſacramenti miniſtros in hoc, quòd non negauit corpus ſuum Iudæ, qui erat graui peccato irretitus, inſtrueret: quòd peccatoribus idem conferre deberent. Quando autem liceat cum peccatoribus diſpenſare, latius dictum eſt in Quadrageſimali, de Chriſtiana religione, ſermone 56. art. 2. cap. vlt.

Secũdo ex parte diuinæ miſericordię ſubuentio fuit. Et hoc quantum ad duo. Quorum primum eſt a malo reuocatio. Bene enim debuit miſer ille ex conſideratione Dominicæ bonitatis, quæ maximè apparuit in hoc, quòd tradidit illi corpus ſuum, à malo ſuo reuocari: & conſequenter virtute tanti ſacramenti meliorari: ſed infęlix peccator auxit peccatum, vnde debuit ſibi auxiſſe meritum. Vnde Cryſoſtomus ait ſuper Matth. Quod ei contigit, quoniam cùm tali mente ad myſteria acceſſit: & quoniam nec timore, nec beneficio, nec ab honore: tamen acceſſiſſet factus eſt potior à timore dico comminationis, qui ex- G primitur. Matth. 26. cum Dominus ait: Væ homini illi, per quem filius hominis tradetur: a beneficio collationis ſacramenti, ab honore cõformis diſpenſationis. Magnum enim honorem exhibuit illi Dominus, diſpenſando ei ſacramentum cum alijs Apoſtolis: vnde Matth. 26. ait: Cœnantibus illis accepit Ieſus panem, & benedixit, atq; fregit, deditque diſcipulis ſuis: quòd nemine excepto dicitur abſolutè. Tertio ex parte diuinæ iuſtitię. Ratio fuit euidentia diuinę iuſtitiæ quantum ad duo. Primum eſt argumentum culpæ, ſecundum damnatio pœnæ. Ex quo enim tanto beneficio no- H luit a concepta malitia reuocare: iuſto Dei iudicio punitus eſt lapſu grauioris culpæ. ſ. deſperationis, iuxta illud Apocalip. vltimo. Qui in ſordibus eſt, ſordeſcat adhuc: vt autem ait glo. ad Ro. 1. c. Strictiſſimo Dei iudicio fit, vt peccatis peccata puniantur. Præterea ex ingratitudine tãta, euidentior eſt diuina iuſtitia i eiuſdẽ punitione.

Hæc ille.

[A] *De hypocritis ſimulatis, qui hoc ſacramentum præſumunt accipere, & quomodo tripliciter peccant. Cap. 2.*

Secundi indignè accedētes ad hoc ſacramētū sūt doloſi

SEcundi autem, qui ad hoc ſacramentum præſumunt accedere indigni, ſunt doloſi & ſimulati hypocritę, de quibus ait Apoſt. 2. ad Timot. 3. In nouiſſimis diebus inſtabunt tempora periculoſa, & erunt homines ſeipſos amantes, cupidi, elati, &c. Et ſequitur: Habentes quidem ſpeciem pietatis. Glo. i. religionis, eo quòd eadem ſacramenta habent cum pijs: virtutē [B] autem. ſ. pietatis. i. charitatem abnegantes, .i. plurima mala occultè patrantes, & tamē ad cooperimentum hypocriſis ſuæ communicare præſumunt. Tales etiam rria mala incurrunt. Primo proditionem, ſecundo confuſionem, tertio verò damnationem.

Tales & tria mala incurrūt.

Primo incurrunt proditionem, quia talis efficitur Chriſti proditor, ſicut Iudas. Ideo ei conuenit verbum, quod Ioan. 13. Dominus de Iuda ait: Qui manducat mecum, leuabit contra me calcaneum ſuum. Qui mãducat panem meum, non vt pęniteat, ſed vt lateat, ille me conculcabit. i. tradet. Ex quo patet, quòd qui vult in peccatis latere [C] ſub pulcra facie religionis, & communicari, aſſimilabitur Iudæ traditori, qui oſculo tradidit filium Dei.

Secundo tales incurrunt confuſionem, ſicut dicitur Eccl r. comminatoriè: Non ſis incredibilis timoris Domini, & ne acceſſeris duplo corde, ne fueris hypocrita in cõſpectu hominum, & non ſcandalizeris in labijs tuis: attende in illis, ne forte cadas, & adducas animæ tuæ inhonorationem, & reuelet Deus abſcondita tua, & in medio ſynagogæ allidat te; quoniam acceſſiſti indignè, ſeu malignè ad Dominum. ſ. fictè communicando; & cor tuum plenum eſt [D] dolo, & fallacia.

Tertio tales incurrunt damnationem. Hinc Leuit. 7. dicitur: Anima polluti (.ſ. hypocriti, ſecundum glo. interlinearem) quæ ederit de carnibus hoſtię pacificorum, quæ oblata eſt Domino, peribit de populis ſuis. i. eijcietur de ſaluandis ad damnationem æternæ mortis, ſicut 1. q. 1. c. multi. circa finem, dicitur: Polluimus itaq; panem. i. corpus Chriſti, quando indignè accedimus ad altare, & ſordidi, mundum ſanguinem bibimus.

De hominibus ſceleratis, qui communicare præſumunt; & quomodo tripliciter à Deo puniuntur. Cap. 3. [E]

Tertij, ſ. indignè ſumūt ſunt præſumptuoſi.

TErtij verò, qui indignè ſumunt hoc ſacramentum, ſunt præſumptuoſi. i. ſcelerati, de quibus dicitur de conſecra. diſtin. 2. c. qui ſceleratè. Vbi Iſidorus ait: Qui ſceleratè viuunt in eccleſia, & cõmunicare non deſinunt, putantes ſe tali cõmunione mundari, diſcãt nihil ad emundationem proficere ſibi: dicente Propheta Iere. 11. Quid eſt, quod dilectus meus fecit in domo mea ſcelera multa? nunquid car- [F] nes ſanctæ auferent à te malitias tuas? hæc ille. De hoc patet exemplum in ſole, qui ſanis oculis delectabilis, & vtilis eſt: ægris verò pernitioſus: ſicut enim Dominus in innocentiæ ſtatu ad eſum ligni vitæ cõceſſit, & in ſtatu culpæ prohibuit: ſic nobis, cū per pęnitentiam ad ſtatum innocentię reducti ſumus, cõceditur ſumere corpus Chriſti, & in ſtatu offenſæ ſumere prohibemur, dicente Domino, Matth. 7. Nolite ſanctum dare canibus. i. immundis, & ſceleratis peccatoribus. O ingratitudo omni nequitia plena, nonne ingratiſſimus putaretur, qui haberet Dominum, à quo cuncta, quæ ha- [G] beret accepiſſet bona? & ipſum à morte, & a ſuſpendio multis ſuis laboribus liberaſſet, & tamen ipſum Dominum in immundiſſimum ſtabulum inimici ſui proditiosè locaret, vt crudeliter necaretur. Longè maiori ingratitudine plenus eſt, qui in mortali culpa ſumit Dominicum ſacramentum. Ideo per Prophe. Dn̄s lamentabiliter ait: Poſuerūt aduerſum me mala pro bonis, & odiū pro dilectione mea. Et iterū: Cõculcauerunt me inimici mei tota die, qm̄ multi bellãtes aduerſum me: vnde Ambro. Ille Chriſtū cõculcat, qui liberè peccat abſq; timore, & pnı̄a, & qui eo indignè participat. [H] Et iterū idē ait: Qui indignè Chriſtū ſumit, idē eſt ac ſi iterficiat. Aug. quoq; inqt, Quã temerarius, quãq; nefariū eſt, cruentis manibus intemeratę Virginis tractare filium. Quis audirus ſuſtinet auriū? quis oculus nõ cõfunditur ad intuirū? q̃ mens nõ rapitur in exceſſum? vbi pretiū mundi mittitur in ſterquiliniū. Nõ. n. minus eſt deteſtabile in os pollutū, q̃ in lutū mittere Dei filiū: vnde tria mala veniūt talibus ſceleratis pp indignã cõionē. Primo mala ſpiritualia, ſecundo mala corporalia, tertiò mala tēporalia.

Talibus ſceleratis mala eueniunt.

A *Mala ſpiritualia.* Primo quidem plectuntur malis ſpiritualibus. Vnde Hierony. in Homilia inquit: Sicut corporalis cibus cum ventrem inuenit aduerſis humoribus occupatum, amplius lædit, & nullum auxilium præſtat: ita & iſte ſpiritualis cibus ſi aliquẽ reperit malignitate pollutum, magis eum perdet, non ſua natura, ſed accipientis malitia. Quanto enim ſe quis amplius tradit delectationibus mundi, & hoc ſacramentum præſumit accipere: tantomagis ei ſpũalem nauſeam parit. Ideo Hierem. 31. dr: Homo, qui comederit vuam acerbam, morietur, & obſtupeſcent dentes eius. Quod exponens Greg. ait: Quid eſt vua acerba, niſi peccatũ? vua quippe acerba eſt fructus ante tempus.

B Quiſquis enim præſentis vitæ declarationibus deſiderat ſatiari, quaſi fructum ante tẽpus comedere feſtinat. Sed qui talem vuam acerbam comedit, non tantum per culpam moritur, verumetiam obſtupeſcent dentes eius: Quia qui præſentis vitæ vel mundi delectationibus paſcitur, intantũ ſenſus eius ligantur, vt nec ſpiritualia ſapere queant. Hoc quidẽ Numeri 14. myſticẽ figuratum eſt de populo Iſrael, qui in Ægypto carnibus cum alleo, & cępe ſaturatus fuerat, demumque in deſerto talia concupiſcens, panem cœli, id eſt cœleſte manna omni ſuauitate plenum cum nauſea reſpuebant: vt verificetur, quod Apoſt. ait. 1. Corin. 2. Animalis homo nõ percipit ea, quæ ſunt ſpũs Dei.

C *Mala corporalia.*

Secundo quidem plectuntur malis corporalibus: ideoque ſæpius veniunt infirmitates variæ, peſtes graues, & hominum ſtrages, ac ſerpentes, ac ſæuæ beſtiæ. vnde. 1. Corinth. 11. Apoſt. ait. Qui enim manducat & bibit indigne, iudicium ſibi manducat & bibit, non dijudicans copus Domini. ideo inter vos multi infirmi & imbecilles, & dormiunt multi: ꝙ ſi noſmetipſos dijudicaremus, nõ vtiq; iudicaremur: dum iudicamur, a Domino corripimur, vt non cum hoc mũdo damnemur. Et iterum. c. 10. ait de antiquis patribus loquens. Oẽs eandem eſcam ſpiritualem manducauerunt, & omnes eundem potum ſpiritualem biberunt. Bibebãt aũt de ſpirituali conſequente eos petra: petra aũt erat Chriſtus: ſed nõ in pluribus eorum beneplacitũ eſt Deo: nã proſtrati ſunt in deſerto. Hæc aũt in figura facta ſunt nřı, vt non ſimus concupiſcentes malorũ, ſicut & illi concupierunt. Et ſequitur. Hæc omnia in figura contingebant illis: ſcripta ſunt autem ad correptionem noſtram, in quos

D

fines ſæculi deuenerunt. E

Mala temporalia.

Tertio quoq; plectuntur malis tpalibus: ſicut enim antiquitus filijs Iſrael grauiſſima culpa erat, & grauiſſimarum maledictionũ ac punitionum cauſa, ꝙ a ſe Deum per idolatriam proiecerunt: ac proinde Iudæis ꝙ Chriſtum non receperunt: ſic nunc chriſtianis maximum ſcelus eſt, & malorum cauſa flagellorum, quòd Chriſtum filium Dei in hoc ſacramento tam indigne ſuſcipiunt. Proinde Greg. ſuper Lu. 19. ait, Creator omnium per incarnationis ſuæ myſterium Iudæam viſitare dignatus eſt: ſed quia non cognouit tp̃s viſitationis ſuæ, ideo gentibus F frequenter in prædã data, nouiſſime Romanis tradita eſt, & venerũt ſuper eam oĩa genera maledictionũ, quæ in libris legũ ſcripta ſunt. Similiter his, qui grãm Dei ingrate ſuſcipiũt, dicendum eſt. Si quis. n. irritam faciens legem Moyſi ſine vlla miſeratione moritur: quãto deterioribus & grauioribus ſupplicijs plecti meretur, qui filium Dei cõculcauerit, & ſanguinem teſti pollutum duxerit? propter hoc nempe ſępe euenit ſterilitas terrę, cariſtia, atq; temporalium rerum penuria, prædationes, guerræ, ſaccomani ciuitatum, terrarum vndiq; & patriarũ. Vnde G de talibus propheta ait pſal. 68. Effunde, id *Pſal. 68.* eſt effundes, ſuper eos iram tuam. ſ. ſicut effunditur aqua feruẽs ſupra depilandos porcos, & furor iræ tuæ compræhẽdat eos. fiat habitatio eorum deſerta, ſcilicet per grauiſſimam peſtẽ, & in tabernaculis, id eſt in domibus eorum non ſit, qui inhabitet. ſ. propter partialitates & guerras. Et de prædictis rationem aſſignãs ſubdit: qm̃ quem tu, ſ. Deus percuſſiſti, perſecuti ſunt. Deus eñ pp ſcelera nřa purganda percuſſit in paſſione filium ſuum, ſicut ipſemet Iſa. 53. ait, H Propter ſcelus populi mei percuſſi eũ. Sed cum ſceleratis criminibus cõicantes, eum perſequuntur, Iuda traditore deteriores effecti: eo ꝙ ſicut ille tradidit illum perſequẽtibus Iudæis, ſic iſti tradunt eum infernalibus diabolis, eo quòd illum ponant in loco ſub poteſtate diaboli conſtituto. Ideo Aug. ait. Magis peccant qui tradunt Chriſtum peccatoribus membris, quàm qui tradiderunt eum crucifixoribus Iudæis.

Articvlvs Secvndvs. *De ſpiritualiter manducando hoc ſanctiſſimum ſacramentum.*

2. Eſt mãducandi modus, illud ſumere ſpũaliter.

SEcundus eſt manducandi modus, illud ſumere ſpiritualiter tantum, & hoc loquendo

A quendo largo modo omnes ab initio mundi atque ſaluati & ſaluandi manducauerũt, & manducant. proprie tamen, ſecundum Scotum in 4. diſt. 8. q. vlt. hoc accidit, quando homo iuſtus iuxta poſſe ſuum bene, & deuote paratus eſt ſuſcipere corpus Chriſti, & tamen propter reuerentiam abſtinet, aut propter aliquam infirmitatem, vel quia non poteſt habere miniſtrum: huic autem huiuſmodi conuenit, quod de con. diſt. 2. c. vt quid. Augu. ait. Crede, & manducaſti, & talis ſpiritualiter hoc cibo nutritur. ſecundum autem Landulphũ in 4. Chriſtus hoc ſacramentum tantum ſacramentaliter, ſed B non rem ſacramenti, ſicut & ſacramentum baptiſmi ſumpſit: & hoc in exẽplum fecit. Secundo enim Alex. de Ales in 4. ad perfectam manducationem ſpiritualem, ſicut & corporalem, quatuor requiruntur. Primo maſticatio, ſecundo refectio, tertio aſſimilatio, quarto incorporatio. Primo enim maſticatio conſiſtit in diſcreta conſideratione, ſiue deliberatione illius, quod ſumendum eſt in cibum, ſcilicet quantum beneficium, quàm viuificatiuum vtique corpus Chriſti: quod fuit pro nobis expoſitum in pretium ad remedium, ſcilicet in cruce & in altari in cibum. Exponitur ſcilicet ad viuificandum, ſcilicet in vita gratiæ: vnde Ioan. 6. C Niſi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius ſanguinem: non habebitis vitam in vobis, & ad nutriendum vitam æternam, Ioan. 6. Qui manducat meam carnem, & bibit meum ſanguinem, habet vitam æternam. Secundo ſequitur ad prædicta delectatio, ſiue delectationis refectio: ex conſideratione bonitatis & precioſitatis eius, quod ſumitur, quod eſt panis de cœlo deſcendens. vnde dicitur Sap. 16. Panem de cœlo præſtitiſti eis ſine labore omne delectamentum in ſe habentem. Tertio ſequi- D tur aſſimilatio: hæc autem duo, ſcilicet conſideratio & delectatio, fiunt per fidem. De conſideratione patet: de delectatione & refectione habetur ab Augu. qui ait, ꝙ in cognitione eſt tota delectatio, iuxta illud Io. 17. Hæc eſt vita æterna, vt cognoſcant te Deum verum, & quem miſiſti Ieſum Chriſtum. Si enim quis diligit aliquẽ, non propter hoc delectatur in ipſo: ſed ſi bonam illius videt tantum delectatur. Similiter per fidem eſt aſſimilatio, Ioan. enim 1. dicitur: Dedit eis poteſtatẽ filios Dei fieri his, qui credunt in nomine eius. Quarto ſequitur incorporatio, quæ proprie vno denominatur, & hoc fit per amorem, qui eſt copula

Ad perfectã manducationem ſpiritualem. 4. Requiruntur.

amantis cum amato. Ad ſpiritualem igitur E manducationem requiritur conſideratio fidei, & affectio ipſius amoris. Huiuſmodi. n. non manducando manducant, ſicut de talibus Ambroſius ait: Non manducans mãducat, & manducans non manducat: quia ſcilicet non manducans ſacramentaliter, aliquando manducat ſpiritualiter, & econuerſo. vnde Eccleſ. 6. dicitur: Eſt & aliud malũ, quod vidi ſub ſole, & quidem frequens apud homines. Vir, cui dedit Deus diuitias, & ſubſtantiam, & honorem, & nihil deeſt animæ eius ex omnibus, quæ deſiderat: nec tribuit ei poteſtatem Deus, vt comedat ex F eo: ſed homo extraneus, ideſt ſimplex vetula, vorabit illud, ideſt affectuoſe & ardẽter comedit ſpiritualiter hoc ſanctiſſimum ſacramentum. Circa hanc ſpiritualem manducationem, & circa oẽs ſpiritualiter manducantes, tria conſideranda ſunt. Primo gradus, ſecundo guſtus, tertio fructus.

De triplici genere hominum, qui ſpiritualiter ſacramentum hoc manducant. Cap. 1.

PRimo conſiderandus eſt ſpiritualiter manducantium gradus, qui tres dici poſſunt. Primus incipientium, ſecundus proficientium, tertius perfectorum. In cuius myſte- G rium Matth. 14. cum Chriſtus ſatiauit turbã quinque panibus & duobus piſcibus dicitur, quòd manducantium fuerunt quinque millia virorum, exceptis mulieribus & paruulis. In paruulis incipientes, in mulieribus proficientes, in viris autem perfecti ſignificantur. Ratio autem largo modo loquendi, quare tales ſpiritualiter hoc ſacramentum manducant: eſt, quia incipientes manducãt ratione fidei Saluatoris, proficientes vero ratione bonæ conuerſationis, perfecti vero ratione bonæ meditationis. Nam, ſecũdum Augu. & Hugo. In omni meritoria actione corporis Chriſti ſpiritualis mãducatio eſt, H in qua quilibet fidelis ac deuotus in Chriſto incorporatur, & tãto altius, quãto actio altior eſt & melior, quod tamen fieri non poteſt ſine fide & charitate. Primo incipientes ſpiritualiter mãducant ratione fidei Saluatoris, ſicut Abacuc. 2. & ad Hebr. 10. ſcriptum eſt: Iuſtus autem meus ex fide viuit. ſ. tanquam ex cibo ſpirituali. Et iterum Aug. ait. Crede, & manducaſti. Credere enim in Deum, eſt credendo ire in eum: credendo eum amare, credendo enim adhærere, & creden-

1. gradus ſpũaliter manducantium.

Quid ſit credere Deo, & quid in Deum.

A credendo eius membris incorporari. Nam
ad hoc quòd fides perfectè tendat in Deú,
requiritur adiúctio charitatis, quæ ordinat
ad amorem Dei. Eſt enim iſta prima diffe-
rentia ad operationem boni, & ſic eſt ſecun
da differentia, tertio ad perpeſſionem mali:
& ſic eſt tertia differentia ad dilectionem
proximi: & ſic eſt quarta; hæc ſecundú Bo-
nauen. in quarto. & de con. diſt. 2. c. vt quid
Auguſt. ait. Crede & manducaſti. Credere
enim in eum: hoc eſt, panem viuum, mandu
care, qui credit in eum; manducat eum. Et
B idem in c. crede. ait: Qui credit manducat;
& inuiſibiliter ſaginatur: proprie etiam ſm
Thom. in 4. diſtin. q. Non quicumque man-
ducat Chriſtum ſpiritualiter, mãducat hoc
ſacramentum ſpiritualiter. Manducat enim
ſpiritualiter Chriſtum, qui fidem & charita
tem ad ipſum habet ſine ordine ad hoc ſa-
cramentum, non tamen manducat talis ſpi
ritualiter hoc ſacramentum: ſed ſolum ille,
qui habet fidem & charitatem ad Chriſtum
cum deuotione ex propoſito ſumendi hoc
ſacramentú, & ſi ſacramentaliter non man
ducet, & ſic ſanè intelligenda ſunt, quæ de
C hac materia ſubſequuntur: vnde ſecundum
Alex. de Ales in 4. S. Patres veteris teſtamē
ti hoc ſacramentum ſpiritualiter non man-
ducauerunt. Nam etſi habuerunt fidem ip-
ſius ſacramenti inſtituendi a Chriſto, & tra
dendi ad manducandum: tamen quia non
extitit conſecratum, & conſecratio eius p̄-
cedit comeſtionem, non comederunt. plus
enim requiritur ad manducationem, quàm
fides ex parte eius, qui debet manducare, ſci
licet & inſtitutio ſacramenti, & cõſecratio.
quæ tempore illo nondum erant. Hæc ille.
Secundo viri proficientes manducant ratio
D ne conuerſationis. Et de talibus ait Domi-
nus Ioan. 4. Ego cibum habeo manducare,
quem vos neſcitis. Et ſubditur: Cibus meus
eſt vt faciam voluntatem patris mei, qui
miſit me, vt perficiam opus eius: hic ſiquidē
cibus bonæ conuerſationis conſiſtit in tri-
bus ferculis, quæ ſunt tres virtutes. Prima
eſt innocentia, ſecunda eſt pœnitentia; ter-
tia eſt miſericordia. Prima eſt innocentia.
vnde Propheta in perſona innocentis ait,
pſal. 10. Percuſſus ſum vt fœnum, & aruit
cor meum: quia oblitus ſum comedere pa-
nem meum, ſcilicet innocentiæ: quia ſcili-
cet delectabatur in pane malitiæ. Proinde
de conſ. diſt. 2. c. panem. Auguſt. ait. Panem
ſpiritualiter de altari manducare, eſt inno-
centiam ad altare portare. Secunda eſt pœ-
nitentia, & de hac propheta inquit, Surgite

Cibus bonæ cõuerſationis ĩ trib. virtutibus conſiſtit.

poſtquàm ſederitis, qui manducatis panem E
doloris, ſcilicet pro peccatis tuis. Et de
Tobia myſticè ſcriptum eſt: Manducauit
panem cum luctu & tremore memorans il
lum ſermonem, quẽ dixerat Dominus per
Amos prophetam, dies feſti, idest gaudij in
peccatis, conuertentur in luctum & lamen
tationem: vnde pſal. ait, quia cinerem tan-
quam panem manducabam. ſcilicet pniæ.
Tertia eſt miſericordia. vnde Prouerb. 11.
Bene facit animæ ſuæ vir miſericordia: qa
dum pauper corporaliter ab eo reficitur, ip-
ſe multomagis a Deo paſcitur & reficitur
ſpiritualiter, ſicut Apoc. 3. promittit, dicẽs, F
ego ſto ad oſtium & pulſo. ſi quis audierit
vocem meam, & aperuerit mihi ianuam,
introibo ad illum, & cœnabo cum illo, &
ipſe mecum. Tertio viri perfecti ſpiritua-
liter manducant, ratione deuotæ meditatio
nis & contemplationis: contemplantur enĩ
quòd ſic Deus dilexit mundum, vt filium
ſuum daret vnigenitum, vt dicitur Ioan. 3.
Nam contemplantur quòd Deus dedit illú
nobis. Primo in fratrem & amicum, ſcilicet
in incarnatione, quando verbum caro factú
eſt, & habitauit in nobis, Ioan. 1. Secundo
dedit in pretium, ſicut in paſſione Domini. G
vnde ad Roma. 8. dicitur. Proprio filio ſuo
non pepercit, ſed pro nobis omnibus tradi
dit illum. Tertio dat illum nobis quotidie
in cibum, ſicut in ſancta communione. vn-
de dicitur. 1. Corint. 11. quòd accepit Ieſus
panem, & gratias agens, fregit & dixit: Ac-
cipite & mãducate, hoc eſt corpus meum,
quod pro vobis tradetur, hoc facite, ſcilicet
alijs diſpenſando, in meam commemora-
tionem. Hæc & his ſimilia meditando &
contemplando tales perfecti per ardorem
deſiderij anhelantes ad ſacram communio
nem, hos ſacramentum manducant, & mi-
raculoſe quandoque recipiunt hoc ſacra- H
mentum, ſicut exemplo patere poteſt. Legi
tur enim, quòd cum Hugo de S. Victo. Do-
ctor excellentiſſimus, vltima laboraret in-
firmitate, corpus Domini inſtanter petijt ſi-
bi dari, ſed cum nullum cibum retinere poſ
ſet, fratres eius turbationem timentes, ſim
plicem illi hoſtiam obtulerunt, quod ipſe
per ſpm̃ recognoſcens ait: Miſereatur veſtri
fratres, cur me deludere vultis? Iſte enim,
quem mihi portaſtis, non eſt Dñs meus. At
illi attoniti corpus Dñi mox attulerũt. Sed
ille vidẽs ſe ñ poſſe illud accipere, eleuatis ĩ
cœlũ manibus ſic orauit: Aſcendat filius ad
p̃rem, & ſpũs ad eũ q fecit illũ, & inter hæc
verba emiſit ſpm̃, & corp⁹ Dñi ide diſparuit

Viri ſpũaliter quõ mãducãt

Quòd

A *Quòd tria concurrere debent ad hoc, quòd ſacramentum ſpiritualiter manducetur. Cap. 2.*

2. gradus ſpiritualiter manducantiũ. 3. Concurrunt i delectabili comeſtione corporali.

SEcundo cōſiderandus eſt ſpiritualiter manducantium modus. Tria enim concurrunt in delectabili comeſtione corporali. Primum eſt eſuritio, ſecundum maſticatio, tertium eſt delectatio. Sic ſimiliter in hac ſpirituali comeſtione. Primo debemus Chriſtum ſpiritualiter eſurire, ipſum cibum noſtrum in intimo cordis deſiderando. Secundo debemus ipſum maſticare, magna diſcretione cogitationis diſcutiendo.
B Tertio debemus in eo delectari, eum in intima cordis dulcedine diligendo. Eſuritio. Primo inquam debemus Chriſtum eſurire, ipſum ſpiritualiter & ardenter deſiderando: talis enim eſuries, quædam de eo cibatio eſt, quæ etiam maiorem eſuriem parit. Sicut Eccl. 24. ipſe teſtatur dicens: qui edũt me, adhuc eſurient: & qui bibũt me, adhuc ſitient. Ideo Greg. ait. In ſpiritualibus delitijs ſaturitas appetitum parit: quia quanto magis corde ſapor percipitur, eo amplius cognoſcitur, quod auidius ametur. Vnde Hierony. ſuper Lu. ait: Biberunt ex eo omnes, ſcilicet antiqui patres. Ebrietas fœlix,
C ſatietas ſalutaris, quæ quanto copioſius ſumitur, tanto ſumentibus ſobrietatem donare dignatur: vel eſuritio eſt humilitas mentis, ſicut B. Maria inquit dicens, Eſurientes impleuit bonis, &c.

Maſticanda ſunt diuina bñficia in mã ducatione ſacramentali.

Maſticatio. Secundo debemus Chriſtum ſpiritualiter manducare, eius beneficia, ſcilicet incarnationem, conuerſationem, & eius ſalutiferam paſſionem deuote ruminando, ſicut ipſe nos docuit, Ioan. 6. dicēs: Qui manducat meam carnem, & bibit meũ ſanguinem, in me manet, & ego in eo. Hoc ꝗdem manducare eſt ſpiritualiter maſticare,
D teſte Augu. dicente: hoc pertinet ad virtutē ſacramenti, non ad viſibile ſacramentum, qui ſcilicet manducatur intus, non foris: quia qui manducat, præmit dente, non mēte. Et hoc eſt, quod Apoſtolus. 1. Corin. 10. vigilanter ait de iuſtis antiquis loquēs. Omnes eandem eſcam ſpiritualem manducauerunt, & omnes eundem potum ſpiritualem biberunt. Manducatio pertinet ad maſticationem affectus, potatio vero ad diſcretionem intellectus. Et de con. diſt. 2. c. inquit. Aug. ait. Inquit Apoſtolus, Omnes eandem eſcam ſpiritualem manducauerunt: ſpiritualem vtique, non autem eandem corporalem, ſed aliam: quia illi manna cœleſte manducauerũt, nos autem aliud, & omnes E eundem potum biberunt ſpiritualem: aliud illi, & aliud nos, ſed ſpecie viſibili, quod tamen idem eſt veritate ſpirituali. Et idem in c. 1. ait: vnde intelligendum eſt, ſecundum Thom. ibi ſupra, ꝙ antiqui patres non manducauerunt ſpiritualiter hoc ſacramentum, quia nondum erat eis inſtitutum, nec conſecratio præceſſerat eos. Manducauerunt tamen ſpiritualiter Chriſtum, ſicut Apoſto. ſupra ait. Item Bonau. in 4. diſt. 9. ait, ꝙ ſpiritualis maſticatio eſt proprie recogitatio cibi, ſcilicet carnis Chriſti pro nobis expoſitę in pretium ad redimendum, & in cibum ad reficiendum. Incorporatio autem attenditur, dum recogitans charitatis amore ei, F qui cogitatur iungitur, & ſic incorporatur, reficitur & magis aſſimilatur. Ad hoc autē ꝙ quis ſpiritualiter manducet, requiritur cogitatio fidei, & affectio charitatis. In primo ſitut dictum eſt, continetur maſticatio: in ſecundo vero incorporatio. hæc Bonau. Prædicta autem duo potuerũt habere multi patres veteris teſtamenti circa hoc ſacramentum, intelligentes figuras huius ſacramenti, ſicut fuit manna, paſcalis agnus, & ſic de alijs. Et ſaluo meliori iudicio, potuerunt hoc ſacramentum ſpiritualiter manducare hoc modo prædicto. G

Delectatio. Tertio debemus in Chriſto eum ſpiritualiter manducādo delectari ſeu incorporari, & interna dulcedine inebriari, ſicut Iſa. 55. dicit Dominus. Audite audientes me, & comedite bonum, & delectabitur in craſſitudine anima veſtra, & feriam vobiſcum pactum ſempiternum, miſericordias Dauid fidelis, quæ fuerũt inenarrabiles dulcedines & ſuauitates, quas de Chriſto venturo expertus eſt. proinde illas guſtauerat, quando ad illas omnes animabat, dicens: Guſtate & videte, quoniam ſuauis eſt Dominus. beatus vir, ſcilicet iam in ſpe, H qui ſperat in eo. Hanc quoque dulcedinem guſtauerat ſponſa, quæ Cant. 4. ait. Mel & lac ſub lingua eius. id eſt dulcedo inenarrabilis in meditatione amoroſi cordis eius. Hęc ſiquidem ſuauitas & dulcedo cœleſtis, quædam prægustatio eſt, ac tantę virtutis, vt mundi dulcedinem reddat inſipidam. Quòd autem mundi dulcedinem reddat inſipidam, atteſtatur Auguſt. cum ait: Guſtato ſpiritu, deſipit omnis caro. Quòd mundi amaritudinē faciat ſapidam, myſticè. 4. Reg. 2. oſtēditur in Heliſæo, qui miſit ſal in amaras aquas, & in dulcedinem conuerſæ ſunt. Sic Chriſtus dulcore, & ſapore ſpirituali, ſanat

A ſanat & extinguit amaritudines mundi. Et hoc enim B.Stephano lapides torrentes, dulces fuerunt, & B.Laurentio atque multis alijs Sanctis.ardentes prunæ,candentes teſtæ,loricæ igneæ, viſæ ſunt tanquam ſuaues roſæ:vnde Actu 5. Ibant Apoſtoli gaudentes a conſpectu concilij,quoniam digni habiti ſunt pro noie Ieſu contumeliã pati.

De triplici fructu ſpiritualiter manducantium hoc ſanctiſsimum Sacramentum. Cap. 3.

B

3. Fruct⁹ ſpiritualiter manducantium, conſideremus eſt. 3 triplex eſt.

TErtio vero conſiderandus eſt ſpiritualiter manducantium fructus, qui triplex eſt. Primus eſt peccatorum remiſſio, ſecundus ab æterna morte ſaluatio,tertius eſt ſalutis æternæ participatio.

Primus inquam fructus eſt peccatorum remiſſio, & hoc nos docuit petere Dominus ab æterno patre,cũ ait, Luc.nodecimo. Panem noſtrum quotidianum da nobis hodie,ideſt ſpiritualem cibum: qui enim manducant ſpiritualiter virtutem corporis & ſanguinis Chriſti, eum dicuntur ſpiritualiter ſumere & manducare,quia ipſam corpo-
C ris Chriſti efficaciã quotidie ſumunt, & remiſſionem omnium peccatorũ ſuſcipiunt. Et ad hanc communionem ſpiritualem ſumendam in quolibet die feſto quilibet conari tenetur, ſicut dictum eſt ſupra, vbi tractauimus de feſtis, ſermone 10.artic. 2.c. 1. ante medium. Secundus fructus eſt ab æterna morte ſaluatio, & de hoc locutus eſt Dominus, cum Ioan.6.ait: Hic eſt panis de cœlo deſcendens:vt ſi quis ex ipſo manducauerit, ſcilicet ſpiritualiter:non moriatur, ſcilicet æterna morte. Vnde Auguſt. ſuper Apoſtolum ait.Patres noſtri eandem eſcam ſpiritualem manducauerunt, quam & nos,
D non alteram,ideſt, mãna, quod ſignat Chriſtum, & ideo valet credentibus. Alij vero,qui non crediderunt, manducauerũt & mortui ſunt æternaliter, & non Moyſes & alij iuſti, qui in illo corporali cibo inuiſibilem ſpiritualiter eſurierunt,gratiam ſpũaliter guſtauerunt,vt ſpiritualiter ſanarentur, ſcilicet a morte æterna, & nos ſimiliter mãducando ab æterna morte liberamur.

Tertius fructus eſt ſalutis æternę participatio:vnde ſuper illud 1.Corin.10.Vnus panis,& vnum corpus,multi ſumus: omnes, qui de vno pane, & de vno calice participa-
Auguſt. mus:vnde Auguſt.Nulli dubium eſt, quenquam tunc corporis & ſanguinis Domini-

ei participem fieri,quãdo membrum Chriſti efficitur:nec alienari ab illius patris conſortio, etiam ſi antequàm panem illũ edat, de hoc ſæculo in vnitate corporis Chriſti conſtitutus abſcedat,quia illius ſacramenti beneficio non priuatur, q̃n illud,quod hoc ſacr̃m ſignat,inuenitur. Inuenit autem homo ꝙ ſacr̃m ſignat, q̃n membrum Chriſti efficitur. Et hoc quidem efficitur; q̃n credendo, & manducando ſpiritualiter manducat, qui ſic in corpore Chriſti vere conuertitur,vt cum ipſo æternaliter viuat.Hæc ille. Vltra omnia ſupradicta auditione deuota ipſius Miſſæ, addam notabilem verſum, qui talis eſt. E F

Non charitas opes,nec miſſa minuit iter.

ARTICVLVS SECVNDVS.

Dd Sacramentali & ſpirituali manducatione Dominici corporis.

3.Mãducandi modus eſt perfectus.

TErtius manducandi modus eſt, cum ſumitur ſacramentaliter,& etiam ſpiritualiter ſimul,& hic eſt perfectus & optimus ſumendi modus,ſicut de B. Virgine,Lu.10. myſticè dicitur. Optimam partẽ elegit ſibi Maria, quæ non auferetur ab ea: eo ꝙ tribus ſibi propoſitis, ſ.eſſe matrem, & non Virginem, vel eſſe matrem & virginem: vltimam & optimam ſibi elegit,ſ. eſſe vtrunque ſimul.Sic & iſti aſſumere volũt corpus Chriſti,nec tm̃ ſacramentaliter, ſed ſacramẽtaliter & ſpũaliter ſimul, quod quidem eſt in hoc ſacramento eligere optimam partem,iuxta præceptum eccleſiæ de pœ.& re.c.omnis vtriuſq; ſexus.Cæterum aduertendum eſt,ꝙ qui vult ſumere fructiſere corpus Chriſti:tria ſunt ei neceſſaria,ſm Bonauẽ.in 4.diſt.12. Primum eſt diſcretio, ſm eſt deuotio, tertio eſt probatio. Primo enim eſt ei neceſſaria diſcretio.Oportet eũ hunc cibum ab alijs diſcernere per fidem: G

Tria ſunt neceſſaria, q volẽti ſumere fructiſere corpus Xpi.

H tm̃ enim ſacrum recipere, ſicut recipitur alius cibus,nec congruum, nec fructiferum eſt.Et quia in hoc ſacro pñs eſt diuina maieſtas:ideo debet recipi cũ honore, vt ipſum homo cognoſcat, ideo.neceſſe eſt iſtum cibũ ab alijs diſcernere:vnde Apoſto.1.Cor. 11.ait,iudicium ſibi manducat & bibit,non diiudicans corpus Dñi. Secunda eſt neceſſaria probatio. quilibet.n.debet ſe probare & examinare,ſi ſit in eo mortalis culpa,antequam ad hoc ſacr̃m accedat. Ideo Apoſt. vbi ſupra ait:Probet autem ſeipſum homo, & ſic

A & ſic de pane illo edat, & de calice bibat. Qui enim manducat & bibit indigne, iudicium ſibi manducat & bibit. Tertio neceſſaria eſt deuotio: cum enim in hoc ſacramẽto exprimatur diuina maieſtas, neceſſe eſt illud recipere cum deuotione, exemplo Zachæi, Luc. 19. qui Ieſum accepit gaudẽs, ideſt cum multa deuotione. Qui igitur ſic præparati ſuſcipiunt hoc ſacramentum, optimam partem eligunt: & merito quidem; & maxime propter multiplices bonos fructus, qui inde ſequuntur. Primus eſt peccatorum deſtructio, ſecundus eſt bonorum
B augmentatio, ſcilicet ſpiritualium, tertius vero cum Chriſto vnio.

Quòd deuota ſumptio ſacramenti ad deteſtationem peccatorum tripliciter valet. Cap. 1.

Vera ſacramenti ſumptio ad triplicẽ deteſt. pctõrum valet.

PRimus eſt peccatorũ deſtructio, de quo Dan. 2. myſticè dicitur: Videbas donec abſciſſus eſt lapis de monte ſine manibus, & percuſſit ſtatuam in pedibus eius ferreis, & fictilibus, ideſt percuſſit peccatorum figmenta. Et ſequitur, & comminuit eos, ſcili-
C cet pedes. Et iterum. 1. Ioan. 3. dicitur. In hoc apparuit filius Dei, vt diſſoluat opera diaboli, quæ ſunt ſcelera atque peccata. Valet igitur hoc ſacramentum ad deſtructionem peccatorum, & maxime quo ad tria. Primo ad delendam maculam cordis, ſecũdo ad mitigandum ſtimulum carnis, tertio ad reſiſtendum cogitationibus prauis.

Primo inquam valet ad delendam maculam cordis, teſte propheta, qui ait, pſal. 67. Niue dealbabũtur in Selmõ. Selmon enim mons Dei eſt, & vmbra interpretatur. Et ſi-
D cut gl. ait, corpus Chriſti ſignificat: quia ſicut de lumine & corpore oritur vmbra, ita in Chriſti corpore eſt lumen diuinitatis, & caro humanitatis. In hoc ſiquidem vmbroſo monte ſuper niuem dealbabuntur fideles, quia virtute corporis Chriſti mirabiliter mũdantur a macula venialium, & quãdoque etiam mortalium peccatorum: vnde Iſa. 43. Ego ſum ipſe, qui deleo iniquitates tuas propter me. Delentur autem maculæ de corde venialium peccatorum ex charitatis feruore, cum quo ſumitur corpus Chriſti, & hoc, quia dicto feruori contrariantur. Econtrario delentur etiam quandoq; mortalia, quando non ex negligẽtia, ſed ex memoriæ inſufficiẽtia & labilitate oblita ſunt. Sicut patet de con. diſt. 2. c. ante benedictionem: vbi dicitur, ꝙ qui manducauerit hoc E
corpus, fiet ei remiſſio peccatorũ. Vbi glo. ait, non ſolum venialium, ſed etiam mortalium, quod intelligitur modo prædicto.

Secundo valet ad mitigandum ſtimulum carnis. In huius myſterium Exo. 16. ſcriptũ eſt. Mane quoque ros iacuit per circuitum caſtrorum. gl. Panis cœleſtis in ſimilitudine roris & pluuiæ apparuit: quia corpus Chriſti a feruore vitiorum refrigerat. Ideo pſal. ait: Tu dominaris poteſtati maris, motum autem fluctuum eius tu mitigas. Mare ſignificat multas miſerias carnis, motus autem eius ſtimulos carnis. Tertio valet ad reſi- F
ſtendũ cogitationibus prauis: vnde Cant. 1. dicit anima iuſti: Faſciculus mirrhę dilectus meus mihi. Mirrha ſiquidẽ corpora ſeruat illæſa: quia dilectum Dominum ſuſcipimus ſicut faſciculum mirrhæ, eo quòd paſſionẽ eius ad memoriam reuocamus. Præterea hoc ſacramentum roborat habitum gratiæ, ex quo tanquam ex armatura animæ mens a prauis cogitationibus defenſatur. Ideo Pſal. ait. Nam & ſi ambulauero in medio vmbræ mortis, non timebo mala, quoniam tu mecum es. Et iterum idem ait. Dominus fortitudo plebis ſuæ, & protector ſalutatio-
num Chriſti ſui eſt. Sed nunquid corpus Chriſti debet dari amentibus? Reſpõdetur, G

Myrra proprietas.

Dub. ſol. Amentes duplici.

ꝙ de amentibus diſtinguendum eſt. Primo enim modo amentes largo modo dicũtur, quia debilem mentem habent, ſicut dicitur inuiſibile quod malæ videtur: tamen aliquo modo dociles ſunt eorum, quæ ad fidem & deuotionem ſacramenti pertinere probantur, & talibus non oportet corpora Chriſti negari. Secundo ſunt quidam, qui omnino carent iudicio rationis, & tunc aut iſti fuerunt tales a natiuitate, & iſtis dari non debet, quia non poſſent ad deuotionem induci, quæ requiritur ad ſacramentum hoc: H
quamuis quidam contrarium dicant. Aut inciderunt in amentiam poſt fidem & deuotionem ſacramenti: & tunc debet eis dari, niſi timeatur periculum, vel de vomitu, vel de ſpuitione, vel aliquid huiuſmodi. Et hoc patet per illud quod habetur. 26. q. 6. c. is qui. vbi dicitur: Is qui in infirmitate pœnitentiam petit, ſi caſu ad eum ſacerdos inuitatus veniat oppreſſus infirmitate obmutuerit, vel in frẹneſi auerſus fuerit, dent teſtimonium qui eum audierent: & accipiat pœnitentiam, ideſt abſolutionem, ſecundũ gl. & ſi continuo creditur moriturus reconcilietur per manus impoſitionem, & infundatur ori eius euchariſtia: ſi ſuperuixerit, monea-

A moneatur a prędictis teſtibus petitioni ſuę ſatisfactum. Et ſubdatur pœnitentiæ ſtatutis & legibus, quamdiu ſacerdos, qui per pęnitentiam dederit, probauerit; cum hoc cōcordat Alexan. de Ales, & Tho. in 4. diſtin. q. in fine de dęmoniacis. Addit etiam Tho. ibid. de dęmoniacis communio non eſt deneganda, niſi forte ſit certum quòd pro aliquo crimine a diabolo torqueantur. De talibus loquitur Donyſius in 3. lib. de eccleſiaſtica ierarchia. d. Energumeni etiā ab inſpectione diuinorū arcentur: vnde ſtatim poſt euangelium in primitiua eccleſia per vocē
B diaconi cum cathecumenis excludebantur. Vel dicendum eſt, & melius, ꝙ ipſe vocat energumenos illos, in quibus adhuc viget virtus dæmonis propter peccatum originale nondum extirpatum, eo quòd nondum baptiſmi gratiam cōſecuti ſunt, quibus exhibetur exorciſmus poſt catechiſmum ante baptiſmum. Vnde ipſe ponit eos ſecundo loco poſt cathecumenos. Inſuper Caſſianus ait: Qui ab immundis vexantur ſpiritibus communionem ſanctā a ſenioribus noſtris nūquam inuenimus interdictam. Præterea 26. q. 6. c. qui recedunt, in fine dicitur: amentibus etiam quæcunque pietatis ſunt, conſe
C renda ſunt, & loquitur ibid. de reconciliatione, & de communione ſacra: hæc ſecundum Tho. vbi ſup. Sed Alex. de Ales ait, ꝙ ſunt quidam energumeni, qui exigentibus peccatis ſuis iudicio Dei arreptitij facti ſūt: de quibus frequenter accidit, ꝙ prorumpunt in blaſphemias, & in alia, quæ abſque Dei contumelia fieri nō poſſunt, & talibus non eſt dandum corpus Chriſti. Quidam vero energumeni ſunt, qui nō modicæ religionis fuerunt, & tamen diuina permiſſione ad maiorem eorū purgationem, & meritorum augmentationem, quibuſdam tempo
D ris interuallis vexanrur a ſpiritibus immundis, quorum deuotio in nullo diminuitur, neque refrigeſcit feruor: de quibus prompta ſunt exempla: ſed forte non expedit ꝑpalare talia: ſed talibus, quando opportunitas ſe offert, dari debet, vt contra vexationes maligni ſpiritus fortius inualeſcant: de huiuſmodi intelligit Caſſianus: vnde dicit. Tanto magis ac magis inimicus inſultabit obſeſſo, quantum eum cœleſti medicina viderit ſegregatum. Hæc Alexan. de Ales.

Quòd per hoc ſacramentum digne ſumptum tria bona ſpiritualia in homine augmentantur. Cap. 2. E

Secundus effectus huius ſacramenti eſt bonorum ſpiritualium augmentatio: Sicut Prouerb. 12. dicitur. Qui bonus hauriet ſibi a Domino gratiam; & merito quidem, quia ipſe eſt fons omnis gratiæ & virtutis: vnde ſacramentum, euchariſtia, id eſt bona gratia nominatur. Ideo Eccleſ. 24. ipſa euchariſtia de ſe ait. In me omnis gratia vitæ & veritatis: in me omnis ſpes vitæ & virtutis. Tranſite ad me oēs, qui concupi F ſcitis me, & a gňationib⁹ meis, adimplemini, tria aūt inter alia bona multiplicātur per hoc ſacramentum. Primum eſt decor caſtitatis, ſecūdum eſt feruor charitatis, tertium eſt ſapor ſuauitatis. Primum inquam eſt decor caſtitatis: vnde Dan. 1. dicitur: Apparuerunt vultus eorum meliores vultibus puerorum, & corpulētiores præ oīb. pueris, qui veſcebātur cibo regio. gl. vultus eorū, quos panis ſatiabat, qui de cœlo deſcendit, apparuerunt meliores, ſcilicet caſtitatis decore: vnde & pueri illi caſti fuerunt. Proinde merito dicitur. Cant. 7. Quàm pulchra es, & quàm decora cariſſima in delitijs. Sicut enī G nutrimenta plurimum faciunt ad decorem corporis: ſic etiam delitię ſpiritualis cibi ad pulchritudinem caſtitatis; ſecundum enim Alex. de Ales in 4. Talis communicatio ſacramentalis & ſpiritualis ſimul valet ad cognoſcendam diuinam bonitatem, ſiue largitatem in reficiendo: quia dedit corpus ſuum ad ſpūaliter & ſacramentaliter manducandum, vt vtrumque, ſcilicet, corpus, & animam reficeret: vnde æſtimo quòd incentiua carnis ſedantur ex manducatione ſacramentali. hæc ille. Secundum bonum eſt feruor charitatis: vnde Eccl. 32. dicitur, Gémula carbunculi in ornamento auri. gl. ar- H dentia gemmarum principatum tenet carbunculus, ſic dictus quia eſt ignitus vt carbo, & ſignificat corpus Chriſti, quia cor accipientis ornat caſtitate, & inflammat charitate: vnde pſal. 22. ait: Ignis a facie eius exardeſcit, carbones ſuccenſi ſunt ab eo, & iterum ait, impinguaſti in oleo caput meū, id eſt mentem meā feruenti deuotione inebriaſti. Et calix meus: inquam per amplexum dilectionis, quàm præclarus eſt, id eſt illuminans intellectum & inflammans affectum: talis enim ſumptio ſacramenti, ſcilicet ſpiritualiter & ſacramentaliter, valet ad tranſlationem de humanis ad diuina. Ideo Inno-

2. Effect⁹ huius ſacramenti eſt bonorum ſpūaliū augmentatio.

Tria bona inter alia multiplicantur ꝑ hoc ſacrum.

A Innocenti, ait: Sapientia Dei, quæ ſe per viſibilia manifeſtat: volens euidenter oſtendere, ꝙ ipſa eſt cibus animarum, carnē aſſumptam propoſuit in edulium, vt per cibum humanitatis inuitaret ad guſtum diuinitatis: vnde ait pſal. Guſtate & videte, quoniā ſuauis eſt Dominus. Totum ergo ſe Chriſtus exhibet nobis: vt ſicut diuinitate nos reficit, quam ſpiritualiter corde guſtamus: ita humanitate nos reficiat, quem corporaliter ore comedimus: vt ita de viſibilibus ad inuiſibilia, de temporalibus ad æterna, de
B terrenis ad cœleſtia, & de humanis ad diuina nos transferat. Ego ſum, inquit, panis viuus, qui de cœlo deſcendi: ecce cibus diuinitatis, & panis, quē ego dabo, caro mea eſt: ecce cibus humanitatis. Tertium bonū eſt ſapor ſuauitatis: vnde Sapientiæ 16. de Domino ſcriptum eſt. Angelorum eſca nutriuiſti populum tuum, & paratum panem de cœlo præſtitiſti eis ſine labore, omne delectamentum in ſe habentem, & omnis ſaporis ſuauitatem, ſubſtantiam enim tuam & dulcedinem tuam, quam in filios habes oſtendebas, & deſeruiens vniuſcuiuſq; vo-
C luntati, ad quod quis volebat, conuertebatur. Et iterum Cant. 5. anima iuſti inquit. Comedi fauum cum melle meo, & bibi vinum meum cum lacte meo, ideſt bibi & comedi corpus & ſanguinē Domini noſtri Ieſu Chriſti cum ſaporoſo affectu, & luminoſo intellectu ad animæ meæ ſpiritualem cōſolationem: hæc eſt enim ſuauitas, de qua pſal. ait: De petra melle ſaturauit eos, quia tales deuotæ mentes ſugunt ineffabilē dul-
Auguſt. cedinem eius. Vnde Aug. ait: Participatione corporis & ſanguinis Chriſti homo viuit non ſumens ſacramentum tantū, quod & mali faciunt: ſed pertingens vſq; ad Spiritus ſancti participationem: vt in corpore
D Domini tanquam membrū maneat, & eius ſpiritu vegetetur: vnde Innocen. ait: Panis Angelorum factus eſt panis hominum, ſecundum illud propheticum, panem Angelorum mādueauit homo: quatenus qui ſēm animam cibum diuinitatis accipimus, ſecūdum carnem etiam cibum humanitatis ſumamus: quoniam ſicut anima rationalis, & caro vnus eſt homo: ita Deus & homo vnus eſt Chriſtus. hoc dicit quātum ad primum: & poſt, quia per guſtum quoque vitam acquirit: quatenus vnde mors oriebatur, inde vita reſurgeret. Dictum quippe eſt de illo: Quacunq; die comederis, morte morieris. Dr̄ aūt de iſto: ſi quis manducauerit ex hoc pane, viuet in æternū, & de h. d. q̃tū ad ſm.

De perfecta vnione animæ cum Chriſto quam efficit hoc Sacramentum, quæ in triplici ſimilitudine demonſtratur. Cap. 3. E

TErtius effectus huius ſacramenti eſt cum Chriſto perfecta vnio, ſecundum Bonauen. in 4. diſt. 12. Effectus huius ſacramenti non eſt de nouo vnire, ſed iam vnitas magis vnire: magis autem quis vnitur tripliciter, aut vinculo maiori, aut vinculo ſtrictiori, aut vinculo firmiori. Primo inquam vinculo maiori: vt ille, qui habet maiorem charitatem. Secundo vinculo ſtrictiori, vt ille, qui ſecundum eundem habitum tenacius amat. Tertio vinculo firmiori: vt ille, qui eodem habitu magis eſt radicatus. Dicitur autem hoc ſacramentū magis vnire: quia digne accedentē reddit feruentiorem, quia efficitur homo vt carbo ignitus, & reddit fortiorem, ſicut bonus cibus. Et ex hoc quòd reddat charitatem magis ignitam, adiuuat ad conſumendum originalis peccati rubiginem. Et ex hoc quòd magis firmat, adiuuat ad vitandum omnia ſcelera, & ratione vtriuſque valet ad augmentum virtutum, & maxime charitatis, q̃ vinculum eſt perfectionis. Sed quātum ad feruorem, vel radicationem, feruor minuitur quotidie per venialia & ēt radicatio: & ideo oportet per hunc cibum reſtaurari deperditum; hæc ille. Aduertendum eſt etiā, ꝙ cum hoc ſanctum ſacramentum manducamus, non ipſum quemadmodum alius cibus in nos mutatur: ſed econuerſo nos mutamur in illud. Proinde ſicut dictum eſt, hoc ſacramentum euchariſtia, ideſt bona gratia nuncupatur, eo ꝙ corpus Chriſti influat in nobis bonitatem ſuam, per quam non ipſum nobis, ſed nos illi aſſimilamur, & in eius bonitatem mutamur: nam gratia eſt q̃dam influentia diuinæ bonitatis in anima, per quam Deo aſſimilatur. Hæc ſiquidem vnio triplici ſimilitudine probari poteſt. Prima ſumitur de virtute amoris noſtri, ſecunda de virtute rei maioris, tertia de virtute ſurculi arboris. Prima vero ſumitur de virtute noſtri amoris. Eſt enim vis amoris transformare cor amantis in id, quod amatur: vnde Cant. 8. ait Chriſtus ad ſponſam, pone me, vt ſignaculum ſuper cor tuum. Super cor tanquam ſuper ceram liquidam, calidam, puram, & mollem, & aptam ſuſcipere imaginē impreſſam Ieſu Chriſti, ponendum eſt Dominicum ſacramētum; nam ſu-

3. Effect' huius ſacr̄i eſt ꝑfecta vnio cum Xp̄o vnitur autem tripliciter.

F

G

H

Hæc vnio triplici ſimilitudine probari poteſt.

per

A per calidum cor amore Dei, purum mundi-
tia ſui, ac molle pietate proximi, corpus
Chriſti vt ſigillum ponitur: non vt ipſum,
quod immutabile eſt, in nos mutetur: ſed vt
nos in imaginem bonitatis eius transfor-
memur & immutemur. Item habetur de
con.di.2.c. hoc ſacramentum: ibi Aug. ait,
Hoc ſacramentum pietatis eſt, ſignum vni-
tatis, vinculum charitatis. Qui vult viue-
re, accedat & credat, & incorporetur: hunc
cibum & potum, ſocietatem vult intellige
re corporis & membrorum ſuorum: vnde
Ioan.6. Dominus ait. Qui manducat meam
B carnem, & bibit meum ſanguinem: in me
manet, & ego in illo. Secunda vero ſimili-
tudo ſumitur ad hoc idem de virtute rei ma
ioris. nam ſi gutta aquæ in vas magnum vi
ni ponatur, aqua ex toto mutatur in vinū:
ſic etiam virtus Dominici ſacramenti, cum
ineffabilis magnitudinis ſit, & nos quaſi
nihil reſpectu illius; merito nos mutamur
in Chriſtum, & non Chriſtus in nos. De
Chriſti magnitudine pſal. ait, Magnus Do-
minus, & magna virtus eius. Et de paruita-
te noſtra idem ait, Subſtantia mea tanquam
nihilum ante te. Et Iſa.40. ſcriptum eſt, ecce
gentes quaſi ſtilla ſitulæ. Et ſequitur, om-
nes gentes quaſi non ſint: ſic ſunt coram
C eo. Magnitudo itaque virtutis & dulcedi-
nis Chriſti, cum ſacramētum ſumitur, exi-
guum & humile cor noſtrum vincit, & il-
lud a ſe deficere facit, in ſeipſum conuer-
tens: vt non iam mundanis & tranſitorijs
rebus deditis, ſed voluntate ſermone & ope
re Chriſto ſimiles ſumus, ſicut de ſe pſal. te-
ſtatur dicens, defecit in ſalutare tuum Deus
anima mea, & in verbum tuum ſuperſpe-
Pulchris ſimilitudo. raui. Tertia ſimilitudo ad idem ſumitur
de virtute ſurculi. Eſt nempe natura ſurcu-
li arboris bonæ, ꝙ ſi ſylueſtri trunco inſera
tur, naturali virtute præualens illius ama-
ritudinem & ſylueſtrem naturam in dome
D ſticam & nobiliorem conuertit, & ſimilem
fructum bonum proferre facit. Sic vtique
corpus Chriſti in nobis inſitum defectus
noſtros euacuat, & nos in bonitatem ſuam
transformat. Proinde quales ipſæ flores,
frondes, & fructus iuſtitiæ facit: tales quo-
que per eum & nos facere ſtudeamus.
Hinc Spiritus ſanctus per Ezech.17. ait, Su-
mam ego de medulla cedri ſublimis, & po
nam de vertice ramorum eius tenerum: di-
ſtringam & plantabo ſuper montem excel-
ſum & ſuper eminentem: in mōte ſublimi
Quid per cedrum. Iſrael plantabo illā, & erumpet in germē,
& faciet fructū. Cedrus ſublimis, eſt pater
omnium Deus: rami eminentes, ſunt antiqui E
patres: vertex ramorum, eſt B. Virgo Maria:
medulla cedri, æterna Dei ſapientia eſt. De
vertice igitur ramorū fuit caro Chriſti de
Virg. ſumpta. Tunc igitur Spūs ſanctus me-
dullam cedri, & partem ſumpſit de ſupre-
mo ramo, qn̄ verbum caro factum eſt: tene
rum autem dr̄ a teneo per cōtrarium, quod
vix ſe teneat, & ſignificat hoc ſacrum, eo ꝙ
vix Chriſtus ſe tenet in cœlo, ſed tractus a-
more nr̄i deſcendit ad terram: hoc tenerū
Deus diſtringit. i. dilatat, qn̄ hoc ſacrum in
multis hoſtijs per orbem terrarū multipli-
cat. Vnde diſtringere, ſm̄ Catholicon, eſt di F
latare. Hunc aūt nobiliſſimum ſurculum in
montem excelſum plātat, cum fideliū men-
tes a terrenis deſiderijs ad cœleſtia eleuās,
Dominici corporis tribuit ſacrum. Hinc ſi-
quidem fructus erupit, quia cor fidele virtu
te corporis Chriſti, relicta propria amaritu-
dine vitiorum ad gloriā eius ſpirituales flo
res deſideriorum ſanctorum, frondes vtiliū
verborum, & fructus bonorū operū facit:
Ideo aīa fidelis ait ad Chriſtū, Can.1. Trahe
me poſt te, ſcilicet mutando me violentia
tuæ dilectionis: magnitudine tuæ delecta-
tionis: ſi virtute firmæ intentionis, vt non
maneat in me radix amaritudinis, ſed præ- G
ualeant in me virtus & dulcedo tuæ ſuper-
excellētiſſimæ bonitatis, vt cum Apoſtolo
dicamus illud Gala.2. Viuo autem iam non
ego, viuit vero in me Chriſtus: qui ſcilicet
vita eſt viuentium, ſpes morientium & glo
ria omnium reſurgentium, qui benedictus
& benedicibilis, dulcis & deſiderabilis, glo
rioſus & laudabilis cum patre & Spiritu
ſancto viuit & regnat, &c.

FERIA SEXTA
In paraſceue.

De Sacratiſſima paſſione & myſterijs crucis Chriſti. H

Sermo LVI.

AFflictus ſum & humiliatus ſum nimis, rugiebam a gemitu cordis mei. Domine ante te omne deſiderium meum, pſal.37. Ad contemplandum ſacramētum Dn̄icæ paſsionis, licet omnium nr̄um ad hoc deſideria inardeſcant: tamen imbecillitas humani ingenij oīno inſufficiens eſt. Porrò cum in Chriſto Ieſu eſſet diuinitas, quia filius vnicus Dei erat, & aīa rōnalis a Deo creata, atq; caro de Virgine ſum- *Ad contemplandam paſſionem Chriſti.*

A pta, ipſa rei magnitudo ſtupendã abyſſum admirationis ingerit menti, atque incompræhenſibilitatem tanti myſterij proteſtatur, ſcilicet quod Dei filius tam aſpera pro nobis voluerit pati, atque in cruce opprobrioſiſſime mori: quod intelligens a rationali natura non poſſe comprehendi, Eccl. 1. Ait. Altitudinem cœli, ecce diuinitas Chriſti, & latitudinem terræ, id eſt carnis in paſſionibus dilatatæ: & profundum abyſſi, i. eius animæ in doloribus abyſſatæ, quis dimenſus eſt? quaſi dicat, nulla rationalis & creata B natura, ſed ante omnia ipſa admiratio animi propulſans atque interrogans ait: cum Deus dixit, & facta ſunt: ipſe mandauit, & creata ſunt: cur pro noſtra redemptione tot *Solutio.* & tanta ſupplicia paſſus eſt? Ad hoc reſpondet Haymo in quodam ſermone in myſterio dicens, quòd inter miſericordiam & veritatẽ difficilis altercatio fuit: veritas enim in adiutorium, & concilium ſibi iuſtitiam aduocauit. Miſericordia autem pacem in ſubſidium inuocauit: ambæ communiter diuinæ ſapientiæ arbitrium elegerunt: partibus igitur in præſentia arbitrij cõſtitutis, C miſericordia pacis inſtructa cõcilio, taliter allegauit. Cũ Deus ſumma bonitate fecerit hoĩem ad imaginem & ſimilitudinem ſuã, indignum eſt vt tam digna creatura tota pereat, & Deus fraudetur propoſito ſuo: qui propterea fecit hoĩem, vt illũ cognoſceret: cognitum diligeret, & dilectũ haberet: ſi ergo talem ex toto puniret, nulla prorſus bonitas, immo potius crudelis eſſet impietas. Non ergo obliuiſcatur miſereri Deus, nec contineat in ira ſua miſericordias ſuas. Veritas aũt iuſtitiæ fræta concilio, ad hoc rñdet. Cum Deus ſumma æquitate pp pcm̃ clauſerit ianuam paradiſi, collocans Cherubin apud paradiſum, vt Angelus diabolum & D hoĩem igneo gladio effugaret: indignũ eſt, vt eam reſeret indignus, ne ſanctum Dei canibus, vel Margaritas ſpargat ante porcos. Omnes enim declinauerunt ſimul, inutiles facti ſunt: nõ eſt, qui faciat bonum. Omnes enĩ immundo ſemine concepti ſunt, & appoſuerunt adhuc peccare ei. Ad hæc miſericordia rñdet: Quodq; vis hõ valde peccauerit, poſtea tñ perfectè pœnituit: ideo qđ ante amiſit per culpã, recuperare debet per pñiam. Quacumq; enim hora peccator cõuerſus fuerit, & ingemuerit, vita viuet & non morietur. Econtra veritas rñdet: licet homo per pñiam culpam deleuerit, perfectam tñ innocentiam pnia non reſtituit, quia remanet ſemper fomes peccati: languor naturæ, & tyrannus carnis: ideo cum E poſſit pœnã auferre, non poteſt tamen gloriam reſtituere. His & talibus obiurgationibus diuina ſapientia cogitauit cogitationes pacis, & vidit quòd iuſtitia læderetur, niſi ſufficiens pœna pro omnibus ſolueretur: ſed miſericordia diſperiret, ſi quemlibet ſufficienti pœna puniret: vnde vt tam miſericordiæ quàm iuſtitiæ ſatisfaceret: iudicauit vt filius Dei aſſumeret in ſe pœnam pro omnibus, & donaret per ſe gloriã vniuerſis. Ac per hoc iuſtitia & pax oſculatæ ſunt, & complexæ ſunt: alius nullus enim inuenitur dignus aperire ianuam paradiſi, niſi leo de tribu Iuda: qui aperit, & nemo F claudit: claudit & nemo aperit. Vix enim cuiquam alij ſua ſufficiebat iuſtitia, nedum ſufficeret vniuerſis: hæc ille. Vt igitur paſſione ſua nos redimeret, & per eam ſempiterna gloria dignos efficeret, aſſumpta noſtra paſſibili carne in tẽporis plenitudine, omnem dolorem pœnam, confuſionem & maiorem in cruce perpeti dignatus eſt. Erige igitur mens deuota ad illud vitale lignũ oculos cordis tui, & quia non decet Virginem matrem Dei in tanta hodie mæſtitia laborãtem, aduocatam pro noſtra indigentia poſtulare: ne tanti beneficij ſcilicet Dominicæ Paſſionis reperiamur ignari & ingrati: G tu ſanctiſſima Crux eſto refugium nr̃um, & virtus, illuminans mentes noſtras ſplendoribus tuis: inflamma cor noſtrum ardoribus tuis: robora vires noſtras virtutib⁹ tuis: ſine enim lumine tuo cæci ſumus: ſine calore tuo frigidi ſumus: ſine robore tuo fragiles ſumus: ſine ſenſu tuo animales ſumus & brutales: ſine dulcedine tua amari ſum⁹. Tu medela infirmorum, tu theſaurus perfectorum, tu es decus ſaluandorum. O ſanctiſſimum lignum vitę, ſuccurre miſeris, refoue puſillanimes, iuua debiles, dirige deuios: tu pugnantium armatura, tuque pelagus gratiarum. Ad te igitur dirigimus preces noſtras, vt ex abundantia infinitorum H theſaurorum tuorum nobis impetres ſenſum & intellectum, vt contemplando ingredi valeamus illas infinitas abyſſus dolorum, confuſionum atque myſteriorum illius, qui te pretioſiſſimo ſanguine ſuo conſecrauit. Præterea te adorantes ſupplices exoramus, atq; humiliter ſalutamus dicentes: O crux, aue ſpes vnica hoc paſſionis tẽpore: auge pijs iuſtitiam, reiſque dona veniam, amen. Afflictus ſum & humiliatus ſum nimis, &c. iterum ibi ſupra. In quibus ſacratiſſimis verbis tres abyſſus Dominicæ

paſſionis

A paſſionis myſticè deſcribuntur. Prima eſt abyſſus incompræhenſibilis pœnalitatis, quia propheta in perſona Domini ait, afflictus ſum, &c. Secunda eſt abyſſus incompræhenſibilis humilitatis. Vnde Propheta ſubdit, & humiliatus ſum nimis, rugiebam a gemitu cordis mei. Tertia eſt abyſſus incompræhenſibilis vtilitatis: vnde ſubiunxit propheta dicens, Domine ante te omne deſiderium meum.

Prima pars principalis Dominicæ Paſſionis.

B

Eſt de 24. rationibus, quare dolores mentales, & pœnæ corporales Domini noſtri Ieſu Chriſti, omni creaturæ rationali incompræhenſibiles ſunt.

1. Contẽplãdũ circa Dñica paſſionẽ.

PRimo igitur circa Dominicã paſſionẽ contemplemur incompræhẽſibilem abyſſum pœnalitatis: quia ſumma veritas per os prophetę hoc de ſe teſtaẽ, dicens, afflictus ſum. Et quis quæſo exprimere ſufficiat dolores & afflictiones, quas in ſua paſſione ſuſtulit Chriſtus, cum etiam omnibus rationalibus C creaturis incompræhenſibiles ſunt? vt tamẽ aliqualiter compræhendere valeamus incompræhenſibilitatem, & abyſſalem immenſitatem eorum: tria ad præſens de ipſo Domino præmittendo conſideremus. Primo plenitudinem cognitionum, ſecundo magnitudinem occaſionum, tertio multitudinem rationum.

Triplex cognitio Ieſu Chriſti, vbi fundabatur crux eius, eſt mentalis.

D

1. Plenitudinẽ cognitionũ. Tres habuit cognitiones in mẽte ſua.

PRimo conſideremus plenitudinem cognitionum. Ab inſtanti conceptionis ſuæ ex vnione diuini verbi tres habuit cognitiones in mente ſua. Primo habuit cognitionem præteritorum, ſecundo habuit cocognitionem præſentium, tertio habuit cognitionem futurorum. Hæ tres cognitiones fuerunt quaſi tres altiſſimi montes, ſuper quos erecta & fundata fuit crux Domini noſtri Ieſu Chriſti, de quibus Propheta ait, Fundamentum eius in montibus ſanctis. Ex quo patet quòd inter cætera, maximè tria principaliter ſemper cognita erant in mente Chriſti. Primo enim peccata, quæ contra Deum in præterito patrata erant, & quæ in præſenti committebantur, & quæ in futuro committi debebant. E Secundo omnia tormenta, quæ antea paſſus erat, tunc patiebatur, & quæ in futuro paſſurus erat. Proinde Ioannis decimooctauo dicitur. Sciens itaque Ieſus omnia quæ ventura erant ſuper eum. Tertio cognouit omnia martyria, ſupplicia omnia, & omnes labores quæ ſuſtinuerunt omnes iuſti, omnes tunc exiſtentes, & omnes qui vſque ad finem ſæculi futuri ſunt, quorum omnium ipſe caput erat. Et hæc omnia ſupradicta, & omnes duodecim duplicatas F rationes, & aſpectus earum: de quibus ſtatim ſubdemus: ſimul plenius clariuſque magis diſtinctè vidit & cognouit, quàm aliqua mens humana poſſet intelligere aliquid ſingulare.

Tria ſunt, ex quibus formatur mentalis crux Chriſti.

2. Magnitudinẽ occaſionũ ſ. crucis eius. Tria ſũt fuerũt in Xp̃o. in hoc ſæculo quoad vixit.

SEcundo conſideremus magnitudinem occaſionum, ſcilicet crucis eius. Tria ſiquidem fuerunt ſemper in Chriſto Ieſu in hoc ſæculo quoad vixit: ex quibus eſt formata mentalis crux eius.

Primum fuit immenſus amor, ſecũdum immenſus dolor, tertiumque fuit immenſum gaudium. Nam ſicut duo ligna ſe interſecantia conſtituunt crucem, quæ in medio clauo nectuntur: Sic dolor & gaudium G conſtitueret Chriſti mentalem crucem, vt gaudium erigatur in altum propter honorem diuinum, & dolor in tranſuerſum propter noſtrum flagitium, & hæc duo in amore quaſi in clauo medio nectuntur, aut potius ab ipſo amore illa duo æqualiter oriuntur tanquam a principio radicali. Primo ergo menſura ab omni creatura immenſurabilis Dominicæ crucis fuit immenſus amor, a quo proceſſit. Nam tanta extitit, quantus ad Deum & ad proximum H amor fuit: quia enim fuit vnitus verbo perſonali vnione: tota capacitas naturæ ipſius, quæ ex perſonali vnione dilatata extitit, tota amore repleta fuit, immo tota fuit amor in verbo. Secundo etiam menſura & magnitudo Dominicæ crucis tanta fuit, quantus extitit dolor in mente eius, & pœna in carne. Pro cuius intellectu ſciendum eſt, ſecũdum Alexandrũ de Ales in 3. quòd dolores Chriſti fuerunt pœnales, maximè propter duo. Primo quia erant contra naturam patientis: ſecundo, quia erant con-

Dolores Xp̃i fuerũt pœnales ꝓpter duo.

A tra voluntatem naturalem ſenſualitatis. Inſuper eſt notandum, quòd differunt materialiter a doloribus pœnæ: nam pœnæ variantur in corporis membris ſecundum ipſarum pęnarum diuerſitatem, & membrorum viuacitatem & ſenſibilitatem. Dolores vero variantur in mente ſecũdum eius viuacitatem, atque naturalem & accidentalem diſpoſitonem: necnon & ſecundum varietatem obiectorum ipſorum dolorum: nihilominus membrorum pœna in momento per dolorem menti communicatur: atque dolor mentis quaſi abſque mora per
B pœnam ipſi corpori habet communicari. Ex quo patet omnes mentales dolores, qui ab inſtanti conceptionis fuerunt in mente eius per indicibiles ac variatas pœnas reſoluebantur in corpus ſuum ſanctiſſimum, ſecundum diuerſorum obiectorum ſuorum dolorum, necnon & omnes eius corporales pœnæ ſecundum earum diuerſitatem & acerbitatem in eius mentales dolores modo inexplicabili reſoluebantur. Denique quantum Deum & proximum adamauit: tantum, ſicut infra dicetur, de iniurijs
C iniuriati atque iniuriantis doluit, & pœnam ſenſit. Tertiò immenſurabilis menſura & magnitudo Dominicæ crucis fuit immenſum gaudium ipſius Chriſti. Nam ſecundum Alexandrum de Ales in 3. Propterea fuit meritoria, quia fuit in parte rationali, ſicut volitum & placitum. Inæſtimabile tamen erat gaudium, quia delectatio in ſuperiori parte animæ ei⁹, in qua ſcilicet fruebatur. Nam quantum dilexit Deum & proximum: tantum dolebat & lętabatur de iniurijs offenſi & offenſoris: non vtique fuiſſet virtuoſus dolor, nec etiã gratus Deo, ſi doluiſſet inuitus: quinim-
D mo ſicut alijs fruebatur virtutibus, ſic & iſta fruebatur ſuarum virtutum ſumma. Proinde in hunc dolorem, ſicut in rem ſibi placidiſſimam, & a ſe inæſtimabiliter prædilectam, toto mentis ferebatur conatu. Amplius addi poteſt, quòd licet odiret Dei iniurias, tãquam ſumme impias & iniquas: tamen gaudebat & conabatur tota voluntate illa mala odire, & quod mirabilius eſt, in hoc reſpectu nominus doluit pro malis dæmonum & damnatorum, licet redemptio ad eos non tranſiret, quàm pro culpis electorum ſuorum: immo tanto amplius, quãto maior malitia, maiorque iniuria Dei continebatur in eis.

Duodecim ſunt gradus, quare incompræhenſibilis eſt mentalis crux Chriſti. E

3. Multitudinem rationũ.

Tertio cõſideremus multitudinem rationum, ſcilicet ex quibus dolor eius tãtæ magnitudinis fuerit, quòd apud humanam & angelicam intelligentiam incompræhenſibilis erat. Hoc quidem dolore, ſicut prædictum eſt, ab inſtanti ſuæ Conceptionis, dum vixit in carne mortali, ſemper mens eius plena fuit, ac per multas ac varias pœnas in organo ſui humani eſſe reſoluebatur, ſecundum varietatem obiectorum diuerſorum, ſicut prætactum eſt. F
Et licet multæ huius doloris rationes dari poſſint: tamen duodecim fructus ligni vitæ merito dici poſſunt. Hoc ſiquidem lignum, quod Chriſtus eſt ex vtraque parte fluminis, ſcilicet humanitatis prometentis, & diuinitatis meritum dilatantis, per ſingulos menſes afferabat hos duodecim fructus, ideſt fructiferas rationes, ſicut Apoc. 22. myſticè deſignatur. Ad quos guſtandum hortatur Apoſtolus ad Philip. 2. cum ait. Hoc enim ſentite in vobis, quod & in Chriſto Ieſu: qui ſcilicet videndo præterita præſentia & futura, propter duodecim G
duplicatas rationes amando dolebat, & lætabatur ex amore, dolore, & gaudio, quaſi dicat Apoſtolus: Non tanrum cum vno ſenſuum animæ veſtræ, ſcilicet viſus aut guſtus, ſed etiam cum omnibus quinque ſentite eius amorem, eius dolorem, eius gaudium in dolendo, & hoc poteſt eſſe thema in feſto Sanctæ Crucis. Has igitur duodecim fructiferas rationes per ordinẽ ſubiungamus. Prima ratio eſt offenſionis, ſecunda eſt ignorationis, tertia refectionis, quarta reuerberationis, quinta compaſſionis, ſexta inciſionis, ſeptima deformationis, octaua fornicationis, nona contritionis, decima priuationis, vndecima obligationis, duodecima abbreuiationis.

12. Fructiferæ rationes.

Vnde merito Propheta in perſona Domini ad patrem ait: Omnes fluctus tuos induxiſti ſuper me. Gloſa, ideſt omnes paſſiones. Et alibi idem ait. Veni in altitudinem maris, ſcilicet amaritudinum, & tempeſtas, ſcilicet mortis, demerſit me. Loquitur Chriſtus mortuus per euidentiam facti. Erige iam mentis oculos anima Deo deuota, ad crucis Chriſti triumphale vexillum, & tres ſuauiſſimos fructus huius ſuauiſſimi ligni, ſeu tres lapides pretioſos atque ſplendentes contemplare in ſummitate illius, & tres in dextro eius H
cornu,

A cornu, aliosque tres in ſiniſtro, & in imo ipſius crucis alios tres. Et vt prædicti duodecim fructus diuiſi, ſeu partiti, medullitus & auidius ſaperentur, quælibet prædictarũ rationum diuidatur in duas, vt ſic duplicatæ duodecim rationes inexplicabilis crucis Chriſti in vigintiquatuor rationes conſurgant, quaſi vigintiquatuor horæ naturalis diei, in quibus ſpeculando conuerſabatur & cruciabatur filius Dei Ieſus, iuxta vaticinium Zacha. qui c. 14. ait. Eſt dies vna, quæ nota eſt domino &c.

ARTICVLVS PRIMUS

B

Primæ partis, quare crux Chriſti fuit incompræhenſibilium dolorum atque pœnarum: primo autem ponantur tres primæ rationes. *Cap.* 1.

1. Ratio. Duo aſpectus continue erãt in mente Ieſu.

PRima ratio eſt offenſionis. Duo quidem aſpectus cõtinue erant in mente Ieſu. Primus ad dilectum Deum, ſecundus ad dilectum proximum. Primus aſpectus erat ad dilectum Deum. Proinde quantum dilexit æternum patrem, tantum doluit de qualibet offenſa eius: & quantum dilexit æterni patris gloriam, tantum doluit peccati contra eum ignominiam. Amplius tantum dolorem ſumpſit pro qualibet culpa, quantum erat grauis æterni patris iniuria, & quantum requirebat emenda. Et ſi vnius mortalis iniuriæ infinita eſt grauitas, quanta erit tunc omnium ſimul? Ad quamlibet quidem ſingularem culpam, ſeu iniuriam, ſeu contumeliam ſummi patris, habuit ſingularem aſpectum. Sume tibi exẽplum de filio ſummi Imperatoris: qui ſi dilectum patrem cerneret a viliſſimo ribaldo per lutum & ſtercus, per capillos & barbam contumelioſe trahi, & pugnis & calcibus os, & faciem eius contondi: quanta is amaritudine repleretur? vtique quantum diligeret eum, ac quanto ignominioſius tractaretur. Multo quidem id perfectius erat in Chriſto, vt ex ſe patet.

C

D

Secundus Chriſti aſpectus erat ad dilectum proximum: vnde quantum dilexit eos, qui ſuum offendebant patrem: tantum dolebat de tali offenſione. Et vt ſequamur exemplum filij prædicti Imperatoris, ſi tanta dilectione filius ille ad ribaldum afficeretur, quòd ſe in eum cordialiter transformaret, vt quaſi ſibi ac ſi illa feciſſet imputaret ad pœnam: quantus dolor multiplicaretur in corde eius? Pro prædictis duobus aſpectibus propheta ait. Fiant filij eius orphani, & vxor eius vidua. In quo vero duplex viduæ indicatur dolor. Primus ex morte mariti: ſecundus, quia orbati patre ſunt eius filij: vt myſticè innuatur duplex prædictus amor & dolor: amor ad Deum & proximũ, & dolor de mortali offenſa, Dei & damno offendẽtis proximi.

E

Sequitur ſecunda ratio ad idem. *Cap.* 2.

F

2. Ratio Duo alij aſpectus erant in mẽte Ieſu

SEcunda ratio eſt ignorationis: duo alij aſpectus erant in mente Ieſu circa humanum genus, ſcilicet quia videbat illud Ignorare duo. Primo, quantum fuit beneficium ſuæ humanitatis. Secundo, quantum fuit in aſſumendo humanam naturam amor ſuæ immenſiſſimæ charitatis, qui ſcilicet eum humanari fecit. Has igitur ignorantias in humano genere ſemper Chriſtus recognoſcens tantum dolorem in mente ſua de illis ſumpſit, quantum erat beneficium ſuæ humanitatis, & quanta fuit In hoc magnitudo ſuæ charitatis, cum qua & carnem aſſumpſit, & pro nobis in cruce mori voluit. Et quæ natura humana vel angelica exprimere poſſet magnitudinem beneficij aſſumptionis noſtræ humanitatis in hoc erga nos ſuæ immenſiſſimæ charitatis? Proinde Ambroſius ait: Triſtis erat, quia paruulos nos relinquebat: paruulos inquit, ideſt de vtroque beneficio ignorantes.

G

Tertia ratio ad idem. *Cap.* 3.

H

3. Ratio. Duo alij aſpectus erant in mẽte Xpi.

TErtia eſt receſſionis. Duo alij aſpectus erant in mente Chriſti. Primus quo intelligebat magnitudinem pœnæ, ex qua debebat mors inferri. Secundus, quia cognoſcebat quantum ſeipſum diligebat, qui debebat mori. Ex hoc duplici aſpectu in mente eius tantus generabatur dolor, quanta erat pœna, ex qua moriturus erat, & quantus erat amor, quem ad ſeipſum habebat. Et de hoc duplici aſpectu, Matth. 26. Dominus ait, Triſtis eſt anima mea vſque ad mortem, ſcilicet quia video pœnam, quam debeo ſuſtinere; & amorem quo me diligo, & teneor me diligere. Et quia nullus in humana natura, neque totum humanum ge-

A nus ſufficiebat hoc intelligere, & ſibi compati: atq; ſibi regratiari. Ideo vice omnium electorum ſibijpſi condoluit, ſicut Deo in aſſumpta natura pro humano genere patienti. Vnde ſicut in alijs, ſic & in hoc omnium electorum ſuorum ſuppleuit defectum: totum ſe relinquẽs in gratiarum actione Deo & ſibijpſi de tanto beneficio electis collato, & in ſeipſo nos omnes fecit recognoſcentes: in quo & nos reputamur plene grati de beneficio redemptionis, & cauſa concrucifixi ſimilitudini mortis eius.

B

Articvlvs Secvndvs

Primæ partis, vbi ponuntur tres rationes quare dolorum & pœnarum crucis Chriſti fuit incompræhenſibilis magnitudo.

Secundo adduntur aliæ tres rationes.

C

Quarta ratio eſt. Cap. 1.

1. Ratio. Duo alij aſpectus erãt ĩ mẽte Dñi.

Prima ratio eſt reuerberationis. Duo alij aſpectus erant in mente Domini noſtri Ieſu Chriſti. Primus ad ſuæ dulciſſimæ matris amorem, ſecundus ad ſuæ amoroſiſſimæ matris dolorem. Quia enim intelligebat dulciſſimam matrem ſuam ſuper omnes alias creaturas ex ſuo amore incurabilibus doloribus plenam: tantum in mente ſua dolebat, quantum amoroſiſſimam matrem ſuam diligebat, & quanti erant dolores in corde Virginis matris: ſed cum beata Virgo in cognitione olim dolorum Chriſti illuſtrata fuerit, & in charitate perfecta ad filium fuerit ſublimata: tantum de eis D doluit, quantum id ſtatus maternæ excellentiæ requirebat: & hi materni dolores continue mentẽ filij ſagittabant. Proinde Hierē. Tren. 1. in perſona Domini ait: O vos omnes, qui tranſitis per viam: attendite & videte, ſi eſt dolor, ſicut dolor meus, ſcilicet hoc duplici aſpectu conſiderato.

Quinta ratio. Cap. 2.

2. Ratio. Duo alij aſpectus erãt ĩ mẽte Dñi.

Secunda ratio eſt compaſſionis: quia enim Chriſtus caput erat omnium electorum, duo quoque alij aſpectus erãt in mẽte eius. Primus ad omnes martyrum pœnas, ſecundus ad aliorum ſaluandorum labores & meritoria opera. Ex hoc vero duplicato aſpectu tantus in anima eius generabatur dolor: quantæ erant omniũ aliorum iuſtorum laborioſæ atque meritoriæ operationes: nam omnium martyrum dolores per compaſſionem ita ſuſcepit Ieſus E Chriſtus, ꝙ multo amplius & doloroſius fuerant infixi cordi eius, quàm in martyribus, qui illa ſupplicia ſuſtinuerunt: nec non & omnium electorum labores non ſolum in generali excepit in corde ſuo, ſed etiam ſingulariter ſingulos multo diſtinctius atque perfectius, quàm illi qui pro ſuo nomine illos ſuſtinuerunt. Proinde in perſona Domini de hoc duplici aſpectu Propheta ait: Sicut aqua effuſus ſum, & diſperſa ſunt F omnia oſſa mea. Oſſa quidem fortia, martyres extiterunt: quos propter tormentorũ aſperitatem diſperſos dicit. Alij vero electi, quaſi guttæ ſudoris Chriſti, propter labores eorum de eius corpore effuſi ſunt, & omnes in Chriſti ſanguine ſudore myſticè demonſtrantur: nam ſanguis ad martyres, & ſanguineus ſudor ad cæteros electos & iuſtos conuenientius adaptari poteſt.

Sexta ratio. Cap. 3.

3. Ratio. Duos aſpectus habuit filius Dei.

Tertia ratio eſt inciſionis. Alios quoque duos aſpectus habuit filius Dei Chriſtus. Primum ad omnes mortales culpas, ſecũdum ad omnes infirmitates G noſtras. Ex hoc duplici aſpectu tantum in anima ſua dolebat: quot & quantæ erant mortales culpæ, per quas præſcindebantur membra eius ab eo, & quot & quantæ erãt infirmitates mentales & corporales ſuorũ pretioſorum membrorum. Et de hoc duplicato dolore Hierem. ait: Foris interficit gladius, ſcilicet mortalis culpæ, membra Chriſti præſcindentis, & domi mors ſimilis eſt: videlicet cuiuslibet infirmitas membrorũ quodlibet infirmantis. Stupendum quidem exceſſum doloris ſumit ratio ſupradicta ex reſpectu gratiæ capitis, quo redemptor & H emendator eſt omnis mali, quod inflictum fuit per peccatum. Ideo ſumpſit Ieſus hæc omnia lamentanda & deploranda vt ſua: non quidem ad committendũ, quia peccatum non ſumpſit: ſed ad perfectè ſoluendũ & ſatisfaciendum, quia ad hoc venit intantum, quòd omnium perſonam induens pro omnibus ſatisfecit. Proinde myſticè dici poteſt, ꝙ ipſe eſt ille magnus peccator & pœnitentiatus pro omnib. & in omnibus. pro cuius pœnitentia gaudium eſt in cœlo pluſquàm ſuper oĩbus ordinibus Angelorum, qui digna pœnitudine non eguerunt.

ARTI-

A **ARTICVLVS TERTIVS**

Primæ partis, vbi ponuntur tres aliæ rationes propter quas dolores, & pœnæ crucis Christi incomprehenſibiles extiterunt.

Tertio ſuperadduntur aliq tres rationes.

Septima ratio.

1. *Ratio. Etiã duos alios aſpectus habebat Chriſtus.* PRima ratio eſt deformationis. Etiam alios duos aſpectus habebat Chriſtus in anima ſua. Primus erat ad animæ imaginem, ſecundus ad animæ ſimilitudinem. Proinde videns horrebam deformitatem, quam B conſequitur anima ex perpetratione mortalis culpæ, tantum doluit de illius deformitate, quanta erat nobilitas ſeu formoſitas imaginis animæ ad imaginem Dei formatæ, & quanta erat excellentia ſimilitudinis Dei in illa. Vnde Hieremias Tren. 4. admiranter ſtupefactus in perſona Domini. ait. Denigrata eſt ſuper carbones facies eorum, ſcilicet quantũ ad imaginem; & quantum ad ſimilitudinem. Cum enim Chriſtus C eſſet legitimus animarum ſpõſus, perfectè diligens animarum decorem: in doloribus & anguſtijs ſuis totum ſe reliquit, & per cineres malitiarum noſtrarum infudit, vt facetet de ſe lauacrum ad lauandum & delendum tantam turpitudinem ac maculam peccatorum imaginis & ſimilitudinis animæ noſtræ. Et quis exprimere poſſet dolorem animæ Chriſti conſpicientis horrendam turpitudinem macularum animarum noſtrarum?

Octaua ratio. Cap. 2.

D

2. *Ratio. Duos alij aſpectus.* SEcunda ratio eſt fornicationis. Duos quoque alios aſpectus habebat Chriſtus in anima ſua. Primus erat ad amorem, quo animas ſponſas ſuas amabat, ſecũdus ad multitudinem animarum ſuarũ ſeu ſponſarum ſuarum, quas diligebat. Videns igitur Chriſtus quantum animæ præponebant creaturam ipſi omnium creatori, ao pet hoc ſpirituales fornicationes conſiderans, tantum dolebat, quantum eas ſicut ſponſus amabat, & quot erant animæ fornicantes. Vnde Hiere. 3. in perſona Chriſti ſponſi earum inquit; Tu autem fornicatas eas cum amatoribus multis. Conſidera per exemplum, ſi quidam rex magnus & totus forma decorus, & in omnibus donis & gratijs completiſſimus circuiſſet mare & aridam pro vna ſibi acquirenda ſponſa, ac reginam nobiliſſimam conſtituiſſet, & illa in oculis ſuis quendam ribaldum & leproſum acciperet & amaret, & de ſtercoribus totam ſuam faciem deturparet, & ſic diceret ſponſo ſuo, deoſculare me, quia in alia forma me habere non poteris: nil eſſet dolor illius ſponſi, reſpectu illius doloris Chriſti propter maculas ſuæ ſponſæ cum diabolo fornicantis, & turpiſſimam ſponſo Deo mentis faciem oſtendentis. E

F

Nona ratio ad idem. Cap. 3.

TErtia ratio aſt contritionis. Duos alios aſpectus habuit in mente Ieſus. Primum ad magnitudinem peccatorum, ſecundum ad multitudinem eorum. Ex hoc duplici aſpectu in mente ſua tantum dolebat de offenſionibus damnandorum, quantum erat peccatorum multitudo. Proinde Hierem. Tren. 2. ait, Magna eſt velut mare contritio tua. Nam magnum eſt in quantitate, & multum in guttarum numeroſitate. Et ſi vnius mortalis culpæ tanta grauitas eſt, quanta erit tunc omnium ſimul? Ad quamlibet enim mortalem culpam dolor ſuus habuit reſpectum ſingularem. Præterea cum ipſe venerit gratiæ regni reparator, & culpa mortalis quãtum in ſe eſt, totum regnum gratiæ deleat. Hinc eſt, quòd totum quodlibet mortale horrere habuit, & pro eo dolere, quantum mmgnitudo & multitudo peccatorum mortalium regnum gratiæ delet, & cum ipſe ſecundum ſuum eſſe, quaſi totaliter gratia videatur: non enim conceptus eſt naturali opere, ſed diuino ſpiramine. Hinc eſt, quòd habuit horrere culpam, ſicut deſtructiuam totaliter ſui eſſe, & ſuę intentionis in aſſumptione humanæ naturæ. Item cum ipſe venerit vt ſolutor omnium debitorum noſtrorum, & vt liberator ab æternis pœnis: Ideo vt nos de omnibus liberaret pro qualibet mortali culpa tantum dolorẽ habuit, quòd dolorẽ diuinæ iuſtitiæ exolueret correſpondentem: hoc ſiquidem requirebat diuinæ iuſtitiæ inflexibilis rectitudo, & ipſius Redemptoris in ratione ſatisfaciendi integerrima plenitudo, vt ſic nihil remaneret a diuina miſericordia, ac per hoc vtraque honoraretur in ſua excellentia. 3. *Ratio.* G H

A **ARTICVLVS QVARTVS**

Primæ partis, vbi etiam ponuntur aliæ tres rationes, quare incompræhenſibiles fuerunt dolores & pœnæ Chriſti. Decima ratio ad idem. Cap. 1.

1. Ratio. Duos alij aſpectus. PRima ratio eſt priuationis. Duos
quoque alios aſpectus habuit in
mente Chriſtus. Primum ad glo
riam beatorum, ſecũdum ad du-
rabilitatem eorum. Tantum ergo doluit
B Dominus noſter Ieſus Chriſtus aſpiciendo
omnes, qui propter peccatum exules erant
a gloria paradiſi: quantum erat bonum re-
gni gloriæ, quod amittebant, & quantum
duratura erat talis eius priuatio, quam in-
currebant. Proinde Ambroſ. ait. Triſtis e-
rat, & hoc propter primum, & triſtis vide-
batur, & hoc propter ſecundum, non pro
ſua paſſione, ſed pro noſtra diſperſione. O
inæſtimabilis amor Chriſti, conſidera cum
quanto affectu proprer nos inimicos ſuos
ſibi totis viribus repugnantes ſine ſua vtili-
tate tot & talia tolerando currebat ad cru-
cem. Ideo Lucæ 12. ait: Baptiſmo habeo
C baptizari, & quomodo coarctor vſq; dum
perficiatur?

Vndecima ratio. Cap. 2.

2. Ratio. SEcunda ratio eſt obligationis. Alioſque
duos aſpectus habuit Chriſtus filius
Dei. Primus erat ad ſupplicia damnato
rum: ſecundus ad odium inter Deum &
peccatores damnandos irreuocabiliter ge-
neratum: quia tantum in mente doluit pro
æternaliter cruciandis, quantum erant tor-
menta quibus erant æternaliter cruciandi,
& quantum erat odium inter Deum, & eos
D æternaliter generarum. Hinc Hierem. 3. in
perſona Domini ait. In tenebroſis colloca-
uit me. ecce primum: quaſi mortuos ſempi-
ternos. ecce ſecundum.

Duodecima ratio ad idem. Cap. 3.

3. Ratio. TErtia ratio eſt abbreuiationis. Alios in-
ſuper duos aſpectus habuit in mẽte ſua
Chriſtus. Primum ad meritum ſuæ ſanctiſ-
ſimæ paſſionis. Secundum ad fructum ſuæ
ſanctiſſimæ crucis. propter quod tantum in
mente ſua doluit, ꝙ non potuit imperpe-
tuum cruciari, quantum intelligebat ſe do-
lendo mereri, & quantũ cognoſcebat ſuum
meritum in fructu augmentari. Proinde do
lendo per aliquem modũ, ꝙ non potuit æ- E
ternaliter cruciari, meruit apud patrem, tã-
quam ſi fuiſſet æternaliter cruciatus. Ideo
Iſa. 53. ipſe ait. Verè languores noſtros ipſe
tulit, & dolores noſtros ipſe portauit: er-
go vt acquireret nobis ſuam gloriam ſem-
piternam in Deo, Deum conſtituendo per
voluntatem & deſiderium dilatabat totam
vitam ſuã ad quoddam viuere infinitum: &
ad tolerantiã infinitæ maneriei mortis cõi-
cando ſe totum ad quamlibet prædictarum
24. rationum, & ad obiectum cuiuſcumque
mortalis culpæ, vt ſuo æterno patri perfe-
ctius ſatisfaceret: & cuiuſcunq; peccatoris,
F vt nos perfectius cum Deo pacificaret: &
cuiuſcunq; coronæ, vt nobis eã perfectius
fabricaret: ſed & pater ſuus æternus ſuã di-
latatã & infinitam voluntatem, ac ſi opere
perfeciſſet, pleniſſimè acceptauit ad oẽ id,
& ad quantũ voluntas eius dilatabatur. In
his duodecim rationibus duplicatis prædi-
ctis clareſcere poteſt, ꝙ pro qualibet ratio-
ne crux Chriſti tam immẽſi doloris fuit, vt
per eam apud intellectum humanum multi
plicentur pœnæ infinitarũ manerierũ mor- *Tria obijci poſſunt ꝙ mentalis crux*
tis. Tria aũt obijci poſſunt, ꝙ mentalis crux
Chriſti nõ ſic fuit immenſi doloris: Primo
obijcitur, ꝙ Criſtus tam aperte & clare in-
G telligebat quaslibet rationes, pp quas pec- *Xpi, nõ ſic fuit immenſi doloris. & ſolutiones eorum.*
catores inæternum periclitantur, multaque
alia Deo permiſſa, pp quæ mens eius, ſicut
dictũ eſt, cruciabatur: ꝙ non debebat mens
illius a paterna volũtate in aliquo diſcorda-
re. Nam manifeſtum eſt ꝙ oẽs cœleſtes ci-
ues voluntati diuinæ in oĩbus ſunt confor-
mes: ſed & Chriſtus viator & compræhen-
ſor erat: ex quo patet ꝙ amplius q̃ cæteri B.
diuinæ voluntati conformis eſſe debebat.
Ad quod dicendũ, ꝙ voluntas Chriſti duo
habuit obiecta. Primum erat diuinitas Dei,
ſm erat ſenſualitas ſui, ſm primũ obiectum
cõformabat̃ beneplacito Dei: attamen pars
H eius voluntatis q̃ conuertebatur ad ſenſua-
litetem illius: triſtabatur & gaudebat am-
plius, & minus ſm ſapientiam ſuam, iux. p-
portionem obiectorũ & aſpectuũ, ad quos
mens ſua conuertebatur. Præterea etiam di
ci pôt, ꝙ pater æternus hoc volebat: videli-
cet ꝙ filius ſuus doloribus repleretur, atq;
doleret: qũo & quantum ipſe dolebat de
his, quæ in gloriam diuinæ iuſtitiæ vertebã-
tur. Nam inquantum erat homo, per dolo-
ris patientiam merebatur. Nam ipſe non ob
aliam cauſam carnem noſtram aſſumpſe-
rat, niſi vt debita noſtra ſolueret, meri-
ta nobis acquireret, & præmia æternæ glo-

A riæ largiretur. Secundo autem obijci poteſt, ꝙ huiuſmodi Chriſti dolores, de quibus prædictum eſt, exurgant & multiplicentur in pęna infinitarum maniererū mortis. Sed & Chriſtus niſi ſemel non poterat mori,& de neceſſitate ſequit̃ propter duodecim duplicatas rõnes prædictas, ꝙ prędicti dolores debebant eum in momento, & ſubito interire,nec maiorem pęnam,quàm mortem poterat ſuſtentare. Ad hoc dicendum eſt, ꝙ homo ex dolore mori non põt, niſi dolor cõicetur ſenſibus corporis,& eiꝰ partibus ſenſitiuis. Sed Chriſtus ita realiter
B prędominabatur inenarrabilibus doloribus ſuis, ꝙ non permittebat eos cõicare ſenſibus ſui corporis, nec parti alicui ſenſitiuæ, ita, ꝙ ante tempus ab eo præordinatū poſſent illum corporali vita priuare. Erat nihilominus in potentijs animæ Chriſti virtus tanta,atq; poteſtas,& dominium liberi arbitrij tenendi omnes ſuas potentias fixas in continua adhęrentia omnium ſupradictorum aſpectuum,& obiectorum,quãtum requirebat rigor diuinæ iuſtitiæ, & rectitudo virtutum mentis ſuæ,& reatus culpę,& malitiæ noſtræ.Inſuper tertio dici poteſt,ꝙ homo ex vario reſpectu ſæpe de eadem re lætatur,& contriſtatur, ſicut patet.v.g.de fi
C lio cuiuſdam rationabilis patris ſacram religionem intrante. Nam talis pater ſecundum ſenſualitatem triſtatur, ꝙ dilectus filius ſuus à ſe recedat, & ab eo taliter ſeparetur: attamen virtuoſè lætatur,quia videt illum dicatum ſeruitio Dei. Igitur ſi virtuoſus vir ex eadem re dolere poteſt,& gaudere,& ſenſibus ſui corporis, & partibus ſenſitiuis ex diuerſo reſpectu cõmunicare dolorem, & gaudium. Sequitur ergo, ꝙ ex eadem re homo plus & minus gaudere poteſt. Quanto ergo plus Dominus Ieſus in virtutibus ſummis de eadem re poterat va
D rio ex reſpectu amplius, vel minus dolere, atq; etiam in ſummo gaudere. Vnde etiam ſecundum Aug.lib.de ſpiritu, & anima,ait, ꝙ anima dupliciter conſideratur. Vno modo, vt anima: & ſic habet relationem ad membra, quæ viuificat: & hoc Chriſtus patiebatur. Alio modo conſideratur, vt ſpiritus,& ſic fruebatur, nec dolebat. Tertio obijci poteſt,vt in Chriſto homine pręcognitio humanę ſalutis, quam ſequi præuidebat ex ſua morte, & ſupernæ reſtauratio,ſcilicet ciuitatis,& accelleratio reſurrectionis tertia die: & acceptatio voluntatis paternæ, necnon honor prædicandus in populo charitatis ſuæ, debuerunt minuere

Chriſti dolorem in eius mente, & ſic non tã immensè dolere. Ad qđ dicendū, ꝙ oĩa E
iſta debuerunt ei augere dolorem: cum.n. hæc omnia ex Chriſti dolore debuit Chriſtus aſſumere, & tantum debuit ſibi diuina ſapientia infundere, quantum ſufficiebat ad ſupradicta omnia cõquirenda. Præterea ſi nõ fuiſſent de ſua morte tales gratiæ ſubſecutę, nunquam voluiſſet non tantum dolorem ſolum, ſed etiam nihil dolorabile ſuſtinere. Proinde quanto videbat vicinius reſurrectionem ſuam inſtare, tanto nouit, quòd pro paſſibilis vitæ tempore, & maximè paſſionis illatę,ampliorem oportuit anguſtiam ſuſtinere,ſeu aſſumere, vt poſſit illorum dolorum à diuina iuſtitia menſuram F
immenſurabilem adimplere. Et quia ſicut ex dictis circa principium huius ſermonis patet,dolor in amore commenſuratur, vt quantus eſt amor alicuius, tantus ſit dolor de illius offenſa: & Chriſtus vnione diuina inæſtimabiliter Deum amaret, hoc ipſo inquantum paſſibilis erat habuit dolere:ita abſque menſura amabat, vnde ad intelligendum cauſam huius immenſurabilitatis imaginare, ſi eſſet vnus Deus infiniti doloris, ſicut eſt vnus Deus infiniti amoris; & ille Deus vniretur Chriſto.ſ.perſonali vnione,& ſibi dolores infunderet; cogita quantum doleret. Sic aliqualiter videri poteſt, G
quomodo dolores Chriſti inęſtimabiles extiterunt. Verumtamen circa hoc aduertendum eſt, ſm Alex.de Ales in 3. ꝙ tria fuerunt in Domino noſtro Ieſu Chriſto.ſ. corpus,aĩa,& diuinitas: primo corpus, quod fuit paſſibile ſimpliciter; ſecundo anima,q̃ erat impaſſibilis ſimpliciter,tamẽ erat paſſibilis ſecundum quid: vnde ſecundum Damaſc.anima impaſſibilis exiſtens corpore inciſo ipſa condolet,& compatitur non inciſa: tertio diuinitas,quæ erat incompaſſibilis,& impaſſibilis,vnde Damaſc. Diuinitas incompaſſibilis exiſtens corpori Chriſti, H
non eſt compaſſa: ſicut ſole ſuperlucente in ligno,ſi ſecuris incidat lignum, inciſibilis,& impaſſibilis remanet ſol. Inſuper eſt notandū, ꝙ differẽtia eſt inter pati Chriſti, & pati noſtrū.Nam ſm Hilar.10.de trinitate. Eſt pati ex infirmitate, & eſt pati ex poteſtate;qui enim patitur, & nõ poteſt prohibere paſſionẽ,patitur ex infirmitate; qui autem prohibere poteſt,patitur ex virtute. Vnde Damaſcen.ait: Paſſus eſt vnigenitus Deus omnes incurrentes in ſe paſſionum noſtrarum infirmitates: ſed paſſus eſt virtute naturæ ſuæ, ſicut & virtute naturæ

Tria fuerũt in Domino noſtro.

Quõ anima impaſſibilis.

A rę ſuę natus eſt: noſtrum autem pati eſt ex infirmitate: hæc Alexan. de Ales. Proinde Iſa. 53. ait de Chriſto Ieſu: Oblatus eſt, quia ipſe voluit. Et ad Epheſ. 5. dicitur: Tradidit ſemetipſum pro nobis in oblationẽ. Item Propheta ait: Voluntariè ſacrificabo tibi: atque illum quęrentibus ſe obtulit, dicens, Ego ſum.

Secunda pars principalis Dominicæ paſſionis.

De humilitate exceſſiua, & cõfuſione paſſionis Chriſti, oſtenſa per quatuor B cauſas principales, & multiplices rationes.

De humilitate exceſſiua, & confuſione paſſionis Chriſti, oſtẽſa per quatuor cãs, & multiplices rationes.

SEcunda pars principalis circa Dominicam paſſionem contemplemur incompręhenſibilem abyſſum humilitatis; quia ſumma veritas de ſe per Prophetam ſubiungit, dicens, Humiliatus ſum nimis. q. d. exceſſi in humilitate: vnde Lu. 9. dicitur, ꝙ in transfiguratione Domini Ieſu, apparuerunt Moyſes, & Helias, viſi in maieſtate, & dicebant exceſſum eius, quẽ completurus erat in Hieruſalem; quia ibi complete oſtendit amorem exceſſiuum, quem C habebat ad nos: propter quem aſſumpſit, & ſuſtinuit, non ſolum exceſſiuum dolorem, & pœnam, ſicut prædictum eſt; verum etiam exceſſiuam ignominiam, & confuſionem, ſicut nunc dicturi ſumus. Nam ꝙ ſummus Deus tali morte damnatus ſit, abyſſus fuit ſtupendæ humilitatis. Hæc eſt enim ille exceſſus, & tranſgreſſio, de quibus humano generi, per Hierem. Thren. 3. Dominus ait: Recordare paupertatis, & tranſgreſſionis meæ, quia eorum memoria ſtuporem immenſæ dilectionis Dei erga nos manifeſtè ingerit menti, vt meritò dicat, humiliatus ſum nimis. Tanta ergo abyſſus humilitatis aliqualiter compręhen D di poteſt, ſi conſideremus quadruplicem cauſam Dominicæ paſſionis. Primo cauſam à qua, ſecundo cauſam de qua, tertio cauſam ſecundum quam, quarto cauſam ad quam. Prima cauſa à qua, eſt cauſa efficiens: ſecunda cauſa de qua, eſt cauſa materialis: tertia cauſa ſecundum quam, eſt cauſa formalis: quarta cauſa ad quam, eſt cauſa finalis. Conſideremus ergo primo circa Dominicam paſſionem cauſam efficientem, ſecundo cauſam materialem, tertio cauſam formalem, quarto cauſam finalem. Et iuxta has quatuor cauſas, ſecundum quadruplicem intellectum, loquitur E Chriſtus, dicens, humiliatus ſum nimis: & in quolibet artic. huius ſecundæ partis poteſt eſſe thema aliud ad loquendũ de abyſſo humilitatis paſſionis Chriſti Ieſu.

ARTICVLVS PRIMVS ſecundæ partis.

In quo ſeptẽ rationibus demonſtratur magnitudo opprobrij mortis Chriſti ex reſpectu cauſæ efficientis. F

PRimo inquam dicit, Humiliatus ſum nimis: propter cauſam efficientem, vt aliqualiter autem intelligas ſtupendã abyſſum humilitatis paſſionis Chriſti, contemplare eius cauſam efficientem, quæ fuit cauſa ſuę mortis; & in ea reperies ſtupẽdam abyſſum opprobrioſiſſimæ mortis: & hoc ſeptemplici reſpectu, ſeu ex ſeptemplici ratione. Primo ratione religionis, ſecũdo ratione perfectionis, tertio ratione cognitionis, quarto ratione vnionis, quinto ratione ſollicitudinis, ſexto ratione ingratitudinis, ſeptimo ratione familiaritatis, & cõuerſationis. G

Prima ratio. Cap. I.

Primo ratione religionis.

PRimo inquam ratione religionis fuit mors Chriſti abyſſus opprobrioſiſſimæ humilitatis: ſolus.n. Iudaicus populus erat in toto orbe terrarum ſub cultu vnius Dei, atque Dei populus appellatus. Maius enim vituperium eſt à verum Deum colentibus, quàm ab idolatris, & infidelibus pati: ideo in perſona Domini ait Propheta, Amici mei, & proximi mei aduerſum me appropinquauerunt, & ſteterunt. Ait enim, amici mei, H ſcilicet propter cultum vnius Dei, & proximi mei, quia ex ſcientia Abrahæ: aduerſum me appropinquauerunt, ſcilicet perſequendo; & ſteterunt, ſcilicet victores; contra me, me videlicet crudeliter occidendo.

Secun-

A *Secunda ratio.* *Cap.* 2.

Secundo rõne pfectionis.

SEcundo, ratione perfectionis: opprobrioſius eſt mala perpeti ab his, qui religioſi, & ſtatus perfecti, & ſancti æſtimantur, quàm a ſæcularibus, ab ethnicis, & publicanis. Phariſæi autem religioſioris, & perfectioris ſtatus æſtimabantur in vniuerſo populo Dei, & maximè opere illorum mortuus eſt Chriſtus. Nam Ioã. 18. Interrogante eos Pilato, atque dicente, quam accuſationem affertis aduerſus hominem hunc? reſponderunt, & dixerunt ei: ſi nõ
B eſſet hic maleſactor, non tibi tradidiſſemus eum, quaſi dicant, hoc tibi ſufficere debet, ꝙ nos, qui ſumus tantę auctoritatis, & æſtimationis, cum tanta ſolemnitate eum tibi tradimus, digniſſimè morti damnandum, tanquam reum: vt verificetur, quod lamentabiliter Oſeæ 7. Dominus ait: Ego redemi eos, & ipſi contra me locuti ſunt mẽdacia.

Tertia ratio. *Cap.* 3.

Tertio ratione cognitionis.

TErtio, ratione cognitionis: equidem cæteris parib' ignominioſius eſt opprobria pati ab intelligentibus, & peritis, quàm ab ignorantibus, & indoctis, cum doctorum, & peritorum in malefa-
C ctis deteſtatio, & reprobatio fide dignior reputatur. Chriſtus autem à Doctoribus legis, & Scribis, voluit reprobari, & condemnari, vt ſcilicet fundaret fidem paſſionis ſuæ in virtute fidei, atq; reprobaret ſapientiam huius mundi. Proinde de talibus Doctoribus, & Scribis ignorãtibus, ſapientiam Dei, Pſal. ait: Turbati ſunt, & moti ſunt, ſicut ebrius. ſ. tempore paſſionis Ieſu Chriſti: & omnis ſapientia eorum deuorata eſt. ſ. ab inuidia, & furore. Sed ſicut, 1. Corint. 1. Apoſt. teſtatur, ꝙ ſtultum eſt Dei. ſ. ignominia mortis Chriſti: ſapientius
D eſt hominibus: & paulò ante inquit, Perdam ſapientiam ſapientum, & prudentiam prudentum reprobabo. ſ. per formatam fidem, & myſterium crucis.

Quarta ratio. *Cap.* 4.

Quarto rõne concordiæ.

QVarto, ratione concordiæ, & vnionis. Ignominioſius eſt quidem concorditer à toto populo crucifigi, quàm ſi ſolum à quibuſdam cum diſcordia plurimorum: cum nequitia delinquentis cauſa ſit, & videatur ab oĩbus manifeſta, & clara, ꝙ nulla poſſit tergiuerſatione celari, vel excuſari, & defenſari. In Chri- E
ſti quidem necem conſenſerunt. i. corruerunt, mares, & fœminæ. Mares quidem. ſ. Iudæi, & Gentiles, & ex vtriſq; maiores, & minores, docti, atq; ignari, religioſi, & ſæculares. Primo enim fuerunt domeſtici. i. affines, vt Iudas, & Iudæi: vnde Zach. 13. in perſona Domini ait: His plagatus ſum in domo eorum, qui me diligebant. i. qui me diligere debebant. Secundo fuerunt ibi extranei. i. Gentiles, & milites, & Romani: ideo in perſona Domini Propheta ait: Quoniam alieni inſurrexerunt aduerſum me; & fortes exquiſierunt animam meam, & non propoſuerunt Deum in conſpectu ſuo. Et
F iterum ait alibi, Quare fremuerunt gentes, &c. Tertio fuerunt ibi nobiles, & magnates. i. Herodes, & Pilatus: vnde Pſalm. Aſtiterunt Reges terræ, & Principes conuenerunt in vnum aduerſus Dominum, & aduerſus Chriſtum eius. Quarto fuerunt ibi ſerui, & ignobiles: vnde Iob 3. in perſona Domini ait: Filij ſtultorum, & ignobilium, & in terra penitus nõ parentes; nunc autem in eorũ canticum verſus ſum, & factus ſum eis prouerbium. Quinto fuerũt ibidem Pontifices, Scribæ, & Phariſæi: vnde Ioan. 11. ait: Collegerunt Pontifices, & Phariſęi conſilium aduerſus Ieſum. Sexto
G ibidem ſæculares, & laici: vnde Ioan. 19. dicitur: Tolle, tolle crucifige eum. Verba autem erant turbæ, & populi minoris. Septimo ibidem fuerunt mulieres, ſicut patet in accuſantibus Petrum, vt patet Matth. 16. Hi omnes corde, & ore, & opere contra Chriſtum malignè conati ſunt.

In Chriſti morte omne genus hominũ cõcurrerat.

Quinta ratio. *Cap.* 5.

Quinto rõne ſollicitudinis.

QVinto, ratione ſollicitudinis, & importunitatis: quando enim quidam ſceleſtus homo morti adiudicatur: quanto ab omnibus maiori ſollicitudine
H traditur morti, tanto illum extitiſſe nequioris vitæ, & grauioria ſcelera perpetraſſe inditium eſt, ac periculoſius eſſe videtur mortem eius differre. Contemplare igitur mens deuota, quòd Dominus Ieſus Chriſtus primo media nocte captus eſt, deluſus, & verberatus, impetuoſo furore ad domũ Annæ deductus eſt, & ibi examinatus à miniſtro impio; comprehenſus, & alapa percuſſus fuit. Secundo, eadem rabie furibũda ad domum Caiphę deductus eſt, ibiq; fuit illuſus, vultu velatus, facieſq; conſputus, atque morti adiudicatus. Tertio, à

domo

A domo Caiphę ad domum Pilati, eodē impetuoſo furore crudeliter traxerunt eum, vbi fuit accuſatus, & multipliciter diffamatus, & à Pilato diuerſimodè quęſtionatus. Quarto, eadem rabie furibunda, & crudelibus modis attractus fuit à domo Pilati ad domum Herodis; ibi extitit veſte alba indutus, atque ludibrioſo habitu velut ſtultus. Quinto, eiſdem crudelibus modis ab Herode ad Pilatum remiſſus eſt, ibi poſt multas eximias conflictiones extitit denudatus, & flagellatus, & in regali ſolio deriſoriè conſtitutus, ſpinis atrociſſimè coronatus, & arundine caput eius percuſſum. Sexto, B iam ſic multipliciter cruciatus, & coronatus, populo eſt præſentatus, atq; crucifigi à populo acclamatus, & tandem crucifigi per Pilatum eſt iudicatus. Septimo, tandem ebrio furore ad caluarię montem deducētes eum crucifixerunt, & occiderunt. Conſidera ergo mens deuota, quanta ſollicitudine, & importunitate, immo quanto impetuoſo furore illū nocte media capientes, & hinc inde veluti ludibrij pilam circumrotantes, ante matutinum, vt eum caperent, poſt matutinum, vt eum occiderent nō dormientes, vſquequo illud perficerēt, infatigabiles extiterunt, vt vix eum per diē medium naturalem viuere paſſi ſint. Ex C quibus euidens eſt, ꝙ ex ebrio furore populi Chriſtus crucifixus eſt. Vnde Matt. 27. dicitur, ꝙ populus clamat, crucifigatur. Sequitur, Videns autem Pilatus, quòd nihil proficeret. ſ. ad liberādum eum, propter furorem populi; lauit manus ſuas, & tradidit eis Ieſum, vt crucifigeretur: vnde Prouerb. 27. Ira nō habet miſericordiam, nec erumpens furor.

Sexta ratio ad idem. Cap. 6.

Sexto ratione ingratitudinis. SExto, ratione ingratitudinis: cum enim multitudo populi cum habentibus cultum religionis, & peritiam legis multa beneficia ab vno ſuſceperit, atq; poſt illa D beneficia illi in ſummo ingratus reperitur: & ſi indicium ſit, quòd populus ille efficiatur ingratitudine plenus: non tamen eſt abſque argumento impietatis aduerſus beneficum, ita ꝙ in eo finaliter reperta ſit iniquitas talis & tanta, ꝙ præponderanda ſit beneficijs ante factis: immo quòd à viris magnæ vitæ, ſcientiæ, atque famę priora beneficia iuſtè debeant obliuioni tradi. Sic cōtigit benefico Chriſto: nā antiquitus cum Iudaicum populum ſibi peculiarem conſti-

tuiſſet, ab Aegipti ergaſtulo, & à ſeruitute E Pharaonica liberauit, ſicco pede per mare rubrum tranſduxit; manna cęlico in deſerto annis 40. pauit; legem dedit, & vt tueretur eos in columna nubis in die, & ignis in nocte illos præceſſit, hoſtes eorum proſtrauit, terram optimam eis dedit, Prophetas eis miſit, demumq; ad omnium complementum ipſe carnem de genere eorum aſſumens, liberator, & ſaluator eorum venit. Denique poſt admirandam eius conuerſationem, poſt prædicationis inſtructionem, & illuminationem, dæmonum expulſionē, leproſorum, atq; omnium infirmitatum curationem, poſt mortuorum ſuſcitationem, F regni cœlorum declarationem, atq; ſacramentorum inſtitutionem; manus in eum ſacrilegas iniecerunt, flagellauerunt, & tandem ſicut maximum malefactorem inter latrones in crucis patibulo crucifixerunt, ſuſpenderunt, & occiderunt. Proinde Propheta in perſona Domini lamentabiliter ait: Retribuebant mihi mala pro bonis; ſterilitatem animæ meæ. Et idem alibi ait: Poſuerunt aduerſum me mala pro bonis, & odium pro dilectione mea. Et iterum idem inquit, Qui retribuunt mala pro bonis, detrahebant mihi, quoniam ſequebar bonitatem. Et Hiere. 18. etiam in perſona Domini ait: Nunquid redditur pro bono malum, G quia foderunt foueam. i. proditionem animæ meæ? recordare, quia ſteterim in cōſpectu tuo, vt loquerer pro eis bonum, & auerterer indignationem tuam ab eis.

Septima ratio. Cap. 7.

Septimo ratione familiaritatis. SEptimo, ratione familiaritatis. Grauius enim, & ignominioſius eſt pati à domeſticis, & ab amicis, quàm ab extraneis, ignotis, & inimicis. Audi quid de Chriſto Prophetæ dicant, & conſidera. Primo, H quid de Iuda Propheta in perſona Domini inquit, Etenim homo pacis meæ, in quo ſperaui, qui edebat panes meos, magnificauit ſuper me ſupplantationem. Secundo, de reliquis Apoſtolis relinquentibus eum, Iſa. 63. i perſona Domini ait: Torcular ego calcaui ſolus, & de gētibus non eſt vir mecum. Et iterum Pſal. Elongaſti. ſ. permiſſiuè, ò Pater æterne, a me amicum, & proximum, & notos meos à miſeria. Et iterum Thren. 4. admiranter inquit, Quomodo diſperſi ſunt lapides ſanctuarij. i. Apoſtoli, & diſcipuli. Et Iob 19. Noti mei, quaſi alieni receſſerunt à me. Tertio generaliter de omnibus,

A nibus, in quibus etiam Dominus miracula fecit, Dan. 9. cap. ſcriptum eſt: Occidetur Chriſtus, & non erit ei populus. Et iterum Propheta inquit: Conſiderabam ad dexteram, & videbam, & non erat qui cognoſceret me: non autem dixit ad ſiniſtram, quia ibi erat Beata Virgo pro peccatoribus orans, ſecundum Alex. de Ales ſuper Pſalterium exponentem hunc verſum.

ARTICVLVS SECVNDVS ſecundę partis.

B

De ſeptem alijs rationibus, in quibus aperitur magnitudo opprobrij mortis Chriſti, reſpectu cauſæ materialis.

SEcundo etiam ait, Humiliatus ſum nimis, ſcilicet per cauſam materialem. Vt etiam intelligas aliqualiter ſtupendam abyſſum humilitatis paſſionis Chriſti, contemplare etiam cauſam materialem, quæ ſtupendo modo aggrauat vituperium
C eius: & hoc maximè ex alia ſeptemplici ratione. Primo ratione nobilis naturæ, ſecundo ratione formæ, tertio ratione ſapientiæ, quarto ratione gratiæ, quinto ratione famæ, ſexto ratione ſequelæ, ſeptimo ratione gloriæ.

Aliæ ratio nes opprobrioſiſſima mortis Chriſti.

Prima ratio. *Cap.* 1.

Primo ratione nobilitatis naturæ.

PRimo, opprobrioſiſſima fuit mors Chriſti ratione nobilitatis naturæ. Quanto enim homo nobilior eſt, tanto ignominioſa mors ſibi illata vituperabilior, atque opprobrioſior reputatur, ſicut patet in Rege: ſic contingit in Chriſto, qui cum eſſet magnus in
D natura, factus eſt viliſſimus in ignominia. Proinde Apocalip. ſecundo, Ioan. ait: Hæc dicit primus & nouiſſimus, qui fuit mortuus, & viuit: nouiſſimus per contemptũ, abiectionem, & opprobrium hominum voluit eſſe Chriſtus, qui tantas contumelias, & terrores in morte ſua ab hoſtibus perpeti voluit, vt ſicut peccator nepharius in medio latronum, quaſi maior inter eos mori dignatus eſt: adauget autem abiectionis eius vtilitatem, atq; confuſionis immenſitatem altitudo perſonæ, & dignitatis ſuę: cum enim eſſet filius Dei, primus in dignitate, cum ſit coæqualis æterno Patri; tanto E
cõtumelia, & opprobria, quę pertulit ignominioſiora merito extiterunt; quanto dignitas erat in eo maior. Si quis ergo confuſiones patitur, non ægrè ferat, cum nullus maior, nihil maius filio Dei: ſed nec abiectiora perpeti poſſet. Vis audire etiam nobilitatem ſuæ naturæ? audi Iſaiam, qui 53. cap. obſtupendo ait, Generationem eius quis enarrabit? quia abſciſus eſt a terra viuentium. Ait enim, Generationem eius. ſ. æternam, qua ſecundum Hierony. erat de patre ſine matre; & temporalem, qua erat de matre ſine patre, quis enarrabit? nam eius generatio æternalis a nullo compræhendi poteſt: vnde Eccleſ. 43. in fine. Ne laboretis; non enim compræhendetis, quis videbit eum, & enarrabit? & quis magnificabit eum, ſicut eſt a principio? nobilitas autem & generatio eius corporalis, ac temporalis, quam ſcilicet traxit a Virgine matre ſuper omnes Reges, Duces, & Imperatores, fuit etiam ſecundum carnem, ſicut apertè oſtenditur Matth. 1. vbi perſpicaciter intuenti apparebit in quadraginta Ducibus generationibus genealogiæ eius deſcendiſſe, de quatuordecim Patriarchis, & quatuordecim Regibus, & quatuordecim Ducibus, ſecundum carnem, ſicut plenius in quadrageſimali de Chriſtiana religione, G
ſermo. 61. art. 1. c. 1. monſtratum eſt. Et de opprobrioſa morte eius, Iſa. Propheta ſubiungit dicens, quòd abſciſus eſt de terra viuentium, ſcilicet per tam ignominioſam mortem, quanta eſt ſublimis natura nobilitatis eius, tam ſecũdum diuinitatem, quàm ſecundum humanitatem. Ex quo patet, ꝙ Chriſtus gloria Angelorum, factus eſt ludibrium peccatorum; altus in dignitate, infimus in vilitate; ſublimis in gloria, abiectus in ignominia. Ideo ad Philip. 2. Apoſtolus ait: Qui cum in forma Dei eſſet, non rapinam arbitratus eſt eſſe ſe ęqualem Deo, ſed ſemetipſum, exinaniuit, formam ſerui H
accipiens: in ſimilitudinem hominum factus, & habitu inuentus, vt homo; humiliauit ſemetipſum factus obediens vſq; ad mortem, mortem autem crucis. Merito Bern. ait, Quanto ſe fecit minorem humilitate; tanto ſe oſtendit maiorem bonitate; & quanto fuit eis vilior, tanto eſt mihi charior.

Secun-

A *Secunda ratio.* *Cap. 2.*

Secundo ratione formæ.

SEcundo, ratione formæ: quanto enim
res formoſior eſt, tanto deformitas
eius magis ſtupẽda, atq; deformis ap-
paret. Sicut patet in facie hominis, in qua
deformitas maior eſt, quàm in cæteris mẽ-
bris corporis. Quanta autem ſpecioſitas
fuit in Chriſto, Propheta oſtendit, dicens,
Specioſus forma præ filijs hominum. For-
ma inquit.i.luce, cãdore, & habitu. Primo,
luce, vnde Eccl.43.ait, Mundum illuminans
in excelſis Dominus. Secundo, candore.
Proinde dicitur Sap.7. Cãdor eſt lucis ęter
B nę. Tertio, habitu, vnde Iſa.63.dicitur: Iſte
formoſus in ſtola ſua, gradiens in multitu-
dine virtutis ſuę. Et iterum Iob 40.ait: Cir
cunda tibi decorem, & in ſublime erigere.
Et addit Propheta dicens: Præ filijs homi-
num; quia.ſ.de pulchritudine eius accepe-
runt omnes, cum ipſe ſit ſpeciei generator,
vt dicitur Sap.13. vbi loquens de creaturis
ſic ait: Quod ſi ſpecie delectati Deos puta-
uerunt, ſciant quanto his dominator eorũ
ſpecioſior eſt. Et poſſet hic Propheta dice-
re, ſpecioſus forma præ Angelis Dei; quia
etiam Angelis Dei ſpecioſior eſt. Sed quia
commendat Chriſtum hominem, ideo me-
lius inquit in Pſal. Præ filijs hominum. Si-
C gnum quidem pulchritudinis ſuæ etiam ſu
per Angelos eſt, quòd in eum proſpicere
deſiderant Angeli, vt dicitur 1.Pet.1. Eſt.n.
pulcher ſecundum diuinitatem, & ſecun-
dum humanitatem. Proinde Cant.5. Salo-
mon ait, Dilectus meus candidus, & rubi-
cundus. Candidus, quantum ad munditiã
humanitatis: & rubicundus, quantum ad
ſplendorem diuinitatis. Et ſequendo Salo-
mon ait, Caput eius aurum optimum: per
caput, eius diuinitas denotatur, quia caput
Chriſti Deus, ſicut Apoſt.1.Cor.11.inquit:
Hanc duplicem pulchritudinem in transfi-
guratione monſtrauit Chriſtus; ſicut Matt.
D 17.paret, vnde dicitur ibi, Reſplẽduit facies
eius ſicut ſol: & veſtimenta eius facta ſunt
alba ſicut nix. Per faciem diuinitas deſi-
gnatur, ſicut Exo.33. Moyſi Dominus ait,
Faciem meam videre non poteris. Per ve-
ſtimẽta autem humanitas deſignatur; quia
Philip.2.teſtatur Apoſt.dicens, Habitu in-
uentus vt homo. Quanta autem fuerit de-
formitas eius in paſſione, in perſona om-
nium prophetarum oſtendit Iſa.53.c.dicẽs:
Non eſt ſpecies ei, neq; decor: ſpecies dicit
elegantiam, & debitam menſurationem
membrorum, quam non habuit Chriſtus in
cruce propter nimiam membrorum exten- E
ſionem, vnde Propheta ait: Dinumerauе-
runt omnia oſſa. Decor dicit conuenientiã
coloris, & aliorum adiacentium: hunc etiã
non habuit Chriſtus in cruce propter pœ-
nam, dolorem, & ignominiam paſſionis: ha
buit enim ceruicem hiſpidam per ſpineam
coronam, faciem tumidam, & pollutam
propter lacrymas, atque ſputa: carnem liui
dam propter colaphos, alapas, & flagella:
vniuerſam corporis fabricam cruentatam
ſanguine, quia vulneratus eſt propter ini-
quitates noſtras, ſicut Iſaias vbi ſup. inquit:
Et quia Chriſtus ante paſſionem habebat F
aſpectum, & præſentiam maieſtatis, digni-
tatis, proſperitatis, & poteſtatis; & in paſ-
ſione fuerunt abſcondita: ideo Iſa. ſubdit,
dicens, Et vidimus eum.ſ. nudatum in cru-
ce; & non erat aſpectus.ſ. magnificus, ſicut
ante. Ecce abſconſio maieſtatis: & deſide-
rauimus eum.ſ. deſpectum à Iudæis: & no-
uiſſimum virorum.i. viliſſimum propter ge
nus mortis: ecce abſconſio dignitatis: virũ
dolorum.i. doloribus plenum, ſicut ex prę-
cedentibus patet: & hoc contra proſperi-
tatem; & ſcientem infirmitatem.ſ. per ex-
perientiam, nõ tantum ſpeculatiuè, & hoc
contra poteſtatem. Et tandem Iſa. ſubdit,
Et nos putauimus eum quaſi leproſum.i. G
vilem, & abominabilem, tanquam lepro-
ſum, propter vilitatem aſpectus eius, atq;
deformitatem eius. Et iterum Pſal.21. in
perſona Domini ait, Ego autem ſum ver-
mis, & non homo.i. ita ſum vilipenſus, &
conculcatus, velut non homo, ſed vt ver-
mis; opprobrium hominũ, & abiectio ple-
bis. Eſt enim opprobrium, quando aliquid
turpe imputatur homini, vt cum Ioan.18.
dicebant cõtra Chriſtum, tu homo cum ſis,
facis teipſum Deum: & ſic ſub hoc titulo
fecerunt eum opprobriũ hominum.ſ. pec-
catorum. Et addit, abiectio plebis.ſ. Iudęo-
rum, quando eo abiecto, Barabbam petie- H
runt, vnde Luc.23. dixerunt, Tolle hunc, &
dimitte nobis Barabbam.

Tertia ratio. *Cap. 3.*

Tertia ratione ſapientiæ.

TErtio, ratione ſapientiæ: quãto enim
homo ſapientior reputatur, tanto
mors opprobrioſa ignominioſior
eſt: ſed Chriſtus cum eſſet ſapientia Dei
patris, non tantũ a iuſtis, & ab illuminatis
ſapiens putabatur, verumetiam ab igno-
rantibus, & indoctis. Vnde Ioan.7. Mini-
ſtri Pontificum Iudæorum, & Phariſęorum

A ad Chriſtum capiendum miſſi, redeuntes interrogati ſunt, quare nō adduxiſti illum? reſponderunt miniſtri: nunquam ſic locutus eſt homo, ſicut homo hic loquitur: quaſi dicant, admirabilis gratia, & efficacia verborum eius mentes noſtras ſtupefecit, & miro modo detinuit, ne caperemus eum. Ex qua quidem reſponſione videtur, quòd miniſtri vim faciant tam in ſtupendo, & efficaciſſimo modo loquendi ipſius Chriſti, quàm in rebus ab eo dictis. Et in eodem cap. Ioan. ait: Aſcendit Ieſus in templum, & docebat, & mirabantur Iudæi propter rem inſolitam: credebant enim eum eſſe
B filium Ioſeph, & per conſequens in manuali opere occupatum. Sciebant enim eum non fuiſſe in ſtudio exercitatum, & tamen videbant illum excellentiſſimè docentem, legis & prophetarum teſtimonia proferentem: ideo mirabantur dicentes, Quomodo literas ſcit, cum non didicerit eas, quas literas videmus ſcire? Tanta enim, ſecundum Cryſoſtomum, erat virtus docentis, vt qui dixerant, ſeducit turbas, tranſmutati mirentur. Reſpondit eis Ieſus, & dixit, Mea doctrina non eſt mea, ſed eius, qui me miſit: quaſi dicat, Iſta doctrina, quæ eſt mea approbatiuè, & ſubiectiuè, non eſt mea per
C exercitium humanæ acquiſitionis, ſed data eſt mihi a Patre: quia filius Dei, ſecundum naturam diuinam licet habeat eādē ſcientiam cum Chriſto patre; tamen habet illam ab eo, ſecundum naturam humanam: habet aliam ſcientiam creatam, non tamen habet illam acquiſitam, ſed ab inſtanti conceptionis infuſam. Cum igitur tanta ſapientia præfulgeret; tamen Scribæ, & Phariſæi in vita, & in morte diffamauerunt eū.

Primo, in vita eum infamauerūt de inſipientia naturali.

Primò, in vita, de inſipientia naturali: ſecundo, de inſipientia accidentali: tertio, de inſipientia ſpirituali, & diuinali. Primo, in-
D ſipientia naturali, vnde Ioan. 10. dicebant: Inſanit, quid eum auditis? Et iterum Mar. 3. dixerunt, Quoniam in furorem verſus eſt. Secundo diffamauerunt eum de inſipientia accidentali, & literali: nam cum Ioan. 7. ſicut dictum eſt, dicerent, quomodo hic literas ſcit, cum non didicerit? ſatis elici poteſt, quòd talis admiratio partim ex ſuſceptione, & partim ex deſpectione, atque ex mala interpretatione de hęreſi procedebat, quod apertius oſtendebat Matt. vlt. dicens, quòd ex hoc ſcandalizabantur in eo. Tertio diffamauerunt eum de inſipientia ſpirituali, ac diuinali, illam hæreticam reputantes, ſicut Ioan. 8. Samaritanum eum dicebant, ſcilicet in diuino cultu hæreticum. E

Secundo, de ſumma ſtultitia in fine eū infamauerunt.

Secundo, in fine vitæ eum de ſumma ſtultitia, quæ eſt vltima infamia, ac blaſphemia contra Deum, illum infamauerunt, & condemnauerunt. Vnde Matth. 26. conſtitutus coram Caipha Principe Sacerdotum, interrogante, atque dicente: Adiuro te per Deū viuum, vt dicas nobis, ſi tu es Chriſtus filius Dei. Dixitq; illi Ieſus, Tu dixiſti. Verumtamen dico vobis, ammodo videbitis filium hominis ſedentem a dextris virtutis Dei, & venientem in nubibus cęli. Tunc Princeps Sacerdotum ſcidit veſtimenta ſua dicens: Blaſphemauit, quid adhuc egemus teſtibus? ecce nunc audiſtis blaſphemiam: F
quid vobis videtur? At illi reſpondentes dixerunt: reus eſt mortis. Ex hoc enim illum tanquam ſumme ſtultum, crucis patibulo affixerunt, & confuſione vltima eum occiderunt: vnde Prouerb. 3. Salomon in perſona Domini, ait, Stultiſſimus ſum virorum. ſ. æſtimatione iſtorum: & ſapientia hominum non eſt mecum: non didici ſapientiam, ſed per acquiſitionem: & noui ſcientiam ſanctorum. Et iterum Propheta ait: Deus, tu ſcis inſipientiam meam. i. quaſi inſipiens patior: nam immerito reputatur ſtultus mercator, qui pro vili re laborat ad mortem, & pretium magnum expendit pro viliſſima merce. Sed tu Deus ſcis G
inſipientiam hanc meam; quia quod ſtultum eſt Dei, ſapientius eſt hominibus, primo Corin. nono.

Quō Chriſtus i cruce dictus eſt ſtultiſſimus omnium.

Quarta ratio ad idem. *Cap. 4.*

Quarto, fuit opprobrioſiſſima rōne potentiæ.

QVarto, ratione gratiæ, ſeu potentiæ, ſcilicet miracula operandi. Miracula enim, qua fecit Deus in mortali carne, fide dignum, efficaciſſimum, atque ſufficientiſſimum teſtimonium perhibebant veritatis, & humanitatis ſuæ, ſicut ipſe Ioan. 5. teſtatur, dicens, Opera, quę dedit mihi pater vt faciam, ipſa teſtimonium H
perhibent de me, ſcilicet, quòd ſim Deus, & homo. Conſidera igitur circa Chriſti miracula hæc tria. Primo, ſufficientiam; ſecūdo, condecentiā; tertio, potentiam.

Primo

A *Primo nota miraculorum Chriſti ſufficientiam.*

Sufficientia miraculorum: nam fuerunt ſufficiens teſtimonium, maximè ꝑ tria.

PRimo conſidera ſufficientiam miraculorum: nam fuerunt ſuę diuinitatis teſtimoniuw ſufficiens & fide dignum; & hoc maximè propter tria. Primo propter ſpeciem operum, ſecundo propter modum, tertio verò propter documentum. Primo verò propter ſpeciem operum, quia tranſcendebant omnem poteſtatem creatæ naturæ; propterea non poterant fieri, niſi diuina virtute: vnde Ioan. 9. cęcus ait: A ſæculon non eſt auditum, quia aperuit aliquis oculos cęci
B nati: niſi hic eſſet à Deo, non poterat facere quicquam. Secundo propter modum, quia propria virtute miracula fecit, vnde Lu. 6. dicitur: Virtus de illo exibat, & ſanabat omnes. Et ſuper illud Matt. 8. & eijciebat ſpiritus verbo, & malè habentes curabat. Cryſoſt. ait: Intende quantam multitudinem curatam monſtrant Euangeliſtæ, vnumquemq; curatum non enarrantes, ſed vno verbo pelagus ineffabile miraculorum inducentes: vt ex hoc oſtenderetur, ꝙ habebat Deo patri coæqualem virtutem, iuxta illud Ioan. 5. Quæcunq; Pater facit, hęc
C & Filius facit. Tertio propter documentum. i. propter doctrinam, qua ſe Deum, & Dei filium aſſerebat: quæ niſi vera fuiſſet, nequaquam ei diuina virtus aſtitiſſet in miraculorum patratione; & hæc eſt omnium ratio fortior: nam impoſſibile eſt tam ſceleſto mendacio quantum eſſet iſtud, ſi non foret verum, ipſum Deum ferre teſtimonium per opera infinitæ virtutis, quæ ſunt miracula vera.

Secundo nota miraculorum condecentiam, & quare miracula fiunt.

D

Condecēs fuit Chriſto talia miracula facere ꝑ duo.

SEcundo conſidera in miraculis Chriſti condecentiam. Condecens enim fuit Chriſto talia miracula facere. Propter duo enim conceditur diuinitus homini miracula facere. Primo quidem ad confirmandam doctrinam veram: nam quæ fidei ſunt, humanam rationem excedunt, & non poſſunt de facili ſimplicibus rationib. probari. Oportet ergo, vt probentur per opera virtutis Dei: vt dum aliquis facit opera, quę ſolus Deus facere poteſt, quæ ſunt miracula, creduntur à Deo procedere, quæ dicuntur quodammodo literæ ſigillatę regis ſigillo, E ex voluntate Regis manare creduntur. Proinde Chriſtus miracula fecit, quæ fuerunt quaſi ſigilla Dei, in quibus ſe Deum eſſe probauit. Et licet aliquo modo diminuant fidei meritum, inquantum per hæc auditoris demonſtratur duritia: tamen melius eſt eis, ꝙ per miracula conuertantur, quàm quòd ſine eis in infidelitate ſua permaneant. Ideo 1. Corint. 11. dicitur, Signa infidelibus data ſunt. ſ. vt conuertantur ad fidem. Secundo autem fiunt miracula ad oſtendendum in homine Dei potentiam; vt. ſ. dum homo facit opera ſoli Deo poſſi- F bilia, credatur Deus per gratiam habitare in eo; vnde dicitur ad Gal. 3. Qui tribuit nobis ſpiritum, & operatur in nobis virtutes. Vtrunq; autem circa Ieſum erat maniſeſtandum. ſ. ꝙ per gratiam Deus eſſet in eo, non quidē adoptionis, ſed perſonalis vnionis, & ꝙ eius ſupernaturalis doctrina, & perfectionis conſilia à Deo eſſe demonſtrarētur.

Tertio nota miraculorum Chriſti potentiam.

G

Miraculorū Chriſti potentia.

TErtio conſidera in miraculis Chriſti potentiam: nam miracula fecit. Primo in Angelicis ſpiritibus, ſecundo in corporibus cęleſtibus, tertio in hominibus, quarto in creaturis irrationabilibus. Primo inquam in Angelicis ſpiritibus, quia enim effectus redemptionis Chriſti, atque doctrinæ ſuæ erat nos eripere a diabolica poteſtate, & Angelis gloriæ ſociare. Ideo voluit dæmones à corporibus humanis ſuę poteſtatis imperio euellere, & expellere, iuxta illud Ioan. 12. Nunc princeps huius mundi eijcietur foras: & ſanctos Angelos deuotis facere apparere, iuxta illud Coloſ. primo. Pacificans per ſanguinem crucis eius, quæ in cœlis, & in terris ſunt. Secundo in corporibus cęleſtibus decuit per Ie- H ſum miracula fieri: mutatio enim corporum iſtorum inferiorum multis cauſis contingere poteſt: ſed curſus cœleſtium ſolus Deus mutare poteſt. Ideo ad ſuam humanitatem probandam maximè conueniens fuit in eis miracula operari. Et hoc eſt, ꝙ Dionyſius dicit ad Policarpum: cognoſcere oportet non aliter aliquando poſſe peruerti aliquid cęleſtis ordinationis & motus, niſi ad hoc cauſam habet motorem, qui fecit omnia, & mutat ſecundum ſuum ſermonem. Tunc enim maximè conueniens fuit

eius

A eius diuinitatis potentiam habere teſtimonium à cœleſti natura, quando eius infirmitas monſtrabatur in terra, quod quidem erat, dum paruulus erat, vagiens in præſepio: ſed maximè, quando mortuus fuit in crucis patibulo. Proinde vtroque tempore Ieſu deſpectu in terris, aſtra perhibent teſtimonium in cęlis.

Chriſtus fecit miracula. Tertiò in hominibus fecit miracula, cęcos illuminauit, ſurdos fecit audire, & mutos fecit loqui, ſanauit lunaticos, liberauit claudos, mundauit leproſos, curauit hydropicos, ſolidauit paralyticos, expulit febres, eleuauit curuos, extendit contractos, purgauit
B ſanguifluos, & mortuos ſuſcitauit. Proinde Matth. 6. dicitur, quòd quocunq; introibat, aut in vicos, aut in villas, aut in ciuitates, in plateis ponebant infirmos, & deprecabantur eum, vt vel fimbriam veſtimenti eius tangerent; & quotquot eum tangebant, ſalui fiebant.

Quartò fecit miracula in creaturis irrationabilibus. Primò in piſcibus, ſcilicet in copioſa captura eorum, ſicut legitur Lu. 5. & Ioan. vlt. cap. Et in piſce, quem cępit Petrus, in cuius ore ſtaterem reperit. Secundò in plantis, cum ad verbum eius ficulnea aruit, Mar. 11. Tertio in aere, & in
C aqua: nam vt legitur Matth. 8. Imperauit ventis, & mari, & facta eſt tranquillitas magna. Quartò etiam tempore paſſionis eius ſciſſum eſt velum templi, ad oſtendendum reſerationem legis; aperta ſunt monumenta, vt myſticè denotetur, quòd per eius mortem daretur mortuis vita; terra mota eſt, & lapides ſciſſi, vt denotetur, quòd lapidea hominum corda per eius paſſionem deberent ſcindi; & quòd iſte mundus debet ad bonum paſſionis Ieſu morientis virtute moueri. Ex his patet Chriſti gratia, & poteſtas miraculoſa operandi; quæ quanto apparuit maior, tãto opprobrioſa mors
D crucis Chriſti fuit ei ad maiorem confuſionem, & quodammodo ad negationem, quòd prædicta miracula non fuerunt vera. Ideo Matth. 7. dicebant: Alios ſaluos fecit, ſeipſum autem non poteſt ſaluum facere. Hæc ſiquidem, quæ de Chriſti miraculis dicta ſunt, poterit diſcretus prædicator ſuo modo abbreuiare, licet pro dignitate Domini noſtri Ieſu Chriſti latius dicta ſunt, & ſic in ſimilibus obſeruandum eſt.

Quinta ratio. Cap 5.

E

QVinto, ratione famæ: quanto enim famoſior eſt, tanto mors eius magis opprobrioſa, infamis, atque opprobrioſior eſt, atque ignominioſior reputatur. Quanto autem fama diffuſa fuerit de Chriſto ante paſſionem ſuam, tum ex multitudine miraculorum, tum ex efficaci doctrina eloquiorum ſuorum, tum ex admiranda conuerſatione, ex Euangeliſtis patet. Nam Lu. 4. cum à magnis febribus ſanaſſet Simonis ſocrum, facta die egreſſus Ieſus ibat in deſertum locum, & turbæ requirebant eum, & detinebant illum, ne diſcederet ab eis. Ioan. quoque 4. Samaritani, tam propter Samaritanæ verba, quàm propter ſermones eius crediderunt ei. Ex hac etiam fama ſecutæ ſunt Ieſum turbæ, i. quinque millia virorum, exceptis paruulis, & mulieribus, vt dicitur Matt. 10. Mar. 6. Luc. 9. & Ioan. 6. quos ſiquidem paſcens ex quinq; panibus ordeaceis, & duobus piſcibus, fama eius magis creuit. Dilatata eſt etiam fama, cum pauiſſet quaſi quatuor millia hominum ex ſeptem panibus triticeis, & ex piſcibus paucis, vt dicitur Mar. 8. & Matt. 15. Inſuper in reſurrectione filij viduæ extra portam ciuitatis Naim, exiſtentibus turbis, fama eius circumquaq; diuulgabatur, dicente populo, Propheta magnus ſurrexit in nobis. In reſurrectione quoq; Lazari quatriduani, turba etiam multa aſſiſtebat, illud irrefragabile miraculum conſiderantes. In reſurrectione etiam filiæ Archiſynagogi, eiecta turba, & intrante Ieſu domum, ad imperium eius ſurrexit puella, & exijt fama hæc in vniuerſam terram illam, vt dicitur Matth. 9. Et ſic de multis alijs operibus Chriſti, de quibus totum euangelium refertum eſt, fama eius mirabiliter creuit; quæ ſicut dictum eſt, quanto fuerat maior, tanto ignominioſior extitit mors illius in patibulo crucis. *Quinto fuit opprobrioſiſſima rõne famæ.* F G H

Sexta ratio. Cap. 6.

SExtò, ratione ſequelæ, non tantum diſcipuli eius ſequebantur ipſum, verumetiã turbæ multæ. Quidam, vt Doctor, ſatagentes ex eius radioſa doctrina illuminari: quidã vt paſtorẽ, curãtes ei⁹ veſtigia *Sexto, ratione ſequelæ.*

A gia imitari; quidam, vt medentem, optantes de ſuis infirmitatibus liberari: alij, vt viderent eius miraculorum nobilitatem: alij, vt myſteria intelligerent: alij, vt prodigia viderent: varijs ex cauſis turbæ multæ ſequebantur eum. Sed quanto maior fuit ei ſequela populorum, tanto etiam cum omnibus ſuis diſcipulis derelictus eſt, patibulo crucis affixus eſt, maior fuit ignominia: dereliquerunt eum turbæ, immo contra eum inſurrexerunt: vnde in perſona Domini in admirationem prorumpens ait Propheta, dicẽs: Domine, quid multiplicati ſunt, qui tribulant me? multi inſurgunt aduerſum me: multi dicunt animæ meæ, non eſt ſalus
B ipſi in Deo eius: quaſi in deſperationem præcipitare conãtes. Et alibi idem ait: Multiplicati ſunt ſuper capillos capitis mei, qui oderunt me gratis. Capilli ſiquidem capiti inhærentes, diſcipuli Chriſti erant: ſed qui Chriſtum oderunt gratis.i. ſine cauſa, fuerunt turbæ, quæ prius ſecutæ fuerunt illũ. His quoq; capillis decaluatus eſt Chriſtus in horto, & in monte caluario, quando & vbi omnes diſcipuli eius aufugerunt. De quo deridebant etiam illum Iudæi, quia cernebant eum ab omnibus, etiam à ſuis derelictum. In cuius myſterium legitur, 4.Reg. 2. ꝙ cum aſcẽderet Heliſeus in Bethel, pue
C ri parui egreſſi de ciuitate illudebant ei, dicentes: Aſcende calue, aſcende calue. Heliſeus ſiquidẽ Chriſtus eſt. Pueri parui ſenſu paruuli, ſed malitia, & impietatẽ magni extiterunt Iudæi, qui Lu. 24. illudentes ei dicebant: Si tu es Rex Iudæorum, ſaluum te fac; & ſimilia multa, ſicut prædictum eſt de Apoſtolis eius, & diſcipulis, Proph. 21. Pſ. in perſona Domini ait, Diſperſa ſunt omnia oſſa mea.i. Apoſtoli, qui tanquam oſſa erant alijs fortiores, & firmiores; & tamen fuerunt, ſecundum ꝙ Io. 16. prædixerat eis, dicens: Ecce venit hora, & iam nunc venit, vt diſpergamini vnuſquiſq; in propria, &
D me ſolum relinquatis. Sex autem cauſas, quare diſcipuli tẽpore paſſionis relinquũt Chriſtum, Propheta ſubdit. Prima cauſa fuit annihilatio diuinæ doctrinæ; ideo ſubdit: Factum eſt cor meum.i. doctrina mea: ſicut cera liqueſcens.i. euanuit ad paſſionis calorem & ignem: & hoc in medio ventris mei.i. in infirmioribus, & etiam mollioribus membris meis. Dicitur enim doctrina Chriſti, cor eius, maximè propter tria. Primò, quia tenerè illam amat, iuxta vulgare, ꝙ dicimus, iſte eſt cor illius.i. ab illo diligitur multum. Vnde Mar. 1. ait Ieſus, Eamus in vicos proximos, & ciuitates, vt ibi prædicem: ad hoc enim veni. Ecce quantum dilexit doctrinam ſuam, qui propter eam diſſeminandam in mundo venit. Secundo quoque cor Chriſti denominatur, quia corporis Chriſti, quod eſt eccleſia, per illam viuificatur: ideo Matth. 4. Dominus ait: Non in ſolo pane viuit homo, ſed in omni verbo, quod procedit de ore Dei. Tertio, quia de corde ſuo procedebat doctrina Chriſtiana: vnde Matt. 12. ipſe ait: Bonus homo de bono theſauro cordis ſui profert bona. Secunda cauſa fuit ceſſatio miraculorum, de qua Propheta ſubdit: Aruit tanquam teſta virtus mea: nam arida viſa fuit F
in paſſione, virtus, & potentia Chriſti, qua ante paſſionem miracula faciebat: vnde in Cant. Bacuch, ibi.ſ. in cruce abſcondita eſt fortitudo eius. Nõ dicit perdita, ſed abſcondita, ſicut inf. in 3. parte, & 4. fructu apparebit. Tertia cauſa fuit ſilentium Chriſti, qui tunc non loquebatur: vnde ſubdit, Et lingua mea adhæſit faucibus meis.i. nihil loquebar: vnde Iſa. 53. Coram tondente ſe obmuteſcet. Et Matt. 27. c. Et non reſpondit ei ad vllum verbum, ita vt miraretur Pilatus. Quarta cauſa extitit mors Chriſti, & deſperatio de reſurrectione illius: vnde G
ait, Et in puluerem mortis deduxiſti me, ò pater; ſecundum opinionem Iudæorum, Pſal. Aeſtimatus ſum cum deſcendentibus in lacum.i. irreuocabiliter in infernum. Quinta cauſa fuit Iudæorum detractio. Et de hoc ſubdit, Circundederunt me canes multi.i. Iudæi oblatrantes, & mordentes per detractionem, tanquam canes. Sexta cauſa fuit conuentus malorum; ideo ſubdit, Conſilium malignantium.i. crucifigentium, obſedit me pertinaciter vſq; ad mortem meam. Ecce, quare eum Apoſtoli ſui dereliquerunt; ideo de hoc ſtupens Hiere. Thren. 4. admirãter ait: Quomodo diſperſi H
ſunt lapides ſanctuarij.i. diſcipuli Chriſti.

Dicitur doctrina Chriſti cor eius, maximè ꝑꝑ tria.

Septima ratio. *Cap. 7.*

SEptimo, ratione gloriæ. Quanto enim homo in maiori gloria fulget, & exaltatur, tanto depreſſus ignominioſiſſima morte magis confunditur, & gloria in ignominiam vertitur. Nam poſt immenſos honores, ſtatim proſterni ad infimas ignominias moleſtius, & confuſibilius eſſe ſolet: cum quanta autem gloria ſuſceptus fuerit in Hieruſalem in die Palmarũ, oſtendit

Septimo, rõne gloria.

A dit Ioan.12. dicens: Turba autem multa, quæ conuenerat ad diem feſtum, cum audiſſet, quia venit Ieſus Hieroſolymam, acceperunt ramos palmarum, & proceſſerunt obuiam ei, & clamabant, dicentes, Oſanna, benedictus, qui venit in nomine Domini, Rex Iſrael. Et Matt.21. ſcriptum eſt, Plurima turba ſtrauerunt veſtimenta ſua in via. Alij autem cędebant ramos de arboribus, & ſternebant in via: & ſequitur: Cum intraſſet Ieſus Hieroſolymam, commota eſt vniuerſa ciuitas, dicens. ſ. admiratione magna: Quis eſt hic? cui. ſ. tanta ſequela, &
B gloria adhibetur.

Quòd quadruplex honor exhibitus Chriſto in die Palmarum: tempore paſſionis in ignominiam verſus eſt.

In quatuor eum honorauerunt, ſic ĩ quatuor eum infamauerūt.

Animaduerte quoque diligenter, quod in quatuor eum honorauerunt, ſicut ex præcedentibus patet. Primò in proprijs perſonis, ſecundò in verbis laudis, tertiò in operibus virtutis, quartò in rebus ſuis.

Primò honorauerunt eum in perſonis
C proprijs, quia ei perſonaliter obuiam proceſſerunt, & in Hieruſalem deduxerunt; ſed multo amplius multiplicata eſt ignominia; quia idem populus in eodem loco, eiſdem diebus, poſtmodum eum crucifixit, atq; de eadem ciuitate non equitando, ſed crucem portando contumelioſè eiecit. Nec quidem ſuffecit vna ignominia pro vno honore, ſed amplius addiderunt: quia eum vili pretio venundantes, tanquam latro ab eis capitur, & ei Barabbas latro peſſimus antefertur.

Secundò verbis laudis laudauerunt, &
D honorauerunt eum, dicentes eum Saluatorem Deum, & Regem. Saluatorem quidem, cum clamabant, Oſanna, idest, obſecro, ſalua nos: Deumq; eum clamabant, dicentes, Benedictus, qui venit in nomine Domini, ideſt, habens rem, & nomen veri Dei. Regem etiam eum dicebant, cum clamabant, Rex Iſrael, qui venis verus Rex Iſrael. Sed multo amplius multiplicata eſt ignominia eius: nam qui dixerunt, Oſanna, poſtea clamabant, Matth.27. Sanguis eius ſuper nos, & ſuper filios noſtros. Qui verò dixerunt, Benedictus, qui venit in nomine Domini; poſtea clamauerunt, dicentes, Luc.23. Crucifige, crucifige eum. Qui prius dixerunt Rex Iſrael, poſtea aſſerebāt, E
Ioan.19. Non habemus Regem, niſi Cæſarem. Inſuper ignominiam ſuper gloriam addiderunt inſultationibus, irriſionibus, improperijs in eum irruentes, & dicentes, Prophetiza: Aue Rex Iudæorum: Si tu es Chriſtus, deſcende de cruce, & multa ſimilia.

Tertiò glorificauerunt, & honorauerunt eum operibus virtuoſis, quia ſcindentes ramos palmarum, & oliuarum, flores, & folia proſternebant in via: per quæ, ſecundum Gregor. deſignantur opera virtuoſa. Sed quàm diſſimilis eſt ignominia ſubſecuta? quamque diſſimiles ſunt rami, F
& crux: flores, & ſpinæ: folia, & claui: palmæ, & virgæ? Non hoc quidem ſatis fuit, niſi vltra gloriam multo amplius ignominia multiplicetur; quia vltra hoc conſputus eſt, & colaphizatus eſt.

Quartò glorificabant eum cum rebus ſuis, quia veſtimenta ſua proſternebant in via, ſe cum reuerentia exuētes, & illa Chriſti aſelli pedibus ſubmittentes. Sed vide, quanta eſt contumelia ſubſecuta: immo abundantius multiplicata: nam, cui tunc proſternebant veſtimenta aliena, nunc auferebant ſua, & ſors mittebatur ſuper ea: nec dimiſſa eſt illi, niſi vnica tunica rubea; videlicet caro ſua mundiſſima, ſuo pretioſiſſimo ſanguine rubricata, & vulneribus lacerata. Inſuper, & ab iſta fuit anima ſua ſanctiſſima ipſo cruciatu eiecta, nec inſuper ſuffecit eis Chriſtum nudare veſtibus ſuis. Inſuper & ipſum deriſerunt veſtibus alienis, nunc clamyde coccinea, nunc purpurea, nunc verò veſte alba; nunc velant oculos, nunc percutiunt pugnis, nunc autem alapis, nunc polluunt ſputis: vt ſic nihil deficiat ad multiplicationem ignominioſi dedecoris pro gloria ſuſcepti honoris: pro omnibus ſupradictis, Iſaia quinquageſimo ſecundo ait, Ecce intelliget ſeruus meus, & exaltabitur, H
& eleuabitur, & ſublimis erit valde, ſicut obſtupuerunt ſuper eum multi, ſic in gloria erit inter viros aſpectus eius.

A **Articvlvs Tertivs ſecundę partis.**

Vbi per ſeptem alias rationes oſtenditur magnitudo opprobrij mortis Chriſti Ieſu, ſecundum cauſam formalem.

Alia ratio nes oppro brioſiſſima mortis Chriſti.

Tertiò inſuper ait, Humiliatus ſum nimis: propter cauſam formalem. Ad intelligendum inſuper ſtupendam abyſſum humilitatis paſſionis Ieſu Chriſti, contemplemur mortis eius cauſam formalem: & apparet etiam abyſſus humilitatis, & vtilitatis ex ſeptemplici alia ratione. B Primò propter deriſionem, ſecundò propter afflictionem, & flagellationem; tertiò propter coronationem, quartò propter nudationem, quintò propter crucifixionem, ſextò propter blaſphemationem, ſeptimo propte confuſionem.

Prima ratio. *Cap. 1.*

Prima ex deriſioné.

C Primò propter deriſionem: vnde quanto eſt perſona ſublimior in ſeptem gratijs, ſeu dignitatibus, de quibus dictum eſt in articulo præcedenti, ſcilicet in natura, in forma, in gratia, in ſapientia, in fama, in ſequela, & in gloria: tanto deriſio ſibi facta vituperabilior eſt. Sed Chriſtus, ſicut ſupradictum eſt, habuit omnia prædicta ſuper omnes creaturas alias: quare deriſiones eius grauiores fuerunt, quàm poſſet humana lingua enarrare, aut mens aliqua cogitare. Expergiſcere anima deuota, & conſidera, quod ille, qui eſt ſumma reuerentia Angelorum, propter nos factus eſt ludibrium impiorum, & quaſi pila D deriſionis eorum: quia de ipſo mutuo colludebant mittentes ad alterutrum confuſione repletum. Nam Annas miſit illum ad Caipham, Caiphas ad Pilatum, Pilatus ad Herodem, & Herodes remiſit eum Pilato, & ſemper in ſupradictis locis, atque in eorum itineribus deriſus eſt. Vnde Propheta in perſona Domini ait, Omnes videntes me, deriſerunt me. Atque de triplici deriſione immediate ſubiungit. Prima fuit verborum, ſecunda ſignorum, tertia ſermonum ironicorum.

Triplex deriſio.

Prima fuit verborum: vnde dicit, Locuti ſunt labijs, ideſt, conſideratè, ſcilicet B falſa imponendo, & falſa promittendo, vnde Matt. 27. dicebant, Alios ſaluos fecit, ſeipſum non poteſt ſaluum facere: ecce falſa impoſitio. Si Rex Iſrael es, deſcende de cruce, & credimus: ecce falſa promiſſio; quod exponens Ambroſius ait: O ſtulte, & cęce grex ſacerdotum: nunquid impoſſibile eſt ei de paruo ligni ſtipite deſcendere, qui deſcendit de alta cęlorum ſublimitate? nunquid tua vincula poſſent illum tenere, quem cœli non poſſunt capere? non venit inquam vt ſe liberaret, quia ſub ſeruitute non erat: ſed vt nos de F ſeruitute redimeret.

Prima verborũ.

Secunda deriſio fuit ſignorum, vnde Pſalmus ſubdit: Et mouerunt caput: vnde Matt. 27. Prætereuntes autem blaſphemabant eum, mouentes capita ſua, dicentes, Vah qui deſtruis templum Dei, & in triduo reædificas illud.

Secunda ſignorũ.

Tertia deriſio fuit ſermonum ironicorum, qui ſunt quando bona improperantur: & de hac Propheta ſubdit, Sperauit, ſcilicet Chriſtus, in Domino, videlicet Deo Patre: eripiat eum. ſ. de manibus noſtris: ſaluum faciat eum. ſ. reſuſcitando illum: quoniam vult eum, vt ipſe dicit. Et iterum G Matt. vbi ſupra, Confidit in Deum, liberet eum nunc, ſi vult. Dicit enim, quoniam filius Dei ſum: hæc quidem deriſio præfigurata eſt, Gen. 9. in deriſione Noe. Noe ſiquidem Chriſtus eſt; vinea, Iudęi; inebriatio, paſſio; obdormitio, mors; denudatio, humanitatis oſtenſio: Sem, & Iaphet, duo populi, Iudæi. ſ. & Gentiles: veſtimentum eſt ſacramentum: maledictio Cham, Iudę proditio: eius irriſio, Iudæorum deriſio fuit: vnde Luc. 22. & Matth. 26. dicitur, ꝙ coram Anna, & Caipha velauerunt faciem eius, & colaphis eum ceciderunt: alij autem palmas in faciem eius dederunt, dicẽtes, Prophetiza nobis Chriſte, quis eſt qui te per- H cuſſit? In quo diligenter tria aduerte. Primò, quòd velantur oculi eius contra peccatum, quod in viſu commiſit Eua. Secundò, quòd colaphis cęciderunt eum propter peccatum gulæ, in quo Eua offendit. De his duobus Propheta in perſona Domini ait: Confortati ſunt, qui perſecuti ſunt me inimici mei iniuſtè, quæ non rapui, tunc exſoluebam. Tertiò quoque palmas in faciem eius dederunt, ſcilicet dicentes, tanquam diuinatori, prophetiza nobis Chriſte, quis eſt, qui te percuſſit?

Tertia ſermonũ.

Tria notanda.

Secun-

A *Secunda ratio.* Cap. 2.

Secunda pp flagellationem.

SEcundò propter flagellationem ſeu afflictionem. Quanto enim quis eſt ſublimior in ſeptem gratijs antedictis: tanto flagellatio, & afflictio ſibi illata opprobrioſior eſt: dictum eſt enim ſupra, quòd illas habuit in ſublimi. Sed audi afflictionem omnium membrorum corporis ſui. Nam pedes eius diſcalceati & nudi, cum per totam partem noctis, & per magnam partem diei huc & illuc ab eis furore ebrioſo duceretur: piè credendum eſt, quòd ſæpius eum in lapides impingebant, effundebant per viam ſanguinem ſacrum.

Pedum Chriſti dolor eximius.

B Vitalia membra, ac reſpirantia, ſicut cor & pectoris concauum, & ſimilia, dirè fuerunt afflicta intimorum, & multorum ſuſpiriorum, & gemituum aſſumptione: crura, coſtæ, & corporis latera atque dorſum, & vniuerſaliter alia membra in dura flagellatione afflicta fuerunt: in qua ſuperficies carnis ſuæ teneræ & delicatæ fuit crudeliter lacerata, & ſanguine cruentata, & brachia vltra hoc durè fuerunt ligata atq; conſtricta, & hinc inde, ante & retro contumelioſè retorta, tam in orto, quàm in domo Annæ, Caiphæ, Pilati, & Herodis: ab omnibus enim prędictis locis ligatus deductus C fuit: humeri eius afflicti fuerunt duro onere crucis: & tunc maximè credo collum afflictum fuiſſe chamo in eo poſito, per quę ad maiorem contumeliã traheretur, os quoque afflictum fuit tam fętido oſculo proditoris, fellis & aceti amaro potu, nares afflictę fuerunt horribi fętore ſputorum abhominabilium Iudæorum, & fętore cadauerũ mortuorum; quia in loco Caluarię in cruce appenſus eſt: ſed & facies illa, in qua Angeli deſiderabant proſpicere, deturpata fuit impiorum ſputis, genę quoq; afflictę fuerunt & tumefactę, ac ſanguine & liuore cõ D ſperſæ, tum ex percuſſionibus faciei, tum etiam ex corona ſpinea, per quam ſanguis per eius faciem defluebat: oculi etiam fuerunt afflicti, confuſi, atq; uelati, fletu reliquati, & in aſpectu terribili inimicorũ ſuorum ignem furoris, & iracundiæ ſpirantiũ mirabiliter cruciati: nec non, quia videbant matrem & diſcipulum quem diligebat Ieſus, flentes & cruciatos: aures eius repletæ fuerunt opprobrijs: uertex capitis afflictus fuit duriſſimis ſpinis, ſcilicet percuſſionib. arundinis, maximè flagellatus fuit in capite tanquam ſuperbus, in facie tanquam ribaldus, in collo tanquam ſtultus. Proinde propheta ait in perſona Domini. Fui flagellat' tota die, & caſtigatio mea ĩ matutinis. E Et Iſa. 50. Corpus meum dedi percutientibus, & genas meas uellentibus. Sicut enim unum membrum patitur cauterium ad alterius curationem: nam brachium minuitur ad corporis ſanationem. Sic etiam Chriſtus vulneratus eſt propter iniquitatum noſtrarum ſanationem. vnde Iſa. 53. dicitur. Vulneratus eſt propter iniquitates noſtras, attritus eſt propter ſcelera noſtra: diſciplina pacis noſtræ ſuper eum, & liuore eius ſanati ſumus: omnes nos quaſi oues errauimus. Vnuſquiſq; in uiam ſuam declinauit, & dominus poſuit in eo iniquitates omnium noſtrum. i. pęnam ſatisfactiuam pro omnibus F peccatis noſtris. vnde Leuit. 16. myſticè eſt Chriſtus deſignatus per hircum in deſertum peccata populi deferentem. hęc omnia quanto facta fuerunt homini ſublimiori, maxime in ſeptem gratijs, de quibus dictũ eſt: tanto maioris opprobrij extiterunt.

Tertia ratio. Cap. 3.

Tertia pp coronationem.

TErtiò propter coronationem, quaſi rex eſſet ſtultorum, & iniquorum. Sicut enim dicitur Matth. 27. Pilatus ſciens, quòd propter inuidiam tradidiſſent illum, uoluit eum pluries liberare, quod quidem diuerſis modis temperauit. G Primò allegatione ſuæ innocentiæ, dicens: Ego nullam cauſam mortis inuenio in eo. Videns autem quòd hæc cauſa Iudæos ad iram amplius prouocaſſet: accepit ſecundam liberationis uiam, ſcilicet mutationem fori, tranſmittendo eum ad Herodem tanquam Galilęum, & ſibi propria dominatione ſubiectum, credens quòd Herodes non iudicaret, ſed liberaret ſubditum ſuum: cumque nec ſic profeciſſet; tertiam cnmpulſus eſt inuenire uiam, ſcilicet ſatiare Iudæorum impietatem contumelijs, & ſupplicijs ſuper Dominum irrogatis, ut ſic opprobrijs eius ſaturati, mortem eius amplius non ſitirent: vnde cre- H dendum eſt, quòd quanto uilius, & contumelioſius potuit, Ieſum coram impiorũ oculis præſentare diſpoſuit, ſcilicet nudatum proprijs ueſtibus, cruentatum, & liuidũ flagellorum ictibus, ſola purpura in deriſionem amictum, ſpinis coronatũ, vultu uelatum, ſputis deturpatum, genis & tota facie & ictibus alaparum tumidum, & ſic in conſpectu populi apparuit uiliſſimè deriſus & uituperatus. Et quia allegauerunt

A quòd dicebat ſe Dei filium, producens eum
ſic viliter coram populo, portabat ſpineam
coronam, & purpureum veſtimentum in
deriſionem Ieſu, dicit, Ecce homo. q. d. iſte
nō habet diuinitatis inſignia, ſed ipſum eſſe
hominem deſpectum, & vilificatum, atque
doloribus plenum, in veſtris oculis manife
Diaboli furor, & ſitis inexplebilis. ſtant illa ludibria. Nec propter hoc ſatiatus
eſt diabolicus furor illorum hominum im-
piorum, ſed magis inſanientes clamabant
dicentes, Tolle, tolle, crucifige eum. Cúq;
in fine, & in ſecunda allegatione dicit Pila-
tus, Ecce Rex veſter: verè prolatum eſt hoc
verbum: nam omnium opprobriorum, &
B omnium deſpectuum, & abominationum
vitæ præſentis portauit coronam: & meri-
to dici potuit Rex opprobriorum, & vitu-
periorum omnium eius vitæ. Nunc egredi-
mini ergo filiæ Sion, & videte Regem Salo-
monem in diademate, qua coronauit eum
mater ſua. ſ. Synagoga. Expergiſcere ò ani-
ma mea, & audi Bern. qui in quodam ſer-
mone ait: Caput Angelicis tremebundum
ſpiritibus, denſitate ſpinarum pungitur: fa-
cies pulchra præ filijs hominum, ſputis Iu-
dæorum deturpatur: oculi lucidiores ſole,
caligantur in morte: aures, quæ audiunt An
gelicos cantus, audiunt peccatorum inſul-
C tus: os, quod docet Angelos, felle & aceto
potatur: pedes, quorum ſcabellum adora-
tur, cruci clauo affiguntur: manus, quæ for-
mauerunt cęlos, ſunt in cruce extenſæ, &
clauis affixę: corpus cęditur, & latus lancea
perforatur. Et quid plura? non remanſit in
eo, niſi lingua, vt pro peccatoribus exora-
ret, & Matrem diſcipulo commendaret.

Quarta ratio. Cap. 4.

Quarta pp nuditatem. QVarto propter nuditatem. Nam in
cruce totaliter nudus crucifixus eſt.
Vnde Amb. Auctor humanæ ſalu-
D tis ſic nudus fuit in patibulo crucis, ſicut nu
dus exiuit de vtero Mariæ Virginis. O quid
erat videre corpus iuuenis tam ſpecioſi in
tanta deformitate mutatum, & alienatum,
ita vt Iſa. 52. dicat, Non eſt ei ſpecies, neque
decor. Abdias vnico c,. ſtupefactus de aſpe
ctu tantę deformitatis ait, Contemptibilis
tu es valde. Et Amos, 8. in perſona Dei pa-
tris, ait: In die illa occidet ſol in meridie,
& tenebreſcere faciam terram. i. carnem
ſanctiſſimam Domini noſtri Ieſu Chriſti,
qui de terra erat in die luminis. Vide er-
go quanta ignominia fuit filium, Dei cum
ſeptem dignitatibus prædictis videre in E
cruce ita nudatum coram omni populo ad
opprobrij complementum, quòd etiam in
operienda pudenda abſq; velamine aliquo
eſſet, ꝙ nec cuiquam ſcelerato lex negare
ſolet. Vnde Iob, 1. in perſona Domini, ait:
Nudus egreſſus ſum de vtero matris meæ,
& nudus reuertar illuc. Vnde Pſal. inquit,
Diuiſerunt ſibi veſtimenta mea, & ſuper
veſtem meam miſerunt ſortem. Vnde Am-
broſius in quodā ſermone ait: Auctor pie-
tatis in cruce pendens, teſtamentum con-
didit ſingulis, opera pietatis diſtribuens:
Apoſtolis perſecutionem, Iudæis corpus, F
Patri ſpiritum, Matri paranymphum, latro-
ni paradiſum, peccatoribus infernum, &
Chriſtianis pœnitentibus crucem: hæc ille.
Ecce, ꝙ propter nos omnibus ſe ſpoliauit,
vt nos ditaret.

Quinta ratio. Cap. 5.

QVinto propter crucifixionem. Quā- *Quinta pp crucifixionē.*
to enim homo ſublimior eſt in ſta-
tu, tanto ignominioſa mors eius
vituperabilior eſt. Conſidera ergo ſublimi-
tatem Chriſti in prædictis ſeptem, & mor- G
tem crucis: nam patibulum crucis erat ſup-
plicium peſſimorum, & per conſequens ad
maius vituperium eius hoc excogitauerũt.
Vnde Sap. 2. in perſona Iudaici populi, dici
tur: Morte turpiſſima condemnemus eum.
Et Hiere. 11. in perſona Domini, dicit: Co-
gitauerunt ſuper me cōſilia, dicētes: Veni-
te mittamus ligna in panem eius. i. crucifiga
mus eum, vt crucifixio eius, ſuæ doctrinæ,
quam dicit panem, commiſceatur: ac per
hoc vilitatem ſupplicij a cunctis viuētibus
reſpuatur: & ſic eradicamus eum de terra
viuentium, & nomen eius non memoretur
amplius. Et per Prophetam lamentabiliter
dicit, Foderunt manus meas, & pedes meos H
. ſ. clauorum acumine: nec inquit, transfixe-
runt, ſed foderunt: vt denotet fructum diſ-
fuſionis gratiarum, qui inde ſecutus eſt. ſ.
gloria ſempiterna: vnde verſus,

Foſſa parit tellus optato tempore cęlis.
Foſſa caro Chriſti cęlica dona dedit.

Et ſubdit Propheta, dicens, Dinumeraue-
runt omnia oſſa mea, ſcilicet propter vio-
lentam corporis extenſionem, ſicut ſupra
dictum eſt. Reſpice ergo mens deuota, ia-
culo cōpaſſionis percuſſa, ad ſpōſum tuum
dilectum Ieſum, & vide in pugna hoſtili
præſentis vitæ illum factum nobis tricolo-
ratum

A ratum vexillum: candor enim virgineæ carnis, & nigredo liuida flagellorum, atq; cruoris effuſi rubor oſtendunt Ieſum noſtrum tricoloratum vexillum, vt & tu anima mea ſimili formeris effigie, innocentia candida, pœnitẽtia nigra, & charitate ignea rubicunda, atque ſic tota pijſſimi Ieſu ſanguine colorata, deſideres toto corde pro eius amore fundere ſanguinem, vt eius morti ſanctiſſimæ conformeris.

Sexta ratio ad idem. Cap. 6.

B

Sexta pp blaſphemationē.

SExto propter blaſphemationem: quanto enim qui blaſphematur eſt in gradu ſublimiori, tanto ei blaſphemia publicè coram populo irrogata, eſt grauior cenſenda. Sed conſidera blaſphemias prædictas contra Ieſum, antequàm moreretur in cruce. Non enim ſufficit impijs tanta exercuiſſe ludibria contra eum, quibus per totam noctem vſq; ad horam crucis repleuerunt animam eius, verum etiam omni humanitate poſtpoſita, omni pudore reiecto, omnino effrontes ipſi ſcelerati Principes Sacerdotum, cum Scribis, & ſenioribus populi, exeuntes de ciuitate ad crucifixionis C locum, ibi manſueto agno inſultaturi accedunt dicentes, ſicut ex præcedentibus patet, Vah qui deſtruis templum Dei; alios ſaluos fecit, ſeipſum non poteſt ſaluum facere: Chriſtus Rex Iſrael deſcendat nunc de cruce, & credimus ei: & multas alias blaſphemias dixerunt contra eum: vnde Soph. 2. ait, Blaſphemauerunt Dominum exercituum. Conſidera ò mens deuota, quanto furore miniſtri talium impiorum in omnibus actibus paſſionis ſuę tractauerunt Ieſum, quando ipſi Principes Sacerdotum, & Scribę, & ſeniores populi, in quib⁹ debebat apparere maturitas, & grauitas in iudicando ſceleratos, etiam ex interno furore ad tan-D tam exterius rabidam inſaniam prorumpunt, ꝙ in feſtiuitate ſacrorum dierum nõ erubeſcentes contra omnem illorum conſuetudinem, atque mores, egreſſi ſunt ad locum publici ſupplicij, morienti iuſto ſic inſultantes. Admirandam quidem inuerecundiam ſui ſtatus in hoc actu demonſtrauerunt, qui ex horribili odio in Dominum Ieſum proceſſiſſe manifeſtè videtur: proinde omnis immanis crudelitas, quæ poſſit excogitari, contra Chriſtum per hos impios & eorum miniſtros, vt placerent eis, ex eorum rabida furia exercitata eſt. Vnde Propheta in perſona Domini ait: Circundederunt me vituli multi, tauri pingues obſederunt me; aperuerunt ſuper me os ſuum, ſicut leo rapiens, & rugiens. Cogita ergo fidelis anima, quàm crudeliter tractauerũt eum, cum de nocte liberè haberent eum in manibus ſuis, quando cum inaudita impudentia ſic coram omni populo exeuntes, omni reiecto pudore, & rubore, pungitiuas inuectiones, & contumelias deriſiuas exclamauerunt alta voce contra hominem deficientem, morientem, & pendentem in ligno, & toto corpore ſanguine defluentẽ: vnde merito Hiere. 12. in perſona Domini ait: Hæreditas mea, quaſi leo in ſylua. ſ. propter crudelitatem. Et iterũ Propheta, Amici mei, & proximi mei aduerſus me appropinquauerunt, & ſteterunt. Et iterum idem ait, Audiui vituperationem multorũ commorantium in circuitu. ſ. crucis meæ. Et iterum, Opprobria exprobrantium tibi ò Pater æterne, ceciderunt ſuper me: ego autem tanquam ſurdus non audiebam, & ſicut mutus non aperiens os ſuum. Et alibi dicitur: Aduerſum me loquebantur, qui ſedebant in porta. ſ. ad ſpectaculum mortis meæ: & in me pſallebant, qui bibebant vinum. ſ. in conuiuijs, & tabernis, quia dies feſti erat. G

Septima ratio. Cap. 7.

Septima pp confuſionem.

SEptimo propter confuſionem. Quanto enim quis eſt in gloria ſublimior, tanto eius confuſio efficitur maior. Ex præcedentibus dignitatibus clareſcere poteſt dignitas Chriſti, atque eius ſumma ſublimitas. Sed & ex ſex, quæ in præcedenti articulo dicta ſunt, manifeſtè apparet, quanta fuerit confuſio eius pendentis in cruce: cum homo tam nobilis naturæ, tam ſpecioſæ formæ, tantæ ſapientiæ, tantæque potentiæ in miraculis operandis, tantæ famæ, tantæque ſequelæ, tantæ gloriæ, taliter H fuit deriſus, tam dirè flagellatus, atque afflictus, ſpinis coronatus, totus nudatus, tam atrociter cruci affixus, & ad omnium ſpectaculum in cruce leuatus, & tam crudeliter blaſphematus. Et quis poſſet exprimere talem confuſionem? Merito ergo Thren. 3. Hiere. prædixit, dicens, Saturabitur opprobrijs. Et per Prophetam inquit, Suſtinui opprobrium. ſ. in corde meo: nam ſicut verbera affligunt corpus, ſic verbis opprobrioſis affligitur cor. Et addit, Et

A confuſio faciei meę cooperuit me. Inſuper
ſubdit, dicens, Tu ſcis improperium meũ,
& confuſionem meam, & reuerentiam
meam. Confuſio enim magna eſt homi-
ni, quando vt fur fatigatur, & flagellatur,
& tandem ſuſpenditur. Et ſequitur: Su-
ſtinui, qui ſimul contriſtaretur, & non fuit,
qui conſolaretur, & non inueni. Et dede-
runt in eſcam meam fel, & in ſiti mea po-
tauerunt me aceto. Ad literam. Ad con-
fuſionis autem illius augmentum, & com-
plementum, cum eo crucifixerunt duos
ſceleſtos latrones, medium ſtatuentes Ie-
ſum, tanquam excellentiorem in ſceleri-
B bus, & in impietatibus nequiorem, ſicut
Iſa. 53. c. prædixerat, Et cum ſceleratis re-
putatus eſt. Attende autem, quòd licet Iu-
deorum inſania ad infamiam Domini Ieſu
ipſum inſeruerit medium inter latrones:
diuina tamen prouidentia in hoc facto, &
futurum iudicium, & redemptionis bene-
ficium ſingulariter demonſtrauit. Nam &
totum genus humanum latrocinijs pater-
næ præuaricationis infectum infernali cru
ciatu debuit iuſtitia mediante affligi. In
cuius generis medio Saluator mundi affi-
xus, electos ex mera gratia quaſi latronem
dextrum iuſtificando conuertit: & repro-
C bos quaſi ſiniſtrum latronem exigente iu-
ſtitia in ſua pertinentia relinquit: vt ſic dex-
ter latro inueniat in miſericordia crucifixi
Ieſu, vnde gratias agat: ſiniſter verò in ſua
obſtinatus malitia non inueniat quid re-
prehendat. Proinde non vacat a myſterio,
quòd vterq; latro vtrunq; blaſphemus fuit,
& conuitians Saluatori. Quia Saluator
mundi, ſicut nullum a peccato liberum,
vel reatu inuenit; ſic pro ſaluandis omni-
bus venit, licet eius liberationis fructus ad
ſolos transferatur electos: ſed hoc non eſt
ex defectu redimentis pretij, vel redem-
ptoris Chriſti, ſed eſt ex cęca malitia obſti-
nati animi reproborum: horum ſiquidem
D figuram tenuit latro ille ſiniſter, qui nec
manſuetudine benedicti Ieſu conſpecta,
nec ex viſione tam manifeſtorum miracu-
lorum, quibus fuit tota mundi machina
immutata: nec ex benigna Ieſu ſuſceptio-
ne facta de ſocio latrone conuerſo, nec de
charitatiua correptione conſotij ſe in ma-
leficio confitentis conſortem, & ſibi Ieſum
prædicantis inſontem potuit conuerti, ac
reuocari. Cui ergo impius iſte, niſi pro-
priæ malitiæ ſuam damnationem aſcribet?
& cui etiam dexter latro ſuam ſalutem de-
putare poteſt, niſi illius gratiæ, atq; dono,

Conuitia latronis in Saluatorem.

qui in eius latere in cruce pendebat? qui E
ipſum ad ſe diligendum, confitendum, prę-
dicandum, & defendendum, gratuita mi-
ſeratione conuertit. Pro omnibus ſupra-
dictis Philippus cancellarius Pariſienſis in
perſona Domini, ait: Vide homo, quę pro
te patior: non eſt dolor, ſicut quo crucior;
ad te clamo, qui pro te morior; vide penas,
quibus afficior; vide claues, quibus conſo-
dior; cum ſit tantus dolor exterior, intus
tamen planctus eſt grauior, tam ingratum
dum te experior. Quanto autem charita-
tis ardore, omnibus ſupradictis modis con
fuſionem ſuſtinuerit pro noſtra redem-
ptione amoroſus Ieſus, oſtendit Apoſto- F
lus ad Heb. 12. dicens: Per patientiam cur-
ramus ad propoſitum nobis certamen, aſpi
cientes in auctorem fidei, & conſummato-
rem Ieſum, qui propoſito ſibi gaudio ſuſti-
nuit crucem confuſione contempta. Tan-
ta fuit confuſio, quam tunc ſuſtinuit Ieſus
(vt ad verecundiam noſtrę malitiæ loquar),
quòd inſenſibilis creatura teſtatur, concuſ-
ſo ſuperna virtute toto iſto ſenſibili mun-
do: nam & ſol obſcuratus eſt, retrahens lu-
men ſuum: quaſi horrens tantam confu-
ſionem perpeti creatorem: velum templi
ſciſſum eſt, oſtẽdens propalatam eſſe viam
regni cęlorum per crucis confuſionem, G
quam Chriſtus pro nobis ſuſtinere digna-
tus eſt. Monumenta aperta ſunt, vt cla-
reſcet, quòd confuſio crucis Chriſti virtu-
te ſua noſtras confuſiones eminus propul-
ſabat: & ſic iſte totus ſenſibilis mundus co
lore ſuo priuatus quodammodo videbatur
horrere, & nitebatur oſtendere confuſio-
nem omnium conditoris, & in eius confu-
ſibili morte lugubre, & funebre aſſumere
veſtimentum. Tu igitur anima mea, ſecun-
dum Aug. in lib. de virginitate, aſpice vul-
nera in cruce pendentis, ſanguinem mo-
rientis, pretium redimentis, cicatrices re-
ſurgentis: caput habet inclinatum ad oſcu- H
landum, cor apertum ad diligendum, bra-
chia extenſa ad amplexandum, totum
corpus expoſitum ad redimen-
dum: hæc quanta ſint, cogi-
tate: hęc in ſtatera cor
dis veſtri appen-
dite, vt to-
tus vo-
bis
figatur in corde, qui
pro nobis fixus
fuit in cru-
ce.

A R-

A ARTICVLVS QVARTVS

Secundæ partis de alijs ſeptem rationibus, per quas oſtenditur magnitudo opprobrij mortis Chriſti, reſpectu cauſæ finalis.

Alia rationes opprobrijſſima mortis Xp̄i reſpectu cauſę finalis.

QVarto inqt, humiliatus ſum nimis, ſcilicet propter cauſam finalem. Si vero vltimo conſideretur cauſa finalis in Dominica paſſione, & circunſtantiæ mortis Chriſti debite examinētur, apparebit etiam abyſſus humilitatis & confuſionis ex alia ſeptemplici ratione. Primo pro-
B pter locum, ſecundo propter ſitum, tertio propter feſtum, quarto propter horam, quinto propter modum, ſexto propter cauſam, ſeptimo propter finalem mortem.

Prima ratio. Cap. 1.

Prima pp locum.

PRimo propter locum: nam qui elegit Bethlehem natiuitati, elegit Hieruſalē paſſioni, vt maior eſſet ignominia, quàm ortus ſui erat gloria. Erat autem Hieruſalem metropoli-
C tana ciuitas & principalis ſedes regni, magiſterij, & ſacerdotij: ideo ibi debebat pati, q̃ erat Rex, magiſter, & ſacerdos in cultu vni Dei, & magiſtro erat referta populo. Nam, vt dicitur. Act. 2. Erant in Hieruſalem habitantes Iudæi viri religioſi ex omni natione, quæ ſub cœlo eſt. Et ſubditur, Parthi, & Medi, Elamitæ, & qui habitant Meſopotamiā, Iudæam & Cappadociam, Pōtum & Aſiam, Frigiam & Pamphiliam, Ægyptum & partes Libiæ, quæ eſt circa Cyrenem, & aduenę Romani. Iudæi quoq; & Proſelyti, Cretes & Arabes. Ex quo patet, ꝙ Chriſti mors per infamiæ diffuſionem ad omnes
D mundi partes maximæ ignominiæ fuit.

Secunda ratio. Cap. 2.

2. propter ſitum.

SEcundo propter ſitum, ſcilicet qui fuit Caluarię mons, locus & ſitus, vbi impij detrucidabantur, vtique ignominioſius & maxime in Dei populo diffamatius: tum propter ciuitatem, in qua erat ſedes diuini culus: tum propter multitudinem ciuitatis, quia ad eam ſicut dictum eſt, quaſi ex omnibus mundi partibus confluebant: vnde de tali loco Ioan. 19. dicitur. Suſceperunt autem Ieſum, & eduxerunt eum, & baiulans ſibi crucem, exiuit in eum, qui dicitur Caluarię locus, Hebraicè autem Gol E
gotha, in quo eum crucifixerunt. Hic quidem eſt mons, ſecundum Hieronymum, in quo Abraham iuſſus eſt immolare filium ſuum Iſaac, Geneſ. 22. Lege hiſtoriam, & myſticè inuenies, quòd Abraam ſignificat Deum patrem, & Iſaac Chriſtum filium: mons charitatem: duo iuuenes ſunt duo increduli populi, ſcilicet Iudaicus & Gentilis: aſinus eſt ſtultitia Iudæorum: ara ligna & vepres, ſunt ipſa ſacrata crux, Iſaac, diuinitas: aries vero humanitas: ſed ignis eſt ardens charitas & anguſtia paſſionis filij Dei Ieſu Chriſti. F

Tertia ratio. Cap. 3.

3. propter feſtū Azimorum

TErtio propter feſtum, ſcilicet azimorum, quando de Iudæa tanto in Hieruſalem populus Iſrael conuenire debebat. Nam ſecundum Nicolaum de Lyra, viri tenebantur ter in anno Hieroſolymis intereſſe feſto, & apparere coram Domino. Primo in Paſcha, quod anno illo fuit ſexta feria, & in die illo crucifixus eſt Chriſtus. Secundo in Penteco- G
ſte, ſcilicet in memoriam datæ legis in monte Synai: quia ſecundum gloſam a diē Agni immolati quinquageſima die data eſt. Tertio in ſcenophegia. quod eſt idem quòd fixio tabernaculorum, & fiebat in memoria quadraginta annorū, quibus fuerunt filij Iſrael in tabernaculis in deſerto.

Quarta ratio. Cap. 4.

4. propter horam.

QVarto propter horam, ſcilicet meridianam, in qua omnes de ciuitate, & de propinquis partibus faci- H
lius concurrere poterant ad ſpectaculum in Chriſti contumeliæ, & opprobrij augmentum.

Quinta ratio. Cap. 5.

5. propter modum.

QVinto propter modum, ſcilicet in alto loco, vt ab omnibus circunſtantibus viſus, & ſic deluſus confuſibilius moreretur, ſicut Iſa. 52. c. prædixerat, dicens, Exaltabitur & ſublimis erit valde: ſicut in fine præcedentis artic. dictum eſt: vnde merito Gregorius in quadam Homil. ait: tanto dignus Deus ab omnibus honorandus eſt, quanto pro omnibus indigna ſuſcepit.

A *Sexta ratio. Cap. 6.*

6. propter cauſam. SExto propter cauſam, quia videlicet crucifixus eſt ſub titulo ſummæ blaſpemię & ignominiæ, ſcilicet quia dicebat ſe eſſe ſummum Deum, ſub qua cauſa aut titulo nullum vnquam ſcelestum legimus eſſe paſſum: vnde Ioan. 19. dixerunt Pilato: Nos legem habemus, & ſecundum legem debet mori, quia filium Dei ſe fecit. Aduerte, ꝙ non dicunt, quia filium Dei ſe dixit, ſed filium Dei ſe fecit: vt per hoc oſtendat, ꝙ falſo & arroganter vſurpauerit hoc nomen: innitũtur autem legi illi, Leui. 24. Qui
B blaſphemauerit nomẽ Domini, morte moriatur. Blaſphemia quidem in Deum, eſt eius diuinitatem vniuocè, & coæqualiter attribuere creaturæ: & pro tanto dicunt eũ blaſphemaſſe, dicendo ſe eſſe filium Dei, Deo ſcilicet patri coæqualem & ſubſtantialem. Et quidem blaſphemia extitiſſet, & magna, ſi Deus talem filium gignere & habere non poſſet: aut ſi ex ſcripturis ſacris, & ex certiſſima fide ſanctorum Prophetarum & patrum neceſſario conuincere poſſent, ꝙ Deus nullatenus filium habet: cuius tamen oppoſitum ex eorum ſcripturis habetur, ſicut diffuſe & irrefragabiliter probari poſ-
C ſet, & plerique Doctores efficaciſſimè probauerunt, quæ cauſa breuitatis omitto. Adde, ꝙ ſi verum non extitiſſet, Deus per miracula ſua propria, quæ nullus alius poteſt patrare, veritatis teſtimonium nõ dediſſet, ſicut ſupra in 3. præcedenti artic. & ratione quarta, circa principium monſtratum eſt.

Septima ratio. Cap. 7.

7. propter finalem mortem. SEptimo propter finalem mortem prædicta omnia concludentem & confirmantem, quia finis rei acta præceden-
D tia probat. Proinde Ioan. 19. dicitur, quòd cum Dominus dixiſſet, conſummatum eſt, ſtatim ſubiungitur, & inclinato capite tradidit ſpiritum. Inclinauit autem caput maxime, vt oſtenderet nobis quatuor. Primo grauitatem, ſecundo humilitatem, tertio paupertatem, quarto gratuitatem. Primo autem inclinauit in morte caput, vt oſtenderet grauitatem. Cõſueuit enim homo prænimio onere aggrauatus, ſuum inclinare caput, ſic Chriſtus aggrauatus pondere peccatorum noſtrorum inclinauit caput: vnde 1. Petri 2. Peccata noſtra ipſe pertulit in corpore ſuo ſuper lignum. Et Tren. 1. Conuolutæ ſunt iniquitates, ſcilicet peccatorum, & impoſitæ collo meo. Secundo, vt oſten- E
deret paupertatem. Fuit enim tantæ paupertatis in morte filius Dei Ieſus Chriſtus, quòd nõ habuit vbi reclinaret caput ſuum: vnde Bernar. O vita Angelorum, o theſaure pauperum, cum vulpes foueam habẽt, & volucres cœli nidos: tu tamen vbi in cruce caput reclinares, non habuiſti. Tertio, vt oſtenderet humilitatem, ſcilicet eſſe viam ad gloriam ſempiternam. Proinde Prouer. 4. dicitur, viam monſtrabo tibi, & ducam te per ſemitas æquitatis, quas cum ingreſſus fueris, non arctabuntur greſſus tui, & currens non habebis offendiculũ. Vnde Hugo F
in lib. de clau. animæ: per humilitatis viam reuertimur ad cœleſtem patriam. Et per ꝓphetam Dominus ait, non habitabit in medio domus meæ, qui facit ſuperbiam. Quarto, vt oſtenderet gratuitatem, ideſt vt augeret gratiam Deo patri pro mortis victoria. Solent enim gratias agentes inclinare caput: eius enim mors noſtræ mortis victoria fuit, quia mortem noſtram moriendo deſtruxit. Vnde 1. Corinh. 15. Apoſtolus ait, abſorpta eſt mors in victoria. Et iterum ſubdit: Deo gratias, qui dedit nobis victoriam per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum.
O mors amabilis, o paſſio deſiderabilis, o G
profunditas admirabilis, quid mirabilius, quàm ꝙ mors viuificat? vulnera ſanant? ſanguis emundat? dolor ad amorem inflãmat? apertio lateris cor cordi coniungit & copulat? & quod mirabilius eſt, ſol obſcuratus plus ſolito fulget? ignis extinctus cor magis inflammat? paſſio ignominioſa glorificat? ſitis inebriat? nuditas virtutum veſtibus ornat? cõclauatæ manus nos ſoluũt? pedes confixi nos currere faciunt? emittens ſpiritum vitam inſpirat, atque in ligno decedens ad cœleſtia vocat? Ergo pro ſupradictorum concluſione Aug. in lib. de quatuor virtutibus cardinalibus ait. Filius Dei ad crucem ducitur: expalmatur, qui eſt vera H
palma victoriæ: ſpinis coronatur, qui peccatorum ſpinas corrumpere venit: ligatur, qui ſoluit compeditos: ligno ſuſpenditur, qui erigit elyſos: aceto potatur fons vitæ, diſciplina cęditur, ſalus vulneratur, vita moritur, occidit ad tempus vitam mors, vt in perpetuum a vita occidatur mors. Et iterum idem ait. Ecce pro impio pietas flagellatur, pro ſtulto ſapientia deluditur, pro mẽdace veritas necatur, & damnatur iuſtitia pro iniquo, miſericordia affligitur pro infideli, pro miſero repletur ſinceritas aceto, inebriatur felle dulcedo, moritur vita pro mortuo.

A mortuo. Ex omnibus præcedentibus patet, ꝙ mortuus eſt Chriſtus iuſtus pro iniuſtis, ab iniuſtis, & pro iniuſtis cum iniuſtis, & ex iniuſtis cauſis ſub iniuſtis iudicibus, cum iniuſtis pœnis atque ſupplicijs. Reſpice ergo mens deuota in faciem Chriſti tui, & contemplare in eo crucis portationem in exemplum noſtræ imitationis: corporis nudationem in exemplum noſtræ confeſſionis, quæ debet eſſe nuda: brachiorum extẽſionem ad amplexandum, in ſignum de peccato redeuntis in gratiam receptionis: clauorum in manibus & pedibus infixionem,
B propter memoriam fixæ & ſtabilis recordationis: coronæ ſpineæ impoſitionem, in figura noſtræ glorificationis: capitis inclinationem ad oſculum, in ſignum noſtrę recõciliationis: lateris apertionem propter effuſionem pretij noſtræ redemptionis & ablutionis: exiuit enim ab eo ſanguis & aqua, ex quibus anima mea redempta & lota eſt.

Quædam breuis epylogatio prædictorum, quæ dici poteſt faſciculus mirrhæ animæ deuotæ Dominicæ paſſionis. Cap. 8.

C

SI enim ex omnibus deriſionibus, flagellis, ſpinis, clauis, doloribus, pœnis, exprobrationibus, ſubſannationibꝰ, colaphis, alapis, ſputis, confuſionibus & his ſimilibus, vis componere & colligare faſciculum mirrhæ, require in breui de Dominica paſſione, quæ in mente recondere poſſis ad deuotè contemplandum, intellectualiter intuendum, atque ſuauiter deguſtandum: vt tanquam ſponſa Chriſti dicere valeas de amoroſiſſimo ſponſo tuo Ieſu illud Cant. 1. Faſciculus mirrhæ dilectus meus mihi inter vbera mea, ideſt inter intellectum contemplantem, & affectum deguſtantem cõ-
D morabitur, ſcilicet ſtrictus & perſeuerãter. Conſidera enim primo, quis eſt qui patitur: ſecundo, qualis eſt qui patitur: tertio, quãtus eſt qui patitur: quarto, qua de cauſa patitur: quinto, quali forma: ſexto, quanta ſunt quæ patitur: 7. a quibus patitur: 8. in quibus ipſe patitur: 9. in quib. membris ipſe patiť: 10. quãta acerba patitur: vndecimo, quantũ intenſe patitur: duodecimo, quàm meritorie patitur. Primo conſidera, quis eſt qui patitur, & indubitanter tene ipſum Dei filium æternum, regem omniũ, ideale principium, redemptorem impiorum hominũ. Secundo, qualis eſt qui patitur, quia innocentiſſimus & nobiliſſimus, imaginem habens æterni regis. Tertio, quantus eſt qui patitur, & admirare maieſtatem annihilari, ſpecioſitatem deformari, fœlicitatem tormentari. Quarto, qua de cauſa patitur: quia pro inimici redemptione, pro cæci illuminatione. & pro luti glorificatione. Quinto, quali forma patitur: quia obedientiſsime reſpectu Dei, ſeueriſsime reſpectu ſui, libentiſsime reſpectu ingrati. Sexto, quanta ſunt quæ patitur: quia vt latrunculus vincula, vt ſtultus ludibria, & vt iniquus ſupplicia. Septimo, a quibus ipſe patitur: quia a gẽtibus & Iudæis, a dñis & ſeruis, a viris & mulieribus. Octauo, in quibus ipſe patitur: quia in tota familia, in honore, & fama, & paupercula ſubſtantia. Nono in quibus mẽbris ipſe patitur, in manibus transfixionem, in pedibus confixionem, & in toto corpore flagellationem. Decimo, quanta acerba patitur ex locis neruoſis: quia in manibus & pedibus & ſpeciẽ paſsionis: quia ſi volebat in pedibus mitigare dolorem, multomagis in manibus lacerabatur, & econuerſo. Vndecimo quàm intenſe patitur ex corporis cõplexione, qua nulla delicatior: quia quod diuino producitur miraculo, ad melius terminatur, quàm quod natura ꝓducere poſſet, ex mentis diſpoſitione, qua compræhendebat acutius nocumentum, quæ compræhenſio triſtitia nominatur, ex quo ſenſibus cauſatur dolor ex auxilij priuatione. In alijs enim patientibus mitigatur dolor exterior vel triſtitia interior ex aliqua conſideratione rationis redundante in ſenſualitatem, quod in Chriſto patiente non fuit: vnicuique enim virium, vt ait Damaſc. permiſſum eſt, agere vel pati, quod ei proprium eſt. Duodecimo, quàm meritorie patitur: fuit enim paſſio ſua, & mors ſatisfactoria pro peccantium multitudine, pro peccatorum magnitudine, ptoque pœnarum infinita duratione.

Faſcicul' mirrhæ aĩa deuotæ Dñica Paſſionis.

E F G H

Tertia pars principalis Dominicæ paſſionis eſt de duodecim admirandis fructibus ligni vitæ, & ſtupendis myſterijs crucis Chriſti.

TErtio principaliter circa Dominicã paſsionem contemplemur abyſſum incompræhenſibilis vtilitatis, & fructuoſitatis: quia de ſe Dominus per Prophetam ſubdit dicens, Domine ante te oẽ deſiderium meum, ideſt tu ſcis, quia omnia ſuſtineo

3. Contẽplandum abyſſus incõprehenſibilis vtilitatis, & fructuoſitatis.

A ſuſtineo propter obediētiam tuam, & propter humani generis vtilitatem & fructū: non propter meam commoditatem, & lucrū, quod in perſona humani generis Propheta Domino cōfitetur, dicens: Bonorum meorum non eges: nam nobiſcum nec propter nos efficitur Deus maior, ſicut nec abſque nobis eſt minor. Ex quo patet quòd amor, qui tanta pro nobis fecit Dominum pari, gratuitus fuit, quod intelligens quidā orabat Dominum, dicens. O amor, qui me amaſti ſine te: fac me diligere te ſine me. Vt
B igitur clareſcant admirandi fructus deſiderij Criſti morientis pro nobis, & quàm magna ſint myſterii crucis eius, aſſumam myſticam figurā crucis, de qua Dan. 4. dicitur. Videbam, & ecce arbor in medio terræ, & altitudo eius nimia, & magna arbor & fortis, & proceritas eius contingens cœlum. Aſpectus illius erat vſque ad terminos terræ vniuerſæ: Folia eius pulcherrima, & fructus eius nimius, & eſca vniuerſorū in ea. Et ſubter eam habitabant animalia & beſtiæ, & in ramis eius conuerſabanrur volucres cœli, & ex ea veſcebatur omnis caro: in quibus verbis 12. fructus ligni vitæ, ideſt
C ſanctiſſimæ Crucis mirificè demōſtrantur.

Nota duodecim fructus ligni vitæ.

1. *Fruct.* PRimns fructus dicitur aptitudo, & de hoc ait. Videbam, & ecce arbor in medio terræ. Secundus eſt altitudo, & de hoc ait: Altitudo eius nimia. Tertius eſt magnitudo: vnde ait, & magna arbor. Quartus dicitur fortitudo, vnde ſubdit, & fortis. Quintus dicitur rectitudo, vnde ait, & proceritas eius attingens cœlum. Sextus dicitur la
D titudo, vnde ſubditur, aſpectus illius erat vſque ad terminos vniuerſæ terræ. Septimus dicitur pulchritudo, vnde ait, folia eiꝰ pulcherrima. Octauus dicitur multitudo, vnde ait, & fructus eius nimius. Nonus dicitur dulcitudo, vnde ait, & eſca vniuerſorum in ea. Decimus dicitur ſanctitudo: & de hoc inquit, Subter eam habitabant animalia & beſtiæ. Vndecimus promptitudo: vnde ſubditur, & in ramis eius conuerſabantur volucres cœli. Duodecimus dicitur plenitudo, & hoc vltimo ſubinſertur. Et ex ea veſcebatur omnis caro. De tali autem ligno vitæ Apoc. 2. Ioan. ait, Vincenti dabo edere de ligno vitæ. In quibus verbis oſtēditur affectuoſa ſaporoſitas huius ligni, & fructuum eius, & maxime quo ad tria.

Primo quo ad ſubiectum conuenientiſſimum ibi, vincenti: ſecundo quo ad actum dulcoroſiſſimum ibi, dabo edere: tertio ad obiectum amoroſiſſimum ibi, de ligno vitæ. Quod poteſt eſſe thema in feſtis Crucis. Et vt ſuauius deguſtentur prædicti fructus, quemlibet in quatuor partes diuidemus: vt & in ipſa diuiſione cuiuslibet fructus, quaſi materialiter crucis myſterium aperiatur. E

ARTICVLVS PRIMVS

Tertiæ partis Dominicæ paſſionis de primis tribus fructibus ligni vitæ. F

Primo cōſideremus tres primos fructus.

Primus fructus, propter quatuor rationes voluit Chriſtus eſſe crucifixus in medio habitabilis terræ. Cap. I.

PRimus fructus dicitur aptitudo Chriſti crucifixi: contemplare deuota mens, quanta & quàm magna ſint myſteria crucis Xpi. Conſidera, quòd ſicut propheta ait, Deus *Primus fructus & aptitudo Xpi crucifixi.*
rex noſter ante ſæcula operatus eſt ſalutem in medio terræ, ſcilicet habitabilis. Ideo Dan. inquit, videbam, & ecce arbor in medio terræ: vnde merito Gen. 2. dictum eſt, Lignum vitæ in medio paradiſi, ideſt ſanctæ eccleſiæ, ex Angelis & hominibus conſtitutæ. Quod verbum poteſt etiam pro themate ſumi: propter quatuor enim ſtatuit Deus crucem & mortem Chriſti in medio terræ. Primo tanquam commune vexillum, ſecundo tanquam commune meritum, tertio tāquam commune gaudium, quarto tanquam commune exemplum. G H

Cur Chriſti crux eſt triumphale vexillum glorificandorum: tam Angelorum quàm etiam hominum.

PRimo ſtatuit eam tanquam commune vexillum, ſcilicet omnium ſaluandorum: quod intelligimus tam de Angelis quàm de hominibus. Primo enim fuit vexillum, cuius virtute Angeli ſancti in cœlo ſathanā, & alios malignos ſpiritus proſtrauerunt, & ad inferos proiecerunt. Proinde Apoc. 12. de electis Angelis cum reprobis pugnantibus ponūtur tria. Primum eſt pugnæ *Crux Xpi tam Angelorumq̃ hominū.*

A gnæ,cã, ſm eſt pugna, tertium eſt victoria.
Primo.n. iter bonos Angelos,& reprobos
inuicẽ aduerſantes ponit contrarietatis, &
pugnæ cã.Prima quidẽ occaſio, quare dia-
bolus S.Eccleſiã primo in Angelis in cęlo,
2.in hoĩbus in terra impugnauit, & perſe-
cutus eſt, extitit fides Xp̃i incarnandi,quẽ ꝓ
poſuit vniuerſalẽ mediatorẽ iter ſe,& crea
turã rõnalem. Non.n.fas eſt dicere, plures
eſſe mediatores, nec rõnalẽ creaturã abſq;
mediatore per gloriã ad Deũ accedere, cũ
non ſuppetãt merita Angelorũ vel hoĩum
ad acquirendã gloriã ſempiternã, ſicut inf.
patebit, in 3. particula huius c. Proinde cũ
B creaſſet Angelos De⁹ in libertate naturæ re
uelauit eis incarnationẽ filij ſui, quẽ ꝓpo-
ſuit dñatorẽ vniuerſæ terræ,vt p hæc ſi vel-
lent per Xp̃i meritum,& grãm aſcenderent
a natura ad gloriã, & qui nollent ruerent a
natura in ęternã pęnã:vñ Iob 38.c.ait:Quis
diuiſit lapidẽ angularẽ eius,ſ.terræ,cum me
laudarent ſimul aſtra matutina, & iubilarẽt
oẽs filij Dei? quis concluſit oſtijs mare, qñ
erũpebat quaſi de vulua ꝓcedens,cũ pone-
rem nubẽ veſtimentũ eius?Quem per lapi-
dẽ angularẽ terræ,hæc figura cõuenientius
notare põt, q̃ Xp̃m,qui de terrena materia
corp⁹ aſſumpſit?ſicut ipſe Matt.21.de ſe ex-
C ponit, dicens ad Phariſæos:nũquid legiſtis
in ſcripturis: vr̃is lapidem, q̃ reprobauerũt
ædificantes, hic factus eſt in caput anguli?
Hunc lapidẽ Deus dimiſit, eũ cũ laudarent
aſtra matutina:qñ Xp̃m in aſſumptione car
nis mittendũ ab initio creaturæ rõnalis In-
ter Angelos reuelauit:vel nunquã lapis an-
gularis ſolũmodo pro eo dr̃, quia Iudæos,
& Gentiles tm̃,& non Angelos,& hoĩes in
vnam cõitatem grẽ & gloriæ,cuius ipſe eſt
caput inſimul copulauit. Qũo ergo vn⁹ eſ-
ſet rex Angelorũ,& hoĩum,ſi ꝓ vtriſq; illã
æternã beatitudinẽ non meruiſſet? Huic q-
dẽ incarnationi qdã Angelorum fauebãt,q
D .ſ.in fidẽ Xp̃i merito dilectionis eius ad ęter
nã btitudinẽ intrauerunt,& hi aſtra matuti
na denoĩantur,quaſi mane per claritatẽ glo
riæ orientia:hi iubilãtes interna mẽtis exul
tatione de incarnatione Xp̃i Deũ de eius ſa
pienti diſpoſitione in ſua gratifica ſaluatio-
ne laudabant. Cæteri vero ſuperbiẽtes An-
geli circũuentione luciferi attracti,contem
nebãt inferiori naturæ ſubijci,& ad hoc in-
uidebant Incarnationi Xp̃i: Vñ multitudo
eorũ hic p mare ſignificat̃,eo ꝙ a dulcedi-
ne diuina auerſi,amari facti ſunt: hinc ẽt cũ
de vulua diuinæ ꝓuidentiæ p creationẽ ꝓ-
cederent,& ſe a diuina luce ꝓpria elatione
auerterẽt,nube a Deo veſtiti sũt,cæcitate.ſ. E
mẽtis p ſupbiã obſcurati:quos poſt De⁹ o-
ſtijs cõcluſit,eũ eorũ malitiã certis lĩtib.ſua
diſpẽſatione coercuit.Et hoc idẽ. B.Io.Ap.
12.inſinuat dicẽs,& apertũ eſt templũ Dei
in cœlo.i.natura angelica, & viſa eſt archa
teſti eius.i.fides Xp̃i in tẽplo eius.i.in natu-
ra angelica,ſicut latius dictũ eſt in Quadra-
geſimali de Chriſtiana religione,ſermo.59.
art.2.per totũ. Scđo inter Angelos bonos,
& malos poſt cãm oritur pugna:vñ Ioã.vbi
ſup.ait,& factũ eſt p̃liũ magnũ in cœlo:cũ
.n.B.Spũs victores ſint illius reprobæ mul-
titudinis Angelorũ,oſtendit̃ in eis neceſſa- F
rio p̃ceſſiſſe p̃liũ, ſiue bellũ. Qđ quidẽ tripli
citer digeſtũ eſt,iux.tria, q̃ in ſpũali natura
reperiunt̃,q̃ ſunt rõ, volũtas,& facultas.Ele
cti nẽpe Angeli ſublimiter ſẽtiebãt đ Deo,
& ad eius gloriã afficiebant̃, & ꝓ facultate
ſibi tradita nitebant̃.Angeli vero ſuperbien
tes ſublimiter ſentiebãt de bonitate ſuę na
turæ,& iõ ad ꝓpriam gloriã afficiebant,&
toto conatu in cõtrariũ electis Angelis fe-
rebant̃.Primo ergo quantũ ad cõtrarios co
natus,hic Angelorũ cõflictus p̃liũ dr̃: p̃liũ
qdẽ a p̃mendo hoſtẽ dictũ eſt.Scđo quantũ
ád affectionẽ contrariantẽ,hoc p̃liũ dr̃ ma-
gnũ:magnis.n.affectionib. in cõtraria fere- G
bant̃ Angeli reprobi, & electi. Tertio vero
quantũ ad cõtrarietatẽ ſenſuũ hoc p̃lium in
cęlo digeſtũ eſt. Cęlũ.n.ſpũalẽ naturã,ſicut
terra corporalẽ denotat:vñ Gen.1. In prin.
creauit De⁹ cęlũ & terrã.i.ſpũalẽ, & corpo
ralem naturam,qđ ergo in ſpũali natura de
ſpũalib.cõtrarie ſentiebãt, in cęlo ſibiinui-
cẽ repugnabãt: atq; ſpãlius de ipſo pretio
ſubdens Io.ait.Michael & Angeli eius p̃lia
bant̃ cũ dracone:ſicut.n. primus inter ruen
tes Angelos draconi cõparatur pp aſtutiã,
& circumuentiuã malitiã,qua primũ in cœ
lis Angelos circũuenit:Sic & primus Ange
lus B.Angelorum Michael denominatur.ſ. H
pp diuinæ ſapientiæ admirationẽ. Michael
.n.quis vt Deus interpratatur: per qđ no-
mẽ ſignificatur in eo admiratiua contẽpla-
tio diuinæ ſapientiæ Dei,in qua cęteris An
gelis clarius præfulgebat. Et hi oẽs cũ dra-
cone pugnabant:atq; de reſiſtẽtia,& repu-
gnantia Angelorũ malorũ ſubdit,dicens:&
draco pugnabat,& Angeli eius,ſ.ſenſu iudi
cantes naturam grẽ præferendam, & affe-
ctu,quo afficiebant̃ ad propriã gloriã; & co
natu,quo nitebant̃ electorũ Angelorũ ſub-
uertere obedientiam. Neſciebant ſiquidem
donec per experientiã didicerãt: ꝙ in oĩb.
gratia ſublimior eſt, & validior quãm natu
ra.

Bellũ inter Angelos, nõ armorũ: ſed impraſſionum, qđ tripliciter digeſtum eſt.

Grã ſublimior eſt quã natura: qa ipſam naturã ꝑficit.

A ra. Nam per naturam datur eſſe creaturæ, quod eſt in ſe:per gratiam vero datur creaturæ eſſe, quod habet in Deo. Ideo ſubditur, & non præualuerunt, ſcilicet reſiſtere gratiæ per naturam: neque locus eorũ amplius inuentus eſt in cœlo. Tertio vero de victoria ſubinſertur, & ptoiectus eſt draco ille magnus ſerpens antiquus: qui vocatur diabolus & ſathanas. Et ſubditur, & proiectus eſt in terram,& Angeli eius cum ipſo miſſi ſunt: cum enim ante caſum eſſent in angelicæ naturæ puritate: erant tũc mente perſpicaces,virtuoſi,voluntate & facultate efficaces. Cum vero in terrã proiecti ſunt,

B ſpiritualis natura paſſionibus animalibus eſt ſubiecta,perſpicacia ad deceptiones, deuiationes & cautelas detruſa eſt virtuoſitas in malitiam commutata, & efficacia tentationibus & negotijs perditionis humanæ applicata eſt, ſicut per totã ſacram ſcripturam patet. Et ſubdit Ioan. Et ipſi vicerunt eum propter ſanguinem agni: & hoc, quãtum ad meritum paſſionis Chriſti. Sed dubium eſt,quomodo de Angelis hæc dicantur.Non enĩ peccauerunt,vt propterhoc reconciliatione eguerunt ſpecialiter, vt per ſanguinem eius reconciliarentur Deo. Ad quod dicendum eſt, ꝙ licet redemptor &

C recõciliator vnus eſt Chriſtus. Redemptor tamen ex eo dicitur, ꝙ pro peccatis ſuorũ, Deo patri integre ſatisfecit. Reconciliator vero dicitur, quia gratiam eis promeruit. Hominibus ergo in ſe credentibus,qui peccauerunt & egent gloria Dei, Chriſtus redẽptor fuit: quia pro peccatis eorũ per ſuã ſanctiſſimam crucem ſatisfecit. Reconciliator vero eſt Angelis, quia gratiam eis promeruit:Angelis enim qui non peccauerũt, redemptor non extitit, niſi forte large redemptio accipiatur. Eiſdem enim Chriſti meritis ſunt peccatores homines a peccatis

D dimiſſi;& ne peccarent Angeli præſeruati: Egebant enim Angeli reconciliatione ſeu mediatore,qui eis a Deo gratiã mereretur: perfectiſſimum quidem meritũ requirit difficillima operari atque pati amore illius, apud quem deſiderat promereri. Et ob hoc oportuit Chriſtum mori,ad complementũ charitatis ſuæ ad patrem atque confratres ſuos, eiuſdem ſcilicet gloriæ participes & ſequaces. Non igitur dicit B.Ioannes quòd Angeli redempti ſunt in ſanguine agni: q̃a hoc ſpeciale eſt hominibus:ſed ait,quia ipſi vicerunt eum,ſcilicet diabolum in ſanguine agni,& propter verbum teſtimonij ſui, quod fuit ſi opus eſt pro uobis paratus ſum mori, quia hoc commune eſt toti eccleſiæ ſaluandorum. Tam enim B.Angeli,quàm etiam electi homines vicerũt eum, ſcilicet diabolum in ſanguine agni: non proprijs viribus,ſed merito Ieſu Chriſti,quod completũ eſt in paſſione & cruce illius. Ex his patet, ꝙ B.Angeli atque omnes electi habent pro communi vexillo crucẽ Ieſu Xpi. Secundo licet ex præcedentibus pateat,fuit & eſt crux Chriſti commune vexillum omnibus hominibus Dei electis ad eijciẽdum de mundo principem huius mundi. Porrò ipſe Sathanas amiſſa poteſtate, quam inter cœleſtes ſpiritus ipſe prius habuit, princeps

Crux eſt vexillum omniũ fidelium.

F omnium malorum, ſcilicet tã culpæ,quàm pœnæ, quæ in præſenti ſæculo abundauit, effectus eſt. Sed per Chriſti crucem tanquã per triumphale vexillum de hoc mundo eiectus fuit. Vnde Ioan.12.c. Dominus ait. Nunc iudicium eſt mundi, nunc princeps huius mundi eijcietur foras. Sicut enim Chriſtus homo per crucem meruit conſtitui iudex vniuerſorum: licet hoc ipſum ei competeret per aliam viam: ſic per crucem meruit totalem ſegregationẽ omnium electorum a reprobis, ac totalem ablationem omnimodæ poteſtatis dæmonum, & reproborum,quam habebãt ſuper electos ſeu etiam eligendos:quamuis per ordinationẽ

G ſapientiæ Dei ad electorum vtile exercitiũ non ſimul tota in effectu ablata ſit. Quantum vero ad efficaciam meritoriam & cauſalem fuit tunc vniuerſale iudicium mundi:licet non quantum ad omnimodam executionem effectus:quia vero per triumphale vexillum crucis iam facta eſt condemnatio & proſtratio principalis Ducis & capitis Angelorum reproborum, & hoc aperte inſinuat & includit cæterorum proſtrationem: ideo de ipſo capite ſubinſertur,nunc princeps huius mundi eijcietur foras.Ante enim paſſionem Chriſti peccatum in mũdo

H dominabatur, a quo quidem nullus omnino extitit liber: Chriſto tantummodo, & matre eius exceptis. Poſt vero eius paſſionem innumerabiles a iugo peccati liberati ſunt,qui in eius crediderunt aduentum. Et ideo per paſſionem Chriſti: quodammodo eiectus eſt,ne mundo penitus dominaretur per culpam, licet durante curſu præſentis mundi,omnibus ſicut prædictum eſt,etiam ipſi Chriſto, iuxta quod Chriſtus dignatus ſuit, dominaretur per pœnam. Hoc tamen dominiũ in ſecundo Chriſti aduentu amittet omnino,cum Chriſtus tradiderit regnũ Deo patri: omnium malorũ inuentor pro-

A ijcietur irreuocabiliter in profundum inferni, ſicut & ante proiectus eſt da cœlo irreuocabiliter in voraginem huius mundi.

Quòd Chriſti crux eſt communis theſaurus, tam electis Angelis, quàm etiam electis hominibus.

Crux Xpi eſt tãquã cõmune meritum.

SEcundo Chriſti crux eſt tanquam commune meritum, & cõmunis theſaurus, ſcilicet tam Angelis glorioſis, quàm hominibus glorificandis: nam omnes theſauros diuinæ ſapientiæ meritorum, & gratiarum angelicæ & humanæ communicandos
B naturæ amoroſus Ieſus collocauit in cruce, quod denotatur in ſanguine agni, qui eſt theſaurus quacunque pugna, ſcilicet & conatu a nobis, ſicut & ab Angelis acquirendus, vt cum eis gloriam conſequamur æternam. De hoc autem agno Apoc. 13. dicitur, ꝙ agnus occiſus eſt ab origine mundi. Qđ quidem ideo dictum eſt: Primo, quia paſſio Chriſti, & mors in deſiderio, ſicut ex præcedentibus patuit, valebat ad meritum & gloriam ſempiternam Angelorum. Secundo, quia ab ipſo initio mundi poſt lapſum primi hominis pro nobis redimendis ordinatus eſt mori. Tertio, quia ab origine mũ
C di per ſanctos eius mors cępit figuris & myſterijs prænunciari, vt quaſi in talibus figuris occiſus ſit. Inſuper, quia ab ipſo initio cœpit in ſuis membris occidi, ſicut patet in Abel & Caym fratre ſuo occiſo: proinde Matt. 13. dicitur myſticè: Simile eſt regnum cœlorum theſauro abſcondito in agro: quē qui inuenit homo abſcondit, & prægaudio illius vadit & vendit omnia, quæ habet, & emit agrum illum. Hoc quidem cœlorum regnum eſt meritum ſanctiſſimę crucis: quę omnes tam Angelos, quàm homines in cę
D lo regnare facit, quæ ideo theſauro comparatur, quia omnibus glorificandis abundantior eſt: hũc theſaurum, qui reperit, ſcilicet laborando in agro virtuoſæ atque moralis vitæ, aut pœnitentiæ ſanctæ, abſcondit, ſcilicet in corde ſuo tanquã faſciculum mirrhę, & prægaudio illius vadit & vendit, ſcilicet ſi ſapit, poſtponit vniuerſa, quæ habet temporaliter, & emit agrum illum, vt poſſidere valeat meritum, ideſt theſaurum crucis: vnde Ioan. 1. dicitur, De plenitudine eius omnes accepimus, ſcilicet tam Angeli iam beati, quã homines beatificandi. Et ad Col. 1. dicitur, in ipſo, ſcilicet Chriſto, complacuit omnem plenitudinem inhabitare, & per eum reconciliari omnia in ipſum pacificans per ſanguinem crucis eius, ſiue quæ in terris, ſiue quæ in cœlis ſunt. Ecce theſau- E
rus crucis tam Angelis, quàm hominibus communis atque cõmunicatus. Et iterum ad Epheſ. 2. dicitur: Ipſo ſummo lapide angulari Chriſto Ieſu: in quo omnis ædificatio, ſcilicet tam angelica, quã humana, creſcit, ſcilicet in hominibus, in templum ſanctum in Domino: in quo & vos coædificamini, ſcilicet ſimul cum beatis Angelis ædificamini in habitaculum Dei in Spiritu ſancto. Proinde Chriſoſt. in ſermone de paſſione Domini ait: Velut Dominus pati ſub cœlo, non in templo Iudaico, ne putares pro F
illa tantum plebe oblatum, & ideo foras ciuitatem, foras muros, vt ſcias ſacrificium eſſe commune, quod totius terræ eſt oblatio, quod communis eſt purificatio.

Quòd crux Chriſti eſt commune gaudium Angelorum.

Crux Xpi ẽ cõe gaudium Angelorũ & hominũ.

TErtio quidem crux ipſi eſt tanquam commune gaudium, ſcilicet Angelorum & hominum. Et de hoc ait Io. in Apoc. vbi ſupra, & audiui vocem magnã de cœlo, dicentem: Nunc facta eſt ſalus, & virtus & regnum Dei noſtri, & poteſtas G
Chriſti eius: hæc Angelorum vox, clamor eſt congratulationis, & exultationis interioris, quo B. Angeli congaudebant gloriæ Dei & Chriſti ſui pati, & etiam humanæ ſaluationi. Vnde nõ ſolum de proprio bono, quod tunc conſecuti ſunt, gaudebant & gratias agebant: verum etiam de humana ſalute ſanguinis Chriſti merito, & ſuo miniſterio obtinenda: propterea dicunt, nunc facta eſt ſalus, ſcilicet quãtum ad declinationem a malo, & virtus, quantum ad operationem boni, & regnum, quantum ad ſpiritus libertatem, qua libere, & abſque vlla cõ H
tradictione obediat ſummo Deo: hæc ille ſuperbiens Angelus ex natura volebat habere, & gratiam per quam Deus rationali creaturæ obtulit gloriam contemnebat, & quantum valuit, electam illam multitudinē Angelorum, qui ſe oblatæ gratię gratos redebãt, conatus eſt impedire: ſicut in prælio præcedenti dictum eſt. Non enim eſt veriſimile, electos Angelos abſque probatione tantum accepiſſe prælium, cum nec homines qui infirmiores ſunt, ſine probatione poſſint glorificari. Huius enim ſalutis, cuius Deus eſt auctor, agnus Dei Chriſtus eſt mediator. Et ideo ſubdit, & poteſtas Chriſti eius. Sicut enim Chriſtus ſecundum diuinitatem

A *Quòd crux Chriſti data eſt Angelis, & etiam hominibus in exemplum.*

Crux Xpi eſt tãquã cõe exẽplum.

QVarto crux Chriſti eſt tanquam commune exemplum, & ſpeculum, ſcilicet hominibus, & Angelis ſanctis: nam ipſa eſt via, per quam Chriſtus peruenit ad ſumma cœlorũ: & hoc exemplum omnibus deſiderantibus cœlum aſcendere dereliquit: vnde Luc. capitu. 24. dicitur: Oportuit Chriſtum pati, & ſic intrare in gloriam ſuam. Et 2. Timot. 2. Si Chriſto commortui ſumus, & conuiuemus: vnde Auguſtinus in libro 83. quæſtionum, ait: Sapientia Dei hominem ad exẽplum quòd rectè viueremus ſuſcepit. Pertinet autem ad rectam vitam eam quæ non ſunt metuenda non metuere. Sunt autem aliqui homines, qui quamuis mortem non timeant, genus tñ mortis rectè viuenti homini metuẽdum eſſet i illius hominis cruce oſtẽdendum fuit, nihil enim erat inter omnia genera mortis illo genere execrabilius, & formidabilius. Merito ergo. 1. Petri 2. Dicitur Chriſtus pro nobis paſſus eſt, nobis relinquens exemplum, vt ſequamur veſtigia eius. Nec quoque Angeli ſancti: hoc Chriſti exemplũ dedignati ſunt: nam licet immortales a Deo creati eſſent, adimpleuit tamen in eis vis dilectionis, quod non habebat natura creationis. Tanta enim vis diuinæ dilectionis in mentibus eorum creuit, ſeu fuit: vt pro gloria eius mori libentiſſimè voluiſſent, ſi eis poſſibile extitiſſet. Dilectio ergo, quæ in hominibus facit de neceſſitate virtutem: fecit in Angelis de virtute quandam neceſsitatem, quod bene Ioan. in Apoc. cap. duodecimo notat, cum de Angelis ait: non dilexerunt animas ſuas vſque ad mortem, ideſt ſic Deum cordialiter dilexerunt, vt ſibi neceſſarium æſtimarent propriæ vitæ non parcere, diuinæ dilectionis feruore, ſi diuinæ voluntatis beneplacitum extitiſſet. Quod quidem, Deus acceptauit ab eis, tanquam ſi illud opere compleuiſſent. Ex quo patet, quòd creaturæ rationali exemplum relinquitur, vt ſicut immortalis Deus, Dei ſcilicet filius pro reconciliatione creaturæ rationalis, mortalis fieri, & mori dignatus eſt: ſic rationalis creatura, ſi reconciliatori ſuo grata eſſe deſiderat, eſſe parata omnino debet pro ipſo mori, ſi eſſet voluntas eius.

(B, C, D margin letters)

Fructus ſecundus, quòd propter quatuor rationes voluit Chriſtus Ieſus crucifigi in alto loco. Cap. 2. E

2. Fruct⁹ crucis, dr altitudo.

SEcundus fructus crucis dicitur altitudo. Et de hoc propheta ſubdit dicens, & altitudo eius nimia. Et merito, quia altitudo deitatis, ideſt altiſsimus, altiſsimi Dei filius, & glorioſus virginalis vteri fructus, Dominus Ieſus Chriſtus in ea pependit, & pro noſtra redemptione in illa mori dignatus eſt: propter quadruplicem enim cauſam ad litteram ac myſticè crucem ſuam Dominus noſter Ieſus Chriſtus voluit eſſe altam. Primo vt ab omnibus melius videatur, ſecundo vt affectuoſius inquiratur, tertio vt ab omnibus timeatur, quarto vt indignis occultetur. F

Primo quidem vt ab omnibus melius videatur, ac per hoc nemo per ignorantiam excuſaretur, quod intelligens eccleſia pro conſuetudine habet in eccleſijs crucifixum ponere in ſublimi, & crucem etiam ponit ſuper ſacrata, & eccleſiaſtica loca. Proinde Matth. 5. Dominus ait. Neque accendunt lucernam, & ponunt eam ſub modio, ſed ſuper candelabrum, vt luceat omnibus, qui in domo ſunt. Lucerna quidem ardens per charitatem, & lucens per veritatem, eſt Dominus Ieſus Chriſtus. Nam ſicut lucerna habet teſtam, bombicem, & oleum, ex quibus lumen ardens refulget: ſic ex Chriſti corpore anima, & diuinitate Chriſtus in vita ſua ad illuminandum, & inflammandum fulgebat: vnde Ioan. 8. de ſe ait dicens, Ego ſum lux mundi, ſcilicet præſentis ſæculi, inquãtum ſum homo, vel inquantũ Deus, & hõ ſum: lux ſum mundi, ideſt hominis, quia ſolus poſſum tenebras de anima effugare. Et ſubdit, qui ſequitur me in cruce, ſcilicet per fidem formatam, non ambulat in tenebris ignorantię, neque culpæ, & per conſequens non veniet ad tenebras gehennæ, quæ terminus ſunt prædictarum tenebrarum. Ideo Matth. 8. vocat eas Dñs tenebras exteriores. i. vltimas. Merito ergo voluit Chriſtus crucem ſuam eſſe in alto loco, vt per eam totũ vniuerſum illuminaret, & inflammaret. Nã per crucẽ patefacta eſt veritas ardẽs contra tenebras ignorãtiæ: acquiſita eſt grã contra tenebras culpæ, & promiſſa eſt gloria contra tenebras gehennæ. Ideo Dominus ſubdit: Sed habebit lumen vitæ, ideſt quod eſt vitale, & ducit ad vitã: quia lumẽ crucis ducit per charitatem ad gloriã ſempiternam. Ideo propheta ad

(G: *Xpi eſt lucerna ardens & lucens.*; H)

A crucem ait: Apud te eſt fons vitæ, ſcilicet Dominus noſter Ieſus Chriſtus, & in lumine tuo videbimus lumẽ. Scribitur enim in lib. de mixtionibus elementorũ, q̃ ſi interfector videret illũ, quem interemit: ſtatim vulnera interfecti manant ſanguinem. Sic ſi deuotionis oculis intueamur Chriſtum, quem nõ ſolum per originalia peccata, ſed per ſcelera multa occidimus, ſentiemus ex eo recentem emanare ſanguinem per eius paſſionis compaſſionẽ: Erige ergo oculos aĩa mea ad fontem ardentis lucis, vt tepiditas, & ignorantia tua in cruce Ieſu caleſcat,
B & illuſtretur. Si quid etiã aduerſi patimur, ſi perſecutiones, ſi detractiones, ſi infirmitates & paſſiones: ſequamur conſiliũ Apoſt. ad Hebr. 12. dicentis: Aſpicientes in auctorem fidei, & conſumatorem Ieſum: per patientiam curramus ad propoſitũ nobis certamen, qui propoſito ſibi gaudio ſuſcepit crucem, confuſione cõtempta. Secunda tñ vt affectuoſius inquiratur, & diligatur, ſuauius guſtatur bonũ, quod cum labore acquiſitum eſt: & ſic econtra vertitur in faſtidiũ, qđ facile inuenit. Sicut.n. ex reflexione radiorum ſolis in ſpeculo cõcauo faciliter in panno incẽditur ignis: ſic ex reflexione hu-
C manæ intelligentiæ in ſpeculũ crucis conſiderando quantum dilexit nos Deus, accẽdit ignis diuini amoris in eius affectione: vnde ad Rom. 5. hortatur Apoſt. dicens: cõmendat aũt ſuam charitatem Deus in nobis: qm̃ cum adhuc peccatores eſſemus ꝑm tp̃s, Chriſtus ꝓ nobis mortuus eſt. Ad hoc ſiquidem conſiderandum, vt humana affectio ad amorem Dñi inflammetur, & hortatur ſpũs veritatis, & charitatis. Deut. 28. dicens de ſanctiſſima cruce, erit vita tua. i. ſanctiſſima crux, quæ eſt animæ vita, quaſi pendens ante te. Ex hac conſideratione per conatum, & feruorem, aſcendit affectus ad
D ſaporem, & guſtum myſterij crucis. Vnde talis anima feruẽs per deſiderium, ait illud Can. 7. Dixi, aſcendam in palmam, & appræhendam fructus eius. Ad hoc quidem, maxime hoc tempore, quilibet conari debet per carnalium voluptatũ abſciſsionem: vnde Augu. in ſermo. 40. ait. Congruit noſtræ deuotioni, vt qui Domini crucifixi paſſionem celebraturi ſumus, reprimendarum paſſionum carnalium ac voluptatum crucem nobiſipſis faciamus. Tertia vero ratio, vt ab omnibus timeatur. Altus ſiquidẽ in cruce pendere voluit Chriſtus, tanquam excelſus Dominus in throno iudiciario ſedens, & timorem indicens rationali natu-

ræ: vnde pſal. inquit: Quis ſicut Dominus E
Deus noſter, qui in altis habitat: vnde Eccl. 5. dicitur excelſo, ſcilicet diabolo, excelſior eſt, ſcilicet alius diabolus: & ſuper hos quoque eminentiores ſunt alij, ſcilicet Angeli boni. Inſuper vniuerſæ terræ rex, ideſt Dominus Ieſus, ſedens in throno crucis imperat ſeruienti: vnde Apoc. 15. Stupentes Angeli de myſterio crucis aiunt. Magna & mirabilia ſunt opera tua Domine Deus omnipotens: iuſtæ & veræ ſunt viæ tuæ Domine: rex ſanctorum vel ſæculorum. Quis non timebit te Domine? Opera quidem Dei primo ſunt magna per potentiam, pſal. atteſtante. Omnia quæcunque voluit Deus fe F
cit in cœlo, & in terra: in mari, & in omnibus abyſſis. Secundo ſunt mirabilia per ſapientiam, quæ cuncta ſicut vult diſponit: q̃a dr̃ Sap. 8. Diſponit omnia ſuauiter. Tertio ſunt iuſta per æquitatẽ, quia omnẽ inæqualitatẽ ab eis excludit. Quarto ſunt vera per miſericordiam, qua in ſe ſperãtibus ſemper aſſiſtit. De his vero duobus ait propheta. Rectus eſt Dominus Deus noſter, & hoc quo ad quartũ, & non eſt iniquitas in eo: & hoc quo ad tertium: hæc ſiquidem patent maxime in myſterio crucis. Primo enim, quid potentius, quã mortale, & immortale idem G
facere, atque duo maxime diſtãtia in vnius perſonæ ſimplicitatem ſine compoſitione copulare? Secundo, quid ſapientius, quàm viam humanæ redemptionis, & paſſionis inuenire? quæ impoſſibilis erat ex parte creaturæ, quæ non ſufficiebat patiendo ad redimendum, & impoſſibilis erat ex parte creatoris, qui inhabilis erat ad patiendum, & ad moriendum. Tertio, quæ iuſtitia rigidior, quàm ne iniuſtitia multa eſſet, Iuſtum Dei filium ſuſpendio crucis tradere? Quarto etiam, quæ miſericordia leuior, quàm vt ſeruis parceret, proprium filium affligeret, ideo merito timendus eſt: vnde ſubditur: Quis non timebit te Domi-
ne, ſcilicet ſtantem in altiſsimo throno crucis H
tanquam iudicem viuorum, & mortuorum? vnde Ioan. 3. dicitur. Sic Deus dilexit mundum, vt filium, non ſeruum ſuum, ſed vnigenitum: non de multis vnum daret, non commutaret: daret vtique non ad vitam, ſed ad mortem per ſuppliciũ crucis. Quarta vero ratio, vt indignis occultetur: impoſsibile eſt enim peruenire ad acquiſitionem cuiuſcunque luminis: vel virtutis, aut diuini guſtus ſeu ſenſus, & gratiæ ſingularis: immo ad eius qualecunque initium, niſi præcedat magna, & fidelis æſtimatio, & admira-

Opa Dei ſunt magna.

A admiratio altitudinis eius. Res enim paruiſpenſa non multum curatur, nec vnquã contẽptoribus largitur Deus bona ſpiritualia, atque nobilia: cõtemnẽs enim ſummę abijcit ea, & ſe elongat ab eis. At econtra habere reuerentem admirationem, & æſtimationem diuinalium rerum atq; myſteriorum, & ſacramentorum Dei, maximum præſtat aditum ad intelligentiam cognitionem, atque ſenſus eorum. Inter hæc aũt maximum eſt myſterium crucis, contẽptoribus & elatis infidelibus, & indignis iuſto Dei iudicio occultatum. Ideo. 1. Corin. 1. Verbum autẽ crucis pereuntibus ſtultitia eſt: his autẽ, B qui ſalui fiunt, ideſt nobis, virtus Dei eſt. Et ſubdit, Iudæi ſignum petunt, & Græci ſapientiam quærunt: nos autem prædicamus Chriſtũ crucifixum, Iudæis quidem ſcandalum, gentibus autem ſtultitiam: ipſis autem vocatis Iudęis atq; Græcis Dei virtutem, & Dei ſapientiam: quia quod ſtultum eſt Dei, ſicut myſterium crucis: ſapientius eſt hominibus. Proinde Ioan. 9. Dominus ait. In iudicium ego in mundum hunc veni, vt qui non vident videant, & qui vident cæci fiãt.

C

Fructus tertius, quòd per quatuor fit, & eſt magna & glorioſa crux Chriſti. Cap. 3.

3. Crucis fruct⁹ eſt magnitudo. Propter 4. Crux, dr̄ arbor magna.

TErtius vero fructus crucis eſt magnitudo: vnde ait propheta. Et magna arbor. Propter 4. enim crux dicitur arbor magna. Primo propter magnitudinẽ opprobrij, ſecũdo propter magnitudinem oppoſiti, tertio propter magnitudinem myſterij, quarto propter magnitudinem ſigni. Prima ratio propter magnitudinẽ opprobrij, quo nullum vilius, & ignobilius. Sicut enim Aug. ſuperius ait: Nihil erat inter oĩa genera mortis illo genere execrabilius, & formidabilius patibulo crucis. Proinde D Sap. 2. ex animo dixerunt Iudæi impij contra Chriſtum, morte turpiſſima condemnemus eum. Merito igitur Hierony. ait in quadam epiſtola. Dei filius ſuſtinuit ignominiam crucis, & tu Beatos putas, qui fœlicitate huius ſæculi, & delitijs perfruuntur? non tñ cõfundebatur Chriſtus in corde ſuo ꝑꝑ tale opprobrium, & cõfuſionem. Vnde in perſona Dñi ad patrem loquitur propheta dicẽs: Obumbraſti ſuper caput meum in die belli. Quod exponens Caſſiodorus ait. Chriſtus in die crucifixionis ſuæ ſic obumbratus, atq; defenſus eſt, vt nec anim⁹ eius confuſionem aliquam pateretur, nec caro eius corruptionis iniuriam ſuſtineret. E Bene igitur diffinita eſt paſsio Domini, dies belli, qñ ſcilicet a diabolo victo, infernorum clauſtris diſruptis, captiui liberati ſunt. Secunda ratio propter magnitudinem oppoſiti, quo nihil glorioſius. Sicut. n. crux Chriſti ante paſsionem hominibus erat opprobrioſa, ſic poſt paſsionem eius facta eſt fidelibus glorioſa. Vnde Aug. ait. Magna crucis dignitas, quæ patibulum latronũ tranſit ad frontes Imperatorum. Vnde Chryſoſt. ait: Vbi crux honoratur, reges diademata deponentes aſſumunt crucem in purpuris, in diadematibus, in armis, in menſa ſacrata, F vbique terrarum emicat. Ideo ad Gal. 6. ait Apoſt. Mihi autem abſit gloriari, niſi in cruce Domini noſtri Ieſu Chriſti: per quẽ mihi mundus crucifixus eſt, & ego mundo. Quod exponens Aug. ait; Crucem vt in ea gloriemur, Dominus ſuo geſtans humero pro virga regni nobis commendauit, quod eſt grande ludibrium impijs, & grande myſterium eſt pijs: vbi mundi Pſal. erubuit, ibi Apoſtolus theſaurum reperit. Tertia ratio propter magnitudinem myſterij, quo nullum profundius: nam & ipſa figura crucis, G quæ ſola inter figuras rectilinias poteſt intra ſe totam circuli ſuperficiem claudere, apertè monſtratur, quod admirandum myſterium crucis in ſe claudit, & cõcludit totum ambitum gratiæ, & totũ orbem glorificationis naturæ; hinc Luc. 18. ſcriptum eſt, quòd aſſumpſit Ieſus duodecim Apoſtolos ſuos, & ait illis. Ecce aſcendimus Hieroſolimã, & cõſummabuntur omnia, quæ ſcripta ſunt per prophetas de filio hominis; tradetur enim gentibus, & illudetur; flagellabitur, & conſpuetur, & poſtquàm flagellauerint, occident eum. In his ſiquidẽ verbis patet magnitudo paſsionis myſterij, & etiam crucis Chriſti: quia ipſa eſt cõſummatio to- H tius reuelationis propheticæ. Omnes enim prophetæ principalem habuerunt reſpectũ ad præſentiam Chriſti ſm triplicem eius dignitatem, ſ. regni, magiſterij, & ſacerdotij. Et ſm eius triplicem perfectionem, ſ. virtutis, veritatis, & bonitatis, ſm quod Iſa. 33. dicitur: Dominus enim iudex noſter, Dñs legifer noſter, Dñs rex noſter; ipſe veniet, & ſaluabit nos. Primo ſm ꝙ eſt rex, regit nos per præcepta, & iudicia; ſecundo ſm ꝙ eſt magiſter, erudit nos per myſteria, & exẽpla; tertio ſecundum ꝙ eſt ſacerdos, ſanctificat nos per ſacrificia, & ſacramenta. Quoniam igitur; hæc ſex perfectè ſunt conſummata in crucę, ideo ait Dominus, vt ſupra,

A dicat, hic eſt liber crucifixi: crucifixum non erubeſco, crucifixum predico, crucifixum firmiter credo: ſed & audientes ſignãtes ſeipſos ipſum legentem euangeliũ prædicto modo in triplici cruce imitari debẽt. Et quia ex tali deuota ſignificatione homo ſpiritualiter delectatur: ideo pſal. ſubdit dicens: Dediſti lætitiam in corde meo, ſcilicet non extra in vanis: quia omnis gloria eius abintus. Ad hoc quidem Augu. in ſermone de paſſione ait. Crux Chriſti nobis cã beatitudinis eſt: hæc nos liberauit a cæcitate erroris, hæc a tenebris reddidit Luci. hæc alie nos Deo coniunxit, longè conſtitutos pro
B ximos præſentauit: hęc peregrinantes ciues præſentauit ac oſtendit, hæc diſcordiæ amputatio eſt, hæc pacis firmamentum, hęc donorum omnium abundans largitio.

ARTICVLVS SECVNDVS

Tertiæ partis Dominicæ paſſionis, de tribus alijs fructus ligni vitæ.

Alij fructus. SEcundo ponamus tres alios fructus crucis Ieſu Chriſti.

C *Quartus fructus de quadruplici fortitudine crucis Chriſti, per quam omnia ſuperauit. Cap. 1.*

1. Fortitudo. PRimus fructus dicitur fortitudo: vnde Dan. ait, & fortis erat arbor. In cruce enim Chriſtus affixus fortitudinem ſuam nõ manifeſte oſtendit, ſed ſapientiſſime occultauit. Vnde nec in paſſione ſua miracula fecit: non ideo quia non potuit, cum ſemper omnipotens eſſet: ſed quia noluit: vnde ſicut dicitur in cantico Abacuc 3. Ibi abſcondita eſt fortitudo eius: nõ quidem perdita, ſicut dictum eſt. Et licet fortitudo Chriſti
D non appareret patenter tunc: tamen fotitudinem ſuam per crucem mirificè monſtrauit: vnde propheta inquit ibi, ſcilicet in cruce, vbi abſcondita eſt fortitudo, confregit potentias, arcum, ſcutum, gladium & bellum. In quibus mirandis verbis oſtendit ꝓpheta, ꝙ Chriſtus quatuor cum virtutibus oſtenſis in cruce, de quatuor nobis contrarijs triumphauit: vnde Bernar. ſuper. Can. ſermo. 65. dicit, ꝙ Chriſtus in paſſione patientiam exhibet, humilitatem commẽdat, obedientiam adimplet, charitatem perficit. His virtutuw gñibus 4. cornua crucis ornantur: & eſt ſupereminens pars charitas, a

4. Genera virtutũ. 4. Crucis cornua ornantur.

dextris obedientia, a ſiniſtris patientia: in E profundo vero crucis eſt radix omniũ virtutum, ſcilicet humilitas: his quatuor virtutibus cõfregit, & vicit Chriſtus quatuor potentias, quæ nobis valde aduerſabantur, ſcilicet diabolum, pcm̃, paradiſum, & infernum. Primo enim cũ dextro cornu crucis per obedientiam confregit potentiam diaboli, ſecundo cum ſiniſtro cornu per potentiam confregit peccatum, tertio cum ſublimi crucis cornu per charitatem ſcilicet nobis aperuit paradiſum, quarto per infimum cornu, ſcilicet per humilitatem confregit potentiam Herebi ſeu inferni. Et ſic qua- F tuor victorias in cruce, & cum cruce adeptus eſt Chriſtus per quatuor ſuas virtutes.

Prima Chriſti victoria per obedientiam vicit diabolum.

PRimo cum dextro crucis cornu per obedientiam confregit potentiam diaboli; quę in arcu à pſalmiſta figuratur, cum ait: ibi, confregit potentias, arcum. Arcus enim crux Chriſti eſt, ad mortem Chriſti a diabolo multipliciter tenſus; cuius ſagittæ fuerunt omnes Chriſto inflictæ contumeliæ, deriſiones, blaſphemiæ, flagella, illuſiones, & pęnæ: quæ omnia Chriſtus confregit, qñ pro primis obedientia patienter omnia tolerauit: vnde propheta ait, Arcus eorũ confringatur. Et ad Roma. 5. Apoſtolus in fine ait. Sicut enim per inobediẽtiam vnius hominis peccatores cõſtituti ſunt multi: ita & per vnius obedientiam iuſti conſtituuntur multi. Et Prouer. 21. in fine Salomõ ait, vir obediens loquetur victorias: vnde Apoſtolus ait ad Phil. 2. ꝙ Ieſus humiliauit ſemetipſum, factus obediens vſque ad mortem, mortem autem crucis: vt quemadmodum H hõ a diabolo per inobedientiam deceptus, & deuictus eſt: ita hõ Chriſtus, ſ. per obedientiã diabolum ſuperauit. Et ſicut hõ Adam peccando meruit mortem: ita hõ Xp̃s moriendo deſtrueret morté. Dicamus ergo cum Apoſt. 1. Cor. 15. Deo gratias, qui dedit nobis victoriam per Dñm nr̃um Ieſum Chriſtũ, qui mortuus eſt pro nobis. Inſuper pcõrum nr̃orũ chirographũ, quo ſathanas gloriabat̃ iuridicè poſſidere, fuit in Xp̃i ſacratiſſima carne totali laceratione cõuulsũ. Vt quia innocenti carni clauis duriſſimis voluit ſatelles impius ſcribere pœnã mortis, ipſo diuinitatis aculeo ſub carne latente, & ipſe configeretur hoſtis, & extraheretur

1. Xp̃i victoria cũ dextro crucis cornu, ꝑ obedientiam confregit potẽtiam diaboli. G

[A] de impijſſimis manibus eius quilibet Chriſti fidelis ab omni expurgatus reatu. Vnde Apoſt. ad Collo. 2. ait. Delens quod aduerſum nos erat chirographum decreti, ideſt manus inſcriptionem ſeu cautionem, quod erat contrarium nobis: ipſum tollit de medio affigens illud cruci, expolians principatus, & poteſtates, traduxit confidenter, palam triumphans illos in ſemetipſo. Secundum enim gloſam, & Alex. de Ales, decretum dicitur diuinum præceptum, quod datum fuit Adæ, de ligno ſciẽtiæ boni, & ma- [B] li ne comedas, huius præcepti violati chirographum, ideſt memoriam, & inſcriptionem deleuit Deus, quãdo peccatum primi parentis per Chriſti ſanguinem aboleuit.

Secundo Chriſti victoria per patientiam vicit peccatum.

2. Cum ſiniſtro crucis cornu, & patientiam vicit pcm̃.

SEcundo cum ſiniſtro crucis cornu per patientiam confregit peccatum illud, quod pro nobis in cruce affigẽs factus pro nobis ille magnus peccator. De quo Luc. 5. dicitur. Gaudium eſt Angelis Dei ſuper vno peccatore pœnitentiam agente. In [C] cuius quidem victoriæ ſignum ſuggerente illa impia notatione illum de cruce deſcendere ac dicente, Matth. 27. Si filius Dei es, deſcende de cruce: deſcendere noluit, ſed perſeuerans in ea, de peccato nr̃o moriens triumphauit. Si enim deſcendiſſet de cruce, videretur a pcõ deuictus impatientia pœnæ: & tunc quidem confregit ſcutum, per quod pcm̃ ſignificatur. Omnis enim mortalis culpa, ſcutum quoddã eſt diaboli, ne de mentibus hoium expellatur, & his ſcutis protegebatur diabolus ante Chriſti aduen- [D] tum, ne de mundo per ſanctos prophetas eijceretur: vnde Iob 41. de diaboli thorace dicitur, corpus eius, ideſt omnis multitudo reproborum, quaſi ſcuta fuſilia, compactũ ſquamis, ſeſe prætmentibus, vna alteri iungitur: vt nec ſpiraculũ incedere per eas poſſit: vna alteri adhærebit, & tenentes ſe nequaquã ſeparabuntur. In quibus verbis myſticè demonſtratur robur, & fortitudo crucis, & fortitudo peccati: vnde diabolus antiquus regnabat in mundo, quas cã breuitatis diſtinguere prætermitto. Hoc ſiquidem ſcutũ Chriſtus in cruce confregit, per paſſionem, & mortẽ. Vnde alibi propheta ait, Arcum conteret, & confringet arma: & ſcuta. i. peccata comburet igni: pro igne more Grecorũ, hoc eſt cũ ſua paſſione ſanctiſſima feruida, & ignita. Iõ dicere poſſumus, ꝙ ſeptem ſcuta, ideſt ſeptem peccata mortalia [E] hoc igne combuſſit. Primo ſuperbiam capitis inclinatione, per quam videbatur titulũ crucis fugere: in quo ſcriptum erat, Rex Iudæorum. Secundo inuidiam brachiorũ extenſione: quaſi ſcilicet ad amplexum. Tertio auaritiam multorum erogatione, quæ in paſſione largitus erat: vnde Bernar. ait: Diſce chriſtiane, quantum debes Deum diligere, qui dedit nobis carnem ſuam in cibum: ſanguinem ſuum in potum: aiam ſuã in pretium: aquam lateris in lauacrum; veſtẽ crucifixoribus: corpus diſcipulis, & matrem Ioan. Quarto accidiam ad paſſionem [F] feſtinatione. Quinto iram molli reſponſione. Sexto gulam aceti, & fellis potatione. Septimo luxuriam lateris vulneratione.

Tertia victoria Chriſti per charitatem vicit paradiſum.

3. Cũ ſublimi cornu crucis, pro charitatem vicit Paradiſum.

TErtio cum ſublimi cornu crucis per charitatem deuicit, & aperuit paradiſum per gladium myſticè denotatũ. Ad cuius intelligentiam aduertendum eſt: ꝙ ſicut patet Gen. 3. Iubente Deo Adã expulſo de paradiſo, paradiſi aditus eſt ꝑ tria concluſus. Primo per Cherubin, quem ſtatuit Dn̄s ad ianuam paradiſi. Secundo per flammeũ gladium. Tertio per gladiũ verſa- [G] tilem. Quod enim per terreſtrem illã paradiſum cœlum empireũ ſignificatur: in illud quidem ne quiſq; hoium ingrederetur, obſtabant tria. Primum ex parte ſcientiæ, ſcm ex parte voluntatis, tertium ex parte facultatis, quia ad ingrediendũ illud non ſufficiebat humana intelligentia, neq; voluntas, neque ẽt facultas. Primum ex parte intelligentiæ, quia ante Dn̄i paſſionẽ neſciebat homo aditũ paradiſi: propterea Cherubin, qui plenitudo ſcientiæ Dei interpretatur, aditum paradiſi præpediebat, ſ. diuidendo intelle- [H] ctum ab intelligentia. Scd̃m ex parte volũtatis: quia ſufficienti charitate non ardebat. Hic eſt aũt flãmeus gladius, diuidẽs a charitate voluntatem. Tertium eſt ex parte facultatis: qua. ſ. ad cœlum efficaciter condeſcendere non valebat, & hic eſt gladius verſatilis, diuidẽs efficaciam a facultate: Chriſtus ergo per crucis tropheum, gladiũ amouit, & paradiſi aditum reſerauit: atq; terra hæreditatis noſtræ deperdita per peccatum, tam originale quàm actuale, iure belli atque triumphalis amoris crucis nobis captiuis reddita eſt. In horum itaque ſignum, & myſterium ad paradiſum terreſtrẽ Sanctos de

inferno

A inferno deductos iã diuina viſione beatos in reſurrectionis die Chriſtus creditur deduxiſſe. Proinde Apoc. 4. Ioannes ait, Oſtium apertum eſt in cœlo. His etiam concordat Alexan. de Ales, in 4. De hoc Apoſtolus ad Hebr. 9. Chriſtus aſſiſtens pontifex futurorum bonorũ: Sequitur per proprium ſanguinem introiuit ſemel in ſancta, æterna redemptione inuenta. Et hoc Nume. 35. deſignatur: vbi dicitur, quòd homicida manebit ibi, ſcilicet in ciuitate refugij: donec ſacerdos magnus, qui oleo ſancto vnctus eſt, moriatur: quo mortuo poterit in domum ſuam redire, vt myſticè inſi-
B nuetur, quòd Chriſti paſſio illuminat intellectum, vt fidem noſcat, & inflammat affectum: vt feruidè velit, roborat facultatem, vt efficaciter poſſit violenter rapere cœlũ. Proinde Matthæi 11. Dominus ait, a diebus Ioannis Baptiſtæ: in quo tempore regnare cœpit paſsio Chriſti: regnum cælorum vim patitur, & violenti rapiunt illud.

Quarta victoria Chriſti per humilitatem vicit infernum.

C

4. *Cum profundo cornu crucis per humilitatẽ vicit infernũ.*

QVarto cum profundo crucis cornu per humilitatem confregit potentiam inferni: hoc eſt mortem ęternalem, quod per bellum ſignificatur: quia ſemper contra genus humanũ pugnat. De quo bello, Luc. 11. Dominus ait: Cum fortis armatus, ideſt ſathanas, cuſtodit atrium ſuũ, ideſt infernũ: in pace ſunt omnia, quæ poſſidet, ideſt inferni ſpolia, quæ ante paſsionẽ adeptus erat. Cum autem fortior illo, ſcilicet Chriſtus, ſuperueniẽs vicerit eum, ſ. per crucem ſuam: vniuerſa arma eius auferet. i. reatum originalis culpę, & clauſionem cœleſtis patriæ, i quibus diabolus cõfidebat. ſ. detinere illos ne viderent gloriam ſummi
D Dei, & ſpolia diſtribuet, quia ſãctos de lymbo Chriſtus per crucis vexillũ educens, illos ſm varia eorũ merita præmiauit, & glorificauit. In Chriſti ergo ſuperaduentu ſeu deſcenſu ad tartarea regna, Sancti admirando iubilo contra dæmones inſultantes clamauerunt, dicentes. Attollite portas Principes veſtras, & eleuamini portę ęternales, & introibit Rex gloriæ. Quibus timore cõfractus lucifer, potuit reſpodere. Quis eſt iſte Rex gloriæ? Reſponderunt. Dominus virtutum ipſe eſt Rex gloriæ. Chriſtus per crucis vexillum potenti ingreſſu de Inferno triumphans contriuit portas æreas, & vectes ferreos cõfregit: ac verificatum eſt, quod dicit Dominus Oſeæ 13. O mors, ero E mors tua. ſ. per crucem, & mortem meam: morſus tuus ero inferne: fecit enim Chriſtus ſicut mordens pomum, partim putridũ & partim ſanum: qui mordet illud in ſanio ri loco, iuxta illud Apoſt. ad Ephe. 2. per crucem interficiens inimicitiam in ſemetipſo. Sed quõ deſtruxit mortem, ergo temporalem vel æternam? non tẽporalem, quia morimur, ſicut prius: non æternalem, quia præſciti ad mortem ita damnantur, ſicut antea factum eſt. Dicendũ eſt, ſecundum Alexandrum de Ales in 3. quòd Chriſtus deſtruxit mortẽ per cauſam: mors enim eius eſt cau- F ſa meritoria deſtructionis futuræ mortis in glorioſa reſurrectione. Mortem quoq; æternam deſtruxit in ſuis, quia fecit vt eam non incurrerent: ſed dominium temporalis mortis deſtruxit in pluribus. Ita enim dominabaẽ mors prius, ꝙ mortis timore multi abibant: ſed poſt factum eſt, vt non timeretur: ſed grauiter curreretur ad mortem, quod in martyribus clareſcere poteſt.

Quintus fructus eſt de quadruplici beneficio nobis collato per crucem Domini noſtri Ieſu Chriſti. G

Cap. 2.

SEcundus fructus dicitur rectitudo, ad cęlum videlicet rectè perducens. Crux enim Chriſti ſcala vtique exaltans humiles in ſublimi regno cœlorum. Ideo Dan. ait, & proceritas eius contingens cœlum. Vnde meritò per ſcalam Iacob Gene. 28. ſignatur, vbi ſcriptum eſt: Vidit ſcalam in ſomno, ſtantem ſuper terram, & cacumen eius tangens cœlum: Angelos quoque Dei deſcendentes, & aſcendentes per eam, & Dominum innixum ſcalæ. Quid H igitur per ſcalam, vbi multi gradus ſunt, niſi myſterium crucis multis diuinæ ſapientiæ gradus diſtinctum intelligitur? per hanc quidem ſcalam quatuor beneficia adepti ſumus. Primum eſt Chriſti meriti acquiſitio, ſecundum gratiæ infuſio, tertium noſtri meriti præſentatio, quartum in cœlum introductio. Primum beneficium crucis eſt a Chriſto meriti acquiſitio. Ideo dicitur, quòd Dominus erat innixus ſcalę, eo quòd non ſolum Chriſtus in ea moriendo pependit, verum etiam quia ab æterno Deus per meritum crucis mundum ſibi reconciliare diſpoſuit. Vnde Prouerbio. 8. Salomon in perſona crucis ait. Dominus poſſedit me

5. Fruct' de quadruplici bñficio nobis collato p crucem Dñi nri.

A ab initio viarum ſuarum, antequam quic-
quam faceret a principio, ab æterno ordina-
ta ſum, & ex antiquis antequam terrà fieret.
Bern ſer. Proinde Bern. in ſermo. quodã ait: O bone
Ieſu, quid tibi, & morti? nos debuimus, &
tu ſoluis: nos peccauimus, & tu luis: opus ſi
ne exemplo, gratia ſine merito, charitas ſi-
ne modo. Secundum beneficium crucis eſt
gratiæ donatio ſeu infuſio: Nam omnis gra
tia nobis a Deo data, & danda per meritum
crucis Chriſti donatur nobis, & hoc ſigna-
tur per Angelos deſcendentes per hanc ſca
lam. Nam grãrum, quarum Deus principa-
B lis eſt dator, & Chriſtus (vt ſic liceat dicere)
gñalis mer. ator: Angeli nobis a Deo tranſ-
miſſi, ſunt ſeduli præſentatores, & inſpira-
tores: vnde Apoſt. ait ad Hebr. 1. Oẽs ſunt
adminiſtratores ſpũs in miniſterium miſſi:
propter eos, qui hæreditatem capiunt ſalu-
tis: vt ex his diſcat humana ſegnities ſe in
gratijs exercere, atq; immunem ſe a pecca-
to preſeruare, dum cogitat in merito crucis.
Chriſti omnem in ſe ſuſcepiſſe gratiam, &
ſe ſanguine Chriſti a culpa redemptam. Si-
cut ad conſiderationem tanti beneficij indu
cit Apoſtolus. 1. Corinth. 6. in fine: dicens,
empti eſtis pretio magno: glorificate, &
C portate Deum in corpore veſtro: vt myſti-
cè innuatur, ꝙ quia pro noſtrarum gratia-
rum adeptione, & pro humani generis re-
demptione nõ ſufficiebat theſaurus totius
mundi: expoſuit Deus theſaurum totius cę
3. Beneficiũ crucis. li. Tertium beneficium crucis Chriſti eſt
digna meriti præſentatio. Per virtutem eñ
crucis omnes gratiæ, quas Chriſtus pro no-
bis, & in nobis meruit per Angelos ſanctos
gratæ, & æterna gloria dignæ, & ſufficien-
tes Deo repræſentantur, & hi ſunt Angeli
aſcendẽtes per ſcalam crucis Chriſti, vt ſuf-
ficeret mille, immo infinitis glorificandis
D mundis. Vnde Anſelmus in libro, cur Deus
homo, ait: Putas ne tantum bonum, tam a-
mabile, quantum fuit vita Chriſti, poſſet
ſufficere ad ſoluendum, quod debetur pro
peccatis totius mundi? immo plus poteſt in
infinitum: ergo, & acceptio mortis non mi
nus fuit ad merendum pro nobis, atque me
rita noſtra Deo præſentandum, ſm Alexan.
de Ales. Quartum beneficium crucis, eſt in
cœlum introductio, quod maius omnibus
eſt, & concluſio finalis omnium prædicto-
rum: ideo dicitur, ꝙ ſcala cœlum tangebat.
Proinde Apoc. 3. clauis Dauid crux ſancta
denominatur: vnde de Chriſto dicitur ibid.
habet clauẽ Dauid, qui aperit, & nemo clau
dit: claudit, & nemo aperit. Dauid eñ ma-
nu fortis interpretatur: & notat Chriſtum, E
qui pro ſe, & pro ſuis in omni gratia fortis
erat ad declinandum omne malum, & ad
faciendum omne bonum: hæc clauis eſt ſan
ctiſſima crux. Per hãc quidem clauem, ideſt,
per meritum crucis eius electis regnum cœ
lorũ Chriſtus aperit, & nemo claudit: quos
vero tãquam merito crucis indignos abij-
cit, eis nemo aditum regni cœlorum aperi-
re poteſt: ideo ſubditur, Claudit, & nemo
aperit. Vnde Auguſtinus ait: Per redempto
ris noſtri mortem de tenebris ad lucem, de
morte ad vitam, de corruptione ad incor-
ruptionem; de exilio ad patriam, de luctu F
ad gaudium, de terris ad cœleſte regnũ vo-
cati ſumus. Hinc dominus noſter Ieſus
Chriſtus, vt nos eleuaret ad cœleſtia regna,
ſe quodammodo poſuit in vna parte cru-
cis ſtatere, & nos in altera, ideſt in virtuoſa
vita: atq; ipſe ſolus tantum ponderauit, id
eſt per crucis humilitatem tantum deſcen-
dit, ꝙ omnes electos in cęlum leuauit. Ideo
Ioan. 12. Dominus ait: Ego ſi exaltatus fue
ro a terra, ideſt in cruce tanquã bellator for
tis, ſuper crucem tanquam ſuper regalem,
& militarem equum aſcendens: ac deinde
tanquam triumphator quaslibet vires om-
nium hoſtium meorum ſub me crucis pedi
bus tenẽs: omnia traham ad meipſum, ideſt G
omnes electos ex omni parte orbis terra- *Oẽs electos ex oĩ gñe hoĩm congregã dos. propter tria.*
rum, & ex omni genere hominum cõgre-
gãdos. Dicit autem omnia, & hoc maxime
propter tria. Primo vt innuat, ꝙ reprobi q
non participant meritum paſſionis Chriſti,
quaſi pro nihilo reputantur, & quaſi pro tã
to extra omnia entia ſunt. Secundo, vt in
vniuerſitate electorum doceat eſſe quan-
dam integram totalitatem vniuerſi qui per
meritum crucis Chriſti cęlũ ingredi debẽt.
Tertio, vt ſm communem morem loquen
di, quo qñ triumphantes omnia, quæ ſunt
in regno iam capto, prout volumus ſumi-
mus, omnia ad nos trahere dicimur: ſicut H
Chriſtus omnia ad ſe traxit per triumphum
crucis oẽs electos ſuos. Vnde ait Chryſoſt.
Exponens prædictum verbum Ioã. per hoc
ꝙ in altum moritur, aſcenſum nobis parat
in cœlum. Et iterum Ambroſius ait ſuper
Beati Immaculati. Noli amittere benefi-
cium, o homo: propterea Chriſtus domina
tioni mortis ſe ſubdidit, vt te a iugo dãna-
tionis erueret. Ille ſuſcepit mortis ſeruitu-
tẽ, vt tibi tribueret vitæ libertatem. Porrò
ſm Alex. de Ales in 3. quodlibet Chriſti o-
pus, ſ. tam mentis, q̃ corporis, ante paſſionẽ
illius ab hora ſuæ conceptionis nobis me-

ruit

A riet gloriam ſempiternam. Sed paſſio fuit nobis meritoria quidem æternæ vitæ, & ſatisfactoria quo ad remiſſionem pœnæ: proinde dicunt quidam, quòd quodlibet opus tam mentis, quàm corporis in omni ſua actione, & paſſione, vt puta quilibet paſſus, quilibet oculi ictus, quodlibet verbum, quælibet cogitatio, ac quilibet mentalis actus, & ſic de ſingulis, ſecundum diuinam ſapientiam appropriabantur, & applicabantur à Chriſto particulariter alicui electorum, vt pro quolibet plenè ſatisfaceret Deo Patri pro peccato, & pro quolibet electo in quolibet actu mereretur gloriã ſem-
B piternam, ac per hoc cum tot actus meritorios compleuiſſet, quot erant electi, pendens in cruce ait, Io. 19. Conſummatũ eſt.

Sextus crucis fructus, quòd ad quatuor mundi partes Chriſti paſſio, & virtus crucis diffundebatur. Cap. 3.

Sextus fructus latitudo nominatus.

TErtius fructus latitudo denominatur: dilatatus enim fuit amor Domini noſtri Ieſu Chriſti in crucis ara, atq; per vniuerſum orbem largiflua chari-
C tate diffuſus eſt. Et hoc eſt, quod ſubditur in figura, Aſpectus eius vſq; ad terminos vniuerſæ terræ. Eſt autem crux inſufflatorium Spiritus ſancti ex duobus lignis confectum. In quibus clauis ferreis, & multis percuſſionibus confixa eſt pellis innocentiſſimi agni per quinq; loca.i.per quinque vulnera, & flagella exſufflans incendium diuini amoris per vniuerſum orbem terrarum. In cuius myſterium, Io. 20. cum oſtendiſſet Ieſus diſcipulis ſuis manus perforatas, & latus, inſufflauit, & dixit, Accipite Spiritum ſanctum; vt verificetur, quod Lu. 12. ante promiſerat, dicens: Ignem veni mit-
D tere in terram; & quid volo, niſi vt ardeat? Apocalip. quoq; 8. myſticè dicitur: Accepit Angelus thuribulum aureum, & impleuit illud de igne altaris, & miſit in terrã. Quid per hunc Angelũ, niſi Angelus magni conſilij Chriſtus, cuius cor propter ardentiſſimum charitatis amorem thuribulo ignis carbonibus pleno, conuenientium comparatur? vel thuribulum, quia habet ſimilitudinem cordis, fuit cętus Apoſtolorum, de quo pro tempore, quo Chriſtum abnegauerunt, Propheta in perſona Domini ait: Factum eſt cor meum, tanquã cera liqueſcẽs. Altare verò in quatuor cornib' in ſe diſtinctum, eſt ſancta crux pleno igne ſuæ ardentiſſimæ charitatis. E
Quod volens Dñs figurare, Leuit. 6. præcepit dicens, Ignis in altari meo ſemper ardebit. Ex hoc altari crucis, & meritis eius accepit Angelus ignem, & in die Penthecoſtes impleuit thuribulũ, .i. Apoſtolicum cętum; atq; miſit in terrã, quando in omnem terram exiuit ſonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorum.ſ. prædicantium myſterium crucis Chriſti. Audi vnum carbonem thuribuli huius.ſ. Doctorem gentium, qui, 1. Cor. 2. ait: Non.n. iudicaui me aliquid ſcire inter vos, niſi Ieſum Chriſtum, & hunc crucifixum. Atque idem de ſe, & alijs Apoſtolis, 1. Corin. 1. di- F
cit: Nos prædicamus vobis Chriſtum crucifixum. Tanta quidem fuit latitudo charitatis Chriſti, ſm Greg. in moralib. vt cum poſſet nobis etiam non moriendo ſuccurrere: voluit tamen hominibus moriendo ſubuenire; quia videlicet nos minus amaſſet, nec vim ſuæ dilectionis nobis oſtenderet, niſi hoc, ꝙ nobis quæreret, ad tempus ipſe ſuſtineret; & iterum Bern. ſuper Cant. ait: In paſſione Dñi tria ſpecialiter cõuenit intueri, opus, modũ, & cauſam. Nam in opere patientia, in modo humilitas, in cauſa charitas cõmendatur: patientia ſingularis, humilitas admirabilis, ſed charitas inæſtima- G
bilis. Et iterum ibidem ait: Vide, ò anima, quid de Deo tuo ſentias; vide, quid de Deo tuo præſumas; vide quibus brachijs vicariæ charitatis reamandus, & amplectendus ſit, qui tanti te æſtimauit, immo qui tanti te fecit; de latere.n. ſuo te formauit, qñ in cruce pro te obdormiuit, & ob hoc ſomnũ mortis excepit; propter te à Deo Patre exiuit, & matrem Synagogam reliquit, vt adhærens ei vnus cum eo ſpiritus efficiaris: hæc ille. Totus itaque ardor diuini amoris humano generi, omniq; ſtatui in vita præſenti communicandus in altari crucis, quaſi in fornace ardentiſſimæ charitatis, locatus eſt. Pro- H
inde Gregorius Nazianzenus ait: Figura crucis à medio contactu in quatuor extrema partita, ſignificat virtutem, & prudentiam eius, qui in ea perpendit vbique diffuſam. Ecce aſpectus crucis vſque ad terminos vniuerſæ terræ. Ad hoc quidem myſticè deſignandum, ad quatuor mundi partes in cruce Chriſtus quodammodo conuerſus eſt. Primò habuit, ſeu tenuit faciem ad orientem: ſecundò pedum plantas ad occidentem: tertiò dexteram manum ad meridiem: quartò ſiniſtram manum ad ſeptentrionem.

Figura Chriſti crucis.

Primò

A Primò inquam habens faciem ad orientem, iuuentutem, & adoleſcentiam vocat, iuxta illud Lu.7. Adoleſcens tibi dico, ſurge.ſ.à vitijs ad virtutes. Sequere publicanum Matthęum, qui audita Dominica voce illum vocante, relictis omnibus, ſurgēs, ſecutus eſt eum, vt dicitur Matt.9.& Mar.2.

Secundò verò plantis pedum ad occidentem, vocat ad mundi contemptum ſenes, & debiles. In quorum perſona Bern. ſuper Cant. ait: Paſſio tua Domine Ieſu, vltimum refugium eſt, & ſingulare remediū, deficiente ſapientia, iuſtitia non ſufficiente, ſubeuntibus meritis, illa ſuccurrit: cum
B tamen defecerit virtus mea non conturbabor, non diffido, ſcio quid faciam. Calicem ſalutaris accipiam, & nomen Domini inuocabo: vnde ſeni, & infirmo myſticè Chriſtus ait, illud Ionę, 1. Surge, inuoca Deum tuum.i.iam attende animæ tuæ, reliquum tempus dedica Domino Deo tuo: quia iam tranſit mundus, & concupiſcentia eius, 1.Ioan.2.

Tertiò autē dextera manu verſus ad meridiem, vocat omnes in mundialibus proſperantes; vnde Io.7. Quaſi confixus in cruce clamat, dicens: Si quis ſitit, in anima delectari, atq; inebriari, veniat ad me, & bi-
C bat.ſ.amoroſum ſanguinem meum: quia talibus omnis mundana delectatio amareſcit. Nam guſtato ſpiritu ſ.crucis Chriſti, deſipit omnis caro, atq; euaneſcunt dęmonum tentamenta, quod myſticè figuratum eſt, Nume.21. in ſerpenti æneo, qui ſignificat Chriſtum in cruce, in quem aſpicientes ſanabuntur à morſibus ſerpentum ignitorum. Item, 1.Reg.16. crux in Dauid cythara deſignatur, qua percuſſa leuius agitabatur Saul à ſpiritu malo; non quòd tanta vis eſſet in cythara, ſed in figura crucis, quę de ligno, & chordarum extenſione formata eſt, per quam vires dæmonum effu-
D gabantur.

Quartò autem ſiniſtra manu ad ſeptentrionem, vocat omnes in aduerſitatibus laborantes: vnde Matt.11.ait, Venite ad me omnes, qui laboraris, & onerati eſtis, & ego reficiā vos.ſ.dulcedine paſſionis meæ. Eſt enim aduerſitas aqua de Marach, quam bibere non poterat populus in deſerto, qa amara erat, Exo.15. ſed clamante Moyſe ad Dominum, oſtendit ei Dominus lignū, ſignans crucem Chriſti, quod cum miſiſſet Moyſes in aquis, in dulcedinem verſæ ſunt; quia nulla tam amara aduerſiras eſt, ſicut ſuperius dictum eſt, quę (ſi piè conſideretur paſſio Ieſu Chriſti in animo) non dulceſcant: in vtraq; etiam manu poteſt benè E aliud deſignari: vnde Hylar. ait: Duo latrones lęuę, atq; dextrę affiguntur, omnes humani generis diuerſitates vocari ad ſacramentum paſſionis Domini, oſtendentes. Et iterum Cryſoſt. ait: In cruce expanſis manibus moritur Chriſtus, vt altera manu populum veterem, altera eos, qui ex gentibus ſunt, trahat.ſ.vt non ſit, qui ſe abſcondat à calore eius. Vide igitur quomodo ſanctiſſima crux, ſeu Chriſtus in cruce quadrifaria angulatione ſui, quatuor mūdi climata cōpręhendit, vt omnem ad ſe pertrahat creaturam; vt à quacunq; parte mundi proce- F dant, ſiue ab oriente, ſiue ab occidente, ſiue à meridie, vel ſeptentrione, paratus eſt recipere venientes, & blanda dulcedine confouere. Proinde Bern. ſuper Cant. ait: O duri, & indurati, & obdurati filij Adam, quos non emollit tanta benignitas, tanta flamma, tam ingens ardor amoris, tam vehemens amaror, qui pro vilibus ſarcinolis pretioſas merces expendit.

Articvlvs Tertivs tertiæ partis Dominicę paſſionis. G

De tribus alijs fructibus ligni vitæ.

Tertiò ſubdamus alios tres fructus.

Septimus fructus eſt de quadruplici pulchritudine ſeptem verborum, quę Ieſus Chriſtus dixit in cruce. Cap.1.

Primus fructus dicitur pulchritudo.ſ. ſtupendorum verborum Chriſti: vnde dicitur in figura H prædicta, folia eius pulcherrima.i.verba eius admiranda pulchritudine decorata, & maximè, quæ dixit in cruce.ſ. quando erat in illo æſtu amoris, & cruciatus: vnde Pſal. ait, pſ.1. Et foliū eius nō defluet.i.verbum eius deorſum nō fluet. Quatuor enim admirāda protulit Ieſus in quolibet verbo ſuo. Primum fuit admirandus amor, ſecundum fuit admirandus dolor, tertium fuit admirandus vigor, quartum fuit admirandus dulcor, ſiue gaudium. Et poſſunt quatuor pulchritudines ſeptem verborum Chriſti denominari.

Alij fructus.

Primus eſt pulchritudo ſtupendorum verborum.

Quatuor admiranda protulit Deus in quodā verbo ſuo

Prima

A Prima inquam fuit pulchritudo amoris: fuerunt enim verba, quæ Chriſtus dixit in cruce expreſſiua immenſi amoris, vt meritò dici poſſint ſeptem amores, ſeu etiam flammæ in fornace cordis: & hoc iuxta ſeptiformem eius actum ordinatè procedentem ſecundum formam verborum Chriſti. Primus verò amor fuit miræ remiſſionis, ſecundus miræ conſœderationis, tertius miræ donationis, quartus miræ expoſitionis, quintus miræ attractionis, ſextus miræ conſummationis, ſeptimus miræ reductionis.

Primus fuit amor miræ remiſſionis. ſ. offenſarum, atq; miræ interceſſionis, & ſatiſ- B factionis pro inimicis; & hoc exponit primum verbum, quia pro crucifixoribus, dū eum crucifigebant, deprecatus eſt, dicens, Luc. 23. Pater, dimitte illis, quia neſciunt quid faciunt: vnde ſuo blandiens genitori, non ſolum indultor fuit, ſed & interceſſor, & excuſator extitit, inquantum fas fuit, delicti eorum, ideo inquit, Neſciunt quid faciunt.

Secundus fuit amor miræ conſœderationis. ſ. animorum, quibus imprimit materna viſcera, & reuerentiam filialem, ſicut Chriſtus fecit inter matrem ſuam, & Ioannem, quando ipſis à principio ſtantibus iuxta cru- C cem, dixit matri ſuæ, Io. 19. Mulier, ecce filius tuus. Ioanni verò, Ecce mater tua. Et quòd ex hoc perfecta fuerit inter matrem ſuam, & Ioannem talis vnio, oſtendit ille Ioannes ſubdens, Et ex illa hora accepit eā diſcipulus in ſuam. In quo partim impleta, & partim figurata fuit vis vnitiua amoris in cruce pendentis, & matris; tenerrimus quidem eſt amor matris ad filium, & econuerſo.

Tertius fuit amor miræ donationis: nam per amorem illum omnia dona gratiarum, & præmiorum fidelibus dantur, ſicut optimè exprimitur in tertio verbo latroni di- D cto, Luc. 23. vbi ait: Amen dico tibi, hodie mecum eris in paradiſo: vbi conſiderare potes, quantum dilexit eum, ſi ponderas ſeptem. Primò, quomodo ei regnum cœlorum promittit. ſ. cum iuramento, dicens, Amen: ſecundò, quis promittit, cum ſubdit, dico: tertiò, cui promittit. ſ. latroni, dicens, tibi: quarto, quando promittit, dicēs, hodie: quintò, cum quo promittit, dicens, mecum: ſextò, qualiter promittit, dicens, eris: ſeptimò, quid promittit, dicens, in paradiſo. In quolibet enim verbo reſonat admirabilis amor Chriſti erga latrocinans genus humanum.

Quartus fuit amor miræ expoſitionis. ſ. E ſui, tam pro amicis, quàm pro inimicis, pro quibus tantum omni morti, & confuſioni expoſuit ſe, vt meritò, Pſal. 21. clamauerit, dicens: Deus meus, Deus meus, vt quid dereliquiſti me? hoc autem dixit poſtquàm tenebræ factæ erant, & circa horam nonam: & cum vna met derelictio, & expoſitio ſit Patris, & Filij, quare non fuit aliud dicere Patri, quàm, vt quid ergo ſic me dereliquiſti. ſ. ad tam horribile genus mortis, pro ſic impijs, & ingratis? Et quia hic ſtupor admirationis nulli menti comprehenſibilis eſt: ideo in hoc verbo fortiſſimè exclamaſſe dicitur. Et verè nullam cauſam habuit, F niſi ſuum amorē, de quo Ioan. 3. ait: Oportet exaltari filium hominis, ſicut exaltatus fuit ſerpens in deſerto. Et pro ratione ſubiungitur, Sic Deus dilexit mundum, vt filium ſuum vnigenitum daret.

Quintus fuit amor miræ attractionis; in cuius myſterium dixit, Sitio, Ioan. 19. quòd verbum circa finem dixit, Et poſt verbum aliud præmiſſum: nam inter clamorem illum, Heli, heli, & donationem aceti, interpoſitum eſt hoc verbum, Sitio. Licet enim Chriſtus ad literam in ſummo ſitiret, tanquam ſanguine, & corporis humore exhauſto: potius tamen hoc propter myſterium G dixit, quàm propter corporalem ſitim, aut potum. Nam clarè ſciuit, quòd non niſi potum impotabilem ſibi darent, atq; nouerat ferre ſitim: voluit ergo exprimere, ꝙ ſicut ſitibundus vehementiſſimè appetit vinum vſq; ad intima abſorbere: Sic ipſe appetebat animas, eorumq; affectus ſibi ex amore inuiſcerare, & ad intimas cordis ſui venas, & arcana gloriæ delectabiliter introducere. Proinde, vt ſup. patuit, Ioān. 12. inquit: Ego ſi exaltatus fuero à terra, omnia traham ad meipſum: voluit ergo in hoc verbo nobis ſuum ardens deſiderium reuelare, dicens, Sitio: vt per hoc nobis oſtende- H ret, quòd nos amplius amabat, quàm opere demonſtraret. Nam licet pro nobis moriendò oſtēderet nobis perfectiorem amorem, quàm oſtendere poſſet: tamen quia opus, & actus ille quodammodo finitus erat, nec oſtēdere poterat per hoc finitum opus amorem ſuum ad nos infinitum inſinuare, Sitio, ait. q. d. per infinitum verbum, infinitum amorem vobis oſtendo.

Sextus fuit amor miræ cōſummationis: nam in cordialibꝰ affectionibus, & in amoroſis ſermonibus, necnon & extrinſecis actibus, & operibus ſuæ peregrinationis, & mor-

A & mortis conſummatus eſt omnis modus perfecti amoris; quia, ſicut 1. Timot. 1. Apo. ait: Finis percepti eſt charitas; & potiſſimè charitas crucis: vnde Ioan. 15. Chriſtus ait, Maiorem hac dilectionem nemo habet, vt animam ſuam ponat quis pro amicis ſuis. Proinde Io. 19. dicitur, Conſummatum eſt.

Septimus fuit amor miræ reductionis. ſ. omnium in idipſum Deum. Nam per crucem Chriſti leuatum fuit ſignum in nationes ad congregandos profugos Iſrael, vt dicitur Iſa. 11. Mortuus eſt enim, vt filios Dei, qui erant diſperſi, congregaret in vnum, vt dicitur Ioan. 11. quia hæc eſt finis vltimus omnium, vt ſit Deus in omnibus. Idcirco

B cum clamore valido reddens ſpiritũ Deo Patri, dixit, In manus tuas commendo ſpiritum meum, ſicut dicitur Luc. 23. In quo omnium electorum ſuorum ſpiritum cauſaliter, & exemplariter commendauit, & reddidit Deo Patri: vt apertè clareſcat, quod ille, qui exiuit à Patre, & venit in mundũ, tanquam hamus piſcationis paternæ, & tanquam ſagena charitatis latiſſimè in mari huius ſæculi à diuinitate iactata ad littus reducitur paterni pectoris cum plenitudine omnium electorum, vnde nihil de ſuo extra ſe reliquit, cum de hoc mundo egreſſus eſt.

C Secũda autem fuit pulchritudo doloris. Fuerunt enim prædicta Chriſti verba expreſſiua ſummi doloris, & crucis, vnde ſeptem dolores Chriſtus expreſſit in prædictis verbis. Primus fuit dolor ingratitudinis, ſecundus deſolationis, tertius diſperſionis, quartus derelictionis, quintus potationis, ſextus multiplicationis, ſeptimus ſeparationis.

Septẽ dolores Chriſtus expreſſit in prædictis verbis.

Primus fuit dolor ingratitudinis, dum dignitas ſuæ perſonæ, & acerbitas illati ſupplicij, & tam feruentiſſima charitas cordis ſui ab omnibus ignorabatur, & tam ingratè recipiebatur: & hoc innuit primũ verbum, quo ait: Pater, dimitte illis, quia neſciunt quid faciunt.

D Secũdus fuit dolor tribulationis, & deſolationis, & hoc tam præſentium, quàm futurorum, deſignatorum in Matre, & in Ioanne: propterea dicit ſecundum verbũ: Mulier, ecce filius tuus: deinde dixit diſcipulo, ecce mater tua.

Tertius fuit dolor diſperſionis. ſ. compugnantium, cernens omnium Apoſtolorum, & aliorum ab eo conuerſorum paucitatem contra eius ſummas deſpectiones, contra quas ſolus latro legitur pugnaſſe in cruce, increpas ſiniſtrum latronem; ex quo dolore Chriſtus magis motus eſt ad miſerẽdum latroni, dicens: Amen dico tibi, hodie mecum eris in paradiſo.

E Quartus fuit dolor derelictionis, & hoc exprimit quartum verbum, quo ait: Deus meus, Deus meus, vt quid dereliquiſti me?

Quintus fuit dolor potationis. ſ. amaræ factę nimium ſitibundo ſalutis noſtræ, loco cuius offerimus offenſas horrendas, atque contemptus: & hæc anguſtiatio fuit deſiderij cum oppoſitione contrarij. Ipſe enim ſitiebat dulcedinem animarum; at illi oppoſitum ei obtulerunt, quando dixit, Sitio.

F Sextus fuit dolor multiplicationis. ſ. tam dolorum mentalium, quàm pœnarum corporalium, cum perduratione vſq; in finem, vt meritò dixerit, Conſummatum eſt. ſ. in me omne tormentum, & omnis pęna.

Septimus fuit dolor ſeparationis animæ à corpore. Proinde commendat ſpiritum virtuti paternæ, cum vltimo ait, In manus tuas commendo ſpiritum meum.

Tertia verò fuit pulchritudo vigoris: nã fuerunt prædicta Chriſti verba expreſſiua ſummi vigoris. ſ. conſtantiæ, & virtutis. Licet enim eius paſſio eſſet ſumma; ipſe nihilominus ſummè ſuperferebatur doloribus ſuis virtute, atq; vigore ſuo. Proinde ſeptem vigores fuerunt in prædictis verbis. Primus fuit vigor mediatoris, ſecundus ſollicitatoris, tertius dominatoris, quartus allegatoris, quintus deſideratoris, ſextus triumphatoris, ſeptimus reductoris. G

Primus inquam fuit vigor mediatoris, quia in primo verbo oſtendit ſe eſſe medium inter nos, & Deum, tanquam ſummi Dei filium, & tanquam interceſſorem, & aduocatum noſtrum, dicens, Pater, dimitte illis, quia neſciunt quid faciunt. In quo manifeſtè apparet vigore ſuæ mentis, quo crudelium perſecutorum ſuorum iniurijs victorialiter ſuperlatus, eas calcans, & pro nihilo ducens, ſic exceſſiuè remiſit. H

Secundus autem fuit vigor ſollicitatoris, & proinde ſollicitudinis, atq; ſedulitatis. Solent enim mente conſternati, & doloribus oppreſſi omnino deficere ab omni prouidentia. Chriſtus autem tunc ſolum, & non alius legitur curam habuiſſe de Matre, & prouidiſſe ſibi de filio, & curatore, qui gereret curam eius, dicens: Mulier, ecce filius tuus: & diſcipulo, Ecce mater tua.

Tertius fuit vigor dominatoris, quia oſtendit ſe habere virtutem dominatiuæ poteſta-

A poteſtatis, & regnatiuæ, & imperialis ſecuritatis. Vnde tanquam Rex, & Dominus paradiſi, illi latroni cum tot circunſtantijs repromiſit, dicens: Amen dico tibi, hodie mecum eris in paradiſo.

Quartus ſuit vigor allegatoris. ſ. ſuæ iuſtitiæ, & innocentiæ ad Patrem ſuum. In cuius ſignum, quaſi admiratiuè ait, Deus meus, Deus meus, vt quid dereliquiſti me? Iuſti autem ab aliquo cruciati dicere ſolẽt, vt quid mihi hoc facis? Conſcij autem magnorum ſcelerum ſuorum, ſuo potius interiori remorſu confuſi, longè alium mo- B dum tenent: & ſi procaciter plerumq; aliquid tale dicũt, vix eſt quin ſigna illi⁹ procaciæ in ipſis faciliter comprehendantur.

Quintus fuit vigor deſideratoris: nam oſtendit ſe habere fiducialitatem, & conſtantiam ſerenæ expreſſionis propriæ indigentiæ, atq; proprij deſiderij, dicens, Sitio. Solent etiam homines, præcipuè in hora tantæ abiectionis erubeſcere, & ex erubeſcentia non audere, nec poſſe clarè confiteri indigentias ſuas. Chriſtus verò etiam circa exitum mortis eius, cum quadam maturiſſima ſerenitate, atq; fiducialitate dixit, Sitio. Oſtendit etiam in hoc victorioſiſſi- C mum omnium ſuarum paſſionum triumphum; quia non ſolum non ſuccunbit mortis doloribus, quos ſuſcepit; ſed etiam pro diuino honore, & pro noſtra ſalute, ſi neceſſariũ extitiſſet ampli⁹ pati, ſitire ſe dicit.

Sextus ſuit vigor triumphatoris, ac triũphalis debellatoris hoſtium. ſ. diaboli, peccati, paradiſi, & inferni, ſicut ſupra in quarto fructu oſtenſum eſt. Inſuper in eo ſuit vigor vniuerſalis cõſummatoris oĩum operum ſuorum, immo & ſimpliciter omniũ; propter quod dicit, Conſummatum eſt.

Septimus fuit vigor reductoris, & plenę fiducialitatis in Patre, & ſecuri ad Deum D reditus: & mortem ſuam non habere pro deſectu, ſed pro profectu, & reditu, propter quod ait: Pater, in manus tuas cõmendo ſpiritum meum. Notanter aduerte, ꝙ non dicit, tibi cõmendo, ſed in manns tuas cõmendo: vt oſtenderet ſibi patrem adeſſe, quaſi dilatatis brachijs, & extenſis manib⁹ ad ipſum amplexandum, & aſtringendum, tanquã filiũ vnigenitum, & prædilectum.

Quarra autẽ fuit pulchritudo dulcoris. Fuerunt. n. prædicta Chriſti verba expreſſiua magni dulcoris, & cõplacentiæ, quia oĩa prædicta volũtariè patiebatur, vnde Iſa. 53. ait, Oblatus eſt, quia voluit: vnde Propheta in perſona Domini ad Patrẽ ait, Voluntariè ſacrificabo tibi. Et iterum ad Ephe. 5. E Tradidit ſemetipſum pro nobis. Nam ſi inuoluntariè ſuſtinuiſſet, non fuiſſet etiã pro ſe meritoria ſiia pęna, nedum pro nobis oĩbus: & de hoc plenius in principio huius ſermo. dictum eſt. Tripliciter ergo voluntariè lætabaẽ. Primò de quolibet amore oſtẽſo in prædictis ſeptẽ verbis, ſecũdò de quolibet dolore prædictorũ ſeptẽ verborũ, tertiò lætabatur de quolibet ſeptẽ illorũ vigorũ. Ita ad quẽlibet amorẽ, ad quẽlibet dolorẽ, ad quẽlibet vigorẽ oĩum prædictorum ſuorũ voluntariũ, & iucundũ aſpectũ habebat, quę cauſa breuitatis omitto. Et ẽt quia proſpicaciter intuenti ſatis patere poſſunt F per ſingula triplicis ſeptenarij diſcurrẽdo. Vides ergo pulchritudinẽ ſeptẽ verborum: nõ immerito ergo de ligno, qđ eſt ſanctiſſima crux, Apoc. 22. ſcriptũ eſt, Folia eius ad ſanitatẽ gentiũ; quia ipſa eis guſtantib⁹ ſenſum, ad ſanitatẽ ſunt oĩum ſpiritualiter infirmorũ: nec tm̃ verba illius ſunt ſanatiua prædictarũ infirmitatũ, verũ etiã particularia facta ſua ad noſtrã ſanitatẽ pro nobis in ſe aſſumpſit. Nã primò curauit nos ꝑ dietã, qñ ieiunabat 40. diebus, & 40. noctibus. Secundò per electuarium, qñ corpus, & ſanguinem ſuũ dedit in ſancta cęna diſcipulis ſuis. Tertiò per ſudorem, qñ factus eſt ſu- G dor eius, ſicut guttæ ſanguinis decurrentis in terram. Quartò per minutionem, quãdo flagellis, & lancea vulneratus ſuit. Quintò per potationem, quando guſtauit acetum cum ſelle mixtum. Sextò per emplaſtrum, quando facies eius ſputis illita eſt.

Octauus fructus de quadruplici magna vtilitate, quam ſibi, & ſuis acquiſiuit Chriſtus paſſione ſua. Cap. 2.

H SEcundus verò fructus dictus eſt multitudo, ſcilicet meritorum paſſionis Chriſti: & hoc reſpectu illius, qui eſt caput, ac per conſequens reſpectu omnium electorum, ac membrorum eius. Et de hoc Dan. ſubdit, dicens: Fructus eius nimius, quia infinitum ſuit meritum, & præmium paſſionis eius, ſcilicet ratione coniunctæ diuinitatis: nam inquantum homo, ſicut ex præcedentibus patet, Chriſtus mereri poterat, & meruit: inquantũ verò Deus, infinitũ ſuum meritum, & præmiũ dilatauit. Meritò ergo Dan. ait, Et fructus eius nimius. Quatuor enim fructiferas

Secundus fructus, ẽ multitudo meritorũ paſſionis Chriſti.

A ras, & maximas vtilitates ex paſſione ſua Chriſtus adeptus eſt, quæ omnes redundãt per gratiam, & gloriam in omnes electos ſuos. Prima eſt reſurrectio, ſecũda eſt aſcenſio, tertia eſt conſeſſio, quarta iudicatio.

Prima quidem vtilitas eſt reſurrectio, vnde Propheta in perſona Filij ad Patrẽ ait: Tu cognouiſti .ſ. per approbationem, ſeſſionem meam; hoc eſt humilitatem paſſionis meæ, & reſurrectionem meam. Hanc quoque vtilitatem per conſequens adeptus eſt Chriſtus omnibus membris ſuis: nam, ſicut ipſe reſurrexit propter meritum paſſionis, ſic & eius membra reſurgent; quia reB ſurrectio eius erit cauſa reſurrectionis omnium electorum: vnde Propheta ait, Ad veſperam demorabitur fletus, & ad matutinũ lætitia. Vbi glo. ait, Dominus mane reſurrexit, idem nobis promittens per ſuam reſurrectionem, quæ eſt cauſa efficiens reſurrectionis noſtræ & animę, & corporis.

Secunda quidem vtilitas eſt aſcenſionis, vnde ad Eph. 4. Apoſ. ait: Quòd autẽ aſcendit, quid eſt, niſi quia deſcendit primũ in inferiores partes terræ .ſ. per mortem crucis: qui autem deſcẽdit, ipſe eſt & qui aſcendit ſuper omnes cœlos, vt adimpleret omnia. Et Auguſt. in ſermone de aſcenſione DomiC ni, ait: Nos Chriſti mors viuificauit, nos Chriſti reſurrectio erexit, nos Chriſti aſcenſio conſecrauit. Hanc quoq; vtilitatẽ Chriſtus, tanquàm caput, membris ſuis electis adeptus eſt. Vnde Io. 14. ipſe ait, Vado vobis parare locum.

Tertia verò vtilitas eſt cõſeſſio .ſ. ad dexteram Patris, ad manifeſtationem diuinitatis illius, vnde ad Philip. 2. Apoſt. ait: Factus eſt obediens vſq; ad mortem, mortẽ autem crucis; propter quod & Deus exaltauit illum, & dedit illi nomen, quod eſt ſuper omne nomen: vt .ſ. ab hominibus nominetur Deus, & omnes illum venerentur, atq; hoD norent tanquam Deum in nomine Ieſu: vnde ſubditur, Vt in nomine Ieſu omne genu flectatur, cœleſtium, terreſtrium, & infernorum; & omnis lingua confiteatur, quia Dominus Ieſus Chriſtus in gloria eſt Dei Patris. Dicitur autem ſedere Chriſtus ad dexteram Dei, quia laborauit .ſ. in tota vita ſua vſq; ad mortem, vnde Pſal. In laboribus ſum à iuuentute mea. Ad dexteram verò, quia prius fuit in ſiniſtra paſſionis, & aduerſitatis: vnde Pſal. ait, Afflictus ſum, & humiliatus ſum nimis. Dei verò dicitur, q͠a poſt crucis abiectionem, promittit Deus glorificationem: vnde Matth. 23. Dominus ait, Qui ſe humiliat exaltabitur. Duo quiE dem per dexteram denotantur. Primum eſt æqualitas maieſtatis, ad quam Chriſtus ſedet ſecundum diuinitatem, ad Heb. 8. Talem habemus Pontificem, qui conſedit in dextris. Secundò per dexteram intelliguntur potiora glorię bona, in quibus Chriſtus ſedet ſecundum humanitatem, quoniam collatum eſt ei quicquid conferri poteſt. Nam ſecundum hanc dexteram collocabũtur, & præmiabuntur omnes crucis Chriſti ſequaces. Ad quod Apoſt. hortatur, ad Collo. 3. dicens: Quæ ſurſum ſunt, quærite, vbi Chriſtus eſt in dextera Dei ſedens.

Duo per dexterã denotãr.

F Quarta verò vtilitas eſt iudicatio, quia ex paſſione ſua data eſt ei poteſtas iudiciaria. Vnde Iob 26. ad Chriſtum ait: Cauſa tua, quaſi impij iudicata eſt, iudicium cauſamq; recipies: nec non & electi imitatores crucis Chriſti in die iudicij, quaſi iudicis aſſeſſores aſſiſtent iudici Chriſto, iuxta illud Matt. 19. Amen dico vobis, quia vos, qui ſecuti eſtis me, in regeneratione, cum ſederit filius hominis in ſede maieſtatis ſuæ, ſedebitis & vos ſuper ſedes duodecim, iudicantes duodecim tribus Iſrael. Proinde exclamat Bernar. in quodam ſermone, dicẽs: O verè cęleſtis planta pretioſior cunctis, G ſanctior vniuerſis: ò verè lignum vitæ, quod ſolum dignum fuit portare ſalutis fructum.

Nonus fructus, quòd dulcedo Dominicę crucis omni ſtatui conuenit, & neceſſaria eſt. Cap. 3.

TErtius fructus dicitur dulcedo. Nam ſecundum varios hominum virtuoſorum ſtatus, crucis dulcedo variè ſapit. Vnde Propheta ait, Qui dat eſcam omni carni. Et ideo Dan. ſubdit, Eſca vniuerſorum in ea. Omnium animarum virtuoſarũ H ſtatus ad quadruplicem differentiam reduci poſſunt. Primi dici poſſunt ſenſuales, ſecundi rationales, tertij ſpirituales, quarti cęleſtiales. Et hi omnes varijs deſiderijs inardeſcunt; & tamen eſca vniuerſorum in ea .ſ. in ſequela crucis Chriſti: vnde Mat. 10. dicit Dominus, Qui nõ accipit crucẽ ſuam .i. paſſibilem ſibi; & ſequitur me, nõ eſt me dignus .i. indignus eſt guſtare gratiã, & gloriam meam. Per hanc enim crucem aſſumptio difficilium denotatur, per quam funditus moritur homo mundo, carni, & vitijs, & per quam fit holocauſtum Dei.

Tertius fructus dicitur dulcitudo.

Proinde

A Proinde Maximus in ſermone de Martyribus ait: Non ſolum intelligitur crux ligni patibulum, ſed piæ vitæ virtutiſq; propoſitum: vnde omnis Chriſtiani vita, qui ſecundum euangelium vixerit, crux eſt, atq; martyrium: & meritò hic ordine ſeruatur: nã ſicut in fruitione beatorum, a quibus omne triſtabile ſecluſum eſt, Deus honoratur in ipſis, & ab ipſis: & ſicut in inferno, in tormentis dæmonum, & damnatorum, in quibus abſq; vllo gaudio cruciantur, Deus in ipſis plenè honoratur, ſed non ab ipſis: ſic in præſenti vita, quę inter illas eſt media, honoratur, & laudatur in ſuis electis, & a
B ſuis electis in aſſumptione difficilium, dolorem, & gaudium commiſcentium, per operationem perfectæ virtutis, quæ dicitur crux, vt ſic in oibus glorificetur Deus: hoc ſiquidem ſeruando quilibet de prædictis quatuor, ſecundum ſuum ſtatum, in cruce reperit paſtum ſuum, quia eſca vniuerſorum in ea.

Prima crux ſenſualium.

Primo, ſunt ſenſuales, & duo deſideria habent,

C PRimo enim ſenſuales duo deſideria habent. ſ. abſq; peccato in arduis. Primò naturam conſeruare, ſecundò naturam alleuiare.

Primò enim deſiderant naturam conſeruare, quod quidem fit, quando labores homini portabiles, & leues efficiũtur: ſed virtuoſa crux propter diuinũ amorem aſſumpta, vel patienter lata, non tantum aufert ab homine labores communes in operibus bonis; ſed etiam transformat in refrigeriũ pœnas, & ſic ſecundũ primum deſiderium ſuum in talibus conſeruatur natura. Et de tali refrigerio Dominus ait, Matt. 11. Venite ad me omnes, qui laboratis, & onerati eſtis. ſ. laboribus, & aduerſis: & ego reficiã vos. De ſecundo etiam addit, dicens: Tol-
D lite iugum meum ſuper vos, quod eſt charitatis amor in onere crucis; & diſcite à me, quia mitis ſum, & humilis corde; & inuenietis requiem animabus veſtris: iugum. n. meum ſuaue eſt, & onus meũ leue. Iugum enim Chriſti ſuaue, eſt amor Dei: onus verò leue, eſt amor proximi, quæ duo faciunt ferre leuiter crucem laborum, & aduerſitatis: & ſic ex amore, & per amorem præſſa natura laboribus alleuiatur. Pro vtroq; deſiderio patet exemplum in beato Laurentio: hoc autem contigit ei, ꝙ dilectio ignis cęleſtialis, qui eſt amor, annihilabat pœnã ignis materialis. Hoc idem contigit beato Franciſco, quando ferro ignito in temporibus decoctus eſt. E Abſq; hac cruce in culpa, & pœna, ſeu in tranſgreſſione, & afflictione homo efficitur infernalis: ideo Matt. 16. Dominus ait: Qui enim voluerit animam ſuã ſaluam facere. ſ. fugiendo prædictos labores, perdet eam. q. d. ſi ſaluas, perdes. Qui autem perdiderit animã ſuam propter me, inueniet eam. Proinde Damaſce. in 4. lib. ait: Crux Chriſti clauis eſt paradiſi, hæc infirmorum baculus, paſtorum virga, conuertentium manuductio, proficientium perfectio, animæ ſalus & corporis, omnium malorum auerſio, omnium bonorum datrix. F

Secunda crux rationalium.

SEcundi ſunt rationales: & hi quoq; alia duo deſideria habẽt. Primum eſt augmentare conſolationem, ſeu delectationem: ſecundum eſt illuminare rationẽ. Per primum meritoria delectatio guſtatur, per ſecundum verò intellectus illuminatur. Sed amoroſa crux, & in amore, vt ſic dicam, portatus labor continuè parit in homine diuerſas, ac ſupernas, & ſpirituales conſolationes; transformando amantem G in amatum, & quaſi ad cœleſtem delectationem exaltando: nec non per hoc admirandis, & ſaluberrimis luminibus illuſtrando: vnde Propheta ait, Guſtate, & videte, quoniam ſuauis eſt Dominus. ſ. in imitatione crucis illius: Beatus vir, qui ſperat in eo. Primò verò inquit, Guſtate, ſcilicet affectu: ſecundò ait, videte. ſ. intellectu; quia guſtatio facit videre: vnde Prouer. vlt. Guſtauit, & vidit, quoniã bona eſt negociatio eius. i. exercitatio crucis, & arduarum virtutum. Vnde 1. Reg. 14. Ionathas myſticè ait: Vidiſtis ipſi, quòd illuminati ſunt oculi mei, eo quòd guſtauerim de melle iſto. i. de crucis, atq; virtutum ſuauitate. H Quanta autem ſit ſuauitas, quam guſtat, & experitur anima de cruce. i. de laboribus amoroſè portatis, atq; pro Chriſto aſſumptis, oſtendit Io. Apoc. 2. vbi Dominus ait, Vincenti dabo manna abſconditum: abſconditum enim manna dicit ſuauem virtuoſæ vitæ intelligentiam, propter virtutum experientiam iuſtis à Domino diſpenſatam, atq; indignis & vitioſis occultatam. Sic enim manna deſuper veniens omnem ſuauitatis ſaporem in ſe continebat: ſic ſuauis experientia bo-

A næ vitæ, quæ eſt crux Chriſti, omni mentis ſuauitate redundat. Vnde Greg. in quadam homil. ait: Nihil adeo graue, quod nó ęqua nimiter toleretur, ſi Chriſti paſſio ad memoriam reuocetur. ſ. per deuotionem, vel imitationem. Quanta inſuper fiat illuminatio intellectus ex prædicta cruce, oſtendit Bern. ſuper Cant. ſermo. 61. dicēs: Quid ita efficax ad curandum conſcientiæ vulne ra, necnon ad purgandum aciem mentis, quam Chriſti vulnerum ſedula meditatio? Proinde Chriſti paſſio figurata eſt felle, quo oculi Tobię fuerunt illuminati, Tob. 2. Eſt quoq; collyrium, de quo Apoc. 3. Ange

B lus ait, Vnge collyrio oculos tuos. ſ. mentales, vt videas. Abſq; enim prædicta cruce, humana ratio deuenit in fantaſticam, obſcuram, atque beſtialem æſtimationem, & opinionem. Et de talibus Propheta ait: Ne ſcierunt, neq; intellexerūt, in tenebris ambulant. Ait enim, neſcierunt. ſ. ex corrupta natura: neq; intellexerunt, ex patrata culpa: in tenebris ambulant, ex multiplicata malitia: & omnia hæc, quia crucem Chriſti non ſunt ſecuti.

Tertia crux ſpiritualium.

C

Tertio, ſunt ſpiri tuales, & duo habent deſideria.

TErtij ſunt ſpirituales: & hi quoque alia duo habent deſideria. ſ. in eis. Primò virtutem roborari, ſecundò virtutem præmiari. Primò virtutem roborari. ſ. in vitæ iuſtæ ſoliditate, & ſtabilitate, quod quidem per crucem fit, teſte Apoſtolo, qui, 2. Timot. 2. ait: Firmū fundamentum Dei, quod eſt virtus, ſtat habens ſigna culum. ſ. ſanctiſſimæ crucis; quia virtus in infirmitate perficitur, ſicut idem Apoſt. ait, 2. ad Corin. 12. Et ſtatim ſubdit: Libenter igitur gloriabor in infirmitatibus meis, vt inhabitet in me virtus Chriſti, propter qđ placeo mihi in infirmitatibus, in contume-

D lijs, in neceſſitatibus, in perſecutionibus, in anguſtijs pro Chriſto. Cum enim infirmor, tunc fortior ſum: ecce virtus roboratio, & confirmatio. Secundò deſiderant virtutem præmiari. ſ. per gloriam ſempiternam: & talis virtus amoroſę crucis influit in habitum perfectę charitatis meritum copioſum ad copioſum pręmium glorię expectandum: vnde pręmium æterni regni non menſuratur ſecundum ſpirituales feruores, ac mentales delectationes, ſed ſecundū pœnam amoroſæ crucis, quæ principiū eſt, & medium glorioſi finis. Proinde Matt. 10. Dominus ait: Qui non accipit crucē ſuam, E

& ſequitur me, non eſt me dignus. i. meo præmio. ſ. in gloria ſempiterna: nec ait tantum, qui ſequitur me. ſ. per delectationem: ſed præmiſit, qui non accipit crucem ſuam: nam in crucis aſſumptione, Deus delectatur in nobis: in delectationibus ſpiritualibus nos in Deo delectamur: per primum creſcit præmium, & meritum; per ſecundū contemnimus mundum, & ſequimur Deū; quia guſtato ſpiritu, deſipit omnis caro. Abſq; cruce, & laborioſo conatu in operibus virtuoſis, noſtra meritoria virtus deue nit in inconſiderabilem debilitatem, ſicut F

patet in his, qui abſque magnis laboribus adepti ſunt bona ſublimiora, quod contigit in Lucifero, in Adam, & Eua, Salomone, & Petro, & quampluribus alijs, qui cito ceciderunt à donis, & in magnam ruinam irreuocabiliter quidam eorum prolapſi ſunt.

Quarta crux cœleſtialium.

Quarto, ſunt cœle ſtiales, & duplex de ſiderium habent.

QVarti dicuntur cœleſtiales: & hi quoq; duplex deſiderium habent. Primum in eis glorificari gratiam, ſecundò magnificari diuinam gloriam. Primo quidem glorificari in ſe gratiam. ſ. in præſenti per gloriæ participationem, & hoc fit per crucem, & Domini paſſionem, G

exemplo Apoſtoli, qui de ſe, atq; alijs perfectis, Philip. 3. ait, Noſtra conuerſatio in cœlis eſt. Inſuper exemplo beati Bernardi in quodam ſermone, vbi ait: Scio, ꝙ merita mea mihi nō ſufficiunt, quod mihi deeſt, audacter vſurpo ex viſceribus Ieſu Chriſti, quæ miſericordia affluunt, nec deſinunt foramina, per quæ defluant. Patet enim arcanum cordis per foramina corporis: patent viſcera miſericordię Dei noſtri, in quibus viſitauit nos oriens ex alto.

Secundò deſiderāt magnificari diuinam H

gloriam. Nam amor crucis ad gloriam Dei inflammat, illuminat, & roborat, & dilatat humanam mentem. Hic erat ille cruciformis amor, qui tanta fiducia cor Pauli ſecurabat, vt diceret ad Gal. 6. Mihi autem abſit gloriari, niſi in cruce Domini noſtri Ieſu Chriſti, per quem mihi mundus crucifixus eſt, & ego mundo. Et ad Philip. 1. ait: Sicut ſemper, & nunc magnificabitur Chriſtus in corpore meo, ſeu per vitam, ſeu per mortem. Hoc eodem feruore hortabatur omnes Propheta Dauid, dicens, Magnificate Dominum mecum. ſ. per ſanctiſſimum amorem

A amorem crucis, laudando, & prædicando eum magnum. Et bene ſubditur, mecum. Si enim diceret ſimpliciter, Magnificate Dominum, non ita ad hoc incitaret, ideo ait Greg. Loquentis auctoritas perditur, cũ vox opere non iuuatur. Abſque cruce, gratia meritoria, delectabilis, atq; cœleſtialis deuenit in admirabilem annihilationem, ſicut per experientiam patet in his, qui ſequuntur ſpiritum amoris, ſpiritum libertatis, aut librum hæreticum, qui dicitur animarum ſimplicium, qui in erroribus ſuis damnatus eſt, extra de hæret. c. vnico. in cle.
B Contra quos Apoſt. Phil. 3. ait, Nũc autem & flens dico, inimicos crucis Chriſti, &c. nam ſicut ad Gal. 5. ait: Qui autem ſunt Chriſti, carnem ſuam crucifixerunt cum vitijs, & concupiſcentijs, ac omnes prædicti contraria operãtur multiplicibus erroribus illuſi, atque deluſi, ſicut per experientiam in eis reperi, & probaui. Ex dictis in præſenti cap. patere poteſt, quòd amor abſq; cruce, & crux abſque amore: nec ratione, nec verbo, nec opere aliquã meretur laudem: ſed in ſummo laudabilis illa crux, quã induit amor, & amor quem ipſa crux parit. In hoc quidem ſtatu erat Paulus, cum ad Gal. 2. de ſe dicebat: Chriſto confixus ſum
C cruci: & in tali cruce primò affigitur caro clauis timoris: vnde Pſalm. Confige timore tuo carnes meas. Secundo clauis ſpiritus amoris, Cant. 5. Fulcite me floribus, ſtipate me malis; quia amore langueo. Tertiò ſenſus exterior clauis rigoris, & diſciplinæ, Eccl. vlt. Verba ſapientum, quaſi ſtimuli, & quaſi claui in altum. i. in profundo ſenſus defixi. Quartò manus operum clauis laboris, Eccle. 9. Quodcunque poteſt manus tua, inſtanter operare. Ex ſupradictis clarius poteſt patere, quòd manifeſtè oſtenditur ſe non verè diligere, qui pro amato nõ vult ſe ad quæcunque difficilia præparare,
D & exhibere, quod eſt contra errorem ſimplicium animarum, qui crucem, & laborem abhorrent, ſicut prædictum eſt.

ARTICVLVS QVARTVS tertiæ partis Dominicę paſſionis.

De vltimis tribus fructibus ligni vitæ.

Alij fructus.

QVartò ſubdantur alij tres fructus crucis Chriſti.

Decimus fructus, de quadruplici beneficio, quod conſequimur de Dominica paſſione, & cruce. Cap. 1. E

PRimus fructus dicitur ſanctitudo. Sanctus enim dicitur ſanguine tinctus, vnde Dan. ſubdit, Et ſubter eam habitabant animalia, & beſtiæ. i. omnes in baptiſmate crucis ſignaculo inſigniti, & ſanguine tincti. Item differt beſtia ab animali: nam beſtia eſt crudelis, animal verò non. Animalia dici poſſunt omnes iuſti, qui finaliter ſaluandi ſunt, ſicut de gloria ſempiterna Propheta ad Dominum ait, dicens: Animalia tua habitabũt in ea, paraſti in dulcedine tua pauperi De⁹. F
Primus, ſanctitudo.
Per beſtias, quæ ſunt crudeles, Chriſtiani reprobi deſignantur, & etiam infideles; quia ſicut ſtatim ſubditur, diabolus in eis poſt paſſionem Chriſti non habet tantam poteſtatem ſicut ante: principalius tamen omnes Chriſtiani ſub vmbra, & protectione crucis, & ſanguinis Chriſti inhabitant. Vnde brachia crucis ſunt ſcapulæ illę, de quib⁹ Propheta ad Chriſtianum populum inquit, dicens, Scapulis ſuis obumbrabit tibi. Sub his etiam ſcapulis, ſcđm Bern. quatuor beneficia nobis conferuntur. Sub his enim alis G abſcondimur, ſub his ab incurſu miluorum, & accipitrum protegimur, quæ ſunt aereæ poteſtates: ſub his vmbraculum ſalubre nos refrigerat, & nimium ſolis ardorem repellit. Sub his quoq; alimur, & fouemur. Hæc ſunt B. Bernar. verba ſuper Cant. ſermo. 65. In quibus notare poſſumus quatuor beneficia, quæ nobis conferuntur myſterio crucis. Primum eſt abſconſio, ſecundum protectio, tertium refrigeratio, quartum refectio nuncupatur, quæ omnia perficit in nobis amor crucis, & perfectio eius.

Primum beneficium crucis eſt abſconſio à malitijs eorum. H

PRimum crucis beneficium eſt abſconſio, ſcilicet à malitijs mundi. Talis quidem abſconſio maximè nobis fit, quando aduerſa nos præmunt, vt ea magnanimiter toleremus. Vnde Iſidorus de ſummo bono ait: Si paſſio redemptoris Domini ad memoriam reducitur, nihil tam durum eſt, quod non æquo animo toleretur. Parua. n. toleremus, ſi recordemur quid biberit ad
Primum crucis beneficium.

A crucis patibulum, qui nos inuitat ad cœlū. Ille.n.irriſiones, opprobria, contumelias, alapas, ſputa, flagella, ſpineam coronā, crucemq; ſuſcipit: & nos miſeri ad noſtrā confuſionem vno ſermone fatigamur, vno verbo deijcimur. Et iterum de toleranda iniuria proximorum, Aug. de verbis Domini, ait: Nulla res efficacior ad laborem, & ad portanda onera aliorum, facit libenter impendi, niſi cum cogitamus quanta pro nobis pertulit Dominus; vnde ſicut paruus fluuius perdit nomen ſuum, cum vadit in magnum; ſic labores, & paſſiones noſtrę in comparatione illorum, qui paſſus eſt Chri-
B ſtus, non ſunt paſſiones denominandæ.

Secundum beneficium crucis Chriſti eſt protectio contra poteſtatem diaboli.

Secundū beneficiū

SEcundum beneficium eſt protectio.ſ. contra poteſtatem diaboli, quia Chriſtus illam per paſſionem ſuam debilitauit. Vnde Iob 40. Quaſi hamo capiet Leuiathan: quia caro Chriſti velans diuinitatē, fuit quaſi eſca in hamo diuinitatis, quā cum diabolus per mortem appręhendere procurauit, hamo diuinitatis captus, & de-
C ceptus fuit. Tripliciter tamen, ſm Alex. de Ales in 3. per crucem Chriſti dæmones habent minorem poteſtatem in naturam humanam. Et primo vniuerſaliter, quia abſtracta eſt eis poteſtas, qua ſibi prius ſubijciebant eam in infidelibus ſibi idolatria, & veneratione, quaſi Deus: nec etiam reperiuntur in mundo tot vexati à ſpiritibus immundis, ſicut ante paſſionem Domini, vt patet experientia certa per vniuerſum orbem terrarum. Secundo ſingulariter in fidelibus, quibus per fidem paſſionis non habent in eis poteſtatem, niſi quantum eſt eis permiſſum ad virtutis exercitium, ſicut pa-
D tet in B. Antonio, & in B. Franciſco. Tertio particulariter in electis, in quibus eſt caracter paſſionis.i.crux ex ſacramento baptiſmatis, quo poteſtas diaboli cohibetur; vnde Apoc. 7. dictum eſt quatuor Angelis, Nolite nocere, &c. quo adusq; ſignemus ſeruos Dei noſtri in frontibus eorum. Et de hoc Aug. ſuper Io. ait: Signum crucis à nobis expellit exterminatorem, ſi tamen cor noſtrum habeat Chriſtum inhabitatorem. Proinde Exo. 12. Dei populo.i. Chriſtianis myſticè pręceptum eſt, ꝙ ſanguine agni, poſtes, & ſuperliminare ſignarēt: atq; ex hoc duplicem conſequebantur fructum.ſ. conſternationem oſtium exterius, & defenſionem, & cōſeruationem omnium interius: E
vt myſticè innuatur, ꝙ virtute ſanguinis Ieſu Chriſti, & dæmones ſuperantur, & omnia defenſantur, dum gratiæ a nobis augentur, & conſeruantur: ſuperliminare quoq; ſignatur, dum mentis imago Chriſto crucifixo aſſimilatur, atq; vterq; poſtis intingitur, in quo voluitur oſtium; dum diuina, & Angelica cuſtodia, in qua vita noſtra defenditur, vigoratur; eo ꝙ ſanctæ crucis virtute, & Deus nobis magis propitius, & Angelus circa nos magis eſt ſollicitus. Et ſic ſubuerſis Aegyptijs a ſeruitute diaboli liberan- F
tur, crucis Chriſti ſequentes trophęum, qui nobis per virgam hanc diuiſit mare rubrū, & in terra viuentium introduxit. Meritò ergo terreē diabolus homine crucis ſe ſigno munieēte fideliter, ſicut terretur, & fugit canis baculo eleuato, eo ꝙ cū illo ſemel percuſſus eſt. Vñ Iſa. 30. A voce Domini pauebit Aſſur virga percuſſus. Aſſur.n. negotiator interpretatur, & ſignificat diabolum, qui circuiens, & quærens quem deuoret, nunquam ocio vacat: hinc in ſigno crucis fideliter inuocato in nomine ſanctiſſimæ Trinitatis terribiliter pauet, virga crucis in paſſione percuſſus. Inſuper ſicut miles ſuperatus in duello, ſeu in bello confunderetur morari in camera, vel in domo, in qua G
proſtratio ſua depicta eſſet, nec ibidem diu maneret, ſic diabolus proſtratus per Dominicam paſſionem nullo modo morari poteſt in anima, in qua paſſio Domini per deuotionē, & iugem memoriā depicta eſt.

Tertium beneficium crucis Chriſti eſt refrigeratio contra concupiſcentiam carnis.

TErtium beneficiū eſt refrigeratio.ſ.a concupiſcētia carnis, vnde Hiero. in quadā epiſt. ait: Si ingreſſi fuerint ad te latrunculi per oculos, per aſpectū crucis puni eos. Ipſa cōcupiſcentia originalis virtute ſanguinis Chriſti, in cuius virtutē quilibet baptizatur; licet non totaliter auferaē, tamen multū minuitur, de conſe. diſ. 4. per baptiſmum. Ex quo patet, ꝙ ſm Aug. fuſus eſt ſanguis medici, & factū eſt medicamentū frenetici. Proinde Cāt. 2. Sub vmbra illi⁹ qué deſideraueram: ſed anima ſponſa Chriſti, & fructus eius dulcis gutturi meo: ſed & guſtato ſpiritu crucis, deſipit oīs caro. H *Tertium beneficiū*

Quar-

A *Quartum beneficium crucis Chriſti eſt refectio ſpiritualis.*

Quartū beneficiū

QVartum beneficium eſt refectio ſpiritualis. Magna quidem conſolatio, atq; refectio eſt animabus deuotis aſcendere ad ſenſum crucis, vnde Cęleſtinꝰ ait: Cum ſancto.i.cum ſanguine tincto, Sancti.i.ſanguine tincti ſunt, qui crucifixo cruci affixi ſunt, dolori eius condolentes, amori eius congaudentes, ſanguiné eius bibentes, carnem manducantes, crucem amplexantes, vulnera lingentes, & per latus lancea apertum ad eius ſuper dilectiſſimū cor
B intrantes, atq; ei ſe clauo æterni amoris inſeparabiliter cōclauantes. Bern. ſuper Cāt. ſermo.20.ait: Dilexit me Deus dulciter, ſapiēter, & fortiter. Dulciter nempe dilexit, quia carnem induit: ſapienter, quia culpam vitauit: fortiter, quia mortem ſuſtinuit. Sed ſuper omnia reddit te amabilem mihi, bone Ieſu, calix quē bibiſti, opus noſtre redēptionis: hoc.n.omnino amorem noſtrum vendicat ſibi: hoc inquam ſibi noſtram deuotionem blandius allicit, iuſtius erigit, arctius ſtringit, & vehementius afficit.

C *Quot vicibus Chriſtus ſanguinem ſuum fudit.*

IN horum quidem myſterium Chriſtus ſex vicibus viuus, & vna mortuus ſanguinem ſuum fudit. Primò in circunciſione, vt diſcamus peccata noſtra carnalia mundare: ſecundò in ſudore, vt diſcamus anguſtias pro noſtra ſalute tolerare: tertiò in coronatione, vt diſcamus mētem noſtrā virtutibus exornare: quartò in flagellatione, vt diſcamus domare ſenſualitatem noſtram: quintò in crucifixione, vt diſcamus membra noſtra ligare mandatis Dei: ſextò in lateris apertione, vt diſcamus ſemper ha
D bere cor vulneratum in Dei amore, vt dicere poſſet quilibet noſtrum, vulnerata charitate ego ſum.]

Chriſtus crucifixus eſt horologium religioſorum.

Chriſtus crucifixꝰ eſt horologium religioſorum.

PRæterea dicere poſſumus Chriſtum paſſum, & crucifixum, eſſe horologiū cordium religioſorum, diſtinguēs horas diei, & noctis: quod quidem in horologio Achas, 4.Reg.20. myſticè deſignatur: in quo ſol deſcendit decem lineis, quia per E
decem horas humiliatus eſt Chriſtus pro nobis in ſua ſanctiſſima paſſione, in cuius honore decem dicuntur horę. Primò cōpletorium in honorē venditionis: ſecundò dicuntur matutinæ, quę diſtinguuntur in tres nocturnos, in rememorationem illius iniurię, quæ facta eſt ei in tribus locis in illa nocte.ſ.in horto, in domo Annę, & in domo Caiphę, conſpuendo, deludendo, atq; percutiendo: quintò laudes in memoriā criminis impoſiti in fine noctis: ſextò primam in memoriam accuſationis coram Pilato: ſeptimò tertiam in memoriam flagellationis in domo Pilati: octauò ſextam in memo- F
riam baiulationis crucis, & crucifixionis cū ferreis clauis: nonò nonam in memoriam mortis, & apertionis lateris: decimò veſperas in memoriam ſepulturæ, vt in qualibet prædictarum horarum mens deuota ſentire poſſit dulcedinem Dominicę paſſionis.

Vndecimus fructus, de quadruplici myſtica, & morali diſpenſatione Dominicæ paſſionis. Cap. 2.

Secundus fructus promptitudo.

SEcundus fructus dicitur promptitudo, .ſ.ad ſeruitium Dei. Et de hoc Dan. ait: In ramis eius cōuerſabantur volucres cęli.i.virtuoſi, & religioſi, quorum tota vita crux meritò dici poſſet. Vnde Propheta G
de Domino ait ad Patrem, dicens, Pſal.8. Omnia ſubiecisti ſub pedibus eius, oues.i. ſimplices; & boues vniuerſas.i.prælatos, & prædicatores; inſuper & pecora campi.i. malos; volucres cęli.i.religioſos; & piſces maris.i.ſęculares, qui perambulant ſemitas maris. Vocat ergo omnes virtuoſos, & religioſos, volucres, propter libertatem à vitijs, & ſeparationem a ſęcularibus curis, & propter ſtatum eleuatum a mundo. Ad Philip.3.ait, de hoc Apoſt. dicens, Noſtra conuerſatio in cœlis eſt: & hi in ramis crucis

Figura crucis.

continuè conuerſantur, qui.ſ.quatuor dici H
poſſunt. Vnde inferior ramus eſt vita virtuoſa; ſiniſter, fides religioſa; dexter, charitas larga; ſuperior verò eſt ſpes firma; infimum brachium crucis eſt mundi contemptus, qui in ſeptem conſiſtit.

Primus ramus crucis & inferior, eſt vita virtuoſa.

PRimus ramus & inferior, eſt vita virtuoſa, & mundi contemptus; de quo Dominus ait, Matt.16.Lu.9.Mar.8. Si quis vult poſt me venire, abneget ſemetip-

A ſum, & tollat crucem ſuam, & ſequatur me. In quibus ſanctis verbis ponuntur ſeptem, quę requirũtur ad verum amplexum virtuoſum, & virtuoſæ crucis. Nam talis crux primò debet eſſe voluntaria, ſecundò operoſa, tertiò integra, quartò laborioſa, quintò propria, ſextò continua, ſeptimò recta.

Quid requiratur ad crucẽ

Primò inquam debet eſſe voluntaria, nõ violenta, propterea dicit, Si quis vult; vnde Aug. dicit, Nemo inuitus bene agit. Neminem enim noſtrum cogit Deus, vt ſeruitiũ ſit gratius Deo, & præmium gratius ſeruo. In cuius myſterium, Exo. 25. ad Moyſem ait

B Dominus: Loquere filijs Iſrael, vt tollant mihi primitias ab homine, quę offert mihi vltroneus, & accipietis: vult enim Domin⁹ talem, qui dicat ei, voluntariè ſacrificabo tibi. ſ. meipſum, meos, & mea, ſicut inf. dicet.

Secundò debet eſſe operoſa, non ocioſa; ideo ſubdit, Poſt me venire: qui. ſ. ſemper in arduis, & laboribus mentalibus, & corporalibus fuit non ait, poſt mea, ſicut faciũt auari, luxurioſi, & ſuperbi: ſed, poſt me. ſ. mundum contemnendo. De quo, 1. Pet. 2. Chriſtus paſſus eſt pro nobis, vobis relinquens exemplum, vt ſequamini veſtigia eius.

C Tertiò debet eſſe integra, non diminuta; propterea addit, Abneget ſemetipſum. i. ſe, ſuos, & ſua. Primò abneget ſe. i. vetuſtatem ſuam abijciat, & ſemetipſum excedat, vt ſic ad Chriſtum accedat: non enim quis poteſt accedere, ſeu aſcendere ad Chriſtũ, niſi ſupra ſemetipſum aſcendat. Vnde glo. Niſi quis à ſeipſo deficiat, ad Deum, qui ſupra ſe eſt, non appropinquat: & nouitatem, ad quam vocatur, non appręhendet. Vnde ad Colloſſen. 3. Apoſtolus ait: Expoliantes vos veterem hominem cum actibus ſuis, & induentes nouum hominem, qui renouatur in cognitionem Dei, ſecundum

D imaginem eius, qui creauit eum: vel abneget ſe, ideſt propriam voluntatem: nam ſecundum Senecam, erumpit in petulantiam malè diſpenſata libertas. Et Iſa. 58. Si glorificaueris Deum, dum non facis vias tuas. Et ad Titum 2. Abnegantes impietatem, & ſæcularia deſideria; ſobriè, & piè, & iuſtè viuamus in hoc ſæculo, expectantes beatam ſpem, & aduentum glorię magni Dei. Secundò abneget ſuos, quod etiam in veteri lege ſanctificabatur, vnde Deuter. 33. Qui dixerit patri ſuo, & matri ſuæ, neſcio vos: & fratribus ſuis, ignoro illos, & neſcierunt filios ſuos: hi cuſtodierunt eloquium meum, & pactum meum ſeruauerunt. Tertiò abneget ſua; proinde Lu. 14.

E Dominus ait: Qui non renuntiauerit omnibus, quæ poſſidet, non poteſt meus eſſe diſcipulus. Et Matth. 19. Si vis perfectus eſſe, vade & vende omnia, quæ habes, & habebis theſaurum in cœlo, & veni, ſequere me. Sunt nempe plerique, qui ſuos, vel ſua tribuunt Deo, ſe autem mundo. Contra quos Propheta ait, Holocauſtum, ideſt, meos; & pro peccato non poſtulaſti, ſcilicet principaliter, quod ego intelligens, tunc dixi, Ecce venio, ſcilicet in perſona offerens principaliter me, deinde

F meos, & mea: nec à myſterio vacat illa ſyllabica adiectio, qua dicitur ſemetipſum, quæ quidem fit, tum vt exprimat prædicta tria, ſcilicet ſe, ſuos, & ſua: tum vt exprimat omnes animæ vires, & corporis, ideſt, ſuum intellectum, ſuum affectum, & ſuum ſenſum: hoc eſt intellectum rationis, affectum voluntatis, & ſenſum etiam carnis. Primum fit per fidem, ſecundum per charitatem, tertium per ſpem.

Quartò debet talis crux eſſe laborioſa, non delicata, & ocioſa. Proinde ait, Tollat crucem. Sunt enim plerique, qui ſic volunt aſſumere pœnitentiam, vt nullam ſen-

G tiant afflictionem, vel pœnam. Contra quos Hiero. ait: Delicatus es, frater cariſſime, ſi hic vis gaudere cum mundo, & in futuro regnare cum Chriſto. Nam ſicut ait Apoſtolus ad Gal. 5. Qui ſunt Chriſti, carnem ſuam crucifixerunt cum vitijs, & concupiſcentijs.

Quintò etiam debet eſſe propria; ideo ſubdit, Suam. i. ſibi poſſibilem. Non. n. dicit meam, quia totus mundus non poſſet portare minimã partẽ crucis eius, ſicut ex pręcedentibus patet, vnde dr̃ Thren. 1. O vos oẽs, qui trãſitis per viam. i. oẽs in hoc ſæculo peregrinantes; attendite, & videte, ſi eſt

H dolor, ſicut dolor meus: nec dicit alienã, ſunt nãq; nonnulli, qui gloriantur de paſſionibus, & pęnitentijs patrum ſuorum: quemadmodum Scribæ, & Phariſæi. Contra quos ait Dñs, Io. 8. Si filiæ Abrahę eſtis, opera Abraę facite. Inſuper inquit, ſuam, non in angaria aliena, ſed quam plena voluntate facit ſuam. Proinde Bernar. ait: Væ portantibus crucem, non ſicut Chriſtus ſuam, ſed ſicut Symon Cyrenęus alienam.

Sextò debet eſſe cõtinua, nõ inſtabilis, & momentanea; ideo dr̃, Et ſequit̃. In Lu. ẽt 4. additum eſt, quotidie. i. continuè, & perſeueranter, vnde Eccleſ. 5. Non ventiles te

in

A in omnem ventū, & ne eas in omnē viam:
ſic.n.probatur peccator in duplici lingua.
Eſto firmus in via Domini. Et idem 23. in
fine iterum ait, Gloria magna eſt ſequi Do-
minum, vnde Dominus ait, Io.8. Qui ſequi
tur me, non ambulat in tenebris.

Septimò & vltimo debet eſſe recta, non
reciproca, & ſimulata: ideo ſubdit, me. i. ad
gloriam meam, per rectam intentionem:
hoc eſt, conſtituat me in finem ſuæ crucifi-
xæ vitæ, atq; laborum ſuorum. Nam ſicut
ipſe teſtatur, Matt. 6. Si oculus tuus ſimplex
fuerit, totum corpus tuum lucidum erit.
Oculus ſimplex, eſt intentio recta ad Deū:
B Corpus lucidum, eſt opus recta intentione
completum. In huius myſterium præcepit
Dominus, Deuter. 27. dicens, Quando tran
ſieritis Iordanem. i. contemnetis mundū,
ædificabitis altare Domino. i. cor igne cha-
ritatis feruidum de lapidibus, quos ferrum
non tetigit. i. de operibus bonis, ſecundū φ
à Deo ſunt in nobis operata, qui, vt ait Apo
ſtolus ad Phil. 2. Operatur in nobis velle, &
perficere pro bona voluntate: & de ſaxis
informibus, & impolitis: i. de operibus, nō
pro humana apparentia leuigatis. Expreſ-
ſiuum ſignum rectæ intentionis eſt perſe-
uerantia: ideo Matt. 7. Dominus ait, A fru-
C ctibus eorum cognoſcetis eos. Horum fru-
ctuum principalis perſeuerantia dici po-
teſt; quia teſte Iac. 1. Vir duplex animo, in-
conſtans erit in omnibus vijs ſuis. Sed, vt
dicit Dominus, Matt. 10. Qui perſeuerauе-
rit vſq; in finem, quod facit vir rectus; hic
ſaluus erit.

Siniſtrum crucis brachium eſt fides religioſa.

Secundus ramus eſt fides religioſa, obſeruando tria vota.

SEcundus ramus, & ſiniſter, eſt fides re-
ligioſa, obſeruando principaliter tria
vota, obedientiam, paupertatem, & ca
ſtitatem.

Primò, per obedientiam humana volun-
tas ſubijcitur Deo, & hæc eſt abnegatio, &
D quodammodo crucifixio ſui ipſius, de qua
Dominus ſuperius ait: Si quis vult venire
poſt me, abneget ſemetipſum, ſicut prædi-
ctum eſt. Ad hanc quoq; ſumendam horta
tur Eccl. vlt. c. dicens. Comparate vobis ſi-
ne argento ſapientiam: & Prouerb. 1. Col-
lum veſtrū ſubijcite iugo eius. Vnde Matt.
11. Dominus ait: Tollite iugum meum ſu-
per vos: quod eſt obedientia. Et ſequitur,
ſicut ſupra dictum fuit, Iugum enim meum
ſuaue eſt, & onus meum leue: ſi amoroſè E
ſumitur, & portatur, vnde Bern. Creden-
tibus nihil impoſſibile, nihil amantib' diffi-
cile, nihil mitibus aſperum, nihil humilib'
arduum reperitur: quibus gratia fert auxi-
lium, & obediendi deuotio lenit imperiū.
Ad hanc hortatur Apoſt. Heb. 12. dicens,
Habentibus impoſitam nubem teſtium. i.
multitudinem martyrum obedientium vſ-
que ad mortem: per patientiam curramus
ad propoſitum nobis certamen, qđ. ſ. prom
pta obedientia eſt.

Secundò, per caſtitatem ſubijcitur caro
rationi, vt fiat totus, & illuminatus rationa
lis homo; & de hoc Matt. 19. Dominus ait: F
Sunt eunuchi, qui caſtrauerūt ſeipſos pro-
pter regnum cœlorum. De talibus caſtita-
tem ſeruantibus, Sap. 4. c. ait: O quàm pul-
crā eſt caſta generatio cum claritate: im-
mortalis eſt enim memoria illius: huius ca-
ſtitatis tanta eſt ſuauitas, & dulcedo, vt in-
ter fructus ſpiritus ab Apoſtolo compute-
tur, dicente ad Gal. 5. Fructus autem ſpiri-
tus, caſtitas.

Tertiò, per paupertatem corpus in om-
nibus corporalibus dominatur. Proinde di
citur Deuter. 10. in myſterio populi Iſrae-
li. i. per fidem videntibus Deum, ac per hoc
contemnentibus mundum: omnis locus, G
quem calcauerit pes veſter, veſter erit. Et
idem Ioſue 1. & iterum 2. Corinth. 6. Apo-
ſtolus ait: Tanquam nihil habentes, & om-
nia poſſidentes. Deniq; per experientiam
patet, quòd fideliter viuentibus in ſua reli-
gione, Deus in neceſſitatibus ſuis mirabili-
ter ſubminiſtrat, vnde Eccl. 29. viro religio
ſo dictum eſt: Fideliter age, & in omni tem-
pore inuenies, qđ eſt neceſſarium. Lętentur
ergo, & exultent veri religioſi, & timentes
Deum, quia nihil deeſt timentibus eum: di
uites eguerunt, & eſurierunt. Inquirentes
autem Dominum nō deficient omni bono.

Dextrum brachium crucis eſt charitas larga. H

Tertius ramus eſt charitas.

TErtius quoq; ramus, & dexter, ē cha-
ritas larga, de qua 1. ad Ti. 1. c. Apoſt.
ait: Finis pręcepti eſt charitas de cor
de puro, & conſcientia bona, & fide non
ficta. De corde puro, quo ad proximum:
de conſcientia bona, quo ad ſeipſum: & fi-
de non ficta, quo ad Deum. Hanc tripli-
cem charitatem tanto præſtantiorem, nec
non & feruentiorem, atq; pręcellentiorem
religioſi habere debēt, quāto maiora bona

A ſuſceperunt à Deo, quàm cæteri ſæculares: & quanto magis expediti ſunt ad illa perficienda, & quanto quotidiana experientia probant, quod ipſe Propheta ait, Ecce quàm bonum, & quam iucundum habitare fratres in vnum.

Supremum brachium crucis eſt ſpes firma.

Quartus ramus eſt ſpes firma

QVartus, & ſupremus ramus eſt ſpes firma, quæ maximè deſignatur in titulo triumphali, qui Ioan. 19. poſitus eſt. ſ. Ieſus Nazarenus Rex Iudæorum. B In quo titulo myſticè triplex ſpes deſignatur, in qua præcellere habēt omnes religioſi. Prima eſt ſpes veniæ, ſecunda eſt ſpes gratiæ, tertia eſt ſpes gloriæ.

Prima quidem eſt ſpes veniæ, quæ in; Rex Iudæorum. i. confitentium, deſignatur, vnde in perſona veri religioſi Propheta ait: Dixi, confitebor aduerſum me iniuſtitiam meam Domino: & tu remiſiſti impietatē peccati mei: ecce firma ſpes veniæ.

Secūda eſt ſpes gratiæ, in, Nazarenus indicata, quæ floridus interpretatur. In flore eſt vtiq; ſpes fructus, vnde Eccl. 24. dicitur in perſona crucis, Flores mei fructus honoris, & honeſtatis. C

Tertia eſt ſpes gloriæ, quam nomen Ieſus, apertius manifeſtat. Interpretatur enim Ieſus, ſalus, vnde Matth. 1. dicit Angelus ad Ioſeph, Vocabis nomen eius Ieſum; ipſe enim ſaluum faciet populum ſuum à peccatis eorum. Ex his patet, quòd in modo paſſionis fuit charitas maxima, quæ liberauit ab inferno, dando veniam, qua mundū renouauit, largiendo gratiam; qua cęlum aperuit, conferendo gloriam; quæ tria, ſicut dictum eſt, myſticè apparuerunt in titulo crucis Chriſti, quæ religioſi præ alijs adipiſci poſſunt. D

Alio modo diſtinguitur ſecundum Auguſt. dimenſio ſanctę crucis.

Figura S. Crucis, ſecundum Aug.

AVguſtinus quoque in libro de gratia veteris, ac noui teſtamenti, de hoc ait: Non fruſtra tale genus mortis elegit, vt altitudinis, latitudinis, longitudinis, & profunditatis, de quib⁹ ad Eph. 3. Apoſt. ait: Magiſter exiſteret: nam latitudo eſt in eo ligno, quod tranſuerſum deſuper figitur. Hęc ad bona opera pertinet, quia extendūtur manus. Longitudo in eo, & ab E ipſo ligno, ꝙ vſq; ad terram conſpicuū eſt. Ibi. n. quodamodo ſtat, perſiſtitur, & perſeueratur, ꝙ longanimitati tribuitur. Et altitudo eſt in ea parte ligni, quæ ab illo, quod tranſuerſum figitur, ſurſum verſus relinquitur, hoc eſt ad caput crucifixi, quia bene ſperantium ſuperna expectatio eſt: iam verò illud, quod eſt ligno occultatur, vnde totū illud exurgi, profunditatem ſignificat gratuitæ gratię: hæc ille. Ex quibus verbis patet, ꝙ in quatuor moraliter diſtinguit myſterium crucis. Primum eſt operatio bona, ſecundum perſeuerantia longa, tertiū ſpes firma, quartum eſt diuina gratia. F

Duodecimus fructus, de quadruplici myſtica, & anagogica diuiſione Dominicæ crucis, & quod ex eā paſcuntur omnes beati. Cap. 3.

Tertius fructus eſt pulchritudo.

TErtius, & vltimus fruct⁹ crucis Chriſti, dicitur pulchritudo; quia plenum eſt vniuerſum gratia, & gloria crucis Chriſti, vnde Dan. finaliter ſubdit: Et ex ea veſcebatur omnis caro, ſiue cęleſtis, ſiue terreſtris, necnon & quodammodo infernalis, in his, qui erant ibi electi. Et de hoc ad Ephe. 3. Apoſt. ait: Vt poſſitis comprehendere cum omnibus Sanctis, quę ſit latitudo, longitudo, ſublimitas, & profundum. ſ. ſanctiſſimę crucis Chriſti, vt in myſterio indicet, ꝙ in cruce eſt. Primo, latitudo charitatis; ſecundo, longitudo ęternitatis; tertio, altitudo ſupernæ ciuitatis; quarto, profundum infernalis captiuitatis. G

Latitudo charitatis crucis dilatatur per vniuerſum.

Primo eſt crucis latitudo charitatis.

PRimo eſt latitudo charitatis. Contemplare anima mea, ꝙ alta prouidentia Dei in cōſummatione myſterij noſtrę redemptionis, non omne genus mortis elegit, vnde nec voluit iugulari cum innocentibus per crudelitatem Herodis, ſicut dicitur Matth. 2. nec præcipitari ſuſtinuit à ſuis compatriotis. ſ. Nazarenis, vt dicitur Lu. 4. nec lapidibus obrui ab impijs Phariſæis, & Scribis, ſicut dicitur Io. 8. ſed mortem crucis aſſumpſit, quę eſt tanquā vexillum victoriæ, & tanquā ſignatura perfectionis, & gratiæ in totam rationalem naturam diffuſę, & diffundendę. Porrò talis modus expanſionis in cruce cōuenientiſſimus eſt etiā in figura H

A gura ad omnia impetranda à pietate paterna, ad omnia diffundenda in electos charitate largiflua, ad omnia ſe trahenda virtute mirifica, ad omnia amplexanda remiſſione plenaria. Quapropter in cruce totus caleſcens amoroſus Ieſus, more ſolaris radij, ad ſe trahit humores deuoti cordis, in pluuias diſſoluendas compaſſiui, atq; transformatiui ploratus ſuæ ſanctiſſimę paſſionis, & mortis. Ipſe quoq; moriendi modus, videlicet extenſionis in cruce, prætendit figuram virtuoſæ baliſtę, quæ quidem reſpectu ancipitis poteſt telum iaculare, & terram, vt per ipſam æternus Pater, quaſi per arcũ
B inæſtimabilis charitatis filium ſuum pro nobis crucifixum, & mortuum: intra intima cordis noſtri ad noſtram emolliendam duritiem perforãdo transfigat. Sed tu, anima mea conſtituta in terra; verſa vice pectus potes iaculare paternum, ſi dilectiſſimum filium pro ſui honoris defenſione ſic crudeliter laceratum, & mortuum, quaſi ſagittã electam in eum ipſo arcu affectuoſi amoris crucis extento proijcias, quo iam tibi remiſſionis beneficium negare non poſſit.

Longitudo crucis ad omnia tempora dilatatur.

C

Secundo eſt in cruce longitudo æternitatis.

SEcundo eſt in cruce longitudo æternitatis. Nam ſicut patet ex dictis in primo articulo tertiæ partis, Deus ab æterno ordinauit rationalem naturam glorificari per meritum crucis Chriſti, ſicut ibi declaratum eſt: quod quidem meritum durat vſq; ad præſentis ſæculi finem. Hæc eſt longitudo Dominicę crucis. Vnde non immeritò dici poteſt, ꝙ longitudo illius extendatur ab æterno vſque in æternum ſuper timentes eum in tota rationali natura, poſtquàm ab æterno ordinata eſt eſſe meritum
D omnium ſaluandorum, cuius meriti, atque præmij non erit finis. Vnde de illa Sap. 8. dicitur, Attingit à fine vſq; ad finem fortiter. ſ. per gratiam, & diſponit omnia ſuauiter per gloriam.

Altitudo Dominicæ crucis paradiſum reſtaurauit.

Tertio eſt in cruce altitudo ſupernę ciuitatis.

TErtiò inſuper in cruce eſt altitudo ſupernæ ciuitatis. Nam per crucem Chriſti tota rationalis natura. i. omnes in cœlo glorificati, & glorificandi, tam Angeli, quàm homines, per meritum crucis Chriſti, gratiam, & gloriam conſecuti ſunt, ſicut prædictum eſt, ac natura Angelica in Angelis reprobis diminuta per eandem crucis virtutem reſtaurata eſt. Vnde Orig. ſuper epiſtolam ad Rom. 5. ait: Tanta eſt vis crucis, & mortis Chriſti, quòd ad ſanitatem, & remedium, non ſolum præſentis, & futuri, ſed etiam præteritorum ſæculorum; & non ſolum humano huic noſtro ordini, ſed etiam cœleſtibus virtutibus ſufficiat. E

Profundum Dominicæ crucis infernum glorificauit. F

Quarto eſt in cruce profundũ infernalis captiuitatis.

QVartò etiam eſt in cruce profundũ infernalis captiuitatis; quia per virtutem eius Sancti Patres de lymbo liberati, & glorificati ſunt, ſicut ſup. in fine quarti fructus patet. Tunc verus Sanſon moriens, victoriam de ſuis hoſtibus reportauit, Iudic. 16. Tunc habitantibus in regione vmbrę mortis diu expectata claritas crucis effulſit, & in eius virtute per glorioſam Chriſti animam viſionem gloriæ ſuſceperunt. Nam ſecundum Alexan. de Ales in 3. licet Sanctis illis per circunciſionem G
deleretur culpa originalis, & per charitatem culpa actualis; & quantum ad maculam, & quantum ad diuinam offenſam, nec non quantum ad reatum gehennæ: non tamen quantum ad reatum carentiæ viſionis diuinæ, ratione cuius habebat diabolus poteſtatem detinendi eos in lymbo, de quo miſericorditer à Chriſto per meritum crucis ſuæ liberati ſunt, ſicut Zach. 9. ad Dominum dictum eſt: Tu quoque in ſanguine teſtamenti eduxiſti vinctos de lacu, in quo non erat aqua. ſ. gloriæ ſempiternæ; quia per paſſionem duo meruit Chriſtus. Primò ſatisfactionem, ſecundò ianuæ cœleſtis apertionem: ideo deſcendens ad inferos hæc duo impleuit. Nam primò crucis ſatisfactione ſoluta ſunt vincula illa captiuitatis inferni, H
ſecundò per ianuæ cœleſtis apertionem facta eſt viſio gloriæ ſempiternæ, atq; illuſtratio illius carceris, & ſecundum lucem exteriorem. Meritò ergo de his quatuor dimenſionibus crucis, deuotus Bernardus ad ſanctiſſimam crucem ait: Quis miſericordiæ tuæ crux benedicta, queat dignè inueſtigare latitudinem, longitudinem, ſublimitatem, & profunditatem? Nam latitudo tua replet orbem terrarum,

Per paſſionem duo meruit Chriſtus.

A longitudo tua vſque ad diem nouiſſimum ſubuenit vniuerſis inuocantibus eam, ſublimitas tua ſupernæ ciuitatis inuenit reſtaurationem, profundum tuum ſedentibus in tenebris, & vmbra mortis obtinuit redemptionem: hæc ille. Leuemus itaque ergo corporis, atque mentis oculos ad trimphale vexillum crucis. Nem ſecundum Orig. ſuper epiſtolam ad Rom. 6. Tanta eſt vis crucis, vt ſi ante oculos ponatur, & in mente fideliter habeatur, ita vt ipſam mortẽ Chriſti mentis oculis aſpiciat, nulla concupiſcentia, nulla libido, nullus furor, nulla ſuperare poteſt inuidia; ſed continuo ad eius præ-
B ſentiam totus ille peccati, & carnis fugatur exercitus. Et iterum Caſſiodorus ſuper Pſalmiſtam inquit: Crux eſt humilium inuitatio, ſuperborum deiectio, victoria Chriſti, perditio diaboli, infernorum deſtructio, cœleſtium confirmatio, mors infidelium, vita Chriſtianorum, iuſtorum martyrum reſurrectio, Doctorum dux, conuerſorum via certa, claudorum baculus, pauperum conſolatio. Et etiam Rabanus de laude crucis inquit: Tu ſancta crux es peccatorum remiſſio, peccati exhibitio, meritorum augmentum, infirmorum remedium, lapſorum refrigerium, ſanorum incolumi-
C tas, quietorum ſerenitas, & fortunatorum fęlicitas. O ſumma dulcedo diuinæ bonitatis, & benignitatis, ò immenſa charitas diuinæ lagitatis, ò inquam ſtupenda prodigalitas ſummi Dei, & Domini noſtri Ieſu Chriſti, qui ſecundum Bernard. carnem ſuam dedit in cibum, ſanguinem in potum, animam in pretium, vulnera in remedium, brachia in refrigerium, crucem in clypeum, cor in amoris inditium, atque in balneum; ſudorem in medicamentum, clauos in ſalſamentum, ſpineam coronam in ornamentum, verba in documentum, vitam & mortem, vtranque in exem-
D plum, ſcilicet cruciſormis perfectionis, vt in virtutum cruce, ſic affixum cor noſtrum, in ſenſu crucis delectetur, & impingueſcat affectio, & delectatio noſtra: in cruce prolongetur perſeuerantia noſtra, in cruce exultetur ſpes, & expectatio noſtra: vt totum cor, omne os, & totum opus illi amoroſo Ieſu cruciſormiter conformetur, qui pro noſtra redemptione ex ſola ſua ſtupenda charitate mori dignatus eſt: ſed nunc triumphator mortis, cum Patre, & Spiritu ſancto glorioſus ſuper omnia viuit, & regnat per infinita ſęcula ſæculorum.

SABBATO Sancto. E

Iterum de ſanctiſſimo Sacramento, & quomodo quilibet pręparare ſe debet ad ſacram communionem.

Sermo LVII.

De præparatiõe ad ſanctiſſimũ ſacramentum.

P*Ræparate corda veſtra Domino.* 1. Reg. 7. Iam ad illud ſacroſanctum corporis, & ſanguinis ſacramentum appropinquantes, toto ſtudio, & affectu, tota vigilantia, atque tota deuotione F
conari debemus, ne indignas ſe animarũ noſtrarum inueniat manſiones. O quanta cordis contritione, & lacrymarum fonte, quanta reuerentia, & timore, quanta corporis caſtitate, atque animi puritate, illud diuinum myſterium aſſumendum eſt, vbi caro Chriſti in veritate ſumitur, vbi ſanguis eius in veritate bibitur; vbi ſummis ima, humanis diuina iuguntur: vbi eſt Angelorum ſocietas, Sanctorum præſentia; vt ſacerdos Chriſtus, & ſacrificium nobis mirabiliter, & ineffabiliter diſpenſatur. Quis G
dignè ſacramentum ſumere poteſt, niſi tu Domine Ieſu Chriſte dulcedine tua, miſericordia, & pietate feceris dignum? non requirit à nobis miſericors Deus, quod nobis impoſſibile eſt. Et ſi omnino inſufficientes ſumus ad tantum admirabile bonum noſtras conſcientias præparare: tamen ſi negligentiam, & torporem abijciemus, & puritatem conſcientiæ præparemus, atque piæ deuotioni, miniſtrabit ipſe Dominus noſter Ieſus Chriſtus, quod deerit inſufficientiæ noſtræ. Ad hoc ergo nos hortatur in verbo propoſito ſpiritus veritatis, ſeu H
eccleſia ſancta, vt perficiamus in nobis, quod noſtrum eſt, dicens, Præparate corda veſtra Domino Ieſu Chriſto. Inſuper hoc idem in figura, Num. 11. ait Moyſes ad populum, ideſt, ad nos omnes: Sanctificamini, ſcilicet per condignam præparationem, cras comedetis carnes, ideſt, ſanctiſſimum ſacramentum: quod verbum poteſt eſſe aliud thema in præſenti materiæ. Triplex ergo ad hoc ſacramentum pręparatio eſſe debet. Prima eſt reconſiliatiua, ſecundá diſpoſitiua, tertia conſummatiua.

A ARTICVLVS PRIMVS

De triplici reconciliatione, qua quilibet ſuſcepturus hoc ſacramentum ſe præparare debet.

1. Præparatio. PRima quidem præparatio eſt reconciliatiua: quæ in hoſtia ſumẽda conſiderari poteſt. Sicut em̃ frumenti grana gradatim arte humana proficiunt ad panis complementum: ſic anima peccatoris per Dei gratiam proficit ad iuſtitię ſtatum, vt hoc ſacramen-
B tum digne ſuſcipere poſſit. Tria.n.in ſe hñt prædicta grana. Primo enim ſunt dura, ſecũdo ſurſure ſunt operta, tertio ab inuicem ſunt diſtincta. Ad hoc aũt, qđ de eis panis, & hoſtia fiat. Primo.n.durities eorũ conteritur, & in minimas partes deducitur: ſcđo a ſurſure emundatur: tertio admixta ſarina ad inuicem per aquam demum per ignem decocta, in panem ſeu hoſtiã ſolidatur. Sic quilibet peccator, qui concupiſcit dignè accedere ad hoc ſacroſanctiſſimũ ſacr̃m, per tria in prædictis ſignata reconciliare ſe dẽt. Primo per cordis contritionem, ſcđo per oris confeſſionem, 3. per fratris dilectionẽ: Prima fit Deo, 2. eccleſię, 3. vero fit ꝓximo.
C

Quòd ad cordis contritionem tria ſunt neceſſaria, ei qui vult communicare. Cap. 1.

PRimo ſe reconciliare debet Deo per cordis contritionem. Eſt.n. peccatoris cor durũ quaſi lapis, ſicut teſtatur Iob 14. Indurabitur cor eius quaſi lapis. Si enim vſq; ad vltimum finem in tali duritie perſeuerat, verè irremediabiliter parit, ſicut Eccleſ. 3. dicit: Cor durũ male habebit in nouiſſio, & qui amat periculum, peribit in illo. Neceſſe eſt ergo ꝙ talis durities conteratur, & veluti
Tria ſunt neceſſaria, ad hoc vt ex frumento ꝑficiatur farina.
D frumẽti granũ in ſubtiliſſimas partes quaſi farina mutetur. Tria quidem maxime neceſſaria ſunt ad hoc, ꝙ ex frumẽto perficiatur farina. Primũ eſt mola ſuperior, ſm̃ eſt mola inferior, tertiũ eſt aqua ſuperueniens atcurrens, q̃ mouet molam ſuperiorem. Primum deſignat timorem, ſm̃ vero ſpẽ, tertium vero gr̃am Dei. De prima mola timoris, Iſa. 47. dr̃. Deſcende, ſede in puluere virgo filia Babylonis. Et ſequitur, Tolle molã, & mole farinã, denuda turpitudinem tuã. Ait.n. Deſcende.ſ. per humiliationem, quæ caput erexiſti cõtra creatorem tuũ: ſede in
E puluere.i.quieſce in conſideratione tuæ vilis miſerię. virgo.ſ. per contrarium.i.anima polluta, q̃ eſt filia Babylonis.i.confuſionis: tolle molam.i.timorem Dei: & mole farinam. Molere.n. eſt farinam vſq; ad minima ſubtiliſſime diſcuterẽ conſcientiam tuam. Tres nempe timores inducunt ad hanc diſcuſſionẽ. Primus eſt timor indicij, ſecũdus eſt timor iudicij, tertius eſt timor ſupplicij. Primus.n.eſt timor iudicij. Duplex.n. põt eſſe indiciũ irati Dei. Primũ eſt aduerſitas. vnde Deut. 29. dr̃: quia dereliquærunt Dñm
F Deum patrum ſuorum, eiciet eos Dñs de terra ſua in ira, & furore, & indignatione ſua maxima. Secundum periculoſius eſt ꝓſperitas: nam tunc furor Dñi maxime cõtra homines ſæuit, qñ eos mala operari permittit, ſicut teſtatur propheta in perſona Dñi dicens: Dimiſi eos ſm̃ deſideria cordis eorum, ibunt in adinuentionibus ſuis. Secundus eſt timor iudicij: de quo. 1. Pet. 4. dr̃. Iuſtus quidem vix ſaluabitur: impius, & peccator vbi apparebit? Tertius eſt timor ſupplicij: vnde Iob 21. de impio dr̃: Videbunt oculi eius interſectionem ſuam, & de furo
G re oĩpotentis bibet. Secundo neceſſaria eſt inferior mola, & hæc eſt ſpes ſurſum eleuans, quæ triplex eſt. Prima eſt ſpes veniæ, ſecunda eſt ſpes gr̃æ, tertia eſt ſpes gloriæ. De prima Iſa. 50. dr̃. Quis ambulat in tenebris, & non eſt ei lumen. Speret in nomine Dñi, & innitatur ſuper Dñm Deum ſuum. De ſecũda dr̃ in pſ. Spera in Dño, & fac bonitatẽ. De tertia ẽt pſal. ait. Benefac dñe.ſ. in gloria ſempiterna: bonis, & rectis corde. Declinantes aũt in obligationes, adducet Dñs.i. operantes pcã cum operantibus iniquitatem. Nec tm̃ vna iſtarum molarum ſufficit ad ſalutẽ. Proinde præcepit Domin⁹
H Deut. 24. dicens, non accipies loco pignoris ſuperiorẽ, & inferiorem molã. Superiorẽ molam, hoc eſt timorem ſolũ accepit Iudas, & Cain, qui deſperauerunt de miſericordia Dei. Inſuper quidã acccipiunt tm̃ inferiorem.i.ſpem de mia Dei, ſicut fecit Adam comedẽs de pomo vetito. Sic tales peccantes ſperant, nõ ſe corrigẽdo, miam Dei: talẽ.n.fingunt Deũ, qualem ipſi volunt: ſed ipſe eſt talis, qualis ipſe vult. Sed audiãt qđ de eis Dñs p ꝓphe. dicit: Cũ accepero tp̃s, ego iuſtitias iudicabo. Si vero iuſtitias, q̃to amplius iudicabit nequitias, & cõdẽnabit? Et iterũ Apoc. 2. Scient, ſ. in die iuditij, oẽs eccleſiæ, quia ego ſum ſcrutãs renes, & corda, & dabo vnicuiq; ſm̃ opera ſua. Vtran-

que

A que ſiquidem molam accepit Magdalena, Lu.7.& publican⁹ Lu.18. Ideo gratiam per veram contritionem adepti ſunt. Tertia vero neceſſaria eſt ad perficiendum farinam de frumento, decurrens aqua, quæ ſignificat gratiam Spiritus ſancti: de qua aqua Ioan.7. Dominus ait: Qui credit in me, ſicut dicit ſcriptura, flumina confluent de vẽtre eius aquæ viuæ: hoc autem dicebat de ſpiritu, quem accepturi erant credentes in eum: hæc quidem aqua operatur per duplicem molam ad complementum farinæ veræ contritionis. Vnde Bonauẽ. in 4. diſt. 17.
B ait: Ad hoc enim, quod gratia infundatur, neceſſe eſt quòd homo ſe præparet ad acceptionem gratiæ, & deteſtationem culpæ: nã neceſſe eſt in gratiæ infuſione quatuor eſſe. Primum eſt gratiæ infuſio, ſecundum eſt liberi arbitrij commotio, tertium eſt cordis cõtritio, quartum peccati expulſio. Dominus enim expellit culpam infundendo gratiam: ſed non infundit eam, niſi ei qui ſuæ gratiæ ſe conformat: ideo neceſſe eſt. Promptæ gratiæ autẽ ſic aduenienti ſe conformant per motum liberi arbitrij: Gratiæ vero vt peccatum expellenti conformare gratiæ aduenienti, & peccatum expellenti
C ſe conformat per motum contritionis: vnde duo ſunt a Deo, ſcilicet gratię infuſio, & peccati expulſio. Et duo a nobis his duobus modis conſona: hæc autem quatuor ſimul coniungũtur in illo verſiculo pſal. qui ait, pſal. 59. Commouiſti terram, & conturbaſti eam: ſana contritiones eius, quia commota eſt. Gratia enim adueniens in animã commouet rationem, ſecundum quòd eſt pars liberi arbitrij: & conturbat voluntatẽ per contritionem, & poſtmodum ſanat per peccati expulſionem. Et ratio huius redditur, quia præceſſit duplex commotio, per
D quam ipſa anima gratiæ iuſtificanti ſe conformauit: ideo ſubdit, quia commota eſt.

De integra, & vera confeſſione, & quomodo præcedere debet ſacram communionem. Cap. 2.

Oris verã confeſſionem dẽt facere, q vult accedere ad hoc ſacramentum.

SEcundo recepturus hoc ſacramentum, ſe reconciliare debet eccleſiæ per oris veram confeſſionem. Nam cum quis accedit ad ſacram communionem, ſi mortaliter peccauit, non ſufficit quòd ſit tãtum corde contritus: niſi etiam ſit ore cõfeſſus, eccleſiæq; reconciliatus. Circa hoc tamen, ſecundum Ricar. in 4. diſtinguendũ eſt: quia
E aut talis habet copiam confeſſoris idonei, & confitendi ſufficiens tempus, & liberam loquelam: tunc peccat communicando ſine confeſſione, quia ad hoc ſacramentũ requiritur reconciliatio, etiam ſecundum iudicium eccleſiæ: vnde Hugo de S. Victore, in lib. de poteſtate ligãdi, & ſoluendi, c. 21. ait: Si abſque ſacerdotis abſolutione criminoſus ad corporis Chriſti communionem accedat: pro certo ſibi iudicium manducat & bibit, etiam ſi eum ante multum pœniteat, & ſe vehemẽter doleat, & ingemiſcat. Aut talis copiã ſacerdotis, & cætera ſupradicta non habet: & tunc diſtinguendum eſt, quia
F aut imminet aliqua neceſſitas celebrandi, vel communicãdi: vt puta ortum, ſcandalum perſonæ ſuæ non communicet, aut populi: vel incœpit myſterium ſacramenti, vel amiſit loquelam: & tunc non peccat cum propoſito confitendi, quando poterit. Aut nõ imminet neceſſitas, & tunc peccat, ſecundum Scotum, Ricardum, Petrum de Candia: ſed de hoc plenius dictum eſt in Quadrageſimali de Chriſtiana religione, ſermone 54.

Quomodo qui vult digne communicare, tripliciter proximo ſuo reconciliari debet. Cap. 3. G

3. Proximo ſuo reconciliari debet.

TErtio autem recepturus hoc ſacramẽtum reconciliari ſe debet per proximo fraternam dilectionem, & vnionem, exemplo farinæ, quæ in granis diſtincta, demum per aquam, & ignem ſimul vnita in hoſtiam formatur: vt myſticè innuatur, quòd ad hoc ſacramentum nemo præſumat accedere, niſi ſit proximo ſuo dilectione vnitus: vnde tripliciter debet talis proximo ſuo vniri. Primo corde, ſecundo ore, tertio opere. Primo debet cum proximo,
H etiam cũ quolibet inimico, vnitus eſſe corde. Vnde de conſe. diſt. 2. c. hoc ſacramentum, Aug. ait: hoc ſacramentum pietatis, ſignum eſt vnitatis. Qui vult viuere, accedat, credat, & incorporetur. Per hunc cibum & potum, ſocietatem vult intelligi corporis, & membrorum ſuorum, quod eſt eccleſia in prædeſtinatis: hæc ille. Et iterum. 1. Cor. 10. Apoſtolus inquit. Vnus panis, & vnũ corpus, multi ſumus. Omnes, qui de vno pane, & de vno calice participamus, ſcilicet dignè. Et iterum Aug. ait: Qui acceperit myſterium vnitatis, & non tenet vinculũ charitatis: non myſterium accipit pro ſe, ſed contra ſe. Eccleſ. 27. etiam dicitur: Dilige

proxi-

A proximum tuum, & coniungere fide cũ eo, ſcilicet nõ pacifico ore, & maliuolo corde. Vnde Auguſtinus de verbis Domini ait: ne dicas cum lingua, ignoſco, & differas corde: nouit enim Dominus, cui dicas: vocem tuam homo audit, conſcientiam tuã Deus inſpicit; melius eſt cum clamas ore, & dimittis corde: quàm ſis blandus ore, & crudelis corde. Secundo ſuſcepturus ſacramentum hoc, debet habere cum proximo pacem, & vnitatem oris. Circa hoc autem aduertendum eſt, quòd quædam ſunt ſigna dilectionis, & illius ad quam omnes neceſſario obligantur: quia in eorum omnimoda negatione prætenditur ſignum odij, ſeu iræ. B Huiuſmodi autem ſignum videtur eſſe ſalutatio, aut ad aliqua interrogata aliqualis reſponſio. Proinde qui inimico ſuo omnino denegat verbum ſuum, aut qui in præſentia eius ſemper auertit faciem ſuam, vel ſubito fugit: ſignum prætendit mortalis odij, & rancoris, niſi hoc faciat ex cauſa multũ rationabili; vtpote ſi probabiliter timet, ex hoc aliquid peius accidere, & tunc rationem, & intentionem ſui facti debet intuentibus propter vitationem ſcandali declarare, ſi bono modo facere hoc poteſt. Quòd ad prædicta conſilia ſigna homo neceſſario obligatur, oſtendit Dominus. Matth. 5. dicens. C Si ſalutaueritis fratres veſtros tantũ, quid amplius facitis? nonne Ethnici hoc faciunt? Per ſalutationem nempe intelligit quæcumque extrinſeca amoris ſigna, quia in actu eſt prima communicatio, & oſtenſio humanæ affabilitatis, & ſocietatis. Ad reliqua vero quàm quæ dicta ſunt ſigna, homo non obligatur, niſi in caſu neceſſitatis: ſed de hoc plenius dictum eſt ſupra, ſermone 7. art. 1. c. 3. Tertio, quomodo communicaturus debet ad proximum habere dilectionem operis, quia quantum ad effectum ſubuentionis neceſſariæ omnes tenẽtur habitu, D & actu, & in inimico pro loco, & tempore prouidere. Hinc Aug. ſuper illud Matt. 6. Dimitte nobis &c. inquit. In hac oratione ſi mentitur, totius orationis nullus eſt fructus: pecuniam aliquando repetere conceditur, ſed debita peccatorum petenti veniã nunquam iuſte negatur. Et iterum de conſe. diſt. 2. c. panem, idem ait: Panem de altari ſpiritualiter manducare, eſt innocentiam ad altare portare: peccata, & ſi ſint quotidiana, & non ſint mortifera, antequàm accedatis, illa dimittite debitoribus veſtris: ſi dimittis, dimittentur tibi: ſecurus accede, panis eſt, non venenum. Sed vide ſi dimittis, non mentiaris Deo, quẽ non fallis: mentiri Deo potes, fallere nõ potes. E Sed aduertendum eſt, quod ſicut communicaturo neceſſarium eſt offendenti veniam donare: multo fortius neceſſarium eſt ab offenſo veniam poſtulare, quod myſticè inſinuãs Dominus Matth. 5. air. Si offers munus tuum, id eſt cor tuum ad altare, ſcilicet ad ſacram communionem, & ibi recordatus fueris, quòd frater tuus habet aliquid aduerſum te: relinque ibi munus tuum ante altare, id eſt ſerua propoſitum communicandi, & vade prius reconciliari fratri tuo. Ad litteram ſi poſſibile eſt, ſi autem, habeas propoſitum illud agere quàm citius fieri potuerit ſine mora, F & tunc veniens offeres munus tuum, id eſt ſumes ſanctiſſimum ſacramentũ. Ex dictis patet, quòd communicare non poſſunt omnes ſequentes ſectas, & partialitates, ſicut Guelphi, & Gebelini, & cõſimiles alij, qui eas corde tenent, aut ore profitentur, aut opere exequuntur, & ſic de alijs mortalibus culpis, ſicut de partialitatibus ſupradictum eſt, ſermone 25. per totum.

Articvlvs Secvndvs

Quòd tria maxime neceſſaria ſunt, vt homo ſe bene, & digne diſponat ad ſacram communionem. G

Præparatio diſpoſitiua.

Secunda eſt præparatio diſpoſitiua. Indignum equidem eſt, vt ad tam admirabilem communionem, id eſt ad eum, qui eſt Sanctus Sanctorũ, & omnis ſanctitatis origo: hoc eſt ad regem cœlorum, & Dominum Angelorum, quis indeuotè, & incuratè accedat. Proinde de ſacerdotibus, & de quolibet accedente ad hoc ſacramentum, Exo. 19. ſcriptum eſt præceptum Domini, in quo dicitur, ſacerdotes, qui aſcendũt ad Dominum, ſanctificẽtur, ne percutiam eos. H Triplex enim diſpoſitio præparatiua præcedere debet ſumptionem huius ſacramenti. Prima eſt fides plena, ſecunda eſt puritas magna, tertio oratio deuota.

Quòd ad ſumptionem corporis Chriſti, triplex plena fides requiritur. Cap. 1.

1. Diſpoſitio præparatiua eſt fides plena.

Prima diſpoſitio præparatiua eſt fides plena: tũc enim plena eſt, ſi habet tria. Primo, ſi eſt clara; ſecundo, ſi eſt feruida; tertio, ſi erit ſolida ſeu firma, id eſt ſi eſt clara

A clara in intellectu ſeu capacitate, feruida in voluntate, & firma in facultate: quia talis fides totam animam replet. Primo, quòd fides ad hoc ſacramentum debet eſſe clara in intellectu, & capacitate, vt intelligar quid recepturus ſit, ſcilicet verum Deum, qui fecit cœlum & terram, & verum hominem, qui amore noſtri pependit in cruce. Ad hãc quidem hortatur Apoſt. ad Hebr. 10. dicẽs. Accedamus vero corde in plenitudine fidei aſperſi corde a conſcientia mala: cum vero corde accedit, qui hoc ſacramentum ſine errore credit, qui non quod videt, ſed quod
B fides tenet, ſcilicet ſub ſpẽ panis, & vini eſſe totum Chriſtum verum Deum, & verũ hominem fide intelligit, & ore confitetur, qđ credit. Et merito quidem: nam fides intellectum capacem diuini conſilij efficit, & verbo Chriſti credit, qui ait: Hoc eſt corpus meum: immo quantum fides proprio ſenſu detrahit, tanto amplius intellectum diuini ſenſus capacẽ facit. Hinc ait Dñs Matth. 16. Qui vult venire poſt me, abneget ſemetipſum, ideſt proprium ſenſum, quod maxime accedens ad hoc ſacramentum efficere debet. Proinde de talibus Ioan. 20. Dominus
C ait. Beati, qui non viderunt & crediderunt.
2. Fides feruens. Secundo autem fides ad hoc ſacramentum debet eſſe feruens in voluntate. Ad hunc feruorem excitandum, & inflammandum duo maximum fomentum præſtant, ſcilicet conſideratio propriæ nihileitatis, & Chriſti ardentiſſimæ charitatis. Primum humiliat, ſecundum vero inflammat: maxime ſi conſideretur charitas illa immenſa, & inexplicabilis amoris ardor, quo pro nobis impiis tam ſæua, & impia voluit ſuſtinere. Talis eſt fides, de qua Matth. 17. Dominus ait. Amen quippe dico vobis, ſi habueritis fidẽ ſicut granũ ſynapis, & dicetis monti huic, tranſi hinc, tranſibit: vbi glo. ait: Fidem
D tam perfectam grano ſynapis comparat, q̃ ſit in facie humilis in pectore feruens, vilis videntibus, nec vllarum virium apparens, ſed præſſuris trita, quod intus oſtendit.

Tertia autem fides ad hoc ſacramentum debet eſſe ſolida ſeu firma in facultate, intantum ꝙ viribus ſuis caſtra humanæ ſapiẽtiæ, atque ſenſuum humanorũ eneruat hoſtes. Iſti in ſapientibus huius mundi fortiſſimi ſunt contra ſanctiſſimum ſacramentum; atque per cynifes myſticè deſignantur, quorum plaga, Exod. 8. curata non legitur. Dicitur enim ibi. Extendit Moyſes manum, virgam tenens, percuſſitque puluerem terræ, & facti ſunt cynifes, tam in hominibus quàm in iumentis, & dixerunt malefici ad E
Pharaonem, digitus Dei eſt hic. Cynifes enim de puluere terræ educti, ſunt argumẽta philoſophorum de terreno ac ſubtili ſenſu prodeuntia: quæ circa hoc ſacramentum occultum, oculum puræ fidei lædunt. Vnde glo. Origen. ait: hoc animal, corpus cui inſederit, acerbiſſimo transfodit ſtimulo: vt quem volantem quis videre non valet, ſentiat ſtimulantem: hoc ſiquidem animal arti diabolicæ comparatur, quę minutis ac ſubtilibus verborum ſtimulis animas obtenebrat, & tanta calliditate circumuenit, vt deceptus non videat, nec intelligat vnde decipiatur: ſed hæc plaga etiam noſtris his temporibus nõ curatur: quia ſicuti quidam ait, F
idola philoſophantium remanſerunt, cum idola gẽtium deſtructa fuerint. Hi ſunt, qui rationibus fidei, quæ ſunt Dei, naturales rationes, quæ ſunt hominum anteponunt: propterea huic ſacramento ſuis manufactis rationibus aduerſantur. Contra quos Bernar. in quadam epiſtola ait: Sacramentum Dei altiſſimi. ſuſcipiendum eſt, non diſcutiendum: venerandum, nõ dijudicandum: fide formatum, nõ renatum: traditione ſcitum, non ratione inuentum. Hæc ille. G

De maxima munditia, & puritate conſcientiæ, quæ requiruntur ad ſacram communionem in linea corporali myſticè demonſtrata. Cap. 2.

SEcunda diſpoſitio præparatiua ad hoc ſacramentum, eſt puritas magna. Verũ vtique eſt, vt vas ſit mundum, quod debet ſuſcipere hoc ſanctiſſimum ſacramentum: vnde myſticè Exodi 16. dicit Moyſes ad Aaron: Sume vas vnum, & mitte ibi manna: vas vnum, quaſi ſingulariter, & excellenter mundum. Quod apertius declarat Apoſtolus ad Hebr. 9. dicens, quòd in arca teſtamenti erat vrna aurea habens manna: vt myſticè innuatur, quòd qui debet ſuſcipere hoc cœleſte manna, teneatur habere cor mundiſſimum, quaſi aurum fulgoroſum: vnde de con. diſt. 2. c. nihil. Alexã. ait: nihil in ſacrificijs maius eſſe poteſt, quàm corpus, & ſanguis Chriſti: nec vlla oblatio potior eſt hac: ſed omnes hæc præcellit, quę pura conſcientia Domino offerẽda eſt, & pura mente ſumenda atque ab omnibus venerãda. Et ſicut potior eſt cæteris, ita etiam potius excoli, & venerari debet. Proinde Chryſoſt. Homil. 5. ſuper Matth. ait: Sicut *2. Diſpoſitio præparatoria eſt puritas magna.* H

corpo-

A corporalis cibus cũ ventrem inuenerit ad-
uerſis humoribus occupatum, amplius læ-
dit, magiſq; nocet, & nullum præſtat auxi-
lium: ſic etiam iſte ſpiritualis cibus ſi ali-
quem reperit malignitate pollutum, magis
eum perdet: non ſui natura, ſed accipientis
culpa. Quæ autem ſit pura conſcientia, quæ
requiritur ad huius ſacramẽti ſuſceptionẽ,
declarat Hugo de S. Vict. dicens: Pura con-
ſcientia eſt, quæ non habet de præterito iu-
ſtam accuſationem, de præſenti iniuſtã de-
lectationem, de futuro iniuſtam voluntatẽ.
Inſuper hoc idem Matth. 27. myſticè figura
tur, cum dicitur, ꝙ Ioſeph accepto corpore
B Ieſu, inuoluit illud in ſyndone munda, &
impoſuit illud in monumento ſuo nouo.
Vbi glo. ait, in ſyndone munda Ieſum inuo
luit, qui pura mente eum ſuſcepit. Hinc etiã
mos eccleſiæ habet, vt ſacrificium altaris nõ
ſerico, non panno tincto, ſed puro lintheo
Tria ad celebratur. In tribus enim, quæ producunt
munditiã lintheum corporale candidum, tria intelli-
ſpũalem. guntur, quæ faciunt ad noſtram mũditiam
ſpiritualem. Primo enim lauatur, ſecundo
torquetur, tertio deſiccatur. Sic qui vult ad
Dominum diligenter ſuſcipiendum mũdi-
ficari: Primo debet per aquam lachrymarũ
lauari: vnde Apoſtolus ad Hebr. 10. ait, Ac-
C cedamus vero corde in plenitudine fidei a-
ſperſi: corde a cõſcientia mala, & abluti cor
pus aqua munda, ideſt mũdati lachrymis a
peccatis cordis. Proinde Exo. 30. myſticè di
citur: Lauabunt Aaron, & filij eius manus
ſuas, & pedes, quando ingreſſuri ſunt taber
naculum teſtimonij, & quando acceſſuri
ſunt ad altare. Et ſequitur, ne forte morian-
tur. Lauare quidem manus, & pedes, eſt a-
qua compunctionis, & confeſſionis purga-
re, & mundare immundas operationes, &
affectiones ab omni impuritate culparum,
ſcilicet ne in ſumptione huius ſacramenti
anima moriatur. Et Hieremiæ 4. ait, Laua a
D malitia cor tuum Hieruſalem, vt ſalua fias.
Quod neceſſaria fore propheta intelligens,
ait de ſeipſo, Lauabo per ſingulas noctes le-
ctum meum, ideſt mundabo pro ſingulis
culpis conſcientiam meam: lachrymis meis
ſtratum, &c. Secundo autem acceſſurus ad
hoc ſacramentũ per opera pœnitentiæ de-
bet torquæri, ſicut Exod. 17. figuratum eſt,
vbi dicitur: Facies tẽtoria tabernaculi, ideſt
animæ ornamentum de byſſo retorta, ideſt
de operibus pœnitentiæ, ſcilicet de ieiu-
nijs, orationibus, afflictionibus, & conſimi
libus. Et iterum. 1. Corin. 9. Apoſtolus ait.
Caſtigo corpus meum, & in ſeruitutem re-
digo: ne forte cum alijs prædicauerim, ip- E
ſe reprobus efficiar. Tertio quoque qui ſu-
mere debet hoc ſacramẽtum, neceſſe eſt ei
per feruorem diuini amoris a carnaliũ deſi
deriorum deſiccari. De huiuſmodi. n. exem
plum propheta ponit dicens, in ſole poſuit
tabernaculum ſuum, ſ. ad ſiccandum per di-
uinum amorem, vt fiat ſcilicet valde mun-
dum, & pulchrum. Tali ſiquidẽ animæ Do-
minus ait, Cant. 4. Tota pulchra es amica
mea, & macula non eſt in te, ſcilicet alicu-
ius culpæ mortalis: ſed bene lota, torta, &
exſiccata es. Quòd etiam ſumenti hoc ſa-
cramentum neceſſaria ſit diſcretio, proba-
tio, & deuotio, dictum eſt ſupra ſermo. 55. F
art. 3. ſm Bonauen. in principio. Circa hoc
quæritur, vtrum grauius peccet communi-
cans in peccato ſpirituali, quàm in peccato
carnali? Ad hoc reſpondet Alex. de Ales in
4. diſt. Sine præiudicio dicendum eſt, ꝙ qui
communicat in peccato carnali, ſm ꝙ pec-
catum carnis compræhendit pcm̃ luxuriæ,
& pcm̃ gulæ, & qui communicat in pecca-
to ſpiritus, ſecundum ꝙ peccatum ſpiritus
compræhendit omnia alia peccata a pecca-
tis carnalibus prædictis: tales ſe habent, vt
excedentes, & exceſſi in demerito, vel pec- G
cato. Minus enim peccat qui manducat cor *Magis pec*
pus Chriſti exiſtens in peccato gulæ, quàm *cat exi-*
qui manducat exiſtens in peccato deſpera- *ſtens in*
tionis, vel inuidiæ fraternæ dilectionis. Et *peccato lu*
magis peccat exiſtens in peccato luxuriæ, *xuria.*
quàm exiſtens in peccato iræ, vel alterius
peccati ſpiritualis. Et hoc triplici ratione.
Primo per oppoſitionem, ſecundo per de-
ſpectionẽ, tertio propter inquinationem.
Primo inquam pp oppoſitionem, ſ. contra-
rietatis in affectu, quia hoc ſacr̃m efficit ho
minem ſpiritualem: illud vero pcm̃, carna-
lem. Præterea hoc ſacr̃m vnit membra cum H
capite, & membra adinuicem: & hoc inter
omnia peccata amplius diuiſum eſt, quia in
hmõi opere duo peccant. Secundo pp de-
ſpectionem, quia maior contemptus ibi ac-
cidit ex certitudine, & vilitatis reputatio-
ne. Qui eñ peccant peccato luxuriæ: certi
ſunt ꝙ mortaliter peccant, & pci vtilitatẽ
agnoſcunt, & viles ſe reputant: quæ raro ac
cidunt in ſpũalibus culpis. Raro enim con-
tingit, ꝙ aliquis ſciat, ꝙ mortaliter peccat
ex commiſſione actus ſpiritualis: vtpote ex
actu ſuperbiæ, iræ, inuidiæ, aut cõſimilium.
Tertio propter inquinationem: nam ex cõ-
miſſione carnalis operis, non ſolum aia effi
citur immundior per immunditiæ appeti-
tũ, & immũdarum cogitationũ occurſum:
verum

A verum etiam caro ipſa propter pronitatem
ad opera immunda. Propterea dici poteſt,
ꝙ accedens in hoc peccato ad ſacram com-
munionem grauius peccat, quàm accedens
in peccato ſpirituali: quia maiorem contu-
meliam, quantum eſt de ſe, facit altiſſimo ſa
cramento. Inſuper aduertendum eſt, quòd
non eſt aliquis actus virium animæ, cuius
delectatio, ita ſuffocet opera virium ſupe-
riorũ, ſicut actus generationis: quia in actu
illo omnino ordo virium peruertitur. Nam
quod ſecũdum ordinem rectum debet eſſe
ſuperius, eſt inferius, & econuerſo. Vnde
B ſecundum Aug. in huiuſmodi opere anima
fit tota caro, quia corruptio præualet ipſi
naturæ. De pollutione nocturna, ſecũdum
Landulphum, hoc ſeruandum eſt. Primo,
ſi pollutio ꝓuenit ex crapula mortali, & hõ
hoc ſciat, vel probabiliter dubitet, a perce-
ptione, vel celebratione debet neceſſario
abſtinere. Secundo, ſi pollutio veniat ex
crapula veniali cum turpi imaginatione, re
trahit a perceptione, & a celebratione de
congruo, non de neceſſitate. Tertio ſi pol-
lutio veniat ex crapula veniali ſine turpi
imaginatione, non impedit a perceptione,
C ſed prohibet de congruo a celebratione,
niſi neceſſitas immineat. Quarto autem,
ſi profluit ex ſuperfluitate naturæ, non im-
pedit ab vtroque. Quinto, ſi prouenit ex
turpi imaginatione mortali ſine crapula,
prohibet ab vtroque de neceſſitate. Sexto,
ſi prouenit ex turpi imaginatione veniali,
prohibet de congruo, niſi neceſſitas appa-
reat. De his ſex diſt. c. teſtamentum.

Septimo vero, ſi proueniat ex mera illu-
ſione dæmonum: de congruo prohibet ab
vtroque, quod probatur, quia videtur quòd
propter aliquam culpam noſtram huiuſmo
D di fœda diabolus permittatur prouocare in
nobis. Sed nunquid, quando quis pollui-
tur aliqua predictarum cauſarum, maxime
vltimarum, ſemper debet a celebratione
ceſſare? Dicendum eſt, quòd ſi ſentit inqui-
nationem illam multũ animam inclinaſſe,
quia in actu illo fit homo caro, ſiue in ſom-
no, ſiue in vigilia: abſtinere debet, & facere
reuerentiam ſacramento. Si autem ſentit
naturam magis expeditam, & vlterius de-
uotio trahit ipſum ad perceptionem, & ſo-
lẽnitas, vel aliquid tale, multũ recõpenſet,
.ſ. neceſſitas, & deuotio populi, & familia,
ſecurè celebrare põt. Si autem probabiliter
apparet, ꝙ diabolus fructum ſpiritualem
in nobis impedire conetur: non eſt abſtinẽ
dum, diſt. 6. non eſt peccatum. Hæc ille.

Quartum deuota oratio neceſſaria eſt ad E
ſacram communionem. Cap. 3.

TErtia diſpoſitio præparatiua ad hoc
3. Diſpoſitio eſt orō deuota.
ſacramẽtum, eſt oratio deuota. Tria
vero bona operatur in anima deuo-
ta oratio, quæ maxime conueniẽtia, & diſ-
poſitiua ſunt ad ſacram communionem.
Primum eſt intellectus illuminatio, ſecun-
dum affectus delectatio, tertium eſt animi
iucundatio.

Illuminatio.

Primum eſt intellectus illuminatio. Ideo
a Damaſc. ſic diffinitur oratio. Oratio eſt a- F.
ſcenſus intellectus in Deum. Aſcenſio eñ,
quidam eſt motus. Omnis autem motus eſt
ad aliquam perfectionem. Et ſic intellectus
aſcendendo ad Deum, ad perfectionem tẽ-
dere comprobatur. Talis quidem aſcenſus
in Deũm per creaturas fit quaſi per quandã
ſcalam. Nam conſiderando magnitudinem
vniuerſi, aſcendit in potentiam cratoris: at-
que ſtupens admiranter ait illud Apoc. 15.
Magna, & mirabilia ſunt opera tua Domi-
ne Deus omnipotens. Conſiderando vni-
uerſi ordinem, aſcendit in ſapientiam ordi-
natoris: atque admiratione tantæ ſapientiæ
plenus, eam cum propheta extollit, dicens. G
Ordinatione tua perſeueret dies, quoniam
omnia ſeruiunt tibi. Conſiderando inſuper
conſeruationem atq; ſubſiſtentiam vniuer-
ſi, aſcendit ad beniuolẽtiam gubernatoris,
totnm conatum ponens, vt diligat Deum,
iuxta Domini præceptum, Matth. 22. dicẽs.
Diliges Dominum Deũ tuum ex toto cor-
de tuo. ideſt ſuper exteriora, & in tota ani-
ma tua, ideſt ſuper interiora, & in omni mẽ
te tua, ideſt ſupra ſuperiora, & ſic aſcenden
do ad attributa, aſcendit intellectus quo-
dammodo ad perſonas, ibique quieſcit af-
fluens delitijs ſempiternis, licet non per-
manſurus. Vnde Auguſt. Feciſti nos Deus H
ad te, & eſt inquietum cor noſtrum, donec
requieſcamus in te. Et iterum idem ſupra
pſal. ait: Puræ orationis magna eſt virtus, &
velut fidelis nuncius mandatum peragit, &
penetrat, quò caro non peruenit. Vnde
Bernar. ait: Quando fidelis, & humilis, &
feruens oratio fuerit, cęlum ſine dubio pe-
netrabit. Vnde certum eſt, quòd vacua re-
dire non poſſet.

Delectatio.

Secundnm vero orationis bonum, eſt
affectus delectatio. Vnde ab alijs oratio diſ
finitur ſic. Oratio eſt pius affectus in Deum
directus. Siquidẽ imperfectus affectus ob-
liquatur

A liquatur in creaturis, nec purè delectatur in eis, eo ꝙ delectatio inquantum in creatura experitur, ſemper commiſcetur amaritudini. Nam ſi delectatur in diuitijs, laborat in acquirendo eas, timet in cuſtodiendo, & dolet in amittendo, ſi delectatur in filijs, non tantum delectatur in eorum generatione, quantum amaricatur in eorum amiſſione. Inſuper ſi delectatur in delitijs, momẽtanea eſt hæc delectatio: ſed æterna eſt cruciatio eius. Ideo Auguſt. ait. Iuſſiſti Domine, & ſic eſt: vt pœna ſibi ſit omnis inordinatus animus. Fugiam itaque, & libenter

Auguſt.

B fugiam, vt tu dulceſcas mihi, dulcedo non fallax: dulcedo felix, & ſecura. Hunc quidẽ affectum per peccatum ſic diſtortũ oratio dirigit in Deum, in quo eſt delectatio conſummata, ſicut pſal. teſtatur dicens, delectationes in dextera eius vſque in finem. Illa vero dulcedo nulla amaritudine admiſcetur. Vnde Caſſiodo. ſuper pſal. Oratio ſerenat, cor abſtrahit a mundanis, mundat a vitijs, ſubleuat ad cœleſtia, reddit capaciorẽ, & digniorem ad ſuſcipienda ſpiritualia bona, ſcilicet ſicut conuenit huic ſanctiſſimo ſacramento. Tertium orationis bonum, eſt iucundatio. Ideo alio modo diffiniri ſolet. Oratio eſt deuotio quędam ex compũctione procedens. In tali quidem deuotione,

C inexplicabili modo animus iucundatur. Vnde cum mens orantis per deuotionem accenditur in fletus, & ſuſpiria, in iubilos, atque voces inconſideratè prorumpit. Hæc ſiquidẽ orõnis bona ſunt aromata illa de q̃bus Mar. 16. dr̃, myſticè ſcriptum eſt. Maria Magdale. & Iacobi, & Salome, emerũt aromata, vt venientes vngerẽt Ieſum. Et ſi forte aliquid deficit ad dignam præparationẽ ad hoc ſacramentum, ſuppleamus per ſpiritualium aromatum: ideſt, orationum oblationem: iuxta quod 2. Paral. 3. myſticè dici-

D tur. Magna pars populi de Effraim, & Manaſſe de Iſachar, & Zabulon, quę ſanctificata non fuerat, comedit Phaſe. Iuxta quod ſcriptum eſt, & orauit pro eis Ezechias dicens: Deus bonus ptopitiabitur cunctis, q̃ in toto corde requirunt Dominum patrum ſuorum, & non imputabitur, quòd minus ſanctificati ſunt, quẽ exaudiuit Dominus. Vnde de conſe. diſt. 2. c. quotidie, Augu. ait. Quãuis quis pro peccato mordeatur, peccandi tamen de cætero non habeat voluntatem, & communicaturus ſatisfaciat lachrymis, & orationibus, confidens de Domini miſeratione, accedat ad Euchariſtiam intrepidus, & ſecurus. Hoc de illo dico, quẽ peccata mortalia non grauant. Hæc ille. Sed E

contra hoc obijcit Scot. in 4. diſt. 9. dicens: Ex his igitur verbis videtur, ꝙ ad hoc ſacramentum quis ſecurus non poteſt accedere, niſi ſit ſine voluntate peccandi venialiter, & de præteritis lachrymis, & orationibus ſatisfecerit. Et reſpondet dicens, ꝙ poteſt intelligi de mortali peccato, non quòd iam ineſt: neque de præterito ſine omni pœnitentia, ſed iam confeſſo. Sed ſi mordeatur ꝙ non completè ſatisfecit, & tunc intelligitur de mortali culpa, quod ſequitur, quem peccata mortalia non grauant, ſupple in actu, vel præterita ſine pœnitentia ſubſequẽ- F

ti: quia de peccato veniali non neceſſe eſt pœnitere. Sed hic punctus eſt valde prudenter prædicandus. Supradicta tria orationis bona miro modo diſponunt totam animam ad debitam, & deuotam ſuſceptionẽ huius ſacramenti, ſi debito modo fiant. Ad hunc debitum modum duo maximum præſtant adiuuamentum. ſ. mentis recollectio, & mentis retentio, ſcilicet ne per illicitas cogitationes vagetur. Et de his duobus, Matt. 6. Dominus ait: Tu autem ſi oraueris, intra in cubiculum tuum, ſcilicet per mentis recollectionem: & clauſo oſtio, ſ. per mentis retentionem: ora patrem tuum in G

abſcondito. Quod etiam ad litteram vtillimum eſt ſeruare ei, qui hoc ſacramentum ſuſcepturus eſt.

Quæſtio.

Quæſtio prima.

Sed quid de illis, qui indeuote accedunt ad hoc ſanctiſſimum ſacramentum? Dicendũ quòd indeuotio duplex eſſe poteſt: vna actualis, alia habitualis. Prima quidem actualis eſt, ſcilicet cũ quis habitualiter eſt deuotus, habens in conſuetudine cum reuerentia, attentione, & deuotione debita, frequentare ſacram communionem, & tamẽ aliquando cum aliqua diſtractione accedit: H

talis inquam non mortaliter, ſed venialiter peccat. Secunda autem eſt deuotio habitualis, cum quis ſacramentum frequentat ſine deuotione, vel ſine ſui cognitione condigna, & deuotione condigna: & tanti beneficij attentione, & mentis in Deũ eleuatione condigna. Et talis grauiter peccat, quia omittit illud, quod tenetur. Peccat autem propter tria: Primo propter diuinitatis ſummam altitudinem, ſecundo propter humanitatis excellentiam ſingularem: atq; illius admirabilem paſsionem, quæ in hoc ſacramento repræſentatur. Tertio propter tantã dignationẽ tanti, & tantæ grãæ nobis factæ.

Cum quis ſacri frequẽtat ſine deuotione grauiter peccat.

Quæ-

A *Quæſtio ſecunda.*

Quæritur etiam, vtrum habenti voluntatem accedendi ad hoc ſacramentum, ſit melius frequenter accedere, quàm tardè, vel rarò? Dicendum ꝙ cum ſacramenti perceptio debitam requirat peccatorum purgationem, & mentalem eleuationem, ſeu reuerentiam, atque deuotionem: ſi quis quali bet die paratus ſit prædictis modis, & aliud impedimentum non habeat, vtile eſt hoc ſacramentum frequentare. Cuius ratio eſt, quia ex hoc conuenienter diſpoſitus ſemper reportat aliquem fructum alicuius gratiæ ſingularis, & aliquam ſpiritualem gratiam ſeu conſolationem, atque refectionẽ, & virtutum atque meriti augmẽtationem, eo quòd amplius firmet, & continuet mentis ſuæ ad Deum deuotã, & debitam vnionem: necnon etiam propter huiuſmodi ſacramenti efficaciam acquirit maiorem amorem atque feruorem, ſicut patet ſermo. 54. art. 3. quaſi per totum. Si autem homo non ſentiat congruam deuotionem, aut habeat aliquod ſpirituale impedimentum: vtilius eſt aliquando dimittere, nec nimium frequentare: quia abſque deuotione, & præparatione congrua frequentare, modicum reportat fructum: ſicut ad ſenſum de multis patet. In his vero quilibet poteſt ſeipſum examinare, & ſtatum atq; conditiones ſuas penſare. Et ſi omnibus hinc inde penſatis ſentit notabilem fructum in anima ſua ex frequentatione illius, tali expedit frequentare illud: dum tamen ſemper ſit abſq; mortali culpa, & cũ deuotione accedat. Si quis autem ſentit ex tali frequentatione ad hoc ſacramentum irreuerentiam augumentari, aut adſe præparandum maiorẽ contemptũ, vel negligentiam generari: expedit ei aſſumere illud raro. Concor. Tho. in 4. diſt. 12. Alexan. vero de Ales in 4. ait, quòd talis quæſtio de frequentatione communicationis, determinanda eſt habita conſideratione ad fidem, & deuotionem accedentis. Si enim ex continua deuotione, & deſiderio continuo, & confidentia de aſſequendo effectus huiuſmodi ſacramenti aliquis in ſingulis diebus accederet, æſtimo ꝙ valeret ei frequentatio talis. Si vero quis ex reuerentia tanti ſacramenti, & ex timore tantæ indignitatis frequenter deſiſteret: æſtimo ꝙ ex illa reuerentia, & timore proficeret. Vnde dico, quòd determinatio huius caſus relinquenda eſt piæ credulitati accedentis. Vnde Augu. de conſe. diſt. 2. c. quotidie ait. Quiſpiam non quotidie euchariſtiam accipiẽdam, alius affirmat quotidie: faciat vnuſquiſque, quod ſecundum fidẽ ſuam piècredit eſſe faciendum: neque enim litigauerũt inter ſe, aut quiſque eorum ſe alteri præpoſuit, Zacheus, & ille centurio: cum alter eorũ gaudens in domo ſua ſuſceperit Dominum, alter Domino dixerit, Domine non ſum dignus, vt intres ſub tectum meum: Ambo Saluatorem honorificantes, quãuis non vno modo: Ambo peccatis miſeri, ambo miſericordiam ſunt conſecuti. Hæc ille. Quæri etiam poteſt, quare anachoritæ rarò communicabãt? & maxime illi, qui multis annis in deſertis ſolitarij habitabant. Dicendum eſt, quòd anachoritæ aliquando cõmunicabant, ſecundum quòd hoc magis eis erat conueniens, & expediens ad vitam illam cõtinuandam. Quidam vero rariſſimè, quia continue diuinitus reficiebantur, & hoc ſacramentũ ſpiritualiter manducabant. Et hoc quidem expediebat eis amplius, ꝙ contrarium, ſecundum ſtatum ſuum, & ſecundum regimen, quo diuinitus regebantur. Si tamen abſque diſtractione, vel ſui ſtatus periclitatione, aut cum gentibus implicatione, hoc ſacramentum paratum fuiſſet eis: credendum vtique eſt, quòd illud amplius frequentaſſent: nam ſpiritus in his regebat atque ducebat eos, ſecundum ꝙ eis expediebat. Quod enim nos ex frequentatione colligimus, ipſi habebant in ſpiritu altiori, & vniuerſali a mundo ſequeſtratione, & continua in Deum ſuſpenſione, & ardenti deuotione.

B C D E F G

ARTICVLVS TERTIVS

De præparatione, quam debet homo facere ad hoc ſacramentum in paſchali Agno myſticè demonſtrata. H

TErtia eſt præparatio conſummatiua, ꝙ Exo. 12. in agno paſchali myſticè figuratur. Nam quantum ad id, per quod ſumens dignè præparare ſe debet, in illo agno monſtratum eſt: quia ipſe Chriſtus eſt verè agnus Dei, qui tollit peccata mundi, Ioan. 1. Porrò circa illam agni figuram, & comeſtionem eius, tria contemplanda ſunt. Primo manducandi ritus, ſecundo manducandi cultus, tertio manducandi guſtus. *Quæſtio. 3. Præparatio.*

De

A *De triplici ritu, ſecundum quem in myſterium Sacramenti manducandus erat paſchalis Agnus.*

Cap. 1.

1. Mãducãdi ritus circa quẽ tria conſideremus. PRimo manducandi titus contemplandus eſt. Circa quem tria conſideremus. Primo, quando erat manducandus: ſecundo, qualis erat manducandus: tertio, quid erat in eo manducandum. Tempus enim erat menſis primus, dies decima, luna decimaquarta, & hora veſpertina. In his omnibus myſticus
B ſenſus quærendus eſt. Nam primus menſis ſignificat perfectam teſormationem pœnitentiæ, dies decima perfectam obſeruationem legis diuinæ, luna. 14. perfectam ſignificat obſeruationem operis virtuoſi, hora veſpertina perfectam obſeruationẽ perſeuerantiæ. Sola enim perſeuerantia, ſecundum hoc, inter cæteras virtutes triumphat. Proinde licet in alijs temporibus ſit præparatio agni: in ſola tamẽ veſpertina hora eſt ſumptio eius: quia ſemper cum nunquam mortaliter peccãdo propoſito ſumi debet, quaſi tali menti ſemper occidat ſol omnis gloriæ tempotalis, ac ſi in veſpera mortis
C exiſteret, ſic ad amorem Domini Ieſu omnis ei mundi claritas obſcuretur. Secundo conſideremus, qualis erat comedendus. Nã præceptum erat, quòd nihil ſumeretur crudum, nihil lixum, nihil frixum: totum aſſum, incenſum totũ. Ctudum ſumit deſidioſa indiſcuſſio, ideſt, qui mentem ſuam diligenter non diſcutit. Vel qui non cogitat, quod recipit: aut purum hominem Chriſtũ credit. Lixum ſumit accidioſa indeuotio, ideſt, qui mente diſtracta ac terreno affectu humida, & inſipiditate tota aquea, ad ſacramentum diſſolutus accedit. Frixum ſumit præſumptuoſa perſcrutatio, hoc eſt, qui de
D ſacramento præſumptuoſè inquirit. Aſſum & incenſum ſumit lachrymoſa deuotio, atque ſtudioſa gratiarum actio.

Tertio conſideremus, quid in eo erat comedendum: quia præceptum erat, quòd caput agni cum inteſtinis, & pedibus vorari deberet. In quo myſticè deſignatur, quòd in hoc ſacramento totus Chriſtus cum diuinitate, & anima, & corpore ibi cõtinetur, & ſnmitur: caput, diuinitas: inteſtina, anima: pedes vero, ſunt corpus Chcilti.

De triplici cultu, ſecundum quem in myſterium corporis Chriſti Agnus paſchalis manducandus eſt. E

Cap. 2.

SEcundo contemplandus eſt manducandi cultus, qui triplex erat. Debebat enim eſſe manducans agnum, primo calceatus pedibus, ſecũdo accinctus renibus, tertio tenens baculum in manibus. Ex his omnibus aliquid morale intelligẽdum eſt. *2. Contẽplandus eſt manducandi cultus.*
Primo in pedum calceatione duo intellige, ſcilicet conculcationem concupiſcentiæ, & F
obſeruationem diſciplinæ. Ad talem animam loquitur ſponſus, Cant. 7. dicens, pulchri ſunt greſſus tui in calceamentis filia Principis. Secundo in renum accinctione: duo quoque comprehende, ſcilicet abiectionem immunditiæ, & exemplum bonum munditiæ, ſicut Luc. 12. Dominus ait: Sint lumbi veſtri præcincti, & lucernæ ardentes in manibus veſtris. Quod exponẽs Gregor. ait. Lumbos enim præcingimus, cum carnis luxuriam per continentiam coarctamus. Et ſequitur: Lucernas quippe ardentes in manibus tenemus, cum per bona G
opera proximis noſtris lucis exempla monſtramus. Tertio vero in baculi ſuſtentatione, etiam duo intelligenda ſunt, ſcilicet toleratio patientiæ, & peregrinatio gratiæ: vt poſſet dicere cum Iacob illud Gene. 32. In baculo meo tranſiui Iordanem.

De triplici ferculo, quo corpus Chriſti varie ſaporatur. *Cap. 3.*

TErtio conſiderandus eſt in ſacramento manducandi guſtus, qui ex tribus ferculis generatur. Primum ferculum eſt lactucæ agreſtes, ſecundum panes azimi, tertium eſt ſanguis agni. In primo oſtenditur dolor offenſionis, in ſecundo rectitudo intentionis, in tertio guſtus communionis. *3. Mãducandi guſtus, q ex tribus ferculis generatur.* H
Primum enim ferculum, ſunt lactucæ agreſtes: ideſt, dolor offenſionis, cum quo comedẽdus eſt iſte ſacratus panis: quia in ſumptione eius compungi debemus de peccatis noſtris, vt amaritudo pœnitentiæ abſtergat amorem peruerſæ vitæ: vt cum Iſa. 38. dicere valeat, ecce in pace. i. in conſcientiæ quiete, amaritudo mea amariſſima. Amara quidem, quia æternam damnationem incurri: amarior quidẽ, quia paradiſum amiſi: ſed amariſſima, quia Deum offendi. Et iterum in eodem c. idem ait, Re-

A cogitabo tibi omnes annos meos in amaritudine animæ meæ. Secundum vero ferculum, ſunt panes azimi, ideſt, puritas intentionis, & rectitudinis. Proinde. 1. Corinthio. 5. Apoſtolus ait, itaque epulemur non in fermento veteri, ideſt, non in corruptione peccati ſuperbiæ, q̃ fit in Deũ, neq; in fermento malitiæ, quod fit in proximũ, & nequitiæ, quæ fit in ſeipſum: ſed in azimis ſinceritatis, & veritatis. In ſinceritate a corruptione vitiorum, & in veritate, ſcilicet operum bonorum: hoc eſt ſtudeamus eſſe in nouitate vitæ ſine omni frau-
B de. Vnde cum Dominus Exod. 12. eſum agni: ideſt, huius ſacramenti myſteria ordinaſſet: ſubdit ſtatim: Quicunque comederit fermentum, peribit anima illa de Iſrael. Fermentatum quidem comedere, eſt in ſumptione huius ſacramenti ſimulatam habere intentionem. Sunt nanque plerique, qui vt videantur iuſti, aut ne reputentur alijs deteriores: cum cauteriata conſcientia conſumunt Dominicum ſacramẽtum. Sed audiant ſententiã Dei per Apoſtolum. 1. Corinth. 11. promulgatam, qui ait: Qui enim manducat, & bibit indignè,
C iudicium ſibi manducat, & bibit: planè ſequendum eſt conſilium Auguſtini, qui ait. *Auguſt.* Aſcendat homo aduerſum ſe tribunal mẽtis ſuæ, & conſtituto in corde iudicio, aſſiſtat accuſatrix cogitatio, & teſtis conſcientiæ, & iudex ratio, & carnifex timor Domini. Inde quidem ſanguis animæ confitentis per lachrymas defluat, & ſic ceſſat diuina vindicta, cum confeſſio, & correptio præcedat humana: ac per hoc dignus erit homo ſumere hoc venerabile ſacramentum. Tertium ferculum, eſt ſanguis Agni, qui ſignificat guſtum communionis. Hic ponendus eſt ſuper vtrumque po-
D ſtem, & inſuper liminaribus domorum. In quibus triplex communio figurabiliter demonſtratur. Prima eſt ſpiritualis, ſecunda eſt ſacramentalis, tertia vero eſt exemplaris. Prima vero ſpiritualis eſt, Quando Chriſtus ſumitur ore cordis: de qua Dominus ait Ioan. 6. dicens: Niſi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius ſanguinem, non habebitis vitam in vobis: & hoc eſt ponere ſanguinem ſupra oſtij dextrum poſtem.

Secunda communio eſt ſacramentalis, quod eſt ſumere hoc venerandnm ſacramentum ore corporis: ad qnam obligat nos eccleſia, extra de pœni. & remiſ. cap. omnis vtriuſque ſexus: vbi dicitur: Om-
E nis vtriuſque ſexus fidelis, poſtquàm ad annos diſcretionis peruenerit, omnia peccata ſua ſaltem ſemel in anno fideliter confiteatur proprio ſacerdoti, & iniunctam ſibi pœnitentiam proprijs viribus ſtudeat adimplere, ſuſcipiens reuerenter adminus in Paſcha Euchariſtiæ ſacramentum. Et ſequitur: Alioquin, & viuens ab ingreſſu eccleſiæ arceatur, & moriens Chriſtiana careat ſepultura. Et taliter ſumere corpus Chriſti, eſt ponere ſanguinem Agni ſupra ſiniſtrum poſtem oſtij domus. De hac duplici communione habetur de conſecra. diſtin. ſecunda, cap. quid ſit: vbi Gregorius inquit: Quid ſit ſanguis agni, non
F iam audiendo, ſed bibendo didiciſtis. Qui ſanguis ſupra vtrunque poſtem ponitur, quando non ſolum ore corporis, ſed etiam ore cordis hauritur. Bonauentura vero in. 4. diſtin. 12. addit, quòd quilibet non tantum in anno ſemel, ſed etiam in morte tenetur homo ſuſcipere corpus Chriſti: alitet mortaliter peccat.

Tertia eſt communio exemplaris. Quia communio ſaltem in paſcha, non in ſecreto, nec in abſcondito: ſed coram populo aſſumenda eſt in aliorum exemplum, cum hoc ſacramentum communio nuncupatur, G ſeu ſynaxis Græcè. Nam ſecundum Damaſce. libro quarto: ideo dicitur communio, quia communicamus per ipſam in Xp̃o, & quia participamus eius carnem, & diuinitatem, & quia communicamus, & vnimur adinuicem per ipſam. Et hoc eſt ponere ſanguinem agni in ſuperliminaribus oſtiorum, & in manifeſto, iuxta ſententiam Saluatoris, Matth. 5. Sic luceat lux veſtra coram hominibus, vt videant opera veſtra bona, & glorificent patrem veſtrum, qui in cœlis eſt.

DOMINICA RESVRrectionis Chriſti. H

Sermo LVIII.

SVrrexit, non eſt hic. Marc. 16. & in Euangelio hodierno. Ad optatum, & deſiderabilem finem religionis chriſtianæ, hoc eſt ad reſurrectionis gloriam cõtemplandam: iam, Chriſto duce, perducti ſumus, de qua decẽ contemplationes in præſenti tractatu per ordinem diſtinguamus. Prima erit de reſurrectio-

10. Contemplationes ad reſurrectionem Xp̃i contemplandam.

A rectione capitis Domini noſtri Ieſu Chriſti, ſecunda de reſurrectione, & perpetuitate myſtici corporis Ieſu Chriſti, tertia de vniuerſali regno, & Domino Ieſu filio Dei, quarta de gratia, & gloria ſpirituum beatorum, quinta de admirabili gratia, & gloria Virginis matris Dei, ſexta de gloria ſubſtantiali, ſeu eſſentiali animarum ſanctarum, ſeptima de gloria conſubſtantiali corporum beatorum, octaua de gloria accidentali, quæ eſt in beatis, nona de exercitijs beatorum, decima de ſaccomano paradiſi. Surrexit, nō eſt hic. Iterum ibi ſupra, ſic enim Auguſt. in quodam ſermone de paſchate ait: Surrexit

Auguſt.

B Chriſtus, exultet vniuerſus mundus. Par etenim eſt, vt ſicut omnis creatura luciuago doluit ploratu in morte creatoris ſui, & quæ funere noctis obſcuræ proſecuta exequias in cruce morientis: ita nunc triūphalem ab inferis reditum læta ſuſcipiat reſurgentis: quia ſic propheta ait: Hęc dies, quam fecit Domin⁹: exultemus, & lætemur in ea. Ad primam igitur contemplationem, quæ eſt de reſurrectione capitis noſtri, mentis oculos eleuantes, toto corde credere obligamur angelico verbo, tanquam vnum de fidei articulis nunciatis, Surrexit, non eſt

C hic. De qua reſurrectione tria contemplemur ad præſens. Primo reſurrectionis Chriſti neceſſitatem, ſecundo reſurrectionis Chriſti temporalitatem, tertio reſurrectionis Chriſti iucunditatem.

Articvlvs Primvs

Quòd triplici reſpectu fuit neceſſaria reſurrectio Chriſti.

1. Contēplatio neceſſaria reſurrectionis Chriſti.

PRimo contemplemur reſurrectionis Chriſti neceſſitatem. Secundum enim Alexan. de Ales in 3. dupliciter neceſſaria fuit. Primo viatoribus, ſecundo compræhenſoribus, tertio addi poteſt, quòd quodammodo fuit

D neceſſaria damnatis.

Quòd Chriſti reſurrectio viatoribus neceſſaria fuit, & maxime propter tria. Cap. 1.

1. Fuit neceſſaria viatorib⁹ pp tria.

PRimo eṁ reſurrectio Chriſti fuit neceſſaria viatoribus ꝑpter tria. Primo propter iuſtificationem, ſecundo propter reconciliationem, tertio propter multiplicationem, ſeu ampliationem, hoc eſt propter gratiam acquirendam, reformandam, & multiplicandam. Primo autem neceſſaria fuit propter iuſtificationem: vnde ait Apoſtolus ad Roma. 4. Reſurrexit propter iuſtificationem noſtram. Et iterum, c. 5. ait idem, nos ſaluati ſumus ab ira per ipſum. Saluatio autem eſt terminus a quo, ſcilicet a pœna. Saluari vero in vita, eſt terminus ad quem, ſcilicet ad vitam æternam. Vnde glo. ibidem ait, vt iuſtè viuamus, qui aliter viuere non poteramus. Si igitur per animam ſolum deſcendentem ad inferos Chriſtus mortuus ſaluauit nos ab ira: ergo ad ſaluādum in vita exigitur, quòd ſit viuus: ergo exigitur tāquam neceſſaria reſurrectio eius. E F

Secundo reſurrexit propter reconciliationem, ſcilicet ſi caſu iam iuſtificati, iterum ceciderimus in peccatum. Hinc ad Hebr. 9. ait Apoſtolus, vt appareat vultui Dei pro nobis, ſcilicet cum corpore, & anima, vt oret patrem pro nobis. Et ideo quidam dicūt, quòd ipſe quodammodo cauſa meritoria eſt, vt omnipotens pater miſereatur noſtri. Tertio vero reſurrexit propter multiplicationem, ſeu ampliationem, ſcilicet diſpoſitionis ad ſuſcipiendum gratiam: & hoc eſt ex parte ſuſcipientis gratiam ipſam: hic tota humana natura ordinatur ad Chriſtū, G & poſtquàm aſſumpta etiam a ſanctis Angelis magna ei reuerentia exhibetur. In cuius myſterium, Apoc. 19. cum enim loquentem vellet Angelum adorare, ait ei Angelus. Vide, ne feceris, quia conſeruus tuus ſum, & fratrum tuorum habentium teſtimonium Ieſu: propterea aduertendum eſt, quòd ipſa humana natura copioſiorem gratiam ſuſcipere, quàm antea poſſet: vnde in carnis aſſumptione huiuſmodi diſpoſitionem accepit: in paſſione vero maiorem diſpoſitionem ſuſcepit, ſed in reſurrectione etiam ampliorem recepit. Hinc eſt quòd H in natura humana diſpoſitio generalis amplior eſt ad gratiam ex natura eiuſdem ſpeciei, quæ reſurrexit in Chriſto, eo quòd eſt gratior facta Deo: propterea in credente eſt diſpoſitio perſonalis, ſecundum quòd ait Apoſtolus ad Roma. 4. Reſurrexit propter iuſtificationem noſtram, mortuus eſt propter delicta noſtra, quod quidem propter fidem atque dilectionem eſt dictum. Intelligendum eſt ergo, quòd reſurrectio iuſtificat, ſimiliter & paſſio: ſed paſſio iuſtificat in adultis tantum propter fidem, & amorem, hoc eſt, vt credita, & dilecta. Quia igitur ex hoc habeatur iuſtificationis effectus, vnde ſufficiens cauſa iuſtifica-

A tionis eſt paſſio. Sed efficiens non niſi etiã credatur Deus paſſus, ad quòd quidem maximè operatur. Vnde ſuper illud prophetę, quæ vtilitas in ſanguine meo, gloſa ait: Si ſtatim non reſurgo,corruptumque fuerit corpus meum,nemini annunciabo,nullum lucrabor;& ita peribit confeſſio,id eſt teſtimonium veritatis. Et ideo dicitur Act.2. quem Dominus ſuſcitauit ſolutis dolorib⁹ inferni, glo.ait, Aſſertio eſt reſurrectionis huius. Et ſic ex dictis patet,ꝙ neceſſaria eſt reſurrectio viatoribus.

B *Quòd reſurrectio Chriſti, propter tria compræhenſoribus neceſſaria fuit. Cap. 2.*

2.Fuit neceſſaria cõprahenſoribus,et maxime vt tribus gloria creſcat.

SEcundò reſurrectio Chriſti neceſſaria fuit compræhenſoribus,ſeu beatis, & maximè vt tribus gloria creſcat.Primò beatis Angelis, ſecundò beatis animabus, tertiò beatis corporibus. Primò inquam, vt creſcat maior gloria Angelis etiam in p̃ſenti, quia glorificata humanitate Chriſti in eo duplex delectatio reperitur. Vna in contemplatione deitatis, alia in contemplatione humanitatis, in quam deſiderant Angeli proſpicere,vt dicitur.1.Pet.1. Secũ-
C dò, vt creſcat maior gloria animabus beatis inſuper etiam de præſenti, ſicut etiam de Angelis dictum eſt. Tertiò vero, vt creſcat maior gloria beatis corporibus. Nam ad reſurrectionem corporum, reſurrectio cauſa erat reſurrectionis futuræ, & in futuro. Vnde in pſal. Ad veſperum demorabitur fletus,& ad matutinum lætitia.Vbi glo. ait,Dominus mane reſurrexit, id eſt,nobis promittens per ſuam reſurrectionem, quæ eſt efficiens cauſa reſurrectionis noſtræ, & animæ & corporis: ambo enim delectabũtur in gloria Ieſu Chriſti, ſicut Ioan.10.ipſe ait, Ego ſum oſtium, per me ſi quis in-
D troierit, ſaluabitur, ſcilicet in gloria ſempiterna, & ingredietur, ſcilicet ad fruendũ gloria, quæ erit in anima mea,cum diuinitate adiuncta; & egredietur,ſcilicet ad contemplandum humanitatem meam: & paſcua inueniet,id eſt,delectationes immenſas reperiet in vtriſque. Ex dictis igitur euidenter patet,ꝙ reſurrectio compræhenſoribus neceſſaria fuit.

Quòd damnatis fuit neceſſaria reſurrectio Chriſti, & maxime propter tria. Cap. 3. B

3.Fuit neceſſaria ꝑ damnatis ꝑ tria.

TErtiò Chriſti reſurrectio fuit etiam neceſſaria pro damnatis, & maximè, vt inferno ex iuſtitia Dei tribus maior afflictio creſcat. Primò dęmonibus, ſecundò ſpiritibus, tertiò corporibus.

Primò inquam, vt creſcat maior afflictio dęmonibus, qui in creationis exordio Chriſtum incarnatum viderunt, & illi inuiderunt, ſecundum Bernard. & inuidia diaboli mors intrauit in orbem terrarum, F
vt dicitur Sapien.3. Quarto putas ergo cruciatu liuoris alijs incompræhenſibilibus pœnis illos torqueri,quando illum ſentiunt exaltatum ad dexteram Dei patris, atque in cœlo & in terra, id eſt, in toto vniuerſo, ſcilicet qua per gloriam remunerem compræhenſores, gubernem per gratiam viatores,& per iuſtitiam cruciam inferos offenſores: vnde dę dęmonibus ab eo cruciatis per Iſaiam.63. ipſe ait. Calcaui eos in furore meo, & conculcaui eos in ira mea.

Secundò reſurrexit Dominus Ieſus Chriſtus,vt creſcat maior afflictio ipſis anima- G
bus damnatis, quæ vident quòd Chriſtus, pro liberatione earum mortuus eſt & reſurrexit,quem ipſę tam viliter contempſerunt.Vnde Apocal.14. de talibus Ioan. ait, Cruciabuntur igne, & ſulphure, ſcilicet pro peccatis iraſcibilis partis & concupiſcibilis: ecce pœna ſenſus, in conſpectu Angelorum ſanctorum, & in conſpectu agni, ſcilicet in gloria ſuſcitati:quia damnati conſpiciunt ſe priuatos ſempiierna vita, & participatione gloriæ Chriſti, & conſortij Angelorum:ecce pœna damni, quæ grauior eſt, ſecundum Hieronymum quàm pœna ſenſus. H

Tertiò vero reſurrexit, vt creſcat maior afflictio corporibus damnatorũ, quod quidem poſt vltimum iudicium futurum eſt. Vnde Apocal.1.dicitur. Videbit eum omnis oculus, & qui eum pupugerunt, id eſt,criminaliter offenderunt. Et iterum.c.14.ait de damnato homine, Bibet de vino iræ Dei.Quid per vinum, niſi tormenta interna & ſpiritualia denotantur? Sicut enim cum bibitur vinum, non ſolum in corpore recipitur, verum etiam ab intra per totum corpus diffunditur:ſic quidem ſpiritualis pœna in mente dãnati hominis

A minis iam recepta, non ſolum mentem ipſam per totum penetrat, ſed etiam in corpora ipſa redundat. Vnde Iob 21. Videbunt oculi eius interfectionem ſuam, ideſt, ſeparationem a glorioſa vita, quæ eſt in Chriſto Ieſu: ecce pœna damni, & de furore omnipotentis bibet: ecce pœna mentalis, & corporalis ſenſus, quibus damnati æternaliter punientur. Et ſic patet quòd Chriſti reſurrectio etiam infernalibus ex iuſtitia neceſſaria comprobatur.

ARTICVLVS SECVNDVS

B

De triplici tempore, quod in Chriſti reſurrectione concurrit.

SEcundo contemplemur reſurrectionis Chriſti temporalitatem. Circa quam, ſecundum ſcientiā Alexandri de Ales, triplex conſideremus tempus. Primo tempus feſtinatum, ſecundo tempus expectatum, tertio tempus determinatum.

Conſideratur tempus.

C

2. Contemplatio temporalis resurrectionis Christi.

PRimo cōſideremus Chriſti reſurrectionis tempus deſtinatū. Nō conueniens enim fuit reſurrectionem Chriſti vſque ad generalem reſurrectionem omnium corporum retardare. Et hoc primo, nec quantum ad ipſum, ſecundo nec quantum ad nos. Primo enim quantum ad ipſum, non debuit Chriſtus retardare eam, & hoc maxime pp duo. Primo propter diſſimilitudinem, ſecundo propter dignitatem. Primo propter diſſimilitudinem, quia non eſt ſimilis conditio ſua conditioni noſtræ: nam ſua eſt a principio cœleſti, ſicut Apoſtolus. 1. Corinth. 15. ait, Secundus homo de cœlo
D cœleſtis. glo. ait, quia non eſt de humano ritu, ſed nutu diuino conceptus eſt, & natus. Noſtra vero conditio de principio terreno eſt: vnde ibidem glo. ait, qualis terrenus, tales terreni. Secundo propter dignitatem: quia enim Chriſtus primus eſt, & maximus in dignitate, ideo dignum eſt, vt prius reſugat in gloriæ ſublimitate: ideo Apoc. 1. Princeps Regum terræ nominatur. Secundo vero non fuit conueniens, quantum ad nos, quòd differretur tantum reſurrectio eius: immo neceſſarium erat nobis, & hoc maxime propter tria, ſcilicet vt generaret in nobis, primo fidem, ſecundo ſpem, tertio charitatem. E

Primo quidem, vt generaret, & faceret in nobis fidem reſurrectionis ſuæ: quia niſi reſurgeret, quaſi nullus deinceps crederet ipſum eſſe Deum. Secundo, vt generaret in nobis ſpem reſurrectionis noſtræ: ideo Apoc. 1. dictus eſt rex primogenitus mortuorum meritò dictus eſt, eo quòd primus in hoc ſæculo vixit, vt ipſe moreretur, & filios ſuos gignerer morituros. Sic etiam meritò Chriſtus dicatur primogenitus mortuorum, quando primus in alio ſæculo a morte ſurgens vixit, vt ipſe in æternum viueret, ac filios in æternum victuros non F ſolum meritis, & gratia generaret: verum etiam nobis firmam ſpem de reſurrectione noſtra præſtaret. Maximus quoque in ſermone de paſchate ait: eſt in Chriſto homine reſuſcitato vniuſcuiuſque noſtrum caro, ſanguis, & portio: vbi ergo portio mea regnat, regnare credo me: vbi dominatur ſanguis meus, dominari me ſentio: vbi vero glorificatur caro mea, ibi me glorioſum eſſe cognoſco. Et iterum Gregorius ſuper illud. 14. moralis. Scio, quòd redemptor meus viuit, ſic ait: Redemptor noſter ſuſcepit mortem, ne mori timeremus, oſtendit reſurrectionem, vt poſſe reſurgere confidamus. G Tertio vero, vt generaret in nobis charitatem: non enim poſſemus ita allici ad amorem gloriæ ſempiternæ, niſi daretur nobis forma, & exemplar reſurrectionis noſtræ: vnde primo Corinth. 15. primitiæ Chriſtus: ecce dignitas in Chriſto, per quam oportet reſurgere. Hinc glo. ibidem ait, primus tempore, maximus dignitate, qui prior reſurrexit, vt fidem faceret, & formam credentibus daret.

Tempus expectatum.

SEcundo conſideremus reſurrectionis Chriſti tempus expectatum: quia non H ſtatim reſurrexit poſt mortem, ſed poſt triduum expectauit. Vnde ſuper illud 1. Corinthiorum 15. reſurrexit tertia die, ait gloſa, probata vero morte, & hoc tertia die, vt oſtendatur ea poteſtate nos poſſe ſuſcitare. Si enim ſtatim reſurrexiſſet, non vere mortuus crederetur. Cum igitur deberet reſurgere, ita vt veram mortem probaret, differri debuit reſurrectio eius vſque ad tertium diem. Et maxime propter tria. Primo propter ſignificationem, ſecundo propter probationem, tertio propter oſtenſionem.

A Primo inquam propter ſignificationem. Vnde ſuper illud Luc. 24. Oportebat pati Chriſtũ, & reſurgere a mortuis tertia die, glo. ait. Meritò vna die, & duabus noctibus in ſepulchro iacuit: quia lucem, ideſt gratiam ſuæ mortis, quæ in carne, & anima erant, expoſuit: & hoc ad deſignandum, ꝙ lux ſuæ mortis duplicem noſtram mortem curauit. Secundo propter probationem: quia ſicut in ore duorum, vel trium ſtat omne verbum, ſicut dicitur Matth. 18. ſic in tribus diebus factum omne: vnde hic litteralis, ſcilicet vt probaret veram mortem, ſecundum glo. prædictam. Tertio propter
B oſtenſionem, ſcilicet ſuæ magnificæ poteſtatis: nam ſi ſtatim reſurrexiſſet, non videretur habere poteſtatem reſumendi animam ſuam, ſicut & ponendi. Sicut ipſe Ioan. 10. teſtatus eſt dicens: Poteſtatem habeo ponẽdi animam meam, & poteſtatem habeo iterum ſumendi eam. Et hoc eſt, quod ſuper illud. 1. Cor. 15. reſurrexit tertia die, glo. ait. Probata vero morte, &c. ſicut ſupra patuit.

Tempus determinatum.

TErtio conſideremus reſurrectionis Chriſti tempus determinatum, ſcilicet, qua die & hora Dñs reſurre-
C xit. Circa hoc primo conſideremus de die, ſecundo de hora. Primo inquam conſideremus de die. Circa quod aduertẽdum eſt, quòd Chriſtus in ſepulchro quieuit tribus diebus, & tribus noctibus: hoc eſt per tres naturales dies: feria ſexta cum præcedente nocte, vna extitit dies: & per ſynecdochen illa die ſtetit ibi. Item fuit ibi per totum diẽ ſabbati cum præcedenti nocte, & ſic per totum illum diem naturalem abſque ſynecdoche. Item nox præcedens Dominicam reſurrectionis, eſt vna naturalis dies, & per noctem fuit ibi, & ſic per diem naturalem per ſynecdochen ibi ſtetit in ſepultura: ta-
D men tantum fuit ibi per vnum diem artificialem, & per duas integras noctes. Hinc ſuper illud ad Roma. 6. Hoc ſcientes, quia vetus noſter homo crucifixus eſt, vt deſtruatur corpus peccati: gloſa ait. Quieuit Chriſtus in ſepulchro vna die, & duabus noctibus: quia noſtram duplicem vetuſtatem ſua ſimpla conſumpſit. Secundo conſideremus etiam de hora: ſanè quia de reſurrectionis hora in euangelico textu minime expreſſa veritas declaratur: ideo hic ſacri Doctores varie opinantur. Quidam enim dicunt, ꝙ Chriſtus reſurrexit in aurora, quidam quòd reſurrexit media nocte dicũt. Primo enim E
ſunt quidam, qui dicũt eum reſurrexiſſe in aurora, & huius ſententiæ eſt Aug. ſuper illud. 1. Mach. 3. elegit Lyſias Ptolomæũ, &c. ibi glo. ab hora mortis Chriſti vſque ad diluculum conſtant horę 40. ſi ipſa nona connumeretur: cum ergo dixerit, quòd reſurrexit in diluculo, videtur quòd non ſurrexit ante lucem. Secũdo etiam pro hac opinione multum facit, quòd eccleſia ſancta laudes canit in aurora in memoriam reſurrectionis Dñicæ, & ad gloriam reſurgentis. Secundo ſunt quidam, qui dicunt Chriſtum reſurrexiſſe in media nocte, atque his plurimum fauet. Primo id, quod habet tradi-
tio antiquorum, ſcilicet quòd Apoſtoli in F
vigilijs ſancti paſchæ chriſtianũ populum vſque ad noctis medium retinentes, & illa ſcilicet reſurrectionis Dominicæ, laudes cũ populo iubilãtes, poſt ad propria populum dimittebant. Tertio quoque cum hoc concordant figuræ Sampſonis, Iudic. 16. vbi dicitur ꝙ dormiuit Sampſon vſque ad mediũ noctis, ſcilicet in Gaza, & inde conſurgens appræhendit ambas portæ fores cum poſtibus ſuis, & ſera: impoſitaſque humeris portauit ad verticem montis: vbi gloſa ait: Sãpſon media nocte non ſolum exiuit, ſed &
portas tulit: quia redemptor noſter non ſo- G
lum de inferno liber exiuit: ſed & de inferni clauſtro portas deſtruxit. Tertio etiam multum facit ad hoc totum officium, quod in miſſa reſurrectionis in Sabbato decantatur. Nam miſſa illa, quæ nunc cantatur in meridie: in media nocte reſurrectionis Dominicæ antiquitus cantabatur: ſed nunc in myſterium tempus ab breuiantes, & occurrentes gaudio reſurgentis, Spiritu ſancto dictante, aſpectu corporali complemus, qđ de illa ſacratiſſima nocte fuerat ante prophetatum. Nox ſicut dies illuminabitur, & nox illuminatio mea in delitijs meis. Vnde
in cerei benedictione, huius ſacræ noctis H
myſterium commẽdatur, cum, hæc nox eſt, pluries iteratur. Dicitur etiam in collecta, Deus qui hanc ſacratiſſimam noctem gloria Dominicæ reſurrectionis illuſtras &c. Quarto quoque litteralis figura paſchæ Iudæorum, & exitus de Ægypto huic videtur ſententiæ conſentire, eo quòd media nocte educti ſunt de Ægypto. Vnde ait Dñs, Exod. 11. Media nocte ingrediar in Ægyptum, & morietur omne primogenitum in terra Ægyptiorum, & ſic vtranque opinionem concordans Alexan. de Ales in 3. ait, quòd prædicta non ſunt contraria: nam qñ

A dicitur, quòd ante lucem reſurrexit, reſpicit quod illud Ioan. 20. ait: Vna autem ſabbati Maria Magdalenæ venit mane, cum adhuc eſſent tenebræ, ad monumentum. Sic quoque intelligitur illud, quod Lu. 24. dicitur, valde mane: ideſt, antequam dies eſſet clara. In diluculo enim dies nondũ eſt clara. Et ſic patet, quòd Dominus reſurrexit inter mediã noctem, & clarã diem, & hoc modo vtraque opinio oſtenditur eſſe vera.

Articvlvs Tertivs

B *Tertio contemplemur reſurrectionis Chriſti iucunditatem. Triplex enim fuit in eius reſurrectione iucunditas, quale facti ſunt omnes. Prima fuit cordialis, ſecunda generalis, tertia materialis.*

Primo Fuit iucũditas cordialis.

PRimo inquam de reſurrectione Chriſti fuit iucunditas cordialis, quæ maxime facta eſt in tribus aperitionibus primis. Prima facta eſt Mariæ Magdalenæ, ſecũda tribus Marijs, tertia vero Petro, de quibus per ordinem videamus. Et primo de prima, quæ facta C eſt Mariæ Magdalenæ. Vnde per concordantia ſacri textus Euangeliſtarum notandum eſt, ꝙ ſicut Mar. 16. c. & in euangelio hodierno ait. Maria Magdalenæ, & Maria Iacobi, & Salomæ, emerunt aromata, vt venientes vngerent Ieſum. Nouerũt enim hæ ſanctæ mulieres tam crudeliter tractatum fuiſſe corpus Ieſu, quòd totum cor habebant plenũ memoria crudeliſſimæ mortis eius, & imaginatione corporis ſui ſacri. Vnde nihil videbantur attendere, vel ſperare, niſi mortuum eius corpus cum deuotione poſſe inungere & tractare. Subditque Mar. & D valde mane, ideſt cũ adhuc tenebræ eſſent, ſicut Io. 20. ait, Vna ſabbatorum, ideſt Dominica die, veniunt ad monumentum, orto iam ſole peruenerunt ad monumentum. Secundum tamen Auguſt. de conſenſu Euãgeliſtarum, dicitur orto iam ſole, ideſt de proximo venienti in has partes, vt ſumatur ortus ſolis pro ortu claritatis diurnæ ꝑcurrentis ſuper emiſperium noſtrum: & dicebant ad inuicem, quis reuoluet nobis lapidem ab oſtio monumenti? & reſpicientes, ſcilicet cum iam veniſſent, viderunt reuolutum lapidẽ, erat quippe magnus valde: ſed quia ſciebant contra Ieſum malitiam eorũ ebullire, videntes lapidem reuolutum, crediderunt corpus eius a Iudæis ablatum, & forte in aliquo loco vili locatũ. Vnde Magdalena, quæ Ieſum ardentiſſime diligebat, antequàm aliquid diligentius ſcrutaretur, ipſum ſublatum eſſe pro certo ſupponens, ardentioribus amatoribus ex diſcipulis, Petro videlicet, & Ioanni, quaſi mentecapta doloribus, & deſiderijs vidẽdi Dominum plena, nunciare cucurrit dicens: Tulerunt Dominum meum de monumento, & neſcimus, vbi poſuerunt eum, ſicut Ioan. 20. narrat. Subditque quòd Ioannes, currens citius Petro, in ſepulchro inclinauit caput, viditque poſita lintheamina, nec tamen intrauit. Petrus vero poſtea veniens intrauit in illud: viditq́; lintheamina poſita, & ſudariũ capitis ſtans ad partem, deinde Ioannes intrauit, & vidit, & credit quod prius dixerat maria, ſcilicet Dominum eſſe ſublatum de monumento: nondum enim ſciebat ſcripturas, quia oportebat eum a mortuis reſurgere. Poſt hoc autem diſcipuli contriſtati ad propria redierunt. Poſtquàm autem ad ſepulchrũ redijt Magdalena, hæ ſanctæ mulieres intrauerunt monumentum. Dicitur autem monumentum quandoque illud ſaxeum vas, in quo iacuit Chriſtus: quandoque vero dicitur totus ille locus, in quo reſidebat illa turba. Erat autem locus ille clauſus aliqua materia, vel pariete, vbi erat ortus, ſicut innuit Ioannes, & etiam Auguſtinus ſentit: propterea quando legitur, quòd intrauerunt ad monumentum, aut exierunt ab eo, pro ſolo aditu, ſeu exitu eius loci, vel horti, intelligi habet. Igitur, ſicut Mar. in Euangelio hodierno, & Matt. vlt. dicitur. Introeuntes, ſicut dictum eſt, in monumentum, ideſt in tumbam, vbi erat ſepulchrum, viderunt iuuenem ſedentem in dextris, coopertum ſtola candida, & obſtupuerunt: qui dixit illis: Ieſum quæritis Nazarenum crucifixum; ſurrexit, non eſt hic. Ecce locus, vbi poſuerunt eum. Sed ite dicite diſcipulis eius, & Petro, quia præcedet vos in Galilæam: vbi eum videbitis, ſicut dixit vobis. Quo audito exeuntes mulieres de monumento, quaſi recedere diſponebant: ſed amore Ieſu attractæ iterum ſepulchrum introeuntes, ſicut Luc. in princip. 24. cap. ait: viderunt duos Angelos ſtantes, qui dicunt eis: Quid quæritis? viuentem cum mortuis? non eſt hic, ſed ſurrexit. Quo audito duæ conſternatæ mente abire cœperunt: ſed Maria ferventior amans ſtabat ad monumentum foris plorans, ſicut Ioã. 20. ait. Plorabat enim, & lachrymæ eius in maxillis eius: non eſt

A qui conſoletur eam ex omnibus charis eius. Rigebat ora lachrymis, & maxillas. O Maria, quid ſpei, quid conſilij, aut quid cordis erat tibi, vt ſola remaneres ad monumentum? Tota enim amore Ieſu ardebat, nihil de ipſo in hac vita videbat: vbi eum quærere, neſciebat: ideo in dolore cordis fundebat lachrymas circa ſepulchrum, vbi certa erat: quia quem prius doluerat defunctum, nunc dolebat ablatum, & iſte dolor maior erat, quia nullam conſolationẽ habebat: primo fuit cauſa doloris, quia viuum perdiderat: ſed de hoc aliquantulam conſolationem habebat, quia mortuum ſe retinere ardebat.

B. Virgo tota diuino amore ardens.

B Nunc autem iſto dolore conſolari non poterat, quia vel corpus defuncti non inueniebat, & quia amor feruens impatiens eſt, & quieſcere neſciebat, ac ſemper de nouo ſperat ſe reperire, quod cupit: ideo dum fleret inclinauit ſe, & proſpexit in monumentum. Secundum enim Gregor. amanti enim ſemel aſpexiſſe non ſufficit, quia vis amoris in tentatione multiplicat affectum inquiſitionis. Et ſecundum Auguſtinum, iterum proſpexit dolens, nec ſuis, nec ſuorum oculis facile putabat credendum eſſe. Et tunc vidit duos Angelos in albis ſedentes, vnum ad caput, & vnum ad pedes, vbi poſitum fuit corpus Ieſu. Dicunt enim illi:

C Mulier, quid ploras? O Maria, multam conſolationem inueniſti: & forte tibi melius contingit, quàm ſperaſti. Nam tu quærebas vnum, & duos inueniſti, & vidiſti: quærebas mortuum, & illos reperiſti viuos, qui de te curam videbantur habere, & volunt dolorem tuum linire. Ille vero, quem quæris, dolorem tuum videtur negligere, lachrymas tuas non videtur reſpicere, vel curare: vocas eum, & non audit: quæris illum, & non inuenis: pulſas, & non

D aperit; ſequæris illum, & fugit, heu, quid eſt hoc? heu, quàm magna mutatio? heu, quomodo mutata eſt res in contrarium? Iſte Ieſus receſſit, olim diligebat te, olim te a Phariſæo defenſabat, & a ſorore tua dulciter excuſabat, olim te laudabat, quando pedes ſuos vnguento vngebas, & lachrymis rigabas, & capillis tergebas, dolorem tuum mulcebat, peccata tua dimittebat, olim quærebat te: cum abeſſes, vocabat te: cum vero deeſſes, mandabat tibi per ſororem tuam, vt ad ſe venires. O magiſter bone, cum vidiſti eam plorantem, lachrymatus es. Denique per dilectionem eius, quia multum diligebat te, fratrem ſuum

E Lazarum reſuſcitaſti, & planctum huius dilectricis tuæ in gaudium conuertiſti.

O dulciſſime magiſter, quid poſt hæc in te peccauit hæc diſcipula tua; aut in quo poſtea offendit dulcedinem cordis tui, quia ſic recedis ab ea? Nos poſt hoc nullum peccatum aliud de ea audiuimus, niſi quia valde mane ad monumentum venit, ante omnes ferens vngenta, quibus vngeret corpus tuum. Et cum te non inueniſſet in monumento, cucurrit, & nunciauit diſcipulis tuis. Illi venerunt, viderunt, & abierunt: hæc autem ſtat, & plorat: ſi hoc peccatum eſt, negare non poſſumus quin F ipſa hoc fecerit. Si autem peccatum non eſt, ſed amor, & deſiderium, quod de te habet, quare ſic recedis ab ea? & abſcondis te, tu qui dicis diligentes me diligo, & qui mane vigilauerit ad me, inueniet? me: ergo mulier iſta, quæ diligit te, & valde mane vigilat ad te, cur non inuenit te? Sed & tu Maria audi conſilium meum, ſufficiat tibi conſolatio Angelorum. Mane cum illis, illos interroga, ſi forte ſciant quid factum eſt de illo quem quæris, & quem ploras: ego certe credo, quòd ipſi ad hoc venerunt, vt de hoc ipſo teſtimonium perhiberet, & credo quòd ipſe quem ploras miſerit eos pro ſe, & pro te, vt annuncient reſurrectionem ſuam, & conſo- G lentur deplorationem tuam. Dicunt ei: Mulier quid ploras, quæ eſt tanti cauſa doloris? non abſcondas a nobis lachrymas tuas, aperi nobis animum tuum, & nos indicabimus tibi deſiderium tuum, dicit eis velut familiaribus ſuæ mentis ac ſcientibus vota planctuſque: tulerunt Dominum meum, ipſum ſolum quæro, ipſe ſolus poteſt me conſolari: ſed neſcio vbi poſuerunt eum: circumſpicio ſi videam illum, & non video, vellem inuenire locum vbi poſitus eſt, & non inuenio: heu me miſeram, quid agam, quo ibo: quo abijt dilectus meus? quæſiui eum in monumento, & H nõ inueni, vocaui, & non reſpondet mihi: heu me, vbi quæram illum, vbi eum inueniam? ſurgam certe, & circumibo omnia loca quæ potero, non dabo ſomnum oculis meis donec inueniam quem diligit anima mea. Effundite lachrymas oculi mei, plorate, & nolite deficere ambulate pedes mei, & diſcurrite, & nolite quieſcere. Heu, heu heu mihi quo abijt gaudium, vbi latet amor meus? ſed quid faciam, vt eum inueniã, quo me vertam ad quem ibo a quo cõſilium petam, quem percũctabor? quis mei miſere-

A miſerebitur? quis indicabit mihi quem dili-
git anima mea, vbi poſitus eſt amor meus.
vbi cubat, vbi quieſcit quæſo nunciate illi,
quia amore langueo; dolore deficio, nec eſt
dolor ſicut dolor meus: reuertere dilecte
mi, reuertere dilecte votorum meorum. Re
uertere conſolatio mea. Redde mihi læti-
tiam ſalutaris præſentiæ tuæ; oſtende mihi
faciem tuam, ſonet vox tua in auribus me-
is; vox enim tua dulcis, & facies tua deco-
ra. Cum igitur maria ſic doleret, ſic fleret at
que hæc dixiſſet conuerſa retrorſum. Secū-
dum Chryſoſt. ſuper Ioannem angeli vidē-
tes Ieſum adeſſe, propter reuerentiam eius
B ſtupentes, & facies in aſſumptis corporib.
immutātes in ſignum honoris ſurrexerūt:
Quod videns Maria conuertit ſe retror-
ſum vt videret quem angeli reuerebantur,
& tunc ſic conuerſa vidit Ieſum ſtantem,
& neſciebat, quia Ieſus eſt. Et dixit ei Ieſus.
Mulier quid ploras? quem quęris? O deſi-
derium animæ ſuę cur interrogas, quid
ploras? quem quęris? Ipſa paulò ante ocu-
lis ſuis cum magiſtro tamen dolore animę
ſuę viderat te ſpem ſuam ſuſpendi in ligno:
& tu nunc dicis, quid ploras? Ipſa in die ter
tia viderat manus tuas, quibus ſępe bene-
dicta fuerat, & pedes tuos quos deuote o-
C ſculata fuerat, & quos lachrymis rigauerat
clauis affigi, & nūc tu dicis, quid ploras?
Nunc inſuper corpus tuum ſublatūm ęſti-
mat ad quod vngendum vt ſe quodammo-
do conſolaretur veniebat, & tu dicis, quid
ploras? quem quęris? Tu ipſe ſcis quia te
ſolum quærit, te ſolum diligit, pro te om-
nia contemnit; & tu dicis quem quęris? Tu
quidem amoroſe Ieſu hanc mulierem men
tis ſecreto tractu, magnanimo amore traxe
ras ad amorem. Tu inuiſa catena ſuauis di
lectionis ligaueras, cum purgaſti peccata
ſua, tu reples amore cor eius, tu ſignis, tu
verbis, tu inſpiratione interna commoue-
D ras mentem eius, tu ſuſcepiſti lachrymas
eius, nec obruiſti oſcula labiorum eius. Tu
abſciſo omnis corruptibilis rei amore il-
lam dimiſiſti, vt a te per omnia iret in pa-
ce: & nunc interrogas quem quæris? Tu la-
chrymas ipſa vidente fudiſti ad germani-
cū funus, tui interpellatus iudex eius aduo
catus eſſe potius voluiſti ne impediretur
dulcis contemplatio eius, cum illam ſedere
cognoſcens ad tuos diuinos pedes pro te
laborante ſorore ſua tu te ſibi dediſti gau-
dium ſedem ſempiternā: tu ea in ſignis at-
que ſignatis tibi ſancto amore per omnia
colligaſti, nunc verò priuata ſolatijs repleta
mœſticijs, imbuta anguſtijs. Tu quęris. Mu- E
lier quid ploras? Tu quidem in ea plantaſti
fidem qua te quęrit, tu in ea firmaſti ſpem,
pro qua in te confidit, tu protinus radicaſti
in eius animo charitatem qua te diligit, tu
rigas illam, vt incrementum ſuſcipiat in
viſibilibus aquis charitas a te ipſo diffuſa,
in te ipſum refuſa, eam ad monumentum
ligatam tenet & illam interrogas, quid plo
ras? tu cauſa queſtus, tu cauſa doloris, tu cau
ſa ploratus, tu inquietas illam, tu angelis il
lam auertis, tu ipſam in pace viuere non ſi-
nis, quid ergo bone Ieſu interrogas diligen
tem atque dilectum, quid ploras? quem
quęris dulcis magiſter & amor animę ſuæ F
ad quid quęſo prouocas ſpiritum eius? tota
manet in te, tota ſperat in te, tota deſperat
de ſe. Ita quærit te, quia non eſt in ſe, ſed
propter te eſt extra ſe quid ergo quæris,
quid ploras quem quæris? an putas; quia di-
car te ploro te quæro, niſi tu prius inſpira-
ueris & dixeris in corde ſuo, ego ſum, quē
quæris, quem ploras: an putas, quia ipſa co
gnoſcat te, quandiu volueris celare te? At
illa æſtimans; quia hortulanus eſſet, dixit il-
li. Domine ſi ſuſtuliſti eum dicito mihi,
vbi poſuiſti eum, & ego tollam eum. O
dolor miſerabilis, mulier iſta doloris nube
obtecta non vidit ſolem, qui mane ſur-
gens radiabat per feneſtras eius, qui per G
aures cordis ſui: iam intrabat in animam
ſuam. Sed quoniam amore lāguebat. Iſto
amore ſic oculi cordis caligabant, vt non
videret quē videbat, videbat enim Ieſum;
ſed neſciebat, quia Ieſus eſt. O Maria ſi quę-
ris Ieſum, cur non recognoſcis Ieſum? ec-
ce Ieſus venit ad te, & quem quæris quærit
te, & tu æſtimas eum hortulanum? Eſt enim
Ieſus eſt etiam hortulanus: ipſe enim ſemi
nauit omne bonum ſemen in horto animę
tuæ, & repullulantem infidelitatem nunc
aduenit extirpare. Quid eſt etiam hoc qđ
dicis ſi ſuſtuliſti eum, de quo intelligis eum
quis intelligit eum, quæ tamen nomen il- H
lius quem quæris, non pandis? ſed hortula-
nus tuus eſt notus, ſed tua deſideria nouit;
neſcis quiſpiam ſit quem tanta diligentia
quæris, quem eum interrogas, ac ſi præ-
ſente ipſo illum eum in monumento clau-
ſiſſet quem eum, quid iſte ſi hortulanus
eſt? De illo de quo quæris agnouit; hoc
nempe cum deſiderio quęrentis agit, vt qđ
quærit credat alios noſſe. Sicut in Cant. 1.
ſponſa ait. Indicate mihi quem diligit ani-
ma mea. Sic etiam euenit in Maria. Sed o
Maria optimè neſcia loqueris, quia non pa
trem

A trem,non fratrem,non ſororem,non filiū, non amicum terrenum inquiris, ſed eū,qui eſt, qui venturus eſt, vt dum ſic profertur, ſine agnominatione fuiſſe ſciatur. Sed quid eſt mulier, quod dicis, & ego eum tollam? Ioſeph.n.timuit, & non fuit auſus tollere corpus eius de cruce, niſi de nocte, & niſi peteret à Pilato: tu autem nocte non præſtolaris, nec vereris, ſed audacter promittis,dicens,& ego eum tollam? O Maria, ſi fortè corpus Ieſu poſitum eſt in atrio Principis Sacerdotum, vbi Apoſtolorum Princeps calefaciebat ſe ad ignem, quid factura eſſes? & ego eū tollam. Quid ſi eſſet in do-
B mo Pilati,& coram militum turba,quid inquam factura eſſes,& ego eum tollam. Sed ſi in platea foret corā multitudine Iudęorum,quid tunc faceres?& ego eum tollam. O admirabilis mulieris audacia, ò mulier non mulier, nullum locum excipit, nihil anteponit, ſine timore dicit abſolutè, promittit,dicito mihi vbi poſuiſti eum, & ego eum tollam? O mulier magna eſt conſtantia tua, magna eſt fides tua, ſed quomodo mulier,qua valetudine,quibus viribus,quo ingenio corpus tam graue poſſes portare ſola,cum vna fueris de portatoribus ad ſepulchrum, nunquid tecum tuas ſocias habe-
C re te credis?receſſerunt, ego eum tollam. Amor enim impoſſibile ad poſſibile ſua opinione reducit, & quod nequid,efficere poſſe ſe credit. Tu ergo bone Ieſu noli vltra protrahere deſiderium eius, quia iam triduo ſuſtinet, nec habet vnde ſatiet eſurientem animæ ſuę,niſi tu te manifeſtando porrigas illi panem corporis tui. Nō enim diu poterit retinere vitam corporis ſui, niſi cito manifeſtes vitam animæ ſuæ. Dixit ei Ieſus, Maria. Hæc ſiquidem vox exprimēs nomen eius,penetrauit animam eius, ſolitam virtutem in verbo illo ſenſit, ſola ſolū ſolitę intellexit, ac per hoc ſolitam vocem
D agnouit, vbi ergo audiuit Maria. Sic enim cōſueuerat eam vocare Magiſter eius, perſenſit in ipſo nomine dulcedinem Dei, & per eam cognouit ipſum à quo vocabatur, eſſe magiſtrum ſuum. Tunc verò reuixit ſpiritus eius. Et tunc recipit etiam fidem. Vnde ſtatim in genere dixit ei,Rabboni,quod dicitur Magiſter, quo conuerſa vtiq; ad loquentem, & cum primo conuerſa eſſet retrorſum,& illum vidiſſet, & hortulanū, ſua interrogatione completa reconuertit oculos ad ſepulchrū,ac vndiq; girabat aſpectum, ſperans ex aliqua parte apparere dilectum; nunc verò audita voce, quaſi ſubi-
to ſe conuertit ad eum vocans Magiſtrum, E
cuius dulcedinem ſenſerat in doctrina. O mutatio dexteræ excelſi, ò pietas Saluatoris,ò miſericordia Redemptoris, conuerſus eſt dolor magnus in gaudium maximū, mutati ſunt dolores in lacrymas gaudij & amoris. Sed arbitrabatur Maria non ſe indigere verbo, quæ inuenerat verbū,& longè vtilius fore arbitrabatur tangere verbū, quoniam audire verba currit ad pedes eius, vt amplexaretur,& oſcularetur eos. O amor fortis, & impatiens, non ei ſufficit videre Ieſum, & cum Ieſu loqui, niſi etiam tangeret Ieſum. Sciebat enim, ꝙ virtus de illo F
exibat, & ſanabat omnes. Dixit ei Ieſus: Noli me tangere, nondum enim aſcendi ad Patrem meum.ſ.ſecundum tuum iudicium infidele, ac ſi apertè dicat tibi, non aſcendi, quaſi eam de infidelitate redarguens, ꝙ non credidiſſet perfectè æqualem eſſe ſe patri: vel fortè hoc ait, vt eam humiliaret, ne nimis præſumeret,quia ipſum reſuſcitatum, prima omnium conſpexiſſet:diſtulitq; ei concedere tactum, donec ſecunda vice cū alijs appareret. O dulciſſime Domine, ò pie Magiſter, quàm bonus es,qui recto ſunt corde? O quàm beati pedes, qui in ſimplicitate cordis quærunt G
te, & quàm fęlices ſunt, qui ſperant in te: verum vtiq; eſt,& indubitanter eſt verum, ꝙ tu diligis omnes diligentes te, & nunquam deſeris ſperantem in te. Ecce enim hæc dilectrix tua ſimpliciter quęrebat te,& veraciter inuenit te,ſperabat in te, & non derelicta eſt à te. Et addit Dominus Mariæ,dicēs, Vade ad fratres meos, & dic eis: Aſcendo ad patrem meum, & patrem veſtrum,Deum meum,& Deum veſtrum: ſtatimq; diſparuit. Ecce igitur iam conſtituitur Magdalena inter homines prima nuntia glorię reſurrectionis. Chriſtus enim ſuo proprio benedicto ore ipſam primam H
ſuæ reſurrectionis euangeliſtam facit, efficitur præconiſſa, vt nunciet his, qui hanc reſurrectionem per vniuerſum orbem terrarum proclamaturi erant. Et meritò reformationis humanæ hic ordo cōueniēs fuit: vt mulier, quæ erat peccatrix, prima cognoſceret,& nunciaret gloriam reſurrectionis, vel reſurgētis, quæ tranſgreſſionis foueam primo fodit. Hinc Greg.ait: Ibi oſtenditur culpa humani generis,vnde proceſſit,quia enim mulier in paradiſo propinauit viro mortem: à ſepulchro mulier viris annunciauit vitā, & dicta ſui viuificatoris narrat, quæ mortem mortiferi ſerpentis narrauit.

Secun-

A Secunda verò apparitio facta eſt tribus Marijs ſimul. Cum iam diſparuiſſet Ieſus ab oculis Magdalenæ, iam illa ſtabilita in fide à qua exciderat, egreditur hortum; illico reliquit ſepulchrum, nec vltra ſe, vt aſpiceret inclinauit, nec amplius ſi adhuc eſſent, vel receſſiſſent requiſiuit Angelos teſtes de reſurrectione credula, de quæſito iucunda, de inuento in animo coſolata. Et vt iuſſum Domini, & Magiſtri perficeret animo, & corpore feſtinabat, cumq; feſtina rediret, ſocias ſuas in itinere infra ſepulchrum, & Hieruſalem cõſternatas animo læto gradientes, veſtigio adinuenit, quas etiam ſo- B ciali diſcretione retento pede, atq; interpoſita ſeſſione, dum iſta cum Maria fiebant, neſcientes credimus expectaſſe. Ad quos cum perueniſſet Maria, læto animo, iucundo vultu, feſtinoq; curſu, & effatu enarrat reſuſcitatum Ieſum, & eum tanquam hortulanum audiſſe, & vidiſſe, tamen eum tangere non potuiſſe. Cumq; verſus Hieruſalem feſtino greſſu pariter irent, ſicut Matt. vlt. ait, Ecce Ieſus occurrit, dicens, Auete. Illę autem acceſſerunt, & tenuerunt pedes eius, ac adorauerunt eum: ſe enim tangi permiſit, qui ſe prius tangi Magdalenę negauit. Geſta etenim Chriſti, nunc negata, C nunc conceſſa, nunc prohibita, nuncq; permiſſa magnam nobis aſtruunt rationalem myſterij veritatem, & vnum, & idem, quod vno tempore denegatur, alio conceditur, vt. ſ. defectum in inquiſito, in dignitatem, in quærente ineptitudinem, in modo importunitatem, in tempore indecentiam iure negatur importare credamus: cum verò conceditur his caruiſſe, atque ornari contrarijs firmiter, nec tamen pro tanto diuinum mutatur conſilium, ſi opera varientur. Nouit enim prouidentia Dei, ſine dolo noſtris vtilitatibus conſulens qualiter, & quid nobiſcũ diuerſimode ſit agendum, & nunc D procliue mulieres tangunt, & oſculantur Dominicos pedes: & ad ſolia reuertitur Magdalena, atq; noſcunt reſuſcitatũ, quem videbant crucifixum, & in theca petrina reclusum. Tunc ait illis Ieſus: Nolite timere, ite nunciate fratribus meis, vt eant in Galilæam, ibi me videbunt. Vocat enim eos fratres amantiſſimus Princeps, tum vt oſtendat ſe verè reſurrexiſſe in carne generis noſtri, de primo parente tracta, tum vt ad ſui amorem magis eos accẽdat, & ad fiduciam ſocietatis ſuæ, ac viſionis corroboret, & confirmet, cum vt filios æterni Patris, & Chriſti ſe nouerit cohæredes. O igitur huius almi Regis benignitas, qui relictus in E bello pauidos ſuos formidoloſos, & fugatiuos ſocios, cum euadit, nominat fratres, & in nouitatem cœleſtem eis in ſuo corpore oſtendere repromiſit. O dulcis excelſi ſuauitas, qui cum negantes ingruenti bello tempore tenebrarum, fraternum ad eos ſe dicit tenuiſſe amorem. O inſolita clementia Principis, qui poſt præſſuram, caumaq; bellorum, poſt victoriam de ligno de tumulo de tartarea lege reportatam, ſub æterno Patre, continuo appellat fratres, & ſicut Ioan. 20. ait: Venit Maria Magdalenæ. ſ. cum alijs Marijs, nuncians diſcipulis, quia vidi Dominum, & hæc dixit mihi. F

Tertia apparitio facta eſt Petro, ſicut Lu. vlt. patet. Non enim deerat pijs Apoſtolis ſollicitudo quærendi ſi reparare poſſent vllatenus reſurgentem, ad quod feruentiſſimus quidem erat Petrus: vnde eo ab alijs ſegregato, neſcio in quo loco quem ſacra ſcriptura ſilet, apparuit ei Dominus, atque cor eius confortauit in fide, deditq; finem infidelitati, ac lacrymis eius, qui regreſſus ad cęteros cum gaudio, ſibi apparuiſſe Dominum nunciauit, quod quidem cum auditum eſt ab aliquibus deſidia facta eſt, aliquibus ſpes, aliquibus conturbatio, quaſi ſingularitatem apparendi cauſantibus, ali- G quibus proficiendi creſcebat auiditas, vt poſſent videre eum. Quanto autem gaudio, atque fiducia repletus fuit Petrus, quis exprimere poſſet, ſecundum enim Chryſo. Primò inter viros apparuit Petro, quia erat caput omnium: ſecundò, ne propter negationem factam deſperaret: tertiò propter exemplum miſericordiæ Dei ad peccatores redeuntes ad eum.

Iucunditas generalis, quæ facta eſt in duodecim apparitionibus.

H SEcunda reſurrectionis Chriſti iucunditas, eſt generalis. ſ. quæ facta eſt in duodecim apparitionibus poſt prædictas.

Primo enim apparuit duobus diſcipulis euntibus in Emaus, quam Lu. 24. prolixius narrat, & breuiter in vlt. c. Mar.

Secundo apparuit pluribus in Hieruſalem, Thoma abſente, & clauſis ianuis ſtetit Ieſus in medio eorũ, & dixit eis: Pax vobis, ſicut Io. 20. ait, & Lu. 24. ait. Omnes autem prædictę quinq; apparitiones factæ ſunt in ipſo reſurrectionis die.

Tertio

A Tertiò poſt dies octo apparuit Ieſus, & ſtetit in medio diſcipulorum pręſente Thoma, cui palpandas præbuit cicatrices vulnerum, Ioan. 20.

Quartò apparuit ad mare Tyberiadis, ſicut Io. 21. tradit, de qua dicit hic: Iam tertiò manifeſtatus eſt Ieſus diſcipulis ſuis, cũ reſurrexit à mortuis: non tamen intelligendum eſt ſimpliciter, ꝙ fuit tertia, ſed ꝗ facta fuit tertio die de illis diebus, in quibus Chriſtus apparuit eis.

Quintò apparuit in monte Thabor vndecim diſcipulis ſuis, vbi prius conſtituerat illis; & hæc fuit ſolemnis appatitio, de qua B & ante mortem, & poſt reſurrectionē, tam per ſe, quàm per Angelos ſæpe mentio facta fuit: & tunc ſingulariter eum adoraſſe dicuntur, Matth. vlt. licet etiam non ſit dubium, ꝙ quandocunq; apparebat eis eum cum multa reuerentia adorabant: hic tamen ſingulariter enarratur, vt per hoc huius apparitionis excellentia demonſtretur.

Sextò apparuit in die Aſcēſionis, de qua Mar. 16. ait, ꝙ nouiſſimè recumbentibus vndecim diſcipulis apparuit illis Ieſus, quia ſecundum Aug. iam nō erat ammodo cum illo in terra conuiuaturi.

Septimò apparuit eodem die in monte C Oliueti, quando viderunt eum aſcendētem in cęlum, quam Mar. & Lu. in fine euangeliorum ſuorum breuiter tangunt: ſed in principio libri Act. plenius enarratur: licet enim ab Euangeliſtis non ponantur, niſi prædictæ decem apparitiones; tamen etiam aliæ fuiſſe creduntur. Vnde Io. in vlt. euangelij ſui ait: Multa quidē & alia ſigna fecit Ieſus in conſpectu diſcipulorum ſuorum, quæ non ſunt ſcripta in libro hoc. Paulus quoq; 1. Corint. 15. tres etiam ſuperaddit, vt ſua pro 13. computetur, ſicut & in tertiodecimo anno poſt Dominicam paſſionem Apoſtolus gētium Doctor factus eſt. Dicit enim ibidem, ꝙ viſus eſt pluſquàm D quingentis fratribus. Deinde viſus eſt Iacobo. ſ. minori, & hæc intelligitur facta etiam in die reſurrectionis. Vnde Hiero. refert, ꝙ dolore mortis ſauciatus ſe nunquam comedere vouerat, niſi Chriſtum videret reſurrexiſſe à mortuis: huic ergo apparuit Dominus, & dixit ei, & his, qui cum eo erant: Ponite menſam. Deinde panem accipiens dedit ei, dicens: Comede frater dilecte mi, quia filius hominis reſurrexit à mortuis. Addit quoq; Apoſtolus ibi ſupra: Nouiſſimè autem omnium tanquam abortiuo viſus eſt & mihi. Poteſt etiam addi viſio illa, quam Ioan. in Apoc. 1. refert eum vidiſſe E inſtar lucentis ſolis. Scribitur etiā in euangelio Nicodemi, quòd Ioſeph. qui ſcpelierat ſanctiſſimum corpus Domini, propter quod & captus fuerat à Iudæis, & in quodā cubiculo diligenter ſigillato recluſus, quē poſt Sbbatum interficere ordinabant. Illi igitur fleti apparuit Dominus Ieſus, extergenſq; faciem eius oſculatus eſt eum, demumq; ſaluis ſigillis in domo propria eum collocauit. Ex quo manifeſtè patet, ꝙ hæc apparitio in die reſurrectionis fui facta. Ex omnibus prædictis patet, ꝙ quindecim apparitiones ſcribuntur factę poſtquàm Chriſtus à mortuis reſurrexit. F

Iucunditas maternalis.

TErtia quoq; reſurrectionis iucunditas dicitur maternalis; quia enim de ſacrę matris ſuæ conſolatione poſt reſurrectionem nihil euāgelica teſtatur hyſtoria, non credendum eſt, propterea ꝙ benigniſſimus Ieſus fauus conſolationis, & gratię, qui cęteros tantum ſtuduit conſolari, oblitus eſt matris ſuæ, quam ſolam nouerat mortis ſuæ amaritudines pleniſſime deguſtaſſe: placuit tamen prouidentiæ Dei, G nihil de hoc per euangelicos apices referari, & hoc maxime propter tria. Primo propter infidelitatem; ſecundò propter infirmitatem, tertiò propter ſublimitatem.

Primo propter infirmitatem, tanta enim certiſſima firmitate conſtabat Virgini Matri de reſurrectione filij ſui, vt nec per primum, aut minimum dubitationis motum, circa hoc fuerit propulſata, quod quidem facile erat credere ex hoc, ꝙ per ſingularisſimam electa erat in Matrem Chriſti Dei, & in Reginam, ac Dominā Angelorum, propterea ipſo ſilentio ſcripturarum melius oſtenditur hoc debere teneri, vt omnino H indubitatum, quàm fieret quacunque ſcriptura: ideo ſicut luculenter patet ſcriptura, poſuit talia fundamenta illuminata, & alia maiora concludit, quàm poſſet lingua, ſeu litera explicari. Poſuit enim modum altiſſime conceptionis, vt puta Angelo nunciante, & Spiritu ſancto obūbrante, deſcribitq; illam vt doloroſam Matrem Filij Dei morientis pro nobis, atque etiam iuxta crucis ſtipitem collocauit. Quod ſi verum eſt, immo veriſſimum eſt, quod 2. Corin. 1. Apoſt. ait: Sicut ſocij paſſionum eſtis, ita & conſolationum eritis; menſura, quantum virgo

Mater

A Mater reſurrectioni filij ſociata: ideo cer-
tiſſimè tenendum eſt, quòd dulciſſimus fi-
lius eius, primo, & ante omnes reſurrectio
nis eius gratioſè lętitia conſolatus eſt eam,
quod & ſancta Romana eccleſia ſentire vi-
detur, quæ in Roma, in reſurrectionis die
ad ſanctam Mariam maiorem ordinat ſta-
tionem. Si autem arguere velis, quòd cor
poraliter non apparuit ei, eo quòd hoc non
teſtantur Euangeliſtę, non piè concludere
neceſſe erit, quòd in reſurrectionis lætitia
in mundo nunquam viderit eum; quia ſicut
nec primo, ſic nec vltimo, nec medio ma-
terno conſpectui apparuiſſe refertur.

B Secundo autem factum eſt propter infi-
delitatem; quia enim Spiritui ſancto cura
erat per ſcripturam euangelicam illas appa
ritiones deſcribere, quæ carnalibus homi-
nibus poſſent de reſurrectione Chriſti fi-
dedignum teſtimonium perhibere, & ma-
ternus affectus in eorum oculis minueret
veritatem. Ideo nulla ſcripta eſt apparitio
ex teſtimonio matris: non erat tamen in
rei veritate in omni creata, atque creanda
natura, poſt ipſum Ieſum, tantum teſtimo-
nium veritatis, quantum in ipſa lingua ma-
terna, nec cui tantum credere debeat mens
deuota: per textum ergo euangelicum tan
C tummodo debuit reſeruari, per quem mo-
dum Doctores primi fidei noſtræ, de reſur-
rectione fuerunt certificati, ita vt ex hoc
comprehenderemus quomodo facti ſunt
reſurrectionis Chriſti idonei teſtes, quibus
fides ab omnibus eſſet indubitanter exhi-
benda: de apparitione autem matris, &
conſimilibus, nihil in euangelijs reperitur;
quia à Spiritu ſancto credenda, & inueſti-
ganda illis tantummodo relicta ſunt, qui à
ſuo lumine illuſtrantur.

Tertiò quoq; factum eſt propter ſublimi
tatem. Poſt reſurrectionem verò Chriſti,
nihil de matre, & etiam ante per euangelia
D pauca referuntur: quia apparitiones Chri-
ſti exhibitę matri, & familiaria inter eos,
colloquia, atq; amoris ſublimia ſigna intan
tum debuerũt eſſe ſuperintellectualiſſima,
atq; ineffabiliſſima, ꝙ nec potuerunt ab in-
ferioribus dici, vel ſciri, niſi cum tanta dimi
nutione ſua, ꝙ eas dicere nobis eſſet no-
bis illarum exceſſum quodammodo deni-
grare. Si quis tamen piè deferre vellet tex
tui euangelij ſacri, & dicere, ꝙ corporali
aſpectu primo apparuit Magdalenæ: poſſet
vtriq; fideliter, ac deuotè conuenire, ſi di-
ſtinguamus duplicem viſionem: primam. ſ.
corporalem; ſecundò ſpiritualem. Prima
autem eſt debilis, & infirma, & ſæpe multę E
illuſioni, deceptioni, & vanitati ſubiecta.
Secunda autem eſt ſtabilis, certa, & clara,
quæ de leui non niſi purgatis mentibus ex-
hibetur. Eſto ergo, ꝙ viſionem primam
pro quodam priuilegio ſpeciali amoroſus
Ieſus voluerit impartiri, non dubium eſſe
debeat, quòd certiſſimo mentis intuitu bea
ta Virgo Maria & reſurrectionem Chriſti
vidit, & certè cognouit, atque iucundiſſi-
mis amplexibus animæ ſuæ ſtrinxit. Inſu-
per dici poſſet, quòd Spiritu ſancto dictan
te, nihil in ſacro textu de corporali appari-
tione ſibi facta refertur, quòd non indige-
bat talibus apparitionibus roborari, & con F
firmari. Poſſet quoque meditari deuotè, ꝙ
ſicut ipſa fuit ſummè paſſa, ac Chriſto com
paſſa; ſic Chriſti compaſſione finita, mens
eius ſpirituali contemplatione vulnerum
filij cauernis incluſa, & intra ipſius ſepul-
chri anguſtias conſepulta, vice, vt ſic li-
ceat loqui, dulcis Ieſus animæ fungebatur.
Cumq; per ſpiritum illuſtrata reſurrectio-
nis horam ſentiret inſtantem, aduenientem
animam filij, vbi in propria gloria ſumeret
corpus ſuum, ſic deuotè allocuta eſt. Quid
mi, dilecte fili, adueniſti facturus, ſi vis
me totam in tuam gloriam abſorbere? red-
do depoſitum, quod ſola cuſtodio, me tuo G
vis dolore, atque paſſione priuare, & has
tui corporis aperturas, in quibus ſolis vnio
tua vis ſatiare medicina, non animo; aut
ergo me in tuam aſſume gloriam, aut mi-
hi dimitte tui doloris memoriam, & ſapo-
rem. Cui amoroſus Ieſus deuota conſo-
latione reſpondit: O mater mea dulciſſi-
ma, non poteſt puſillus grex iſtorum fi-
liorum tuorum, tua nunc ſocietate priua-
ri: omnes enim deficient, niſi tuæ fidei ful-
cimento firmentur, & nimis vtiq; durum
eſſet, eos ſimul me paſtore, & patre, & te
magiſtra & matre priuari. Multus.n.mihi
per eos populus acquirendus eſt, qui de vi H
ſcerum ſuorũ charitate procedet. Patienter
ergo fer pia mater, atq; dulciſſima, ꝙ te ad
tempus cũ illis relinquam, & corpus meũ
in gloriã maieſtatis aſſumã; nec tñ credas
dulciſſima mater mea, ꝙ paſſionis meę the
ſaurũ velim de tua anima remouere, quan-
tũcunq; glorioſus reſurgam. In ipſa.n.cor-
poris gloria mea apparebunt ipſa victoriæ
ſigna, apertaq; relinquam vulnera in carne
mea, quantumcunque ſanata, per quæ dul-
ciſſima mater, ad cordis mei thalamum ha-
bebis ingreſſum, vt.ſ.ad me intrans, & ad
filios exięns, inde poſſes aſportare, quod

A velis,& tuis filijs diſpenſare. Exurge ergo gloria mea, quia conſummata eſt reſurrectio mea; tunc pijſſima Mater tota tranſportata in gloria filij reſurgentis, ipſum dulciſſimè ſe alloquentem audiuit. Reſurrexi, & adhuc tecum ſum, alleluia, poſuiſti ſuper me manû tuam alleluia, mirabilis facta eſt ſcientia tua alleluia. Et de hoc paterno honori mille millies alleluia, in quo filius ſubito introducitur in conſpectu maternæ mentis in gloriam maieſtatis. Quam nobis concedat ipſe glorificatus Ieſus, qui cum Patre, & Spiritu ſancto viuit, & regnat, per infinita ſęculorum ſęcula, Amen.

B

FERIA SECVNDA poſt Reſurrectionem.

De homine nouo, & peregrino, cui Beatus Franciſcus, & alius ſanctus appropiari poteſt.

Sermo LIX.

T*V ſolus peregrinus es. Luc. 24.* Et in euangelio hodierno. Secundum enim Apoſto. ad
C Heb. 13. Non enim habemus hic manentem ciuitatem, ſed futuram inquirimus. ſ. tanquam aduenę, & peregrini. Et in prima cano. ſua, & c. 2. hortatur nos Apoſt. Petrus, dicens: Obſecro vos, tanquàm aduenas & peregrinos, abſtinere vos a carnalibus deſiderijs, quæ militant aduerſus animam. Conuerſationem autem veſtram inter gentes habentes bonam. Hæc profectò obſeruans beatus N. potuit dicere cum Propheta in Pſalm. 38. Aduena ego ſum, & peregrinus apud te, ſicut omnes patres mei. Quod poteſt eſſe
D aliud thema. In quibus quidem verbis exponuntur tres beati Franciſci ſtatus, ſeu amores. Primus eſt amor incipiens, ſecundus eſt amor proficiens, tertius eſt amor perficiens, vel perfectus.

Prmus amor eius, ſeu ſtatus eſt incipiẽs: & de hoc ait: Aduena ego ſum. ſ. a regno mundi, ò Domine Ieſu Chriſte, apud te. ſ. manens per ardoris deſiderium, atq; ſpem. Aduena enim dicitur, quia abiens de patria alibi commoratur. Sicut & beatus N. aduena ab hoc ſæculo, ſed per ſpem iam conciuis in cęlo, dicere poterat cum Apoſto. ad Philip. 3. Noſtra conuerſatio in cęlis eſt.

Secundus eſt, quo mens beati N. progrediebatur de virtute in virtutem, vnde ait, Et peregrinus. Peregrinus autem incedit de hoſpitio in hoſpitium, donec perueniat ad locum, quo tendit. Sic facit, qui bene tranſilit, vnde Pſal. Ibunt de virtute in virtutem. Sed quam diu? donec videatur Deus deorum in Sion. Ecce ſtatus peregrinationis humanæ. E

Tertius eſt amor perfectus, quia non ad horam, vel ad modicum ſum aduena, & peregrinus, ſed ſimpliciter, & perfectè, ſicut omnes patres noſtri. ſ. Apoſtoli ſancti: quorum veſtigia ſum ſecutus. Meritò ergo dicitur ei, Tu ſolus peregrinus es. Hos tres F ſtatus, ſeu amores fuiſſe in beato N. oſtendit beatus Ioan. Apoc. 1. dicens: Vidi ſeptẽ candelabra aurea, & in medio candelabrorum aureorum, ſimilem filio hominis veſtitum podere, & pręcinctum ad mamillas zona aurea. Caput autem eius, & capilli erant candidi tanquàm lana alba, & tanquã nix: & oculi eius velut flamma ignis: & pedes eius ſimiles auricalcho, ſicut in camino ardenti: & vox illius tanquàm vox aquarũ multarum. Et habebat in dextera ſua ſtellas ſeptem: & de ore eius gladius ex vtraq; parte acutus exibat, & facies eius ſicut ſol lucet in virtute ſua. Et cum vidiſſem eum, G cecidi ad pedes eius tanquàm mortuus. In quibus ſacratis verbis duodecim perfectiones, ſeu peregrinationes animæ peregrinæ, ſeu noui huminis, ſeu beati N. per ordinẽ deſcribuntur. Prima eſt in vita actiua exercitatio, ſecunda eſt in vita contemplatiua delectatio, tertia in iuſtitia perſeuerantia, quarta materialis dilectio. Aliæ quatuor ſubiunguntur. Prima eſt luminoſa, & matura cognitio; ſecunda prudens diſcretio; tertia ardens affectio; quarta feruens locutio. Subinferamus alias quatuor. Prima eſt ſancta exemplatio, ſecunda diſcreta & efficax prædicatio, tertia famæ diffuſio, quarta fidelium veneratio. H

ARTICVLVS PRIMVS

De quadruplici perfectione hominis innouati in charitate.

PRimo deſcribamus quatuor primas peregrinationes, ſeu perfectiones hominis noui, ſeu beati N. quæ pertinere poſſunt ad ſtatum incipientem.

De

A *De ſeptemplici ſtatu noui hominis in actiua vita.* Cap. I.

Prima perfectio. PRima perfectio noui hominis, ſeu beati N. eſt in vita actiua exercitatio, & de hac Io. ait, Vidi ſeptem candelabra aurea. Septem quippe ſunt ſtatus vitæ actiuę. Primus eſt iuſtitię ad bene faciendum, ſecundus patientiæ ad mala tolerandum, tertius ſapientiæ ad bene diſcernendum, quartus gratiæ ad ſibiipſi, & proximo bene conſulendum, quintus innocentię ad nemini nocendum, ſext⁹ eſt humilitatis ad humilitet ſibi de gra-
B tijs datis ſentiendum, ſeptimus probationis ad propriam voluntatem expiandum. Hi autem ſeptem ſtatus in ſeptem eccleſijs, Apoc. 2. & 3. deſcribuntur. In his mentem iuſti laborare neceſſe eſt, vt ad perfectionẽ aſcendat. Atq; proinde in ſeptem candelabris aureis deſignantur. Sicut enim candelabra aurea, licet pretioſa materia ſint, lumen tamen aliunde habent: ſic ſeptem ſtatus actiuę vitæ, licet virtutum meritò pretioſi ſint: lumen tamen ſapientiæ ex contemplatiua vita percipiunt: nam faciliter errat actio, quam non dirigit diuina contẽ-
C platio. Propterea Apoſt. ad Heb. 12. cõtemplari iubet, cum ait, Cõtemplantes nequid deſit gratię Dei. Hæc igitur candelabra ſeptem, hoc eſt prędictos ſeptem ſtatus, in ſpiritu vidit beatus Ioan. in anima beati N.

Primo N. habuit iuſtitiam, eo ꝙ iuſta opera continuo Domino offerebat ſuper altare intimi cordis ſui, ex quo cor eius adipe deuotionis impinguabať. Proinde Eccle. 35. c. myſticè inquit de ipſo, Oblatio iuſti impinguat altare. i. cor eius, quod altare nominatur, quaſi alta res. Et ſubditur, Et odor ſuauiſſimus eſt in cõſpectu Altiſſimi.

Secundò habuit patientiam ad mala to-
D lerandum. Ad hoc enim, vt opus iuſtitiæ Deo acceptum ſit: oportet vt fiat cum magno conamine, & vigore, ſeu labore. Hinc Apoſt. 1. Corin. 3. ait, Vnuſquiſq; mercedem ſuam accipiet, ſecundum proprium laborem. Ad hunc igitur glorioſum beatum N. Apoc. 2. Dominus ait, Scio opera tua, & laborem tuum, & patientiam tuam. Hoc ſiquidem ſcire, Dei eſt, non ſimplicis cognitionis, quo etiam cognouit opera reproborum: ſed eſt beneplacitum diuinæ approbationis. Per cuius contrarium, Matth. 25. Dominus fatuis virginibus ait: Amen dico vobis, neſcio vos.

Tertiò habuit ſapientiam ad bene diſcer-
E nendum. ſ. tam pro gloria Dei, tam pro ſalute ſui, quàm etiam pro vtilitate proximi. Ideo de eo, Eccl. 37. ait, Eſt ſapiens animæ ſuæ ſapiens: & fructus eius laudabilis. Et meritò ſubditur, Vir ſapiens implebitur benedictionibus, & videntes illum laudabũt.

Quartò habuit gratiam ad ſibiipſi, & proximo conſulendum, vt meritò ei dici poſſet illud Prophetę, Diffuſa eſt gratia in labijs tuis. i. abundanter diſtributa ſunt recta conſilia, & bona doctrina ex ſanctiſſimo ore tuo. Sed quia hanc gratiam gratis datam exornauit gratia, quæ gratum facit: ideo ſubditur a Propheta, Propterea benedixit te Deus in æternum. i. benedictione F
te ducente ad gloriam ſempiternam.

Quintò habuit innocentiam ad nemini nocendum. Secundum enim Aug. Innocẽs eſt, qui nec miſerum facit, nec miſerum relinquit, quæ per pietatem ſeruantur. Et de hac quidem ſanctus iſte pleniſſimus fuit. Inde Prophe. 23. ait, Domine, quis habitabit in tabernaculo tuo? Et ſubditur, Innocens manibus, & mundo corde. Ille verò manibus innocens eſt, qui nec capit aliena, nec ſua dat indignis, nec inſuper retinet dignis. Quæ omnia ſanctus iſte perfecit.

Sextò habuit humilitatem ad humiliter de gratijs ſibi datis ſentiendum. Nouerat G
enim Lu. 14. a Domino dictum: Qui ſe humiliat, exaltabitur: quòd meritò in eo verificatum eſt. Ideo de eo Eccl. 11. dicitur, Eſt homo marcidus. ſ. in oculis ſuę mentis, egens recuperatione, plus deficiens virtute & abundans paupertate. Et oculus Dei reſpexit illum in bono, & erexit eum ab humilitate ipſius. i. exaltauit caput eius, & mirari ſunt in illo multi, & honorauerunt Deum. Quæ omnia cõueniunt huic ſancto.

Septimò probatus, & tentatus fuit ad propriam voluntatem experiendum, vnde de illo Eccl. 31. dicitur, Beatus eſt diues, qui inuentus eſt ſine macula: & qui poſt aurum H
non abijt, nec ſperauit in pecuniæ theſauris. Quis eſt hic, & laudabimus eum? Qui probatus eſt in illo, & perfectus inuentus eſt: & erit illi gloria æterna. Nam vt teſtatur beatus Iacob. 1. cap. canonicæ ſuæ: Beatus vir, qui ſuffert tentationem: quoniam cum probatus fuerit, accipiet coronam vitæ, quam Dominus repromiſit diligentibus ſe. Hæc ſunt candelabra aurea, hoc eſt pretioſa, quo ad ſeipſum, atque lucida, quo ad proximum per exemplum, iuxta illud Mat. 5. Sic luceat lux veſtra coram hominibus, vt videant opera veſtra bona, & glorificent

Patrem

A Patrem veſtrum, qui in cœlis eſt. Super hæc candelabra actiuæ vitæ fulgebāt in hoc glorioſo ſancto ſeptem dona Spiritus ſancti, iuxta illud Iſa. 11. Requieſcit ſuper eum ſpiritus Domini, ſpiritus ſapientiæ & intellectus, ſpiritus conſilij & fortitudinis, ſpiritus ſcientiæ & pietatis, & replebit eum ſpiritus timoris Domini.

De triplici vita, ſ. actiua, contemplatiua, & mixta. Cap. 2.

Secunda perfectio. SEcunda perfectio huius glorioſi ſancti, ſeu noui hominis, fuit in vita contemplatia perfectio, ſeu delectatio, vn B de ſubdit Ioan. Et in medio ſeptem candelabrorum aureorum ſimilem filio hominis. Ad huius intelligentiam aduertendum eſt, quòd triplex eſt ſtatus humanæ mentis. Primus eſt actiuus, ſecundus contemplatiuus, tertius verò mixtus. In primo ſiquidē efficitur quis homo, in ſecundo efficitur filius hominis, in tertio verò fit ſimilis filio hominis.

Primo enim iure quis dicitur homo, cū creatorem per creaturas iugiter contemplatur, iuxta illud Apoſt. Rom. 1. Inuiſibilia enim Dei à creatura mundi, per ea, quæ facta ſunt intellecta conſpiciuntur. Sicut. n. C homo de limo terræ, ſecundum corpus, formatus eſt; ſic & ſecundum animam ex limo corporalium rerum in cognitionem ſurgere comprobatur. Et hic laborat in medio ſeptem candelabrorum, ideſt, in vita actiua.

Secundò autem filius hominis meritò nuncupatur, qui claro aſpectu rerum ſpiritualium gloriam contemplatur. Et de hoc Apoſt. 2. Corint. 3. ait: Nos autem reuelata facie gloriam Domini ſpeculantes in eandem imaginem transformamur à claritate in claritatem, tanquàm Domini ſpiritu. Perfectione enim vitæ actiuæ poteſt homo Chriſto aſſimilari, cum videlicet omnia D agat ad Dei honorem, & proximi vtilitatem. Perfectione autem vitæ contemplatiuæ induit homo Chriſtum, cum iam non propter Deum operari contendit, ſed amoroſa contemplatione in Deum quodammodo transformatur, vt cum iam Apoſto. ad Gal. 2. dicat: Viuo ego iam non ego, viuit verò in me Chriſtus.

Tertiò verò digne ſimilis filio hominis dici poteſt, qui actiuæ vitæ perfectione continuè creſcens, de die in diem magis proficit ad ſublimiorem perfectionem vitæ contemplatiuæ. Per hoc enim, quòd clarè cognoſcit ordinem operum humanorum, pertingit ad cognitionem operum E diuinorum. Et talis eſt vita mixta, quam Chriſtus, & Apoſtoli vita, & moribus ſeruauerunt. Ad hanc quidem peruenit beatus pater noſter Franciſcus, vt meritò propter hoc, & demum expreſſius, & ad literam propter ſtigmata eius ſacra, ſimilis filio hominis dici poſſit. Non tantummodo fuit homo per actiuam vitam, ſeu filius per contemplatiuam vitam: ſed filio hominis ſimilis per vitam mixta, quæ perficitur ex vtraque. Porrò tanto quiſque in vita contemplatiua perfectior eſt, quanto cum F laboribus, & afflictionibus charius in actiua vita firmius ſubſiſtere poteſt. Et hęc eſt perfectio vitæ mixtæ, quæ ex vtraque conſurgit. Ad quam aſcendit glorioſus Franciſcus, ſicut patet ex eius laudabili vita.

De vita iuſta, quæ perſeuerat vſque in finem. Cap. 3.

TErtia perfectio noui hominis, ſeu beati N. in iuſtitia, perſeueratio dicta eſt. In vanum verò homo in præcedentibus laboraret, ſi antequàm veniret ad finem, ab eis turpiter reſiliret. Et de hoc Ioan. ſubdit: Veſtitum podere. *Tertia perfectio.* G Poderis erat enim veſtis ſacerdotalis linea, corpori aſtricta, pertingens vſque ad pedes. Propter quod poderis dicta eſt, ideſt, pedalis. Pos enim Græcè, Latinè dicitur pes: vnde camiſia, & ſubucula nominatur. Et dicitur poderis, quaſi pedibus hærens. Secundum enim quoſdam, hæc erat tunica hiacintina, pertingens ad pedes, in cuius fimbrijs erant tintinnabula aurea. Et de hoc videtur ad literam loqui illud Sapien. decimooctauo, cum ait, In veſte poderis quam habebat, totus erat orbis terrarum, H & parentum magnalia in quatuor ordinibus lapidum erant ſculpta. Dicuntur autem fuiſſe in veſte poderis, quia erant in rationali, ſuperhumerali, ipſi poderi ſuperperpoſita. Per hanc quidem poderem deſignatur iuſtitiæ pulchritudo in propoſito perſeuerandi vſque in finem. Sic iuſtitiæ cādor laborioſè adeptus vſque in finem ab hoc glorioſo Sancto ſeruatus eſt. Nouerat enim, quod Matth. decimo, Dominus ait: Qui autem perſeuerauerit vſque in finem, hic ſaluus erit. Meritò quidem ſolum perſeuerantiæ præmium gloriæ Dominus

A minus impartitur. Nam generaliter omnes virtutes & theologicę, & morales abſque perſeuerantia contra vitia pugnare nō poſſunt: abſq; perſeuerantia verò vincere nequaquam poſſunt. Ipſa eſt enim, quæ in gloriæ præmium introducit. Ideo ait Greg. 1. lib. moral. Incaſſum bonum agitur, ſi ante vitæ terminum deſeritur; quia fruſtra velociter currit, qui priuſquàm ad metas venit deficit. Et iterum Bernar. in quadam epiſtola ait: Perſeuerātia eſt vnica filia ſummi Regis, finiſq; virtutum, earumque conſummatio, totius boni repoſitorium, & virtus, ſine qua nemo videbit Deum. Et ite-
B rum in epiſtola 12. ait idem: Abſq; perſeuerantia, nec qui pugnat victoriam, nec palmā victor conſequitur. Nutrix eſt ad meritum, mediatrix ad præmium: ſoror patientiæ, conſtantiæ filia, amica pacis, amicitiarum modus, vnanimitatis vinculum, ſanctitatis propugnaculum. Tolle perſeuerantiā, nec obſequium mercedem habet, nec beneficium gratiam, nec laudem fortitudo. Sola eſt cui æternitas redditur, vel potius, quæ æternitati hominem reddit, dicēte Domino: Qui perſeuerauerit vſq; in finem, hic ſaluus erit. Hæc ille.

C *De paternali, & maternali proximorum dilectione.* Cap. 4.

Quarta perfectio.

QVarta eius perfectio eſt maternalis dilectio, quæ præcedentia ornat. Et de hac ſubdit Ioannes, Procinctum ad mammillas zona aurea. Duplex eſt quidem proximi dilectio. Prima eſt paternalis, ſecunda eſt maternalis. De paternali autem Dan. 10. dicitur: Et vidi, & ecce vir vnus veſtitus lineis, & renes eius accincti auro obrizo. Paternitas enim in lumbis, vel renibus denotatur. Qui ergo
D paternæ diſcretionis charitatem habet, cōuenienter zona aurea ad renes eius præcingitur. Quod bene conuenit veteri teſtamento, timore humanas mentes conſtringenti. Sed notanter ait, auro obrizo. Dicitur enim ab obradio, obradias. Hoc obrizum aurum coloris optimi ſic dictum, eo quòd obradiet, eo quòd ſplendore obradiet. Quod Hebræi effau, Græci chyrum, vocant: & ideo in obrizo paternalis dilectionis vigoroſa exemplaritas denotatur. Secunda dilectio dicitur maternalis. Leuiori, atque dulciori dilectione mater diligit filium ſuum, quàm pater: ideo in nouo teſtamento nouus homo, non ſuper renes, ſed ad mammillas zona aurea cingitur, in quo ipſa mens humana ad charitatem maternæ affectionis eruditur. Hāc quidem hic Sanctus adeptus eſt. Ideo cum Apoſtolo ad Galatas quarto, filijs ſuis inquit: Filiòli mei, quos iterum parturio, donec in vobis formetur Chriſtus. Huius autem matetnalis dilectionis duæ ſunt mammillæ. Dextera eſt amor amicorum, ſiniſtra verò eſt amor inimicorum: quibus per arma iuſtitiæ. i. iuſtæ dilectionis a dextris, & a ſiniſtris pugnaret, vt obtineret dulcedinem hanc dilectionis. E

F

ARTICVLVS SECVNDVS

De alijs quatuor, perfectionibus hominis innouati in charitate.

Aliæ perfectiones.

SEcundo ſubdamus alias quatuor perfectiones huius animæ nouæ, quæ applicari poſſint ad ſtatum proficientem, ſeu ad glorioſum Franciſcum.

De ſcientia infuſa, per quam nouus homo diuinitus illuſtratur. Cap. 1. G

PRima quidem perfectio, eſt matura, & luminoſa cognitio: & de hac Ioannes ait, Caput autem eius, & capilli erant candidi, tanquam lana alba, & tanquam nix. Caput ſiquidem, ideſt, mens: & capilli, ideſt, longæ, multæ, & ſubtiles cogitationes hominis noui, ſeu beati Franciſci, lucida extiterunt, eo quòd cœlitus diuina ſapientia illuſtratus, clarè intelligebat omnia, quæ agebat. Sed notanter ait, tanquam lana alba. Lana enim alba leuis & H munda eſt. In albedine huius Sancti cognitio clara, in lenitate manſuetudo humillima, in munditia puritas vera deſignatur. Nix quoque deſcendit alba, & frigida eſt, purgat ſordes, interficit vermes, atque inutiles herbas, terramque impinguat: vt in his myſticè innuatur, quòd mens, & cognitiones huius glorioſi Sancti, deſuper per infuſionem illuſtrabantur, ex quo in ſe, & in alijs refrigerium carnalium æſtuum afferebat: ſordes peccatorum abſtergebat; ſordes ma-

A larum cogitationum occidebat, herbas inutilium ſermonum abſcidebat, terramque carnis diuina dulcedine impinguabat. Vnde meritò dici poteſt illud, quod Sap. 8. dicitur: Optaui, & datus eſt mihi ſenſus; & inuocaui, & venit in me ſpiritus ſapientiæ; & præpoſui illam regnis, & ſedibus, & diuitias nihil eſſe dixi in comparatione illius. Et ſequitur: Quam ſine fictione didici, & ſine inuidia communico, & honeſtatem illius non abſcondo.

B
De duplici oculo animæ innouatæ in patria. *Cap. 2.*

SEcunda perfectio eius, eſt prudens diſcretio, quæ eſt practica luminis præcedentis. Et de hoc Ioannes ait, Et oculi eius veluti flamma ignis. Duo ſunt oculi huius Sancti, vnus eſt in contemplatione ſpeculatiuus, alter verò practicus: vnus ad Deum, alter ad proximum. Ex quibus generabatur perſpicax, & zelatiuus ſplendor, & feruor actus, & intentiones proximorum, & ſubditorum circunſpectiones, & luminoſo, atque amoroſo iudicio liberans, quemadmodum Eccleſiaſtes
C 2. dicitur, Sapientis oculi in capite eius. ſ. ad talia exercendum. Vel duo oculi noui hominis dici poſſunt, dexter, ſcilicet ſcientia agendornm, ſiniſter verò ſcientia ſinendorum. Hi verò veluti flammæ ſunt, cum ſimul & ſcientia clara ſit dimiſſio per diſcretionem, & ardens per virtutis dilectionem. Sic ergo iſte Sanctus omnia quæ agebat, diſcutiebat in conſcientia: vt cuncta ſecundum diuinam regulam fierent, & ad proximorum vtilitatem diſpenſarentur, exemplo Apoſtoli, qui 2. Corinthiorum 8. de ſe ait: Prouidemus enim bona, non ſolum coram Deo, ſed etiam coram homini-
D bus bonis.

De charitatis feruore, & quomodo differat a charitate. *Cap. 3.*

TErtia perfectio huius noui hominis, eſt ardens affectio, ſcilicet vt laborere, vel labor omnis iuſto viro leuis ſit. Et de hac ſubdit, dicens Ioannes: Et pedes eius ſimiles auricalcho, ſicut in camino ardenti. Notandum, quòd notanter aduertendum eſt, quòd ſcientia quantumlibet clara ſit, grauis eſt tamen & pondero- *Scientia eſt grauis & ponderoſa.*
ſa ad bona opera, niſi humanæ affectiones participes ſint diuinæ dilectionis. In huius figura, Exo. 17. dicitur, quòd quantumlibet facies Moyſi ſplendida eſſet, manus tamen illius graues erant. Idcirco neceſſe eſt, non ſolum oculos noui hominis eſſe flammeos, ſed & pedes eius ſimiles auricalcho, ſicut in camino ardenti. Pedes. n. affectiones ſunt, quibus homo contra terrena afficitur, ſicut & terra pedibus conculcatur. Auricalchum verò auro durius eſt, & coloris illius particeps eſt. Auricalchum igitur in camino ardens, eſt dilectio firma in tribulatione feruens. Quæ tanto feruentius, atque fortius ardet etiam inimicos, F
quos infeſtos patitur diligendo; quanto magis per eos affligitur, & vexatur, ſicut etiam Dominus præcipit, Matth. 5. dicens: Diligite inimicos veſtros, benefacite his, qui oderunt vos, & orate pro perſequentibus, & calumniantibus vos. Qui ergo hoc duplici amore feruet; quia ſcilicet amicos diligit ſecundum Deum, & inimicos propter Deum: iure pedes ardenti auricalcho ſimiles habet, qui non charitatem ipſam, quæ in ſola mente eſt, ſed charitatis participationem in affectibus ſenſualibus habet. Charitas enim conſiſtit in voluntate mentis, ſed feruor charitatis redundat affectio G
nem cordis. Ex dictis colligi poteſt, quòd quatuor hominum genera diuerſimodè ſe habent ad charitatem.

Primò ſunt quidam, qui nec charitatem, nec affectionem charitatis habēt, ſicut ſunt impij peccatores.

Secundo ſunt quidam, qui habent affectionem charitatis, & non charitatem: ſicut contingit in eis, qui cum ſint iuſti, & in diuina gratia, & in charitate feruentes, decidunt in mortalem culpam: & tamen amota tunc charitate, quæ inuiſibiliter ab anima aufertur, remanet charitatis feruor, qui prius redundabat in ipſas corporis affe H
ctiones.

Tertio inſuper ſunt quidam, qui charitatem habent abſque charitatis affectionis feruore, ſicut cōtingit ī paruulis baptizatis.

Quarto ſunt alij, qui charitatem in voluntate, & feruorem charitatis in corporis affectiones redundantem habent. Et hi ſunt, qui pedes habent ſimiles auricalcho, ſicut in camino ardenti: inter quos maximè fuit iſte glorioſus Sanctus. Et de hac quadruplici varietate charitatis exemplum patere poteſt in olla plena aqua, quæ primo longe facta ab igne, nec calet, nec feruet:

ſecun-

A ſecundò ſtans ſuper ignem, quando iam feruet, ſi ab igne ſubito amouetur, non ſtatim feruorem perdit, licet illum demum paulatim amittat: tertiò poni poteſt in igne, & non feruet ſtatim: quartò diu perſeuerans in igne feruentiſſimè feruet; quod exemplis prædictis facilè adaptatur. Itaque Sanctus iſte erat in hac quarta differentia.

De feruenti, atque fęcunda locutione noui hominis. Cap. 4.

B QVarta perfectio huius Sancti, feruens locutio nuncupatur. Et de hac ſubditur in figura, Et vox illius tanquam vox aquarum multarum. Porrò quantum in corde maior eſt feruor dilectionis, tanto minus intra ſe capitur, cum Mar. 12. Dominus dicat, Bonus homo de bono theſauro cordis ſui profert bona. Bonus quippe theſaurus cordis eſt amor Dei, & proximi. Ex quo profectò proferuntur bona, quando omnis locutio iuſti viri ſecundum dilectionem formatur. Et hoc eſt, quod Ioannes de hoc ſanctiſſimo C viro, inquit: Et vox illius tanquam vox aquarum multarum. Vnde aqua motum mentis humanæ dilectionis ſignificat. Nam ſicut ſpiritu mouentur aquæ, ſic & impulſu Spiritus ſancti in mente ſuſcitantur dilectiones ſanctæ. Vox ergo illius, vt aquarum multarum eſt: cuius locutio, & doctrina amoroſa dilectione plena eſt, ſicut fuit in hoc Sancto. Proinde Cant. ſecundo, ſponſus in hac voce delectatur ad ſponſam, dicens: Sonet vox tua in auribus meis. Vox enim tua dulcis, & facies tua decora: quod in hoc glorioſo Sancto verificatur. Aliter etiam dici poteſt, quòd D vox huius Sancti, tanquam vox aquarum multarum inſonuit, quando eius doctrinę celebris reſonantia, & irrigatio fœcunda, & nominis lata fama, per multorum populorum ora reboabat. Vnde Ioannes, Apocalypſis 17. ait, Aquę multæ, populi multi.

ARTICVLVS TERTIVS E

De vltimis quatuor perfectionibus viri ſancti.

TErtiò, vltimæ quatuor huius ſancti viri perfectiones ſubiungendæ ſunt, quæ ſtatui profectò huius ſancti viri conuenire poſſunt. *Aliæ perfectiones.*

De exemplari vita hominis recti, & virtuoſi. Cap. 1.

F PRima perfectio huius glorioſi Sancti facta, exemplatio dicta eſt. Et de hac Ioannes ſubdit, Et in dextera ſua ſtellas ſeptem. Stellæ ſeptem, ſeptemtuplex eſt exemplum operis boni, & rectitudinis virtuoſæ vitæ, quæ ex ſeptem virtutibus principalioribus ad ædificationem proximorum demonſtratur. Ille ergo ſeptem ſtellas in dextera ſua habet, qui prudentiæ, iuſtitię, fortitudinis, & temperantiæ, fidei, ſpei, & charitatis, ad proximorum ædificationem, & illuminationem, pro Dei gloria, non pro ſua fama, exemplum bonum in bonis operibus monſtrat, quemadmodum pręcepit Dominus G Matt. 5. dicens, Sic luceat lux veſtra coram hominibus, vt videant opera veſtra bona, & glorificent Patrem veſtrum, qui in cœlis eſt. Et hoc iſte Sanctus pleniſſime impleuit. In ſua verò ſiniſtra has ſeptem ſtellas habere conuincitur, qui non verè, non rectè, nō ſincere, ſed ſimulatè, & mendaciter ſub hypocriſis pallio has virtutes ſe habere oſtendit. De talibus verò ait Dominus, Matt. 23. Omnia. n. opera ſua faciunt, vt videātur ab hominibus, cōtra illud Eccl. 1. Ne fueris hypocrita in conſpectu hominum. Porrò de hoc hominum genere, Matth. 7. Dominus ait, A fructibus eorū cognoſcetis eos. Vnus H quidam fructuum, & maximus, eſt inſtabilitas: quia diu perſeuerare non poſſunt, ſicut Iac. 1. dicitur, Vir duplex animo inconſtans erit in omnibus vijs ſuis. Ac econtra perſeuerantia huius Sancti in veritatis via, manifeſtatur dediſſe virtutū exempla pro gloria Dei, non pro laude ſui. Atq; verificatum eſt in eo, quod Baruch. 3. teſtatur, dicens, Stellę dederunt lumen ſuum in cuſtodijs. i. virtutes eluxerunt per opera ſua bona virtuoſa, quæ virtutes perſeuerare faciunt, & conſeruant. *Prima perfectio.*

A *De viua & efficaci prædicatione huius ſancti viri. Cap. 2.*

Secunda perfectio. SEcunda perfectio huius Sancti, viua & efficax prædicatio eſt. Et de hoc ſubditur, Et de ore eius gladius acutus ex vtraque parte exibat. Gladius quidem eſt verbum Dei, ſeu doctrina penetrans in intima cordium, iuxta illud ad Eph. 6. Et gladius ſpiritus, quod eſt verbum Dei. Hic gladius tunc quidem ex vtraque parte acutus eſt, cum ſermo in ſilentio, & locutione fuerit diſcretè examinatus, vt nec dicenda ſileat, nec tacenda dicat. Et talis gladius de B ore huius Sancti procedebat, qui omnem ſermonem ſic præmeditando examinarat, vt non ſolum diſtrictus, vel diſcretus in ſilentio, verum etiam fructuoſus eſſet in verbo, ſeruans illud Eccl. 3. Tempus tacendi, tempus loquendi. Hoc ſiquidem fuit in illo ſignum ſummæ perfectionis, ſicut teſtatur Iac. 3. dicens: Qui non offendit in verbo, hic perfectus eſt vir. Sunt pleriq; qui diuerſimodè ſe habent ad verbum Dei.

Primò quidam geſtant gladium ſermonis in manu, & ſemen, quod eſt etiam verbum Dei, vt dicitur Lu. 8. nõ portãt in ore: & hi ſunt, qui vitam habent, & non doctri C nam. Et de talibus Hieronymus in prologo Bibliæ, c. 4. ait: Sancta quippe ruſticitas, ſolum ſibi prodeſt. Et quantum ædificat ex vitæ merito eccleſiam Chriſti, tantum nocet ſi deſtruentibus non reſiſtat.

Secundò ſunt quidam alij, qui ſemen diuini verbi ſeminant ore, non manu: non enim bene ſemen ſeminatur ore tantum: & tales ſunt, qui doctrinam habent, non vitã, de quibus Matth. 23. Dominus ait, Dicunt enim, & non faciunt.

Tertiò verò ſunt quidam (ſed heu rari) qui ſeminant manu, & gladium geſtant in ore: & hi ſunt, qui faciunt, & dicunt; & de talibus dicitur, Matt. 5. Qui fecerit, & docuerit, D hic magnus vocabitur in regno cælorum. Et talis fuit hic glorioſus ſanctus N.

De diffuſione famæ hominis iam perfecti. Cap. 3.

Tertia perfectio. TErtia perfectio huius Sancti fuit famæ diffuſio; vnde ſubdit Ioan. Et facies eius, ſicut ſol lucet ĩ virtute ſua. Per faciem verò notitia hominis deſignatur, cum per eam principaliter homines ſe E cognoſcant. Proinde ſapientia Dei tantam ſimilitudinem ordinauit in faciebus, ꝙ nulla omnino alteri ſimilis in orbe terrarum reperiri poſſet: tam in fœminis, quã in maribus: & hoc vt nos alterutrum recognoſcere valeamus. Facies igitur. i. notitia huius Sancti, ſicut ſol in virtute ſua, ꝙ in meridie contingere ſolet; quia fama ſanctitatis eius illuſtrauit totũ mundum, ſicut Ec. l. 42. teſtatur, dicens, Sol. i. ſolaris notitia, atq; fama huius Sancti, illuminans per omnia reſpexit. Sciebat. n. ꝙ Prouer. 15. dicitur: Lux oculorum. i. præſentia ſancti viri: lætificat animam. ſ. intuentium. Fama bona, videlicet in abſentia audita, impinguat oſſa, hoc F eſt virtutes. Dicitur. n. fama, quaſi famula, à famulor, famularis: eo ꝙ famulatur nobis, dum ad modum famulæ diſcurrendo rumores de nobis portat per diuerſas terras, etiam nobis ignorantibus. Vel dicitur fama a fando: peruagatur enim fando ad diuerſas partes: & eſt nomen bonarum, vel malarum rerum: ſed abſque adiectiuo in bono ſæpe ſumi ſolet. Hæc eſt ergo, quæ fando famulata eſt huic glorioſo Sancto.

De fidelium deuota veneratione ad hunc hominem ſanctum. Cap. 4. G

Quarta perfectio. QVarta perfectio eius fuit fidelium, vel deuotorum veneratio, quæ ex omnibus præcedentibus meritò ſubſecuta eſt. Et de hoc ſubiungitur à Ioanne, Et cum vidiſſem eum. ſ. tantum & talẽ cecidi ad pedes eius tanquam mortuus. Ioannes enim, in quo eſt gratia Dei, interpretatur, & ſignat quoſcunq; meritis illius Sancti deuotionis gratia viſitatos. Ad pedes eius itaque cadit, qui ſe longè inferiorem eius virtutibus recognoſcit. De hoc proinde ſanctus Propheta ait, Pſal. 71. Coram illo procident Aethiopes, ideſt, nigri H peccatores, & pœnitentes, & ex meritis eius coram Domino veniam poſtulantes: & inimici eius terram lingent: non dicit comedent, vel mordebunt, ſed lingent. Nam omnia temporalia, & terrena, vana, & falſa, & ſuperficialia ſunt: nec eſt ibi quicquã ſoliditatis, qđ morderi poſſet, vel comedi. Qđ autẽ lingitur, hominem nõ bene ſatiat: ſed potius deſideriũ & famẽ eius accendit. Sic ẽt bona tẽporalia nõ ſatiãt, ſed ad magis ac magis appetendum prouocãt ſuos lectatores. Sequitur verò in prophetia prædicta:

A ₵ta: Et adorabunt eum omnes Reges, & omnes gentes ſeruient ei. Et ſubditur à Ioanne: Tanquàm mortuus.i.tanquàm conuerſi à priſtina mundi vita, ſicut per Soph. 2.c. Dominus ait, dicens: Vos Aethiopes interfecti eritis gladio meo.i.per hunc ſanctum N. verbo meo conuerſionis gratiam conſequemini. Vel aliter dici poteſt, quòd mortuum ſe æſtimat,& coram eo humiliter cadit, qui opera ſua in comparatione virtutum,& excellentiæ huius Sancti affectualiter ſpernit,& vilipendit. Admiranda itaque fuit perfectio peregrini huius hominis noui, ſi conſideremus illius actionem, & contemplationem, perſeuerationem, &
B maternalem dilectionem. Si examinemus eius illuminationem, diſcretionem, affectionem,atque locutionem. Si etiam ponderemus eius exemplationem,prædicationem, famæ diffuſionem, & illuminatorum fidelium venerationem,& teſtificationem. Vt poſſemus meritò dicere: Tu ſolus peregrinus eras,dum fuiſti in via: nunc verò ciuis cęleſtis regni factus, poſſides præmium poſt laborem.ſ.in gloria ſempiterna.i.glorioſum Dominum noſtrum Ieſum Chriſtũ, qui cum Patre,& Spritu ſancto viuit,& regnat, & præmium eſt, & gloria omnium
C Sanctorum, & Beatorum: in quo merita tua nos adiuuent glorificari, & præmiari per infinita ſęculorum ſęcula, Amen.

FERIA TERTIA
poſt Reſurrectionem.

De ſtigmatibus Beati Franciſci.

Sermo LX.

D *De ſtigmatibus,* V*idete manus meas,& pedes meos.* Luc.24. & in euangelio hodierno. Admiranda ſunt verò opera paſſionis Saluatoris,tantæq; dignationis, & dignitatis,vt & immenſi amoris eius expreſſionem,& gelidi noſtri affectus inflammationem, atque paſſionis incitationem demonſtrent, poſtulent,& procurent. Proinde,quod Dominus Apoſtolis ait,omnibus nunciauit,dicens, Videte manus meas, & pedes meos. Quod quidem B. Franc. prudenter aduertens,totam vitam ſuam imitationi Dominicę paſſionis conſecrauit. Ex hoc quidem factum eſt, ꝙ tanto amore,tanto feruore, tantoq; ardore transformatus E eſt in crucifixum Ieſum,vt miraculo omnibus inaudito ſęculis,benignitas Saluatoris mihi carne illius imprimeret ſimilitudinẽ ſuæ ſanctiſſimæ paſſionis, conſtituens eum vexilliferum in noua remuneratione crucifixionis eius. Sic deniq; conſignatus ſtigmatibus Domini Ieſu Chriſti, oſtendens ſtigmata illa ſacra,quæ fuerunt fructus Dominicę paſſionis omnibus fidelibus,ait propoſitum verbũ,dicens, Videte manus meas & pedes meos:quia.ſ.Chriſto crucifixo cõfixus ſum, & eius ſimilitudinem conſecutus ſum. Meritò ergo Apoc.7. in apertio- F ne ſexti ſigilli a Ioanne Euangeliſta,B.Franciſcus habere ſic ſacra ſtigmata deſcriptus eſt,cum ait: Vidi alterum Angelum aſcendentem ab ortu ſolis, habẽtem ſignum Dei viui. Quod verbum poteſt eſſe aliud thema. In quo oſtenditur glorioſi Franciſci triplex perfectionis ſtatus. Primus eſt gratioſæ conuerſationis ibi, Vidi alterũ Angelum. Secundus radioſæ illuſtrationis ibi, Aſcẽdentem ab ortu ſolis. Tertius eſt amoroſæ conſignationis ibi,Habentem ſignum Dei viui.

Primus eſt gratioſę conuerſationis, vnde ait, Vidi alterum Angelum. Præceſſe- G rat enim ante eum Angelicus vir, glorioſus Dominicus, in Angelica vita pariter & doctrina. Beatus enim Franciſcus eſt alter Angelus in regula, & in perſona, ſed idem in charitate,& fide, atque vita. Qui propter facta Angelus nuncupatur, tum propter eius angelicam vitam, tum quia Dei nuntius fuit ad renouandum in mundo euangelium Chriſti.

Secundus verò illius ſtatus fuit radioſæ illuſtrationis, vnde inquit, Aſcendẽtem ab ortu ſolis. Aſcendit verò ab ortu ſolis,quia ſui aſcenſus in Deum initiũ, & fundamentum incępit à Romana ſede, quę inter quin H que Patriarchales eccleſias, eccleſia principalis eſt,ſedes,& ciuitas veri ſolis.ſ.Chriſti & fidei eius.Et de hac Iſa.19.typicè ſcriptũ eſt, In die illa erunt quinq; ciuitates in terra Aegypti. Et ſequitur,Ciuitas ſolis vocabitũ.Vna hęc eſt principalis,& prima.Vel ſic ab ortu ſolis aſcendit, qñ per diuinæ ſapientiæ exẽplũ prædicationẽ, & ſenſum cũ ſuo ordine mundũ irradiauit. Sicut.n.Apoc.6. obſcuratio ſolis diuinę ſapiẽtiæ ſubtractionẽ in mundo ſignat,per quam generalis ruina ſtatuũ,& pſonarũ, & eccleſiarũ in eccleſia ſurgit:ſic ẽt ort⁹ ſolis diuinę ſapiẽtię illu-

A ſtrationem ſignificat, quę in ſexto eccleſię ſtatu in mendicantibus ortum ſumpſit, & creuit. Proinde Bonauent. in illuminationib. ſuis, vocat prædictum tempus, tempus illuminationis ſcripturarum, eo ꝙ in hoc tempore mirabilius declaratæ ſunt à Doctoribus ordinum prædictorum. Propter hanc autem declarationem à generali ruina in vita iuſtitiæ conſeruantur quicũq; merito Chriſti, & inter alios auxilio B. Frã. elegit Deus ante mundi conſtitutionem, vt eſſent Sancti, & immaculati in conſpectu eius in charitate, vt dicitur ad Ephe. 1.

Tertius ſtatus illius fuit amoroſę conſi-B gnationis: vnde ſequitur, Habentem ſignũ Dei viui. i. ſtigmata illa ſacra à Chriſto ſibi miraculosè impreſſa. Huic ſententiæ atteſtatur aſſertio, quam fecit Dominus Bonauent. in Capitulo Generali Pariſijs celebrato, cũ eſſet noſtri ordinis Generalis miniſter. Nam prædicans in ipſo Capitulo cum maximo feruore, aſſeruit, ſe certiſſimè ſcire per reuelationes indubitabiles, & ſolẽnes factas talibus perſonis, qui de hoc non poterant dubitare, ꝙ B. Franc. erat ſingulariter Angelus ſexti ſignaculi, Apoc. 2. & ꝙ ad literam de ipſo, atq; illius ſtatu, & ordine intellexit euangeliſta Ioannes, atq; in ſpiritu C eum vidit, quando protulit dicta verba: nec non & filiorum ſuorum perfectè imitantiũ Chriſtum, collegium in omnibus ſenarijs liber Apocalypſis clarius intellexit. De his ergo ſtigmatibus tria myſteria conſiderare libet. Primum eſt, quid ſignificent ex parte Chriſti: ſecundum, quid indicent ex parte Sancti: tertium, quid annuncient ex parte noſtri.

Articvlvs Primvs.

Quòd tria ſignificant ſtigmata B. Franciſci ex parte Domini Ieſu Chriſti,
D *quæ ſint in illa.*

De his ſtigmatibus tria myſteria conſideranda.

Primum myſterium conſideremus, ſcilicet, quid hæc ſacra ſtigmata ſignificẽt ex parte Chriſti. Tria quidem ſignificant ex parte Chriſti. Primo, clementiam eligentem: ſecundo, ſapientiam prouidentem: tertio, potentiam imprimentem.

Ad quantam perfectionem, & altum ſtatum electus fuit, & eſt B. Franc. per clementiam Dei ſaluatoris. E
Cap. 1.

Primo inquam oſtendunt clementiam eligentem, ſcilicet glorioſum Franciſcum in ſuum ſingulariſſimum filium. Proinde Aggęi 2. in fine, dilectæ ſponſæ perſonæ dicti Franciſci beati, pro mente, & carne Dominus ait, Ponam te quaſi ſignaculum; quia te elegi, dicit Dominus. In quibus verbis tria Propheta enunciat. Primo, Chriſti officium: ſecundo, Franciſci ſignaculum: tertio, electionis teſtimonium. F

Status clementię B. Frãciſci.

Primo verò enunciat Chriſti officium. Ait enim, Ponam te. Quia per ſeipſum, nõ per alium apparuit ei Ieſus. Nam ſicut in ſua perſona, non in alia, carnem noſtram aſſumpſit, & in carne ſua paſſibili perfectionem euangelicam exemplauit: ſic & per ſeipſum glorioſum Franciſcum in ſuæ acceptatę perfectionis ſignaculum figurauit, & conſignauit. Profectò nec per alium hoc fecit, quia nec alius, nec alia creatura poteſtatem habet transformandi animam G in diuinum amorem, nec per conſequens ipſum corpus: igitur talis transformatio facta eſt, non virtute Angeli, ſed ipſius Dei. Præterea, nec per alium hoc myſterium debebat fieri, ſed per illum, qui ſtigmata ſuæ paſſionis geſtabat in corpore, vt ſibi eum ſimilem redderet & conformẽ. Debuit tamen ei Chriſtus in ſpecie Seraphica apparere, tum vt apertè clareſceret, ꝙ cor eius ſine alio medio vnitum, & inflammatum erat cum ipſo Ieſu, tum vt amicus Chriſti prænoſceret ipſum, non per martyrium carnis, ſed per incendium mentis in Chriſti ſimilitudinem transformãdum, quòd plus amore, quàm notitia in Deum anima tranſ-H formatur: tum vt apertius appareret, eum perfectiones ſeraphicas adeptum eſſe, ac in ordine ſeraphico finaliter collocandum. Nec inſuper tantum in ſpecie ſeraphica illi apparere debuit, ſed veluti cruci affixus, vt apertè innueretur, ꝙ non cęleſtis ſpiritus illa ſtigmata imprimebat, ſed ille, qui pro noſtra ſalute crucifixꝰ eſt, atq; ex ſeraphico ardore cordis eius Chriſtum in crucifixi ſimilitudinẽ trãsformabat. Apparuit ergo in ſpecie Seraphin, & veluti cruci affixꝰ. Quia vbi primum ſine ſecundo eſſet amor illius, potius circa creaturam extitiſſe videretur.

Secun-

A Secundò Propheta enunciat Franciſci ſignaculum, ideo addit, Quaſi ſignaculum. Hoc enim dicit propter defectum analogiæ. Analogia Græcè, Latinè dicitur ſimilium comparatio, ſeu proportio. Deficit autem analogia, ideſt, comparatio, ſeu proportio, quæ eſt in omni alia perfectione exemplata à Chriſto Ieſu. Non enim æquari poſſunt adeptio gratiæ, & generatio naturæ: perſonalis vnio, & conformitas voluntatum: ſumma perfectio, & imitatio ei⁹. Prima quidem fuerunt in Chriſto, ſecunda verò in beato Franciſco. Proinde de beato Franciſco, Dan. in 3. prophetauit, dicens,

B Species quarti ſimilis filio Dei. Fuit quippe quartus. Inter principales Leuitas Stephanum, Laurentium, Vincentium, fuit Franciſcus: fuit etiam quartus inter ordinem Patriarcharum, videlicet Baſilium, Auguſtinum, Benedictum, Franciſcum. Fuit ergo ſimilis filio Dei, non ſimilitudine qualitatis, qua Lucifer voluit eſſe ſimilis Altiſſimo, Iſa. 14. ſed ſimilitudine conformitatis, ſicut prędictum eſt; qualis eſt ſimilitudo addiſcentis ad inſtruentem, acquieſcentis ad conſulentem, obedientis ad imperantem, & imitantis ad exemplantem. Hoc ſiquidem fit propriè, cum voluntas noſtra di

C uinæ voluntati conformatur in volito, in voluntatis motiuo, in volendi modo, atq; in fine intento: vt voluntas ſit bonitas, motiuum charitas, motus liberalitas, finis Dei fęlicitas. In qua. ſ. Dei voluntas in omnibus adimpletur. Sed vltra has ſimilitudines fuit in beato Franciſco corporalis conſignationis ſingularitas, vt propter ſingularitatem primis temporibus inexpertā poſſit de eo homo admiratiuè interrogare fideles, dicens illud verbum Prophetæ, Quis ſimilis Deo in filijs Dei?

Tertiò Propheta Aggęus enunciat electionis teſtimonium, ſeu ſignum, dicens,

D Quia te elegi, dicit Dominus; quia mera gratia te feci Angelum ſexti ſignaculi, quē ex omnibus filijs gratię ad hoc elegi: qui infirma mundi eligo, vt fortia quæque cōfundam. Signum autem, quòd Chriſtus elegerit beatum Frāciſcum, tanquam ſuum imitatorem ſingulariſſimum: ſunt admiranda prodigia eius. Proinde conuenit ſibi illud Eccleſi. 45. Similem illum fecit in gloria Sanctorum. Gloria quidem Sanctorum in hac vita, eſt claritas miraculorum, in quibus Franciſcus, Ieſu ſimilis, ſingulariter fuit: vt igitur nos ad literam conuertamus. Hic, ſicut Chriſtus, aquam in vinum conuertit: panes multiplicauit; & de nauicula in medio fluctuum maris immota per ſe ad terram adducta docuit turbas in littore auſcultantes. Huic omnis creatura, quaſi ad nutum videbatur parere, ac ſi in ipſo ſtatus eſſet innocentiæ reſtitutus. Et vt cætera taceam, cęcos illuminauit, claudos, ſurdos, paralyticos, & omniū infirmitatum generibus laborantes curauit. Leproſos mundauit, dæmones effugauit, captiuos eripuit, naufragis ſuccurrit, & quàmplures mortuos ſuſcitauit. In quibus omnibus vix eſt inuentus ſimilis illi, qui tot miraculis in vita, & in morte claruit iam à ſtatu primitiuę eccleſiæ. E F

Quanta Chriſti ſapientia effulgeat in ſtigmatibus B. Franciſci; & de triplici ſapientia Chriſti ſibi communicata. Cap. 2.

SEcundò præfata ſtigmata ſignificant ex parte Chriſti ſapientiam prouidentem, quam oſtendit in carne beati Franciſci, & ipſa ſtigmata imprimendo. Tripliciter enim ſapientiam illi circa hoc communicauit. Primā interiorem, ſecundam ſuperiorem, tertiam exteriorem. *Secundo, quid ſignificāt ſtigmata.* G

Primo vero dedit ei ſapientiam interiorem. Proinde dicere poterat Franciſcus, illud Matth. 11. & Luc. 10. Confiteor tibi Pater, Domine cœli, & terræ, quia abſcondiſti hæc à ſapientibus, & prudentibus, & reuelaſti ea paruulis. Ita Pater, quoniam ſic fuit placitum ante te. Ait enim, Confiteor tibi Pater, ſcilicet per immenſas laudes, & gratiarum actiones. Domine cœli & terræ, quia abſcondiſti hæc a ſapientibus & prudentibus, ſcilicet huius mundi, vnde 1. ad Corint. 1. Stultam fecit Dominus Deus ſapientiam huius mundi. Sumitur autem ſapientia in cognoſcendis, & prudentia in agendis, Hiere. 40. Sapientes ſunt, vt faciant mala: bene autem facere neſcierunt. Eſt autem triplex ſapientia huius mundi, de qua Iaco. 3. Non eſt iſta ſapientia deſurſum deſcendens, ſed terrena, animalis, diabolica. Terrena, vt in cupidis, & in auaris: animalis, vt in voluptuoſis, & luxurioſis: diabolica, vt in ſuperbis, & elatis. A talibus enim omnino abſcondita eſt ſapientia Dei. Proinde Iob 48. ait, Non inuenitur in terra ſuauiter viuentium, quo ad voluptuoſos. Abyſſus, ſcilicet auarorum, dicit, non eſt in me. H

A Et mare, ſcilicet ſuperborum, loquitur, non eſt mecum. Item abſcondiſti hæc a ſapientibus, qui.ſ.ſe ſe reputant ſapientes, atque prudentes, Roma. 1. Dicentes ſe eſſe ſapientes, ſtulti facti ſunt. Et reuelaſti ea paruulis, ideſt humilibus. Non tamen excludit acumen ingenij, ſed damnat tumorem ſupercilij, ſecundum glo. Tria ſiquidem ſunt in paruulo maximè neceſſaria ad ſapientiam, quæ fuerunt in beato Franciſco: vnde ſcilicet hanc ſapientiam adeptus eſt. Hæc ſunt humilitas, puritas, & credulitas, ſeu perſuaſibilitas: quæ ſunt quaſi tres ſapientiæ claues. Humilitas, quia vbi humilitas
B eſt, ibi ſapientia adeſt. Vnde Prouerb. 11. Puritas, quia in maliuolam animam non introibit ſapientia, nec habitabit in corpore ſubiecto peccatis, Sap. 1. Credulitas, quia oportet addiſcentem credere, Iſa. 7. Niſi credideritis, non intelligetis, ſecundum aliam tranſlationem. Et addit: Ita Pater, quoniam ſic fuit placitum ante te. Ad literam ait glo. non reddet Dominus rationem, cur hos elegerit, illos verò reprobauerit: ſed ſic Deo placitum dicit. In quo accipimus exemplum humilitatis, ne temere diſcutiamus de ſupernis concilijs. Prouer. 25. Perſcrutator maieſtatis opprimetur a glo-
C ria. Quæ omnia fuerunt in B. Franciſco.

Secundo, dedit Dominus B. Franciſco ſapientiam ſuperiorem.i. altiſſimam ſuperiorum contemplationem. Proinde Apoc. 3. & Prouer. 6. Dominus ait B. Frãciſco, Scio opera tua.ſ. per approbationem. Ecce dedi coram te oſtium apertum, quod nemo poteſt claudere, eo quòd modicam habes virtutem. Diabolus nanque de theſauris ſapientiæ ſibi naturaliter per creationem inditæ ſuperbiens, claue diuinæ iuſtitiæ excluſus, nititur vnumquéque ab eodem theſauro excludere, ſuperbiam ſuggerens, per quam vera ſapientia indignus fiat, quicun-
D que illi conſenſum præſtat. Sic humilitatis diſcipulos, & veritatis alumnos tentabat in prima operatione virtutis, in theſauris ſapientiæ Chriſti per gloriam vanam excludere, Luc. 10. vbi dicitur, Quia diſcipuli reuerſi ſunt, dicentes: Domine, dæmonia etiam ſubijciuntur nobis in nomine tuo. Per hoc autem verbum Prophetę, quod ſubditur, quòd nemo poteſt claudere oſtium apertum, Chriſtus diſcipulis ſuis dedit, cum per operationem virtutum eos ad ſapientiæ ſuæ theſaurum per gratiam ſuam introducere diſpoſuit, quòd diabolus tunc claudere voluit, quando de virtutum gratia eis vanam gloriam ſubiecit. Eis tamen hoc E
oſtium claudere non potuit, quos magiſter doctrina ſua ſtatim ad humilitatem reduxit, dicens, Videbam Sathanam ſicut fulgur de cœlo cadentem: quaſi dicat, Si Sathanas in tanta nobilitate naturę conditus, per inanem gloriam ſubito ruit: quomodo vos naturæ infirmioris de virtutibus, quas non ex vobis, ſed ex gratia Dei ſuſcepiſtis gloriantes ad cęleſtia conſurgere poteritis? Sicut ergo ſuperbia oſtium contemplationis cœleſtium, ſuperbienti Angelo clauſit: ſic vere humilitas terreno homini, ideſt, glorioſo Franciſco oſtium cœleſtis contemplationis cœleſtium ſecretorum aperuit. Ideo F
Ioan. ſubdit, Quia modicam habes virtutem. Modica virtus digne humilitas nuncupatur; quia facit hominem ſeipſum modicum reputare, modicum apparere, modicam ad ſeipſum habere affectionem. Quę tria maximè in beato Franciſco fuerunt. In primo iudicatur humilitas, Iaco. 2. Superbis Deus reſiſtit, humilibus autem dat gratiam.ſ. ſupernarum contemplationum, & cogitationum. In ſecundo paupertas, Matth. 5. Beati pauperes ſpiritu, quoniam ipſorum eſt regnum cœlorum. In tertio auſteritas, Ioan. 12. Qui odit animam ſuam in G
hoc mundo, in vitam æternã cuſtodit eam. Quæ omnia beatus Franciſcus impleuit.

Tertiò dedit ei Dominus ſapiẽtiam exteriorem.ſ. ſtigmata ſua ſacra, quæ ſapientiæ interioris, & exterioris inditium extiterũt, & indicabant Chriſti ſapientiam prouidentem. Rex.n. ſapientiſſimus illud, quod nulla vult obliuione deleri, ſigno ſuæ maioris apparentię ſignat. Et quia renouationem paſſionis ſuæ, in qua ſapientia ſua abſcondita eſt, & eam in carne Franciſci ſculpſerat, per ſuæ crucis continuam transformationẽ nulla volebat maculatione fucari. Idcirco ad perpetuam rei memoriam ſuæ paſſionis ſigna impreſſit in carne B. Franciſci.
Proinde Ezech. 28. quod ſcriptum eſt de Lu H
cifero, beato Franciſco myſticè eſt dictum. Tu ſignaculum plenitudinis, plenus ſapientia, & perfectus decore, in delitijs paradiſi fuiſti. Ois lapis pręcioſus operimentũ tuũ. Sicut.n. Lucifer in exordio ſuæ creationis ſimillimus fuit Deo ĩ vniuerſa multitudine Angelorum, ſecundum Iſid. lib. 1. de ſum. bo. ſic glorioſus Fraciſcus circa terminum vitæ ſuę ſimillimus fuit Chriſto in tota vniuerſitate Sanctorũ. Ideo, qđ dicitur de principio Luciferi: ad idẽ dr̃ de fine Franc.ſ. tu ſignaculum, &c. Et ſicut verbum propoſitũ

prolatum

A prolatum fuit de lucifero ad litterã pro ſtatu ſuæ inenarrabilis fœlicitatis, quã habuit ante ſuam ſubuerſionem: ſic conuenienter aſſumitur pro beato ſignifero Chriſti pro ſtatu ſuæ incomparabilis ſanctitatis, quam habuit poſt ſuam conuerſioné. Nec obſtat, ſi Sãcti lucifero comparantur pro ſtatu ſuæ creationis, quia ſuperbi comparãtur ei pro ſtatu ſuæ ſubuerſionis: quia ſacra ſcriptura vtrunque ſtatum diſtinguens, rectè quandoque extollit eum, vt ad mirabilem: quandoque vero deijcit, vt execrabilem. De primo dicitur Ezech. 18. tu Cherub extentus, & protegens, & poſui te in monte ſancto B Dei, in medio lapidum ignitorum ambulaſti, perfectus in vijs tuis a die conditionis tuæ, donec inuenta eſt iniquitas in te. De ſecundo Iſa. 14. Dicitur: Quomodo cecidiſti de cœlo lucifer, qui mane oriebaris? Corruiſti in terram, qui vulnerabas gentes. Proinde quantum ad ſtatum ſuæ creationis verbum prædictum conuenienter aſſumi poteſt. Ait ergo, tu ſignaculum ſimilitudinis. Similitudo enim patris eſt verbum Dei, ſpecioſiſſima ſpecies, & formoſiſſima forma. Pulcherrimus ergo, & venuſtiſsimus erat glorioſus Franciſcus, qui ſignaculum dicitur, tam formoſæ ſimilitudinis. Candor eſt C enim lucis æternæ, & ſpeculum maieſtatis, & imago bonitatis illius. Hoc perſpicacius probatur: Quia quanto medium eſt purius, & ſincerius, tantum magis perpetuum eſt ſpecierum. Quare igitur corpus brati Franciſci fuit ſic figuratum ſpecie crucifixi. Signum eſt, quòd caro eius fuit puriſſima, & anima quaſi deificata, & purificata puritate. Tu ergo Franciſce ſignaculum ſimilitudinis es. Et additur, plenus ſapientia. Profectò quicunque ad Dei ſapientiam peruenire deſiderat, ante omnia ſtultus ſibi videri debet. Sic ait Apoſtolus, primo Corinthio. 3. Si quis inter vos ſapiens videtur eſſe, in hoc ſæculo, ſtultus fiat, vt ſit ſa- D piens. Cum enim homo didicerit in ſe contemnere ſapientiam humanam, peruenit ad proprium diuinæ ſapientiæ ſenſum, qui magis eſt per influxum ſpiritualem petendo diuina. Quemadmodum Dionyſius ait, quàm agendo virtute humana. Quæ omnia beatus Franciſcus ſeruauit, ideo diuina ſapientia plenus fuit. Erat enim ſapientia eius cœlica deſurſum deſcendens, pudica, pacifica, modeſta, ſuadibilis bonis conſentiens, plena miſericordia, & fructibus bonis. Proinde Prouerbiorum 3. dicitur a Salomone in perſona beati Franciſci: Stultiſsimus ſum virorum, & ſapien- E tia hominum non eſt mecum, non didici ſapientiam, & noui ſcientiam Sanctorum. Et ſubdit Ezech. dicens, & perfectus decore. Fuit enim perfectus decore virtutum, morum, & ſtigmatum. Hunc decorem probat innocentia, qua beſtiolas, & auiculas affectu deſiderabili ad ſe traxit. Caro, quæ poſt mortem quaſi glorificata reſplenduit. Anima, quæ ſub ſpecie ſtellæ præfulgidæ in cœlo empyreo ſe recepit.

Sed & miracula multa, quibus poſtmodum clarius coruſcauit. Et ſequitur, in delitijs paradiſi fuiſti, ſcilicet ſæpe ab omni ſenſu ſubtractus, & raptus. Omnis lapis F prætioſus, ideſt, omnis virtus perfectionis: operimentum tuum, quia in omnibus habituatus es multotiens.

Quantum appareat potentia Dei in ſtigmatibus B. Franciſci, & de laudibus montis aluernæ. Cap. 3.

3. De ſtigmatibus.

TErtio quoque ex parte Chriſti præſata ſtigmata indicant potentiam imprimentem, quia imprimit terrorem aduerſarijs, & amorem filijs. Nam hæ ſunt litteræ annulo regis Aſſueri ſignatæ, He- G ſter. 8. cap. Quia vt ibidem dicitur, hæc erat conſuetudo, vt epiſtolis, quæ ex regis nomine mittebantur, & illius anulo conſignatæ erant: nemo auderet contradicere. Sed dilectis filijs glorioſi Franciſci tantum potentia Ieſu amorem imprimit, & vigorem: vnde dubitare non habent, quòd ſicut virtus Ieſu vitam Franciſci ſenſibilem per ſupernaturalem potentiam præbuerat in corpore vulnerato: ſic etiam contra naturales noſtræ carnis defectus virtus Ieſu in obſeruantia regulari ipſos protexit, & conſeruabit. Hoc eſt ſignum, de quo dicere poteſt illud Exod. 3. Ego ero tecum. Et H hoc habebis ſignum, quòd miſerim te: cum eduxeris populum meum de Ægypto, immolabis Deo ſuper montem iſtum, ſcilicet Aluernæ. Fælix igitur hic mons, quem tãto priuilegio altiſsim⁹ Ieſus dignatus eſt inſignire. Verè mons Dei, mons pinguis, mons Lybani puritatis, mons Syon ſpeculationis diuinorum, & mons perfectionis legis, quaſi ſynai. In quo non tantum mandatum ſufficientiæ, ſed conſilium ſupererogationis perfectæ fæliciori igne incenditur, & ſacratur. Ibi ardet rubus, & nõ cõburitur ſpina: qa in illa lege ardet cõcupiſcentia, & nõ

remit-

A remittũtur peccata, & hoc reuelauit Deus Moyſi. Hic ardens apparens Ieſus,& conſumit cõcupiſcentiã, & purgationis pcĩ ſcoriam in Franciſco. Hic eſt mõs templi Dei, mons Moria, in quo pacificus noſter verus Salomon Ieſus templum ædificat,non lapidibus ferro quadratis,atque politis: ſed de Chriſti clauis,lancea,& ſpinis quadratis,& ſculptis.De hoc igitur monte,Alexander 4. in bulla,quæ incipit: Si nouæ militiæ militantis eccleſiæ, ſic ait ad ordinem totum. Sanè dilecti filij celebrem illum vernantis Aluernę montem,in quo ſublimatum corpus a ſublimiori animo non diſſentit: cum B ibi prius ſuus amor interius in monte feruens, intuitu Seraph. incaleſcens incendij feruore prorupit exterius decorans corpus in cruce ſplendidiſſimis Margaritis affectionis brachijs amplectimur tot, & tanta mirificè recolentes.Quem enim amicum æternæ ſalutis,iſtæ locus non delectet, quãplurimum:vbi extremo iam inſtante ſæculi ſeneſcentis, interitu oſtendit exceſſus regis militem regis militaribus inſignitum, vt regis aciem,iam labentem,iamq; ab hoſtibus fugientem defenderet, & certamen victorioſum triumphatoris ſuperni,verbis,& a-C ctibus,hoſtibus aggredientibus prædicaret. Hæc ille. Felicia etiã ſigna Dominicæ paſſionis in corpore Franciſci impreſſa, cum protegant omnes deuotos ſuos. Eccleſiaſticæ quippe dumus, cruce picta ſignari ſolent,vt ſub protectione papali perſiſtere cognoſcantur. Põtifices quoque propter hoc eccleſias ſignant, vt ipſarum conſecratio videatur. Templum ergo ſanctiſſimum animæ,& corporis glorioſi Franciſci, & regulam conſtitutam ab ipſo conſignauit,cõſeſecrauit pontifex ſummus Chriſtus, atque ſub ſua ꝓtectione accepit,vt de cætero nullus audeat ſibi eſſe moleſtus, quia ſtigmata D Domini Ieſu in corpore ſuo portat. Vt omnibus plene conſtaret, quòd regula eius eſt tanta protectione munita, quòd quicumq; hãc regulam ſecuti fuerint, pax ſuper illos, & miſericordia, & ſup Iſrael Dei. Proinde extra de vſuris.c.Exijt,qui ſeminat.lib.6.in declaratione regulæ Minorũ Nicolaus Papa 3.ſic de ipſa regula inquit. Ipſa euangelico fundatur eloquio, vitæ Chriſti roboratur exemplo, fundatorum militantis eccleſiæ Apoſtolorum eius ſermonibus,actibuſque firmatur. Hæc eſt apud Deum, & patrem munda, & immaculata religio, quæ deſcendens a patre luminum, per eius filiũ exemplariter, & verbaliter tradita Apoſtolis.& demum per Spiritum ſanctum beato E Franciſco,& cum ſequentibus inſpirata totius in ſe quaſi continet teſtimonium Trinitatis. Hic eſt enim, cui atteſtãte Apoſtolo, nemo debet eſſe moleſtus, quem Chriſtus paſſionis ſuæ ſtigmatibus confirmauit: volens inſtitutionem ipſius paſſionis ſuæ ſignis notabiliter inſigniri. Hæc ille.

Articvlvs Secvndvs

Quòd ſacra ſtigmata oſtendunt tria ſublimia fuiſſe in B.Franciſco. F

Secundum myſterium, circa hæc ſacra ſtigmata conſideremus, ſcilicet quid indicent ex parte ſancti.Primo ardentiſſimam charitatem, ſecũdo perfectiſſimã vnitatem, tertio ſublimiſſimã dignitatem.

De ſeptem flammis ardentiſſimę charitatis, quæ fuerunt in B.Franciſcò.
Cap. 1.

Primo quidem hæc ſtigmata ſacra ex parte B.Franciſci indicant ardentiſſimam charitatem: Multũ quippe accenſa eſt fornax, quãdo per latera flammæ violenter erumpunt. *1. Myſteriũ de ardẽtiſſima charitate B.Franc.* G O quanto amore Frãciſcus ardebat,cui ampliſſimi cordis regio non ſuffecit, quin ipſa flamma amoris euaporaret per quinque corporis ſui aperturas. Fecit enim ille ignis feneſtras violentia ſua, quia intra Franciſci animam claudi non valebat: ideo penetrauit,& incendit carnem vicinam,& demum cuncta mundi climata inflammaret. Proinde quidam de illo ſic ait. Sic transformatur cor amantis in id,quod amatur:vt per membra foris virtus prorumpat amoris. Magni quippe vigoris eſt ignis ille, qui humidum mare flammauit.O quàm ardebat deſiccata H ab omni amore mundi,regio mentis eius, quando ſic humidum carnis ſuæ flammeſcebat, atque rubebat Spiritus ſancti igne. Proinde Cant.8.& vltimo glorioſo Franciſco Dominus ait:Pone me,vt ſignaculum ſuper cor tuum, vt ſignaculum ſuper brachium tuum. Quia fortis eſt, vt mors dilectio:dura ſicut infernus æmulatio. Lampades eius,lampades ignis, atque flammarũ: aquæ multæ non potuerũt extinguere charitatem. In quibus ſacratiſſimis verbis, ſeptem flammæ ardentiſſimi amoris per ordinem exprimuntur: quibus B.Franciſcus ardentiſ-

A dentiſſimè flammeſcebat. Prima dicitur meditatio, ſecunda imitatio, tertia ſeparatio, quarta æmulatio, quinta inflammatio, ſexta exemplatio, ſeptima in ſuperatio. De quib. dictũ eſt ſupra ſermone 4.ca.1.quæ poſſunt B.Franciſco faciliter adaptari.

Quòd triplici virtute conſecutus eſt beatus Franciſcus illa ſacra ſtigmata in corpore ſuo. Cap. 2.

B *Perfectiſſima vnitas Beati Franc. cũ Chriſto.*

SEcundo prędicta ſtigmata indicant beati Frãciſci cum Chriſto perfectiſſimam vnitatem,& conformitatem. Tanto.n. ardore flammeſcebat B.Franciſcus ad amoroſum Ieſum,ꝙ triplici virtute erupit Spiritus ſancti ignis in lampades flammarum, per quinque corporis eius aperturas. Primo virtute imaginatiouis diſpoſitiuæ,ſecũdo virtute admirationis diſpoſitiuæ, tertio virtute dilectionis vnitiuæ, perfectiuæ, & transformatiuæ. Primo inquã virtute imaginationis diſpoſitiuæ. Nam ſecundũ mundi ſapientes imaginata fortiſſime cõtingit, quod quandoque euenire ſolet. Multum quippe ſequitur corpus animam in actionibus ſuis. C Propterea continua imaginatio paſſionis Chriſti, quæ a principio fuit glorioſi Franciſci: fuit diſpoſitio magna, vt ad hanc realitatem veniret. Non dico tamen, ꝙ talis imaginatio produxerit hunc effectum,quia talem errorem,& ſancta eccleſia reprobat,& vera ratio confutat, & condẽnat. Quia virtute imaginatiua quantumcũque forti, non fit immutatio ſolidorum neruorum, quemadmodum fuit facta in ſacris ſtigmatibus Franciſci, ſicut infra dicetur. Præterea materia fluida,& ſi natura,& imaginatione vehemẽti mutetur, & alteretur, & animæ obediens fiat:tamen vbi materia dura eſt,imaginationi non paret,ſecundum D ſententiam Aug.11.de Trinit. Item ſi imaginatio vehemens haberet ſtigmata inſigni re, hoc præ omnibus alijs in B.Virgine contigiſſet,quæ iuxta crucem de Dominica paſſione præ omnibus alijs doluit, & afflicta fuit. Quod tamen nec eccleſia, nec aliquis Doctorum affirmat. Multiplices tñ apparitiones crucis, & paſſionis Chriſti magnam diſpoſitionem huic myſterio præſtiterunt, de quibus aliquas ſubiungamus.

Octo ſunt crucis apparitiones.

8 Sũt crucis apparitiones.

PRimo enim ante B.Franciſci conuerſionem ad Chriſtum,cum militem paupe-rem ſe nudato ſuas induiſſet veſtes: nocte E ſequenti,cum ſe ſopori dediſſet,vidit palatium ſpecioſum,& magnum cum militaribus armis crucis ſignaculo inſignitis. Dictumque eſt ei, tanquàm amico crucifixi futuro, quòd omnia ſua forent, militumque ſuorum, ſi vexillum crucis conſtanter aſſumeret. Secundo cum adhuc ſæcularis eſſet, iretque iuxta eccleſiam S.Mariæ de Portiuncula, fortiterque ploraret: interrogatus a quodam viro ſpirituali de cauſa,cur ſic fleret amarè.Reſponditque,quòd Domini Ieſu paſſionem plorabat, pro qua non deberet verecundari, ire plorando per totum F mundum, hoc in legenda trium ſociorum habetur. Tertio dum ſolus ſequęſtratus oraret,apparuit ei Chriſtus, veluti cruci affix°, ad cuius aſpectũ liquefacta eſt anima eius, & memoria paſſionis eius ita medullitus cordis ſui viſceribus eſt impreſſa,vt & plagas dilecti Ieſu oculis mentis, quaſi iugiter cerneret,& vix exterius a lachrymis & gemitibus ſe continere valeret. Quarto apparuit ei Chriſtus crucifixus in eccleſia ſancti Damiani. Cui oranti de cruce Dominus ait:Franciſce, vade, repara domum meam, quæ vt cernis, tota deſtruitur. Quinto dũ frater Silueſter adhuc eſſet pbr ſæcularis,vi G dit crucem aureã ex ore B.Franciſci procedentem: cuius altitudo cœlos tangebat, & brachia eius protendebantur vſq; ad terminos vnuerſæ terræ. Cuius aſpectus præfulgidus draconem teterrimum effugabat. Sexto apud caſtrum S.Seuerini in Marchia frater Pacificus vidit B.Franciſcum duobus enſibus valde fulgentibus mirabiliter decoratum: quorum vnus a capite ad pedes, alter a manu ad manum tranſuerſaliter: per pectus in modum crucis tranſibat. Septimo vidit idem frater Pacificus crucis ſignũ in fronte B.Franciſci, colorum verietate diſtinctum,ꝙ faciem eius mirabiliter venuſta H bat. Octauo apud Arelatem, dum de titulo crucis B.Antonius prædicaret in Capitulo, vidit frater Monaldus B.Franciſcum in forma crucifixi ad oſtium Capituli fratribus benedicentem, cum ipſe B.Pater tunc ageret in remotis. Porrò bene ſeruabat beatus Franciſcus, quod ei a Domino Exo.13. dictum eſt: Erit quaſi ſignum in manu tua, ideſt pœnitentiæ tuæ virtus,& crux quæ cõſiſtit in gaudio,atque pęna, erit quaſi ſignũ futurorum.Et ſequitur.Et quaſi appenſum, qui ob recordationem ante oculos erit, ſcilicet crucifixus Ieſus. Vt ſicut,quod ante oculos pendet,obliuioni minime tradi poteſt;

A teſt: ſic nec paſſio Chriſti a te iugiter meditata. Dicit enim propheta in perſona eius. Proponebam Dominum, ſcilicet crucifixũ in cõſpectu meo ſemper. Hęc octo teſtimonia credibilia facta ſunt nimis, teſtimoniũ præſtant huic nonæ apparitioni, quando ei Chriſtus impræſſit ſacra ſtigmata: & huic tanquam diſpoſitiones præambulæ cógruè præceſſerunt. Sicut ergo Dominus Bonau. in maiori legenda ait: Chriſtus Ieſus crucifixus intra mentis B.Franciſci vbera, vt myrrhæ faſciculus mirabiliter, atq; iugiter morabatur, in quem optabat per exceſſiuum

B amoris incendium totaliter transformari. Proinde crucis myſterium magnum, & mirum, in quo chariſmata gratiarum, & merita virtutum, & theſauri ſapientiæ, & ſcientiæ Dei: tam alta profunditate velantur: vt a mundi ſapientibus, & prudentibus ſit occultum: tam plenè fuit huic pauperculo reuelatum, vt omnis vita ipſius non niſi Chriſti dulcedinem ſaperet, & non niſi gloriam crucis prædicaret.

De apparitione Seraph.

C

De apparitione Seraph.

SEcundo hæc ſtigmata B.Franciſco impreſſa fuerunt, virtute admirationis ꝓmotiuæ. Oues quippe Iacob in aſpectu virgarum, varios fœtus parturierunt. Apparuit enim ei Ieſus in ſpecie Seraph. Nam, ſicut recitat Dominus Bonauen. cum eſſet B. Franciſcus in loco excelſo, qui dicitur mõs Aluernæ, & in eius parte occidentali, mane in aurora, circa feſtum exaltationis S.Crucis, cœleſtium deſideriorum ardentiori flãma ſuccenſus, ſupernarum cœpit immiſſionum cumulatius dona ſentire. Dum igitur Seraphicis deſideriorum ardoribus ſurſum

D ageretur in Deum, & affectus compaſſiua teneritudine in eum transformaretur: cui ex charitate nimia crucifigi complacuit, in latere montis orans, vidit quaſi ſpeciem vnius Seraph, ſex alas tã fulgidas quaſi ignitas de cęlorum ſublimitate deſcendere: qui volatu celerrimo ad aeris locum viro Dei propinquum perueniens, nõ ſolum alatus, ſed etiam crucifixus apparuit. Manus quidem, & pedes habens extenſos, & crucifixos, alas vero ſic miro modo hinc inde diſpoſitas, vt duas ſuper caput erigeret: duas ad volandum extenderet, duabus vero reliquis totum corpus circumplectendo velaret. Hæc videns vehementer obſtupuit, mixtumque dolore gaudium mens eius incurrit: dum, & in gratioſo aſpectu ſibi, tam mirabiliter, quàm familiariter apparentis exceſſiuam, quandam concipiebat lætitiam, & dira conſpectu crucis affixio, ipſius animã compaſſiui doloris gladius pertrãſibat. Intellexit ſiquidem illo dicente interius, qui apparebat exterius. Quòd licet paſſionis infirmitas cum immortalitate ſpiritus Seraphici nullatenus conueniret: ideo tamẽ huiuſmodi viſio ſuis fuerat præſentata conſpectibus, vt amicus ipſe Chriſti prænoſceret, ſe non per martyrium carnis, ſed per incendium mentis totum in Chriſti Ieſu crucifixi expræſſam ſimilitudinem transformandũ. E

Myſterium ſex alarum glorioſi Seraph.

F

Myſtica ſignificata 6. alarũ ĩ Frã.

SPlendor alarum indicat radioſam illuminationem intellectus glorioſi Franciſci. Ignitura vero earum alarum, ignitionem cordis, & affectus illius apertè demonſtrat. Sex alæ myſticum habent in Frãciſco ſignificatum. Vnde duæ primæ reſpũ Dei, ſunt aſpectus veritatis, & hauſtus charitatis duæ reſpũ ꝓximi, ſunt vis illuminatiua, & vis inflammatiua: duæ reſpectu ſui, ſunt innocentia, & iuſtitia, ſeu cuſtodia, & diligentia, ꝙ omnia fuerunt in B.Franciſco. Sed quia totus ardor Spiritus ſancti in æternum diffundendus ſuper humanam naturã G de ardore crucis, & de immẽſurabilis Chriſti amoris plagis originem habet: ideo inter alas ſplendidas, & ignitas illius Seraph Chriſti crucifixio oſtenſa eſt. Horum igitur mirabiliorum admiratione ſuſpenſus beatus Franciſcus, totus promouebatur, vt ipſius Seraph figuretur effigie.

Vis triplex diuini amoris.

TErtio fuerunt impræſſa hæc ſtigmata virtute dilectionis perfectiuæ, vnitiuæ, & transformatiuę. H Habet enim diuinus amor, & ardor vim triplicẽ in ſuo effectu. Primo enim habet vim liquefactiuam. Ideo tanta fuit ardens charitas B.Frãciſci ad Chriſtum crucifixum Ieſum, quòd igneus Ieſus ſcintillans diuinitate, & candeſcens flammea charitate, & humana facie apparente ſupra cor, & corpus illius, tam flammeum ignem, & vigoroſum effudit, ꝙ factum eſt cor eius, tanquam cera liqueſcẽs. Secundo amor ille habet vim figuratiuam ad modum ceræ fluentis in ſculpturam ſigilli: ideo B.Franciſcus tali liquefactus ardore mente, & carne, totus defluxit intra ſculpturam vulneris apparentis Ieſu, & amans

A in amatum per vim huius amoris transformatus eſt. Proinde tota trinitas per Chriſtum ait illud Gen. j. Faciamus hominem ad imaginem, & ſimilitudinem noſtram: quia imaginem ſuæ paſſionis impreſſit in corpore, & ſimilitudinem impreſſit menti.

Tertio vero amor ille habet vim reſoluti uam atque depaſcens terreſtrem materiam ſemper tendit ad ſumma: ideo talis amor cor beati Franciſci depaſcens, & carnem illius incendens, eam inflammando crucifixo configurauit. Atque completum fuit in illo, quod antea affectuoſiſſimè poſtula- B bat, dicens: Abſorbeat, quæſo Domine, mentem meam ab omnibus, quæ ſub cœlo ſunt ignita, & melliflua vis tui amoris: vt amore amoris tui moriar, qui amore amoris mei dignatus es mori. Vnde iam cum Apoſtolo ad Galat. 2. dicere poterit. Viuo autem iam non ego, viuit vere in me Chriſtus. Et illud ad Galat. vlt. De cætero nemo mihi moleſtus ſit. Ego enim ſtigmata Domini Ieſu in corpore meo porto, gratia Domini noſtri Ieſu Chriſti. Quod quidem verbum Papa Nicolaus III. in declaratione regulæ noſtræ, vt habetur extra de verbo. ſign. c. exijt, qui ſeminat. lib. 6. de Franciſco intelligit eſſe dictum: cum nec Paulus, nec C alius Sanctus auctoritate eccleſiæ legatur in corpore ſuo portaſſe ſtigmata hæc ſacra. Meritò ergo dicere poterat cum propheta: Inflammatum eſt cor meum, & renes mei commutati ſunt, & ego ad nihilum redactus ſum.

De triplici ſtigmatum dignitate, & quæ ſit illa. *Cap.* 3.

TErtio vero hæc ſacra ſtigmata ex parte beati Franciſci indicant ſublimiſſimam dignitatem. Triplex eſt enim dignitas ſtigmatum eius. Prima eſt ipſorum ſtigmatum formatio, ſecunda miracu- D lorum multiplicatio, tertia priuilegiorum admiratio.

De forma ſtigmatum.

1. Miraculum de ſtigmatis B. Franc. PRima vero dignitas ipſorum ſtigmatum eſt eorũ formatio. Ait enim Dominus Bonauẽ. in legenda Minorum, ꝙ poſt Seraphicam apparitionem, ſicut dictum eſt, diſparens viſio poſt arcanum, & familiare colloquium, mentem ipſius Seraphico interius inflammauit ardore, carnem vero crucifixo cõformi exterius inſigniuit effigie, tanquàm ſi ad ignis liqueſactiuam E virtutem ſigillatiua eſſet impreſſio ſubſecuta. Statim nanq; in manibus eius, & pedib⁹ apparere cœperunt ſigna clauorum ipſorũque capitibus in interiori parte manuum, & ſuperiorum pedum apparẽtibus, & eorum acuminibus exiſtentibus ex aduerſo. Erantq; clauorum capita in manibus, & pedibus rotunda, & nigra: ipſa vero acumina oblonga, retorta, & repercuſſa: quæ de ipſa carne ſurgentia, carnem reliquam excedebant. Sic quidem repercuſſio ipſa clauorum ſub pedibus, adeo eminens erat, & extra ꝓtenſa: vt non ſolum plantas ſolo liberè applicari non ſineret, verum etiam intra cur- F uationem arcualem ipſorum acuminum faciliter immitti valeret digitus manus, ſicut, & ab eis ipſe accepi, qui oculis proprijs cõſpexerunt. Dextrum quoq; latus quaſi lancea transfixum rubra cicatrice obductum erat, quod ſæpe ſanguinem ſacrũ effundẽs, tunicam, & femoralia in tanta copia reſpergebat, vt poſtmodum fratres ea lauantes pro tempore aduerterent, ꝙ ſicut in manibus, & pedibus, ſic & in latere famulus Chriſti expreſſe haberet impreſſam ſimilitudinem crucifixi. Hæc ille.

De duodecim miraculis ſtigmatum beati Franciſci. G

SEcunda dignitas ſtigmatum B. Franciſci, eſt miraculorum multiplicatio. Ex antedictis verbis Bonau. duodecim miracula in ſtigmatibus B. Franciſci notari, & numerari poſſunt. Primum miraculum eſt, quia non tm̃ manus, & pedes apparuerunt perforati, ſed ẽt conclauati: quia in eis claui apparuerunt. Secundum, quia capita clauorum erant rotunda, & nigra ad inſtar ferri: cum tñ carni, & neruis ſimiles, in quibus, vel ex quibus extiterunt, eſſe debuerunt. H Tertium, quia ipſa clauorũ acumina erant oblõga, retorta, & repercuſſa: cũ nec incus, nec malleus fuerint ibi, ſed tm̃ ignis Spũs ſancti, & malleus Chriſti oĩpotentis. Quartum, quia prædicti claui, ſicut ex præcedentibus colligi poteſt. fuerũt a manibus Chriſti fabricati, vel de ſubiecto proprij carnis B. Franciſci, aut de materia nouæ creationis, quemadmodum atteſtatur Papa Alexã. IIII. in priuilegio de ſtigmatibus ſacris. Si quis haberet de vera veſte Domini noſtri Ieſu Chriſti, qua. ſ. ſacrum illud fuit contectum corpus, atq; de hoc certus eſſet: aut haberet aliquid, ꝙ manus beatæ Verginis fabrica-

A bricauerunt, vel ſaltem contrectauerũt, vel haberet aliquid ſimile: magnum ſe habere theſaurum æſtimaret, atque multo veneraretur obſequio, & deuotione, cum ſæpius talia impendantur multis reliquijs, & Chriſti, & B. Virginis aliorumque Sanctorum, de quibus nulla certitudo habetur: quanto igitur maior deuotio atque veneratio adhibenda eſt reliquijs, quæ non tantum tetigerunt ſacratiſſimum corpus Chriſti: ſed a ſanctiſſimis manibus ſuis factæ, ſeu creatæ ſũt? Quæ quidem, ſicut ex prædictis patet, fuerunt claui ſtigmatum B. Franciſci: quos ipſemet proprijs manibus creauit, & fabrica-
B uit, ſicut atteſtatur Alexan. 4. Papa prædictus. Nec recolo me legiſſe, nec reperiſſe aliquid aliud immediatè fabricatum a manibus Ieſu Chriſti, quod ab eccleſia fuerit approbatum, niſi hos clauos, & ſtigmata hæc ſacra. Quintum eſt, quia in loco oſſoſo, & neruoſo, non in molli, hæc ſtigmata ſunt impreſſa: quod non poteſt vehemẽti imaginatione attribui, ſed miraculo Dei, ſicut ex præcedentibus patet. Sextum, quia claui pedum atque manuum, cũ eſſent neruei ſeu carnei: tamen quaſi ad inſtar ferri erant duri, ſolidi, atque fortes. Septimum,
C quia claui non erant breues, tantum capita, & acumina habentes: ſed erant longi, vt poſte tranſeuntes manus, & pedes, & ad partem aliam reſultantes. Octauum, quia claui taliter recuruabantur a parte exteriori: qui vero in pedibus in partibus inferioribus. Hæc autem recuruatio taliter in pedibus eminens erat, ꝙ intra arcualem curuationem ipſorum digitus immitti valebat. Nonum, quia dextrum latus quaſi lancea transfixum, & apertum rubra cicatrice obductum erat. Decimum, quia lateris plaga ſæpe ſanguinem ſacrum effundendo, tunicam, & femoralia in tanta copia reſpargebat, quòd ea lauari neceſſe erat. Vndeci-
D mum, quia laterale vulnus tanto tempore non putreſiebat. Duodecimum, quia per biennium cum aperto latere ſupra naturam beatus Franciſcus vixit.

De duodecim priuilegijs ſtigmatum beati Franciſci.

12. Priuilegia ſtigmatum B. Franc.

TErtia dignitas horum ſacrorum ſtigmatum eſt priuilegiorum admiratio. Duodecim nempe ſunt priuilegia, quibus exornatus eſt B. Franciſcus, cũ adeptus eſt hæc ſacra ſtigmata. Primum dicitur ſanctificatio, ſecundum multiplicatio, tertium ſuppreſſio, quartũ confirmatio, quintum aſſimilatio, ſextum conſolatio, ſeptimum martyrizatio, octauum perfectio, nonum canonizatio, decimum exaltatio, vndecimum honoratio, duodecimum glorificatio. Primum priuilegium dicitur ſanctificatio, quia in hac ſtigmatizatione ita ꝑ Spiritum ſanctum ſanctificatus eſt, vt more Apoſtolorum vlterius mortaliter non peccaret: cum talis trãsformatio animæ & corporis: atque talis ſtigmatizatio, quæ in eo perſeuerauit vſque ad mortem, cum mortali culpa videtur non poſſe ſtare. E

Secundum eſt multiplicatio. Credo enĩ,
ꝙ tunc copioſior gratia ei multiplicata ſit, quàm antea haberet: eo quòd fortè gratia præuia ad talem, & tantam transformationem ſufficiens non fuiſſet: quemadmodum dicunt Doctores de B. Virgine, quòd ante verbi incarnationem erat gratia plena. Licet ergo illa ſufficeret pro eius ſanctificatione: tamen non ſufficiẽs erat pro ęterni verbi incarnatione. Proinde ſecunda ſanctificatio illi tradita eſt, quæ pro tanto myſterio ſufficiebat: ſic & de beato Franciſco in propoſito dici poteſt. F

Tertium fuit ſuppreſſio, quia per gratiã fomes peccati in eo ſuppreſſus eſt. Vnde deuotum, & probabile eſt, credere, quòd Seraphica manus Ieſu tunc illam carnem purgauit ab omni rebellione, quòd ex tunc nihil habuit impellens ad malum, & habuit illum incitãs ad omne bonum, & maxime conſiderata eius cum Deo vnione, & adhęſione, quæ cum Deo vnus ſpiritus factus erat, ac per conſequẽs fomes in eo ſuppreſſus, & ſopitus fuit. Ait enim Apoſt. 1. Cor. 6. Qui adhæret Deo, vnus ſpiritus eſt cũ eo. G Quartum eſt confirmatio: ſic ſcilicet quòd a gratia nunquam caderet. Nam & Magdalenæ, Lu. 10. dictum eſt: Maria optimam partem elegit, quæ non auferetur ab ea. Piè propterea credi poteſt, quòd per hoc ſignaculum Dei viui ſanctiſsimus Pater accepit arram permanendi in gratia, & ſpem beatitudinis æternæ, cum iam per reuelationem antea habuiſſet, quòd ei Dominus dederat remiſsionem peccatorum. H

Quintum eſt aſsimilatio, ſiue expreſsio. Per hanc quidem ſtigmatizationẽ facta eſt in eo ſimilitudo, & expreſsiua forma crucifixi Ieſu: cuius paſsio in ſuis membris fuit in ipſo Ieſu impræſſa, quaſi tota trinitas in hoc myſterio ꝑ Ieſum dixerat illud Gen. 1. Faciamus hominem ad imaginem, & ſimilitudinem noſtram, eo quòd imaginem paſ-

ſionis

A ſionis ſuæ impreſsit in eius corpore, & ſimilitudinem figurauit in eius mente.

Sextum eſt conſolatio. Cum enim mentalis, & corporalis crux Chriſti, haberet lõgitudinem gaudij, & latitudinem doloris, quia dolebat, & gaudebat pro Dei voluntate, & pro noſtra redemptione, quæ erant quaſi duo ligna, & amor erat quaſi connectens clauus, vnde prima duo originem attrahebant: propterea hanc paſſionem, & crucem communicando Chriſto glorioſo Franciſco, neceſſe fuit ei, hæc tria ſentire, & in ea totaliter transformari. Proinde triplicem ſenſum de cruce Chriſti experiebatur, B. ſcilicet doloris, & gaudij, iuxta quantitatẽ, & proportionem diuini amoris. Ad quæ ſentienda illum, & omnes alios hortabatur Apoſtolus, dicens ad Philip. 2. Hoc enim ſentite in vobis, quod & eſt in Chriſto Ieſu.

Septimum eſt martyrizatio, quod ex p̃cedenti originem habet. Porrò acerbiſſimus fuit dolor mentalis, & pœna corporalis paſſionis Chriſti, ſicut declarauimus ſupra, ſermone 56. par. 1. & in tribus articulis eius. Mentalem quippe dolorem paſſionis Chriſti per compaſſiuam trãsformationem antequàm ſtigmata illa ſacra ſuſcepit per biennium, ideſt vſque ad mortem tam mente, C quàm carne in continuo martyrio vitã duxit. Meritò ergo Exod. 15. c. in myſterio de beato Franciſco dictum eſt: Quis ſimilis tui in fortibus domine, ideſt inter alios Sanctos? quis ſimilis tui, ſcilicet in dolore mentali; & pœna corporali, & ſtigmatibus ſacris, ſcilicet niſi glorioſus Frãciſcus, qui eſt magnificus in ſanctitate, terribilis, ſcilicet dæmonibus propter ſtigmata ſua, atque laudabilis, ſcilicet Angelis, & hominibus, & faciens mirabilia? Octauum eſt perfectio. Fuerunt nempe hæc ſtigmata, ſigna ſummæ perfectionis in eius anima, & carnę. Specu D lum enim maculatum, atque turbata aqua, ſiue lutoſa, non reddunt ſpetiem, ſicut politum ſpeculum, & aqua puriſſima, & quieta. O quàm perfectè redderet ſpeculum figuram oppoſitam, quando tãtæ virtutis eſſet, ꝙ etiam ex parte plumbi decoram redderet ſpeciem atque claram, quemadmodum faceret ex parte vitri. Vitri ſimilitudinem tenebat anima glorioſi Franciſci, plumbi autem caro. Quartus igitur perfectionis decor fuit in eius anima ad reddendũ imaginem crucifixi, quãdo & in eius cruce carne ſic ſculpta refulgebat figura redemptoris noſtri? Quippe ineſtimabile ſignũ perfectionis eius fuit figuratio talis, hanc ſimilitudinem euaporans in eius carne. Nam ad E. tantam ſinceritatem mentis, & munditiam carnis deductus eſt, vt iam videretur ſtatum innocentiæ aſſecutus. Nam legitur in legẽda ſua, quaſi creaturis omnibus etiam inſenſibilibus imperaſſe: vt in hoc gradu innocẽtiam excedat naturæ. Nam ignis ſuum temperauit ardorem, & aer in nocte clara præbuit lucem, & aqua ſuum mutauit ſaporẽ, & petra ſicca ſapidum reddidit fontem. Et ſic innocenti Franciſco omnia probentur elementa parere, & obedire.

Nonum eſt canonizatio, & a Deo approbatio. Nam hæc ſacra ſtigmatizatio beati F Franciſci, ſanctitatis eius approbatio, & authenticatio fuit per bullam crucifixi Dei viuentis. Quod declarantes plures ſummi pontifices, diuerſis priuilegijs hæc confirmauerunt. Quorum primus fuit Grego. 9. qui B. Franciſcum catalogo Sanctorum non ſolum aſcripſit, verum etiam de ſtigmatibus eius plures bullas confecit. Prima incipit, Confeſſor Domini glorioſus: Secundam vero ſcripſit contra quoſdam oblocutores, & impungatores ſtigmatum prædictorum, & incipit, vſque ad terminos orbis terræ præſumptionis tuæ ſigna prætendent, &c. G Secundus Papa fuit Alexan. 4. qui de præfatis ſtigmatibus tres bullas fecit. Prima incipit, Grande & ſingulare miraculum, Secũda incipit, Benigne diuinę operatio voluntatis. Tertia incipit, ſi nouæ lætitiæ militantis eccleſiæ. Præfati igitur ſummi Pontifices aſſerunt in priuilegijs antedictis ſtigmata non ſolum oculis aſpexiſſe, ſed etiam fide digniſſimis teſtibus approbaſſe. Tertius fuit Papa Nicolaus III. qui bullam prædicti Greg. approbauit. Secundo quoque in declaratione noſtræ regulæ, extra de verb. ſig. lib. 6. c. Exijt, qui ſeminat, &c. ſicut ſupra in fine primi articuli dictum eſt, idem patet. H Quartus fuit Papa Benedictus, qui bullam ordini dedit, quòd feſtum de Stigmatibus celebraretur. Ex his patet, quòd ſolẽnis, & authentica ſit canonizatio glorioſi Franciſci, & ſtigmatum eius.

Decimum priuilegium eſt exaltatio. Nam ex ſtigmatizatione factus eſt cancellarius Ieſu Chriſti, tenens ſigillum, ideſt ſignum Dei viui, Apoc. 7. quo præſeruantur electi ab ira Dei, Ezech. 9. Factus eſt etiam legatus, & vexilliter ſummi Regis. Vnde Gregorius in proſa, quam fecit de laudibus beati Franciſci, quæ incipit, Caput draconis, ſic ait.

Verum de Chriſti latere.

Nouus

A *Nouus legatus mittitur:*
In cuius ſacro corpore,
Vexillum crucis cernitur:
Franciſcus Princeps inclytus,
Signum regale baiulat.

Scilicet, tanquam Capitaneus nouæ militiæ Ieſu Chriſti. Profectò ſtrenuiſſimos milites faciunt prouidi Reges in bellis periculoſis regalia inſignia baiulare. Quia igitur Franciſcus ſummi regis Ieſu ſignum, quod geſtauit in corpore ſingulari prævaluit probitate firmum. Ait enim Apoſtolus 2.Timo.2. Firmamentum Dei ſtat habens
B ſignaculum hoc. Stetit ergo Franciſcus in bello tentationis in modum firmamiſſimi fundamenti. Nonne vt renouatum fundamentum ædificium eccleſiæ ſtabiliuit? quēadmodum per viſionem Domini Innocentij comprobatur. Primum quippe fundamentum eſt ipſe euangelicæ noſtræ religionis. Hoc fundamentum humilitas profundauit, patientia conquadrauit, paupertas exterſit, charitas cæmētauit. Oratio, & contemplatio in fabricam erexit, leuate inquit Hierem.4. ſignum in Sion. Sion ſpeculans, & reformans vitam Ieſu Chriſti, fuit anima glorioſi Franciſci: vbi ſicut in altiori loco
C Chriſtus vexillum ſuæ crucis locauit: qui licet ſit eminentior ſitu, & euidentior viſu: non tamē eſt periculoſior caſu. Nam idem eſt altum, ꝙ profundum: quia, vt dr̄ Luc.9. qui ſe humiliat, exaltabit̄. Et vbi humilitas, ibi chriſtiana ſapientia eſt. Vndecimum priuilegium eſt honoratio. Profectò ſtigmata hæc fuerunt in B.Franciſco inſignia ſubtiliſſimæ dignitatis atq; honoris. O quantus honor eiſdem veſtibus, cum Ieſu cœli rege veſtiri. Vnde meritò cōuenit ei, quod Eccl. 45. dr̄. Corona aurea ſuper caput eius expreſſa ſigno ſanctitatis, & gloria honoris, & opus virtutis, deſiderio oculorū ornata.

D Duodecimum priuilegium eſt glorificatio. Nam ſicut B.Franciſcus fuit vexillifer Ieſu Chriſti in eccleſia militante: ſic poſt reſurrectionem, ſecundum Doctores, remanentibus in corpore ſuo prædictis ſignis, vexillifer erit in eccleſia triumphante.

ARTICVLVS TERTIVS
De triplici perfectione, atque de triplici parte euangelicè perfectionis, quæ omnia in B.Franciſco fuerunt in exemplum noſtri.

3. Myſteriū in his ſtigmatibus.

TErtium myſterium conſiderandum eſt, videlicet quid hęc ſacra ſtigmata enunciēnt ex parte noſtri. Profectò hoc indubia E fide tenendum eſt, ꝙ in his ſtigmatibus ſacris: hæc tria inducentia ad imitationē euāgelicæ perfectionis, & cruciformis configurationis ad Chriſtum Ieſum refulgent, ſcilicet ardor charitatis, & etiam ſplendor veritatis, & vigor poteſtatis ac ſtrenuitatis.

Primo quidem, quia in eis refulget ardor charitatis: habēt tepidi inflammari. Ad inflammādum quippe humanas mentes ad honorem Ieſu dilectoris noſtri pro nobis crucifixi, & mortui pinguntur cruces mortuæ, & per peccatorum manus ſæpius fabricatæ: & niſi lapidea ſunt, inflammant tamē humana corda ob memoriam Chriſti paſſi: F quātomagis mouere, & inflammare debet corda humana imago viua, ſanctificata, flāmea, in carne S.Franciſci ſculpta digito Dei viui. O ad quantam deuotionem accenderet videre, & tāgere minimum opus, quod manibus ſuis ſacris feciſſet, aut tetigiſſet beata Virgo ac benedictus Ieſus Chriſtus: quantomagis id ſublime opus, quod ad totius mundi inflammationem, ſic ſapienter, ſic ardenter, & ſic mirabiliter fecit, ſculpſit, figurauit, & inflammauit, & conſecrauit in ipſo corpore B.Franciſci?

Secundo, quia refulget in eis ad ſupradicta ſplendor veritatis, habent deuios exem G pliter dirigere, & illuminare. Plus enim mouent facta, quàm verba, atque opera credibiliora ſermonibus ſunt. Proinde facto, non tātum verbo direxit Dominus deuios a via crucis, cum ſtigmata B.Franciſco impreſſit. In compitis quippe viarum eriguntur cruces, vt via regia cognoſcatur, ne ab ipſa vllatenus deuietur: ſic ēt ſtatuit Deus ſtigmata B.Franciſci, vt palàm monſtraret ꝙ vita, quam ipſe docuit, & exemplo monſtrauit, perfectè conformis erat vitæ crucifixi Ieſu, quia oportuit Chriſtum pati, & ſic intrare in gloriam ſuam, Luc.24.

Tertio vero, quia in eis refulget vigor H ſtrenuitatis, & poteſtatis: habent timidos animare, & confortare ad ipſam euangelicam, & cruciformem perfectionem. Porrò tranſeuntes peregrè per barbaras nationes, confidunt quando deferunt litteras ſaluiconductus. Profectò nūc in carne beati Franciſci vitam, quam ipſe docuit, ſeruauit. Sigillaſti bone Ieſu, & ipſo intrepidè p̄cedente deduxiſti populum tuū præcedens in columna ignis, & nubis, & faciens prodigia, & ſigna, & mirabilia ſolus. Sed iam veniamus ad ipſam euangelicam perfectionem, quam B.Franciſcus ſeruauit, & in cu-

ius

A ius teſtimonium ipſum Ieſus Chriſtus ſuis ſtigmatibus ſigillauit. Sciendum igitur eſt, quòd radix, forma, finis, complementum, & vinculum perfectionis, charitas eſt: ad quam magiſter omnium Ieſus Chriſtus legem, prophetas, & per conſequens vniuerſa Dei documenta reduxit.

Triplex eſt charitatis ſtatus. Charitas ergo ipſa triplicem habet ſtatum. Vnum quippe infimum in obſeruantia legalium mandatorum: Secundum vero medium, qui conſiſtit in adimpletione ſpiritualium conſiliorum: Tertium ſupremum in fruitione ſempiternalinm iucunditatum, &
B conſolationum. Triplex eſt perfectio. Proinde diſtingui poteſt triplex differentia perfectionis, quæ reperitur in ſcriptura ſacra. Prima quidem neceſſitatis, ſecunda ſupererogationis, tertia vero vltimatæ plenitudinis. Prima inquam eſt perfectio neceſſitatis. Vnde Deute. 18. dicitur, Perfectus eris, & abſque macula coram Domino Deo tuo. Glo. abſque macula criminali. Vnde Proſper de vita contemplatiua ait: Perfecti ſunt, qui volendo, quod Deus vult, nullis peccatis, quibus offenditur, acquieſcunt. Secunda vero eſt perfectio ſuper-
C erogationis: de qua Matth. 19. Dominus ait: Si vis perfectus eſſe, vade, & vende omnia quæ habes, & da pauperibus. Et de hac
Hierony. Hierony. ad Heliodorum inquit: Perfectus ſeruus Chriſti nihil præter Chriſtum habet: aut ſi aliquid præter ipſum habet, perfectus non eſt. Tertia vero perfectio eſt vltimatæ plenitudinis. Vnde ait ſapiens, Prouerbio. 4. Iuſtorum ſemita, quaſi lux ſplendens creſcit, & procedit vſque ad perfectum diem, ideſt diuinæ viſionis ful-
Auguſt. gidam claritatem. Et de hac ait Auguſt. ſoliloquiorum. 1. Verè perfecta virtus eſt ratio perueniens vſque ad finem, quam beata vita conſequitur. Prima igitur, & ſecunda
D perfectio a tertia differunt, ſicut meritum differt a præmio. Media quoque differt a prima, ſicut diſtinguitur conſilium a præcepto. Hæc omnia fuerunt in beato Frãciſco, vt patet ex eius legenda. Omnia vero tam præcepta, quàm conſilia referuntur ad charitatis illius impletionem, & obſeruãtiam, quam. 1. Timoth. 1. ſic deſcribit Apoſtolus, dicens: Charitas eſt finis præcepti de corde puro, conſcientia recta, & fide non ficta. In quibus verbis inſinuat triplicem charitatis actum. Primo declinare mala, ſecundo proſequi bona, tertio patienter tollere aduerſa. Nam primo propter declinationem malorum dicitur, de corde puro. Se- E
cundo propter proſecutionem bonorum dicitur, de conſcientia bona. Tertio vero propter aduerſorum tolerantiam ſubditur, de fide non ficta, ideſt non fictili, & fragili, ſed contra aduerſa forti. Et poteſt eſſe thema, cum quis loquitur de euangelica perfectione. Quia vero hic triplex charitatis actus duobus modis ab habitu virtutis egreditur: vel ſecundum legem præcepti, & obligationis neceſſariæ, vel vniuerſalis: vel ſecundum legẽ concilij, & obligationis ſpontaneæ, & ſpiritualis, & ſequẽs includit primum, & ſuperaddit quantum poſſibilitas
viatoris admittit. Hinc eſt, quòd ſecundum F
cum primo dr̃ perfectum, reſpectu tamen
ſecundi dicitur imperfectum. Vnde Ambr. *Ambr.*
lib. 1. de offi. ait: Officium omne aut mediũ, aut perfectum eſt, quod quidem ſcripturarũ auctoritate probare poſſumus. Habemus enim in euangelio, dixiſſe Dominum, ſi vis ad vitam ingredi, ſerua mandata: Non homicidium facies, non adulterabis: hæc media ſunt officia, quibus aliquid deeſt. Ideo ſequitur: Si vis perfectus eſſe, vade & vende omnia quæ habes, & da pauperibus, &
veni, & ſequere me. Hoc eſt igitur perfe- G
ctum officium, quod Græci catorthoma vocaut, quo corriguntur omnia, quæ aliquos poterunt habere lapſus. Hæc ille. Cum igitur de perfectione euangelica loquimur ſecundum communem acceptionem, de hac media loqui intendimus. Ex dictis igitur colligi poteſt, quòd euangelica perfectio eſt conformitas viatoris ad Chriſtum per illum virtutis habitum, quo ſupererogatiue declinantur mala, efficiuntur bona, ſufferuntur aduerſa. Et his nanque tribus tres partes euangelicæ perfectionis cõſiſtunt, quas perfecte conſecutus eſt beatus
Franciſcus. In huius myſterium Chriſtus H
conſignauit eum ſtigmatibus ſacris, in teſtimonium conſummatæ imitationis, & perfectionis euangelicæ.

Quòd in tribus conſiſtit pars prima euangelicæ perfectionis. Cap. 1.

PRima pars perfectionis eſt declina- *1. Pars*
re mala. Quia Apoſto. vbi ſupra *euãgelicæ*
ait. Finis præcepti eſt charitas de *perfectionis.*
corde puro. Porrò cum ex conuerſione deordinata ad triplex commutabile bonum. ſ. exterius, inferius, & interius omne peccatum originẽ trahit, ſm concupiſcẽtiam oculorum, concupiſcentiam car-

A nis, & ſuperbiam vitæ, & hæc tria vitari ha-
beant nó ſolum quantum ad actum, atque
conſenſum, q; fit per virtutes illis oppoſi-
tas: verum etiam quantum ad occaſionem,
& hoc quidem fit promotiuum in merito,
& expediens ad ſalutem. Perfectionis ma-
giſter Ieſus ad perfectè declinandum côcu
piſcentiam oculorum conſulit, q; hæc oĩa
tpalia relinquantur, iux. prææallegatũ Matt.
verbum, ſi vis perfectus eſſe, vt ſup. Ad per-
fectè declinandum concupiſcentiam carnis
edocet, q; omnis experientia vel concupi-
ſcentia ſm actum generatiuæ potentiæ ab-
ſcindatur. Proinde Matth. 19. dicitur: Sunt
B eunuchi, qui caſtrauerunt ſe propter regnũ
cęlorum: qui poteſt capere, capiat. Ad per-
fectè vero declinandum ſuperbiã vitæ ſua-
det, q; voluntas propria abnegetur, iuxta il
lud Matt. 16. qui vult venire poſt me, abne-
get ſe, &c. In hac igitur triplici ſupererroga
tiua declinatione triformis originis omnis
mali partem primam euangelicæ perfectio-
nis conſiſtere, & ſacra ſcriptura inſinuat, &
veri Doctores aſtruunt, & ſancti Patres re-
ligionum inſtitutores affirmant.

C *Quòd euangelicæ perfectionis ſecunda pars in duobus conſiſtit. Cap. 2.*

2. Pars euangelica perfectionis, q; in duob. conſiſtit.

SEcunda perfectionis pars conſiſtit in
ſupererogatiua proſecutione bonorũ,
quæ ſecundum duplicem vitam. ſ. acti-
uam, & contemplatiuam, in duobus conſi-
ſtit. Primo quidem in condeſcenſione ad
proximũ, ſecundo in ſurſum actione men-
tis in Deum. Primo quidem in condeſcen-
ſione ad proximum. Hæc autem ſupererroga
tiua condeſcenſio charitatis ad proximum,
in hoc conſiſtit, ſecundum quòd iuſtitiæ le-
D gem, & miſericordiæ amoris ſigna, & bene
ficia non ſolum ad amicos, verum etiam ad
inimicos benignitate largiflua protẽdatur,
ſecundum illud Matth. 5. Diligite inimicos
veſtros: benefacite his, qui oderunt vos, &
orate pro perſequentibus, & calumnianti-
bus vos, & eſtote perfecti, ſicut pater veſter
perfectus eſt. Secũdo autem per hunc mo-
dum ſupererogatiua ſurſum actio mentis
in Deum in hoc attenditur, vt ſm legem
mentalis munditiæ atq; pacis per amorem
extaticum in diuinos ſplendores, & ardo-
res, ſacrum mens deuota ſentiat, & patia-
tur exceſſum, ſecundum illud Apoſtoli 2.
Corin. 5. Siue mente excedimus Deo, ſiue
ſobrij ſumus vobis: charitas enim Chriſti E
vrget nos. Et ad Hebr. 5. Perfectorum eſt
ſolidus cibus: eorum, qui pro ipſa conſue-
tudine exercitatos habent ſenſus ad diſcre
tionem boni & mali.

De iucunda aduerſorum perpeſſione, in qua euangelica perfectio conſummatur. Cap. 3.

TErtia denique perfectio euangelica *3. Euãgelica perfectio.*
conſiſtit in ſupererogatiua perpeſ-
ſione aduerſi. Hoc quidem attendi-
tur non ſolum in hoc, vt quis patienter ad-
uerſa perferat: cum ſic ſuperueniunt, quòd F
ſecundum legẽ Dei declinari non poſſunt,
quoniam ad hoc tenentur: verum etiam, vt
ex feruore diuini amoris illa præoptet deſi-
derio magno, & cum gaudio magno ſuſti-
neat illa, ſecundum illud Iac. 1. Omne gau-
dium exiſtimate fratres, cum in tentationes
varias incideritis. Et poſt: patientia opus
perfectum habet, vt ſitis perfecti, & inte-
gri in nullo deficientes. Hæc nanque eſt cõ-
ſummatio perfectionis, & charitatis, iuxta
illud Ioan. 1. Perfecta charitas foras mittit
timorem. De arca ſpiritualis perfectionis.
Secundum hoc igitur arca ſpiritualis per
fectionis, cum ſit inferius tricamerata, &
bicamerata, in bicubito cõſummatur. Hoc G
ſanè perfectionis arcanum Saluator, & ma
giſter noſter exemplo monſtrauit in ſeip-
ſo, tanquam in monte ſublimi: qui totus
eſt ſplendor perfectionis, ſpeculum, & exẽ
plar. iuxta quod ipſe teſtatur Luc. 6. dicens:
Perfectus autem omnis erit, ſi ſit ſicut ma-
giſter eius. Proinde in huius ſignificatio-
nem, cum hanc perfectionem Apoſtolos
docere voluit, vt dicitur Matth. 5. in mon-
tem conſcendit non turbas imperfectas al-
loquens, ſed ſuos diſcipulos, quos ad cul-
men perfectionis exaltare decreuerat. Et
propterea ordinatiſſimè octo beatitudines H
eos docet. Nam primo dicens, Beati pau-
peres ſpiritu: inuitat ad perfectam abdica-
tionem temporalium poſſeſſionum. Secun
do addens, Beati mittes, inducit ad abne-
gationem propriarum voluntatum, & ſen-
ſuum: quibus quis immitis, & proteruus
efficitur. Tertio ſubdens, Beati qui lugent:
incitat ad perfectam carnalium volupta-
tum deteſtationem. Dehinc ſubiungens,
Beati qui eſuriunt, & ſitiunt iuſtitiam, &
beati miſericordes: attrahit ad iuſtam, &
piam condeſcenſionem proximorum, &
ſupportationem. Poſt hæc ſubiungens,

mundo,

A mnndo corde, & beati pacifici: allicit ad ſurſum actionem lympidam in intellectu, & tranquillam, & pacificam in affectu: quibus anima perfecti viri Hieruſalem conformis efficitur, quæ viſio pacis interpretatur. Tandem concludens, beati qui perſecutionem patiuntur propter iuſtitiam, quoniam ipſorum eſt regnum cœlorum: quaſi circulum faciens ad principium redit, quia in hoc vno ſumma completur vniuerſorum: Ac per hoc ſeminaria perfectio minoris mundi in eſſe reparationis, & gratiæ, directè correſpondet ſanatiæ productioni mundialis machinæ in eſſe naturæ.

B Vnde ſicut illorum tria prima pertinent ad diſtinctionem, tria ſequentia ad ornatum: ſic & in his tria prima quaſi diſtinguendo ſeparant animæ vires ab vniuerſitate malorum, vt habeat eſſe purum, & diſtinctum: tria ſequentia quaſi adornando eaſdem reducunt in Deum, vt habeat eſſe decorum, & perfectum. Porrò tanta ſi deſcendatur ad ſingula, & tam mira correſpondentia ordinis, tantæque ſimilitudinis ſymbolum, vt illud quod poſt ſex dierum opera dicitur, Igitur perfecti ſunt cœli & terra, & omnis ornatus eorum, in anima viri perfecti videatur eſſe completum:

C propter quod inſtar trium primorum operum, quæ ſunt mundi fundamenta, & trinm ſequentinm complementa, tria prima cadunt ſub voto, tria vero ſequentia ſub deſiderio. In huius quidem rei teſtimonium beatus pauperum Patriarcha Franciſcus in principio regulæ ſuæ tria prima proponit, vt vouenda tanquam fundamenta dicens: Regula, & vita fratrum Minorum hæc eſt, ſcilicet Domini noſtri Ieſu Chriſti S. Euangelium obſeruare, viuendo in obedientia, ſine proprio, & in caſtitate. Alia vero tria poſtmodum deſiderāda commendat, tanquā complementa dicens: Attendant fratres ꝙ ſuper omnia deſiderare debent habere ſpiritum Domini, & ſanctam eius operationē:

D orare ſemper ad Deum puro corde, & habere humilitatē, & patientiam in perſecutione, & infirmitate, & diligere qui vos perſequuntur, repræhendunt, & arguunt. Vbi certè illa tria tangit. Nam præmittit ſurſum actionem in Deum: Subiungit vltimo cōdeſcenſionem ad proximum: Et interponit in medio tolerantiam aduerſorum. Igitur in tribus primis vir perfectus crucifigitur mūdo. Tribus vero ſequentibus conformis efficitur Deo: vt quaſi ſex alis Seraphicis a mūdialibus eleuetur, & in diuina feratur. Proinde huic pauperculo S. Franciſco, qui perfectionem euangelij perfectè ſeruauit, & docuit in apparitione Seraphica, ſtigmata ſua tanquam ſigillum approbatiſſimum Ieſus impreſſit, vt contra finalium temporum periculoſam caliginem manifeſtum nobis in via perfectionis oſtenderet ſignum, quo reduceremur in Chriſtum perfectæ virtutis exemplar, & finem, qui cum patre, & Spiritu ſancto benedictus, laudabilis, & ſempiternaliter glorioſus, & glorificandus, viuit & regnat cuncta pro ſuo libito gubernando per infinita ſæcula ſæculorum. E

F

FERIA QVARTA post Dñicam Reſurrectionis.

De ſitibus, & deſiderijs animarum, tam bonis quàm malis, & de matrimonio, & fornicatione ſpirituali.

Sermo LXI.

Mitte in dexteram nauigij rete, & inuenietis Ioan. 21. & in euangelio hodierno. Secūdum nempe myſticum intellectū, nauigium eſt anima peregrina in mari huius ſæculi procelloſo, cui ad ſiniſtram a Dño conſtituta ſunt corporalia, & tpalia bona: ad dexterā vero ſpūalia, & æterna. De quib. dr Cant. 2. dicit anima ſponſa Chriſti: Lęua eius ſub capite meo, & dextera illius amplexabit me. per lęuam, proſperitas vitæ præſentis ſignatur. Vnde Prouer. 8. Salomon ait, In ſiniſtra illius diuitiæ, & gloria, quæ tamen omnino tranſitoria ſunt, & occidua. Proinde occidentalis pars mundi in myſterium ſiniſtra illius denominatur. Et per caput ipſa mens ſignificatur, eo quòd interioris hominis ſit pars ſuprema. Sub hoc capite tunc eſt lęua Dei, cum ipſa mens æternorum amore oīa tpalia ſpernit, ſicut propheta ait. Oīa ſubieciſti ſub pedibus eius. Per dexteram profectò, in qua viget ſenſus, & virtus, ſpiritualia, & æterna myſticè deſignantur, quæ maximè compræhenduntur in charitate, quæ hic incipiens perficitur in gloria ſempiterna. Vnde Apoſtolus ait. 1. Corin. 13. Chritas nunquam excidit. Vnde etiam propheta ad Dominū ait: Delectationes in dextera tua vſq; in finem. Et iterum alibi idem ait. Illuc manus tua deducet me, & tenebit me dextera tua. De hac denique dextera G H

A anima ait dicens, & dextera illius amplexabitur me. Non enim dicit amplexatur, ſed amplexabitur. Nam in præſenti vita talia ſpiritualia bona modicum prægustàtur, ſed in futura vita dextera ſua amplexabitur animam iam beatam eam in ſeipſo glorificando. Rete ſiquidem, humanum deſiderium eſt, quo liberè piſcari poſſumus in temporalibus, & æternis. Conſuluit igitur nobis Dominus piſcari in ſpiritualibus, & æternis, quæ maxime cõſiſtunt in charitate: ideo in verbo propoſito ait, Mittite in dexteram nauigij rete, & inuenietis. ſ. prædicta bona.

B Vt ergo piſcari fructuosè valeamus, triplex deſiderium, quaſi triplex rete diſtinguamus ad præſens. Primum eſt deſideriũ naturale, ſecundum eſt deſiderium virtuale, tertium eſt deſiderium criminale: quæ omnia à Domino cognoſcuntur. Vnde propheta in 32. pſal. ait. Dñe ante te omne deſiderium meum. ſ. prædictum. Quod poteſt eſſe aliud thema in materia occurrenti. Vel dici poteſt, ꝙ hoc triplex deſiderium, ſit triplex ſitis, de qua Ioan. 7. dicit Dominus, ſi quis ſitit, veniat ad me, & bibat. Quod poteſt eſſe aliud thema pro feria 3. poſt Dominicam de paſſione. Vel eſt triplex eſuries, Lu. 1. Eſurientes impleuit bonis.

C

Articvlvs Primvs

De triplici deſiderio humanæ naturæ.

1. *Deſideriũ eſt naturale.* Primum deſiderium eſt naturale. Et hoc tripliciter cõſiderare valemus. Primo ſecundum quòd eſt in natura incorrupta, ſecundo, ſecundum quòd eſt in natura corrupta, tertio ſecundum quòd eſt in natura libera.

D

De triplici deſiderio æternorum, quod habet natura humana: cum non eſt corrupta. Cap. I.

2. *Qũ eſt in natura incorrupta.* Primo cõſideremus deſiderium, ſecũdum quòd eſt in natura incorrupta. Ad cuius intelligentiam notãdum eſt, ꝙ cum Deus ſit terminus, & vltimus finis omniũ motionum animæ rationalis: ſitq; deſideriũ eius cumulatiſſima plenitudo, ac oĩum laborum eius pax exuperans omnem ſenſum. Hinc eſt, quòd anima iam beata amore caſtiſſimo tribus potentijs ſuis in Deum trinum, & vnum per gloriam continue fertur, & trãſformatur, & hoc quo ad tres animæ vires. E Primo quo ad vim rationalem, ſecundo quo ad vim concupiſcibilem, tertio quo ad vim iraſcibilem. Primo inquam quo ad vim rationalem. Habet enim virtus intellectiua ſeu rationalis, quandocumque eſt a tenebris, & a corruptione remota caſtiſſimo amore, & immaculatiſſimo deſiderio ipſi primæ atque luminoſæ veritati adhærere, & in ipſa per gloriam transformabiliter ferri, vt ex ipſa luceat, & ab ipſa illuminetur, vt in ipſa quieſcat, & ex ipſa ſatietur, beatificetur ſimul, & glorificetur. Quod, & beatus Ioan. in 1. cano. ſua, c. 3. breui ſermone inſinuare conatus eſt, dicẽs. Videbimus eum, ſicuti eſt. Iob quoque. 37. ad idem myſticè, frumentum: ideſt, intelligentia cuiuſcumque beati, deſiderat nubes, ideſt, altas & diuinas illuminationes. Et nubes ſpargunt lumen ſuum, quæ luſtrant cuncta per circuitum, ideſt quoſcunque beatos, quocunque eas voluntas gubernantis duxerit ad omne, quod præcepit illis. F

Secundo fertur, & transformatur quo ad vim concupiſcibilem. Vis enim noſtra concupiſcibilis ſuperior atque nobilis eodem modo ſe habet ad redundantiſſimam primitiuam, & vniuerſalem ſuauitatis bonitatem, vt in ipſa, & ex ipſa delectetur, & ſatietur, ſicut de ſe propheta ait: Satiabor cum apparuerit gloria tua. Et iterum ad beatam animã ait: Replet in bonis, ſcilicet æternis, deſiderium tuum. G

Tertio quoque fertur, & transformatur quo ad vim iraſcibilem, quæ eodem modo ſe habet ad ſupereminentiſſimæ altitudinis dominantiſſimam maieſtatem, vt in ipſa perficiatur, glorificetur, & conſummata tranquillitate quieſcat: ſicut etiam propheta de ſe ſperabat, cum dixit: In pace in idipſum dormiam, & requieſcam. Hæc enim eſt cauſa, propter quam tres vires ſuperiores atque nobiles omni animæ rationali a Domino datæ ſunt, vt ſcilicet perfectę beatitudinis ſint capaces, quæ in tribus prædictis conſiſtit, & vt tam ſublimi, & nobili ſponſo congruerent: cui nullatenus conuenirent (vt ſic dicã) conueniẽtia maritali ſeu cõiugali, niſi tota perfectione amplexuum eidem coniũgibiles, & cõparabiles eſſent. H Nec quippe beatiſſima hęc copula perfecta eſſet, nec tã nobili matrimonio conueniẽs foret, ſi vel vnus trium iſtorũ amplexuum eidem deeſſet. Si enim luminoſitatem primitiuam, immediatã, & vltima cõiunctione, amplecti vis rationalis apprehẽſiua nequaquam

A quaquam poſſet, aut ſuperior vis concupiſcibilis, fontalem bonitatem hauſtu in coarctabili participare nequiret, ſeu vis iraſcibilis ſupereminentiſſimam altitudinem pertingere non valeret, anima rationalis hmôi ſponſo perfectè coniungibilis nequaquam foret: quare nec perfectè beatificabilis ex copula eius, nec eſſet ſponſa cõueniens, aut nubili tali ſponſo. ſ. ſummo Deo. Vis profecto iraſcibilis ſummam perfectionẽ, & vltimatam, ſeu vltimitatem exaltationis libertatis, & pacis, copulæque ſuæ beatitudinem cumulatiſſimam æternalem ipſam vltimam ſubiectionem habet, & ex modis omnibus
B perfectam ſeruitutem ad vltimæ ſupereminentiæ dominantiſſimam maieſtatẽ. Tunc enim in ſupremo culmine exaltationis libertatiſq; in tranquilliſſima pace erit: tuncque eiuſdem amplexibus erit beatiſſimæ copulæ ſociata, cum eidem fuerit vltimatè, ac ſeruitutis totalitate ſubiecta. Nihil enim aliud eſt exaltatio noſtra, veraq; libertas ad Deum: quàm ad eum vera ſubiectio, veraque ſeruitus: hæc eſt vniuerſalis, & pura ſupereminentiſſimæ maieſtatis dñatio triumphalis. Vnde Apoc. 4. de beatis myſticè dr̃. Et cum darent illa quatuor animalia gloriam, & honorem, & benedictionẽ ſedenti ſuper thronum viuẽti in ſæcula ſęculorum, procidebant vigintiquatuor ſeniores ante
C ſedentem in throno, & adorabant viuentẽ in ſæcula ſæculorum: & mittebant coronas ſuas ante thronum, dicentes: Dignus es Domine Deus accipere gloriam, & honorem, & virtutem. Sic igitur hæ tres animæ vires a Deo conditæ ſunt, vt in æterna fœlicitate cum ſupereminentiſſima Trinitate conſummato matrimonio copulentur. Sic a Deo creatæ ſunt, vt dum peregrinantur in via ad ſupradicta quodam naturali deſiderio inardeſcãt, ſ. in primã, & ſummam veritatẽ, quo ad rõnalem: in primam, & ſummam bonitatem, quo ad concupiſcibilem .& in
D primam, & ſummam maieſtatem, quo ad iraſcibilem. Adiuuatur autem, & perficitur in præſenti, primum per fidem, ſecundum per charitatem, tertium per ſpem. Ex his tribus deſiderijs inflammatus erat propheta, cum ait: Quemadmodum deſiderat ceruus ad fontes aquarum, ita deſiderat anima mea ad te Deus. Sitiuit anima mea ad Deũ fontem viuum, quando veniam, & apparebo ante faciem Dei mei. Et iterum Prouerb. 11. Salomon ait, Deſiderium iuſtorum omne bonum. Quod quidem eſt Deus.

De triplici corruptela trium virium animæ, cum eſt in hac carne corrupta. Cap. 2. E

2. Quod eſt in natura corrupta.

SEcundo conſideremus humanum deſiderium, ſecundum quòd eſt in natura corrupta, cum qua naſcimur. Et in omnibus animæ viribus reperimus impiã corruptelam. Primo in rationali, ſecundo in concupiſcibili, tertio in iraſcibili.

Primo quidem reperimus corruptelam in vi, & potentia rationali. Habitamus quippe in tenebris, & in vmbra mortis. Hæ tenebræ, in quibus ſummus, ſummi F conditoris veſtigia ſubſecuti, creaturas oculis noſtris cæcutientibus videre faciunt Dei veritatem, quemadmodum, & de nocte permodicum veſtigium, & pertenue, vmbra alicuius rei videtur oculis corporalibus, & maxime cæcutientibus ipſa res. Immo, quod mirabilius eſt, quandoque aliquis frutex, vel nemus, exercitus apparet: ſic & erroneus intellectus non perpendit, quòd loco ſummæ veritatis amplexatur deſiderio vmbram vanitatis, ſicut ſunt temporalia bona. Vnde Sapien. 8. Similitudinem ſcientię deſiderat quis, quæ, ſcilicet non eſt ſcientia vera, ſed vanitas G falſa. Vnde propheta in perſona Domini air de talibus: Dimiſi eos ſecundum deſideria cordis eorum: ibunt in adinuentionibus ſuis, quæ inuentiones peccata ſunt, cum a ſeipſo aliud homo inuenire non poſſet. Et alibi idem inquit, Filij hominum vſquequo graui corde: vt quid diligitis vanitatem, & quæritis mendacium? Hæc corruptela ab ipſo exordio mundi corrupit primum fatuum Cain. De quo Ioſephus ait, quòd cum eſſet maligniſſimus auaritiæ ſuæ conſulens, terrã prius coluit, ciuitatem prior ædificauit, & rapinis, & violentia congregans opes ſuas, ad latrocinia in- H uitabat, & ſimplicitatem vitæ hominum adinuentione menſurarum, & ponderum permutauit, & ad calliditatem, & corruptionem perduxit. Secundo quoque inuenimus corruptelam in vi, & potentia cõcupiſcibili, quod quidem manifeſtè apparet, dum voluntas tanta auiditate amplectitur, & deſiderio inſequitur diuinæ bonitatis veſtigia in carnalibus bonis: tantoque amore inhæret eis, tam miſerabiliter in eis capitur, illaqueatur, & inſeparabiliter detinetur: vt primitiuæ, & redũdantiſſimæ bonitatis oblita, eã omnino non curet,

A neque ꝙ iſta ſicut veſtigia eius, & ꝙ ad eã inuitent omnino non videat, neque aduertat: ſed in ea quieſcens, tandem reperit ſe animã defraudatam a deſiderio ſuo. Proinde de perſona talis defraudati Iob 7. ait: Sicut ceruus deſiderat vmbram, & ſicut mercenarius præſtolatur finem operis ſui, ſcilicet propter præmij delectationem: ſic & ego habui menſes vacuos. ſ. quia defecerũt mundanæ delectationes: & noctes laborioſas, ideſt offenſas præteritas enumeraui mihi, ſcilicet in tẽpore contritionis, ſeu æternæ damnationis. Tertio inſuper reperimus B corruptelam in vi, ſeu potentia iraſcibili. Quarto enim altitudo diuinitatis in idolis, ſeu ſtellis, aut dæmonibus quocunq; ſigno arlia, vel breui, & ſimilibus poterit apparere, ſiue futurorum prædicatione, ſiue quocunque magico opere, aut quacunque alia ludificatione, ſtatim inclinantur homines ad adorandum. Innatum eſt enim nobis ad alta humiliari. Ad ſupereminentiſſimæ autem diuinæ nobilitatis altitudinem non naturali corruptione, ſed naturali bona inſtitutione, quæ in primis parentibus ante pec C catum fuit, maxime nati ſumus humiliari, & extema ſeruitute ſubijci, & propter hoc in corruptione, in qua ſumus, veſtigia eius loco ipſius ſeducti amplectimur, & decepti loco ipſius eius veſtigijs inhæremus. Porrò quantacunque etiam altitudo, quantacunque magnitudo, quantacunque etiam nobilitas increata, quacunque per huiuſmodi ſigna, quæ diximus, apparere noſcantur: non eſt niſi ſupremæ ac diuinæ altitudinis permodicum atq; pertenue veſtigium ipſius creatoris.

D *Quòd in tribus viribus ſuis anima liberata eſt: vt poſſit ad libitum ſe inclinare ad bonum, & ad malum. Cap. 3.*

3. Cõſideratur humanũ deſiderium. Tertio quoque conſideremus humanum deſiderium, ſecundum ꝙ eſt in natura libera. Circa hoc autem penſemus in anima, quæ in libertate arbitrij vitam ducit, tria impoſſibilia. Primum circa ipſam vim rationalem, ſecũdum circa vim concupiſcibilem, tertium circa vim iraſcibilem. Primo impoſſibile eſt, quin vis noſtra rationalis ſit abſque credulitate, & opinione, & quin eam impẽdat cui debet, vel cui non debet. Cui debet, ſcilicet Deo, ſcripturis ſacris noui, & veteris teſtamenti: atque determinationibus S. Matris Eccleſiæ, quæ E omnia ſunt lex Dei. De talibus Eccleſ. 33. ait, Hõ ſenſatus credit legi Dei. Et 1. Cor. 13. ait Apoſtolus: Charitas oĩa credit, ſcilicet, quæ credenda ſunt: vt ſunt omnia ſupradicta. Credi enim non debet dæmonibus, erroribus, hæreticis, incantationibus, & ſeductionibus mundi, & carminibus, & conſimilibus. Et de talibus ad Roma. 2. dicitur: His, qui non credunt veritati, credunt autem iniquitati. Ira, ſcilicet veniet, & indignatio, & tribulatio, & anguſtia. Secundo impoſſibile eſt, quin vis noſtra concupiſcibilis ſit abſq; deſiderio, & delectatione, & F ſic de alijs paſſionibus ſuis: & quin per eas adhæreat, vel commiſceatur, vel quibus debet, vel quibus non debet. Quibus debet. ſ. Deo, præceptis eius æternis, virtutibus bonis, iuſtis, & ſic de alijs. Et talis iuſtus eſt, & vita viuet, & non morietur, vt dicitur Ezech. 18. Vel quibus non debet: videlicet magnificentijs, diuitijs, delitijs, & vitijs, quæ ab eis procedunt: vt ſunt luxuria, ſuperbia, auaritia, & omnia quæ tranſitoria ſunt. De talibus dicitur Sapien. 15. Malorum amatores digni ſunt morte, qui ſpem habent in talibus. Tertio impoſſibile eſt vim noſtram iraſcibilem eſſe abſque honorificentia, & diuino cultu: non poteſt in- G quam eſſe vniuerſaliter, quin illum impendat, vel cui debet, ſcilicet ſummo Deo, iuxta illud Matth. 4. Dominum Deum tuum adorabis, & illi ſoli ſeruies: vel, ſcilicet cui non debet, ſcilicet dæmonibus, incantationibus, ariolis, augurijs, ſoli, lunæ, ſtellis, & quibuſcumque alijs creaturis. Contra quos Deut. 30. dicitur: Si errore deceptus adoraueris Deos alienos, & ſeruieris eis: prædico tibi hodie, quòd peries, & paruo tempore moreris in terra. Cum ergo anima peruenerit ad liberi arbitrij libertatem, ex naturali lege atque inſtinctu dicitur ei illud. 1. Reg. 2. Tolle, ſcilicet de bono, vel de malo, H quantumcunque deſiderat anima tua. Et illud Eccle. 15. Ante hominem mors, & vita, bonum & malum, quod placuerit ei, dabitur illi. Ex dictis colligi poteſt, quò vis noſtra rationalis, vel caſtitatem illius nobilis matrimonij, de quo iam diximus, ſeruat ex neceſſitate: vel cũ alijs vanitatibus fornicatur. Et ſimiliter vis nr̃a concupiſcibilis, vel primitiuæ aut iucundiſſimę bonitati, vel ſeruat matrimonij caſtitatem, vel fornicatur cum alijs vanitatibus. Similiter, & vis noſtra iraſcibilis, vel debita caſtitate adhæret ſupereminentiſſimæ altitudini, reddens ei debi-

A debitam vltimæ ſeruitutis, atque nobiliſſi-
mæ honorificentiæ cultum: vel fornicatur
cum alijs altitudinibus, impendens eis ſer-
uitia, quæ ſoli ſponſo ſuo, ſcilicet Deo im-
pendenda ſunt. De duabus primis viribus,
ſcilicet, quòd a natura habeant ſeruare liber
tatem, vel non ſeruare ſuo ſponſo fideliſſi-
mam caſtitatem: ſatis ex ſe clareſcere poteſt
intuenti perſpicaciter. Sed de tertia vi. ſci-
licet iraſcibili, videlicet quòd ſeruitus diui-
na, ſeu diuinus cultus, ſiue erroneus, ſiue
verus ſit ab ipſa natura, quatuor indicia o-
ſtendere poſſunt. Primum vniuerſalitas, ſe-
cundum eſt perpetuitas, tertium eſt inſepa-
B rabilitas, quartum eſt paruulitas. Primum
inquam indicium eſt vniuerſalitas. Quia
hæc eſt apud omnes nationes mundi, ſicut
ſatis notum eſt his, qui varias mundi regio-
nes perluſtrauerunt. Secundum indicium
eſt perpetuitas. Penè nullo tempore defuit
verus Dei cultus, vel veneratio idolorum,
ex quo homines multiplicari cœperunt, &
adhuc etiam idolatria aliquo modo extat
apud quaslibet nationes. Et ſi fortè non in
capitalibus impietatibus ſuis: tamen ſaltem
in ramis, ſeu in reliquijs eorundem: ſicut
vbique terrarum patet, quemadmodum di
ximus latius in quadrageſimali de Chriſtia.
C religio. ſermone 10. & maxime art. 3. quaſi
per totum indicium. Tertium inſeparabi-
litas ſeu ſeparationis difficultas. Adeo ad-
hærent enim multi, & maxime mulieres
plurimis ariolis, incãtationibus, breuibus,
& characteribus, & ſimilibus operibus im-
pietatis, vt non teſtimonijs ſcripturarum,
nec doctrinæ Sanctorum, nec eccleſiæ inſti-
tutionibus, nec prædicatorum, & confeſſo-
rum conſilijs, vel præceptis, vel minis, im-
mo nec igne, nec gladio, ſeu alia quauis via
adhuc de mundo exterminari potuerit hæc
peſtis: nec eſt patriam reperire, ciuitatem,
terram aut villam, quæ vltra multas alijs cõ
muniores, non habeat aliquas obſeruantias
D particulares: quemadmodum ego Italiam
circumiens expertus ſum.

Quartum nempe indicium eſt paruuli-
tas. Apparet hoc ipſum in pueris, & paruu-
lis manifeſtè, qui cum ipſa pueritia, & par-
uulitate ſunt, cultum diuinum effugiũt, vel
efficiunt, prout poſſunt, & faciunt altaria,
& conſimilia ſibi parãtes, & ornantes Gen.
21. de Hiſmaele, quem Sara vidẽs cum ta-
libus ſimulachris cum Iſaac ludentem, non
potuit tolerare. Tales enim pueri cum nul-
lo præcepto talia agant, cum tamen com-
muniter id experiatur in eis: iudicatur ex
hoc inditum eſſe in nobis naturaliter amo- E
rem diuini cultus. Sed cum præualuit in
humanis mentibus obtenebratio, & cor-
ruptio naturalis, atque multiplicatio vitio-
rum, & fuerit diuina gratia ad illuminan-
dum, & dirigendum eos, & maxime per
Prædicatores, & Confeſſores illuminatos,
incidunt in ſpirituales fornicationes, de
quibus in ſequenti articulo dicturi ſumus.
Nam ſicut rectitudo illius & donum, & o-
pus ſummi opificis, & rectoris eſt: ita per-
uerſitas, & abuſio eius, qua in idolatriam
intorquetur creaturis, innatæ in nobis ob-
tenebrationis, & corruptionis effectus eſt. F
In eis quippe, quę naturalia non ſunt, ſem-
per contrarium reperitur. Vt videlicet in
paucis, & tempore breui, hoc eſt non ſem-
per: non facilis remotio, atque in paruulis
tunc non apparent ſic apparentia ſigna.

Articvlvs Secvndvs

Quòd in tribus animæ viribus virtutum deſideria vigent.

G

Secundum humanum deſideriũ eſt vir- *2. Humanũ deſiderium, eſt virtuale.*
tuale. Quod quidem apparet in omni
potentia animæ noſtræ. Primo in ra-
tionali, ſecundo in concupiſcibili, tertio
in iraſcibili.

Quomodo in animæ potentia rationali viget per deſiderium cognitio veritatis. Cap. 1.

Primo quidem apparet humanũ *1. In potẽ rationali.*
deſiderium virtuale in potentia
rationali. Nam ſi ſcintillulæ pri- H
mæ, atque luminoſiſſimæ verita
tis intellectu eluceſcãt ab alijs aduerſarijs,
illas amat atque amplectitur, illiſque ſolis
adhæret, & veſtigia illius quæ ſunt tranſi-
toria, quæ illis prius illuceſcebant, & lumi-
noſa eſſe penſabat, tenebras palpabiles
eſſe apertis oculis recognoſcit, atque clare
intelligit, verum etiam. 1. Timoth. 6. Apo-
ſtolus ait: Qui volunt diuites fieri, inci-
dunt in tentationem, & in laqueum dia-
boli, & in deſideria multa inutilia, & no-
ciua, quæ mergunt homines in interitum,
& perditionem. Radix enim omnium ma-
lorum, eſt cupiditas. Quam quidam ap-
petentes errauerunt a fide, & inſeruerunt
ſe doloribus multis. Inſuper talis intelli-
git illud Iſa. 33. Diuitiæ ſalutis, ſapientia,

A & ſcientia: timor Domini, ipſe eſt theſaurus. Vnde Eccleſ. 5. ait. Vbi multæ ſunt opes, multi qui comedunt eas. Et quid prodeſt poſſeſſori, niſi quòd cernit diuitias oculis ſuis? Longe tamen illuminatio hæc ab illis, qui oculos ſuos ſtatuerunt declinare in terram. Meritò ergo Sapien. 15. dicitur de Deo. Noſſe enim te, conſummata iuſtitia eſt, & ſcire iuſtitiam, & veritatem tuam radix immortalitatis.

Quòd etiam in concupiſcibili potentia animæ viget deſiderium diuinæ ſuauitatis. Cap. 2.

B

2. In potētia concupiſcibili.

SEcũdo apparet humanum deſiderium virtuale in potentia concupiſcibili. Nã prægustata, ſiue etiam ponderata primitiua, atque ſuauiſſima bonitate, extrema eius veſtigia, hoc eſt omnem carnalem delectationem, & voluptatem totis præcordijs faſtidiret: illuſionemque ſordidam, ſomniumque vaniſſimum, & nullatenus ſolidam veritatem clariſſime iudicaret. Proinde propheta hortabatur animas laſciuas atque carnales ad diuinam ſuauitatem, dicens: Guſtate & videte, quoniam ſuauis eſt
C Dominus. Et merito quidem: Nam guſtato ſpiritu, deſipit omnis caro. Sed vt 1. Cor. 2. Apoſtolus ait: Animalis homo non percipit ea, quæ ſunt ſpiritus Dei. Stultitia eſt enim illi, & non poteſt intelligere, quòd ſpiritualiter examinatur. Spiritualis autem iudicat omnia, & ipſe a nemine iudicatur, ſicut ſcriptũ eſt. Quis, cognouit ſenſum Dei, aut quis inſtruxit eum? Nos autem ſenſum Chriſti habemus.

Quòd in potentia iraſcibili animæ viget deſiderium reuerentiæ ad diuinam ſublimitatem. Cap. 3.

D

3. In potētia iraſcibili.

TErtium quoque humanum deſiderium virtuale apparet in potentia iraſcibili. Nam vis iraſcibilis ſtatim, vbi ſe aperit diuinæ maieſtatis, ſublimitatis manifeſtatiua ſublimitas, & quòd ei ſoli vltimæ honorificentiæ cultu ſeruiendum ſit, manifeſte cognoſcit & idolatriam, & omnem ſuperſtitionem, atque erroneum, & vanum cultum, non ſolum deteſtanda, ſicut ſummam creatoris iniuriam, atque contumeliam: ſed etiam inſaniſſimam, atque turpiſſimam fornicationem apertiſſimè cognoſcit. Et propter hoc inde exiliens toto corde, & ardenti zelo a ſe illam abijci, atque zelanti feruore perſequitur, & abhorret corde, ore, & opere cum propheta dicente, Zelus domus tuæ, id eſt, animæ errore periclitantis, comedit me: ecce feruor ad proximum, & opprobria exprobrantium tibi, ſcilicet per apoſtaſiam, & idolatriam opprobrioſam: ceciderunt ſuper me, ſcilicet quaſi lapis grandis, & lædens: ecce feruor ad Deum. Quæ duo includunt, & præſupponunt amorem hominis ad ſeipſum. E

ARTICVLVS TERTIVS F

De triplici fornicatione, qua anima ſpreto Deo fornicatur cum creaturis.

TErtium principale deſiderium humanæ mentis dicitur criminale. Tripliciter enim per deſiderium ſuũ criminaliter fornicatur anima peccatoris. Primo fornicatur rationalis per curioſitatem, ſecundo fornicatur concupiſcibilis per voluptuoſitatem, tertio fornicatur iraſcibilis per idolatriam: quaſi ſit triplex fornicatio animæ peccatricis. G

3. Deſiderium humanæ mētis, & criminale.

Quomodo intellectus ſpreto Deo tripliciter fornicatur per curioſitatem, etiam cum inutili veritate. Cap. 1.

PRima fornicatio eſt intellectus rationalis, quæ fit per curioſitatem. Cum enim vis noſtra rationalis, vt prædiximus, a natura ſitibunda ſit lucidæ veritatis, ex corrupta natura non corrupta: factum eſt vt in tanta obtenebratione ſubmerſa ſit, quòd non ſolum veritatem non cognoſcit, ſed etiam erroribus credit, & quod deterius eſt, ſecundum ſubſequitur malum, ſcilicet proſtitutio curioſitatis, & fornicatio ſpiritualis: quia paſſum cum quadam inutili veritate, & vanitate humanus intellectus ſæpius illam amplexans fornicatur propter ſemetipſam deſiderio, & amore, eique adhæret: ſpreta aut non curata prima atque lucidiſſima veritate, quæ Deus eſt. Huic quippe ſoli deſiderio, & amore adhærere debet, ſicuti vero ac naturali ſpõſo. Ad hanc ſolam veritatem debet eſſe conuerſio eius. Hanc ſolã ad thorũ immaculatiſſimorum amplexuum admittere neceſſe eſt. Hic quidam

1. Fornicatio.

H

A quidam amplexus, credulitas quædam, & amor ipſius, atq; deſiderium ſunt: immo & quædam delectatio in ipſa. Aduertendum tamen eſt, ꝙ non omnis credulitas primæ veritatis, nec oīs delectatio in ipſa, immaculati eius amplexus ſunt. Et de credulitate quidem monſtratum eſt ſup. ſermo. 13. quaſi per totum: vbi oſtenſum eſt, ꝙ ſuaſa credulitas, ſeu fides, magna Dei contumelia eſt. Similiter autem & delectatio, quæ ex ſola curioſitate procedit in prima veritatu, & ex ſcientia inflante, nō eſt dubium, ꝙ maculata ſit, iuxta Apoſtoli ſenſum, qui, 2. Cor. 2. ait: Non.n. ſicut plurimi adulteran-
B tes verbum Dei. Qui.n. in cognitione Dei delectatur, & hoc ſibimet tantum, hoc eſt non ad gloriam Dei, nec animarum ſalutē: ipſam Dei veritatem quodammodo adulterat, & tam nobili ſponſa abutitur in libidinem propriȩ voluptatis, & reciproci, atq; curui amoris. Ex his patet, ꝙ ex obtenebratione, cum qua naſcimur, accidit, vt credulitatem, amorem, & deſideriū, quas debet vis noſtra intellectiua primæ, ac nobiliſſimæ veritati, in alia transfert: hoc eſt in alias inutiles vanitates, & veritates, quas deberet hr̄e famulas, & pediſſequas tantum, eas fornicaria iniquitate adulteras habet, &
C pellices ad amplexus, & conſcientiæ thorum: illas propter ſeipſas admittens, vera ſponſa (vt diximus) non curata, immo potius illa ſpreta, atq; abiecta.

Quomodo humana voluntas etiam ſpreto Deo, tripliciter fornicatur cum tranſitorijs creaturis. Cap. 2.

Secunda fornicatio.

SEcunda fornicatio eſt concupiſcibilis noſtræ. Sicut enim tria, quȩ in principio præcedētis cap. nominauimus mala de obtenebratione, & corruptione vani
D intellectus in humano genere exorta ſunt: ſic de corruptione virtutis noſtrȩ concupiſcibilis, & obtenebratione, ſimul proſtitutio eiuſdem proceſſit. Et hoc quidem eſt proſtitutio voluptatis, qua vel ſpreta, vel neglecta, vel omnino non amata, primitiuȩ, atque fontalis bonitatis ſuauitate, quæ eiuſdem naturalis ſponſa eſt, vaniſſimis, atque falſis voluptatibus illudendam ſe proſtituit, velut ſpurciſſimam meretricem. Cum enim mentis humanæ nobilitatem naturalem intimæ perſcrutationis perſpexeris in ipſa puritate ſua, ac libertates, ſecūdum tres vires ſuas reperies velut ſponſam amantiſſimam, atq; caſtiſſimam Deo B altiſſimo, veluti eius ſingulariſſimo, atque chariſſimo ſponſo totis naturalibus deſiderijs inhærentem, inhiantem, & intendentem. Ipſe namque ſolus eſt finis motionum eius, & quies laborum eſt, ac deſideriorum eius cumulatiſſima plenitudo. Propterea citra ipſum, & inquietudinibus agitatur, & laboribus fatigatur, & deſiderijs ardet, ſpiritualiq; fame, & ſiti ſuæ vacuitatis impatiens torquetur, & cruciatur. Hoc ſiquidem apertè inſinuat Propheta, dū ait: Satiabor cum apparuerit gloria tua. In ipſo.n. & ex ipſo veluti ex luminoſiſſima veritate eſt quies, atq; noſtrȩ rationalis virtu- F
tis nobilis ſatietas conſummata. Similiter in ipſo, & ex ipſo velut in redundantiſſimȩ ſuauitatis bonitate, eſt quies, atque ſatietas concupiſcibilis noſtrȩ nobilis, & ſuperioris.

Quomodo vis noſtra iraſcibilis per idolatriam multipliciter fornicatur. Cap. 3.

Tertia fornicatio.

TErtia fornicatio eſt iraſcibilis noſtrȩ, quæ per idolatriam fornicatur. Vis enim noſtra iraſcibilis, iuxta prædictum modum, maiorique impietate, & G
apertiori inſania de innata obtenebratione, & corruptione id ſubiectionis, atque ſeruitutis, quod ſoli diuinæ maieſtati debet, in alia transfert. Proſtituitq; ſe vanis & falſis creaturarum laudibus, falſique nominis altitudinibus ſe ſubijcit imprudenter: non curata, immo potius vltimæ ſupereminentiæ altitudine ſpreta: ad quam naturalem conuerſionem, ac naturale coniugium, naturaliſque amoris, & deſiderij inhærentiam, & inhiationem habet. Hinc eſt, quòd cum idolis, & alijs rebus polluitur fornicans, honorificentia ſpreta, qua debet adhærere Deo, & copu- H
lari. Et huiuſmodi honorem, & cultum ipſi creaturæ loco creatoris dupliciter tribuit mens idolatra, & maligna. Primò quidem opinione, ſecūdò ſeruitio. Primo inquā opinione, & hoc etiā duobus modis. Primo opinione æſtimationis, videlicet ſi ea, vel aliquid horū dignū tāta honorificētia reputamus, ſicut Gētiles, qui homines ſceleſtos æſtimabant Deos. Vnde Sap. 15. in perſona iuſtorū dicitur: Non.n. in errorem duxit nos hominum malȩ artis excogitatio, nec vmbra picturȩ: labor ſine fructu,

A fructu, effigies ſculpta per varios colores. Et ſequitur, Qui ſpem habent in talibus, digni ſunt morte.

Secundo opinione adorationis, vt ſi aliquid, quod de ſolo Deo ſentiendum eſt, de aliquo eorum, quod ſentimus. Quod duodecim modis fieri poteſt. Verbi gratia.

Primò in cultu luminum, vel ſtellarum: vt ſi quis de ſole, vel luna, vel de aliquo alio crederet, vel quòd opus eſſet, vel quòd honorandus, vel quòd eius virtutis, & muneris eſſet, quòd vitam, aut ſalutem dare poſſet: proculdubio iam huiuſmodi ſacrilega opinione, & Dei altiſſimi maieſtatem

B offenderet, & Dei altiſſimam gloriam intolerabili iniuria in ſolem transferret. Contra tales dicit Auguſt. 26. q. 5. cap. non licet. Vbi damnat colentes ſigna cœli & lumen eius, propter domum ędificandam, proprer ſegeres, propter arbores plātandas, & propter coniugia ſocianda. Vbi enim ſubdit, dicens, Scriptum eſt ad Col. 3. Omnia, quæ facitis, vel quæcunq; facitis, aut in verbo, aut in opere, in nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti facite, & agite.

Secundò in cultu elementorum, contra quos dicitur in prædicto cap. non licet. & Sap. 13. Neq; operibus attendentes cognouerunt, quis eſſet artifex: ſed aut ignem,

C aut ſpiritum, aut ficcum aerem, vel aquam Deos eſſe putabant.

Tertiò in cultu animalium irrationabilium, & volucrum, vnde dicitur Sap. 15. Sed & animalia miſeri colunt. Quemadmodū fit hodie in auibus, & animalibus partialiū, hoc eſt, ꝙ in inſignijs eorum, & armis, obſeruatur quoque in augurjs. Contra quos Auguſt. 26. q. 5. augurijs. vbi ait, ꝙ tales ab eccleſia eijciendi ſunt.

Quartò in cultu imaginum, quæ. ſ. fiunt ſub aliquo ſigno cœli. Contra quos Propheta ait: Confundantur omnes, qui adorant ſculptilia, & qui gloriantur in ſimulachris ſuis.

D Quintò in cultu characterum, & figurarum, quæ in breuibus fieri ſolent. Etiam talia ab Auguſt. damnantur, 26. q. 2. cap. illud quod eſt.

Sextò in cultu temporum, contra quos ad Gal. 4. dicitur: Dies obſeruatis, & menſes, & tempora, & annos: timeo ne fortè ſine cauſa laborauerim in vobis. Et tales aruſpices vocantur, quaſi horarum inſpectores. Dies autem & horas in agendis negotijs operibuſq; cuſtodiunt. & quid per ſingula tempora homo debeat obſeruare, intendunt. Quæ omnia prohibentur ab Auguſt. 26. q. 5. augurijs. & q. 7. quis æſtimaret. & c. ſeq. contra ramos in Kal. Maij, vide 26. q. 7. non licet. & c. ſi quis. vbi dicitur, ꝙ anathema ſit, qui aliquid noui fecerit propter annum nouum. Inſuper & cantores illius diei, & dies Aegyptiaci, & donaria, quę donantur in illo die, prohibentur, 26. q. 7. c. non obſeruetis. E

Septimò in cultu nominum, & verborū. Sicut patet in breuibus, quæ qui ſuper ſe portant, perire (vt mendaciter aiunt) minimè poſſunt aqua, igne, vel ferro, & ſic de alijs. Neq; vt falſo dicunt, abſq; pęnitentia non poſſunt mori. F

Octauo in cultu initiorum, & initialium rerum, quę etiam prohibentur ab Auguſt. 26. q. 2. illud quod eſt. Vbi etiam prohibentur, quæ ſaltantur, ſicut pro morbo caduco fieri ſolet in quibuſdam diebus feſtis & tēplis, quæ ſuſpenduntur in vinea, vel ad collum: & plura alia inhibentur ibidem.

Nonò in cultu inuentionum, vel inuentitiarum rerū, ſicut ſi obuiarem in itinere lepori, vel aui, aut porco, & ſic de alijs.

Decimò in cultu dęmonum, ſicut faciunt Necromantici, & Magici, in ſpeculo, & aqua, &c. Similiter & ſtrigę, de quibus vide, 26. q. 5. epiſcopi eorum. Sed ꝙ talia non fiant verè, ſed fantaſticè, probatur, 26. q. 5. nec mirum. G

Vndecimò in cultu ſomniorum. Nam vt dicitur Eccl. 34. Multos enim errare fecerunt ſomnia.

Duodecimò in cultu ſortiū, contra quos dicitur, 26. q. 5. c. ſortes. In hæc autem & ſimilia inſaniſſimi, & perditiſſimi homines Dei virtutem, & gloriam Dei tranſtulerūt, contra quos inquit Apoſtolus ad Roma. 1. Commutauerunt veritatem Dei in mendacium, & coluerunt, & ſeruierunt creaturæ, potius quàm Creatori, q eſt benedictus in ſæcula. Meritò ergo Dan. 6. dictum eſt: Paueant, & tremiſcant. ſ. omnes Deum Danielis: ipſe eſt enim Deus viuens, & æternus in ſæcula: & regnum eius non diſſipabitur: & poteſtas eius vſq; in ſempiternum: ipſe eſt liberator, atq; ſaluator, faciens ſigna, & miracula in cęlo & in terra. H

Secundò autem ſeruitio idolatrat mens humana: & hoc etiam duplici ſeruitio fieri ſolet. Primo interiori, ſecundo exteriori.

Primò quidem ſeruitio interiori. Sunt. n. interna ſeruitia, & internę adorationes, timor, honor, amor, ſpes, gaudium, dolor, deſiderium, & huiuſmodi affectiones; quarum

A rum multæ ſoli Deo impendendæ ſunt, & nullatenus alijs rebus; quia ſi contrarium fit.i.ſi ea, quę ſoli Deo conueniunt, rebus alijs impendantur, idolatria eſt. Quemadmodum ſi timentur homines plus quàm Deus: aut ſi timetur peſtis, aut mors corporis vltra ordinem debitæ charitatis: amantur filij, & conſanguinei, atq; diuitiæ temporales plus quàm Deus: honorantur creaturæ ſicut Deus: aut fictitij dij loco Dei: ſperatur in hominibus vanis, & rebus tranſitorijs, amplius quàm in Deo vero, & ſic de alijs, de quibus omnibus ait Propheta: Similes illis fiant.i.fient, qui faciunt ea.i.ſibi
B idola: & omnes, qui confidunt in eis.ſ. loco Dei.

Seruitio exteriori idolatrat mens humana. Seruitia Dei exteriora in ſeptem diſtingui poſſunt, ſecundum ꝙ ſeptem ſunt modi, ſiue maneries ſacrorum.

Primus eſt proceſſio maximè cum luminaribus, in qua etiam ordinatè, & ornatè incedimus, donec perueniatur ad ſecundũ & maximum ſacrorum, quod eſt Miſſæ exterior celebratio. Sacramentum quippe altaris, & veritas eſt in eo, quod intus continet, videlicet Dominum noſtrum Saluatorem integritate humanæ naturæ, & for-
C mæ ſeruilis, quam pro nobis aſſumpſit. Et figura eſt in eo, quod exterius ſenſibus exhibetur. Vnde communicatio exterior pertinet ad ſacra exteriora.

Tertius verò modus eſt diuinarum laudum audibilis reſonatio.

Quartus eſt miniſteriorum ornatus exterior.

Quintus eſt ipſius templi apparitio.

Sextus eſt diuerſorum ſonorum, ſignorum, & campanarum pulſatio.

Septimo eſt expiatio exterior.i.aquę benedictæ aſperſio. Et in omnibus ſupradictis, & maximè in ſanctiſſimo ſacramento
D (proh nefas horrendũ) varijs modis, ſicut patet perſpicaciter intuenti, atq; experto, ſolent huiuſmodi errantes idolatrare.

Mittite ergo dilectiſſimi fratres, in dexteram nauigij rete.i.leuetis deſideria veſtra ad ſpiritualia, & æterna: & profectò inuenietis requiem, ac gratiam, & in futuro gloriam ſempiternam: quas omnibus eſurientibus, & deſiderantibus eas ampliſſimè largiri dignetur vir deſideriorum, & deſiderabilis vniuerſis Dominus Ieſus Chriſtus, qui cum Patre, & Spiritu ſancto cuncta ſancta deſideria excitat, gratificat, & in eis perſeuerantes ſatiat, & glorificat per infinita ſæculorum ſæcula, Amen. E

FERIA QVINTA post Reſurrectionem.

De duodecim gradibus diuini amoris, qui poſſunt meritò glorioſæ Magdalenæ, vel alicui alteri Sancto appropriari.

Sermo LXII. F

Aſcendo ad Patrem meum, & Patrem veſtrum, Deum meum, & Deum veſtrum Ioan.20. & in euãgelio hodierno. Glorioſiſſimæ Magdalenæ in Deum per ardentiſſimam dilectionem, & extaticam contemplationem conſcendentis verba myſticè ſunt iſta. De illa quippe, Lu.10. Dominus ait: Maria optimam partem elegit, quę non auferetur ab ea. Hæc pars eſt aſcenſio mentis eius in ipſum Deum, per ardentiſſimam charitatem: profectò in æternum nõ auferenda ab ea, ſed conſum-
manda, & iam conſummata in gloria ſem- G
piterna. Meritò ergo dicit omnibus nobis, quaſi in hac peregrinatione adhuc viuens. Aſcendo.ſ.per ardentiſſimum amorem, ad Patrem meum, & Patrem veſtrum: Deum meum, & Deum veſtrum.q.d. imitamini veſtigia mea in aſcendendo ad diuinam dilectionem. Cauſam quoque huius aſcenſionis, Cant.2. oſtendit, dicens: Dilectus meus mihi, & ego illi, qui paſcitur inter lilia. Quod poteſt eſſe aliud thema. Ait enim, Dilectus meus mihi.ſ.intendit infundendo gratiam, & amorem: & ego illi, ſcilicet meipſum exhibeo, acceptãdo gratiam
corde, ore, & opere. Corde, Cant.1. Faſci- H
culus myrrhę dilectus meus mihi, inter vbera mea commorabitur. Ore, vnde Matt.12. Ex abundantia cordis os loquitur.ſ.de amore. Opere, Sap.3. Fideles in dilectione acquieſcent illi. Qui paſcitur inter lilia: quia in virtutibus meis, & omnium mundarum mentium, atque dilectorum ſuorum Dominus delectatur, Prouer.8. Delitiæ meæ eſſe cum filijs hominum. Quod maximè contingit, cum mens gradatim aſcendit in diuina dilectione. Proinde duodecim aſcendendi gradus diſtinguere poſſumus in diuino

De duodecimgradibus diuini amoris, ſiue lilijs.

A uino amore, quę poſſunt duodecim lilia dici; inter quæ in Magdalena, & in qualibet ferventi, ac diligenti anima, Dominus delectatur. Quorum quatuor pertinere poſſunt ad incipientes, quatuor ad proficientes, & quatuor ad perfectos.

Articvlvs Primvs

De quatuor primis gradibus diuini amoris.

B PRimo diſtinguamus quatuor gradus primos, qui pertinere poſſunt ad incipientes. Primus eſt cõtemptus temporalium, ſecundus deſiderium cęleſtium, tertius intellectus ſpiritualium ſecretorum, quartus deſiderium diſſolutionis, vt ſit cum Chriſto. Et poſſunt etiam dici quatuor lilia.

De triplici ſigno mundani contemptus. Cap. 1.

Primũ lilium eſt cõtemptus tẽporaliũ

PRimum lilium eſt cõtemptus temporalium. Cum enim mens guſtare cęperit ſuauitatem dulcedinis Dei, ſtatim naſcitur in ea contemptus mundi, ſicut Cant. 8. Salomon ait: C Si dederit homo omnem ſubſtantiam domus ſuę pro dilectione, quaſi nihil deſpicit eam. Tria ſunt tamen pauperum genera. Quidam mundo, & non Deo, vt fures, & pauperes impatientes. Quidam Deo, & non mundo, vt Dauid, & cęteri diuites Sancti, tam in nouo, quã in veteri teſtamento. Quidam Deo, & etiam mundo, ſicut quilibet voluntarius pauper propter Chriſtũ. Vnde Caſſiodorus, ſuper illud Pſal. Iudicare populum tuum in iuſtitia, & pauperes tuos in iudicio, ait: Pauper ſi ſuperbiat, non D eſt pauper Dei. Diues ſi paupertatem diligit, non eſt diues ſæculi. Habet enim talis contemptus etiam in præſenti quandam dulcedinem ſuam, quam Dominus, Mat. 5. regnum cęlorum vocat. i. participationem cęleſtis regni: ideo dicit, Beati pauperes ſpiritu, quoniam ipſorum eſt regnum cęlorum. Hoc eſt lilium inter ſpinas, Cant. 2. Et habet tria folia. Primò neceſſitatem, ſecundò vtilitatem, tertiò libertatem.

Primò quidem habet neceſſitatem, eo ꝙ tantum ad neceſſitatem vtitur bonis tẽporalibus ſemper cum laude creatoris. Atque de omni paruo temporali commodo à ſe recepto, cum Propheta regratians E Deo iubilat, dicens, Quid retribuam Domino pro omnibus, quę retribuit mihi?

Secundò habet vtilitatem. Vtitur autem talis anima temporalibus vilibus, & deſpectis, quæ habent mentem in humilitate habituare, & virilem ſpiritum nutrire, atque mundi contemptum operibus demonſtrare. Sicut econtra mollia, & pretioſa eneruant ſpiritum, & virilitatem ſuam effęminant, atq; ſęculi amorem demonſtrant.

Tertiò habet libertatem, quia vtitur bonis temporalibus à ſe poſſeſſis tanquam nõ ſint propria ſua, cuilibet indigenti illa communicando: tanquam ſi illa ab eis mutuo F accepiſſet, iuxta conſilium Chriſti, Luc. 6. dicens: Omni petenti te tribue.

De tribus per quæ anima eleuatur ad deſiderium æternorum. Cap. 2.

Secundũ lilium eſt deſideriũ cęleſtiũ.

SEcundum lilium eſt deſiderium cœleſtium. Quando enim mens cuncta tẽporalia ſpernit, quodam naturali, & virtuali deſiderio ad cęleſtia regna erigitur & conſurgit. Hoc lilium habet tria folia. Primum eſt auditio, ſecundum eſt oratio, tertium eſt contemplatio. Primum purgat, ſecundum illuminat, tertium inflammat. G Et hæc tria requiruntur, vt noſtrum deſiderium de cęleſtibus inardeſcat.

Primò neceſſaria eſt auditio, per quam anima de cœleſtibus inflãmetur: & ſic eius ignorantia elimınetur, & expurgetur. Nam ſicut Apoſt. ad Rom. 10. ait: Fides. ſ. cœleſtium, eſt ex auditu: auditus autem fit per verbum Dei. In auditu autem lectio, & prędicatio compręhenduntur: quæ omnia intellectum de cœleſtibus informant, quemadmodum Propheta ait: Declaratio ſermonum tuorum illuminat, & intellectum dat paruulis. H

Secundò neceſſaria eſt oratio, qua mens eleuatur in Deum, qui in cœlis habitat. Ad quem in Dominica oratione docuit eleuare mentem, cum Matt. 6. ait, dicite, Pater noſter, qui es in cœlis. i. in cœleſtibus ſpiritibus, & in alijs Sanctis: ſed ſingulariſſimè in beata Virgine Maria.

Tertiò neceſſaria eſt contemplatio. Dũ enim mens cœleſtia gaudia aſſidua contemplatione rimatur, atque illam beatam viſionem quadam inexpreſſibili fruitione ſpeculatur, de cęleſtibus gaudijs tota repletur, & inarde-

A inardeſcit. Proinde Propheta per experientiam hoc ſentiens, de ſe ait: Concaluit cor meum intra me, & in meditatione mea.ſ. de cęleſtibus facta inardeſcat ignis. In huius quidem myſterium, Num. 27. Dominus ad Moyſem, ait: Aſcende in montem iſtum Abarim, & contemplare terram, quam Dominus Deus tuus daturus eſt tibi. Abarim pertranſiens interpretatur. Vt myſticè ſignificet, ꝙ talis contemplatio non eſt fruitio gloriæ permanentis: ſed contemplatio glorię tranſeuntis.

B

De triplici lumine quo intellectus plenè illuminatur. Cap. 3.

Tertiũ liliũ eſt intellectus ſpiritualiũ ſecretorum.

TErtium lilium eſt intellectus ſpiritualium ſecretorum. Profectò cuiuſcunque artis, vel ſcientię ſollicitus indagator, atq; feruidus inquiſitor, citò peruenire ſolet ad experimentalem intelligentiã eius: ſic qui amore feruido de cœleſtibus meditatur ex diuina benignitate meretur diuino, ac cęleſti lumine illuſtrare. Tria quoq; folia hoc lilium habet. Primum eſt cognitio Dei, ſecundum cognitio ſui, tertium cognitio proximi.

Primum folium eſt cognitio Dei. Cum C enim mens eleuetur ad ipſius ſummi contemplandam naturam, atq; ſummas, & infinitas perfectiones, virtute fidei offert ſe illi Deus increatum, infinitum, & immortalem. Increatum circa principium, infinitũ circa medium, & immortalem circa terminum. Demumq; in tantam altitudinem eleuatur, ꝙ in ipſo diuino lumine compręhendit, quòd quicquid angelica, vel humana natura, in patria, vel in via inelligit, vel compręhendet, vel intelligere poterit in æternum, quomodo Deus increatus, eſt infinitus, & immortalis, viliſſima creatura eſt, ſubitus finis, & mors horrẽda, reſpectu eius, D quòd ipſa ſapiẽtia Dei intelligit Deum increatum, infinitum, & immortalem. Tunc quoq; compręhendit, quomodo ſe maniſeſtat Deus infinitę potentiæ in operando, infinitę ſapientię in ordinando, infinitę clementiæ in indulgendo, atque in puniendo infinitę iuſtitię. Tantam deniq; infinitatem compręhendit in quolibet, in quo poteſt infinitus meritò prædicari, ꝙ ſi tota natura angelica, & humana in ſe conuerterent ad ſpeculandum aliquod prędictorum, in quibus infinitus meritò dici pôt, minimè poſſent non dico finem, ſed nec infinitatis illius principium reperire. Proinde ſtupẽtes E ſupremi ciues clamant, illud Apoc. 14. Magna, & mirabilia ſunt opera tua Dñe Deus omnipotens: iuſtę, & verę ſunt vię tuę Domine Deus Rex Sanctorũ. Et iterũ Propheta ait, Magnus Dñs, & laudabilis nimis, &c.

Secundũ folium eſt cognitio ſui. In lumine igiť, qđ iam hẽt aĩa ipſius Dei, clarè intelligit, & cõpręhendit nihileitatẽ ſuã, atq; peccata ſua. Vnde meritò ad Deũ in corde clamat, A peccato meo munda me, qm̃ iniquitatem meã ego cognoſco, &c. Quemadmodum infirmus cognoſcẽs infirmitatem ſuam auxilium medici periti implorat, ſicut 3. Reg. 8. myſticè dr̃: Si quis cognouerit plagam cordis ſui, & expanderit manus ſuas F in domo hac.ſ. conſcientiæ ſuæ: tu exaudies in cęlo in loco habitationis tuæ.

Tertium folium eſt cognitio proximi. Porrò in ipſo lumine Dei cognoſcunť humani mores: & profectò manifeſtũ iudiciũ eſt, ꝙ tale lumen ex Deo ſit, qñ talis cognitio eſt non ad proximũ amare, ac temerariè iudicandũ, ac contemnendum; ſed ad charitatem corrigendum, ad compatiendum, emendandum, inſtruendũ, exhortandũ, cõgaudendũ, & conſimilia operandũ. Vt & iuſtorum opera tali menti cõuertantur in bonum, iuxta ſententiam Apoſt. ad Rom. 8.

G

Tria inſlammant animam ad deſiderium corporalis diſſolutionis, vt poſſit eſſe cum Chriſto. Cap. 4.

QVartum lilium eſt deſiderium diſſolutionis, vt poſſit eſſe cum Chriſto. Antedictis luminibus illuſtrata facilè cognoſcit ſtatum pręſentis vitę, & futurę glorię. Ideo cum Apoſt. ad Philip. 1. continuè clamat, deſiderium habens diſſolui, & eſſe cum Chriſto. Hoc lilium etiam tria habet folia. Primum eſt conſideratio H inimicorum, ſecundum eſt conſideratio periculorum, tertiũ eſt cõſideratio gaudiorũ.

Quartum lilium eſt deſideriũ diſſolutionis.

Primũ eſt cõſideratio inimicorũ. Profectò cõſideret homo illuminatus quãta sũt nobis aduerſantia in hac vita.ſ. dæmones, mũdus, & caro, q oẽs innumerabilibus laqueis, decipulis, blãditijs, p̃lijs, malitijs, violẽtijs aĩam infęlicẽ p̃cipitare cõtẽdũt. Ideo cõtra oẽs illã taliter obſeruãtes, & ei inſidiãtes, & ne ex hoc ſęculo abſq; mortali culpa euadat cuſtodiẽtes, cõtinuè ad Deũ clamat, dicẽs, Educ de cuſtodia aĩam meã ad cõfitẽdũ nomini tuo. Et iterũ cũ Prophe. lamenta-

A mentatur, dicens: Heu mihi, quia incolatus meus prolongatus eſt: habitaui cum habitantibus Cedar. Cedar, mœror, & tenebræ interpretantur, quæ quidem multum in mundo regnant.

Secundum ſolium eſt conſideratio periculorum. Quippe contra tot aduerſantes mens humilis de ſuis viribus non præſumens, licet de diuina bonitate confidat: nihilominus ne aliqua latenti, vel manifeſta culpa à Domino iuſto iudicio relinquatur, ante mentis oculos profectò tenens Luciferi caſum, primorum parentum lapſum, Sanſonis fortitudinem, Dauid ſanctimoniam,
B ſapientiam Salomonis, ſcientiam Origenis, multorúq; aliorum virorum ſingularium ruinam. Ideo in tali formidine quotidie nititur ſtabilire cor ſuum, iuxta propheticum ſenſum, qui talibus ait, Poſuiſti firmamentum eius formidinem. Pro omnibus ſupradictis Amb. ait in ſermone de Quadrag. Tantis malis hæc vita repleta eſt, vt comparatione eius mors remedium putetur eſſe, non pœna.

Tertium ſolium eſt conſideratio gaudiorum.ſ. ſempiternorum. Eleuata igitur mente ad aſcenſus ciuium ſupernorum, iam guſtans, & videns, quàm ſuauis eſt Dominus,
C admiratione, & gaudio plena ait: Quã magna multitudo dulcedinis tuæ Domine: quam abſcondiſti.i.abſcondité tribuiſti, timentibus te. Et Propheta ſuſpirat, atq; ad Dominum clamat, dicens: Quemadmodũ deſiderat ceruus ad fontes aquarum, ita deſiderat anima mea ad te Deus. Et omnibus creaturis ſuum deſiderium profitetur, dicens: Sitiuit anima mea ad Deum, fontem viuum: quando veniam, & apparebo ante faciem Dei mei. Atq; ex ſpe confortata iubilat cũ Abachuc in 3.c. dicẽs: Ego aũt in Dño gaudebo, & exultabo i Deo Ieſu meo.

D **ARTICVLVS SECVNDVS**

De alijs quatuor gradibus diuini amoris, qui magis pertinent ad proficientes.

Quintum lilium eſt ſilentium rationale

SEcundò ſubiungamus alios quatuor gradus, ſiue, lilia diuini amoris magis pertinentes ad proficientes. Primus gradus eſt ſilentium rationale, ſecundus contemptus propriorum operum, quaſi inutilium; tertius inſenſibilitas ad mundum; quartus eſt victoria tentationum.

Quòd in tribus principaliter conſiſtit regimen humanæ linguæ. E
Cap. 1.

PRimus gradus, ſiue primum liliũ, eſt ſilentium rationale, cum iam mens guſtauit cæleſtia bona, vnde ſicut Dominus ait, Matth. 12. Bonus homo de bono theſauro cordis ſui profert bona: hoc eſt, ex ore ſuo eructat, ſeu profert verbum bonum; & hoc videlicet tempore opportuno, iuxta illud Eccleſiaſtes 3. tempus tacẽdi, & tempus loquendi. Tria etiam folia habet hoc lilium. Primum eſt tacere mala, ſecundum eſt tacere F
inutilia, tertium eſt non tacere neceſſaria.

Primum folium eſt tacere mala.ſ. murmurationes, detractiones, periuria, ſtultiloquia, mendacia, & conſimilia. In quibus & lingua facilè prolabitur, & conſcientia inquinatur. Vnde cum Propheta inquit, Dixi, cuſtodiam vias meas, vt non delinquam in lingua mea.

Secundum folium eſt tacere inutilia: nõ tantum verba ocioſa, & vana, verum etiam verba bona, quæ meritò propter aliquas circunſtantias inutilia iudicanda ſunt. A quibus omnibus prudenter cauet ſeruans, G
quod Eccl. 28. admonet, dicens, Verbis tuis facito ſtateram. Hæc obſeruans Propheta inquit: Obmutui, & humiliatus ſum, & ſilui à bonis: videlicet ne indiſcreta locutione peccarem.

Tertium folium eſt non tacere neceſſaria. Profectò non tacet inerti, & inſenſibili humilitate zelator iuſtus: ſed cum recta ratio depoſcit, arguit, obſecrat, increpat in omni patientia, & doctrina. Quemadmodum, 2. Timot. 4. Apoſt. ait, dilectum diſcipulum ſuum edocens: Non immeritò ergo Propheta orabat, dicẽs, Pſal. 104. Pone Domine cuſtodiam ori meo: videlicet ratio- H
nem illuminatam, & oſtium circunſtantiæ labijs meis. Non dicit murum, qui claudi, & aperiri non poteſt. Circunſtantiæ verò loquendi poſſunt eſſe ſeptem, quas neceſſe eſt obſeruare, qui errare non vult in lingua ſua: quæ ſunt hæc: Quis loquitur, quare, quid, quibus, quando, quomodo, & quantum. Quantæ verò perfectionis hoc ſit obſeruare, oſtendit Iac. in cano. ſua, c. 3. dicẽs: Qui non offendit in verbo, hic perfectus eſt vir. Ille verò non offendit in verbo, qui his ſeptem circunſtantijs obſeruatis, nec dicenda tacet, nec tacenda dicit.

Per

A *Per tria clareſcere poteſt, ꝙ homo opera ſua bona, quaſi inutilia ſpernit.* Cap. 2.

Sextū liliū eſt cōceptus ꝓpriorum operum.

SEcundum lilium eſt contemptus propriorum operum quaſi inutilium. Tanto quippe amore talis iuſtus inardeſcit ſeruire Deo, tantiſq; ſeruitijs, & obſequijs dignum æſtimat illum, quòd quanto plura, atque maiora opera pro ſuo dilecto facit, tanto feruentiori affectu ei ſeruire anhelat, & inardeſcit: atq; iam operata pro illo ex profundiſſima humilitate, & ardentiſſi-
B ma charitate, quaſi nil boni egerit, ſe deſpicit, atq; contemnit. Profectò ſecundū Bernardum in epiſtola ad Guidonem: Nemo perfectus, qui perfectior eſſe non appetit. Et in eo quiſq; perfectiorem probat ſe, quo ad maiorem tendit perfectionem. Ideo Apoſtolis ſuis, Luc. 17. ait Dominus: Cum omnia, quæ. ſ. vobis præcepi, feceritis, dicite, ſerui inutiles ſumus. Hoc lilium etiam habet tria folia. Primum eſt, in vilibus ſe exercere: ſecundum, talia operari cum feruenti diligentia, & amore: tertium eſt, de talibus indignum ſe reputare.

Primum folium eſt in vilibus, & abiectis
C ſe exercere. ſ. cūcta deſpecta opera ſibi pro ſua portione propria eligendo, ſe de iure obligatum ad illa tanquàm viliſſimam creaturam intelligendo, vt verè cum Propheta dicat, Ego autem ſum vermis, & non homo: opprobrium hominum, & abiectio plebis.

Secundum folium eſt talia operari cum feruenti diligentia, & amore. Profectò plus ponderat Deus in homine affectum, quàm opus. Quod patenter teſtatur Dominus, Lu. 21. de vidua in templo offerēte duo minuta, quæ plus placuit Deo, quàm qui magna obtulerunt munera.

D Tertium folium eſt de talibus vilibus exercitijs, & operibus indignum ſe reputare. Conſiderat quippe talis anima, quòd de huiuſmodi operibus famulatur Ieſu Chriſto in ſuis pauperibus: ſciens, quòd Matt. 25. Dominus ait: Quod vni ex his minimis meis fratribus feciſtis, mihi feciſtis: nec tamen per hoc excluditur, ꝙ talia fecerit his, qui illi maiores ſunt.

Tria oſtendunt animam inſenſibilem ad mundana. Cap. 3. E

Septimū lilium eſt inſenſibilitas ad mundū.

TErtium liliū eſt inſenſibilitas ad mundum. Tanto quidem amore, & dulcore inebriatur talis anima ex diuina dilectione, ꝙ inſenſibilis efficitur ad mundana. Hoc lilium habet etiam tria folia. Primum eſt in aduerſis iucunditas, ſecundum in proſperis humilitas, tertium in mixtis inuariabilitas.

Primum eſt in aduerſis iucūditas. Ebrius quippe ex diuino amore exultat in tribulationibus, in perſecutionibus, in afflictionibus, in contradictionibus, & in confuſioni- F
bus, quemadmodum de Apoſt. Act. 5. ſcriptum eſt: Ibant Apoſtoli gaudentes à conſpectu concilij, quoniam digni habiti ſunt contumeliam pati pro nomine Ieſu.

Secundum folium eſt in proſperis humilitas. Profectò, qui iam plenus eſt dulcedine Dei, ſpernit diuitias, faſtidit delitias, abhorret magnificentias, & quaſcunq; glorias ſæculares, cum Apoſtolus ad Philip. 3. dicat: Omnia detrimentum feci: & arbitror vt ſtercora, vt Chriſtum lucrifaciam.

Tertium folium eſt in mixtis inuariabilitas. Mens profectò adhærens Deo, conſpiciens mūdi labiles vanitates, nouitates, mutabilitates, & infinitas inquietudines: licet G
talibus hominibus compatiatur ex corde, tamen in ſe immobilis perſeuerat, dicens: Mihi autem adhærere Deo bonum eſt, ponere in Domino ſpem meam. Et tamē quaſi myſticus ambidexter Aod, de quo dicitur Iudicis 3. ꝙ vtraque manu pro dextera vtebatur, in proſperis, & aduerſis, & varijs ſemper reportat lucrū, teſte Apoſtolo, qui ad Rom. 8. ait, Diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum. Et iterum Prouer. 12. Salomon ait, Non contriſtabit iuſtum, quicquid ei acciderit.

H

Quod tria ſunt, quæ in qualibet tentatione hominem faciunt virtuoſum. Cap. 4.

Octauum lilium eſt victoria tentationum.

QVartum lilium eſt victoria tentationum. Licet enim mens diuino amore ardeat, & flammeſcat: tamen in præſenti militia abſq; pugna tentationum eſſe non poteſt. Quemadmodum Iob 7. dicitur, Militia eſt vita hominis ſuper terram. Permittit nanq; Saluator pius electos ſuos à mundo, à carne, & dæmonijs impugnari,

A ri,vt in pugna cũ adiutorio victoriã conſequantur, & demum in gloria copioſius coronentur. Proinde Apoſt. 2. Timoth. 2. ait, non coronabitur,niſi qui legitimè certauerit. Hoc lilium etiam habet tria folia. Primum eſt intellectus illuminatio, ſecundum eſt affectus inflammatio, tertium eſt effectus roboratio.

Primum eſt intellectus illuminatio. Ex ſæpe habita victoria multarum tentationum redditur homo magis cautus, magiſq; diſcretus contra inſidias aduerſantium. Experitur in pugna ſæpe imbecillitates ſuas, neceſſitatem conſilij, & auxilij Dei, arduita
B tem virtutum, malignitatem vitiorum, malitias dæmonum, & ſic ex tali experientia totus intellectus in talibus illuminatur. Vnde Eccl. 34. ait: Qui non eſt tentatus, qualia ſcit? Et iterum Thren. 1. De excellſo mi ſit. i. mitti permiſit, ignem. ſ. tentationum in oſſibus meis, & erudiuit me.

Secundum folium eſt affectus inflammatio. Secundum enim Gregor. multum ſibi adijcit laceſſita virtus. Sicut enim lapis, vel ſilex percuſſus ſcintillat ignem: ſic mẽs iuſti vexata diuino flammeſcit amore, dilatatur feruore, & in diuina gratia ſemper ſuſcipit incrementum. Vnde Pſal. hoc ſen-
C tiens ait: In tribulatione dilataſti mihi. ſ. animam meam, vt amplioris dilectionis capax ſiam. Diabolus enim eſt faber Dei, ſicut Dominus, Iſa. 54. ait, Ego creaui fabrũ. Fabri huius focus eſt mundus, carbones tribulationes, folles aſcendentes, & deſcendentes, ſunt impij iuſtos pręmentes, & opprimentes. Et de talibus Propheta ait: Aſcendunt vſque ad cœlos, & deſcendunt vſque ad abyſſos. Ferrum inflammandũ, ſunt iuſti tentati, ac vexati, & perſecutionibus quaſi malleis formati, vt quotidie in diuino amore ardentius transformentur.

Tertium folium eſt effectus roboratio.
D Ignis quippe vento pulſatus in maiorem erigitur flammã, atque fortius roboratur, & incaleſcit: ſic quoque ſtomachus hominis, & hæc noſtra habitabilis terra, dum frigore coarctantur, ex calore intus arctato robuſtiores fiunt. Quod etiam Greg. teſtatur, dicens: Electorum deſideria, dum pręmuntur aduerſitate, creſcunt. Sicut ignis flatu pręmitur, vt conualeſcat: & vt vnde extingui creditur, roboratur.

ARTICVLVS TERTIVS E

De quatuor vltimis gradibus diuini amoris, qui pertinent ad perfectos.

TErtiò ſubiungendi ſunt alij quatuor gradus diuini amoris, qui ad perfectos pertinere noſcuntur: qui etiam quatuor lilia dici poſſunt. Primus gradus eſt ſecuritas aduerſitatum, ſecundus exaltatio mentis in Deum, tertius ſubiectio ſpiritus ad ipſum Deum, quartus mentalis pax, & de aduerſarijs victoria triumphalis. F

Quòd tria ſunt, quæ in qualibet aduerſitate animam aſſecurant. Cap. 1.

Nonum lilium eſt ſecuritas aduerſitatum.

PRimum lilium eſt ſecuritas aduerſitatum. Mens quippe iuſti multiplicibus tentationibus, & vexationibus agitatã, & in omnibus victorioſa iam facta, in aduerſitatibus ſecura, vt nullo illarum impetuoſo incurſu quomodolibet expaueſcebat. Huius lilij tria ſunt folia. Primum eſt ad Deum adhęrentia, ſecundum in Deum confidentia, tertiũ de Deo complacentia. G

Primum folium eſt ad Deum adhærentia. Nam mens iuſti proprij amoris, & cõplacentiæ vtiq; inimica, ſeipſam abhorrens omni ſtudio, & conatu adhæret Deo, & ſentiens efficaci experimento ſuæ dulcedinem pietatis, & ſapientiam veritatis, atq; magnificentiam poteſtatis, nullum aduerſarium expaueſcit, continuè poſcens à Domino, illud Iob 17. Pone me iuxta te, & cuiuſuis manus pugnet contra me. Et illud Apoſt. Rom. 8. Quis nos ſeparabit a charitate Chriſti? an perſecutio, an tribulatio, an nuditas, an anguſtia, an fames, an periculum, an gladius? ſicut ſcriptũ eſt: quia propter te mortificamur tota die, ęſtimati ſum⁹, ſicut oues H occiſionis. Sed in his omnibus ſuperamus propter eum, qui dilexit nos.

Secundum folium eſt in Deum confidentia. Tot & tantas in pręterito virtute Dei victorias habuiſſe ſe ſentit, ꝙ nedũ in prælio expaueſcat, verum etiam de quolibet aduerſariorum inſultu corde magno exultat. Proinde de qualibet aduerſitate triumphum in Domino ſperans, cum Propheta confidenter ait: Dominus illuminatio mea, & ſalus mea, quem timebo? Dominus protector vitæ meæ, a quo trepidabo? Si conſiſtant

A ſiſtant aduerſum me caſtra, non timebit cor meum: ſi exurgat aduerſum me prælium, in hoc ego ſperabo.ſ.cum victoria lucrum. Tunc ſicut dicitur, 1.Ioan.4. Charitas foras mittit timorem. Et cum Apoſt.ad Rom.8. Certus ſum enim, ꝙ neq; mors, neq; vita, neq; Angeli, neq; Principatus, neq; Virtutes, neq; inſtantia, neq; futura, neq; fortitudo, neq; altitudo, neq; profundum, neque creatura alia poterit nos ſeparare à charitate Dei, quę eſt in Chriſto Ieſu Dño noſtro.

Tertium folium eſt de Deo complacentia. Non poteſt talis anima de dilecto quoquomodo dubitare, videlicet, ꝙ relinquatur ab eo in tempore eius neceſſitatis, B experimento cognoſcens, quod, 1. Cor. 10. Apoſt. ait, Fidelis Deus, qui non patietur vos tẽtati ſupra id, quod poteſtis: ſed faciet cum tentatione prouentum. Vnde Hiere. 15.in fine, Bellabunt aduerſum te.ſ.aduerſarij tui, & non pręualebunt; quia ego tecum ſum, vt saluem te.

De triplici exultatione, quam efficit transfuſio mentis in Deum. Cap. 2.

C

Decimũ lilium eſt exultatio mentis in Deum.

SEcundum lilium eſt exultatio mentis in Deum.ſ.propter transfuſionẽ. Cum enim iam mẽs eſt in omni aduerſitate ſecura, in delitijs Altiſſimi epulatur, ſicut Prouerb.15.dicitur. Secura mens, quaſi iuge conuiuium. Hoc lilium tria habet folia, ſecundum ꝙ eſt triplex exultatio mentis. Primum eſt exultatio ſpiritualis, ſecũdum eſt exultatio affectualis, tertium eſt exultatio corporalis. Quę triplex exultatio, Apocalip.14.inſinuatur ordinatè. Vnde Io. ait: Audiui vocem de cęlo, tanquam vocem aquarum multarum, & tanquam vocem to D nitrui magni: & vocem quam audiui, ſicut cytharędorum cytharizantium in cytharis ſuis. In quibus ſacratis verbis tria prædicta folia demonſtrantur.

Primum inquã folium eſt exultatio ſpiritualis: & de hac Io.ait, Audiui vocem de cęlo, tanquam vocem aquarum multarum. Cum enim vox mentis corporalis non ſit, neceſſe eſt, vt tm̃ ſonet, quantum ad internam cordis lætitiam intonat. Vnde Propheta ait, Vox exultationis, & ſalutis in tabernaculis iuſtorum. Hæc vox de cœlo conuenienter venit, cum ex intuitu puræ mentis, qua iuſtus infinitam Dei dulcedinem contemplatur, ad ſpiritualem lętitiam exultando conſurgit. Huius quippe lætitiæ magnitudo per vocem aquarum multarum meritò denotatur; quoniam ex imperio rationis Dei infinitam dulcedinem contemplantis multiplex ſpiritualis lætitiæ ſenſus, & affectio ſuſcitatur. Sicut enim ſpiritus turbinis concitans aquas in eis, motum facit & ſonum: ſic Spiritus ſancti irradiatio, & afflatus, cum repleuerit mentem affectionibus puris, ſpirituali quodam impetu in eis motum efficit pietatis, & ſonum internę iucunditatis: & de hac aqua, & motu eius dicit Dominus, Io.4. Qui biberit ex hac aqua, quam ego dabo ei, fiet in eo fons aquę ſalientis in vitam æternam. B

Secundum folium eſt exultatio affectualis, quæ ĩ exceſſu internæ exultationis prorumpit: & de hac Ioan.ſubdit, Et tanquam vocem tonitrui magni. Tonitruũ quidem ex aquę vapore, & fumo ſubtili terræ, dum per ſolis calorem in aerem eleuãtur, dignoſcitur cauſari. Cum enim ex frigiditate aeris vapor aquæ cõdenſatur, in nubem rumpit, atque frangit, & locum latiorem petẽs ab anguſtijs nubis inflammatus foras exiẽs ſonum facit. Mens profectò humana, & ſpiritualis, & pura, duo in ſe habet quaſi principia contemplatiuæ admirationis. Ipſa enim cum ſit ſicuti purus aer per operationem ſolis iuſtitiæ in voluntatem, ſeu affectionem recipit deuotionis humorem, & fumum incẽdij diuini amoris. Cum autem ipſa mens fuerit diſpoſita hoc modo feruor diuini amoris in pia mente ex his creſcit, quę etiam contemplando in Deo compręhendit. Cumque reſpectu vniuerſitatis gaudij anguſta fuerit, quaſi per quandã naturæ ſuæ violentiam immenſus Dei amor eam ſuauiter rumpens diuinæ admirationis in ea ſtrepitum facit. Et de hac Propheta ait, Pſalm.76. Vox tonitrui tui in rota. Quid per rotã, niſi humana mens, quæ imaginem Dei portans, finem, ſicut rota ignorat? In hac rota fit vox tonitrui Dei: cum admirabilis Dei amor incompræhenſibilis dulcoris ſenſum quodam ſpirituali ſtrepitu infundens, admirationem in humana mente inducit. Et hoc idem eſt vox tonitrui magni, de qua hic Ioan.ait: Spiritualis enim & pura mens incompræhenſibilia à Deo quodammodo compræhendens: quicquid in Deo videt ſupra ſuam compræhenſionem, atque omnium creaturarum, ſicut ſupradiximus eſſe, admirando ſtupet. Nihil enim in Deo, qui ſecundum

G H

A Apoſt.1.Theſſ.6. Lucem habitat inacceſſibilem, quantumcunque minimum fuerit: mens quantumcũq; minima, & pura, comprehendere poteſt, ſed tantummodo admirari. Ideo Iob 26.ait: Cum vix paruam ſcintillam ſermones eius audierimus.i.rationē cuiuſcunque modici facti comprehendere valeamus: quis poterit tonitruum magnitudinis eius intueri.i.cognoſcere rationem mirabilium iudiciorum eius?

Tertium folium eſt exultatio corporalis. Non.n.ſolum hæc conſolatio Dei replet in his iuſtis contemplatoribus mētem ſolam: verum etiam redũdant indomitam
B carnem. Vnde Io.ſubdit: Et vocem, quam audiui, ſicut cytharœdorum cytharizantium in cytharis ſuis. Quid.n.huiuſmodi cytharœdi ſunt, niſi iuſtorum ſpiritus puri? Quæ autem hæ cytharæ, niſi eorũ corpora munda, & vacua à peccatis? Tales.n.cytharœdi varios exultationis ſonos in ſubditis ſibi corporibus efficiunt, ex quo corpora eorũ quaſi cytharę ſpirituales exultationis redũdantiam ab ipſis ſpiritibus Dei exultatione & dulcedine plenis recipiunt. Vnde Propheta ait: Exultabunt Sancti in gloria, lætabuntur in cubilibus ſuis: hoc dicitur quantum ad exultationē ſpiritus rationalis, qua
C in Deum, ſecundum conſcientiam bonam gaudet, & lætatur: quantum verò ad redundantiam ad corpus ſpiritui ſubiectum, adiungit, dicens, Exultationes Dei in gutture eorum.

De triplici veraci obedientia perfecti amoris. Cap. 3.

Vndecimũ liliũ eſt ſubiectio ſpiritus ad Deum.

Tertium lilium eſt ſubiectio ſpiritus ad Deum. Manifeſtiſſimum vtiq; ſignum eſt, ꝙ exultatio, de qua ſup.dictum eſt, ſit vera: & ex munere Dei, non ex illuſione diaboli: ſi poſt eã ad ipſum Deũ
D ſpiritus ſubiectio ſubſequatur. Tria enim folia hoc lilium habet, ſecundum quòd triplex eſt obedientia à talibus obſeruanda. Primum eſt obedientia minorum ad maiores, ſecundum eſt obedientia æqualium ad æquales, tertium eſt obedientia maiorum ad minores. Prima dici poteſt obedientia neceſſitatis, ſecunda obedientia charitatis, tertia obedientia humilitatis. Hanc quidem triplicem obedientiam poſuit B.Franciſcus in ſua regula.

Prima eſt obedientia neceſſitatis. ſ.quæ fit propter emiſſum votum, & per eam ſuperioribus obeditur. E Et de hac in 2.c.regulæ ait: Finito verò anno probationis recipiantur ad obedientiam: promittentes, vitam iſtam ſemper & regulam obſeruare. Et iterum in 10.c.ait: Fratres verò, qui ſunt ſubditi, recordentur, ꝙ propter Deum abnegauerunt proprias voluntates. Et meritò hoc dicit. Quia profectò obedientiæ virtutem adipiſci nõ poterit, qui voluntates proprias calcare non nouit. Et ſubdit: Vnde firmiter præcipio eis, vt obediant ſuis miniſtris.i.ſuis prælatis in omnibus, quę promiſerunt Domino obſeruare: & nõ ſunt contraria animæ ſuæ, nec regulæ noſtræ. Nam in talibus ſicut prælati non poſſunt præcipere, F ſic nec ſubditi tenentur obedire. Huius obedientiæ exemplar eſt Chriſtus, qui, vt dicitur ad Philip.2. Factus eſt obediens Patri vſq; ad mortem: mortem autem crucis. Et Lu.22. ad Patrem ait: Non mea voluntas, ſed tua fiat.

Secunda eſt obedientia charitatis: & de hac in 6.c.regulæ dicitur: Vbicunq; ſunt, & ſe inuenerint Fratres, oſtendant ſe domeſticos inuicem inter ſe: & ſecurè manifeſtēt vnus alteri neceſſitatem ſuam: quia ſi mater nutrit, & diligit filium ſuum carnalem: quanto diligentius debet quis enutrire, & diligere fratrem ſuum ſpiritualem? & meritò hoc dicit. G Nam profectò in mutuis neceſſitatibus comportandis debent maximè Fratres alter alteri obedire. Nam obedientia mutua, mutuę dilectionis ſignum eſt & effectus. Et ad hanc inducebat Dominus Apoſtolos, Io.15.dicens: Hoc eſt præceptũ meum, vt diligatis inuicem.

Tertia obedientia eſt humilitatis, per quam inferioribus obeditur. Vnde B.Franciſcus in dicto 10.c.ſuperiores inuitat, cum eos miniſtros, & ſeruos aliorum Fratrum commemorat eſſe; ipſoſque habere tantam familiaritatem circa recurrentes ad ſe ſubditos mandat, vt ex eis idem ſubditi dicere poſſint, & facere, ſicut domini ſeruis ſuis. H Nam ita, inquit, debet eſſe, vt miniſtri ſint ſerui omnium Fratrum, vt videlicet ſicut ſerui dominis, ſicut miniſtri ſubditis, in quibus iuſtè poſſunt, obediant. Huiuſmodi obedientiæ Chriſtus in euangelio formam dedit, vt cum dicitur Lu.2. Matri, & nutrici ſubditus fuit: & baptizati Dominus voluit à ſeruo.ſ.Ioanne Baptiſta. Cum etiam Mat.3.ait. Sic decet nos implere omnem iuſtitiam.i.humilitatem perfectam, per quam maior ſubditur minori.

De

A *De triplici triumphali pace, quam conſequitur Dei conſummatus amor.*

Cap. 4.

Duodecimũ liliũ eſt mentalis pax.

QVartum lilium eſt mentalis pax, & de inimicis victoria triumphalis. Caro perfecta eſt per intermedium, cuius mundus, & diabolus ſpiritui aduerſantur. Ideo cum caro ſpiritui obediētiam ſeruat, pax vndiq; in anima regnat: & tunc ſicut Propheta inquit, Factus eſt in pace locus eius. Hoc ſimiliter lilium tria habet folia. Primum eſt pax cum carne, ſecundum
B eſt pax cum mundo, tertium eſt pax cum diabolo. Prima eſt in carne exigenda, ſecunda à mundo reijcienda, tertia eſt à Domino impetranda.

Primum folium eſt pax cum carne. Hāc pacem debet homo à carne violenter exigere: non autem ipſe carni ſuę exhibere, vt fiat hæc pax à ſola carne: cum de ſui natura ſemper dum in corpore viuimus peregrini ad vitia naturaliter prona ſit. Proinde nunquam debet ſe ſpiritus ſubdere contumelijs ſuis, nunquam eius voluntati parere, nunquam de illius quiete cōfidere. Quinimmo ſemper iugi labore ſatiganda, continna ab-
C ſtinentia edomanda, aſſidua vigilantia obſeruanda, donec ſupplex pacem poſcat, pacem promittat, pacemq; cuſtodiat, deſinat rebellare, neſciat concupiſcere, ſequatur ſpiritum, & omnino recognoſcat Dominum eſſe ſuum, atq; cum effectu ad ſpiritum dicat: Vt iumentum factus ſum apud te, & ego ſemper tecum. Tamen ſicut ait Cęſarius in quodā ſermone, Si pacifica eſt Deo anima noſtra, tunc animæ noſtrę ſubdita erit caro noſtra. Nam ſi te non regit ſuperior, cruciat te, & affligit inferior.

Secundum folium eſt pax cum mundo. Et hāc debet iuſtus a mundo oblatam reij-
D cere. Hęc autem pax à ſpiritu quidem ſolo fieri debet, non obtineri à mundo: immo etiam a mundo oblatam deſpicere neceſſe eſt. Nūquam etenim verus iuſtus quærere debet, aut velle, ꝙ mundus ei ſuis oblectamentis deſeruiat, ꝙ obſequio ſuo demulceat, vel ſuis fauoribus blandiatur. Sed magnanimus ſpiritus eius omnia quæ mundi ſunt, illi in faciem eius proijcere, ipſum deſpicere, facto contemnere, ſeq; poſtmodum mundo ad omnem iniuriam gratanter exponere, & in mundi opprobrijs, iniurijs, contumelijs gloriari, atq; cū Apoſt. ad Gal. vlt. decantare: Mihi autem abſit gloriari, niſi ī cruce Domini noſtri Ieſu Chriſti, &c. E
& tunc acquiritur pax a iuſto in mundo, cū nulla eius proſpera concupiſcit, nulla eius aduerſa pertimeſcit, cuncta tranſitoria contemnit, & ſpernit. Sicq; Dominus mundi pacificus factus eſt, dicente Domino iuſtorum cętui, illud Deut. 11. Omnis locus, quē calcauerit pes veſter. i. contempſerit affect° veſter, erit veſter.

Tertium folium eſt pax cum diabolo. Hanc autem debet iuſtus apud Deum obtinere precibus. Hæc pax nec a ſpiritu, nec a diabolo fieri poteſt. Nam qualem diabolus per ſpiritum fieri vellet, nūquam debet ſpiritus cōſentire: & qualem iuſti ſpiritu probare deceti, diabolus in æternum tali non F
conſentiret. Et quidem poſt geminam pacem, quę non poteſt corrumpi a carne, nec valet perturbari a mundo diabolus, quia ſpiritui inferre moleſtiam Dominus non permittit: ideo ad callida argumenta, & occultas inſidias ſe conuertit, & dolis, atq; decipulis eum circunuenire contendit. Sed debet iuſti ſpiritus contra hunc aduerſarium noſtrum, & per prudentem diſcretionem ſemper vigilare, & per feruentem orationem contra ipſum pugnare, atq; per gratiæ adeptionem de ipſo triumphare in noīe Ieſu Chriſti. His igitur victorijs acquiſitis, datur humanæ menti aſcendere ad illam pa- G
cem, quę ſm̄ Apoſt. ad Philip. 4. exuperat omnem ſenſum. Et quam Apoſt. vocat pacem, Io. Apoc. 7. ſilentium vocat, dicens: Factum eſt ſilentium in cęlo, quaſi media hora. Propheta autem vocat eam ſomnum, dicens, In pace in idipſum dormiā, & requieſcam. Ad quam pacem nos ſimul perducat Dn̄s Ieſus, hic per gratiam, & in futuro per gloriam, vt ea fruamur in æternum, Amen

FERIA SEXTA

poſt Reſurrectionem. H

De duodecim bonis, ſeu gratijs, ad quæ valent bona opera extra charitatem facta.

Sermo LXIII.

ECce ego vobiſcum ſum omnibus diebus vſque ad conſummationem. Matt. vlt. & in euangelio hodierno. Magna profectò gratia, & admiranda benignitas Saluatoris eſt, ꝙ ve-

A riſſima, & ineffabili promiſſione ſua nos cõſoletur in omni tribulatione, noſtra ſpondens ſemper eſſe nobiſcum per aſſiſtentiam gratiæ ſpecialis vſq; ad præſentis ſæculi finem. Proinde in propoſito verbo dicit Dominus, Ecce vobiſcum ſum, vt ſup. In quib' verbis oſtendit, ꝙ licet corpore localiter ſit manſurus in cęlo per dominium maieſtatis: tamen per pęnitẽtiam, & gratiæ ſuę influentiam, & per eccleſiæ gubernationẽ, & manutenentiam eſt in præſenti vita vſq; ad finem ſæculi. Quod quidem non tantũ verificatur in iuſtis, quibus aſſiſtit per gratiã gratificantem: verum etiam adimpletur in B peccatoribus per gratiam gratis datam, videlicet cum faciũt intentione bona ad Deũ aliqua opera iuſta, ſicut contingit in his, qui in præterita Quadrageſima nõ fuerunt conuerſi, ſed in peccatis perſeuerauerunt. Duri tamen aliqua bona operãtur intentione recta. Ad intelligẽdum autem, quõ Chriſtus ſemper in pręſenti vita aſſiſtit nobis, cuncta bona remuneraturus: aduertendum, ꝙ tria ſunt genera hominum, qui a Deo remunerantur propter bona opera. Primi ſunt virtuoſi, ſecundi ſunt vanaglorioſi, tertij ſunt criminoſi. Virtuoſi remunerantur æterna gloria, vanaglorioſi æterna pęna, criminoſi aliqua temporali gratia. Primi inquam ſunt C virtuoſi. ſ. qui in Dei gratia exiſtentes operantur bona, & hi de cõdigno præmia æterna conſequuntur ſm menſuram charitatis, cum qua operantur prædicta bona. Proinde Prouer. 11. dicitur, Seminãti iuſtitiam merces fidelis. Et Prophe. inqt, Et retribuet mihi Dominus ſm iuſtitiam meam, & ſm puritatem manuum mearum retribuet mihi. Et Apoc. 22. Ecce venio citò, dicit Dominus, & merces mea mecũ eſt, dare vnicuique ſm opera ſua. Secundi ſunt vanaglorioſi, qui quandoq; faciunt aliquod opus bonum in genere ad gloriã ſuam, vt cum dant eleemoſynam propter vanamgloriam: & ex hoc opere nullam mercedem merentur, D ſed pęnã: quia procedit ex contumelia Dei propter intentionem non rectam: de qua Dominus, Matt. 6. ait: Si oculus tuus nequã fuerit, totum corpus tenebroſum erit. Si ergo lumen, quod in te eſt, tenebrę ſunt, ipſe tenebrę quantæ erunt? Tertij ſunt criminoſi, qui licet peccatores ſint: tamen aliquando faciunt aliqua bona opera propter amorem Dei, ſeu ad gloriam eius. Et hoc eſſe non poteſt ſine gratia gratis data. Nam ſicut Ioannes in tertia epiſtola ſua inquit, Qui bene facit, ex Deo eſt. Quia nobis non

Tria ſunt genera hominum à Deo remunerata pp bona opera.

E poſſumus etiam cogitare, neq; id operari, teſte Apoſtolo, qui, 2. ad Corin. 2. c. ait: Non ſumus ſufficiẽtes aliquid cogitare a nobis, quaſi ex nobis: ſed ſufficiẽtia noſtra a Deo eſt; quia, vt idem inquit ad Philip. ſecundo cap. Operatur in nobis velle & perficere pro bona voluntate. Tale ergo opus bonum in peccato mortali factum ex Dei gratia gratis data ab operante acceptata, diſponit de congruo, licet non de condigno, ad gratiam gratifacientem. Quod tamen totum prouenit etiam ex aſſiſtentia meriti Chriſti, de cuius plenitudine accepimus omnes gratiam pro gratia, vt dicitur Ioan. primo. Et quòd tales remunerentur a Chriſto, patet triplici ratione. Primo ratione inæqualitatis, ſecundo ratione paruitatis, tertio ratione bonitatis.

Primo inquam ratione inæqualitatis: nam ſi talia a peccatoribus facta non remunerarentur, æqualiter ſe Deus haberet ad eum peccatorem, qui nullum operatur bonum: & ad eum, qui multa operatur bona: quod eſſet inæqualitas maxima. At contra Eccleſiaſtes in vltimo verbo libri ſui, peccatoribus conſulit, dicens: Operemur opus bonum ante tempus, ſcilicet mortis: & dabit, ſcilicet Dominus, mercedem in tempore ſuo: hoc eſt in præſenti, vel in G futuro.

Secundo ratione paruitatis: nam pręcepit Dominus, Exo. 20. c. di. Honora patrem tuum, & matrem tuam, vt ſis longęuus ſuper terram. Sed hoc aut dicitur de habenti charitatem, aut non habenti. Si de habenti tantum, hæc quidem remuneratio eſt: cum talis non amet pręſentem vitam, quæ parua res eſt; ſed futuram. Ergo dicitur de non habenti. Ex quo patet, ꝙ meretur aliquid, ſi parentes honorat.

Tertio ratione bonitatis: nam Matth. 5. Dominus ait: Cum facis eleemoſynam, noli tuba canere ante te, ſicut hypocritæ faciunt in ſynagogis & in vicis, vt honorifi- H centur ab hominibus. Amen dico vobis, receperunt mercedem ſuam. Eſto ergo, quòd aliquis id faciat tantummodo propter Deum, & non propter gloriam mundi, cum non peius, quam id quod factum fuit propter gloriam mundi, immo melius: ergo mercede aliqua dignus erit, vel eſt. Huius ſententiæ eſt Bonauent. in quarto, diſtin. 15. quæſt. quinta. Ex his igitur patet, ꝙ bona facta in mortali culpa, licet ex ſe, & per ſe de directo nõ valeant ad gloriã ſempiternã: tñ facta i bona intẽtione, ad ea

per

A per accidens valét multiplici ratione. Vnde ex merito cuiuſdam congruitatis, & ſuperabūdanti miſericoricordia Dei, hoc per accidens peruenire pōt ad gloriam Beatorū. Et hoc quidē Gen. 28. in ſcala Iacob, myſticè inſinuatur, vbi dr: Vidit Iacob i ſomnis ſcalam ſtantem ſuper terram, & cacumen eius tangens cęlū, Angelos quoq; Dei aſcendentes, & deſcentes per eam, & Dn̄m innixum ſcalæ. Scala quidem ſuper terra ſtans, & contingens cęlum, eſt vita in bonis operib⁹ occupata, quæ ab hoīe, ſiue iuſto, ſiue iniuſto habitante in terra, intētione cęleſtis regni, ſeu per amorem Dei, quotidie frequentaē.

B Per hanc ſcalā profectò tunc Angeli aſcendunt, cum talia opera coram Domino pręſentantur. Tunc verò per eam deſcendunt, quando multiplices gratias propter opera noſtra bona à Deo nobis Angeli infundūt. Dominus quoq; innixus deſcribitur ſcalæ, quaſi deſiderio flagrās, & noſtra bona opera acceptare, & propter illa nouas gratias nobis multiplicare. Duodecim quidē gratias inter alias non impartitur per Angelos Deus, & his, qui talia bona operātur in mortali culpa, quę dici quodāmodo poſſunt 12. gradus prædictę ſcalæ, qua itur ad cœlum. Et hoc quidem totum efficit meritum Ieſu

C Chriſti, qui in propoſito verbo ait: Ego vobiſcum ſum. ſ. per meriti mei participationem, & gratiarum communicationem: nō tantum iuſtis, ſed inſuper & iniuſtis, qui aliqua bona agunt amore Dei: & hoc omnib⁹ diebus, immo & omnibus horis, & annis vſq; ad conſummationem ſæculi. Bona ergo quæ agimus, licèt in mortali culpa ſum⁹, operamur ex merito Ieſu Chriſti. Nam, vt 1. Corin. 3. dicitur: Non ſumus ſufficientes aliquid excogitare a nobis, quaſi ex nobis, ſed ſufficientia noſtra ex Deo eſt, ideſt, ex Domino noſtro Ieſu Chriſto. Qui, vt dicitur ad Philip. 2. Operatur in nobis velle, &

D perficere pro bona voluntate: ergo operemur bonum, dum tempus habemus. Vt ait Apoſtolus ad Gal. 6. Nam qui operatur bonum, ex Deo eſt, vt ait Ioan. cano. cap. 3. Et quodlibet prædictum verborum poteſt eſſe thema in præſenti materia. Gratias verò, quas peccatores conſequuntur ex operibus bonis, ſicut ſupradictum eſt, in duodecim diſtinguamus. Quarum quatuor primæ quodammodo pertinent ad bona interiora, ſecundæ quatuor ad bona exteriora, tertiæ quatuor ad bona ſuperiora.

Articvlvs Primvs E

De quatuor gratijs inferioribus, quas acquirunt peccatores per bona ſua opera.

PRimæ quidē quatuor gratię, quæ donantur à Deo his, qui operantur bona in mortali culpa, pertinere videntur ad bona interiora. Et harum prima eſt gratia elongatiua; ſecunda eſt gratia habilitiua, tertia eſt gratia cōtinuatiua, quarta ē gratia ſatisfactiua. *De quatuor gratijs inferioribus, quæ p bona opera hominibus donantur.*

Quòd opera bona in mortali culpa facta elongant animam à peccatis. Cap. 1. F

PRima quidem eſt gratia elongatiua. Elongant. n. talia opera bona a criminib⁹, & à peccatis, & appropinquant Deo. Ac econtra non eſt aliqua mortalis culpa, nec adeo praua, quæ non elonget à Deo vltra mille diętas, eo ꝙ in mille diętis talis peccator non poteſt à ſeipſo redire ad Deum, iuxta ſententiam Saluatoris, qui ait Io. 6. Nemo poteſt venire ad me, niſi Pater, qui miſit me, traxerit illum, maximè. ſ. per talia bona opera. Ratio huius eſt, quia aīa mortaliter peccans, eſt ſpiritus vadens, & nō rediēs, ſicut Prophe. ait, & ēt alibi dicit, Longè a peccatoribus ſalus. Et alibi inquit: Qui elongant ſe à te. ſ. per mortalē culpā, peribunt vtique in æternū. Vnde hortaē Iac. 4. dicēs: Appropinquate Deo. ſ. operibus bonis: & ipſe appropinquabit vobis. ſ. propter opera prædicta. q. d. ꝙ propter talia opera bona veniet obuiā peccatori: ſicut econtra propter peccata à peccatoribus ſe elongat. De hoc patet exemplū, Act. 10. de Cornelio Centurione, ad quem à Spiritu ſancto miſſus eſt Petrus ad ipſum cōuertendū. Cui Angelus ait: Eleemoſynę tuę, & orationes tuę aſcenderunt in memoriam in conſpectu Dn̄i. *Prima gratia eſt elõgatiua.* G H

Quòd bona facta in mortali culpa habilitant hominem ad opera virtuoſa. Cap. 2.

SEcunda gratia eſt habilitiua, ſeu diſpoſitiua, eo ꝙ talia opera valent ad vitandam difficultatem vitia relinquendi, & ad vitandū difficultatem, & in experiētiam *Secunda gratia habilitiua.*

A exercitij virtuoſi. Et ſi quando talis peccator in gratiam Domini reuerteretur, valēt, & habilitāt ad altiores, & expeditiores virtutum actus, quæ ſimul cum charitate ſunt. Ac per hoc valent ad altius promerendum gloriam ſempiternam, quemadmodum baptiſmus Ioannis, qui nō valebat ad peccatorum remiſſionē, ſed ad bonorum aſſuefactionem, & humiliarionem, vt dr̄ de conſe. diſt. 4. c. non regenerabatur. Porrò dum homo operatur bona, artem malè viuendi dediſcit, atq; artem bene operandi addiſcit. Et ad hoc hortatur nos Dominus per Iſa. 1. c. dicens, Diſcite bene facere. At econtra, q̄

B abſq; aliquo bono opere vitā criminoſam ducit, ad bene agendum profectò ineptus efficitur. Et de talib. Hiere. 4. Dominus ait: Stultus populus meus me non cognouit: filij inſipientes ſunt, & vecordes. Sapientes ſunt, vt faciant mala; bene autem facere neſcierunt. ſ. ob cauſam anredictā. Valent igitur ad diſponendum ad cordis cōtritionē, & pœnitentiam veram, ac per conſequens ad gratiam Dei. Non enim tantum inquinatur affectio, nec tantum excæcatur cognitio, nec inſuper tantum induratur operatio in peccatis; ſi omnino non relinquantur aliqua opera bona à peccatore.

C Primò quidem voluntas, ſi non habet aliquod ad retinaculum operis virtuoſi, facilius inquinatur in ſordibus peccatorū, ſicut ſus in volutabro luti lota, vt dr̄, 1. Pet. 2.

Secundò intellectus excæcatur à malitia peccatorum, vnde de talibus dicitur, Sap. 2. Excæcauit eos malitia eorum.

Tertio quoq; induratur cor velut lapis, qui vnctione non flectitur, & percuſſione confringitur. Hoc eſt, quia talis homo proſperis, & aduerſis induratur, ſicut Iob 41. ait: Cor eius indurabit, quaſi lapis; & ſtringetur, quaſi malleatoris incus. ſ. quāto plus tunditur, tanto amplius induratur. Hi verò,

D qui abſq; aliquo bono opere ſemper vitam in criminibus ducunt, ſunt illi, de quibus Ezech. 7. ait: Indurauerunt cor ſuum, vt adamantem, ne audirent legem, & verba, quæ miſit Dominus exercituum in ſpiritu ſuo per manum Prophetarum ſuorum. Et iterum Iſa. 6. dicit Dominus ad Iſaiam: Dic populo huic, Audite audiētes, & nolite intelligere: videte viſionem, & nolite cognoſcere: excæca cor populi huius, & aures eiꝰ aggraua, & oculos eius claude, ne fortè videant oculis ſuis, & auribus ſuis audiant, & corde ſuo intelligant, & conuertantur, & ſanem eum.

Quòd opera virtuoſa in mortali peccato facta, valent ad continuationem virtuoſæ vitæ. Cap. 3. B

Tertia eſt gratia continuatiua. Valent .n. talia opera bona ad continuationem, & exercitium virtuoſi actus: ne homo videlicet ad bene operandum aptitudinem perdat, & omnino induat habitum, & cōſuetudinem actuū peruerſorū. Quemadmodū de talibus Propheta, inquit. Fiat. i. fiet ei, ſicut veſtimentum, quo operitur; & ſicut zona, qua ſemper præcingitur. Eccleſ. quoq; 13. ait: Non eſt ei bene, qui aſſiduus B eſt in malis, & eleemoſynā nō danti: quāuis. ſ. ſit in mortali peccato. Et ſequit̄: Quoniam & Altiſſimus odio habet peccatores; ſ. qui nullum operantur bonum. Profectò abſq; continuatione alicuius operis boni in tantam conſuetudinē malè viuendi peccator labitur, atque ruit; vt etiam bene facere diſcens id non valeat opere adimplere. Proinde Hierem. 13. ait: Si mutare poteſt Aethiops pellem ſuam, aut pardus varietates ſuas; & vos bene facere poteritis, cum didiceritis malum. Vnde ſicut ſe habet ſanus ad infirmum, ſic ſe habet iuſtus ad peccatorem. Cibus, qui conuertitur in ſubſtan G tiam hominis ſani, non conuertitur in ſubſtantiam infirmi: ſed tantum confortant eum, & febrili calori obſiſtit, ne conſummatur humidum radicale. Sic & bona opera, quæ facit iuſtus, in ſuā ſubſtantiā cōuertuntur: ſed bona opera, quæ impius facit, confortant eum, ne à ſua malitia cōſummatur. Proinde ſicut magis indiget confortari infirmus, quàm ſanus, quamuis minus proficiat ei cibus: ſic peccator plus indiget bene facere, quàm ipſe iuſtus, licet tamen ei minus proficiat ad ſalutem.

Tertia gratia cõtinuatiua

H

Quòd ſatisfactio à Sacerdote pro pecatis iniuncta, & à pœnitēte facta in peccato mortali, ſatisfactiua eſt. Cap. 4.

Quarta eſt gratia ſatisfactiua. Valent enim ad ſatisfactionem pœnitentiæ iam iniunctæ. ſ. cum alicui imponitur pœnitentia à Sacerdote, & facit eam in mortali culpa; quod tripliciter probari poteſt. Primò, quia non fortius obligat præceptum Sacerdotis, quàm præceptum Dei. Secundò, quia non fortius obligat, quàm ipſum

Quarta gratia ſatiſfactiua

A ipſum votum. Tertiò, quia nõ fortius obligat, quàm recipere ſacramenta abſq; mortali culpa. Et tamen omnia iſta tria implere poteſt in peccato mortali; quod probatur. Nam pro primo patet, quia cum Sacerdos imponit pęnitētiam peccatori, eam in ſuũ præceptum dat illi. Sed exiſtens in peccato mortali, & implens præceptũ de honorando parentes, nunquam repręhendetur non impleſſe: multo minus tale Sacerdotis pręceptum. Pro ſecundo patere poteſt, quia clericus in mortali exiſtens culpa, dicens horas, ad quàs ex voto obligatus eſt, illas tamen minime iterare obligatur: multo ergo

B minus tale Sacerdotis præceptum. Pro tertiò inſuper claret, quia fictè accipiẽs baptiſmum, licet ſuſcipiat effectum ſacramẽti indelebilem .i. characterem, qui eſt ſacramentum & res: tamen effectum, qui eſt res, & non ſacramentum. i. gratiam remiſſionis peccatorum, durante fictione non recipiet. Recedente tamen fictione, quia character eſt immediata diſpoſitio ad gratiam baptiſmalem, per quam remittuntur peccata, ſecundum Richar. in 4. diſ. 4. Ergo multo amplius pęnitentia facta in mortali culpa integrè ſatisfacit. Hęc ſecundũ Gerar. Obdo. in 4. diſ. 15. Ad hæc etiam dicta ſunt plura

C ſup. ſermo. 27. art. 2. c. 2. circa finem.

ARTICVLVS SECVNDVS.

De alijs quatuor gratijs pertinentibus ad exteriora, quæ à peccatoribus per bona opera acquiruntur.

De quatuor gratijs pertinentibus ad exteriora.

SEcundæ quatuor gratię, quę talibus à Deo dantur, pertinere videntur ad bona exteriora. Prima dicitur gratia occupatiua, ſecunda gratia aſſociatiua, tertia gratia diminutiua, quarta gratia augmentatiua.

D

Quòd etiam à peccatore per bona opera tempus vtiliter occupatur. Cap. 1.

Prima gratia occupatiua.

PRima gratia dicta eſt occupatiua. Valent enim talia opera bona ad occupandum tempus in bono, quod aliàs occuparetur in malo. Sicut contingit eis, qui ſceleribus pleni, tamen frequentant prædicationes, viſitāt eccleſias, audiunt diuina officia, cum deuotione auſcultant Miſſas, in peregrinationibus E laborāt, de ſua ſubſtãtia eleemoſynas diſpẽdunt, & in ſimilibus bonis operibus exercentur, in quibus & vtiliter tempus expenditur, & vtiliter animus occupatur. Ac de his, qui ſemper occupantur in malis, nec aliquod operantur bonum, Propheta ait, Ipſi obligati ſunt, & ceciderunt. Obligati ſunt. ſ. æternę damnationi: & ceciderunt. i. cadent in eam. Et in perſona eorum, qui in peccatis etiam inuoluti faciunt aliqua bona opera, Propheta ſubiungit, dicens, Nos autem ſurreximus. ſ. a peccatis; quandoque in vita, vel ſaltem in morte: & erecti ſumus ad Dominum diligendum, qui ante proſtra F ti eramus ad diligendum mundum. Et iterum Iſa. 28. de primis, Manda, remanda: expecta, reexpecta: modicum ibi, modicũ ibi, vt vadant, & cadant retrorſum, & conterantur, & illaqueentur, & capiantur. Quod verbum ſic exponendum eſt. Tunc ſiquidem mandat Deus, cum per inſpirationes, aut per prædicationes, aut per quaſcunq; tribulationes viſitat peccatores, vt conuertātur ad eum. Hoc mandat, atq; remandat ex miſericordia ſua. Expectat, & reexpectat conuerſionem eorum ex benignitate ſua. Modicum ibi, videlicet ex viſitatione ſua: & modicum ibi, ex expectatione. Vt vadant, G .ſ. de malo in peius per prauam cogitationem: & cadant retrorſum, per conſenſum; & conterantur, per prauam operationem, & executionem: & illaqueentur, per prauam conſuetudinem: & capiantur, per æternalem damnationem.

Quòd per conſortium Sanctorum, ſeu iuſtorum bonis operibus à peccatoribus gratia Dei acquiri ſolet. Cap. 2.

H *Secunda gratia aſſociatiua.*

SEcunda eſt gratia aſſociatiua. Valent quoq; prædicta opa bona ad acquirẽdũ aliquam ſocietatem, & vnionem cum aliquibus perſonis deuotis, & ſanctis, quæ ſunt in gratia Dei. Sic per cõſeqnens ad participandum merita eorundem, ſcilicet ſi aliquæ eleemoſynę, vel aliquod aliud bonũ opus fiat pro neceſſitate illorum, iuxta illud Iac. 2. Superexaltat autem miſericordia iudicium. i. ſuperuincit iudicium. Hæc enim miſericordia miſericordibus impetrabit, vt ſup. condignitatem iuſtitię ſuæ, & citra exigentiam culparum ſuarum miſericorditer cum eis agatur, vt ſic ſupra cõdignum

A remunerentur. Vnde Auguſt. in primo lib. de ciui. Dei, cap. vlt. vltra medium, inquit: In his ergo, qui filij ſunt, promiſſiones, & vaſa miſericordię, valet, quod Iac. ait, ſecundo cap. ſuperexaltat Dei miſericordia iudicium. Quoniam & illi iuſti, qui in tanta ſanctitate vixerunt, vt alios quoque recipiant in tabernacula æterna, quibus amici facti ſunt de mammona iniquitatis, vt tales eſſent: miſericordia liberati ſunt ab eo, qui iuſtificat impium, imputans mercedem ſecundum gratiam, non ſecundum debitum. In eorum quippe numero eſt Apoſtolus, qui, 1. Timot. 1. ait, Miſericordiam conſecutus ſum, vt fidelis eſſem. B Illis autem, qui recipiuntur à talibus in tabernacula æterna: fatendum eſt, quòd non ſint his moribus præditi, vt eis liberandis ſine ſuffragijs Sanctorum ſua poſſet vita ſufficere, ac per hoc multo amplius in eis ſuperexaltat miſericordia iudiciū. Nec tamen ideo putandus eſt quiſquam ſceleratus nequaquam vita, vel bona, vel tolerabilia mutatus recipi in tabernacula æterna: quoniam obſecutus eſt Sanctis de mammona iniquitatis, id eſt, de pecunijs, vel de diuitijs, quæ malè erant acquiſitæ, aut etiam bene, aut etiam ſi bene, non tamen veris, ſed quas iniquitas, putat eſſe diuitias, quoniam non nouit, C quæ ſint veræ diuitiæ, quibus illi abundant, quæ & alios recipiunt in tabernacula æterna. Eſt itaque vitæ modus, nec tam malus, vt his, qui ea viuunt, nihil proſit ad capeſcendum regnum cœlorum: largitas eleemoſynarum, quibus etiam iuſtorum ſuſtentatur inopia, & fiunt amici, qui in tabernacula æterna ſuſcipiant: nec tamen bene, vt ad tantam beatitudinem adipiſcendam eis ipſa ſufficiat, niſi eorum meritis, quos amicos fecerint, miſericordiam conſequantur. Mirari etiam ſoleo, apud Virgilium iſtam reperiri Domini ſententiam, Luc. 16. vbi ait: D Facite vobis amicos de mammona iniquitatis: vt cum defeceritis, recipiant vos in æterna tabernacula. Cui eſt & illa ſimillima, Matth. 10. in fine, Qui recipit Prophetam in nomine Prophetæ, mercedem Prophetę recipiet: Et qui recipit iuſtum in nomine iuſti, mercedem iuſti accipiet. Nam cum Elyſios campos, id eſt, extra læſionem poſitos, poeta ille deſcriberet, vbi putat habitare animas Beatorum, non ſolum ibi poſuit eos, qui proprijs meritis ad illas ſedes peruenire potuerunt, ſed adiecit, atq; ait Aeneidos. 6.

Quiq; ſibi memores alios fecere merendo.

id eſt promeruerunt: alios, eoſque ſui memores promerendo fecerunt. E Prorſus tanquam eis dicerent, quod frequentatur ore Chriſtiano, cum ſe cuiq; Sanctorum quiſquam commendat, & dicit, Memor eſto mei. Atque id vt eſſe poſſet promerendo efficit. Hęc ille. Ad quid & quantum prædicta verba valeant. ſ. memor mei eſto, dicetur inf. in penult. ſermo. art. 2. in fi.

Quòd propter opera bona à Deo flagella peccatoribus minuuntur. Cap. 3.

F *Tertia gratia diminutiua*

TErtia gratia eſt diminutiua. Valent vtiq; bona opera ad diminuendum temporalem pœnam, quam recipere merentur peccatores in præſenti vita: cū ſm Aug. & Boetium, nullum malum remaneat impunitum in hoc ſæculo, vel ſaltem in futuro. Ex his ergo bonis ceſſant quandoque peſtes, guerrę, ſterilitates terræ, infirmitates, quas quidem propter peccata ſua promeruerunt. De his habes exemplum in figura, 3. Reg. 21. in fi. cap. vbi Deus ad Heliam ait: Nonne vidiſti Achab humiliatum coram me? quia ergo humiliatus eſt coram me mei cauſa: non inducam malum in diebus eius, ſed in diebus filij ſui inferam malum domui eius. G Vbi Gregorius ait: Si tantum valuit humilitas in reprobo, quid faciet tunc in electo? De hoc quoque patet exemplum in Niniuitarum ſtupenda conuerſione, in qua licèt fortè omnino perſeuerarent: tamen ex illa admiranda mutatione Dei ſeueritas placata eſt. Ego quoque temporibus noſtris propter eorum mirabilem mutationem, atq; feruorem, & deuotionem ſuper quoſdam populos ſceleratos iram perturbati Dei per claram experientiam placatam vidi: licèt prænoſceret Deus, non omnes illos perſeueraturos in tali conuerſione. H Impetrauerūt aūt illi talē miſericordiam Dei proceſſionibus, letanijs, orationibꝰ, eleemoſynis, ieiunijs, & alijs conſimilibus bonis. Circunſpice, quæſo, mens diſtreta, & animaduertenter cōſidera oēs dominationes, ciuitates, & caſtra noſtris tēporibus derelictas, & deſtructas: & certa experiētia reperies prædictis modis ad Dnm minimè recurriſſe, ſed tm cōfiſas eſſe in ſuccurſu, & in adiutorio mūdi. At ecōtra obſerua, quod Eccl. ait in 2. c. dicēs: Reſpicite filij nationes hoīum, & ſcitote, quia nullus ſperauit in Dño, & confuſus

A ſus eſt. Et licet tales populi generaliter non conuertantur ad Dominum per pœnitentiam veram, ſed plurimum exteriorem: in multis tamé talia ſignificata humilitatis tãtæ efficatiæ ſunt coram Deo, ꝙ cum ſint té-poralia, eum circa temporalia, & temporaliter placant. Profectò Raab meretrix Ioſue 6. in deſtructione Hierico inuenit gratiam coram Ioſue, ne periret illa. Et hoc fuit eo, quòd bonum fecerat, quia abſconderit nuncios, quos Ioſue Hierico miſerat exploratores: nec tamen legitur tunc eam meretricium reliquiſſe ſtatum.

B

Propter opera bona, etiam a peccatoribus frequentata, temporalia bona a Deo multiplicantur. Cap. 4.

4. Gratia augmentatiua.

QVarta eſt gratia augmentatiua. Valét enim ad multa bona temporalia conſequenda, & conſeruanda: ex bonitate diuina, quę nullum bonum dimittit irremuneratum. Proinde Iſa. 1. ait Dominus. Si volueritis, & audieritis me: bona terræ comedetis. In huius myſteriũ Exó. 1. dicitur, quòd bene fecit Dominus obſtetri-C cibus Ægyptijs, quæ contra Pharaonis imperium infantes Hebræorum ſeruauerunt viuos. Et de hoc habetur 12. quæſt. 2. cap. ſi qualibet. Sunt namque plerique, qui licet criminoſi ſint: tamen bona aliqua agere nó deſiſtunt. Nam de bene acquiſitis eleemoſynas largiuntur, paſcunt famelicos, potant ſitibundos, colligunt peregrinos, veſtiunt nudos, & ſic de alijs bonis miſericordiæ operibus. Pro quibus eis retribuit Dominus multa temporalia bona, ſcilicet temporalẽ pacem, ſanitatem vitæ, temporalé ſtatum, multorum amicitiam, latam gloriam, atque firmam poſſeſſionum fertilitatẽ, artium ſeu mercantiarum fęlicitatem, rerum omnium D influentiam, natos proficientes, ſeruos alacres, fœcundos greges, horrea plena, apothecas redũdantes, in vita ſanitatem, in ſanitate abundantiam, in abundantia pacem, in pace ſecuritatem, in ſecuritate fœlicitatem. Quorũ filij, ſicut dicit propheta, ſunt ſicut nouellæ plantationes a iuuentute ſua. Filij eorum compoſitæ, circumornatæ, vt ſimilitudo templi. Promptuaria eorum plena, eructantia ex hoc in illud. Oues eorum fœtoſę, abundantes in egreſſibus ſuis, boues eorum craſſæ. Non eſt ruina maceriæ, neque tranſitus, neque clamor in plateis eorum, & cætera conſimilia bona.

E Quædam quoque Deus orantibus negat propitius, quæ concedit alijs, quibus meritò eſt iratus. Vnde quandoque exiſtentem in charitate, & orãtem pro aliquo temporali non exaudiet: & tamen pro illo exaudiet interdum exiſtenti in mortali peccato. Ad prædicta facit, quod dicitur de pœ. diſt. 2. c. cauendum. Vbi dicitur de diuite epulone. Niſi diues iſte aliquod bonum egiſſet, vnde in præſenti ſæculo remunerationem accepiſſet, nequaquã ei Abraham diceret, recepiſſe bona in vita tua. Et 6. q. 1. Reuertimini: temporalia bona promittuntur his, qui decimas ſoluunt, licet ſint in peccatis. F Et in c. decimæ, in q. 4. ad hoc idem. Vnde Iob 12. dr̄, Abundãt tabernacula ꝑdonum.

ARTICVLVS TERTIVS

De alijs quatuor gratijs pertinentibus ad ſuperiora, quas peccatores operibus bonis adipiſcuntur.

TErtiæ quattuor gratiæ, quæ huiuſmodi hominibus a Deo communicantur, quodammodo pertinent ad bona ſuperiora. Quarum prima dicitur gratia liberatiua, ſecunda gratia alleuiatiua, tertia gratia excitatiua, quarta gr̄a glorificatiua. G

De alijs 4. gratijs pertinentibus ad ſuperiora.

Quòd bona opera peccatoris, dæmones impediunt: ne ſuper eum tantam habeant poteſtatem. Cap. 1.

1. Gratia liberatiua:

PRima quidem dicitur gratia liberatiua. Talia enim opera bona magnum adiutorium præſtant, ne ſuper huiuſmodi peccatorem diabolus tantam habeat poteſtatem, quantam ſcilicet aliàs habuiſſet. Vnde Eccleſiaſtes 10. dicitur: Si ſpiritus pote-H ſtatem habentis, ſcilicet Sathanæ, per malam vitam ſuper te aſſumpſerit poteſtatem: locum tuum non deſeras, ideſt bonum tuũ, quod antea ſolitus facere eras. Et iterum in c. 11. in fine, idem huiuſmodi peccatori cauet, dicés: Attende tibi, ſcilicet aliqua operando bona a peſtifero, ideſt, a diabolo. Fabricat enim mala, ne fortè inducat ſuper te ſubſannationem in perpetuum. De poteſtate vero, quæ diuino iudicio permittitur dæmoni contra eos, qui ſcelerate, & abſq; bono opere viuunt, Apoc. 6. myſticè dr̄, ecce equus rufus. Et qui ſedebat ſuper eum, qui. ſ. erat diabolus: datum eſt ei, vt ſumeret

A ret pacem de terra, & vt inuicem ſe interficerent. Et datus eſt ei gladius magnus. Gladius quidem hic magnus, magis eius poteſtas eſt: quam permittit ei Dominus exercere ſuper huiuſmodi peccatores. De qua Iob 41. Non eſt poteſtas ſuper terram, quæ com paretur ei. Propter tamẽ opera bona Deus dimittit, vel aufert diabolo poteſtatem: ne tantum ſuper peccatores ſæuire poſſit. Ideo Iob 40. dicitur. Qui fecit eum, applicabit gladium eius.

B *Quomodo propter bona opera minuuntur peccatoribus pœnæ purgatorij, vel etiam inferni. Cap. 2.*

2. Gratia alleuiatiua.

SEcunda eſt gr̃a alleuiatiua. Profectò valent ad alleuiandum pœnas purgatorij vel inferni. Maior quippe pœna daretur talibus in inferno, vel in purgatorio ꝓ pluribus malis. Proinde ait Auguſt. in enchiri. Tale bonum facit, vt tolerabilior fiat damnatio. Vnde Bonauen. in 4. diſt. 15. q. 6. intelligit, ꝙ valent ad tolerabiliorẽ damnationem: ex conſequenti, quia impediunt tantum aggrauari culpam. Et etiam, ſicut dictum eſt, retrahunt a frequentia peccatorum, & ab incenſione libidinis, & contemptus. Quia non ex tanta libidine homo pec C cat, qui aliqua bona facit: quemadmodum facit qui omnino oblitus eſt Dei: & per cõſequẽs valent ad tolerabiliorem damnationem, & quãtum ad ignem, & quantum ad vermem: quia minus cruciabitur, & minorem habebit remorſum, quàm ſi illa opera non feciſſet: non de illa culpa, quam commiſit, ſed de malis quæ commiſiſſet, & de bonis quæ omiſiſſet, ſi non feciſſet illa bona opera. Et idem intelligendum eſt de eo, qui ſtatim moritur, cum fecerit bonum, cũ non debeat eſſe irremuneratũ. Et quia non remuneratur in collectione boni, ſequitur D quòd remunerari debet in diminutione mali in purgatorio, vel in inferno. Item declinare a malo ſemper euitat pœnam, quamuis non conſequatur gloriam, & palmam. Sed eſt melius bonum facere, quàm malũ vitare: ergo multo fortius vitabit pœnam. Præterea dum opera pœnitentiæ exercemus, in multis mandata eccleſiaſtica, & diuina ſeruamus: quæ ſi non ſeruaremus, in inferno tormenta maxima pateremur. Mandat enim eccleſia certis temporibus ieiunare, ſemel in anno confiteri, audire miſſas, eleemoſynas dare, & cætera cõſimilia, quæ tanquã Dei mãdata obſeruanda ſunt, teſte dño, qui Luc. 4. ait: Qui vos audit, me audit: E & qui vos ſpernit, me ſpernit. Ad omnia ſupradicta tria tam peccatores, quàm iuſti obligati ſunt. Quæ ſi obſeruant, pœnã trãſgreſſionis euadunt pro peccatis. Ad hoc facit, quod dicitur de pœ. diſt. 4. c. ſi quis. Vbi dicitur. Si quis autem non habens charitatẽ, & quę pertinent ad vnitatem ſpiritus, & vinculum pacis, quo eccleſia catholica congregata in aliquo ſciſmate conſtitutus, ne Chriſtum neget, patitur tribulationes, anguſtias, famem, nuditatem, ſitim, perſecutiones, carceres, pericula, vincula, gladium, flammas, vel beſtias, vel ipſam crucem timore gehennarum, & ignis æterni: nullo F modo iſta culpanda ſunt, immo vero in huiuſmodi laudanda eſt patientia: ſequitur. Æſtimãda eſt fortaſſe, quòd tolerabilius eſt ei futurum iudicium, quàm ſi Chriſtum negando nihil eorum pateretur. Ad idem patet extra de cœl. miſ. cum Marthæ circa fin. & 13. quæſt. 2. Epiſcopus.

Quòd opera bona a peccatoribus frequentata, incitant diuinam benignitatem ad eis gratiam largiendam. Cap. 3. G

3. Gratia excitatiua.

TErtia vero eſt gratia excitatiua. Valent enim ad excitãdum bonitatem, benignitatem, & miſericordiã Dei, & hoc propter quandam congruitatem, vt tali gratia largiatur. Profectò quodlibet bonũ opus excitat, ſtimulat, clamat, & pulſat ad aures diuinę benignitatis, gratiam, & miſericordiam poſcens. Et in huius myſteriũ, Lu. 11. Dominus ait: Quis veſtrum habebit amicum, qui Deus eſt: & ibit ad illũ media nocte, ideſt adhuc manens in tenebris peccatorum, & dicet illi, Amice accommoda mihi tres panes, ideſt gratiam, ſpem, fidem, & charitatem: quoniam amicus meus, ideſt H affectus meus bonus, ſeu deſiderium æternæ ſalutis: venit ad me de via, ideſt poſtulat ſaluari, dum ſum in via, & non habeo quid ponam ante illum, ſcilicet quod ſit dignum gratia Dei. Et ille deintus, ideſt Deus reſpõdet, dicens: Noli mihi moleſtus eſſe. Iam oſtium, ſcilicet paradiſi, clauſum eſt: videlicet exiſtentibus in peccato mortali: & pueri mei, ideſt, Angeli & Beati mecum ſunt in cubili, ideſt in gloria paradiſi. Non poſſum ſurgere, ſcilicet ex mea potentia ordinata, & dare tibi. Et ille, ſi perſeuerauit pulſans, ſcilicet operibus bonis: dico vobis, & ſi nõ dabit

A dabit ſurgens eo, quòd amicus eius ſit: videlicet per creationem, & redemptionẽ: propter importunitatẽ tamen eius ſurget amicus per miſericordiã, & dabit illi quotquot habet neceſſarios, ideſt gratiã veræ confeſſionis, & gratificationis. Et ego dico vobis: Petite, ſcilicet gratiam Dei per deuotas orationes, & dabitur vobis. Quærite, ſcilicet eam per feruentes affectiones, & inuenietis. Pulſate, ſcilicet per bonas operatioues, & aperietur vobis, ſcilicet regnum gratiæ, & gloriæ ſempiternæ. De hoc ſufficiant exempla, quæ ſupra in 2. art. poſita ſunt. c. 3.

B Bonis enim operibus fit a peccatoribus violentia illa cœlorum, de qua Matth. 11. dicit Dominus, Regnum cœlorum vim patitur, & violenti rapiunt illud. Ad hoc de pœn. diſt. 5. c. falſas. Vbi Gregorius de peccatoribus non ſufficienter pœnitentibus ait, nec tamen talis deſperet. Et interim quicquid boni poterit facere, hortamur vt faciat: vt omnipotens Deus cor illius illuſtret ad pœnitentiam.

C *Quòd de bonis operibus a peccatoribus frequentatis: ſi ſaluantur, ſuſcipiunt gloriam in vita beata.*

Cap. 4.

4. Gratia glorificatiua. QVarta eſt glorificatiua gratia. Sunt enim qui dicunt, quòd quamuis opera bona facta in mortali culpa de directò non valeant ad acquirendã gloriam beatorum: quandoque tamen opera exceſſiua de ſe bona, & explicitè facta propter Dei amorem, reuerẽtiam atque cultum per ſubſequentem charitatem, qua quis reuiuiſcit atque ſaluatur, aliquo modo remunerabilia fiunt in B. vita. *Opera bona facta ſunt.* Qđ probant triplici ratione. Primo propter recognitionem, Secundo, propter adiunctionem, tertio pp pfectionem.

D Primo pp recognitionem. Nã, vt dicunt iſti: In patria recognoſcent illi beati, quòd opera præfata fecerunt ex ſolo diuino amore: quamuis non tanto, quo deberet charitas nominari. Talis quidem etiã recognitio iucunda erit, & glorioſa beato. Secundo propter adiũctionem: nam amor ille Dei, in quo fecerunt illa opera bona, adiunctus cũ charitate ſequenti, in patria beata lætificabit Beatos in Deo, & hoc immediatè, & per ſe, cum Deus ſecũdum opinionem eorum ſit immediatum ſubiectum. Talis autem amor non expellitur ex charitate ſequenti, immo per illam perficitur, & cõpletur: nec dici poteſt, quòd non ſit eorum ſpetiale obiectum, cum tales beati ſunt. E

Tertio propter perfectionem, quia non videtur dicendum quòd aliquis, qui exiſtẽs lubricus, aut qui ceciderit in aliquam carnalem culpam: tamen in illo peccato exiſtens. propter Chriſtum, & eius fidem exceſſiua tormenta, & mala perpeſſus eſt, plurimaſq; eleemoſynas fecit, atque alia multa opera bona tantummodo propter Deum; quãdo demum reſurgit in charitate, & in illa decedit, quòd talis non glorietur in paradiſo ſe tanta, & tot ſuſtinuiſſe propter Deum ſupplicia, atque tanta feciſſe bona. Quis ergo deſiſtet, & ceſſabit vnquam, licet etiã peccator ſit, & ſceleratus, operari bonnm: cum in præſenti ſæculo tempus habet, dum per opera bona videt ſe elongari a criminibus, & a peccatis, habilitari atq; diſponi ad gratias, & virtutes, non tamen habituari in vitijs, & peccatis, & per ea ſatisfieri de præteritis culpis? Conſpicit tempus ſuum occupare in bonis, intelligit per ea refrænari poteſtatem dæmonis, alleuiari pœnas purgatorij, vel inferni. Inclinari ad miſericordiã, vel pietatem, dulcedinem Dei, & quodammodo præmiari in gloria paradiſi, ab eo, q̃ eſt miſericors, pius, ſuauis, ſanctus, dulcis, & bonus, atque ſuper cuncta benedicibilis, & benedictus Dominus Ieſus Chriſtus, qui cum patre, & Spiritu ſancto diſtribuit, & diſpenſat miſericordiam, gratiam, & gloriam per infinita ſæculorum ſæcula. F G

SABBATO
In Albis.

Quòd purgatorium ſit, multipliciter ſtabilitur.

Sermo LXIIII.

H *De purgatorio.*

OMne, quod poteſt tranſire per flammas, igne purgabitur Numeri 31. De loco purgationis animarũ humanarum, quem purgatorium nominamus: an ſit proprius deputatus purgationi earum ſeorſum a paradiſo terreſtri, & inferno atque habitatione noſtra, non paruam quæſtionem habet. Verum quia de charitate in præcedentibus actum eſt, & manifeſtum eſt in quibuſdam animabus eorum, qui in ſtatu charitatis decedunt, multa reſtare purganda poſt ſuorum corporum mortem:

A tem: Quia, vt infra dicetur, vel præoccupantur corporali morte, antequàm hic compleuerint purgationem, quæ pœnitentia eſt ſecundum Chriſtianam fidem, vel ex improuiſa morte ſubitò rapiuntur, ſiue per gladium, ſeu per ſuffocationem, aut paſſionis alicuius vehementiam, quæ vtiſſimè interimit. Ideo neceſſe eſt, vt compleant id, quod reſtat, & deeſt de purgatione ſua: quare eſt locus ille, quem purgatorium fides Chriſtiana vocat. Et de talibus qui purgâtur ibi myſticè Spiritus ſanctus in verbo propoſito inquit: Omne quod poteſt tranſire per flammas, igne purgabitur. Non tranſit vtique,
B quod remanere probatur. In flammis inferni omnes damnati permanent in æternum, quemadmodum Matth. 25. c. Dominus ait, Diſcedite a me maledicti in ignem æternũ. Iuxta igitur myſticum intellectum de his, qui poſt hanc vitam purgantur, ſumi poteſt locus prædictus ſcripturæ: de purgatorio igitur tractaturi, ante omnia ipſum eſſe ſtabilire, neceſſe eſt, & maximè contra quoſdam, qui illud negare contendunt.

Purgatorium igitur eſſe, tripliciter poſſumus demonſtrare. Primo rõne viua, ſecũdo auctoritate firma, tertio experiẽtia clara.

C

Articvlvs Primvs

Vbi multiplici ratione probatur purgatorium eſſe.

1. Probatur purgatoriũ eſſe.

PRimo enim probemus purgatorium eſſe ratione viua. Et hoc multis rationibus probari poteſt. Primo ratione humanæ culpæ, ſecundo ratione veræ pœnitentiæ, tertio ratione diuinæ gloriæ.

Prima pars Articuli primi.

D

Scilicet, quomodo triplici argumento oſtenditur, ſ. quòd neceſſarium eſt purgatorium eſſe ratione culpæ.

1. Ratione culpæ, pcã qppe hoium.

PRimo probemus purgatorium eſſe ratione culpæ. Peccata quippe hominũ tria in ſe habere probantur. Primo q. dem ſunt voluntaria, ſecundo ſunt inæqualia, tertio ſunt emendabilia.

Quòd, quia peccata voluntaria ſunt, probatur purgatorium eſſe. Cap. 1.

1. Sũt voluntaria.

PRimo enim ſunt voluntaria. Non eſt dubium, q peccata omnia quæ actualia nominamus, voluntate ſeu voluntarie contrahunt, quare voluntate contraria ea relinquere neceſſe eſt. Manifeſtum eſt enim, q quidam ſubitò improuiſa morte rapiuntur, ſiue per gladium, ſiue per ſuffocationem, ſiue aliquo alio modo, ſicut prædictum eſt. E In his autem locum non habet contraria voluntas, quia nec etiam cogitatus eſt de correptione, vel emendatione. Secum igitur deferunt animæ huiuſmodi crimina, & peccata. Cum igitur nec cum eis transferantur in cœlum, nec pro eis detrudantur in infernum, neceſſe eſt eas expiari, antequã in cœleſtem gloriam transferantur. Quis igitur ſapiens penſet vaſa contumeliæ fieri vaſa F gloriæ, niſi in fornace materiali prius bene fuerint depurata? Eſt igitur locus, vbi purgatio iſta, ſeu expiatio fieri debet. Amplius, non eſt dubium intelligentibus, peccata q̃dam licet voluntaria eſſe læuia, pro quibus infernalia ſupplicia non debentur, cum huiuſmodi etiam culpis impoſſibile eſt volare in cœlum: purgabuntur igitur animę humanæ ab huiuſmodi peccatis, antequàm recipiantur in cœlum; quare alicubi neceſſe eſt hanc purgationem fieri, & ita in aliquo loco, & hic eſt locus, quem purgatorium nominamus.

Obiectio.

G Quòd ſi quis dixerit, q̃a huiuſmodi peccata cum ipſo corpore deponuntur, & ſola depoſitione corporis dicit tunc animam humanam liberam atque mundam: meritò q̃ritur ab eis, propter quid non etiam maiores culpæ, ſcilicet mortales exuuntur ipſa corporis depoſitione. Præterea manifeſtũ eſt, quædam vitia quadam voluntate tenacius inhærere animabus humanis, & quaſdam difficile mobiles, & per contrarias cõſuetudines paulatim minui vel remitti, donec radicitus extirpentur. Sic quippe ſe ha- H bent ex neceſſitate, & de maculis, quæ ex huiuſmodi relinquuntur in animabus. De huiuſmodi igitur maculis, quòd momentanea, & ſubita corporis depoſitione abſtergi non poſſint, manifeſtum eſt, & propter hoc longa, & forti purgatione indigere. Addamus quoque, quòd quædam mortales culpæ ex voluntate facilius deferũtur quibuſdam venialibus. Facilius enim qué pœnitet de homicidio, vel latrocinio, quàm a riſu minimo, vel delectatione cibi, & potus, & hoc eſt, quoniam peccata illa grauiſſima horrore ſuo deterrent, & a ſeipſis diffidant rationales mentes. Illa vero ſuauitate ſua animas noſtras alliciunt, & retinent

com-

A compræhenſas: quare ſi iſta læuiora tam fa-
cilè relinquuntur, vt ſola morte corporis
deleantur: quanto fortius illa quæ conſtat
eſſe minoris adhærentiæ atque tenacitatis?
Et ex hoc ſequæretur, quòd decedens cum
grauiſſimis culpis abſque alia pœnitudine,
ſolum per depoſitionem corporis ſaluare-
tur, qui tam grauia, quàm læuia perpetraſ-
ſet, quæ quidem abſurdiſſima ſunt.

Quòd purgatorium ſit probatur reſpectu
inæqualium peccatorum. Cap. 2.

B
2. Sūt inæqualia. SEcundo enim peccata ſunt inæqualia.
Manifeſtum eſt enim, non omnia pec-
cata æqualia eſſe: nec dubium illa expia
ri poſſe per pœnitentiam, vel pęnam. Inæ-
qualium autem peccatorū expiationes æ-
quales eſſe non poſſunt: quemadmodū, nec
econuerſo, ſcilicet æqualium inæquales, æ-
quales inquam, vel tempore, vel grauitate,
vel etiam aſperitate: quare ſi quæ animæ æ-
qualia habent peccata, & ſimul incœperint
expiationes peccatorum ſuorum, vel im-
poſſibile erit, alteram prius exire de corpo-
re ſuo, quàm alteram, vel alterius expiatio
C complebitur poſt exitum a corpore ſuo.
Manifeſtum quippe eſt, quia non eſt impoſ
ſibile, alteram prius exire de corpore ſuo,
quàm reliquam. Similiter non eſt impoſſi-
bile, vtranque exire de corpore ante com-
pletam expiationem alterutra exiuerit, vel
vtraque complēda: igitur erit expiatio hu-
iuſmodi in futuro, & propter hoc in ali-
quo loco, & hic eſt locus purgatorij, de
quo eſt ſermo.

Obiectio.

Si vero aliquis dixerit, quia poſtquàm in
cœpit purgationem, neceſſe eſt morari eā
in corpore ſuo, donec conſummauerit eā:
D ergo in eo tempore non poſſet occidi ho-
mo ille, vel mori, quod quidem eſt ridiculo
ſum, & friuolum manifeſtè. Amplius mani
feſtum eſt enim, nō omnes pęnitudines in-
teriores æquales eſſe, nec omnia vitia, vel
peccata. Aut igitur determinatum eſt, quan
ta huiuſmodi pęnitudo ſiue afflictio, atque
dolor pęnitudinis ſufficit ad plenam expia-
tionem animarum perfectamq; reconcilia
tionem ad creatorem: aut non eſt determi-
natum. Si quis dixerit determinatam eſſe
quantitatem, neceſſe habet intelligere hoc
altero duorum modorum. Primus modus
eſt, vt intelligat vnam aliquam quātitatem
pęnitentialis doloris, quę ſufficiat pro om-
nibus æquè, valet ꝓ magnis, vt pro paruis
peccatis, & ita non ſit neceſſe pęnitentibus E
aliquid amplius agere pro eo, vt reconcilieǆ
tur creatori. Sequitur ergo, vt ſi fortè maio
ris quantitatis fuerit dolor, quàm illa deter
minata ſit, habeat ſuperfluam partem, & ēt
ꝙ iniuſtus ſit altiſſimus Deus animarum iu-
ſtificator, & rector, qui maiorem infert do-
loris pœnam pęnitenti, quàm exigant cul-
pæ ſuæ. Quòd ſi dixerit, quia quod additur
dolori vltra debitum, & exigentiam culpa-
rum, additur in profectum virtutum, & in
medelam: verum vtique dicit, ſed de Dei iu
ſtitia non ſe expedit, vel abſoluit. Neque
enim humana iuſtitia hic patitur, vt pro F
inæqualibus delictis æqualis iuſtitia fiat, &
ꝙ pro vno, & pro multis, vel æqualibus, vel
maioribus vna pœna, & eadem infligatur.
Quanto ergo minus diuina iuſtitia hoc nō
patietur? Secundus autem modus eſt, vt in-
telligat determinatam eſſe pœnitentialem
pœnam in quantitate. ſ. ꝙ vnicuique pecca
torum debeatur propria, non vna. ſ. oībus,
ſed maioribus maior, & minoribus minor.
Intelligo autem hic de pœna pœnitudinis
interioris. Dico ergo, quia ſi pęnam huiuſ-
modi infert Deus in vindictam, & ex iuſti-
tia ſola, poſſibile eſſet fortè, quod dicit. Sed
huiuſmodi pœnitudo ſi vera eſt, atq; perfe- G
cta, indubitanter iuſtificat perfectè aīam,
ſeu hoīem, & Deo reconciliat eum: verè
enim pœnitens interius, verè reuertens eſt
ad rectitudinis viam: quare vere eſt auer-
tens ſe a malis, quæ fecit propoſit‹ que, &
voluntate in bonitate eſt, & bonis, quæ de-
ſeruit ſe conuertens. Quantacumq; autem
hæc pœnitudo hic pœnitentē pęnitere fa-
ciat, ipſum iuſtificat, Deo illum cōciliat, &
coniungit. Non eſt aūt dubium, quin cle-
mentiſſimo creatori longè plus placeat pę
nitudo interior, quàm ea quę exterior eſt: &
hoc eſt, quia longè melior, vtpote vitijs, & H
pcis eſſentialiter contraria, ipſiq; aīæ huma
næ vicinior, vt eius mundatio, & decoratio
ipſius creatoris immediata opera, necnon
ipſarum aīarum reformatio ſpūalis. Poſſi-
bile eſt aūt eam tantā eſſe, hoc eſt tantę affli
ctionis, & doloris, vt aliam pęnam ab ipſo
pęnitente iuſtitia diuina non requirat. Ple-
runq; aūt diuinæ iuſtitiæ per hmōi pœnitu
dinem nō totaliter ſatisfit: & ideo neceſſe
eſt, vt ſuppleatur, vel iteratis pęnitudinib⁹,
vel exterioribus exercitationib⁹. Amplius,
qui peccauit, & interius, & exterius in cor-
de. ſ. & in opere, nōne dignū, & iuſtum eſt,
vt ſatisfaciat interius, & exterius, aut ſaltē
eo vſq; intus, ſicut ſupradictū eſt, vt ita ſuf-
ficiat

A ficiat pœnitudo interior, vt exterior ſatiſfactio non requiratur. Quòd ſi quis dixerit, quia non oportet hæc ita eſſe, quoniam exterior ſatisfactio poſſet eſſe tanta ſecundũ hoc, quòd interior non eſſet neceſſaria. Reſpondeo non eſſe verũ, quia exterior exercitatio, nec noie ſatisfactionis digna eſt, nec Deo vnquam accepta, niſi proceſſerit de radice interioris. Modis igitur omnibus neceſſe eſt, locum eſſe futuris purgationibus deputatum propter innumeras animas, quarum hic purgatio, ſecundum quòd dictum eſt, non explctur.

B

Quòd reſpectu emendabilium peccatorum purgatorium eſſe probatur. *Cap. 3.*

3. Sunt emendabilia,

TErtio vero peccata ſunt emendabilia inter culpas grauiſſimas, quæ mortales vocantur, eſt ex neceſſitate via, & medium ad virtutes, pp quas redditur pręmium ſempiternæ fœlicitatis: alioquin nõ eſſet reuerſio ſiue conuerſio ab illis ad virtutes huiuſmodi: hoc autem eſt impoſſibile C manifeſte, videlicet non eſſe reuerſionem a malitijs ad virtutes, & bonitates. Ipſa eñ animæ humanæ mutabilitas non patitur aliquem hic immutabiliter eſſe malum vel bonum. Similiter neque Dei altiſſimi miſericordia aut iuſtitia. Huic errori ſenſus ipſe, & experientia frequentiſſima contradicit, cum manifeſte quotidie videamus, & bonos malos fieri, & malos bonos, vel eruditione, vel flagellatione, & cũ diuini muneris adiutorio. Malos aũt non dico fieri quoſdam, niſi propria adinuẽtione. Vitia enim, & peccata, adinuentiones eorum ſunt, in quibus ſunt non a Deo inditæ, vel immiſ- D ſæ. Si ergo medium eſt, & via atque reuerſio a malitijs ad bonitates, & a vitijs ad virtutes, manifeſtum eſt, quòd illud medium, vel via non eſt purgatio, vel expiatio. Qua de cauſa neceſſe eſt per expiationem minui vitia atq; malitias animarum. Minui inquã quantum ad opera, & quantum ad cogitationes, & paſſiones atq; debilitari habitus malos per contrariam conſuetudinem ita, vt iam non ex ipſis procedant actus mali, ſiue exteriores, ſiue interiores, donec radicitus extirpentur, & ſit facilis ingreſſus virtutibus in animas humanas, quarum aduentu animæ ipſe confortentur, decorentur, & velut renouatæ ex intimis iuueneſcant: Et hoc interdum fit hic. Poſſibile tamen eſt ipſi creatori animarum ſubitò animas, quas E voluerit expurgare, ſicut contigit in dextro latrone: ſed de hoc alibi dicendum eſt. Nũc autem intentio mea eſt tractare de expiatione animarum, quæ eſt de diuina iniuria, ſatisſatio, & expiatio hæc eſt, & animarum humanarum emendatio, vel emundatio, & diuinæ iræ placatio. Omnia autem iſta conuenientiſſime fiunt per afflictionem, quæ vocatur purgatoria: ꝓpter hoc nemo enim eſt, cui non manifeſtum ſit, & terrena, & mala deſideria per afflictionem extingui, & ab animabus abradi: ac etiam radices huiuſmodi paſſionum, & operum adeo debilitari, vt eis durantibus in actibus huiuſmo F di prodire non poſſint. Et hoc ipſum atteſtatur natura, quæ docet non ſolum homines filios ſuos, & aliter ſubditos per flagella, & afflictiones corrigere, & auertere a vĩtijs, & peccatis, ſed etiam animalia bruta. Præterea ſi creauit creator altiſſimus ignẽ, quo purgantur metalla, cum incomparabiliter maior ſit cura ei de purgatione animarum humanarum: quomodo non creauit ignem quo humanæ animæ purgarentur? Item contraria contrarijs curantur, ſed culpa ex delectatione ortum habet, vel ex negligentia aut libidine, vnde deleri habet p pœnam. Quòd ſi dixerit quis, quòd ſufficit G afflictio pœnitudinis, & dolor internus ſpiritualis, quem verè pęnitens habet pro eo, ꝙ peccauit: verum vtique dicit, quia ſufficit quandoque. Et hic eſt, cum vehemens, & adeo fortis fuerit, habenſq; perfectiones, qui vt dictum eſt aliqui requiruntur: verum ſi paucus fuerit paucæque afflictionis, non ſufficiet ad illam expiationẽ: quare neceſſe eſt, vt adiuuetur hic, donec ſuppleatur quicqd deeſt huiuſmodi expiationi. Quòd ſi hic, ideſt in præſenti vita factum non fuerit, neceſſe eſt, vt poſt hanc vitam apponatur huiuſmodi ſupplementum. Item, ſecũ- H dum Ioan. Scotum, in 4. diſt. 21. circa principium. Iſta eſt cõcluſio certa, ſcilicet quòd de peccato dimiſſo in hac vita pro ipſa pęna debita ſolui poteſt, & debet poſt hanc vitam. Quod probatur, quia nullus cũ debito pœnæ glorificatur. Aut enim pœnę ſimul ſoluendæ ſunt cum gloria, aut poſt gloriam. Sed neutro modo, quia nec pœna poteſt ſtare cum gloria, nec ſuccedere gloriæ. Ergo ſi quis aliquando eſt debitor pœnæ; neceſſe eſt, quòd prius exſoluat illam, quod quidem in purgatorio neceſſe eſt fieri.

Secun-

A Secunda pars primi Articuli.

In qua tripliciter oſtenditur, quòd neceſſarium eſt, purgatorium eſſe, conſiderato pœnitentiæ ſtatu, 2. pars.

1. *Probat purgatorium eſſe ratione veræ pœnitentiæ.*

SEcundo probari poteſt purgatorium eſſe ratione veræ pœnitentiæ. In pœnitentia quidem tria plerunque concurrunt. Primum eſt punitio, ſecundum diminutio, tertium ſatisfactio.

B

Quòd propriè pœnitentia ſit ita, quòd ex ea ſequitur purgatorium eſſe. Cap. I.

1. *Eſt punitio, qui negant purgatoriũ.*

PRimum, quod concurrit in pœnitentia, eſt punitio. Aduertendum eſt enim, quòd qui negant purgatoriũ, & purgationes animarum iſtarum, ignorant pœnitentiam, & eſſe eius. Eſt enim pœnitentia ſiue interior pœnitudo, iudicium ſpirituale, in quo anima peccatrix accuſat ſe, teſtificatur contra ſe, iudicat contra ſe, videlicet ſe eſſe dignam tormentis atque ſupplicijs infernalibus pro eis, quæ male geſſit. Poſtremo exequitur iudicium proprium cõtra ſe: ſcilicet ſe torquendo non tantum ſpiritualiter per C cordiales dolores, & veram contritionem, ſed etiam corporalibus afflictionibus, qualia ſunt ieiunia, labores, flagella, & alia huiuſmodi, q̃ ſacræ exercitationes denominã tur. Et cum videt quòd omnia iſta non ſufficiunt ad plenè ſatisfaciendum iuſtitiæ creatoris, inſtat orationibus, & obſecrationib. apud clementiſſimum creatorem implorãs miſericordiam eius, vt ignoſcat ei merita ſupplicia. Denique taliter pœnitentes clarè intelligunt, ꝙ nulla eſt afflictio, nullum tormentum, nullum denique ſupplicium, quod hic ſibi penitus infligunt: quo nõ maiori, vel maius incorporabiliter debeat pec D catis grauibus, quibus humanæ animæ ſeparantur a Deo: ſed neq; horrores quantumcunque ſunt, æquari poſſunt, vel comparari contumelijs, & iniurijs, quę peccatis huiuſmodi Deo altiſſimo irrogantur. Intelligunt quoque maximè, qui diuinitus illuſtrantur, omnia huiuſmodi peccata, & infinita etiã, & infinitas pro eis pœnas de rectitudine diuinæ iuſtitiæ debere peccatoribus irrogari. Sicut igitur ſeruum fugitiuum non ſola reuerſio ſua ad dominum ſuum, immo etiam iuſtiſſimè exiguntur ab eo operæ, quibus tẽpore fugæ defraudauit dominum ſuum. Sicut etiam vir bellator recedens a Rege ſuo, E imminente ei prælio, non ſolum reuerſione iuſtificatur apud regem, immo quoque exigitur ab eo ſatisfactio, & de fide violata, & de damnis, ſi qua Regi pro eius receſſione hactenus prouenerunt, ſic & peccatoribus non ſufficit ſola reuerſio ad dominum, & Regem ſeculorum omnium, niſi & dãna ſubtractæ ſeruitutis ſubtractiq; ſeruitij reſtituant: contumeliamq;, & iniuriam fugæ ſuę, & derelictionis iuxta legẽ ipſius emendent: niſi fortè tanta ſit humilitas, & deuotio affectioq; interior, vt Regi, & domino his placeat eſſe contentum. Purgatio igitur F pœnitentialis exterior ſequitur huiuſmodi iudicium, ſi datum fuerit ſpatium hanc cõplendi, niſi vt ſæpe dixi, interior ſufficiens ſit, & pœna iudicialis, quam etiam pœnitentialem vocamus, ſequatur animas exeuntes a corporibus ſuis, & hoc in purgatorio adimpletur, vt ſtatim dicam.

Quòd neceſſarium eſt eſſe purgatorium, quia pęnitentiæ non complentur. Cap. 2.

2. *Concurrit in pœnitentia diminutio.*

SEcundum, quod in pœnitentia concurrere ſolet, eſt diminutio. Cum enim pę nitentia ſit indubitanter purgatio animarũ humanarum, & placatio ſummi Dei: manifeſtum eſt per hoc, quia animabus poſt G corpora eſt expiatio, & purgatio de neceſſitate: cum poſſibile ſit, & manifeſtè contingat, multas pęnitentias in vita iſta non compleri, ſicut prætactum eſt: quapropter neceſſe eſt, vt poſt hanc compleantur vitã. Quæ enim clementiſſimi creatoris adiutorio purgari cęperunt, hoc impoſſibile eſt remanere impurgatas: quia aut eſt in poteſtate earum poſitum poſtquàm corporibus exutæ ſunt, vt compleant purgationem hic incœptam: aut non. Si ſic: ergo cum tanto libentius, quanto propinquiores ſe vident glori- H ficationi ſuæ, hoc meritò faciant: tantòque liberius, & expeditius, quanto ab ipſo corpore, & impedimentis quæ ex parte corporis, & a vita mundi iſtius liberatæ ſunt: neceſſe eſt eas perficere in vita illa cœptam in præſenti purgationẽ: quare neceſſe eſt eſſe locum huiuſmodi purgationibus deputatũ. Si vero non eſt in poteſtate earum, cum manifeſtum ſit, eas purgationem ſuam deſiderare, & mundis omnibus velle, nihil veriſimilius aut credibilius eſt, quàm clemẽtiam creatoris ſatisfacere, tam pijs deſiderijs earum,

A rum, & ſupplere eis omnipotenti virtute ſua, quod ipſe ſine eius adiutorio, nec eſſe incipere potuerunt. Ex vtroque igitur modo ſequitur, locum eſſe talibus purgationibus præparatum.

Quòd ratione complendæ ſatisfactionis, neceſſe eſt purgatorium eſſe.
Cap. 3.

3. Cõcurrit i pnia ſatiſfactio.

TErtium, quod in pœnitentia concurrere ſolet, eſt ſatisfactio. Quidam ignorantes omnino, & virtutem ve-
B ræ pęnitentiæ, & ipſius pęnitentiæ veritatem atq; ſatisfactionem dixerunt: quia culpa animarum fuit, vel quia nimis tardè expurgationem huiuſmodi inceperunt: vel quia deſidioſe nimis, & negligenter in parte iſta egerunt, alioquin eam poterant perfeciſſe. Ad quod dicendum, ꝙ non eſt verè pęnitens, niſi qui omnino auerſus eſt corde, & voluntate a malitia ſua: hoc eſt a vitijs, & peccatis, & ad Deum conuerſus, & eidem adhæret toto corde. Talis igitur iã deſeruit malitiam pęnitus, & appræhendit bonitatem: factuſq; eſt totaliter bonus interius: quare vel nihil reſtat in eo expian-
C dum interius, niſi fortè læues aliquæ culpę, vel forſitan eis aliquid patiendũ reſtat, per quod ſatisfiat diuino honori atque iuſtitiæ, & huiuſmodi paſſiones dixi purgatorias, & pœnitentiales. Nulli etiam debet dilata pœnitentia ſuffragari: ſed ſi in futuro talis non puniretur, appareret de negligentia dilatæ pœnitentiæ commodum reportare. Ideo cõſuetudo apud aliquos homines eſt, ꝙ volunt ſibi ſatisfieri pro irrogatis iniurijs per pęnam aliquam, vel condignam minorem, & hoc eſt, cum clementes ſint atque viri iuſti. Amant autem pęnam huiuſmodi, non liuore vindictæ, ſed amore iuſtitiæ, qđ
D eſt, cum videant eã emendatoriam, & correctoriam patientium, & multo amplius amarent eas, ſi viderẽt animas exinde purgari, & decorari. Quia igitur tales intelliguntur purgatoriæ pęnæ, quæ cęptã in hac vita purgationem pœnitentialẽ perficiant, & ſuppleant, leueſque atque velut deſuper aſperſas maculas leuium peccatorum abſtergendo animas purificent. Ideo, & neceſſariæ ſunt multis animabus, & per eas diuinæ ſatisfit iuſtitiæ, & clementiæ: propterea neceſſe eſt animabus humanis poſt corpora, & tempus, & locum habere huiuſcemodi expurgationis complendę. Ideo tria ſunt genera mortuorum: quidam ſunt valde mali, quibus eccleſiæ ſuffragia minimè proſunt: quidam valde boni, & talibus ſuffragia minime neceſſaria ſunt: quidam non valde mali, ſicut qui venialia habent, vel iniunctam pęnitentiam non compleuerunt, & his debetur purgatoria pœna. Ex quo patet, neceſſariò eſſe locum, vbi hæc purgatio fiat. E

Tertia pars Articuli primi.

In qua oſtenditur purgatorium, neceſſarium eſſe pro gloria Dei. F

3. Probat purgatorium eſſe rõne diuinæ gloriæ.

TErtio quoque probari poteſt purgatorium eſſe ratione diuinæ gloriæ. Exurgit enim Domini gloria magna ex purgatorijs afflictionibus, maximè propter tria. Primo, quia ſunt iuſtæ: ſecundo, quia ſunt decẽtes: tertio, quia ſunt decoræ.

Quòd purgatorij cruciatus oſtendunt gloriam iuſtitiæ Dei. *Cap.* 1.

PRimo enim purgatoriæ afflictiones, quæ inferuntur his, qui purgatione indigent, ſunt iuſtæ. Mirantur quidam, quomodo cle- G
mẽtiſſimus ac benigniſſimus creator amat, vel quærat huiuſmodi animarum tormenta, & cruciatus, cum ipſe ſit eſſentialiter, atque fontaliter miſericors, & miſerator, ac pius. Quibus dicendum, ꝙ creator benedictus, & ſublimis, ſicut eſſentialiter eſt miſericors atque bonus: ſic eſt eſſentialiter, & fontaliter iuſtus: Et propter hoc ſicut non quærit pœnas animarum, & cruciatum per ſe, ſed quia multipliciter ſunt vtiles animabus, & ſalutares: ſic nec quærit eas, quia tormenta ſunt animarum: hæc enim intentio diabolicæ credulitatis eſt: ſed potius, quia H
iuſtæ, & honori ſuo conuenientiſſimæ: inquantum enim iuſtæ, & bonæ ſunt, ſicut iuſtitia inquantum iuſtitia bona eſt. Præterea ſicut ſumma bonitas nõ patitur, ꝙ bonum remaneat irremuneratum: ita ſumma iuſtitia non patitur, quòd malum remaneat impunitum: ſed ſi purgatorium non eſſet, remaneret malum vtique impunitum. Amplius iuſtum eſt enim, vt ſpiritus qui contẽpto ſummo bono ſubiecit ſe infimo, ideſt peccato, ſubijciatur poſtea inferioribus, i. pęnis. Item culpa eſt offenſiua maieſtatis diuinæ, & damnoſa eccleſiæ ſanctæ, atque in nobis deformatiua pulchritudinis diuinæ. Sed offenſa requirit punitionem, damnum requirit

A requirit ſatisfactionem, & deformatio puriſicationem, & propter hoc neceſſe eſt, quòd hæc tria in purgatorio perficiantur, ſi quid de eis deficit in præſenti.

Quòd decens eſt, purgatorium eſſe pro gloria Dei. Cap. 2.

SEcundo prædictæ pœnæ ſunt decentes ad gloriam Dei. Quibuſdam enim inſipientibus videtur, quòd non deceat creatoris clementiam ita exactricem eſſe pœnarum maximè pœnitétium animarum. Quibus dicendum eſt, quòd creator non intendit B aliquid, propter quod aliud a ſe, ſed operatur quod ipſum decet: quia decet ipſum, & nihil magis decet ipſum, quàm clemétiam, & iuſtitiam, & tam clementiæ operá, quàm iuſtitiæ etiam per ſe decentia, atque debita ſunt per ſe bona, & per ſe decora. Et propter hoc propter ſemetipſum & pro gloria ſua operatur illa creator optimus, licet innumeræ vtilitates, & imméſę hominibus proueniant ex eis. Præterea tanta eſt dignitas diuinæ lucis, quòd condecens eſt, vt eam ſoli, qui ſunt mundi corde, cetnere poſſint oculi. Proinde neceſſe eſt, quòd quiſque veniat ad múditiam baptiſmalem, antequàm præſen C tetur conſpectui diuinæ lucis. Amplius moriatur ſimul iuſtiſſimus, & peccator maximus, in fine tamen conuerſus. Non equidem decens eſt, neque iuſtum, quòd æquè citò euolent ad gloriam ſempiternam.

Quòd purgatorij pęnæ ſunt ad decorem gloriæ Dei. Cap. 3.

TErtio prædictæ pęnę ſunt decoræ etiã ad gloriam Dei, quoniam decent & iuſtitiam Dei & merita patiétium ſeu patientes propter merita mala. Quanta vero ſit iuſtitiæ, pulchritudo, ex hoc clareſce D re poteſt, quia tam veheméter pro Dei gloria diligitur ab his, qui eam intueri præualent & videre. De quibus propheta erat, cum inquit: Lætabitur iuſtus, cum viderit vindictam: manus ſuas lauabit in ſanguine peccatoris.

ARTICVLVS SECVNDVS.

A tribus legibus ſtatuitur purgatorium eſſe. *Quòd a tribus magnis, & principalibus legibus ſtabilitur purgatorium eſſe.*

SEcundo quidem auctoritate firma ſtabilitur purgatorium eſſe. Non enim eſt lex de tribus magnis legibus, quæ in purgatorium animarum poſt mortẽ corporum non E conſentiat: nam firmatur & ſtabilitur. Primo lege naturæ, ſecundo lege ſcripturæ, tertio lege gratiæ.

Quòd lex naturæ atteſtatur purgatorium eſſe. Cap. 1.

PRimo enim lege naturæ. Tempore nanque innocentię purgatorium licet eſſet, non ab hominibus, ſed tantum a dęmonibus F *1. lege naturæ.* fuit inhabitatum, quia regnabat innocentia in natura humana. Neque habitabitur poſt reſurrectionem, quia animabus iuſtis non erit luctus, neque clamor, neque dolor vltra, quæ prima abierunt, vt dicitur Apoc. 21. Sed tempore legis naturæ cępit inhabitari tam a dęmonibus, quàm a malis hominibus. Nam naturalis ratio dictat, quòd túc fiebat pœnitentia, ſicut nunc. Non autem fiebat in ſinu Abrahę, quia tunc ibi lætitia erat. Præterea rationes, quæ in præcedenti 1. artic. poſitæ ſunt, pro maiori parte, ſi bene conſiderátur, apertiſſimè monſtrant, tempore legis naturæ purgatoriũ extitiſſe, cum ex naturali lege ſumant robur atq; G vigorem.

Probatur purgatorium eſſe lege ſcripturæ. Cap. 2.

SEcundo lege ſcripturæ. Nam ponitur 2. Machab. 12. c. Iudas vir fortiſſimus *2. lege ſcripturæ.* collatione facta, duodecim milia dracmas argenti miſit Hieroſolimam offerri pro peccatis mortuorum ſacrificium. Et ſequitur. Sancta ergo & ſalubris eſt cogitatio pro defunctis exorare, vt a peccatis ſoluantur. H Sed ſicut ſupra in pleriſque locis articuli præcedentis, maximè in prima & ſecunda parte oſtenſum eſt, neceſſe eſt, peccata per pœnas & ſupplicia expurgari, & in loco determinato ad hoc debere fieri, ſicut etiam idipſum ſupra probatum eſt. Præterea pro defunctis, qui ſunt in paradiſo, non oportet orare, quia adiutorio illo non egent, nec inſuper pro illis, qui ſunt in inferno, quia a peccatis ſolui, aut purgari non poſſunt. Sunt igitur aliqui poſt hanc vitam nondum a peccatis ſoluti, qui ſolui ſeu purgari poſſunt.

A *Probatur purgatorium eſſe ex lege gratiæ. Cap. 3.*

Tertio lege grã. & hoc triplici fundamento.

TErtio ſtabilitur purgatorium eſſe le-
ge gratiæ, & hoc triplici firmamẽto,
vt cætera prætereamus cauſa breui-
tatis. Primo firmamento Chriſti, ſecundo
Apoſtoli, tertio eccleſiaſtici inſtituti. Primo
inquàm firmamento Chriſti. vnde Mar.3.c.
Dñs ait. Si quis dixerit verbum contra Spi-
ritum ſanctum, non remittetur ei, neque in
hoc ſæculo, neq; in futuro. In qua quidem
ſententia datur intelligi, quaſdam culpas in
hoc ſæculo, quaſdam vero in ſututo poſſe
B relaxari. Item Matth. 12. Dñs ait. Quicunq;
dixerit verbum contra filium hominis, re-
mittetur ei: qui autem dixerit verbum con-
tra Spiritum ſanctum, nõ remittetur ei, ne-
que in hoc ſæculo, neque in ſuturo. Quod
verbum exponẽs Greg. diſt. 25. in c. qualis.
ſic ait. Qualis hinc quiſque egreditur, talis
in iudicio apparebit vel præſentabitur. Sed
tamen de quibuſdam culpis eſſe ante iudi-
cium purgationis ignis credendus eſt, pro
eo ꝙ veritas dicit, ſi quis in Spiritu ſancto
blaſphemias dicit, neq; in hoc ſæculo remit
tetur ei, neq; in futuro. In qua ſententia da-
tur intelligi, quaſdam culpas in hoc ſæculo,
C quaſdam in futuro relaxari. Quod enim de
vno negatur, & conſequens intellectus pa-
tet, quia de quibuſdã cõceditur. Sed tamen,
vt prædixi, hoc de paruis minimiſq; pecca-
tis fieri poſſe credendum eſt: ſicut eſt aſſi-
duus ocioſus ſermo, immoderatus riſus,
vel peccatum curæ familiaris, quæ vix ſine
culpa ab ipſis agitur, qui culpam ſciunt qua
liter declinare debeãt, quæ ẽt poſt mortem
grauãt, ſi adhuc in vita poſitis minimè ſue-
rint relaxata. Inſuper Matth. 5. cap. Dñs ait.
Eſto conſentiens aduerſario tuo citò. i. ſin-
dereſi murmuranti in malo, aut angelo ad
oppoſitum decertanti, dum es in via cũ eo:
ne fortè tradat te aduerſarius tuus iudici. i.
D Deo, & iudex tradat te miniſtro. i. Angelo,
& in carcerem mittaris. i. in purgatoriũ per
Angelum deducaris. Amen dico tibi, non
exibis inde, donec reddas nouiſſimum qua-
drantem. Hoc quidem de carcere huius mũ
di non poteſt intelligi, eo ꝙ nec ibi ponun-
tur oẽs tales, nec de carcere inſernali: quia
ibi nunquam ſoluitur nouiſſimus quadrans
debitæ pęnæ: ſed de carcere purgatorij in-
telligi habet, quia ab illo exibit quis, quãdo
ſoluerit nouiſſimum quadrantem, quod da-
tur intelligi per illud, donec. Sed obijcitur
de hoc termino, donec, quia Gen. 8. c. dictũ
eſt, ꝙ coruus nõ reuertebatur, donec ſicca- E
rentur aquę: & tñ poſtea non eſt reuerſus.
Et Matth. 2. c. ſcriptum eſt, ꝙ Ioſeph non cõ
gnoſcebat vxorem ſuam, donec peperit fi-
lium ſuũ primogenitũ. Et tñ impium eſſet
dicere, ꝙ poſtea cognouerit eam. Ad quod
dicendũ, ꝙ hæc dictio, donec, i. ſcriptura du
pliciter ſumi ſolet. Primo modo ꝑ ſemper,
iuxta illud Pſal. Sede a dextris meis, donec
ponã ini. tu. ſca. pe. tu. Nec tñ intelligẽdum
eſt, ꝙ qñ inimici Chriſti poſiti erunt ſub pe
dibus eius tẽpore iudicij generalis, ꝙ tunc
deſiſtat ſedere a dextris patris. Et hoc mo-
do accipi debet, quod dictum eſt Gen. 8. &
Matth. 2. Secundo modo accipitur pro tpe F
terminato, quo tranſacto aliquid fit, quẽad
modum dici ſolet: Ille non comedit, donec
extitit hora ſexta expleta, & ſic Gen. 49. aſ-
ſumptum eſt. Non auſeretur ſceptrũ de Iu-
da, & dux de fęmore eius, donec veniat q
mittendus eſt: quia ablatũ fuit ſceptrum qñ
venit. Sic eſt in propoſito, cum ait: non exi-
bis inde, donec reddas nouiſſimũ quadrã-
tem, quod nunq̃ in inferno fiet: & ſic opor-
tet, ꝙ hoc dictum de purgatorio intelliga-
tur. Secundo firmamẽto Apoſtoli. Nã & ip-
ſe Apoſt. j. Corint. 3. c. ait. Fundamẽtum. n.
aliud nemo ponere põt ꝑter id, quod poſi- G
tum eſt, qđ eſt Ieſus Chriſtus. Si quis autem
ſuperędificat ſupra fundamentũ hoc aurũ,
argentũ, lapides ꝓtioſos, ligna, ſœnũ, ſtipu-
lã, vniuſcuiuſq; opus manifeſtum erit, dies
dñi declarabit, quia in igne reuelabitur, &
vniuſcuiuſq; opus quale ſit, ignis probabit.
Si cuius opus manſerit; qđ ſuperædificaue-
rit, mercedẽ accipiet. Si cuius opus arſerit,
detrimentũ patietur, ipſe aũt ſaluus erit, ſic
tñ quaſi per ignẽ. Ait. n. Si quis aũt ſuperæ-
dificat ſupra fundamentũ hoc, ſ. fidei ortho
doxę, aurũ dilectionis Dei: argẽtũ dilectio-
nis proximi: lapides ꝓtioſos, in operatione
boni: vel ſi ſuperædificat lignũ, &c. ſed ſen
tentiã magiſtri ſentẽtiarum in 4. di. 21. c. 1. H
per lignũ, fęnum, & ſtipulã, peccata venia-
lia denotantur, per quandã ſimilitudinem:
quia venialia in eodẽ ſubiecto cũ charitate
exiſtẽtia pñt per ignẽ purgatorij, & per ſpi-
ritualẽ ignẽ charitatis & dilectionis conſu-
mi, ſicut lignũ, ſęnũ, & ſtipula conſumũtur
per ignẽ. Et tardius cõſumit lignũ, q̃ ſęnũ:
& ſenum, q̃ ſtipula. Ideo per lignum ſigni-
ficant maiora venialia, per ſęnũ mediocria,
per ſtipulam vero minora, q̃ non deſtruunt
fundamentum. Et ſm Greg. non dicit fer-
rum, æs, & plumbũ, cum. ſ. deſtructiua ſint
fundamenti. Sequit vniuſcuiuſq; opus ma-
niſeſtum

A niſeſtum erit.ſ.in fine,& ſi non modo,dies
enim Dñi declarabit. Dies quidem Domi-
ni,ideo dr̃, quia in præſenti vita tempus ad
bene operandũ conceſſum dies hoĩs nun-
cupatur:ſed dies mortis, dies Dñi dici pòt,
iuxta propheticum illud, quod in perſona
Dñi ait:Cum accepero tẽpus, ego iuſtitias
iudicabo:quia in igne, ſ.purgatorij reuela-
bitur,Iob 28.Auro locus eſt,in quo confla-
tur.Et Malach.3.Erit quaſi ignis cõſtans, &
emundans argentum. Et vniuſcuiuſq; opus
quale ſit, ſ.ſolidum atq; ſaluberrime modi-
cum,vel multum cremabile manſerit, ſ.in
conſumptũ a purgatorio igne, quod ſuper-
B ędificauerit,mercedẽ accipiet,ſ.ſtatim,quia
ſtatim euolabit ad cœlum, iam nihil habẽs
ad purgandum. Si cuiuſque opus arſerit.i.
cremabile fuerit ab igne, ſ. purgatorio,de-
trimentum patietur,ſ.& alicuius pœnæ, &
minoris gloriæ, quia in purgatorio crucia-
bitur tardius gloriam ſuſcepturus. Ipſe au-
tem ſaluus erit.ſ.tandem:ſic tamẽ quaſi per
ignem purgatorium. Hoc quidẽ non poteſt
intelligi de igne materiali, quia illum ignẽ
non trãſeunt omnes imperfecti, de quibus
Apoſtolus loquitur ibi:nec de alio huius ſæ
culi igne per idẽ, nec de igne inferni, quia
ille neminem ſaluat: ergo loquitur de pur-
C gatorij igne. Ex quo patet, ꝙ Apoſtolus
purgatorium ſtabilire intendit in prædictis
verbis & pluribus alijs locis,quæ gratia brẽ
uitatis omitto. Præterea verbum hoc,ſcili-
cet ſaluus erit, ſic tamen quaſi per ignem
damnatis minimè congruere poteſt, quia
ſalui non erunt, ſed in æternum peribunt:
neque de illis intelligitur, qui ſine peccato
decedunt, quia de his proximè dixerat. Si
cuius opus mãſerit, qui ſine peccato mo-
riantur,nihil eſt,propter quod igne purga-
ri oporteat. Relinquitur ergo, vt de alijs
purgandis in altera vita, qui tamen ſalua-
buntur,intelligatur. Tertio inſuper ſtabili-
D tur,purgatorium eſſe firmamento eccleſia-
ſtici inſtituti,vnde extra de cele.miſ.in cap.
cum Marthæ,in fine, ſcriptum eſt: Defun-
ctorum alij ſunt valde boni, alij mediocri-
ter boni, alij valde mali, alij mediocriter
mali:vnde ſuffragia, quæ fiunt a fidelibus
in eccleſia pro valde bonis, actiones ſunt
gratiarum:pro valde malis, conſolationes
viuorum: expiationes vero pro mediocri-
ter bonis, & propitiationes pro mediocri-
ter malis. Hæc diſtinctio ſumitur ab Aug.
& ponitur 13.q.2.in c.tempus, vbi inquit:
Cum ſacrificia altaris, ſiue quarumcunque
eleemoſynarum, pro baptizatis omnibus

offeruntur, pro valdè bonis actiones gra- E
tiarum ſunt: pro non valde malis propitia-
tiones ſunt: pro valde malis etiam ſi nulla
ſunt adiumenta mortuorum, tamen viuo-
rum cõſolationes ſunt: quibus autem pro-
ſunt, aut ad hoc proſunt, vt ſit plena remiſ-
ſio, aut certè tolerabilior fiat ipſa damna-
tio, hæc ille. Præterea hæc eſt conſuetudo
vniuerſalis eccleſiæ tam Latinæ, quàm Græ
cæ,quæ pro defunctis orat, & ſemper con-
ſueuit orare, cuius oratio profectò inutilis
eſſet,ſi purgatorium poſt mortem non po-
natur. Fruſtra quippe oraret pro his, qui in
gloria ſempiterna, ſeu in inferno damnati. F
Itẽ chriſtiana fides,& orationibus,& elee-
moſynis & ſacrificijs omniq; genere pio-
rum operum credit defunctorum animas,
licèt non omnium adiuuari, vſque ad diem
iudicij generalis.Reſtat igitur, vt qui expur
gationes, ſiue expiationes iſtas animarum
negant, vel concedant omnibus animabus
verè hic pœnitentibus ſolam pœnitudinem
& iuſtificationem interiorem abſque alijs
operibus, & ſatisfactionem ſufficere, aut
non. Quòd ſi ſufficere credunt,neceſſe ha-
bent confiteri, ſuperuacua & vana eſſe hu- G
iuſmodi opera ſupradicta, quæ ab eccleſia
frequentantur. Præterea ſancta Romána
eccleſia docta & inſtructa a beatis Apoſto-
lis Petro & Paulo,& alijs ſanctis Pontifici-
bus,qui innumeris fulſerunt miraculis,quo
uſque, tam Græci quàm Latini, vt ſanctos
firmiter venerantur, hoc ſemper tenuit,
hoc inſuper continuè prædicauit etiam in
tempore,quo vniti erant Græci cũ Latinis.

Articvlvs Tertivs

In quo ſtabilitur purgatorium eſſe triplici experientia clara. H

Tertio probatur,purgatorium eſſe ex
perientia clara, quæ hoc per multi-
plicia teſtimonia atteſtatur. Primo
per teſtimonia apparitionum, ſecundo per
teſtimonia rediuiuorum,tertio per teſtimo
nia incredulorum.

Tertio ꝓbat purgatoriũ eſſe experientia, ꝑ multiplicia teſtimonia.

Quòd apparitiones mortuorum oſtendunt, purgatorium eſſe. Cap. 1.

PRimo per teſtimonia apparitio-
num. Indubitatam profectò fi-
dem de purgatorio,& de purga-
tione huiuſmodi faciunt appari-
tiones & viſiones animarum,ſiue hominũ,

Primo ꝑ teſtimonia apparitionum.

A qui in hmôi purgationibus exiſtentes poſt mortẽ corporũ ſuorũ apparuerunt tã multi & tã ſæpe amicis ſuis, vt adiuuarẽt eos, & eiſdẽ ſuffragia ꝓcurarent, ſimiliter & pmu niẽtes eos, vt ſibi a futuris ſupplicijs ꝓcaue rent. Apparuerunt ſimiliter & viris ſanctis multi, petẽtes ab eis ſuffragia ſua, vel vt ab amicis eorũ ea ipſis fieri ſoliciti ꝓcurarẽt.

Quòd teſtimonia eorum, qui a mortuis ſurrexerunt, oſtendunt purgatorium eſſe. Cap. 2.

Secundo ꝑ teſtimonia rediuiuorum. SEcundo patet hoc per teſtimonia rediuiuorum, hoc eſt qui de corporis morte ſurrexerunt, qui ſtatum animarum, B & propriarum & aliarum in prædictis purgationibus exiſtẽtium narrauerunt & teſtificati ſunt, prout inuenitur in geſtis & ſcriptis atq; narrationibus ſanctorum Doctorum, atq; peritorum virorum, quæ non ſolum auditu iucundæ ſunt, ſed & vtiles, admodumq; ſalutares, multumq; proficiẽtes ad correctionẽ hominũ a ſuis vitijs & peccatis vehementerq; prouocantes ad amorem ſanctitatis & deſideriũ æternæ ſalutis.

Quòd etiam infideles teſtificantur purgatorium eſſe. Cap. 3.

C *Tertio ꝑ teſtimonia incredulorum.* TErtio quoq; patet hoc per teſtimonia incredulorum. Nã & gentes, q̃ legẽ non habent, neq; creatoris benedicti notitiã ſeu fidem: & tñ ſemper intẽderunt, & adhuc intendunt ſuffragari animabus defunctorum, & adiuuare eas, vt liberentur & transferantur ad cęlos, vel etiã in Deos tãquàm deificatæ, quaſi ex naturali rõne, vel lege licet erroneè ad hoc quodammodo inclinati. Scribunt etiam Virgilius atque alii Poetæ, infernum eſſe, vel ſm partẽ, vel ſm totum deputatum purgationibus iſtis, atq; Plutonem vocari Deũ Tartarorum & præ-D eſſe ſupplicijs aĩarum, quapropter ſtatuerũt ei ſacra & ſacrificia, qbus placaretur, vt parceret aĩabus. Apud eoſdem & legitur, mundum iſtum terrenum infernum eſſe, in quo ſecuti videntur eſſe Platonis metaphoras, quæ & poſuit aĩas violẽta morte de corporibus exeuntes circa corporum ſuorum tumulos cõmorari, nec ante inde recedere, q̃ conſummatum eſſet tempus, quo moraturę erant in corporib. ſuis, niſi eas inde mors violenta expuliſſet. Et huiuſmodi commoratione vmbras vocari, quod (ſicut ego expertus ſum) & hodiernis tẽporibus quidã phitones & phitoniſſe atteſtari probantur, aſſerentes, has vmbras vexare corpora plurimorum, qui verè diuino iudicio, vel maleficiis, ſeu ab immundis ſpiritibus cruciantur. Cui igitur in dubium verti poteſt purgatorium eſſe, cum illud clarè demonſtrent tot efficaciſſimæ rationes, oẽs mundi principales leges, & ſanctiones, atq; tot & tãtæ experientiæ longæ & certæ, necnon & tot ſanctorum Doctorum orthodoxorum ſententiæ firmæ? Reſipiſcat igitur, qui in tanta veritate dubius ſeu incredulus eſt: vt relicto ſtatu dãnationis, cum exibit ſtatum præſentis vitæ, ſaltem tranſire mereatur ꝑ medium purgationis; aſcẽſurus inde ad gloriã ſempiternã, in qua cũ Patre & Spiritu ſancto regnat triumphator, & glorioſus Dñs Ieſus Chriſtus, per infinita ſęcula ſęcu. Amẽ. B F

DOMINICA IN OCTAVA Reſurrectionis in mane.

De purgatorij ſtatu, hoc eſt, de purgandorum pęnalitate, iucunditate, atque neceſſitate.

Sermo. LXV.

G *De purgatorij ſtatu.* *A Vro locus eſt, in quo conflatur. Iob 28. c.* Cum quippe apertiſſime certum eſt, purgatorium eſſe: hic neceſſe eſt de ſtatu illius, vt Dñs dederit, aliquid enodare. Triplex vero vtilitas ex hmôi fide oriri ſolet. Prima eſt vtilitas peccatorum, ſecunda mortuorum, tertia ſperãdorum. Prima inquã eſt vtilitas peccatorum. Nã metu futuræ purgationis & alias non deterriti pęnitentiã facilius atq; citius in præſenti incipiunt, & diligẽtius eam proſequuntur, antequã defraudatur hac pręſenti pęnitẽtiali vita. Secunda vtilitas eſt mortuorum: qbus, H ſicut infra dicetur, multa & varia ſuffragia porriguntur. Tertia vero vtilitas ſequitur ex prædictis: nã per purgatorii fidem ordinato progreſſu mens erigitur ad ſpẽ futurę immortalitatis & retributionis, ꝓfectò nihil magis erigit mentes ad deiectionem vitiorum, & paſſionum inordinatarum: nihil magis animat, & confortat ad acquiſitionem virtutum atq; cuſtodiã earundem, & ad cõpoſitionem morum, tantãq; humanæ vitæ decorationem: quàm ſpes futuræ immortalitatis, q̃ poſt purgatorium expectatur: hoc patet in his, qui aliam vitã nõ credunt, atq; nihil boni in ea ſperãt: q̃ oia credunt

A dunt cum ipſa luce præſentis vitæ amittere & finire: his enim nullus eſt amor virtutis, nulla cura ſuę componẽdę vitę: ſed totos ſe exponunt & tradunt inſtar iumentorum voluptatibus corporũ, & ſpurcitijs vitiorũ, totũq; humanæ vitæ decus in brutales delitias transferunt ac ſe deformant. Sed quia ad futuram retributionem nemo niſi omnino purgatus peruenire põt: ideo his qui in gratia, ſed abſque finita pœnitentia moriuntur, Iob vbi ſupra inquit: Auro locus eſt, in quo conflatur. Autum quippe in diuitijs pretioſius eſt, & congruè ſignificat gratiam Dei: at eos qui in gratia nõdum B finita pœnitentia deceſſerunt, huic auro locus eſt, ſ. purgatorium, in quo conflatur. i. funditur, & ab impuritate ad plenam puritatem mutatur, vt aurum ſic in gloriam ſempiternam poſſit transferri. In quibus verbis oſtenditur de purgatorio triplex ſtatus. Primus eſt pœnalitatis ibi, quo cõflatur, ſecũdus charitatis & iucunditatis ibi, auro: tertius eſt neceſſitatis ibi, locus eſt. hoc idem ponit propheta in Pſal. dicens: Miſericordiam & iudicium cantabo tibi. In quibus verbis tres prædicti ſtatus eorum, qui ſunt in purgatorio, deſcribuntur. Primus eſt ſtatus pœnalitatis, de quo dicit, iudicium. ſe- C cundus eſt ſtatus charitatis, cum addit, cantabo tibi. tertius eſt ſtatus pietatis, ſeu neceſſitatis, cum inquit, Miſericordiam. Pœnalitatem dicunt ſibi, iucunditatem dicunt Deo, neceſſitatem verò ſuam, proximo ſuo manifeſtant: & hoc poteſt eſſe aliud thema in præſenti ſermone.

Triplex ſtatus de purgatorio.

ARTICVLVS PRIMVS

De purgatorij ſtatu, & multiplici eius iucunditate.

D PRimus inquàm eſt ſtatus pœnalitatis, & de hoc propheta inqt, Iudicium, ſcilicet Dei iuſtum, factum eſt ſuper nos, qui in purgatorio ſumus. Circa quod iudicium tria conſideremus. Primo purgatorij locum, ſecundo purgatorij ſubiectum, tertio purgatorij ſupplicium.

Primus ſtatus pœnalitatis, circa quod tria conſideranda.

De loco purgatorij, & quòd infra terram ſunt quatuor receptacula. Cap. 1.

PRimo autem conſideremus purgatorij locum. vtrum autem locus aliquis per ſe his purificationibus deputatus ſit ſolus & proprius: nulla lex, vel alia ſcriptura ſacra determinat. Apparet autem ex viſionibus, & reuelationibus animarum huiuſmodi: quia in multis locis mundi huius terreni purgationes & ſupplementa pœnitentiarũ fiant: poteſt etiam ratione probari. cũ enim purgationes huiuſmodi ſupplementa ſint pœnitentialium ſatisfactionum, ſicut infra dicetur: non oportet ꝙ alius locus ſit eis q̃ pœnitentiæ. Idem enim locus ſemper debetur toti & partibus. Vbi enim eſt locus hominis, ibi pedum & manuum: purgationes autem iſtę, pęnitentiarum ſuur partes. Dicũtur autem quatuor eſſe habitacula ſub hac habitabili terra, quorũ tria diſtinguuntur ſecundum triplex genus peccati, ſ. infernus, & hic debetur culpę mortali: lymbus, & hic debetur originali: ac purgatorius, & hic veniali. Primum eſt infernus damnatorum, in quo eſt pœna ſenſus & damni atq; tenebrę exreriores & interiores. i. abſentia gratiæ & gloriæ. Secundum eſt ſupra illud, & hic dicitur lymbus puerorum, vbi eſt pęna damni, & non ſenſus: & ſunt ibi etiã prędictæ tenebrę. Tertium ſcilicet purgatoriũ, eſt ſupra lymbum, in quo eſt pœna ſenſus & damni ad tempus: ac tenebræ exteriores, ſed non interiores: quia ſunt in gratia Dei conſtituti. Quòd autem in præfato loco purgatorium ſit, patet ratione: quia locus pęnæ eſt locus ignobilis: ſicut locus gloriæ eſt locus nobilis: ſed locus purgatorij, eſt locus pęnalis, cum hic locus ſit debitus ratione culpę: ergo debet eſſe ignobilis. ſed locus quanto ſuperior eſt, tãto nobilior eſt: & quanto inferior eſt, tanto minus nobilis eſt. Hæc Bonauen. in 4. diſtin. 20. Quartum etiam eſt ſupra illud, ſ. receptaculum, ſeu lymbus ſanctorum Patrum, vbi fuit pœna damni & non ſenſus. Fuerunr ibi tenebræ exteriores, ſed non tenebrę priuationis gratiæ. & hic nunc poſt Chriſti reſurrectionẽ vacuus manet. hæc quatuor loca ponit magiſter ſententiarum in tractatu de reſurrectione. De lege ergo communi locus purgatorij eſt, vbi diximus. Secundum tamen ſpecialem diſpenſationem aſſignantur animabus loca alia particularia & diuerſa, quia diuerſis diuerſa ſunt conceſſa loca, vel propter celeriorem eorum liberationẽ, vt poſſint alijs ſuas indigentias reuelare: vel propter noſtram inſtructionẽ, vt recogitemus poſt hanc vitam magnum reſtare peccatoribus cruciatum, vel propter alicuius Sãcti impetrationem, ſicut legitur ſanctũ Patricium cuidam in quodam loco purgatorium

Primo purgatorij locus.

E F G H

Quatuor habitacula.

A impetraſſe: ex quo fabuloſè ortum eſt, ꝙ ibi purgatorium eſſet. Hæc ſecundum Bonauen. in 4. diſt. 20. q. vlti. concordat Rich. de Med. vil. in diſt. 21. procul abſit a fideliũ mentibus adhibere fidem, ſpirituum deluſionibus immundorum, qui diuino ſecreto iudicio permittuntur cruciare atque vexare aliquos, dicentes ſe eſſe animas defunctorũ, poſcentes pro eis celebrari miſſas, eleemoſynas diſpenſari, & alia bona fieri. Quòd vt illudant atque decipiant in his, & alijs, hoc efficiunt, & ſub apparentia boni. Sed manifeſtè cõuincitur eſſe dæmones infernales, & fortè ſunt illi, qui ad exercitiũ
B animarum illorum hominum qui obierũt, fuerunt deputati: cum ſæpe annunciant ſecreta, quæ illi operati ſunt, licet etiam aliter ſciri poteſt eis. Nam ſi anima eſt beata, tunc regnat in cœlo: ſi eſt damnata, tunc cruciatur in inferno. Si purgatur, cum talis anima ſit in charitate perfecta atque ſecura, cõtra charitatem non vexaret, neque cruciaret quenquam: conuincitur enim talé eſſe ſpiritum infernalem ad decipiendum animas, & ad mittendum eas in errores falſitatis. Quod Deus ideo permittit, vt electi in ſpiritualibus luminibus illuſtrentur & multipliciter inde erudiantur; reprobi verò de-
C cipiantur & illudantur. Non dico tamen, ꝙ beati, & purgati, & damnati aliquo diuino iudicio pro animarum vtilitate non appareant hominibus quãdoq;, ſed raro: ſed de prædictis illuſionibus plenus eſt mũdus, & intelligentibus nullum lucrum, ſed multũ damnum inde apparet ſequi. Hoc teſtatur Auguſtinus 13. q. 2. c. ſatendum. vbi inquit: Multi ad viuos aliquos ex mortuis venire credũt: & malè, quia phantaſmata ſunt. 36. q. 5. epiſcopi eorum. Ratio verò, quare animæ quæ purgantur, nõ apparẽt charis ſuis, eſt occupatio illa pęnalis, qua ibidem detinentur, nec exeunt niſi magno munere gratiæ Dei. Et hæc alterutra duarum cauſarum
D valet, vt vel ipſæ poſcant, & mendicẽt a caris ſuis viuentibus ſuffragia, quibus adiuuẽtur ad celeriorem ſuam liberationem: vel vt eos permoueant atque muniant de malis, quæ eis imminent & inſtruant de agendis. Animæ autem beatæ non viſitant animas carorum ſuorum, quæ in anguſtijs præſentis vitæ peregrinantur, nec cõſolantur, nec inſtruunt eos de his, quæ agenda ſunt, nec circa pericula, quæ imminent præmuniunt, & hoc non eſt ex obliuione, nec ex incuria defunctorum, ſed quia hoc dono gratiæ indigni ſunt viuentes, aut eo nõ indigent: quæ infernali carcere detinentur, non debet habere quæſtionem apud intelligẽtes, B
nec mirum eſt, ꝙ carcerati & vincti, tam longè a vita ſua ad charos ſuos non veniũt: non enim in poteſtate eſt exire de carcere, & vinculis huiuſmodi condemnatis.

De his qui in purgatorium non deſcendunt, atque de his, qui ibi purgantur. *Cap.* 2.

Secundo purgatorij ſubiectũ. quatuor hominum genera ad purgatoriũ nõ deſcendunt.

SEcundo conſideremus purgatorij ſubiectum, id eſt eos, qui vadunt ad purgatorium. Circa quod aduertendum eſt, quòd quatuor hominum genera ad purgatorium non deſcendunt. Primo qui decedunt in peccato originali, ſecundo qui decedunt in peccato mortali, tertio qui decedunt in charitate & abſque veniali peccato. Inter quos connumerari poſſunt infantes, qui ſtatim cum ſint baptizati decedunt, quarto ſecundum quoſdam, non de- E
ſcendunt in purgatorium, qui ſtatum religionis aſſumunt, & ſtatim abſque aliquo purgabili moriuntur, cum religionis aſſumptio baptiſma a beato Bern. denominatur: Proinde religionem intranti de præteritis culpis non eſt pœnitentia iniungenda, ſicut patet de pœnit. diſt. 1. c. his auctoritatibus, & extra de voto. cap. ſcripturæ, vbi de hoc in glo. non inueni. relinquitur ergo, ꝙ tria tantum genera hominum in purgatorium vadunt. Primo qui ſolum cum venialibus moriuntur, ſecundo qui pęnitentiam ante obitum ſuum non egerunt, ſicut contingit his qui abſque confeſſione moriuntur contriti, tertio qui ſibi penitentiã iniũctam non compleuerunt. Nam pęnitentia a ſacerdote in confeſſione iniuncta, aut eſt maior, aut æqualis, aut eſt minor. Si eſt maior, tunc id quod plus fecerit homo: cum moritur in augmenntum ſuę gloriæ cedit. H
Si æqualis, tunc ſufficit ad dimiſſionem totius culpæ & pœnæ. Si vero fuerit minor: tunc id, quod reſiduum eſt, ex virtute diuinæ iuſtitiæ in purgatorio emendatur. Deus enim, qui modos & menſuras peccatorum & pœnarum nouit, addit pœnam ſufficientem, ne aliquod peccatum maneat impunitum. vnde Prouerb. 25. Aufer rubiginen de argento, & egredietur vas puriſſimum.

De

A *De purgatorij igne, tormentis, & ſupplicijs.* Cap. 3.

Tertio. purgatorij tormētū. TErtio cōſideremus purgatorij ſupplicium & tormentum. Ad huius intelligentiam aduertendū eſt, ꝙ quatuor ſunt, quæ gradatim ad inuicē cōparātur. Prima eſt pęna huius mundi, ſecunda eſt pęna purgatorij, tertia eſt pęna lymbi, quarta eſt pęna inferni. Prima inq̄ eſt pęna huius mūdi, & hāc ſuperat pęna purgatorij. vnde 25. diſt. in c. qui in aliud ſęculum. Aug. inquit: Qui in aliud ſęculum diſtulit fructum conuerſionis, prius purgabitur igne purgationis. B hic ignis & ſi non ſit æternus, miro tñ modo eſt grauis: ſuperat. n. oēm pęnā, quā vnq̄ aliquis paſſus eſt i hac vita, vel pati poteſt. & idē habetur de pęn. di. vlt. in f. vbi additur. Nunq̄ in carne inuenta eſt tanta pęna, licet mirabilia martyres paſſi sūt tormēta, & multi nequiter quāta ſuſtinuerūt ſupplicia. de hac tñ afflictione quatuor libet cōſiderare. *De hac afflictione quatuor cōſiderãda.* Primo afflictionis rōnē, ſcđo afflictionis cōditionē, tertio afflictionis ſuaſionē, quarto afflictionis adminiſtrationem.

Afflictionis purgatorij ratio.

C *Primo, & de hoc multiplex ratio.* PRimo inquā conſideremus afflictionis purgatorij rationem. De quo ſm Richar. de Med. vil. in 4. di. 20. dicendū eſt, ꝙ de hoc multiplex ratio dari poteſt, ſm ꝙ in ipſo purgatorio duplex eſt cruciatus. Vnde eſt damni, quia. ſ. retardantur a viſione diuina. ſecūdus eſt ſenſus, ſm ꝙ a corporali igne inſtrumēto diuinæ iuſtitiæ puniūtur. Prima ratio eſt reſpectu damni: quia quāto aliquid magis deſideratur, tanto eius abſentia moleſtior eſt. Et quia affectus, quo ſummū bonū deſideratur, poſt hanc vitā in animabus ſanctis intenſiſſimus eſt magis, q̄ aliquis alius affectus tēporalis rei præſentis vitæ: D quia non retardatur affectus corporis ſui mole, & terminus fruēdi ſummo bono iam adueniſſet, niſi illud impediret, ideo carētia eius moleſtius toleratur. Secūda ratio eſt reſpectu ſenſus: cum. n. dolor non ſit læſio, ſed læſionis ſenſus: tanto aliquis magis dolet de quocūque læſiuo, quantomagis eſt ſenſitiuū. Proinde læſiones, quæ ſunt in locis ſenſitiuis, maximè cauſant dolorē. Et quia totus corporis ſenſus eſt ab aīa: ideo ſi in ipſum aliquod læſiuū agat, neceſſe eſt quòd maximè affligatur, & ideo, ſicut prædictum eſt ab Aug. Oportet ꝙ purgatorij pęna & cruciatus quantum ad damnum, & quantū ad ſenſum, excedit oēm cruciatū, & præſentis vitæ pœnam. E Tertia ratio acerbitatis purgatorij pœnæ, tam ſenſus, quàm ēt damni eſt: quia cum Deus plus quærat emendā quàm pęnā, plus ponderat in pœnitentia virtutē bonæ voluntatis, quàm pęnam afflictionis. Proinde plus ponderat modicā pœnā voluntariā in præſenti vita, quàm multam nō ita voluntariam in futuro: ſicut plus valet modicum auri, quàm multum plumbi: ideo neceſſe eſt ꝙ id, quod deficit in voluntate, ibi ſuppleatur in acerbitate.

Afflictionis purgatorij conditio. F

SEcundo conſideremus purgatorij conditionem. De ipſo quidē igne, qui animas purgat, eſt loqui: vel quantum ad id, quod prius affligit, & ſic eſt corporeus: vel quātum ad id, quod proximo & immediatè affligitur. Primo modo dicitur ignis naturæ, ſecūdo modo dicitur ignis ſimilitudinariè: ſicut dicitur leo verus, & leo depictus: vtrunq; tangit Greg. cum ait, in eo ardent, quando ardorem vident: propterea ignis ille corporeus dupliciter conſiderari pōt. Primo vt eſt inſtrumentū naturę, & ſic agere pōt in corpus & nō in aīam. Secūdo vt eſt inſtrumētū diuinæ iuſtitiæ, & ſic agit in aīam imprimendo in illā ſpeciē, per quā affligitur, qa violēter illa ſpecie informaī: G vt ſicut aīa implicuit ſe terrenis p culpā, ſic meritò ſm ordinē diuinæ iuſtitiæ vnit igni a quo ſuſcipiat pęnā. Quidā vero hunc purgatorij ignē nō propriū putant eſſe corporeū, ſed pęnā & afflictionē, qua diuinæ iuſtitiæ ſatisfit de defectibus purgationū in pſenti vita non cōpletarū: & hmōi penam intelligūt nō vnā eſſe, vel numero, vel ſpecie, immo multas: & hoc eis viſum eſt ex apparitionibus & reuelationibus ſępeſactis. H Nā multi apparuerūt ex mortuis, modis. ſ. quibus fuit beneplacitū creatoris, & reuelauerunt pęnas varias & multas ſuę purgationis. Porrò hic vel ille purgatorius ignis plus vel minus cruciat, ſm ꝙ plus vel minus quiſq; de cremabili ſecū adduxit: ideo prædicta pœnæ diuerſitas eſt, non ex diuerſitate ignis agentis, ſed ſubiecti patientis. Sicut ſub eodē ſole, vnus plus æſtuat, alter verò minus, vt ait Greg. Neceſſe eſt enim, ſicut ait Aug. ꝙ tantum vrat dolor, quantū inhæſerat amor: & tanto quiſque torqueatur diutius, quanto eius affectus venialius plus adhærebat.

A *Per multas ſimilitudines & exempla perſuaderi poteſt conditio purgatorij ignis, qui cum ſit corporeus, animas vrit.*

TErtio conſideremus afflictionis ſuaſionem. ſ. q corporeus ignis animas vrit. Ad remouendum ergo admirationem de prædictis rebus, quas imperiti poſſe eſſe non credunt: ſed more ſuo quæcunque non vident, alios non videre exiſtimant: & quicquid non cognoſcunt, cognoſci poſſe deſperāt: & nihil eſſe penitus opi-
B nantur. In primis dicam, huiuſmodi homines non credunt ignem eſſe, qui aquam cōbureret, niſi hoc eſſe credere, vel oculi ſui, vel teſtimonia famæ innumera, & irrefragabilia compuliſſent. Hic autem ignis gręcus denominatur. Et huius nouem eſſe ſpecies Ariſt. atteſtatur, docēs compoſitiones, & modum confectionis ipſorum, in tractatu ſingulari compoſito de eiſdem. Similiter ignem eſſe, qui tātum oleo extinguatur, & aqua frigida accendatur. quando crederēt huiuſmodi homines, niſi errorem eorum conuincerent experientia ſenſus: videlicet viſus atque tactus. Hic autem eſt ignis, qui
C eſt in calce viua: quando etiam crederent lampadem inextinguibilem poſſe fieri, videlicet quæ nec vento, nec pluuia extingui poſſet: niſi fuiſſet famoſiſſima illa lampas, quæ in templo Veneris quondam fuit, & lucebat in ea albeſtus lapis, qui ſemel accenſus reuera nunquàm extinguitur vēto, nec pluuia: & eſt lapis liuidi & ferruginei coloris. Eſt etiā ignis, qui vulgo vocatur aqua ardens, quæ cōfectio notiſſima eſt: & ignis iſte nihil conſumit, præterquàm ſeipſum. Eſt enim liquor ex quatuor, vel ex quinque rebus confectus, quo cum aſperguntur &
D liniuntur alicuius capilli, non eſt neceſſarium alia lucerna ad menſam, in qua ſedet: nam capilli eius ardere videntur, & lucent ad modum faculæ ardentis: permanentibus ſemper capillis illæſis. Eſt etiam ignis, quē conditor benedictus creauit in hac habitabili terra: qui abſque corporū læſione cruciat intolerabiliter animas appropinquantium, atque eum tangentium. Et dicitur ignis ille eſſe in regno Siciliæ, vel prope illud, vt tollatur admiratio & dubietas huiuſmodi hominum, qui admirantur & credere nolunt, quia ignis qui vtiq; corporeus eſt, poſſit agere in ſpirituales ſubſtantias. Reperiuntur quoque alij ignes in lacubus,

Multiplicitas ignis.

vel potius ipſi lacus: ex quibus & in quibus intinctæ faculæ accenduntur & ardēt. Am- E
plius ſi hanc virtutem creator omniū Deus dedit vētri ſtrutionis, vt ferrum duriſſimū & feruidū coquat in nutrimentum corporis ſui: Quid mirum, ſi dedit igni virtutem ſic torquendi? Et ſi e contrario dedit ventri animalis eiuſdem, vt a ferro ignito nihil vſſionis aut læſionis alterius patiatu: quomodo non potius igni vel alij corpori dedit vel dabit virtutem, maximè cum dignū, & iuſtū ſit apud ipſum, vt corporibus, quibus culpabiliter, & in iniuriam & cōtumeliam creatoris ſe ſubiecerunt, & ad delectationem: ſubijciantur inuiti ad afflictionem F
& pœnam, vt in quibus & per quæ regem gloriæ delectabiliter offendetunt: in his & per hoc triſtabiliter patiātur? Hoc profectò diuinæ iuſtitię exigit ordo: vt animam, quę peccando ſe rebus corporalibus ſubdit: eis quoque ſubdatur in pœnis. Non igitur inconueniens eſt, neque admiratione dignū, ſi ignis ille cum agat virtute Dei, cuius eſt inſtrumētum in vindictam malorum: agat in animam ſeparatam, illam videlicet cruciando. Addere quoque libet contra eos, qui mirantur, qualiter per corpus torqueri, vel affligi poſſunt animæ defunctorū: quæ G
ibi incorporales omnino ſunt. Qui proculdubio nec ea, quæ iugiter vidēt & ſentiūt, cognoſcere poſſunt, dum vidēt animas humanas iugiter delectari & moleſtari a corporibus & per illa. Quis enim non videat, qualiter delectabilia corporalia inflammāt animas deſiderijs, & voluptatibus irretiūt, & captiuant? Similiter & quædam triſtabilia eoſdem contriſtant. Quot enim moleſtias deſideriorum, quot & quantos dolores & cruciatus turpium amorum ſpecioſæ mulieres ingerunt animabus ſtultorum, & quandoque ēt animabus ſapientum? Quis H
non intelligit inſuper quanta & qualia tormenta patiētur animæ auarorum a diuitijs & diuitiarū paſſionibus, hoc eſt corruptionibus & diminutionibus: quanta ſuperbi, (vt de alijs taceam) a ſolis detractionibus, & alijs vilitatibus & a vilificationibus corporalibus, quis explicare & enarrare ſufficiat? Non igitur mirentur tales, ſi aliquis ignis corporalis ſit, qui animas humanas in corporibus, & a corporibus ſeparatas affligere valeat, & torquere. Secūda autem eſt pœna purgatorij, de qua diximus nunc, & hæc ſuperat pœnam lymbi: quia qui ſunt in limbo, omni ſpe ſalutis priuati ſunt, & exiſtētibus in purgatorio pœnam mitigat ſpes ſalu-

A ſalutis. Tertia eſt pęna ſenſus, & hanc ſuperat pęna inferni: quia vltra pęnam damni, quam etiam alij ſentiunt: in inferno dânati ſuſtinent pęnam ſenſus. Maior eſt tamen pęna damni quàm ſenſus, ſecũdũ Hierony. Cuius ratio eſt, quia magis obuiat æternæ fęlicitati, eo ꝙ cum pęna damni beatitudo incompaſſibilis eſt, nõ autem cum pęna ſenſus, ſicut patet in paſſione Domini noſtri Ieſu Chriſti, cuius anima in paſſione & ſemper beata fuit. Quarta ergo & maxima pęna vltra prædictas omnes, eſt pęna inferni. ſed nunquid pęna ſenſus inferni excedit pęnam ſenſus purgatorij, communiter ſolet
B dici, ꝙ æternitas ſufficit ad exceſſum illum ſine mali intenſione. ſed hoc penitus eſt ignotum, ſecũdum Franciſcũ de Maronis.

A quibus torquentur animæ, quæ in purgatorio ſunt.

Quarto conſiderãdum.

QVarto cõſideremus afflictionis adminiſtrationem: a quibus torqueantur, qui in purgatorio ſunt, quæſtionem habet, ſecundum Bonauen. in 4. diſt. 2. q. 5. concedendum eſt afflictionem, quã patiuntur qui in purgatorio ſunt, nõ fieri mi-
C niſterio dęmonum, nec ſpirituũ ſupernorum, niſi fortè quantum ad directionẽ. Credẽdum eſt enim, ꝙ in egreſſu animæ a corpore ſuo aſſiſtunt & ſpiritus bonus & ſpiritus malus, vnus vel plures. & tunc ſecundum veritatem ſententiam ferri: & ſi bona eſt, per miniſterium Angeli, vel adduci in cęlum, vel in purgatorium, quouſque poſtquàm purgata fuerit, per eius miniſterium educatur, ita ꝙ ipſe tantummodo ſit adiutor, & non tortor. Si verò ſit mala, per miniſterium dęmonum deduci habet ad tartarea ignea, & hoc tanquàm magis probabile concedẽdum eſt, quamuis nihil ſit in hac
D parte temere aſſerendum. Addunt quidã, ꝙ ex diuina permiſſione dęmones in hac vita quandoque affligunt bonos. Cuius ratio eſt, quia in vita præſenti inter homines, & dęmones datus eſt locus pugnæ, & tunc habent in eis exercitij poteſtatẽ, poſt hanc autem vitam non ſic. Proinde aer iſte caliginoſus, aſſignatus eſt dęmonibus magis propter tentãdi officium, quàm propter hominum aliquod ſupplicium. ideo in purgatorio, ſecundum Bonauen. & Richar. in 4. diſt. 20. non decet illum, qui vicerit diabolum, poſtea puniri per ipſum: ſed animæ, quæ in purgatorio ſunt, iuſtitiæ adhęrẽdo, diabolum vicerunt. ideo non eſſet conueniens, ꝙ eorum miniſterio punirẽtur. E
Amplius illam pœnam indubitãter ſciunt dæmones eſſe ad vtilitatẽ eorum, qui purgantur: ſed dęmones vtilitatem animarum non quærunt, ſed damnum. Ex quo videtur ꝙ animę in purgatorio miniſterio dęmonum non puniuntur. Item alius eſt qui punit filium, & alius eſt qui punit latrunculum: filium punit dominus domus, ſed latronem punit emiſſarius & tortor: ſed dæmones ſunt tortores, & iuſti ſicut filij: ergo nõ eſt conueniens illos ab eis puniri.

ARTICVLVS SECVNDVS. F

De duodecim gaudijs eorum, qui in purgatorio ſunt.

Secũdus ſtat⁹ aĩarũ, q̃ purgãtur ẽ iucũditas, et circa hoc tria cõſideranda.

SEcundus ſtatus animarum, quæ purgãtur, eſt iucunditas. Et de hoc propheta ait. Cantabo tibi, ſ. Domine: ad gloriã tuam. Circa autem hoc gaudium purgãdorum tria ad præſens conſideremus. Primo huius gaudij cauſalitatem, ſecundo quidditatem, tertio quantitatem.

De primis quatuor gaudijs eorum, qui in purgatorio ſunt. Cap. 1. G

Primo huius gaudij cauſalitas, & circa iſtud quadruplex gaudium.

PRimo inquàm conſideremus huius gaudij cauſalitatẽ. i. propter quid animę purgationi gaudẽt: licet enim, ſicut prædictum eſt, tales animæ crucientur pœna ſenſus: tamẽ propter hoc quadruplex habent gaudium. Primum confirmationis, ſecundum certificationis, tertium affectionis, quartum conformationis & transformationis. Primum gaudium eſt confirmationis: *Primum.* Nam gaudent in illis pœnis, quia confirmati ſunt in gratia, nec valent malum velle, nedum agere. H pro hac quidem gratia conſeruanda a ſanctis ſeruidè toleranda ſunt tormẽta, & horrenda ſupplicia, quemadmodum in perſona eorum ad Dominum propheta inquit: Propter te mortificamur tota die: exiſtimati ſumus ſicut oues occiſionis. *Secundũ.* Secundum gaudiũ, quia ſunt certificati de gloria Dei. vnde iam ſunt beati ſpe certiſſima, ſecundũ Bonauen. in 4. diſt. 20. q. 4. Animæ in purgatorio maiorem habent certitudinem de gloria paradiſi, quàm illæ quæ ſunt in via: quia habent certitudinem, quemadmodum illæ

A illæ, quæ in veteri teſtamẽto erãt in lymbo. Et hæc certitudo media eſt inter certitudinẽ primæ, & viæ. Nã in prima eſt certitudo tẽtionis, euacuans expectationẽ atq; timorẽ. In via vero eſt certitudo expectationis timore mixta, eo ꝙ quilibet labi põt, dũ eſt ĩ via. In purgatorio aũt eſt medio modo. ſ. certitudo expectationis, quia. ſ. nondũ obtinuerunt gloriã: ſed eſt euacuatio timoris ꝑꝑ liberi arbitrij confirmationẽ, qa aĩa ſcit ꝙ deinceps peccare non põt: & de hac ſpe certa illorum, Sapien. 3. dr̃, ſpes illorũ im-
B mortalitate plena eſt. Tertium gaudium eſt affectionis, quia affectati ſunt ad diuinã iuſtitiã: ideo delectantur patienter tolerãdo diuinã iuſtitiam in ſe. Vnde Propheta de huiuſmodi iuſtis ait, dicẽs: Lętabitur iuſtus, cũ viderit vindictam. ſ. ſuper ſe exerceri ꝓ prateritis culpis. Quartum gaudiũ eſt cõformationis & transformationis, quia ſunt tranſformata charitate pura: ideo ipſi voluntariè ſuſtinent oĩa eis inflicta. Nã, vt teſtaẽ Hugo de Arra ſponſæ: Si pęna inferni eſſet voluntaria, nõ eſſet pęna: quia teſte Salomo. Cãt.
C 8. Fortis vt mors dilectio: dura, ſicut infernus æmulatio. Lãpades eius, ſicut lãpades ignis atq; flammarũ: aquæ multæ nõ potuerunt extinguere charitatẽ. Ex his patet, ꝙ licet hi qui ĩ purgatorio ſunt, grauiſſima patiantur tormenta: tñ melior eſt, & fęlicior eſt ſtatus eorum, quàm illorum qui ſunt in mundo: ideo Eccleſiaſt. 4. ait: Laudaui magis mortuos, quàm viuentes ſeu viuos.

De ſecundis quatuor gratijs, ſeu gaudijs animarum quæ purgantur. Cap. 2.

Secundo huius gaudij qdditas quatuor ſunt, de quibus maxime gaudent.

SEcũdo cõſideremus huius gaudij qdditatẽ. i. de quo aĩæ in purgatorio gaudent. vnde quatuor ſunt, de quibus maximè gaudent. Primum eſt Sanctorum affectio, ſecundum eſt iuſtorũ participatio, tertium eſt propria perfectio, quartũ eſt proximorũ ſubuentio. Primũ gaudiũ eſt Sancto-
D rum affectio; superni ſiquidẽ ciues aſſiduè orant Deũ pro illis proximis ſuis, quos cruciari cernunt; ſm enim Bonauen. in 4. diſt. 45. duo inducũt orare Sanctos pro his, qui in purgatorio ſunt. Primo quidem propter eorũ neceſſitatẽ, qua indigent ab alijs releuari. Secundo propter dei voluntatẽ, quia vult ꝙ vnum mẽbrum aliud releuet, & ꝙ pro ſe inuicẽ membra Chriſti ſollicita ſint. vnde cum ipſi ſunt liberati, ẽt debent alios adiuuare. Tertio pro eis orãt propter futuram iucunditatẽ, ſeu fęlicitatem. ſ. vt eorum

Primum gaudium.

gloria augeatur, cum videant eos futuros conciues ſuos. vnde & Angeli ſancti ſæpe E
viſitant eos & confortant. Ideo in myſterium Iudicum 2. dicitur: Aſcenditq; Angelus Dñi de Galgala ad locum flentium. Galgala vero reuelatio eius interpretatur, & ſignat gloriã paradiſi, vbi oĩbus Beatis Dñs per gloriam reuelatur. Inde Angeli ſancti aſcendunt ad locum flentium, qui propriè eſt paradiſus, ad quem flendo ſuſpirant omnes, qui in purgatorio cruciantur. Aliter ẽt locus flentium purgatorium dici poteſt: ad quem aſcendunt Angeli ſancti, vt conſolẽtur eos, & hæc eſt potiſſima cõſolatio, quã F
habent purgandi. Secundum gaudium eſt iuſtorum participatio ſeu cõnexio; omnes quidem veri chriſtiani, vnum corpus ſunt. Cuius rationẽ declarat Apoſtolus ad Hebr. 4. dicens: Quoniam ſumus inuicẽ mẽbra. ſ. in myſtico corpore eius, & maximè hi; qui ſunt in charitate perfecta, quos amor Dei connectit & vnit, cuius eſt participatio in idipſum, de qbus ſe eſſe iubilando propheta cantabat, dicens: Particeps ego ſum omnium timentium te, & cuſtodientium man G
data tua. Vnde meritũ cuiuslibet iuſti ĩ pręſenti vita degẽtis in quocunq; ſtatu, qui in gratia eſt, participatur in vniuerſo mundo: inſuper & in purgatorio. Nam ſicut oculus non poteſt tãtum ſibi videre, nec os tantũ ſibi comedere, nec pes tãtum ſibi ire: & ſic de alijs membris, quia quodlibet membrũ pro toto corpore operatur: ſic & vnuſquiſque perfectus, immo quilibet qui eſt in gratia conſtitutus. Proinde ſicut humano corpori natura cuilibet mẽbro neceſſitatẽ ſuã de ſumpto nutrimento plus minuſue communicat: ſic & gratia Dei de quolibet opere meritorio a quocunq; perpetrato omnibus electis mira ordinatione diſpenſari ſolet: & ſicut membra iam nutrita & roborata ſubueniunt alijs mẽbris & auxilium præſtant: ſic & illi de purgatorio poſtquàm ad paradiſum acceſſerunt, precibus & orationibus ſuis exiſtentes purgatorio iuuant, & H
impletur in eis illud Galat. 6. Alter alterius onera portate: & ſic adimplebitis legem Chriſti. Tertium vero gaudium eorum eſt propria perfectio. Nam ſm Auguſti. qui in hoc ſæculo magis meruit alios adiuuare, in altero amplius iuuatur. Pone ꝙ moriatur pauper cum multis meritis, tamen aliquid habet ad purgandum: & moriatur magnus diues cum paucis meritis, habens plurima ad purgandum; dico ꝙ eleemoſynæ per diuitem diſpenſatæ pauperi, proderunt amplius

Secundũ gaudium.

Tertium gaudium.

A pliùs ſiue minus, ſecundum quod ſuis orationibus, meritis, & exemplis in præſenti vita iuuit diuitem illum viuum ſine defectu. Ex quo poteſt patere, quod vtile ſit orationibus, & meritis & exemplis viuos, vel mortuos diuites, & quoſlibet adiuuare; cùm hęc plus proficiant facienti, quàm recipienti, quod teſtatur propheta dicens: & oratio mea in ſinu meo conuertetur. Quartum vero gaudium eſt proximorum ſubuentio, quæ quidem eis quadrupliciter innoteſcit. primo diuina inſpiratione, ſecundo angelica reuelatione, tertio nouiter morientium annunciatione, quarto experientiæ cognitione, B quia propter ſuffragia, quæ impēdiūtur eis, experiuntur ſibi diminui pœnā. & de duobus prædictorum. 13. q. 2. c. fatendū. Aug. ait. dicens: Fatendum eſt, neſcire quidem mortuos quid hæc agatur, ſed dum agitur hic: poſtea vero audire ab eis, qui hinc ad eos pergunt moriendo, nō quidem omnia, ſed quæ ſinuntur etiam illi meminiſſe, & quæ illos quibus hoc indicant oportet audire: poſſunt etiā ab angelis, qui rebus quę hic agūtur præſto ſunt, audire aliquid mortui, quæ vnum quemq; illorum audire debere iudicat, cui cuncta ſubiecta ſunt: hæc ille. Conueniens itaq; eſt, vt eiſdem prædictis quatuor modis innoteſcāt, a quibus & C quæ fiunt eis: vt cum de purgatorio fuerint liberatę, & in gloria Angelorum aſſumptæ, gratias ſuffragantibus ſuis impendant pro eis Deum intercedendo. Non enim poſſibile eſt, vt ingratitudo vel aliud quodcunq; vitium, locum habeat in gloria ſempiterna.

Quartū gaudium.

De vltimis quatuor gaudijs illorum, qui in purgatorio ſunt. Cap. 3.

Tertio cōſideremus huius gaudij quātitatem, & qui plus in purgatorio gaudent. Circa quod quatuor gaudia diſtinguamus. Primum eſt gaudium recipientis, ſecundum eſt gaudium facientis, tertiū eſt gaudium ſingulare ſeu particulare: quartum eſt generale ſeu vniuerſale. Primum gaudium eſt recipientis. Nam magis proſunt ſuffragia illis, pro quibus fiunt: quàm prodeſſe poſſint aliqua commoda ſeu remedia, quæ in hoc mundo alicui conferuntur: quia pęna quanto eſt grauior, tanto remedium eſt commodius, ſicut melius eſt liberari a flagellis ſcorpionum, quàm canū. Sed ſupra patuit, quanta ſit purgatorij pœna. vnde Auguſtinus in quodam ſermone inquit: Ignis ille durior eſt, quàm quicquā in hoc ſæculo pœnarum, aut videre, aut ſentire, aut quid cogitare quis poſſet. Secundum vero eſt gaudium facientis. Nam talia ſuffragia plus proſunt facienti, quàm alii quod aliud miſericordiæ opus: quia quanto pœna & miſeria eſt maior, tanto miſericordia eſt floridior & fęcundior. Proinde quia iſti ſunt ſecundum pœnam maximè miſeri. vnde Damaſcen. in ſermo. de his, qui in fide dormierunt, ait: Quicunq; proximi ſalutem agonizat. Primum ſibi prodeſt, ſecundum proximo: ideo iſta ſuffragia facta in charitate, cum ſint (ſicut ſupradictum eſt) magnæ miſericordiæ: proſunt facienti æternaliter, ſed recipienti non niſi temporaliter. De tali æternali profectu, quòd prouenit facienti, gaudent etiam qui in purgatorio ſunt. Sed quid ſi hic, pro quo ſuffragia fiunt, creditur eſſe in purgatorio, & tamen eſt in inferno? Dicendum quòd cum ſint opera pietatis, & quòd recipiens non eſt dignus: ad ipſum facientem reuertitur ſuffragij virtus, iuxta illud Lu. 10. Si ibi fuerit filius pacis, ſuper eum requieſcet pax veſtra: ſin autem, ad vos reuertetur. Quid ſi creditur eſſe in purgatorio, & eſt in paradiſo? Dicendum quòd in prædictis duobus modis proſunt facienti, & vltra, ſcilicet ſaluatus obligatur ad orandum pro ſuffragante: & piè creditur quòd id proficiat. Tertium gaudium eſt ſingulare ſeu particulare. nam ſuffragia, quæ fiunt pro vno, plus ſibi proſunt, quàm ſi eadem pro pluribus fierent. Ad cuius intelligentiam notandum, ſecundum Richar. in 4. diſt. 45. ad curandam pęnam concurrit virtus agētis, & diſpoſitio patientis: quia ſecundum Philoſophum 2. de anima, actus actiuorum ſunt in patiente prædiſpoſito: poteſt ergo diminui alicuius pęna, vel propter diminutionē virtutis ex parte agentis, vel propter diminutionem diſpoſitionis ad patiendum ex parte ſuſtinentis, ſicut per augmētationem cuiuſlibet iſtorum pęna augeri poteſt. vnde inæqualiter diſpoſiti ad patiēdum ab æquali virtute inæqualiter patiuntur. patet etiam per exemplum: pęna enim magnum onus portātis diminui poteſt, vel per diminutionem oneris, vel per aliquam confortationē virtutis illius qui portat onus, quæ diminuitur in ipſo diſpoſito ad patiendum ab onere. Sic quoque duplici modo contingit intelligere diminui pœnā illorum, qui ſunt in purgatorio. Primo per ſatisfactionem, ſecundo per conſolationem, quātum ad diminutionem pęnæ. Primo modo ſuffragia

Tertio huius gaudij quātitas. circa quod ſunt quatuor gaudia.

Duplici modo intelligitur diminui pœnā illorū, qui ſunt ī purgatorio.

E F G H

A fragia facta determinata pro vno tantum, alijs quidem non proſunt: quia virtus eorũ non attingit, niſi illum ad quem determinatur, & cui applicatur per intentionẽ agentis. Sed ſecundo modo facta pro vno alijs proſunt, quia Dei miſericordia prouidente ſuffragia pro quocunque in purgatorio exiſtente alijs omnibus innoteſcunt. & quia ſe inuicem diligũt ex charitate, nec ſibi inuident aliquo modo: ideo omnes gaudent de illius pęnæ alleuiatione, pro quo ſuffragia facta ſunt. Hoc ſiquidem gaudium reddit gaudentem minus diſpoſitum ad contriſtantem pęnam: non credo tamen ꝙ tan-
B tum gaudium in eis ſit, ꝙ totam eorum pœnam totaliter tollat: ne fortè abbreuiat, ſed forte intentionem patientis mitigat. Ratio prædictorum, ſecundum Bonauen. in 4. eo. diſt. dari poteſt, quia ſuffragia ſunt ad ſoluẽdum pęnam ſeu reatum. ſed plus eſt ſatisfacere pro debito multorum, quàm vnius tãtum, & facilius ſatisfacit pro debito vnius: quàm pro debito multorum. ergo pluribus ſuffragijs indigent duo quàm vnus: quia ſi diuidantur inter eos, vterq; minus habet. Huius ſentẽtiæ eſt Scotus in 2. quodlibeto. & Franciſcus de Maronis, & Rich. in loco præallegato. Et addunt quatuor validas rationes, quarum prima eſt, quia omne ſuffra-
C gium bonum eſt limitatum; nullum autem limitatum bonum poteſt eſſe ęqualis virtutis ad plura & ad vnum. Secunda ratio eſt, quia eadem ratione qua tantum poſſet in tribus, poſſet in infinitum: cum non ſit dare magis rationem in vno, quàm in alio: & ſic finitum ſuffragium haberet infinitum valorem. Tertia ratio eſt, quia eodem die poſſent tot animæ liberari, quot in purgatorio ſunt: cum omnia ſuffragia totius eccleſię videntur ſufficere pro vna anima, & quacunque ſcelerata, & ſic fruſtra purgatorium poneretur. Quarta ratio eſt, quia tunc fruſtra eccleſia ſpecialia ſuffragia ordinaſſet, ſi tan-
D tum prodeſſent communia, & hæc videtur eſſe intentio Auguſtini de cura agendi pro mortuis, & beati Greg. ad Bonifacium. Huius etiam ſententiæ eſt Tho. in pe. in 4. diſt. 45. Ex quo patet, ſecundum Rich. ꝙ ſuffragia facta pro vno tantum: quantum ad ſatisfactionem, tantummodo proſint ſibi, & non alij de communi lege: quantum vero ad conſolationem adhuc magis proſunt illi, ſi charitatem habet, quia cæteris paribus, magis gaudet quilibet de bono ſuo, quàm alterius: poſſet tamen alius tantam charitatem habere, ꝙ plus conſolaretur de ſuffragio, quod pro alio fit, quàm ille pro quo fit. B
Sed contra prædicta obſtat Hier. de conſti. diſt. 5. in cap. non mediocriter: ibi ait, quòd pro cunctis animabus, cum pſal. vel miſſa dicitur, nil minus quàm ſi pro vno quolibet ipſorum diceretur, accipitur. Ad hoc dicendum, quòd dictum Hierony. debet intelligi de valore per viam conſolationis, vt dicunt quidam. Et adhuc tamen non videretur verum, quoniam plus gaudet quilibet de bono proprio quàm aliorum alter. Dic ergo quòd referendo aliorum opinionem, Hierony. ibidem locutus eſt, ſecundum Richar. Adhuc obſtant quidam dicẽtes, quòd ex ſupradictis ſequeretur, quòd recipienti multos ad participationem bonorum ſuorum, bona ſua opera minus eſſent vtilia. Ad hoc dicendum, quòd non ſequitur. Nam, ſecundum Tho. charitas non minuitur, ſi in multos affectus diſtribuatur: imò amplius augetur & creſcit, & ſecundum Richar. plus confert ſibi illud opus charitatis in bona ſua communicando, quàm ſibi detrahatur, etiam quo ad pœnę ſuæ remiſſionem de fructu bonorum ſuorum communicatorum. & bona etiam ſi communicata facienti ea in nullo ſunt minus vtilia, ſed magis quo ad augmentum præmij gloria ſempiterna. Hæc Richar. Quartum gaudium eſt generale ſeu vniuerſale, & hoc contingit, quando generalia ſuffragia pro defunctis fiunt: tunc quidem talia ſuffragia melioribus proſunt. Nam hæc eſt regula iuſtitiæ diſtributiuę a iuſto iudice Deo in purgatorio conſeruatæ, quia meliora bona communia melioribus ſecundum virtutem diſtribuantur. Proinde Auguſt. in lib. 83. quæſt. inquit, quòd hęc ſuffragia eis proſunt, qui cum viuerent, hæc ſibi vt poſtea poſſunt prodeſſe, meruerunt. Ex quò elici poteſt, quòd qui amplius meruerunt, amplius eis proſunt. Sed nunquid aliquis ſuffragia ſubditi ordinare poteſt ad quoſcunque ſibi placet? Dicendum quòd non, licet poſſet eum ad talia ſuffragia obligare. Ratio eſt, quia nunquam meritum alicui prodeſt, niſi ſecundum intentionem merentis, cum intentio ſit neceſſaria circunſtantia in meritorio actu, ſecundum Franciſcum de Maronis.

Hierony.

Obiectio.

Solutio.

Obiectio.

F.

Solutio.

G

H

ARTI-

A

Articvlvs Tertivs.

De vtilitate ſuffragiorum, quæ pro defunctis fiunt.

Tertius ſtatus animarū defunctarū eſt pietas.

TErtius ſtatus animarum defunctarū eſt pietas, ſeu neceſſitas, & hunc ſtatum Propheta tangit, cum ait: Miſericordiam, quaſi miſericordiā clamarent parentibus, conſanguineis & amicis, qui eis ſuffragia præſtare poſſent & deberent: vel qa de miſeria miſericordiā amicis poſtulāt, & expectant. Circa autem miſericordiam, & pietatem tria ad præſens cōſideremus. Primò, quæ ſuffragia, ſeu bona ſunt eis grata: ſecundò, quæ fiunt eis amplius grata: tertiò, in quibus magis fiunt.

Circa ꝙ tria conſideranda.

B

De quadruplici genere ſuffragiorum, quæ fiunt pro defunctis. Cap. 1.

Primo qđ ſuffragia sūt eis grata.

PRimò inquàm conſideremus, quæ ſuffragia, ſeu bona ſunt eis grata. Circa quod aduertendum eſt, ꝙ 13.q. 2.c. animæ defunctorum, Greg. ad Bonifacium ait, Animæ defunctorum quatuor modis ſoluuntur: aut oblationibus ſacerdotum, aut precibus ſanctorum, aut charorum eleemoſynis, aut ieiunio cognatorum. Eiuſdem ſententiæ eſt Aug. vbi ſupra in c. non æſtimemus. Adhuc quatuor

Quatuor bona, quæ ꝓ mortuis fieri poſſunt.

C cuncta alia bona, quę pro mortuis fiunt, vel fieri poſſunt, generaliter reducuntur. ſicut sūt ſuffragia cōis eccleſię, bona facta ꝓ eis, pęnitentia, peregrinatio ſuorum, reſtitutio alienorū, quæ ſi defunctus dimiſit ꝙ reſtituātur, & nō reſtituūtur, cū quis ꝓmiſit reſtituere, vel aliter obligatus eſt, ſed nō ſeruat: hic furtum cōmittit retinēdo aliena inuito dño: & proditor eſt illius, cui obligatus eſt, qui forte eſt eius pater, mater, maritus, aut vxor, vel alius quicunq; conſanguineus

D vel amicus: poſt prædictos profectò culpabiles ſunt hi, qui cupidine, vel auaritia, vel aliàs nō ſatisfaciūt vel differunt ſatisfacere ea, quę ꝓ eccleſijs, hoſpitalibus, religioſis, pauperibus, & pro alijs pijs cauſis relicta ſunt, cū impij prędones, & ſacrilegi a ſacris cōſilijs iudicēntur. vnde 13.q.2. c. q oblationes, i. legata ad pias cauſas, ſm gl. defunctorū retinēt, & eccleſijs tradere demorātur, vt infideles ſunt ab eccleſia abijciendi: quia vſque ad exinanitionē fidei peruenire certū eſt, ac pietatis diuinæ exacerbationē: qa & fideles de corpore recedētes votorū plenitudine, & pauperes conſolatu alimoniæ, & neceſſaria ſuſtētatione fraudātur. His igitur tales quaſi egentiū necatores, nec credētes iudiciū Dei habēdi ſunt: vnde & quidā Patrū, ſ. Hierony. in ſcriptis ſuis inſeruit congruēti ſnīa, qua ait: Amico quippiā rapere, furtum eſt: eccleſias verò fraudare, ſacrilegiū. Itē aliud cōſiliū in ꝑcedēti c. ait: q oblationes defunctorū, i. relicta ad pias cauſas, ſm gl. aut negāt eccleſijs, aut difficulter reddūt; tanq̄ egentiū necatores execrētur, vel excōmunicētur. Itē ibi ſupra in c. cleri, uel ſęculares, qui oblationes parentū & relicta ad pias cauſas a parentibus aut donata, aut teſtamento relicta retinere perſtiterint, aut illud quod ipſi donauerint, eccleſijs, vel monaſterijs tradiderint offerendum, ſicut ſynodus ſancta cōſtituit, velut necatores pauperum, quouſq; reddant, ab eccleſijs excludantur. Tales quidem nemo abſoluere debet, ſi ſatisfacere poſſunt priuſquàm ſatisfaciant, quemadmodum oſtēſum eſt in Quadrageſimali de Chriſtiana religione, ſermone 38. artic. 1. cap. 1.

E

Quæ ſuffragia animabus defunctis amplius proſint. Cap. 2.

G

Secundo quòd ſuffragia ſūt gratiora.

SEcundò conſideremus, quæ ſuffragia ſint mortuis amplius grata. Circa quod aduertendum eſt, ſecundum Raymun. quòd ſuffragia pro defunctis proſunt ad ſolutionem pœnæ. A qua quatuor modis abſolui poſſunt. Primò per interceſſionē Chriſti, & hoc modo iuuantur per alterius oblationem; ſecundò quaſi per priuatam membrorum interceſſionem, i. per orationes Sāctorum & iuſtorum; tertiò per modū redēptionis pœnæ; quæ fit per eleemoſynarum largitionem; quartò per modum ſolutionis pœnæ, quę fit per ieiuniorum afflictionem. Quia igiť melius eſt charitatis opus, quod in Deū dirigitur, q̄ in hoīem; Iō duo primi modi, eo ꝙ dirigūtur in Deū, potiores sūt,

Quatuor modis abſolui poſſunt ſolutiones pœnæ defunctorum.

H q̄ duo vltimi, niſi fortè ꝑ accidēs, inquātū ſ. eleemoſyna impetrat orationes iuſtorū. Quia verò melius eſt charitatis opus cōis, q̄ priuatæ & ſpecialis. Iterū quia bonū quāto cōmunius, tāto diuinius; iō eleemoſyna ieiunio preferenda eſt. Alij tñ dicūt, ꝙ in ſuffragijs iſtis gradus ſm vtilitatem reperiuntur; quia illa meliora ſunt ſm genus ſuū, q̄ eliciuntur a virtute ꝑfectiori, & iō oro, quę eſt actus charitatis, melior eſt ipſa oblatione, quæ latriæ actus eſt, & oblatio melior eſt, q̄ eleemoſyna, quia virtus latriæ excedit virtutē miſericordiæ, cū ſit ſumma mortalium.

A lium. Et eleemoſyna melior eſt q̃ abſtinen-
tia, quia miſericordiæ virtus excedit virtu-
tẽ tẽperantiæ. Sed nũquid miſſa pro deſun-
ctis, ſicut & alia ipſi defuncto æqualiter ꝓ-
deſt? Dicendum, ſm Tho. in 4. di. 45. ꝙ in of
ficio miſſæ non ſolum eſt ſacrificium, ſed ẽt
ſunt ibi orationes: & ideo ſuffragium miſſę
continet in ſe ꝑdicta duo, ſ. ſacrificiũ & ora
tiones. Quantum ergo eſt ex parte ſacrificij
oblati miſſa de quocunq; dicatur, ęqualiter
deſuncto prodeſt: & hoc eſt ꝙ ꝑcipuum eſt
in miſſa. Sed ex parte orationum magis ꝓ-
deſt illa, in qua ſunt orationes ad hoc deter
minatæ. Iſtæ tñ perſectius recõpenſari pñt
B ꝑ maiorẽ deuotionẽ, vel eius qui dicit miſ-
ſam, vel eius qui facit dici: vel ẽt per inter-
ceſſionẽ Sancti, cuius ſuffragium implorat.
Proſunt quoq; deſunctis ceremonię, & ſo-
lẽnitates, q̃ in eccleſijs pro eis fiunt, ſicut
ſunt campanarum pulſatio, officiorũ decan
tatio, cereorũ illuminatio, aquæ benedictæ
aſperſio, thurificatio, &c. q̃ ibi fiunt, quæ ab
eccleſia rationabiliter ſunt inſtituta ad ſpi-
ritualia deſignãdum, ſicut patet per Dyon.
in 7. de eccleſiaſtica ierarchia. Et licet ſint
tantum ſenſibilia ſigna: videlicet cum perti
neant ad virtutem latere, ſm Augu. de ciui.
Dei. Et talis virtus eſt meritoria.

C *De triplici differentia facientium ſuffragia pro defunctis. Cap. 3.*

Tertio cõſiderandũ eſt, a qbus grata ſũt mortuis ſuffragia. quatuor hoium differentia, q pro mortuis ſuffragia agunt.

TErtio inſuper conſiderandum eſt, a q-
bus grata ſunt mortuis ſuffragia iſta.
Circa quod quatuor differẽtias homi
num, qui pro mortuis ſuffragia prædicta
agunt, reperire contingit. Prima differẽtia
eſt bonorum & meliorũ, ſecunda eſt iuſto-
rum & peccatorum, tertia eſt peccatorum
occultorum & peccatorum manifeſtorum,
& oẽs hi ſuffragijs ſuis diuerſimodè profi-
ciunt vel proficere poſſunt his, qui in pur-
gatorio ſunt. Prima inquàm differentia eſt
bonorum & meliorum. Vnde cæteris pari-
D bus quanto iſta ſuffragia fiunt a meliori, tan
to vtiq; meliora ſunt: quia cæteris paribus
actus ille magis meritorius eſt, qui a maio-
ri charitate eſt elicitus vel imperatus: &
quanto perſona intercedens gratioſior eſt,
tanto preces eius intẽtius exaudiuntur. Se-
cunda eſt peccatorum & iuſtorum: hac dr̃ia
conſiderata tenẽdum eſt, ꝙ magis proficiũt
ſuffragia hoĩs iuſti, q̃ crimino ſi & peccato-
ris: quia eius opera mortua eſſe dicũtur: &
ꝑces amici exaudibiliores ſunt, q̃ inimici.
Vnde Gregor. ait: ſi is qui diſplicet ad inter-
cedẽdum mittitur, irati animus ad deterio- E
ra prouocatur. Tertia dr̃ia eſt peccatorum
occultorũ: vnde talis hominis ſuffragia &
cætera eius bona, nec ſunt vtilia ad gloriã
ſempiternam eo ꝙ mortua ſunt: tñ defun-
ctis dupliciter prodeſſe poſſunt, ſm Franci-
ſcum de Maronis. Primo, quia opera mor-
tua, ſm oẽs, proficiũt ad temporalia bona:
ſed talia bona ſunt, quæ acquiruntur per ta
lia ſuffragia ſupradicta, cum purgatorij pę-
na tẽporalis ſit. Secundo, quia opera mor-
tua ſatisfactoria ſunt, cum homo exiſtens
in mortali culpa poſſit ſatisfacere pro ſeip-
ſo: licet non ſint meritoria ad æternam vi-
tam, ſicut dicit Scotus in 4. di. 15. q. 1. Et de F
hoc ſatis dictum eſt ſup. ſerm. 60. arti. 1. c. 4.
per totum. Quarta differentia eſt peccato-
rum manifeſtorum, ſm enim Bonauen. in
4. diſt. 45. diſtinguendum eſt circa oĩa gene
ra prædicta ſuffragiorum, quia ſuffragia fa-
cta aut ſunt opera ſacramẽtalia, vt celebra-
tio miſſæ: & tunc quia opera Dei ſunt rõne
contenti proſunt, ſiue a bonis, ſiue a malis
fiunt. Aut ſunt alia opera, & hoc dupliciter,
aut. n. purè a malis ſicut aliquis malus orat,
ieiunat, vel aliter ſeſe affligit pro aliquo
alio: & tunc nõ credo, ꝙ valeant pro defun
ctis, aut fiunt a malis ad imperium alicuius
iuſti: vt ipſius defuncti, vel eius amici, de G
re quæ illius eſt in eleemoſyna, vel ad cõſor
tium alterius, vt qñ duo pſalterium legũt,
vnus exiſtens in charitate, alter non: vel in
alijs operibus, vt qñ datur eleemoſyna iu-
ſto, vt pro defuncto oret. Et tunc valent ra-
tione charitatis boni hominis coniuncti, li
cet altera pars ſit in crimine ẽt manifeſto.
Aliter ẽt dici poteſt ꝙ hæc ſuffragia, & ſimi
lia bona per miniſtrum malum & publicũ
peccatorẽ, pro cauſa deſunctionis triplici-
ter valere poſſunt. Primo ex virtute coniũ-
cta, ſecundo ex virtute eccleſiaſtica, tertio
ex virtute aliena. Primo. n. valere poſsũt ex
virtute coniũcta, licet. n. ſi fiant ex proprio
peccatorum motu talia bona non valeant, H
non ex conſequenti, & per accidens inquã
tum per eleemoſynam mali hoĩs ſerui Dei
excitati orant, pro defunctis valere poſsũt.
Secũdo ex virtute eccleſiaſtica; nam ſi talia
bona fiant per hominẽ malum, vt miniſtrũ
publicum Dei, vel totius eccleſiæ: vt ſacer-
dos, qui celebrat miſſam, vel exequias mor
tuorum in tẽplo Dei, & tunc quia ille intel
ligitur facere, cuius ſit vice, ſicut patet per
Dyoni. in 3. c. cęleſtis Hierarchiæ. Inde eſt
ꝙ talis ſacerdos hæreticus ſm formã eccle
ſiæ conſecrans ſm Aug. ſententiam conſe-
crat,

A erat, & hoc ſacramentum in fide totius eccleſiæ perficitur, & non in fide vnius ſingularis perſonæ, vt patet 23.q.4.c.quid faciet. Tertio valere poterit ex virtute aliena. Nã ſi fiunt per hoiem malum, vt miniſtrum priuatum, ſ.priuatæ pſonæ de mãdato illius, ſ. exiſtẽtis in charitate, ſiue ſit defunctus, ſiue viuus, tunc talia proſunt, quemadmodum ſeruus exiſtẽs in graui peccato, quodcunq; miſericordiæ opus facit ex præcepto magiſtri, vel dñi charitatẽ habentis, meritorium eſt, magis tñ prodeſſet, ſi miniſtri forent ẽt in charitate: quia tũc opera illa meliora eſſent ex vtraque parte. Cum hoc concordat Tho.& Pe.in 4.diſt.45. Quis ergo tam impius, tam inhumanus, atque crudelis erit, q̃ pro fidelibus defunctis, pro amicis & domeſticis, pro filiis & parentibus, pro fratribus & ſororibus, pro coniuge vel vxore, atque pro conſanguineis, & aliis quibuſlibet ſibi charis non communicabit, iuxta debitum ſeu poſſe, ſuffragia prædicta, cum 1. Thimo. 5. Apoſt.dicat: Si quis ſuorũ, & maximẽ domeſticorum, curam non egit, ſeu non habet: fidẽ negauit, & eſt infideli deterior. A qua infidelitate liberet nos Rex, & Dominus viuorum & mortuorum, Chriſtus Ieſus, qui cum Patre & Spiritu ſancto C viuit & regnat in ſæcula ſæculorum, Amẽ.

(B)

DOMINICA IN OCTAVA Reſurrectionis infra diem.

De gloria eorum, qui in charitate fideliter, & triumphaliter perſeuerant vſque in finem.

Sermo LXVI.

D ESto fidelis vſq; ad mortem, & dabo tibi coronam vitę. Apocal. 2. Præclara charitatis virtus, & perſeuerantiæ conſtantia triũphalis, fratres dilectiſſimi, audaciã pſtant, & affectionẽ cõcedunt: vt qui in hoc opere a charitate initium ſumpſerimus, & de charitatis dignitate ſermonẽ cõtinuamus, ẽt in charitatẽ conſummatam, pſeuerantẽ victoriã, tanq̃ in vltimum finẽ, ac beatitudinis fontẽ, ac portã ſalutis affectũ, calamũ, & conatũ totis viribus concludamus. Hoc.n. ſummus opifex rerũ in operibus ſuis ſeruauit. Nã ſicut ex charitate cuncta condidit, & charitate cuncta ligauit; ſic operatus eſt, vt ordine ſuæ diſpoſitionis ſeruato, ad vltimã charitatẽ rurſus vniuerſa finaliter peruenirent. Inde vtiq; fuit, q̃ cum hoiem ad participãda diuinæ charitatis gaudia, ſicut diximus, a principio charitas benígna creaſſet, & ille infęlix hõ ſeipſum charitatis iunctura ſoluiſſet, q̃a nõ ſuſtinuit eũ charitas, qui illũ creauerat deperire, ſed deſcendit de ſupernis ad ima, de deitate ad humanitatẽ, & de celſo cęlorũ habitaculo, ad vterũ virginalẽ, vt tãto iam arctius hoiem ad ſui dilectionẽ aſtringeret, quanto manifeſtius ad hoiem ſuã dilectionẽ mõſtraret, ſolaq; charitas hoiem pducit ad eũ, ſolaq; charitas Deũ inclinauit ad hoiem, & hoiem ſublimauit in Deũ, atq; beatũ facit in vita ſempiterna. Ad hoc imitandũ nos hortatur Apoſt.ad Epheſ.5. dicẽs: Eſtote imitatores Dei, ſicut filii chariſſimi, & ambulate in dilectione, ſicut & Chriſtus dilexit vos, & tradidit ſemetipſum p̃ vobis oblationẽ, & oſtiã in odorẽ ſuauitatis. In quibus verbis de diuina charitate tria oſtẽdit. Primo exẽplũ, ad qđ debemus inſpicere, ſecũdo iter, ad qđ debemus incedere, tertio modũ, cũ quo poſſemus in vltimũ gloriæ terminum puenire. Nã exẽplum inducit, iter deducit, & modus pducit. Primo.n. oſtẽdit dilectionis exẽplum, qđ debemus aſpicere: quia ad dilectionẽ inducit, & de hoc inquit, Eſtote imitatores Dei, & merito hoc dicit, q̃a De⁹ eſt exẽplar. Primũ & neceſſariũ oĩum bonorũ & maxime charitatis. Iõ merito imitãdus eſt. Et addit, ſicut filii chariſſimi, chari pfectò dicit, pp imaginẽ creationis, ſed dici chariſſimi, pp ſimilitudinẽ glorificationis, in qua erit charitas cõſũmata. Secũdo oſtẽdit dilectionis iter, per qđ debemus incedere, quia iter deducit. Et de hoc ſubdit, dicens, Et ambulate in dilectione. Hæc ambulatio fit paſſibus affectuũ, locutionum, & operationũ, quibus per viã dilectionis ad Deum ambulamus, de quibus ſupra in toto hoc opere diſſeruimus. Hæc eſt via, de qua Prouerb.4.ad aĩam, Dñs ait: Ducã te per ſemitas æquitatis, ſ.in principio, quas cum in greſſus fueris, non arctabuntur greſſus tui, ſed ſemper dilatabitur tibi dilectionis via, Tertio oſtẽdit dilectionis modum, cũ quo poſſemus in terminũ peruenire. Et hæc modus eſt triplex. Primus eſt modus amoroſus, ſecundus eſt modus laborioſus, tertius poteſt eſſe modus fructuoſus. Primus modus eſt amoroſus: vnde ait, Sicut & Chriſtus dilexit nos, qui non pro ſe, ſed pro nobis dilexit nos, Ioan.3. Sic Deus dilexit mũdum, vt filium ſuum vnigenitum daret. Secundus.

Charitate ligãtur cuncta. (margin)

E B F G H (margin)

Exẽplum ad qđ debemus aſpicere. (margin)

Dilectionis modus ẽ triplex. (margin)

A cundus eſt modus laborioſus. vnde ſubdit, Et tradidit ſemetipſum pro nobis. non aliū in oblationem, ſ. in exemplari vita, & oſtiā in morte amoroſa: vnde ad Gal. 1. Dedit ſemetipſum pro peccatis noſtris. Tertius modus eſt fructuoſus. Et de hoc addit, In odorē ſuauitatis. Tria enim redolere ſolet, ſ. attrita, vt ſpecies: combuſta, vt thus: & effuſa, vt vinum. Sic etiā Chriſtus primò attritus eſt propter ſcelera noſtra, Iſa. 53. Secūdò combuſtus eſt amoris igne: aliter enim agnus nō eſſet edibilis, Exo. 12. Tertiò ſanguinem ſuum pretioſiſſimū abundanter effudit in cruce: vnde Pſal. Sicut aqua effuſus
B ſum: etenim ſic Chriſtus in ſuā gloriam introiuit. vnde Luc. vlt. dr̄, Oportuit Chriſtū pati, & ſic intrare in gloriam ſuam. Ad hoc ſiquidem imitandum exhortatur nos Dn̄s in verbo propoſito, dicens: Eſto fidelis vſque ad mortem, vt ſupra. In quibus verbis triplex myſterium declaratur. Primum eſt probarionis, ibi, Eſto fidelis. ſecūdū eſt triūphationis, ibi, vſq; ad mortē. tertiū eſt coronationis, ibi, Et dabo tibi coronam vitæ.

ARTICVLVS PRIMVS

Quòd ad fidelitatem ſerui, tria requiruntur.

C

PRimum inquàm myſteriū eſt probationis. ideo Ioā. ait, Eſto fidelis: præcipit enim Dn̄s fidelitatē habere ſeruum ſuum, quia nihil pretioſius reputat ſeruitio ſuo, ideo inquit, Eſto fidelis. Tria ſiquidem præcipit animæ fideli in hoc verbo. Primò confidentiam, ſecundò patientiam, tertiò cōtinuationem, ſeu operationem continuam. Ex his tribus fidelitas vera comprobatur.

Quòd fidelitas ad Deum ex tribus originem habet. Cap. 1.

D

PRimò inquàm præcepit Dn̄s confidentiam: vnde Ioan. ait, Eſto fidelis. Hæc fidelis confidentia ex tribus cōſiderationibus originē habet. Primò ex conſummatione largæ libertatis, ſecundò ex cōſideratione ſummæ veritatis, tertiò ex conſideratione ineffabilis pietatis. Primò inquàm originem habet ex conſummatione largæ libertatis, eo ꝙ gratis offert Dn̄s gloriam ſuam, Matth. 6. Quærite ergo primum, i. præcipuè regnum Dei. Et meritò quidem ad hoc inuitat, atq; monere nos debet Ipſius regni æternitas: E
vnde Pſal. Regnum tuum, regnū oīum ſeculorum, ſpecioſitas. Sap. 5. Accipiet regnū decoris, trãquillitas. Matth. 13. Colligent de regno eius omnia ſcandala. Secundò ex cōſideratione ſummæ veritatis, quę piè cōfortat nos. Lucę 12. Nolite timere puſillus grex: quia complacuit patri veſtro dare vobis regnum, ſ. ſempiternum. q. d. ſm Gl. Regnum cœlorum quærite, & de regno non diffidatis: quia pater opulēta bonitate dabit vobis: non veſtris meritis, ſed quia complacuit patri veſtro donare vobis regnum. Tertiò ex conſideratione ineffabilis pietatis, ſicut Apoc. 5. Ioan. ait, Dignus es Dn̄e Deus F
noſter accipere librū, & aperire ſignacula eius: quoniam occiſus es, & redemiſti nos Deus in ſanguine tuo, ex omni tribu & lingua, & populo, & natione: & feciſti nos Deo noſtro regnum & ſacerdotes, & regnabimus ſuper terram, ſ. viuentium. Et iterum Ioan. 3. dicitur, Sic Deus dilexit mundum, vt filium ſuum vnigenitum daret, ſcilicet in mortem pro redemptione noſtra.

Confidētia præcipitur à Domino.

Quòd ad acquirendum regnum cælorum patientia propter tria neceſſaria eſt. Cap. 2.

G

SEcundò præcepit patiētiam, ex qua cōfidentia manifeſta ſit. Ideo ad Hebr. 10. dicitur: Patiētia enim vobis neceſſaria eſt, ſ. ad acquirēdum regnum cęlorum. Lucæ quoq; 21. Dn̄s ait: In patiētia veſtra poſſidebitis aĩas veſtras. Et de hoc triplex ratio dari pōt. Prima rō eſt, quia non recipit, niſi amicū: ſecūda, qa nō recipit, niſi cōdignū: tertia, qa nō recipit niſi probatū. Prima inq̄ rō eſt, qa Deus in regno cęlorū non recipit niſi amicū. Non aūt aliqs eſt amicus, niſi in tribulatione cōprobetur, & hoc ſi adſit tp̄s, in quo homo ꝓbari poſſet. Iō Iac. 1. dr̄: Beatus vir, qui ſuſtinet tētatione: qm̄ cū ꝓbatus H
fuerit, recipiet coronā vitæ, quā repromiſit Deus diligētibus ſe. Secūda rō eſt, qa Deus nullū recipit ibi, niſi cōdignū, ſ. cęleſti gloria & corona: ſed nemo eſt ad coronā idoneus, niſi in tribulatione ſtabilis pſeuerauerit, iuxta illud Apoſtoli 2. ad Tim. 2. Non coronabitur, niſi qui legitimè certauerit. Legitimè quidē certat, qui in tribulatione pſeuerat & triumphat: ergo ſine tribulatione triumphare non pōt, ſed nec tribulationē hēre valet, ſine cōtrarietate & aduerſitate: ergo ad acquirendum gloriæ ſempiternę coronam tribulatio, & aduerſitas, ac contrarietas

Patientia neceſſaria.

Secunda ratio.

A trarietas neceſſariæ ſunt. Tertia ratio eſt, quia non recipit niſi probatum, ideſt niſi tranſeat per flammeum gladium, atque verſatilem, qui Gen. 3. poſitus eſt ad cuſtodiam ligni vitæ. Sed hoc nullus facere poteſt, niſi qui patientiam habet in ſua tribulatione. Gladius quippe flammeus, atque verſatilis, tribulatio eſt, affligens, & crucians animam & corpus, ideo Act. 14. dicitur, Per multas tribulationes oportet nos intrare in regnũ Dei. Exemplum patet in tritico, quod in terram proijcitur, & ſepelitur; quòd moritur in hyeme, congelatur grandine, & pluuia

B maceratur, hominibus, & beſtijs conculcandum exponitur, & depaſcendum in æſtate calore ſiccatur, verberatur flagellis, & de palea excutitur, & conteritur inter molas, & poſt alias eius vexationes in clibano decoquitur. Et in his omnibus virtutem ſuam ſemper retinet, & vigorem: ideo in fine in cibum ante regem honorificè portatur. Sic etiam vir patiens in tribulationibus perſeuerans, præſentabitur coram æterno Rege Deo, ſcilicet glorioſo.

Tertia.

Quòd tria genera exemplorum, nos ad continuationem bonorum inducunt. Cap. 3.

C

TErtio præcepit continuationem, quã patientia parit. Ad hanc autem nos tria genera exemplorum inducunt. Primo exempla ſcripturæ, ſecundo exempla naturę, tertio exempla artis ſeu facturę. Primo quidem ad continuationẽ inducunt nos exempla ſcripturæ. Vnde Iob 27. Donec deficiam, non recedam ab innocentia mea; & iuſtificationem meam, quam cœpi tenere, non deſeram: & Actu 20. Paulus de ſe ait: Non facio animam meam pretioſiorem quàm me: dummodo conſumem curſum meũ, & miniſterium verbi mei, quod accepi a Domino Ieſu. In collationibus quoque patrum, lib. 12. quidam de Sanctis ait. Non debet eſſe mens iuſti, vt cera mollis, quamlibet recipiens impræſſionem de facili: ſed vt adamas in perpetuum, retinẽs primam impreſſionem. Secundo quidam ad hoc monere nos dicunt exempla naturæ, & maxime exemplum Dei, apud quem non eſt tranſmutatio, neq; viciſſitudinis obumbratio, vt dr̃ Iacobi 1. Boetius quoque ait.

Tria exẽplorũ gña monent nos ad perſeuerantiam in bono.

D

Immobiliſq; manens dat cuncta moueri.

Omnes quoque Beati ſpiritus, & omnes Sãcti continuant officia ſua, atque inceſſanter laudant creatorem ſuum. Proinde Apoc. 4. Quatuor animalia requiem non habebant. E ideſt non ceſſabant, ſed continuabant laudando continue, dicentes: Sanctus, ſanctus, ſanctus Dominus Deus omnipotens: nomen enim Dei ab eis ſanctificatur, cum in perſonarum Trinitate vnus Deus colitur, & amatur. Deitatis quoque internus amor, clamor Deo gratiſſimus eſt: vnde Exod. 14. ad Moyſen, cum idem locutus non legitur, Dominus ait, quid clamas ad me? Ter enim Sanctus clamant: quia Trinitatem in perſonis in vnitate naturæ continuè ardenter amant: atq; ſm̃ tria attributa tribus perſonis, ſcilicet potentiam, quæ primi; ſapientiam q̃ F filio; & clementiam, quæ Spiritui ſancto attribuuntur, dicũt Sanctus, Sanctus, Sãctus. Et addunt, Domine Deus omnipotens: vere enim Deus eſt, quia omnia nouit: omnipotẽs, ſcilicet, cui nihil impoſſibile, qui per omnipotentiam ſuam cuncta creauit ex nihilo, per ſapientiam ſuam omnia reconciliauit, & per bonitatem ſuam omnium electorum ſuorum gloriam confirmabit: hæc omnia quotidie Deo attribuuntur ab omnibus Beatis. Nam cœleſtia corpora, ex quo a Deo creata ſunt, cõtinuè peragunt curſus ſuos, ſicut patet in Sole, Luna, & Stellis. Vñ Iudic. 5. Stellæ manentes in curſu, & in ordine ſuo: nam inſuper aquarum, & fontiũ, G & fluminũ hoc ſeruant, quæ continuè fluũt vſque ad terminum ſuum, niſi violentum habeant impedimentum: vnde Eccl. 1. c. ait, Oia flumina intrabunt mare. Natura quoq; arborum, & plantarum ſemper continuãt, quouſq; deueniant ad debitũ fructuum cõplementum: vnde 2. Pet. 3. dr̃, Oia perſeuerant ab initio creaturæ, & Eccl. 3. Opera, q̃ facit Deus, perſeuerant: vñ Proph. ait, Ordinatione tua pſeuerat dies. Tertio ad hoc monere nos debẽt exẽpla artis ſeu facturę: artifices quippe magna ſollicitudine inuigilãt, H quouſq; perficiant opera ſua: ſemperq; cõtinuãt vſq; ad operis cõplementũ, ſicut Gen. 2. cõtigit in ſummo opifice mundi, qui non legitur quieuiſſe, quouſq; die 7. opus ſuum compleuit, creando, diſtinguendo, & ordinãdo. Omnis enim artifex ad hoc ſtudet, & laboret, vt continuando perficiat opus ſuũ. Sed cum nobiliſſimum opus ſit bene viuere, atq; ſumma remuneratione cõdignum; ad complementi eius continuationem ſummè laborare debemus. Ait enim Ioan. eſto fidelis, ſcilicet habendo confidentiam, ſeruando patientiam, ſectando continuationem aſſiduam: quia in his tribus vera fidelitas conſeruatur, & comprobatur.

A ## Articvlvs Secvndvs.

Quòd tria ſunt, quæ triumphare faciunt hominem vſque ad mortem.

SEcundum myſterium eſt triumphatio:
vnde ſubdit Ioan. vſque ad mortem, id
eſt, vſque ad vltimum vitæ tuæ: vel vſq;
De triumpho ſpũali hoīs.
ad ſufferentiam martyrij interfectiui corpo
ris tui: facilius enim tribulationes cæteras
vincit, qui propter Chriſtum ipſi morti nõ
cedit: profectò non minus debetur Deo q̃
alicui Domino temporali. Sunt plerique,
B qui temporalem Dominum ita diligunt, vt
pro eo ſe morti exponant, & ſatis iniuſte:
cum talis in ſeruitio eius plus impendat, q̃
ille reſtituere valeat: tale igitur obſequium
ſoli Deo debetur, qui ſolus reſtituere ſuffi-
cit omne damnum etiam vitæ. Ideo Apo-
ſtolus ad Hebr. 12. ad quoſdam ait: nondum
vſque ad ſanguinẽ reſtituiſtis aduerſus pec
catum repugnantes: talis vtique debet eſſe
zelus ſerui Chriſti contra peccatum, & mi-
niſtros eius, vt malit innocens ſanguinem
ſuum fundere, quàm falſum fœdus in con-
tumeliam Chriſti cum inimicis eius compo
nere; & tunc quidem perfectè triumphum
C acquirit, cum pro Chriſto vſq; ad mortem
Tria perducũt nos ad ſpũalẽ triũphũ.
ſanguinem ſuum fudit. Tria ſunt, quæ ad
hunc triumphum perducunt. Primum eſt
ſtabilitas, ſecundum eſt perſeuerantia, ter-
tium eſt victoria.

De ſtabilitate, & ꝙ tria maximę ad eam proficere poſſunt. Cap. 1.

PRimum, quod ad hũc triumphum
perducit, eſt ſtabilitas: de qua ad
præſens tria cõſideremus. Primo
eius propoſitum, ſecũdo eius ex-
perimentum, tertio eius adiuuamentũ. Pri-
D mo inquam conſideremus ſtabilitatis pro-
poſitum firmum, quod plurimum valet ad
firmam ſtabilitatem, & de hoc in perſona vi
ri iuſti Propheta inquit, pſal. 29. Ego dixi in
abũdantia mea, ſ. bonorum operum, & vir-
tutum: non mouebor in ęternum. i. firmiter
propoſui perſiſtere in bona vita: cõtra quoſ
dam, qui ad quamlibet tentationem ſtatim
mouentur, de quibus Iſa. 1. ait, Erit fortitu-
do, veſtra vt fauilla ſtupę. Et Nau 3. Omnes
munitiones tuæ ſicut ficus cum groſſis ſuis,
qui cũ concuſſę fuerint, cadunt in os come
dentis. Sed vir iuſtus ait: non mouebor in
æternum, iuxta illud Prouer. 4. Iuſtus in æ-
ternum non commouebitur: ſed ne talis ſer
mo præſumptioni, & iactantiæ aſcribi poſ- E
ſet, ſubdit dicens: Dñe, in voluntate tua prę
ſtitiſti decori meo virtutẽ. q. d. hoc nõ habeo
a meipſo, ſed tu Domine præſtitiſti virtutẽ
ſtabilitatis, & ſtabilitatem decori meo, ideſt
honeſtæ conuerſationi meæ: præſtitiſti in-
quam non ex meritis meis, ſed in volunta-
Stabilitatis experimentum.
te tua, ideſt ſm beneplacitum tuum. Secun
do conſideremus ſtabilitatis experimentũ:
& de hoc ẽt propheta in perſona iuſti ait,
In petra exaltauit me. ſ. ipſe Deus: Et alibi
pſal. 39. Statuit ſupra petram pedes meos. i.
ſupra firmum propoſitum bene viuendi: pe
des meos. i. omnes affectiones meas. ſ. ſpẽ, F
timorem, gaudium, & dolorẽ: vnde Matt. 7.
ſcriptum eſt, ꝙ flumina, & venti non potue
runt euertere domum, quia fundata erat ſu
pra firmam petram. i. ſupra firmum propo-
ſitum ſtabilitatis. Iudicum quoq; 20. myſti-
cè dr̃, ꝙ filij Beniamin ſederunt in petra Rẽ
mon. Remmon interpretatur ſublimis: vel
exaltatio, & ſignat firmi propoſiti in altis
virtutibus, & ſtabilitatẽ, in qua ſedere de-
bẽt filij Beniamin. i. illi, qui ſunt filij dexte
ræ: hoc eſt, qui volunt habere dexteræ hære
ditatem, & benedictionem, de qua dextera
dicitur Prouer. 3. Longitudo dierũ in dexte
ra eius. Tertio cõſideremus ſtabilitatis ad- G
iuuamentum, ſeu potius firmamẽtum: vn-
de in perſona hmõi iuſti, Proph. ait, pſ. 12.
Qui tribulant me, exultabunt ſi motus fue-
ro: dæmones vero tribulant iuſtos: vnde ait
Greg. Quotidie nos inimicus impugnat, vt
ſaltem tædio deijciat; & hi exultant, quãdo
ille a ſancto propoſito mouetur. Sicut enim
gaudium eſt in cœlo ſuper vno peccatore
pęnitentiam agente, Matth. 15. ita gaudent
dęmones in inferno ſuper vno iuſto in mor
tali culpa ruente, iuxta illud poeticum.
Nunquam riſus adeſt, niſi quem fecere do-
lores: vnde Prouerb. 2. Lætantur, cum ma-
lefecerint, & exultant in rebus peſſimis. H
Proinde 2. Regum 1. Dauid in myſterio ait,
Nolite denuntiare in Geth: ne fortè exultẽt
filij Philiſtijm. i. dæmones: quia non ſolum
dæmon ille, qui ſuggerit culpam, gaudet ſi
iuſtus cadit: ſed etiam omnes dæmones de
hoc exultant: vnde Eccleſ. 18. Si præſtas ani
mę tuæ concupiſcẽtias eius, faciet te in gau
dium inimicis tuis, ſcilicet dæmonibus, vel
mũdo, carni, & dæmoni. Si motus fuero. ſ. a
firmo propoſito iam concepto, vnde Eccle.
10. iuſtum admonet, d. Si ſpiritus poteſtatẽ
habentis aſenderit ſuper te. i. ſuperbia dia-
boli per aliquam culpam præualuerit con-
tra te: locum tuum. i. firmitatem boni pro-
poſiti

A poſiti ne dimittas:illi inquam exultabunt,ſi motus fuero:ſed ego ſperabo in te, ꝙ non mouebor:vnde ſubdit,ego autem in miſericordia tua ſperaui:ait autem,ego autem diſcretiuè.q.d.non impij,& meritò quidem: quia,vt dicit Greg.Iniqui omnes qui diſtrictionem iuſtitiæ non metuunt: incaſſum ſibi de miſericordia blandiuntur: in miſericordia tua non in potentia mea, quia nulla eſt contra diaboli poteſtatem:vnde Iob 41. Non eſt poteſtas ſuper terram,quæ comparetur ei:ſperaui,ſcilicet,& ſperabo.

B *De perſeuerantia, & quomodo ad glorioſum triumphum perducit.*

Cap. 2.

SEcundum, quod ad prædictum triumphum perducit, perſeuerantia eſt. Et de illa etiam tria conſideremus.Primo eius deſcriptionem,ſecundo eius figurationem, tertio eius commendationem, & exhortationem. Primo inquam conſideremus perſeuerantiæ C deſcriptionem: vnde deuotus *Bernar.* Bernard.in quadam epiſtola ſic eam deſcribit, dicens:Abſq; perſeuerantia,nec qui pugnat victoriam, nec palmam victor conſequitur. Victrix eſt ad meritum, mediatrix ad præmium,ſoror patientiæ,conſtantiæ filia,amica pacis,amicitiarum nodus, vnanimitatis vinculum, ſanctitatis propugnaculum:tolle perſeuerantiam, nec obſequium mercedē habet,nec laudem fortitudo; ſola eſt,cui æternitas conceditur,vel potius quę æternitati hoiem reddit, dicente Domino Matt.10. Qui perſeuerauerit vſq; in finem, hic ſalus erit. Et idē in alia epiſtola ait.Per- D ſeuerantia eſt vnica filia ſummi regis, finis virtutum, earumq; cōſummatio:totiuſque boni repoſitorium, ſine qua nemo videbit *Tullius.* Deum.Tullius quoque in 1.Rethor. ſic eam deſcribit, dicēs:Perſeuerantia eſt in ratione bene conſiderata, ſtabilis, & perpetua permanſio. Secundo conſideremus perſeuerantiæ figurationem.Primo enim figuratur per caudā, Leuit.3.de qua Dominus ait per Moyſen,ꝙ offerent filij Aaron adipem, & caudam totā. Secundo figuratur per fimbriam,& per omnia, per quę veſtis virtutū terminari poteſt, Num.15.vbi dicitur,ꝙ ait Dominus ad Moyſen. Loquere filijs Iſrael, & dices ad eos: vt faciant ſibi fimbrias per angulos palliorum, ponentes eas in vittas hyacinthinas, quos cum viderint,recordētur omnium mādatorum Domini,&c. quæ

E ponuntur ibidem. Tertio figuratur per pallium laudis,quod eſt conſummatio aliarum veſtium, Iſa.vlt.vbi Propheta ait,ꝙ Dominus miſit eum, vt daret pallium laudis pro ſpiritu męroris. Quarto figuratur per veſtē talarem,qua induta erat Thamar, ideſt anima pęnitentis: huiuſmodi enim filię Regis Virgines veſtibus vtebantur, vt dicitur. 2. Reg.13.quia omnes animę ſaluandorū perſeuerātia exornantur.Quinto figuratur per cubitum feneſtrę arcę.Gen.6. pręcepit Dominus Noe, dicēs:Feneſtram in arca facies, & in cubito cōſummabis ſummitatem eius. Sexto figuratur per veſtem poderis,qua nouus homo veſtitus erat, Apoc.1.vbi dicit. F Vidi ſeptem candelabra aurea, & in medio ſeptem candelabrorum aureorum ſimilem filio hominis veſtitum podere, ideſt perſeuerantię fine. Dicitur enim hic podos poderis,a pos,quod eſt pes,quaſi pedibus hęrens;& eſt veſtis ſacerdotalis linea, corpori penitus aſtricta,vſque ad pedes deſcēdens, & dicitur etiam camiſia, vel ſubucula, ſm Catholicon,& per eam meritò perſeuerantia notatur. Septimo figuratur per Thau, Exech.9. vbi dicitur in myſterio ipſi Chriſto, tranſi per mediam ciuitatem in medio G Hieruſalem,& ſigna Thau ſuper frontes virorum gementium, & dolentium. Tertio conſideremus perſeuerantię commendationem,& exhortationem. Eſt enim perſeuerantia vnica filia ſummi Regis, cui ſoli ſuccedit hęreditas Regis cęleſtis. Ipſa quippe eſt vigor virium mentis, & conſeruatio cęterarum virtutum. Et de hac pſal.ait: Omnis conſummationis vidi finē,ſcilicet perſeuerantiam:latum mandatum tuum nimis: quia mandat Deus in bonis perſeuerare vſque in finem. Quæritur,an perſeuerantia ſit in pręcepto?Dicēdum eſt, quòd duplex eſt perſeuerantia:vna eſt boni operis continua- H tio,& hęc non eſt in precepto. Alia eſt perſeuerantia voluntatis in propoſito bene agendi: & hęc in pręcepto. Et hoc modo ſic intelligi debet verbum Grego.lib.1. Moralium, vbi inquit: Incaſſum bonum agitur, ſi ante vitę terminum deſeratur: quia fruſtra velociter currit, qui priuſquā ad metas venerit,deficit.Proinde.1.Corinth.9.Apoſtolus admonet, dicens:ſic currite, vt comprehendatis:vnde Bernar.in quodā ſermo- *Bernar.* ne:Bonam uitam ego puto bona facere, & mala pati; & ſic perſeuerare uſque ad mortem.Auguſtinus etiam ait,quòd perſeuerā- *Auguſt.* tiam multi poſſunt habere, & nullus amittere.Vnde ait Iſido. Nō quales extiterimus, *Iſidorus.*

De perſeuerantia. vide Do. Bon. li 3. diſt 36.q. 1. & diſt. 29 2. q.1.art.3. S. Thom 2.2.q 118 & 3.de men dicitate ſpirituali.

A Diligite inimicos veſtros, benefacite his q̃ oderunt vos &c. Et hæc eſt cõſummata virtus,quæ in finem intelligi poteſt:finis enim conſummationem indicat, ſm Apoſto.qui ad Rom.10.ait, finis legis eſt Chriſtus ad iuſtitiam omni credenti, & talis finis vſq; ad mortẽ ſeruandus eſt, vt merito victoria acquirat. Tertio victoria ſpũalis requirit perſeuerantem in prædictis triumphare.Pugnę, quæ habetur contra vitia,& peccata;robur gratiæ meritò correſpondet: quo fit homo oĩbus vitiorum tentationibus robuſtus, & fortis: vnde Ioan.ait, dabo illi poteſtatem ſuper gentes: ſicut enim populus Iſraeliticus myſticè virtutes,& gratias;ſic gentes ſignificant multitudinem vitiorum,& aduerſariorum noſtrorum, quos per perſeuerantem gratiã roboratus, inflexibili iuſtitia ſic comprimit:vnde ſine difficultate omnes dęmonum mundi,atque cunctorum vitiorum concurſus faciliter repellere poſſint. Reget inquit,omnes virga ferrea:inflexibilis fortitudinis quantum ad iuſtam voluntatem; cum enim voluntas fuerit recta,& poteſtas per gratiam perſeuerantem perfecta: non erit alicuius momenti reſiſtentia vitiorum, & aduerſariorum noſtrorũ. Et ideo ſubdit,

Victoria Spũalis.

B

C & tanquam vas figuli confringentur. Vas enim figuli vile eſt,& citò frangitur, & fractura eius irrecuperabilis eſt,& inutilis.Sic qui vitiorum bello bene per perſeuerantiã exercitatus eſt, hoc tale munus gratiæ Dei conſequitur:vt vitia ei vilia videantur, faciliter cadant,& nunquam amplius reconualeſcant. Hanc gratiam Chriſtus cum cæteris alijs,in quo eſt virtus,& gratiæ plenitudo,a patre accepit,ſicut inquit, ego a patre meo accepi. Chriſtus enim ſecundum humanitatem,gratiã a patre accepit:nõ eam, qua motus carnis inſurgentes in ſe comprimeret,cum nullam contradictionem,vel re-

D bellionem carnis ſuæ haberet, ſed pleniorem gratiam a patre accepit,qua in ſe omnino innocens ſine omni contradictione, & liber peccati forinſecus ſuggeſtiones facillime conculcaret, ſicut Matth.4.in tentationibus eius apparet. Accepit inquam hanc gratiam non tantũ pro perſona ſua: verum omnibus fide,& dilectione ei adhærẽtibus, in qua eos victores, & triumphatores vitiorum facit,qui carnis rebellione plus minuſve concutiuntur:vnde Apoſt.ad Hæbr.2.In eo enim, quòd paſſus eſt, & tentatus, poteſt eis qui tentantur auxiliari:ſcilicet vt hanc victoriam conſequantur.

ARTICVLVS TERTIVS E

De corona gloriæ cum duodecim lapidibus exornata, qua coronantur perſeuerantes in charitate.

TErtium myſterium eſt coronationis, quia coronam gloriæ promittit Dominus Victori; & perſeueranti in charitate:vnde Ioan.ait, & dabo tibi coronam vitæ. Vita profectò delectationem habet:corona vero propter circulũ,qua perficitur,& finem non habet,gloriam æternitatis deſignat. Corona ergo vitæ æternæ,delectatio ſeu lætitia eſt: quæ non immerito F illis datur,qui vſque ad mortem in vera iuſtitia charitatis fideliter pſeuerãt. Nã, teſte Apoſto.2.Timo.3. Non coronabitur, niſi qui legitimè certauerit. De quolibet etiam iuſto ſic perſeuerante, vſque in finem propheta 30.Pſalm.inquit,Poſuiſti Domine in capite eius coronam de lapide pretioſo, q̃ ſcilicet thopatius nominatur,ſecundum.n. glo.Apoc.vlt.Topatius, quo rarior eo pretioſior eſt,& duo colores habet,ex auro,& atherea claritate,maxime lucens,cũ ſplendore Solis tangitur: ſuperat enim omnem gemmarum claritatem,in aſpectum ſuum G ſingulariter prouocans aſpicientes, ſecundum Catholicõ dicitur lapis iſte thopatius, vel thopation,& componitur,a tô, & protos,quod eſt totum,& patios, vel pathos, quod eſt color.Inde dicitur thopatius,quia de colore omnium lapidũ in ſe habet. Vel ſecundum Greg.dicitur a pan, quod eſt omne, pro eo quòd omni colore reſplendet, & meritò ſignificat totam gloriam Beatorum. De hoc lapide: ait Propheta dicens. Poſuiſti in capite eius coronam de lapide pretioſo,ideſt coronam gloriæ omnem decorem in ſe habentem. Et ſic compræhendit omnem gloriam paradiſi, & cuiuslibet Beati. Quod poteſt eſſe thema, cum loquimur de gloria, cuiuslibet gloriæ ſit. Porrò H omnis gloria Beatorũ in duodenaria perfectione compræhenditur, & poſſunt dici duodecim lapides pretioſi ad formandam coronam conſummatæ gloriæ pro quocunque Beato: quos lapides in triplicem quaternarium diſtinguamus.Quorum quatuor pertinent ad gloriam corporum, & quatuor ad gloriam animarum, & quatuor ad gloriam vtrorumque. Primi quatuor, qui pertinent ad gloriam animarum, hi ſunt. Primus dicitur claritas, ſecũdus ſecuritas, tertius ſuauitas, quartus tranquillitas. Se-

A cundi quatuor, qui pertinent ad corpus glo
rificatum; ſunt hi. Primus dicitur luciditas,
ſecundus impaſſibilitas, tertius ſubtilitas,
quartus dicitur agilitas. Tertij vero qua-
tuor, qui ad animã, & ad corpus ſimul per-
tinent, ſunt hi. Primus dicitur nouitas, ſecũ
dus ſocietas, tertius iucunditas, quartus bo
nitas. Ex his duodecim lapidibus conſiſtit
corona gloriæ, & vitæ æternæ, & tota glo-
ria omnium beatorum: vnde pſalm. Gloria
hæc eſt omnibus ſanctis eius. Et poteſt eſſe
thema in feſto omnium Sanctorum. Hanc
coronam promittit Dominus in charitate
B perſeueranti, dicens: Et dabo tibi coronam
vitæ, quod eſt aliud thema. Aliter introdu-
citur pro duodecim fructibus ligni vitæ, ar
ticulus præſens: vel aliter dicere poſſumus,
videlicet ꝙ charitas perſeuerãs eſt lignum
vitæ. De quo Prouer. 2. Lignum vitæ eſt his,
qui appræhenderint eam, & qui tenuerit
eam, Beatus ſcilicet erit: quod etiam in præ
ſenti articulo fit aliud thema: ideo Apoc.
vlt. Ioan. myſticè ait. Oſtendit mihi, ſcilicet
Angelus, qui mecum loquebatur: fluuium
aquæ viuæ ſplendidum, tanquam chriſtal-
lum, procedentem de ſede Dei, & Agni in
medio plateæ eius, & ex vtraque parte flu-
C minis lignum vitæ, afferens fructus duode-
cim, per ſingulos menſes reddens fructum
ſuum. Per hunc enim fluuium admirandũ,
atque currentem per medium ciuitatis bea-
tæ Hieruſalem, ſignificatur affluentia glo-
riæ a Deo emanantis in omnes Beatos. Nã
ipſe fluuius procedens a ſede, ideſt a maie-
ſtate Dei patris, & Agni, ideſt Chriſti, eſt ip
ſe Spiritus ſanctus, & tota ſubſtantia cha-
ritatis: hoc eſt gratiæ, & gloriæ, per quam,
& in qua tota ſubſtantia ſummæ Trinitatis
deriuatur, ſiue communicatur omnibus exi
ſtētibus in gratia, & gloria paradiſi, quæ in-
D ſuper ab agno, ſm ꝙ homo meritoriè, &
diſpẽſatiuè procedit, & de hoc fluuio Pro-
pheta inquit. Fluminis impetus lætificat ci-
uitatem Dei. i. eccleſiam militãtem per gra-
tiam, & triumphantem per gloriam: vocat
autem illum fluuium propter continuitatẽ,
& copioſitatem aquæ, quæ reficit, flãgrat, &
lauat. Et addit, viuæ: quia ſm Ricar. nunquã
deficit, ſed ſemper fluit. Alius tex. habet vi-
tæ, quia veræ vitæ æternæ: hic eſt fluuius ri-
gans montes de ſuperioribus ſuis, ſm Pro-
phetam, etiam illum ſplendidum tanquam
chriſtallum, quia in eo eſt lux oĩs, & ſumma
ſapientia, & ſumma ſoliditas, & perſpicaci
tas, quaſi ſolidi chriſtalli, & traſparẽtis. Ad-
dit quoque, in medio plateæ eius. i. in inti-
mis cordiũ, & in plateali latitudine, & mul E
titudine Beato. & ex vtraq; parte fluminis
lignũ vitæ. Ricar. quoq; conſtruit hoc cum
immediate pmiſſo, dicẽs, ꝙ hoc lignum eſt
in medio plateę, & quidẽ tam fluuius q̃ li-
gnũ vitæ. i. Chriſtus, eſt in medio ciuitatis
eius. Iuxta, quod Gen. 2. myſticè dr̃, Lignum
vitæ erat in medio paradiſi. Ait. n. ex vtraq;
parte fluminis, ſ. hinc inde lignum vitæ. i.
Xp̃s, qui ſm diuinitatem vbiq; eſt: vel vna ri
pa fluminis, quaſi ſiniſtra ſtatus meriti Xp̃i
eſt. Dextera vero pars eius ſtatus, eius præ-
mij dici põt. vtrobiq; aũt occurrit Chriſtus, F
reficiens nos. ſ. aut in præſenti 12. fructibus
ſpũs, de quibus ad Gal. 5. dr̃. Aut in futuro
per 12. gaudia, ſeu ẽt fructus gloriæ ſempi-
ternæ, quos ſup. nominauimus lapides co-
ronæ Beato. De quib. in hoc art. dicturi ſu-
mus. Et additur, per menſes ſingulos red-
dens fructũ ſuum. Menſis, ſm Hebr. incipit
a 1. Luna, pp quod nouitatẽ deſignant: per
ſingulos continuatio ſignificatur, & per mẽ
ſes ſingulos horũ 12. fructuum æternitatis
intelligi dẽt, quia ſp in ſua nouitate manet,
& duratione. Et hoc mõ Iſa. dr̃, vlt. Erit mẽ
ſis ex menſe, & Sabbatũ ex Sabbato. Porò
hæc perſeuerans, & interminabilis gloria G
perſeueranti charitati in pręmium cõpenſa
tur. Et hoc eſt, ꝙ Salo. ait in ꝓpoſito verbo,
Lignũ vitæ, ſ. Xp̃s eſt, & charitas eius his, q
appręhẽderint eã. Quia per eam dantur 12.
fructus ſpũs in præſenti vita, ſicut pdictum
eſt. Et qui tenuerit eam, ſ. perſeuerãter vſq;
in finẽ: Beatus. ſ. erit, videlicet p 12. lapides
coronæ gloriæ. Vel dicantur 12. fructus, &
gaudia Beatorũ, quib. paſcentur, & delecta-
buntur Beati de ligno vitę, qui eſt Chriſtus.

Duodecĩ gaudia in patria, quamuis vnicũ ſit gaudium eſſentiale

De primis quatuor lapidibus pretioſis per tinentibus ad gloriam animarum ſanctarum. Cap. 1.

H PRimus lapis eſt claritas. Nã in aĩa
pp fidei meritum intellectus perfi
cietur, & glorificabitur in cogni-
tione ſummę veritatis. vñ Iſa. 23.
de animabus ſanctis ait, Regẽ in decore ſuo
videbunt. Et iterũ 35. ait idem. Ipſi videbũt
decorem Dñi, & 1. Cor. 13. dr̃, nunc cogno
ſco ex parte: tunc aũt cognoſcã, ſicut & co-
gnitus ſum. Tãta eſt. n. efficacia viſionis di-
uinę, ꝙ tota ſubalis gloria Beat. in Dei viſio
ne inſinuatur: vñ ſuper illud pſal. Oſtẽdam
illi ſalutare meũ, gl. ait, ꝙ viſio eſt tota mer-
ces Beato. Nam ſm Bona. in 4. hi tres actus,
. ſ. videre, amare, & tenere in gloria beato-
rũ. oĩno iuncti ſunt: ideo qui Deũ perfectè
vider,

Charitas: eſtuna ex dotibus glorificati corporis.

A videt, perfectè illũ amat, & tenet: ideo in Sanctorum verbis propter connexionẽ, ꝙ eſt omnium, attribuitur vni: magis quoq; viſioni appropriatur eo ꝙ in viſione diſtin guitur ſtatus patriæ a ſtatu viç. Non ſic autẽ in dilectione: quia vtrobiq; dilectio eſt; ſed in patria eſt clara Dei viſio, non in via: quia via eſt credulitas de non viſo. Hæc ille. Et ideo Ioan. 17. Dominus ait, Hæc eſt vita æterna, vt cognoſcant te ſolum Deum verum. De gaudio autem viſionis præfatæ, Iob 33. ait, Videbis faciem eius in iubilo. Vnde Propheta ait, Lætificabis eum in gaudio cum vultu tuo. Multis verò modis dili-
B gentiſſimè ſpeculantes in regno cælorum a Beatis videbitur Deus. Primò in ſe, ſecũdò in nobis, tertiò videbimus nos ĩ Deo, quartò videbimus Deum in omnibus creaturis, quintò omnes creaturas in Deo, vt dicitur 1. Cor. 15. Erit Deus omnia in omnibus: & hæc oĩa reducuntur ad triplicem viſionem. Prima dicitur meridiana, ſecũda matutina, tertia veſpertina. Prima verò vocatur meridiana, quę eſt cognoſcere Deum in ſua eſſentia: & de hac, 1. Io. 10. dicitur: Scimus quoniã cum apparuerit, ſimiles ei erimus, quoniam videbimus eum, ſicuti eſt. Secunda dicitur matutina, quę eſt cognoſcere omnes creaturas totius mundi in diuino ver-
C bo. Et de hac Propheta ait, Et in lumine tuo videbimus lumen. Tertia verò, quæ veſpertina dicitur, eſt in proprio ſuo genere cognoſcere creaturas in ſeipſis. In oibus igitur ſupradictis videndi modis illuminabitur intellectus, & verificabitur tunc illud Iſa. 6. quo dicitur: Tunc videbis, & afflues, & mirabitur, & dilatabitur cor tuum.

Securitas attinet ad Beatum. SEcundus lapis eſt ſecuritas, quã ex merito ſpei memoria conſequitur; quia Deum, quem anima cognouit, ſummũ bonum poſſidebit ſummè charũ, atq; omnes alias creaturas in Deo: tunc profecto quælibet anima dicere poterit, illud Cant.
D 3. Tenui eum, nec dimittam. Penſandũ eſt chariſſimi fratres, quãto gaudio delectabitur illa anima beata, quoniam Aug. in lib. de moribus ait, ꝙ tanta eſt pulchritudo iuſtitiæ, tanta iucunditas lucis æternæ, hoc eſt incommutabilis veritatis, atq; ſciẽtię Dei, vt etiam ſi non liceret amplius viuere, quã vnius diei mora, propter hoc ſolum innumerabiles anni huius vitę pleni delitijs, & circunfluẽtia bonorũ tẽporaliũ recte merito q; cõtinerenſ, vnde Io. 16. Dñs ait, Iterũ videbo vos. ſ. & vos me, & gaudebit cor veſtrũ, & gaudiũ veſtrũ nemo tollet a vobis.

TErtius lapis eſt ſuauitas, eo ꝙ propter meritum charitatis humana voluntas perficitur, & glorificatur in diuina ſuauitate, atq; conſummata dilectione. Hanc quidem ſuauitatem quidam vocant fruitionem, quæ nihil aliud eſt, quàm ſummo bono clarè viſo, & certè poſſeſſo propter ſeipſum, perfectè amoris vinculo inhærere: hoc certè eſt gaudium, omnia ſuperans alia gaudia Beatorum. Nam ſicuti inter habitus viæ, charitas principalius donum eſt, ſecundum Aug. 5. lib. de Trinitate. c. 18. ita inter habitus primæ charitas donum obtinet principatum. Sed in beata patria nobilior habitus habet actum nobiliorem, ergo perfectè Deum diligere, qui eſt actus charitatis patrię, nobiliſſimus animæ actus eſt. Cum ergo in nobiliſſimo actu principaliſſima conſiſtit beatitudo, & diligere ſit actus voluntatis; principalius conſiſtit in actu voluntatis, quã intellectus. Proinde Aug. de ciui. Dei. tota virtus erit ibi videre, quod amas, & ſumma felicitas amare, quod videas; ibi beata viſio in ſuo fonte bibitur, vbi claritatis viſio clariſſimè aperitur. Hæc ille. Tunc verificabitur illud Prophetæ, Satiabor, cum apparuerit gloria tua. Conſultè igitur idem ait pſal. 26. Vnam petij a Domino, hanc requiram: nõ ponit ſubſtantiuum, nec determinat quam vnam petijt, quod vtriq; facit ad myſticè innuendum, ꝙ illud eſt omne bonum: ait. n. Vnam petij a Dño, non multas, vel multa. Sciens porrò, ꝙ vnum neceſſariũ eſt, Luc. 10. non per multa vult diuidi, ſed tantummodo vnam petijt: & licet nondum habuerit, non tamen deficit: ſed pulſans perſeuerat, dicens, hanc requiram; nec dicit, hanc quæram, ſed hanc requiram. In quo notatur perſeuerãtia in multis operibus bonis. Et ſubdit, quæ ſit res illa, dicens: Vt inhabitem in domo Domini: hoc eſt in gloria omnibus diebus vitæ meę. ſ. futuræ, & hoc vt videam voluntatem Domini. ſ. faciem Domini videns, in ea legam voluntatem eius: quæ quidem propter admirabilem pulchritudinem, & inflammatiuum decorem, atq; amorem, ſemper perfecti euidentiam cuilibet Beato clamat, Dilige me in toto corde, & ex tota aĩa tua, & ex oĩ mente tua. Tunc ſiquidẽ, & nõ ante pfectè cõplebiẽ hoc pręceptũ, qđ in ſpiritu Propheta vidẽs in pſal. ait: Oĩs cõſumatiõis vidi finẽ, latũ mãdatũ tuũ nimis. Et vt dr Iob 22. Tunc ſuper oĩpotentẽ delitijs afflues, qđ quidẽ totũ, vt patet, animæ attribuit pro diuina dilectione.

Suauitas. E
F
G
H

Quar-

A *Trãquillitas.* QVartus lapis tranquillitas dicit̃, quæ quidem ex tribus præcedẽtibus oritur: nam videndo pulcritudinem Dei, & eorum quæ videbuntur in eo, atq; poſſidendo illum cum omnibus, quæ ſunt in eo cum ſumma dulcedine, & conſummata tranquillitate tanta pace tota anima in Domino requieſcit, quanta erunt præcedentia tria. Et hæc eſt pax, quæ exuperat omnem ſenſum, vt dicitur ad Eph. 4. Hanc etiam Theſſ. 2. c. 3. nunciabat, dicens, Deus pacis det vobis pacem ſempiternam. In hac quoq; pace Propheta requieſcere expecta-
B bat, dicens, In pace in idipſum dormiam, & requieſcam. q. d. In pace pectoris dormiam in præſenti, & in futuro requieſcam. i. perfectè quieſcam in pace æternitatis, quæ pax eſt in idipſum. i. immutabilis, & inenarrabilis: pax. n. præſentis temporis non eſt idipſum, quia ſæpe immutatur, & variatur. De hac glorioſa pace, Thob. 14. ait, Beati, qui gaudent ſuper pace tua. i. ſuper tribus præcedentibus, qui requieſcere faciunt in pace tua. Iterũ Propheta ait, Manſueti poſſidebunt terram. ſ. viuentium: & delectabuntur in multitudine pacis. Et alibi: Pax multa diligentibus legem tuam, & non eſt illis ſcandalum. Iſa. quoq; 32. ait, Sedebit populus
C meus in pulchritudine pacis, & in tabernaculis fiduciæ, & in requie opulenta. Hæc quidem tria fidei, ſpei, & charitati competunt in præſenti vita. In patria autem erit pulcritudo pacis, quantum ad dotes corporis glorioſi: & tabernacula fiduciæ, quantũ ad dotes animæ: & requies opulenta, quantum ad vtrunq; ſimul.

De ſecundis quatuor lapidibus pretioſis, qui pertinent ad corporum Beatorum gloriam ſempiternam. *Cap.* 2.

D *Claritas attinet ad glor. ã corporũ.* PRimus de quatuor lapidib⁹, qui pertinẽt ad gloriam corporum Beatorum, eſt elucibilitas, aut claritas. Erunt enim corpora clara, ſicut Sol: nec intelligendum eſt de claritate Solis, ſm ꝙ nunc lucet; ſed ſm ꝙ poſt reſurrectionem lucidus erit. Nam, teſte Iſa. 30. Erit lux Lunæ, ſicut lux Solis; & lux Solis erit ſeptempliciter ſicut lux ſeptem dierum. Hoc quidem perſpicaciter declarans Rich. in 4. diſt. 49. ait, ꝙ non ſunt eiuſdẽ ſpeciei lux elementaris, & lux corporis cœleſtis; ſed lux elementaris eſt quaſi quædam imitatio eius; quemadmodum lux ſpiritua- E
lis animæ non eſt eiuſdem ſpeciei cum luce ſpirituali Beatorum, ſed eſt quædam imitatio, & ſimilitudo illius. Similiter nec lux ſolaris eiuſdem ſpeciei eſt cum luce corporis glorioſi, ſed eſt ſimilitudo illius, & imitatio quædam: talis quidem luciditas a luce & lumine animæ originem ſumit: nã quẽadmodum diuina lux, & ſapientia Dei animam illuſtrabit; ſic lux animæ in luciditatẽ corporis redundabit. Et hoc Dionyſius ſcribens ad Dioſcorũ, teſtatur, dicens; ꝙ beatitudo non eſt corporum, ſed ab animabus redundat in corpora. Ex quo patet, ꝙ ſpiritus illuſtratus, & glorificatus viſione lucis æternæ, claritatem ſuo corpori miniſtrabit. F
Et hoc teſtatur Apoſt. ad Philip. 3. dicens: Saluatorem expectamus Dominum noſtrũ Ieſum Chriſtum, qui reformabit corpus humilitatis noſtræ, cõfiguratum corpori claritatis ſuę. De hoc quoq; Prouer. 15. dicitur: Cor gaudens. ſ. viſione Dei, exhilarat faciẽ. Et iterũ Iſa. 61. Gaudens gaudebo in Domino, & exultabit anima mea in Deo meo: qa induit me veſtimento ſalutis. ſ. in die reſurrectionis, cõicãdo mihi glorioſum corpus.

Sextus lapis.

G *Impaſſibilitas.* SEcundus lapis, impaſſibilitas dicitur: nam tentione, atq; poſſeſſione impaſſibilis Dei humanus ſpiritus omnino impaſſibilis factus erit, propterea corpori ſuo tam intra, quã extra omnimodam impaſſibilitatem præſtabit. Et hoc clareſcere pôt, ꝙ talis impaſſibilitas reſultabit ex virtute animæ ſuum corpus patenter retinentis, ita ꝙ a nullo exteriori agente immutari valebit: vnde ſi beatum corpus in inferno locaretur, non ſentiret aliquam læſionem. De hac impaſſibilitate. 1. Cor. 5. dicitur, Oportet enim corporale hoc induere incorruptelam, & mortale hoc induere immortalita- H
tem. At Apoc. 12. dicitur: Mors vltra non erit, neq; luctus, neque timor, neque dolor erit vltra, quæ prima abierunt: de gaudio autem talis impaſſibilitatis, Neemię 8. dicitur in perſona omnium bonorum, dicens, Gaudiũ Domini fortitudo noſtra. i. impaſſibilitas noſtra redundat a Deo in mentem, & a mente in corpus noſtrum, vnde meritò gaudemus. Et iterum Propheta ait: Lætentur omnes, qui ſperant in te; in æternũ exultabunt, & habitabis in eis. ſ. tu impaſſibilis ex tua poſſeſſione, & tẽtione animam impaſſibilem facies, & ex ea corpus impaſſibile erit.

A

Septimus lapis.

Subtilitas attinet ad gloriam corporũ.

TErtius lapis, ſubtilitas dicitur. Eſt autem hæc ſubtilitas a penetrandi virtute. Nam quia dilectione diuina per trãsformationem ſpiritus erit ſummè ſubtilis, ſeu ſpiritualis effectus: ideo correſpõdentem ſubtilitatem corpori ſuo impartietur. Propter hanc igitur virtutem beatitudinis animæ tanta magnitudo actiuæ virtutis erit in corporibus Beatorum, ꝙ per eã multo efficacius, & facilius poterũt omnia corporalia penetrare, quàm ipſe ignis, vel aer. Vnde Greg. 14. lib. Moral. ait, In illa re-
B ſurrectionis gloria erit corpus noſtrũ ſubtile per effectum ſpiritualis potentiæ. i. gloriæ; ſed palpabile per virtutem naturę. Et 1. Cor. 15. Apoſt. inquit: Seminatur corpus animale, & ſurget corpus ſpirituale. i. ſpiritui, ac ſpeciali voluntati ſubiectum, non ꝙ conuertatur in ſpiritum, ſicut quidam hæretici putant. De hoc igitur gaudio talis vnionis ſpiritus cum ipſo Deo, vnde corpori talis ſubtilitas cõicetur, Apoc. 19. dicent Sancti, Gaudeamus, & exultemus, & demus gloriam Deo, quia venerũt nuptiæ agni. ſ. qnia quælibet anima ſuo prædilecto ſponſo, per dilectionem, & fruitionem in con-
C ſummato matrimonio gloriæ copulatur, vnde videlicet iſta ſubtilitas prædicta in corpore noſtro redundat.

Octauus lapis.

QVartus lapis, agilitas dicitur. Profectò, quia ex tribus dotib⁹ animę glorioſę ſpiritus prõptiſſimus erit ad tendendum in Deum: ideo in ſuo corpore glorioſo ſuam agilitatem communicabit. Hinc quidem Iſa. 4. dicitur, Qui ſperant in Domino, mutabunt fortitudinem, aſſumẽt pennas vt aquilæ, current, & non laborabunt: ambulabunt, & non deficient. Proinde anima poterit ita velociter corp⁹ moue-
D re, quemadmodum ſine corpore põt mouere ſeipſam, qđ ſatis innuit Aug. 21. de ciui. Dei. c. 3. dicens, Vbi volet ſpiritus, ibi protinus erit corpus. Nec tamen per hoc intendit dicere, ꝙ in inſtãti moueat ipſum; quia nec ſe abſq; corpore poſſet mouere in inſtanti de loco ad locum, ſm Ric. vbi ſup. in quæſtionib. quoq; de Reſur. Aug. idem ſentiens, ait: Corpus glorioſum vtraq; interualla pari celeritate contingit, ſicut radius Solis: hoc dicit, qa imperceptibiliter quaſi mouebitur propter temporis breuitatem, ſm quoſdam. De gaudio talis agilitatis Iſa. 65. ait: Serui mei gaudebunt præ exultatione cordis, quę. ſ. in corporis agilitate redun-
E dabit: ſm verò Alex. de Ales ĩ 3. ad has quatuor dotes corporis reuelandas, quas p̃tioſos lapides noĩauimus, Dñs Ieſus in claritatis dote voluit apparere, qñ, vt dr̃ Matt. 17. in mõte Thabor corã diſcipulis ſuis trãsfiguratus eſt. Prima & principalis dos, luciditas eſt: & hãc dotẽ cęterę ſequũtur. Secũda eſt impaſſibilitas, q̃ ſequit̃ ex luciditate p̃dicta: nã claritas nullo modo ab alijs patitur inquinamentũ. Ecce impaſſibilitas. Tertia eſt ſubtilitas, q̃ ẽt in lucido eſt: nã lux ꝑ naturã hẽt ſubtilitatẽ ad corpora penetrãdũ,
F & maximè q̃ tranſparẽtia ſunt, ſicut patet in lapide criſtallino, & vitro, qui penetrant a luce. Quarta eſt agilitas, q̃ ẽt eſt in luce, vnde mot⁹ & mutatio ei⁹ quaſi ſubiecta ſunt. Ex dictis patet, ꝙ quia claritas oẽs alias proprietates ponit dotiũ, quę sũt corporũ Beatorũ, & nulla alia ponit alias oẽs: ideo cõuenienter ꝑ claritatẽ fit oſtẽſio glorificationis corporis nr̃i. Ideo Matt. 13. Dñs volẽs premonſtrare gloriã futurã corporũ Beatorũ, nõ multiplicat verba; ſed eã totaliter perfectè, & integrè ꝑ claritatẽ ĩſinuat, cũ ait: Fulgebũt iuſti, ſicut ſol in regno p̃ris eorũ. hęc Ale. de Ales, de alijs quoq; dotib. Sap. 3. dr̃, Fulgebunt iuſti, & tanquã ſcintillę in arun-
G dineto diſcurrent. In quibus verbis primò in fulgore ſcintillę claritas denotatur: ſecũdò impaſſibilitas ſignificat̃ ĩ igne, qđ eſt elemẽtũ actiuũ, & frigeſcere neſcit: tertiò in ſubtilitate ſcintillę ſubtilitas indicat̃: quartò verò in diſcurſu agilitas ſignificata eſt.

De alijs qualitatibus corporum Beatorum.

Q̃uo corpus glorioſum erit palpabile, & impalpabile.

ADuertendũ eſt ẽt, ꝙ glorioſum corpus erit viſibile & inuiſibile, palpabile & impalpabile, ſicut placuerit aię volũtati, vnde Aug. 19. de ciui. Dei. c. 27. inquit: Imperabit Deus animo, & animus corpori tanquã obedięti: propterea erit viſibile & inuiſibile, ſicuti aię placuerit: & ni-
H hil ſibi placebit, niſi qđ rationabile erit. Gaudebunt inſuper Sancti de gloria ſuorũ corporaliũ ſenſuũ; quia qlibet erit in ſumma ꝑfectione, ſm ꝙ maius & minus quiq; ſenſus aię ĩ Deo beati erũt. Inſuper oẽs deformitates colorũ figurę diminutiones, & ſuperabũdantię in reſurrectione auferent̃ ab eis: qa oẽs erũt cõformes filio Dei in ętate & ĩ ſimilitudĩe, ĩ quo nullã đformitas fuit: vngues & capilli capitis & barbę reſurgẽt in eis, erũt ĩ paradiſo in illa q̃titate, qua magis erũt ad ornamentũ corporis & decorẽ.

Nam

A Nam ſecũdum Ang. indecorum ibi aliquid non erit. Inteſtina quoq; illa reſurgent,quę ſunt de pulchritudine ipſius naturę, vnde Aug.de ciui. Dei ait, Interioribus viſceribus,quæ nullum decus videntur modo habere,ita pulchritudo rationis delectabit,vt omni formę apparent, quæ oculis placent, ſecundum mẽtis iudicium præſcratur; quidam quoq; vltra auream, quæ erit prẽmiũ glorię ſubſtantialis, aureolas poſſidebunt, ſicut ſunt Martyres,Virgines, & Doctores. Quidam etiam habebunt palmas, ſicut ſunt illi, qui deſiderio tantum Martyres extiterunt,vt fuit B.Martinus.Quidam quoq; ha-
B bebunt fructus ſpeciales. i. conſolationis, vt continentia coniugalis triceſimum, vidualis ſexageſimum, virginalis centeſimũ. Et oẽs Sancti de oĩbus prædictis ſingulariter gaudebunt. Conſidera ergo magnitudinem,& multitudinem gaudiorũ Sanctorũ.

De alijs quatuor lapidibus prętioſis, qui pertinent ad gloriam tam ſpirituum, quàm corporum in gloria paradiſi. Nonus lapis. Cap. 3.

PRimus lapis de quatuor lapidibus,qui
C pertinent ad animam,& ad corpus ſimul glorioſũ nouitas dictus eſt. Gaudebunt.n.Beati de reparatione totius vniuerſi, & ab inferioribus hoc gaudium ſumet originem. Nam videbunt duriſſimis ſupplicijs cruciari damnatos. Et quia voluntas eorum conformis erit voluntati Dei, & ipſe Deus cruciabit eos; propterea gaudebunt de tormentis eorum, vnde Propheta inquit, Lętabitur iuſtus cum viderit vindictam.ſ.ſuper damnatos iuſtiſſimè exerceri. Gaudebunt quoq;, quia conſpicient ſe ex Dei miſericordia a talibus tormentis liberatos; ideo exultabunt dicentes illud propheticum: Anima noſtra ſicut paſſer,erepta eſt
D de laqueo venãtium: laqueus contritus eſt, & nos liberati ſumus. Gaudebunt etiam: quia proſpicient ſpecula, quibus in pręſenti ſęculo vſi ſunt ad cognoſcẽdum Deũ admirabili pulchritudine reformata, & decorata.ſ.terram, aquam,aerem, ignẽ,& corporibus Sanctorum mirabilium conformata. Gaudebunt inſuper de augmentatione Solis,Lunæ,planetarum,atq; ſtellarum: lætabũtur etiam de pulchritudine criſtallini & empirei cęli,contemplando,admirando tabernaculum, quod in æternum Deus diligentibus ſe præparauit; & quod omnium prædictorum deſiderabilius, & iucundius E eſt, ex omnibus ſupradictis exultabunt in dulcedinem, & in dilectionem creatoris omnium rerum.

Decimus lapis.

SEcundus lapis, ſocietas nominatur. *Societas.* Gaudebunt profectò de conſortio, & ſocietate,in qua reperient ſe Beati: nã quilibet ſuſcipiet ſingulares delectationes de quolibet in particulari. Et primò de illius odore,ſecundò de illius voce,tertiò de illius ſplendore, quartò de illius colore. Primò de illius odore,quia ſentiet de quolibet Beato ſingularẽ odoris fragrãtiam in F vltima ſua perfectione. Proinde Apoc.5. dicitur,ꝙ ſinguli Beati habent cytharas, & fialas aureas,plenas odoramento. Cytharæ ſunt corpora Beatorum:fialę verò, quę ſunt vaſa lucida,atq; lata, ſignant animas glorioſas: & hæc odoramento plena ſunt. Secundò delectabitur de illius voce, quia de quolibet Beato percipiet varietatem vocis, .ſ.in cantu,& diſcantu laudis Dei,quod myſticè præſenſit Ioã.Apoc.14.cum ait: Poſt hæc audiui vocem tubarum multarum,dicentium in cęlo, alleluia.i.laudate Deum. Nam ſecundum Hiero.ia,eſt vnum de decẽ nominibus Dei,quia communiter in eccle- G ſia cum magno pneumate.i.vocum modulatione, & grandi melodia, ad ſignandum illum ineffabilem iubilum diuinæ laudis, quæ a Beatis fit in paradiſo, qui in præſenti vita exprimi minime poteſt. Tertiò delectabitur de illius ſplendore omnino,a quolibet alio quorumlibet Beatorum mirabiliter variato. Nã 1.Cor.15.Apoſt.ait, ꝙ ſtella differt a ſtella in claritate. Quartò,delectabitur de illius pulchritudine &, colore, qui etiam varius erit a quolibet alio colore,& pulchritudine cuiuſq; Beati: nã quod libet beatum corpus non tantum lucidum erit, ſed etiam coloratum particulari colore,atq; decore,vnde Aug.22.de ciui.Dei.c. H 1.Omnis pulchritudo eſt partiũ cõuenientia cum quadam coloris ſuauitate: ſed Beatorum corpora pulcherrima erunt:ergo habebunt ſuauitatem coloris. Item præterea maximum erit gaudium Beatorum, & ſocietas eorum. Primò propter charitatẽ, ſecundò propter numeroſitatem,tertiò propter diuerſitatem. Primò verò erit mirabiliter magnum gaudium ſocietatis Beatorũ propter charitatem, eo ꝙ quilibet Beatus diligit accidentaliter quemlibet Beatũ:amplius autem, aut minus, ſecundum glorio-

A ſam perfectionem actiuā & etiā paſſiuam, quæ erit in Sancto, ſeu in Angelo glorioſo. Secundò erit tale gaudiū admirādum propter numeroſitatem, eo ꝙ quilibet dilatabit affectum ſuum corporalem, & ſpiritualem ad infinitum numerum Beatorum hominum, & Angelorum. In quibus ſuā beatitudinem accidentalem multiplicabit; & in quolibet, & de quolibet multiplicabitur tale gaudium, ſicut prædictum eſt. Tertiò quoq; ſtipendium erit tale gaudium propter diuerſitatem. Nam inter omnes Beatos tam homines, quā Angelos aliqui erūt in gloria æquales, aliqui maiores, & aliqui

B minores. Primò verò æquales in gloria duplicabunt, & gaudebunt de gloria coæqualium prædictum gaudium, & lætitiam pro quolibet ex amore, quia inæquali menſura alterutrum ſe diligere ſe recognoſcet. Ideo tantum gaudebunt de gloria coæqualium, ſicut de propria, extenſiuè, non intenſiuè. Et idem de ſequentibus intelligendum eſt. Secūdò autem, qui in gloria maiores erūt, duplicabunt ſibi prædictum gaudium pro quolibet ſibi minore, eo ꝙ illos ſicut & ſe de quantitate ſuæ gloriæ intelligent contentari. Tertiò verò qui in gloria minores erunt, totiens tale gaudium accidētale mul

C tiplicabunt, quotiens glorioſiores ſe cōſpicient eſſe illos, qui propter eorum amorē gaudium ſuum duplicabunt, ſicut quicunq; maiores. Multiplica tunc tu, quantum erit gaudium cuiuſlibet Beati erga quemlibet coæqualem, & maiorem, atq; minorem, & tanta numeroſitate innumerabilium. Ideo aſcendamus ad glorioſam Virginem Mariā Dei matrem, & ſtatuamus ad vnam partem totum gaudium, quod adinuicem habent omnes Sancti, & Angeli cum eis, prædicto modo connumerari; atq; ex altera parte ſtatuamus gaudium, ꝙ minor Sanctus habebit de Virgine benedicta, ꝙ tale gaudium

D minimi glorioſi tantū excedat omnia gaudia ſic ſumpta de Beata Maria non habita, aut de homine Chriſto, ſiue de ipſo Deo, quantum excedit circunferentia firmamenti centrum ſuum, eo ꝙ vltra comparationē præfatam excedit gloria B. Mariǫ Virginis omnem aliam gloriam Beatorum, ſicut latius patet in Quadrageſimali de Relig. Chriſtiana, Ser. 6. artic. 2. per totum. At ſi minor Sanctus tantum gaudium ſumet de gloria B. Virginis; ex neceſſitate ſequitur, ꝙ omnes illi, q eo gloria maiores ſunt, vel erūt: tanto maius gaudium de illa Benedicta Virgine Maria habebunt.

Vndecimus lapis. E

Iucunditas.

Tertius lapis, iucunditas dici poteſt, quod erit gaudium de Chriſti humanitate. Conſideremus igitur ex vna parte omne gaudium actiuum & paſſiuū, quod vniuerſi Sancti tam homines, quām Angeli habebunt in paradiſo, apponendo etiam inter eos glorioſam Virginem Mariam. Et ex alia parte gaudiū, quod minor Sanctus habebit de glorioſa Chriſti humanitate, & reperiemus ꝙ gaudium omnium prædictorū reſpectu gaudij illius minimi Sancti, minus erit quā centrum criſtallini cǫli reſpectu circunferentiǫ ſuǫ, eo ꝙ amor F quo Chriſtus diligit minimum glorioſum, abundantior eſt quā oſtendit comparatio ſupradicta, ſi conſideremus illū amoris fontem, qui eſt Chriſtus: vnde talis amor originem ſumeret. Quis igitur exprimere pōt, quantum erit gaudium, quo de Chriſto homine gaudebunt maiores Sancti, quando tanta erit abundantia gaudij, quod erit in minimo glorioſo? Inſuper, quanto in gloria maiores erunt, tanto de eo amplius gaudebunt.

Duodecimus lapis.

G

Bonitas duodecimus lapis ſuper quē fundatur eccleſia.

Quartus & vltimus lapis, eſt bonitas, quæ erit gaudium de bonitate Dei, .ſ. ab intelligentia cognita perfectiſſimè .ſ. ſua natura, atq; de glorioſo actu amoris Dei continuè in Deo inſpirato, quæ homini in æternum glorioſè communicabuntur; licet gaudio infallibili de propria ſubſtantiali gloria futuri ſunt pleni: tamen incomparabiliter amplius gaudebunt de eo, ꝙ Deus incomprehenſibilis eſt perfectè, niſi a ſemetipſo, quā de illo, ꝙ de eo comprǫhendent. Vnde conſtituendo maximè ex hoc reſpectu omne gaudium, quod de Chriſto habebunt Sancti, inquantum eſt homo: & illud quod habebūt de Virgine glorioſa, & gaudium omnium Beatorum hominum, & Angelorum, quod actiuè, & paſſiuè inter ſe habebūt; atq; ex altera parte gaudium, quod habebit minimus Sāctus in infinito, & ſummo Deo, & omnino totum illud reſpectu illius minus eſt, quā centrum empirei cǫli reſpectu circunferentiǫ ſuæ. Ratio huius eſt, quia tale gaudium de Deo vnus & principalis eſt actus de illis tribus, de quibus gloria ſubſtantialis conſiſtit. Inſuper totum gaudium actiuè, & paſſiuè acquiſitum de creaturis, ſi vni rationali creaturæ cōmunicaretur, nō efficeret eam bea- H

tam:

A tam: & tamen eſſet beata, ſi tantummodo gauderet de diuina viſione, poſſeſſione, & conſummata dilectione. Multas profectò rationes, & neceſſarias poſſemus aſſignare, quare omnes Beati gaudebunt tantum de ipſo Deo, atq; de illius dilectione; quarum aliquę erunt maiores, vel minores, magis, & minus neceſſarię, ſm diuerſam Beatorum vocationem, quas cum ſumma admiratione, & altiſſimis clamoribus intellectus, atque ardentiſſima charitate aſſignabunt Christi Beati creatori, redēptori, atq; glorificatori. i. Deo trino, & vno, qui ſaltem ad numerum 25. reduci poſſunt, vt patet de B Quadrageſimali, de Chriſtia. relig. ſer. 65. c. vlt. Deniq; de hoc vltimo gaudio dicitur in pſal. 15. Adimplebis me lętitia cum vultu tuo vſq; in finem. Horum verborũ multum ponderandus eſt ſenſus. Ait. n. adimplebis: nõ tantum gaudio pleni erimus, ſed erimus adimpleti; vt duplex Beatorum gloria principalis exprimatur. Prima accidentalis, ſecunda conſubſtantialis. Prima eſt gloria accidentalis, & de hac erimus adimpleti. ſ. gaudio, & lętitia pro gloria proximorum, & maximè Virginis Matris, & Filij hominis. Secunda eſt gloria conſubſtantialis, C & de hac erimus impleti. ſ. gaudio & lętitia ꝓ gloria Chriſti filij Dei: & hoc innuit, cum dicit: Adimplebis me lætitia cum vultu tuo Ieſu, quando eum facie ad faciem videbimus. Inſuper eſt notandũ, ꝙ non ait, in vultu tuo, ſed cũ vultu tuo. Nam Angelos adimplebit in vultu, ſed homines cum vultu. D Et hoc propter cõformitatem hominis ad Chriſtum, tam ex parte animę, ſicut dicitur ad Rom. octauo. Quos præſciuit, & prædeſtinauit conformes fieri per imaginẽ filij Dei, quam ex parte corporis, vnde ad Philip. 3. Saluatorem expectamus Dominũ Ieſum Chriſtum, qui reformabit corpus humilitatis noſtrę, &c. Et ad exprimendum, ꝙ verè illum lætitia adimplebit, ait Propheta ſubiungens: Delectationes ſunt. ſ. in dextera tua, vſq; in finem. Dicit enim delectationes, in plurali numero, propter 12. dictos lapides prętioſos coronę vitæ omnium bonorum, ſeu propter 12. delectabiles fructus E ligni vitæ, de quibus in hoc 3. artic. poſuimus fundamentũ introductionis. Et addit, in dextera tua. i. in gloria ſempiterna; vnde Cant. 8. Dextera illius amplexabitur me. Et hoc non ad vnam horam, ſed vſq; ad finem. i. in ſempiternum. Nam dicitur Prouerb. 3. Lõgitudo dierum in dextera illius. Hic eſt finis ſine fine; ad quem creati ſumus, in quem per charitatem currimus, in quo Beati ſemper erimus: Ad quem nos perducat Pontifex & pręcurſor noſter Ieſus Chriſtus Dei filius benedictus: in cuius nomine flectitur omne genu cęleſtium, ter F reſtrium, & infernorũ; cui eſt gloria, & magnificẽtia, poteſtas, regnum, & imperium, benedictio, & claritas, ſapientia, & gratiarũ actio, honor, virtus, & fortitudo per infinita ſęcula ſęculorũ, Amen. Deo gratias.

F I N I S.

VENETIIS, APVD IVNTAS.
M D XC.

A·Tab.2 n°19.